


13
5 K
1



DECISIONES
REGNI NEAPOLITANI,

Auctore

D. FRANCISCO VIVIO
I. C. AQVILANO,

ET REGIO AVDITORE SACRAE AVDIENTIAE PROVINCIÆ TERRÆ BARI.

In quibus diuersi casus tam Ciuiles, quàm Criminales discussi, atque decisi, tum in Sacra Regia Audientia Terræ Bari, tum in illa Capitinatæ Apuliæ, & Comitatus Molisij, continentur.

CVM SVMMARIIS, ET DVPLICI INDICE:
altero quidem Argumentorum: altero verò Rerum notabilium.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS, M. D. XCII.

Ex Officina Damiani Zenari.



ILLVSTRISSIMO, AC REVERENDISS. D. PETRO DEZAE, S. R. E. Presb. Cardinali,

FRANCISCVS VIVIVS, S. D.





VM viginti quidem annos Communium Opinionum Syluam, non sine & animi, & corporis labore perlustrassem; & quoad eius fieri potuit, vberes fructus, & feraces plantas inde selegissem, experiri volui, an idem mihi in Pratis Decisionum vsuvenire valuisset, (Amplissime Præsul) scilicet, vt si quid hominum generi illinc commodi comparassem, aliquor eosque amænos flores, ad communem omnium vtilitatem decerpere contigisset. Quare, vt inquit Poetarum Dux, Egressus syluis, vicina coegi, Vt quamuis auido parerent arua colono. Exiui igitur in Decisionum Prata, & quinque annos hos, qualescunque pro viribus flores legi, qui mihi ex amœnioribus legum, & totius iuris herbulis, & causis occursis pullulare, & exoriri videbantur: & vtriusque iuris studiosi, tamquam apes mel dulce, & defæcatum congigere, ac in alueolis constipare è Prato Decisionum facillimè possent. Nam floriferis, vt apes in saltibus omnia libant, omnia nos itidem depascimur aurea dicta. Idque eo libentius feci, quo facilius hoc modo me Tibi satisfacere posse putarem: qui dum in Vrbe degis, vnde originem illustrem ducis, omnium omni officio, nedum meas cogitationes vincis. à plurimis enim literarum monumentis accepi Illustriss. Dezes per colonias deductas ab antiquissimis, & clarissimis Romanorum Decijs ortum habere. Nam præter cæteros, Lucius Marineus Siculus, libro quarto, capite primo rerum Hispaniæ memorabilium, sic inquit: Legimus præterea Romæ Deciorum familiam vnam fuisse ex primarijs, ex qua fuerunt duo Viri fortissimi, Decius pater, & filius; qui fortissimè pugnantes, cum magnam

hostium stragem fecissent, occubuerunt: à quibus (vt opinor) in Hispania ducunt originem Viri nobiles, qui de Deza cognominantur. Hæc ille. Hoc idem ferè ad verbum fatetur Damianus Agoes de rebus Hispaniæ. Hoc plerique alij, & maternum Gusmanorum genus haud minus celebre, imò adeò patrio consentaneum scriptitant, vt tamquam ex equo Troiano, tum armis, tum literis, tum præ cæteris bonis artibus par pari sibi referre, sibique hæc respondere videantur genera, vt absque inuidia duo quidem Ciuitatis Romæ propugnacula visa sint. Sed de hoc hactenus. Occurrunt enim tuorum obseruantiæ morum (dignissime Præsul) quæ huic ætati quidem afferunt admirationem. Quod enim à pueritia in Te affectum præseferebat, nunc affectum in fronte promittit. Accedit & sapientia multimodarum, & diuinarum, & humanarum intelligentia rerum, præcipuè verò ius Pontificium, atque Ciuile, in quibus adolescens adeò rem præstitisti, vt Salmanticæ in insigne, ac primarium D. Bartholomæi Collegium fuisti collega delectus, qua in celeberrima totius Hispaniæ Academia miro ordine, miroque artificio Tui exercendi gratia publicè alios cum iura doceres, metropolitanus Iudex fuisti quidem designatus, Carolo deinde V. Romanorum Imperatore Hispaniarumque Rege, consilij regij in Pinciano, seu Vallisoletano prætorio Auditor adscitus. Præterea in Augustas, regiumque sanctæ Inquisitionis consilium Madrilum euocatus, eiusque consilij auditor effectus. Vbi cùm annos aliquot tuæ industriæ, atque integritatis Vir industrius, & integer habitus, sanctæq; Cruciatæ Commissarius declaratus, demum à Philippo Rege Catholico Granatensium Regni fuisti Præses electus. Cuius amplissimi, ac longè lateque patentis Regni habenas cum annos vndecim summo cum imperio, summaque cum laude, domique, militiæque rexisses, Maurorumque intestinum bellum, vel defectionem tua vigilantia, tuaque prudentia compresisses, & Bæticam ad summum è seruitute, Hispaniam verò eminenti periculo liberasses, Pinciano Prætorio à Rege præfectus es; quo quidem munere vbi egregiè fuisti functus, à Gregorio XIII. Pont. Max. (Philippo Rege id postulante) honore purpuræ decoratus, & diu grauissimis in rebus versatus, insuper à Sixto V. sanctæ Inquisitionis, & de erectione ecclesiarum congregationis collega summo fuisti cum honore cooptatus. Quid dignius ergo, quid ornatius, quid honestius, & Dezarum, & Gusmanorum hodie genere? Fuerunt illæ olim propagines ob gesta maiorum præclaræ, nemo ibit inficias, at nunc præ Te adiecto. Te etenim propagauerunt, sunt citra dubium præclarissimæ: noui nanque animum, noui ingenium tuum, non minori gratia diuinitus datum, quàm solertiori industria comparatum, atque omni liberali politia refertum, & facillimis moribus educatum: ita vt mirum ne ceu sit, si duo illi præcipui Monarchæ, Philippus Rex Catholicus, & Gregorius XIII. Pontifex Opt. Max. certatim in Te, & officia summa, & beneficia non aspernenda contulerint. ille dum de suis Aulicis in multos annos, & summa cum honorificentia præfecit: hic autem vno omnium consensu, nec sine Christianæ Reipublicæ quoquomodo in Illustrissimorum Cardinalium ordinem asciuit. Non ab re igitur, nec iniuria ad Te confugio gratijs huiuscemodi ornatum, & iure optimo Romana quæ Te prima tulit Tellus, eadem vbere lætum accepit reducem; Vbi vt duo illi

præcla-

præclarissimi Decij tuorum progenitores patriam ab hostium incursu tutam reddiderunt, sic Te protegente Pratum hoc mearum Decisionum à deuastantibus beluis, nec depastum, nec aliquo modo eradicatum fore confido. Non enim ab illis degenerem Te vnquam retinebis, si ab eisdem primordia duxisti, nec plus ornamenti Tibi illi, quàm Tu illis afferre videris, & quemadmodum illi se pro patria deuouerunt, ita & Tu pro tuis, & vota, & animi magnitudinem patefacias. Defende igitur flores meos, vel potius tuos, vigilantissime ac fortissime custos: Tuos quidem esse arbitror, quos tuo numine exortos, tua irrigatione creuisse, tua cura nutriri, tua denique protectione seruari cognosco. Arcebis, mihi crede, tuo numine, & patrocinio circumcursantes bestias à Prato; arcebis & perturbantes austros à floribus, illud vt in Vere vernet, hoc facias semper esse recentes, vt recenti odore, & calore, ac virentibus herbis, & amænitatem, & vtilitatem omnibus afferre valeant: quod si, vt spero, futurum esse sensero, ad maiora iam, & amæniora, atque etiam salubriora mihi aditum aperies. Statui namque Viridarium, non minus iucundum, quàm salutis, & vbertatis plenum complantare; quod vt perficere queam, Deum Opt. Max. Te, tuumque patrocinium, & fauorem oratum velim, quæ cuncta exorare, ac impetrare non despero. sæpenumero etenim plus voluptatis expertus sum ex collatis in alios beneficijs Te capere solere, quàm ex acceptis, & Tibi nihil magis esse cordi, quàm vt tuis foueas, & quoquomodo opituleris. Illud fatentur omnes, illud probant cuncti, illud experiuntur singuli. Vtinam (quod spero) Te videamus huius nostri quod Ausonium appellant Regni, moderatorem; Vtinam tuam præstantem animi prudentiam sentiamus; Vtinam Deo Opt. Max. & Catholico Regi Philippo cordi sedeat, vt penes Te rerum publicarum administrationis sit summa. quod nihil iucundius, nihil optabilius, nihil vtilius vniuersorum saluti accidere posset. meritò, Petre, reliquum est, vt Petrus viuas, eoq; pacto sub annulo piscatoris bonitate tua ipse fretus piscans ego, atque pascens Viuius perpetuò viuam. idq; vt efficias, sat est valere. Vale igitur Hispaniarum, & Christianæ reipublicæ ornamentum: Vale inquam, vita Viuij, & viue, atque valeas equidem, & viuas, non solùm etiam atque etiam rogo, sed magis, magisque obtestor.

Trani, Kal. Iunij. M. D. XCI.





RANALDI RIDOLFII

TETRASTICON,

In D. Francisci Viuij Aquilani, I. C. celeberrimi Effigiem.

CORPORIS *effigiem qui pulchram cernis in ære,*
Pulchrior ast animi, quòd sit imago puta;
Hanc immortales poterunt ostendere chartæ
Viribus æternis; altera vt vmbra fugit.


IOAN. FRANCISCVS SAN-FELICIVS.

SI *genitor natis dat viuere,* VIVIVS *hisce*
Dat bene dogmatibus viuere. vtrum melius?
Edit homo in tenebris natos, face VIVIVS *illas*
Arcet. quis dona hæc nobiliora neget?
Scilicet hoc illis tua præstant munera, VIVI:
Illa homo dat natis, hæc homini ipse Deus.


ANTONII AMICII, IVRISCONS.


VIVERE *te semper,* VIVI, *tua scripta reposcunt,*
Tum quia docta nimis, tum quia tuta satis.
Viuum ergo semper dicant te, & laude perenni
Eoi celebrent, Hesperijque simul.





INDEX ARGVMENTORVM, SEV MATERIARVM, QVAE HISCE DECISIONIBVS CONTINENTVR.






INDEX ARGVMENTORVM,

SEV MATERIARVM,

QVAE HISCE DECISIONIBVS CONTINENTVR.




FINIS ARGVMENTORVM.





INDEX LOCVPLETISSIMVS RERVM AC VERBORVM NOTABILIVM,

QVAE HOC OPERE CONTINENTVR, ALPHABETICA SERIE DIGESTVS.



A



Actus

reci-

ea-

B

Blasphe-

C

Carcer,

Clausula,

Index Rerum Notabilium.

viri

Consan-

Contu-

Index Rerum Notabilium.

E

F

Filia

protu-

Iudex

Iura-

L

Lapsus

Legi-

Libelli

M

Matri-

Mulier

N

P

Præ-

Promissio

Q

R

Regum,

S

Sententia

Simu-

quam

& licèt

Successor

T

Testis

V.

Vxor

FINIS.





DECISIONES
REGNI NEAPOLITANI,
Auctore
D. FRANCISCO VIVIO
I. C. AQVILANO,
ET REGIO AVDITORE SACRAE AVDIENTIAE PROVINCIÆ TERRÆ BARI.

Liber Primus.

ARGVMENTVM.

Quando equus locatus mortuus est in itinere, vtrum conductor teneatur ad solutionem equi mortui. Et quis teneatur probare culpam, locator, an conductor.

SVMMARIVM.

1 *Expertorum iudicio statur de morte equi, vel de morbo, præstante causam mortis.*

2 *Testes examinati parte non citata de morte, furto, naufragio, & similib. corā iudice loci, vbi talis casus acciderit, probant coram iudice domicilij.*

3 *Conductor equi non tenetur de morte illius in itinere, quæ sine eius culpa euenit.*

4 *Remissio mercedis fieri debet conductori pro rata temporis, quo equo conducto vti non potuit : imò pensio soluta tunc est repetenda.*

5 *Casus mortis animalis sine culpa accidens, à nullo præstatur, cùm casus ipse fortuitus non pertineat ad conductorem.*

6 *Casus fortuitos nullum hominis consilium præuidere potest.*

7 *Casus contingens culpa conductoris pertinet ad conductorem.*

8 *Conductor equi si percutiat illum calcaribus, vel flagello, & ob hoc moriatur, periculum tunc non spectat ad eum, sed ad dominum locatorem. secus verò si percuteret lapide, ligno, vel fuste.*

9 *Equo conducto si conductor imponat balisiam grauem, dum conductus sit ad onus hominis ferendum, periculum spectat ad conductorem.*

10 *Locator an teneatur probare culpam, an conductor diligentiam.*

11 *Culpa facit quem teneri de casu, vbicunque culpa est ordinata ad casum.*

12 *Impensa modica, sicut cibaria equi commodati, non repetitur.*

13 *Alimenta cui debentur, sunt ēt præstandæ medicinæ.*

DECISIO PRIMA.



ISCVTIENDVM necessariò venit hodie, ex quo pro parte Martini Zuccardi conductoris equi prætenditur equum ipsum cōductum in itinere, ex morbo superuenienti mortuum fore, & ideo non teneri ob hoc ad illius emendam : Et versa vice pro parte actoris, ac domini eiusdemmet equi, cum prætendatur conductoris culpa in male gubernãdo, & denegando alimenta, atque alia faciendo mortem

equi causatam, ita & taliter, quòd casus minimè
excuset illum ab emenda, ac pretij, & pensionis
restitutione. Primò, vtrum conductor probauerit
legitimè mortē equi in itinere ex morbo. Secun
dò, vtrum mulier quæ locauit, probauerit culpam
conductoris, ex qua mors causata extiterit.

Et quo ad primum hæsitationis articulum con
1 siderādum maturè quidem est, † quod cōductor
ipse ad probandum mortem equi à se conducti,
secutam in itinere ex morbo Tiri, & sic casu, non
autem sui culpa, producit quoddam testimonia-
le depositionis testium examinatorū per magnifi
cum Capitaneū ciuitatis Canusij, vbi equus mor
tuus erat, ad instātiam eiusdemmet conductoris,
in quo duo miniscalchi deposuere, quod ipsi in-
stante conductore prædicto viderunt pariter & re
cognouerunt equum ipsum, qui erat infirmus in
firmitate Tiri, & quòd adhibitis medicamētis, ac
facta omni opportuna, necessariaq; diligentia, nō
potuit vllo quidem modo euadere, & quòd ex
morbo hoc defunctus extitit ex violentia morbi.
qui plenè vtique probatur, cū de morte, seu mor
bo præstante causam mortis stetur iudicio exper-
torum, per ea quæ habentur per Doct. commu-
niter omnes in c. significasti, extra de homicid. in
c. proposuisti, extra de probatio. in l. 1. ff. de vent.
inspicien. per Bart. in procemio ffôrum, col. 4. &
per Spec. in tit. de probatio.

2 Nec obstare pōt vllo pacto, † quod ipsi testes
fuere examinati parte non citata, & ideo regu-
lariter nullatenus fidem faciunt atque inducunt,
per ea quæ notantur in cap. 2. extra de testib. & in
l. iurisiurandi. C. de testib. quoniam de morte,
furto, naufragio, & alijs similibus, si testes exami-
nati extitissent coram iudice loci, vbi similis casus
fortuitus acciderit, etiam parte minimè citata, fa-
cerent fidem coram iudice domicilij. ita Bar. An
gel. & Lucas de Penna, in fi. in l. 2. per illum text.
C. de naufrag. lib. 11. Alex. in l. cum hi, §. si ad ha-
bitationem, in addi. ad Bar. ff. de transactio. & Fe-
lyn. in c. auditis, col. 17. extra de præscr. allegando
dictum Bal. in rub. C. de fide instrum. in 4. quæst.

3 Sed exploratū est, & in iure expeditū, † quòd
vbi equus locatus, reperiatur mortuus ex aliquo
morbo in itinere, tunc profectò conductor ad
illius restitutionem, & emendam haudquaquam
teneretur, qui de dolo, & culpa hoc casu solum-
modò obnoxius foret, vt probat tex. in l. si vt cer-
to. §. nunc videndum, vers. quòd verò senectute, & in
l. fin. ff. commoda. & in l. si quis fundum, §. Impe-
rator. ff. locati.

4 Imò † fit remissio etiā absque scrupulo aliquo
conductori mercedis pro rata temporis, quo vti
equo ipso conducto nequiuit, sine eius culpa, sed
potius casu superueniente, per ea quæ habentur
in l. sed addes. §. si quis cum in annum, & in l. qui
insulam. §. A ediles. ff. locati. imò si pereat res ipsa
cōducta, nulla admodū pensio soluenda est, imò
soluta etiam repetenda venit. l. si vno. ff. locati.

5 Nā † casus mortis animalis, qui sine culpa acci
dit, à nullo præstatur. ita tex. in l. contractus, in fi.
ff. de re. iur. & nihil mirum, quia re ipsa casus for-
tuitus non pertinet modo aliquo ad conducto-
rem. l. ex conducto. §. si. ff. locati. & facit etiā quod
habetur in l. quæ fortuitis. C. de pignora. actio.

6 Vtpote quia † fortuitos casus nullum hominis
cōsilium præuidere potest. l. graui æstimatione. ff.
de admin. re. ad ciuit. per.

7 Secus tamen, † si casus contingeret culpa con-
ductoris. d. l. qui insulam. §. qui insulas. ff. loca-
ti, & in l. si vno. §. item cum quidam, & ibi Bar. eo.
tit. & in l. sed vt certo, §. sed interdum. ff. commo-
dati, & Felyn. post Io. And. & alios vniuersaliter
omnes in c. auditis, col. 17. vers. & in quantum in-
cidenter dicunt, extra de præscriptio.

Et ideo religiosè & cautè more suo concedit
8 Bar. in l. 1. C. de cursu publ. lib. 12. † quòd si cōductor
equi percusserit equum calcaribus, vel flagello, &
equus ipse moriatur, periculum tunc non specta-
ret ad eum, sed potius ad locatorē dominum: se-
cus verò si percusserit lapide, ligno, vel fuste: tūc
enim conductoris percutientis foret periculum,
cuius sentētiæ acquiescit ibi Ang. & Io. de Ana.
in cap. significasti, il 2. col. 10. extra de homicid.
Corset. in sing. in ver. conductor, & Io. Vincen.
de Anna sing. 172. Equus conductus.

9 Nec non † si equo cōducto ad vecturā quis im
poneret balisiam, dū equus ipse cōductus deputa
tus foret ad onus hominis ferendū, & nō grauem
balisiam, periculum equi tunc omni dubio pro-
cul spectaret ad conductorem, secundum Bar. in
l. qui insulam, §. qui mulas, per illum text. ff. locati.

10 Meritò igitur † ex quo conductor probauerit
casum mortis, deueniendum est itidem ad secun-
dum quæsitum; videlicet, vtrum mulier locatrix
patefecerit culpam conductoris, quæ præbuerit
causam mortis. nam probato casu quis oneretur
onere probandi, videlicet locator culpam, an cō-
ductor diligentiam? & certè Bar. Bal. Ang. Alex.
& cæteri vniformi consensu omnes in l. si quis ex
argentarijs, §. an verò hæredes. ff. de eden. median
te matura, commodaq; distinctione concludunt,
quòd quando sumus in casibus, qui regulariter
sine culpa euenire non solent, vt furtum, incen-
dium, & similes, in istis procul dubio præsumitur
culpa, nisi probetur casus fortuitus. aut verò su-
mus in his, quæ absque culpa regulariter euenire
solent, sicuti vis hostium, impetus aquarū, mors,
& similia, & tunc profectò, probato casu, præsu-
mitur fortuitus, nisi culpa probetur, per tex. in l.
si merces. §. culpæ. ff. loca. & in l. pen. in prin. ff. so-
luto matrim. & per notata per Ferrantem Gargia
reum in patrocinio 58. In causa equæ mortuæ,
sub nu. 2. & seq.

Videamus itaque postremò si locatrix proba-
uerit culpam conductoris, quæ causam dederit
mortis prædicti equi. & si vigilanter atque arden
ter merita processus discutiamus, apparet haud
dubiè, quod pro parte supradictæ actricis ad veri
ficandum, ac ostendendum culpam conductoris
duo adducit, videlicet quòd denegauerit cibum,
seu præbendam equo; & pariter macilentiam in-
de secutam. nā si equus locatus defraudetur sua
præbenda, sequitur necessariò quidem macilen-
tia ipsa, & laborē aliter sufferre nequiret. & ideo
conductor tūc ad omne interesse tenetur absque
scrupulo

scrupulo aliquo, vt per Glo. in ver. apparitores, & Barto. in l. animalia. C. de cur. pub. lib. 12. ad quæ nempe probanda producit tres testes, qui re ipsa deponunt de macilentia equi in ciuitate Neapolis, & quòd nesciunt num fuerit causata ex culpa conductoris, quia non hospitabantur insimul cũ eo in diuersorio, sed in alio loco. producitq; itidem tres alios testes, qui enucleatè atque dilucidè deponũt etiam de eademmet macilentia equi tempore quo à ciuitate Bari discesserat, ita quod iudicabatur, quòd laborem pro eundo Neapolim sustinere suscipereque minimè potuisset. vnde cum hoc nullatenus ex culpa conductoris successerit, sequitur necessariò quidem, quòd si à principio erat equus ipse macilentus& minus idoneus, hoc idẽ non conductori, sed potius locatori imputãdum foret, per tex. in l. fin. ff. commodati.

Versaque vice conductor ex sui parte probauit quoque diligentiam suam in ciuitate Neapolis, & in itinere etiam, in præstando cibum, & prębendam illam, & alia necessaria faciendo, sicut & alij equitantes faciebant, per depositionẽ aliquorũ testium, qui de eius diligentia sufficienter quidem deponunt. meritò itaque præsumptio allegata per alios testes censetur absque dubitatione aliqua euacuata, & penitus elisa ob istas probationes, maximè quia regulariter plus creditur testibus affirmantibus, licet paucioribus, quàm pluribus negantibus, secundum Glo. in l. diem proferre, §. si plures. ff. de arbit. & ibi per alios Legistas communiter omnes, & per Canonistas in c. cum ecclesia Sutrina, extra de cau. poss. & propriet. & per Ferrãtem Gargiareum in patrocinio 19. Non longior, nu. 35.

11 Insuper considerandum est etiam,† quòd conductor probauit, verificauitque iudicio duorum expertorum in arte, quòd equus prędictus mortuus, extinctusque fuit ex infirmitate, seu morbo Tiri, & sic morte naturali, non aũt propter macilentiam, vel ex carentia cibi: & quòd tam in præbenda, quàm in alijs necessarijs adhibuit omnem diligentiam. igitur probatio præfatæ locatricis non concludit, etiam si esset vera, quia tunc culpa facit quem teneri de casu, vbicunque culpa est ordinata ad casum, teste Bart. in l. si vt certo. §. sed interdum. ff. commodati, & Gargiareo in d. patrocinio 58. per totum.

12 Quo verò † ad expensas factas in equo curando: quia non constat ex processatis, quòd fuerit magna expensa: imo ea præsumitur modica, tam ex breuitate temporis, quàm ex relatis per miniscalcos. & modica quidem impensa non repetitur, sicut cibaria in equo commodato. l. in rebus. §. possunt. ff. commod. Bart. Alex. & alij omnes in l. diuortio. §. impendia, in prin. ff. solu. matrim. & licèt loquatur de equo commodato: nihilominus tamen Vincen. & Cu. ibi, col. 1. concedit constanter quidem, idem esse in equo locato, per iura per eum allegata.

Quę nempe sententia etiam ratione probatur,
13 quia vt supra denudatum extitit,† cõductor tenetur præstare alimenta equo ad vecturam locato. Sed clarum est, & regulariter verum, quòd cui debentur alimenta, sunt etiam præstandæ medicinæ. l. verbo victus, ff. de verbo. signif. & l. sicut impendia. ff. de vsufruc. & notat Bar. & alij concorditer omnes in l. si cum dotem. §. siue autem in sequissimo, in fi. ff. solu. matrim. ideo non immeritò quidem sacra regia Audiẽtia Terrę Bari decreuit in præsenti casu, iudicauitq; condemnado ipsum conductorem ad solutionem mercedis equi, de quo agitur, à die, quo illum conduxerit, vsque ad diem quo ceciderit propè pontem Canusij, absoluendoq; pariter eundem à petitione refectionis eiusdem equi, & insimul etiam locatorem à refectione expensarum in illo equo curando.

ARGVMENTVM.

Quòd tutela delata matri, si non nupserit: & si nupserit, veniant alij vocati per testatorem, si mater adimpleuit conditionem, & postea mortua fuerit, quòd ueniant tutores legitimi, & præferantur testamentarijs datis sub dicta conditione, si mater nupserit.

SVMMARIVM.

1 *Affectus extraneus nullus vincit paternum.*
2 *Dispositio in casu expresso facta, an & quando in omisso quoque extendatur, & nu. seq. & 16.*
4 *Vsumfructum à testatore vxori, donec in viduitate permanserit, relictum, post verò eius mortem Titio legatum, illa ad secunda vota transeunte Titius habebit.*
5 *Tutelæ datio fauorabilis est, latiusque quàm legatum interpretatur.*
6 *Tutor, an & quando sub conditione dari possit, & numero 8.*
7 *Tutela legitimis & proximioribus deferenda.*
9 *Tutore testamentario dato, quando locus sit legitimo.*
10 *Tutori testamentario desinenti, seu defuncto, legitimus succedit, seu substituitur.*
11 *Mater tutrix vlterius non esse sperans, tutorem alium petere potest.*
12 *Tutor sub diuersis potest dari conditionibus.*
13 *Tutela matris, per transitum ad secunda vota finitur.*
14 *Conditio in forma specifica adimplenda.*
15 *Conditio omnis de forma esse censetur.*
17 *Casus præter testatoris ordinationem sub dispositione non includitur, & si in eo maior ratio disponendi fuerit.*
18 *Casus omissus in iuris dispositione remanet.*
19 *Dispositio conditionalis deficit conditione deficiẽte.*
20 *Casus mortis & transitur ad secunda vota, an aquiparentur.*
21 *Curator pro tutore confirmari potest.*

DECISIO II.

ANGELVS ANTONIVS Miola de ciuitate Bitonti, in suo testamẽto reliquit Franc. Iacobo eius filio legitimo, & naturali infanti, tutricẽ Antoniam de Virgine eius legitimã vxorem,

trem, & matrem ipsius pupilli, sub hac nempe conditione, vulgariter concepta, videlicet, *Però maritandosi, & passando ad seconda vota, esso testatore ordina, che la detta Antonia, non se possa più ingerire in essa tutela, ma che sia penitus privata, &* nunc pro tunc, & econtra, *sustituisce tutori di suo figlio, Giouan Francesco Giannone, & Francesco Antonio de Valerianis*.

Secuta itaque morte prędicti Angeli Antonij, eadem Antonia mater administrauit tutelam donec vixit, ex quo non transijt ad secunda vota, & tandem ipsamet Antonia reliquit in suo vltimo testamento curatores præfati eius filij (quem instituerat hæredem vniuersalem) Bisantiam eius matrem, & auiam dicti pupilli, iam mortuam, & Petrum de Virgine eiusdem Antoniæ fratrem, quibus commisit curam eiusdem pupilli, & suorum etiam bonorum: dictaque Antonia iam mortua dubitatur cui sit decernenda tutela ista, an substitutis, & nominatis in testamento paterno ipsius Angeli Antonij, an supradicto Petro nominato in testamento materno, vti legitimo, cui tãquam auunculo, & proximiori, cessante tutela testamentaria, esset de iure deferenda tutela.

Et deniqne reuoluto, nõ absque sudore, laboreq; grauissimo, præsenti saxo in sacra Regia Audientia Terræ Bari, sub die 16. mẽsis Decembris 1589. quies aliquando successit; & tota difficultas extitit redacta ad hoc vnum, an datio tutelæ, sub conditione secundarum nuptiarum, extendatur etiã ad casum mortis. & primò omnes qui dem machinæ mouebantur, ꝙ præferendi nempe sint in tutela hac supradicti nominati per Angelum Antonium patrem in suo testamento, qui optimum nimirum consilium præsumitur sumpsisse pro filio: † cum nullus extraneus affectus in

1 ueniatur, qui vincat paternum. l. si. C. de cur. fur. quandiu enim testamentaria speratur tutela, legitima dubio procul cessat. l. si quis sub conditione. ff. de testam. tut.

Et licèt illi fuerint re ipsa nominati in casu tantùm, quo prædicta vxor transijsset ad secunda vota: tamen illud idem videtur quodammodo dispositum in casu mortis antedictæ Antoniæ, de quo quippe, si extitisset interrogatus, illud idem similiter respondisset, arg. Glo. in l. tale pactum.

2 §. fin. ff. de pact. & nihil mirum, † quia dispositio facta in casu expresso, extẽditur etiã in casu omisso, quando testator illud idem prouidisset, si de eo cogitasset. ita Alex. consi. 130. lib. 2. & ibi Apostil. & Vrsil. in add. Afflic. decis. 141. & est tex. in l. Titius. §. Lucius. ff. de liber. & posth. in l. vnica. §. fin. C. de caduc. tollen. & in l. Barbarius, versi. & si sciscet, de offic. prętor. taliter quòd casus mortis, & transitus ad secunda vota æquiparantur, quia casus quidem similis discernitur, vt in specie consuluit Soc. sen. consil. 30. vol. 3. Quibus minimè gẽtium videtur aduersari tex. in l. tutoribus. ff. de

3 testam. tut. † nam ideo non fit ibi extensio, cũ repugnet testatoris voluntas, dum intellexit de viuente præcisè tempore mortis suæ: secus verò in casu isto, vbi assistit voluntas testatoris, qui si extitisset interrogatus, idem verisimiliter respondisset, ex regula d. l. tale pactum. §. fin. nec aliter vllò quidẽ modo contradicit tex. in l. si quis ita. §. pen. ff. de testa. tut. vbi extensio nullatenus quippe fit ad casum omissum, ẽt ex verisimili mentẽ testatoris: nã ibi tractabatur de facienda extensione de persona ad personã, in qua non procedit regula d. §. fin. ex doctrina Aret. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posth. quem refert Ias. cons. 228. sub nu. 5. vol. 2. cum concordantibus ibi congestis per Apostil. in litera B. & D. meum Vinc. de Franch. decis. 91. nu. 24. & decis. seq. nu. 3. Vel dicendum est, quia ibi casus omissus ignorabatur à testatore, & in casu ignorato non cadit aliter voluntas, neque consensus, & consequẽter lex non potest præsumere, ꝙ potius voluerit, quàm noluerit, sicuti præsumitur in casu nõ ignorato, qui etsi dubius, potest tamen admittere voluntatem. ita explanat Surdus, consi. 150. sub nume. 90. potissimumq; quia pater quem reputauit tutorem idoneum respectu filiorũ, quos sciebat, poterat non idoneum censere, quoad filium ignoratum si sciuisset, vt ad verum intellectum illius text. scribit Molina de Hispan. primoge. lib. 1. c. 4. sub nu. 24. secus verò hic, vbi extensio fit ad casum omissum in eisdemmet personis, & casus omissus ignorabatur à testatore, & sic potest ad illum eius voluntas accommodari. Et ex istis rationibus definitur quæstio illa originalis Raynerij præcepto-

4 ris Bartoli, † quòd si testator reliquit vsumfructum fundi vxori donec in viduitate permanserit, & post mortem vxoris eundem fundum legauit Titio, vxore transeunte ad secunda vota, statim Titius habebit fundum legatum, non expectata morte, ita quòd quomodocunque vxor desinat habere, siue per mortem naturalem, siue per transitum ad secundas nuptias, statim Titius debet habere legatum, ex tacita mente testatoris. ita Bar. in auth. hoc locum, C. si secundo nupser. mul. per l. mulier, in prin. ad Senatuscons. Trebel. vbi fideicommissum filio per matrem, si morte patris sui efficeretur sui iuris, debetur etiam, si per emancipationem filius ipse efficeretur sui iuris. & pro ista parte facit illud Brocatdum generale, nõ refert quid ex æquipollentibus fiat. d. l. mulier, & l. si mater. C. de instit. & substit.

5 Magniq; negotij est etiam secũdo loco, † quia datio tutelæ est re ipsa fauorabilis: quoniam latius profectò interpretatur, quàm legatũ, l. si quis filiabus. ff. de testam. tut. iuncta l. qui filiabus. ff. de leg. 1. ideo extendi, & amplificari quidem debet, vt per Glo. in l. venia. C. de in ius vocan.

Tertiò firmissimè quoque constat, quia conditio si tutela finiatur per annos 14. & sic per pubertatem, censetur euenisse etiam per mortem tutoris. l. liberto. §. fi. ff. de ann. lega.

Quartò facilè adducitur etiam, nam tutor datus in casu absentiæ alterius, censetur itidem datus in casu mortis illius. l. quæsitum. ff. de tutel.

Cæterùm scopus ipsius sacræ Audientiæ Bari, ac finis in præsenti speculatione veritas fuit: taliter quòd prouidè quidem, ac maturè iudicauit non esse locum in casu isto testamentariæ tutelæ, sed deueniendum ad legitimam. vnde extricãdo difficul-

difficultates occurrentes primò animaduerten-
6 dum est, † tutorem posse dari, vt in casu hoc, sub
conditione, vt per Doct. in l. si quis sub conditio-
ne, per tex. ibi, ff. de testam. tut. & per Rolandin.
in tract. vltimarum voluntatum, in rub. 30. de tu-
tore in testamēto, vel codicillo dando, sub nu. 7.
quod vtique absque scrupulo aliquo procedit in
testatore, vt per eum dari posit tutor sub condi-
tione, non aūt in iudice, vt per Alberic. in l. quem
dicis. C. de legiti. tut. nume. 1. & in l. ducto, §.
sub conditione, num. 1. & 4. ff. de tutelis. vbi assi-
gnat rationem, & limitat quoque, vt dari posit
per præsidem tutor ipse sub conditione, si esset
necessaria conditio.

Stante itaque huiusmodi præsupposito in iure
realissimo, in præsentiarum, cum testator, & sic
maritus data per eum vxore tutrice in suo testa-
mento communi filio sub cōditione isthac, dum
ea in habitu viduali se gesserit, & ea deficiente,
idest ob transitum ad secunda vota eandem tute
lam iusserit dandam alijs tutoribus, cōcedo illam
delatam in casu suo, secuto trāsitu ad secunda vo
ta: non autem in casu mortis vxoris, non cogita-
to, nec expresso à testatore: in tantum quòd ob
hoc nulla admodum facienda vis est in testamen
taria tutela, sub conditione delata in particulari
7 casu: † sed quòd deferenda quidem sit tutela ip-
sa legitimis, & propinquioribus. l. si plures. ff. de
legit. tutor. & §. fin. Instit. de cap. dimin. & Cæ-
phal. consi. 7. nu. 22. vol. 5.

8 Et licèt non parum obstare videatur, † quòd
pater pupilli fecit testamentum, & in eo dedit tu-
torem, ob quod equidem non est locus legitimo.
l. si sub conditione. ff. de testam. tut. & l. si tutor. ff.
de tutel. & ration. dist. nihilominus tamen hoc in
telligendum synceré nempè est in casu expresso:
non autem in incerto: cum tutor certus dari de-
beat, & non incertus, aliàs non valeret. l. tutor. ff.
de testam. tut. imò tunc sequeretur inconneniēs,
vt tutoris datio vitiaretur per incertitudinem. l.
duo sunt. ff. de testam. tut. cum incertus tutor dari
non debeat.

9 Et tantò magis, † cùm tutor dari non posit sub
conditione tacita, vt plenè aperit Alberic. in l. du-
cto, §. sub conditione, num. 3. ff. de tutelis. & ratio
viuax ea est, quoniam tutela ipsa debet necessariò
de iudicio certo, non autem incerto testatoris sca
turire, atque procedere, teste Alberico, per tex.
ibi, in l. sed & si ita, ff. de stipulat. seruorum.

10 Vnde † cum conditio testatoris adimpleta fue-
rit, dum vxor nullatenus cōuolauerit ad secunda
vota, & tutores eo casu electi propter cōuolatio-
nem ipsam, & nō aliter: sequitur necessariò, quòd
tutore vno desinente, & finita penitus, & omni-
nò tutela matris, & aliorum sub conditione voca
torum in casu memorato, quòd succedat tutor le-
gitimus, vt in terminis firmat Alberi. in l. in locū,
num. 2. C. qui dari tutores poss. & Sal. in l. licet, nu
me. 1. & seqq. C. de administ. tut. & curat. vbi non
immeritò quidem concludit, quòd tutori defun-
cto alius substitui debeat: cum officium suum tūc
penitus expiret, & extinguatur, teste Bal. in l. si tu
tor, §. si tutor, ff. de tutelis, & ration. distrah. nu. 1.
vbi concludit, quòd tutor si banniatur, & eius bo
na confiscentur, tunc eius tutela finitur.

11 Imò † si mater dum est tutrix, si sperat non es-
se, vt loquar in fortioribus terminis, alium tutorē
posset petere, secundùm Bald. in l. omnem matri,
num. 2. ff. ad Tertull. & iste profectò est vnus ex ca
sibus, in quibus habenti tutorē datur tutor: quo-
niam tunc incontinenti quidem desinit, ac cessat
prima, cùm nouus tutor datus sit. §. interdum, vbi
omnes not. Instit. de curat.

Sed cùm in casu nostro mater ipsa, contra quā
erat apposita conditio, dum transiret ad secundas
nuptias, ratione iniuriæ, seu suspitionis, vt in eius
locum tutelæ suscipiendæ succederent alij tuto-
res, si huiusmodi suspitio cessauerit, dū mater ob-
seruauit ad vnguem testatoris voluntatem, exer-
cendo tutelam per tres annos continuos, & vsque
ad eius obitum, nescio quomodo tutores, in casu
speciali vocati, nulla vrgente causa, velint contra
mentem expressam testatoris in alio casu mortis
matris, naturaliter manatæ, prætendere tutelam
deferendam, tutoribus legitimis eiusdem testato-
ris nullatenus exclusis: & eò magis cùm testator
12 si voluisset illos excludere potuisset: † esto quòd
tutor potest dari sub diuersis conditionibus, vt
per Raph. Cum. in l. tutor datus, sub num. 2. ff. de
testam. tute. taliter quòd isthæc conditio venit
principaliter, tam ex mente, quàm ex verbis aper-
tissimis testatoris, atque omnia iura etiam eorun-
dem interesse prætendentium penitus extinguit,
declarante Bal. in l. seruitutes, la seconda, & terza,
ff. de seruitutibus.

Imò tutores ipsi electi, nullo quidē modo pos-
sunt prætendere vigore testamenti tutelam pupil-
13 li ex alio capite: † nam cùm tutela matris finiatur
per transitum ipsius ad secunda vota, teste Ioan.
de Imo. in cap. ex parte M. num. 3. de appell. ergo
quo ad istos tutores finita quidem non dicitur tu
tela, sed potius quo ad legitimos, prout istis illa
delata extitit, tam ex expressa testatoris mente,
quàm de iure.

14 Et potissimum, † cum conditio prædicta in for
ma specifica implenda quippe sit, vt per Raphael.
Cum. in l. iam hoc iure, num. 3. ff. de vulg. & pup.
Curt. iun. in l. 1. num. 61. C. de pact. & Vincent.
Caroc. in c. cùm quid, de reg. iu. lib. 6. ampl. 5. par.
secunda, num. 13. Matth. Brun. consi. 121. nu. 14.
& consi. 137. num. 3. & Andr. ab Exea in rubr. de
consti. num. 579. vbi non immeritò sentit etiam,
15 quòd † omnis conditio censetur esse de forma,
& Ant. Burg. in c. ex parte, de rescrip. num. 93. vbi
discurrit, & resoluit, quòd omnis conditio suspen
siua, vt in præsenti casu, est formalis.

Nec denique est difficilis contrarijs obstaculis
responsio: nam si consideratè animaduertatur:
Primò non obstat, imò subleuatur veritas ipsa tā-
quam fructuosa. respondetur enim translationē
tutelæ à matre in illos alios à testatore nominatos
post eius transitū ad secundas nuptias extitisse fa-
ctā re ipsa in pœnā ipsius, quę statim tutela priua-
16 batur, † quo inquam casu non fit aliter extensio
ad casum omissum. l. pater Seuerinam, ff. de cond.
& demonst. vbi Barto. & alij vniuersaliter omnes,

Soc.sen.consil.259. sub num.3. volum.secundo.
Dec.consil.272. colum.3.consil.289. colum.3. &
consil.297. Secundò itidem, quia vxore transeun
te ad secundas nuptias testator iussit statim ei re-
stitui dotes, vnà cum antefato, & alios tutores de-
stinauit: quæ nempe verba restringunt dispositio-
nem ipsius testatoris ad casum secundarum nu-
ptiarum tantùm, quo tempore omni dubio pro-
cul deseruiebat ipsa dotium, & antefati solutio,
ita quòd non potest extendi ad casum mortis, vbi
verba prædicta non deseruiunt, vt in propria ma-
teria argumentatur Bursatus consi.263. num. 15.
& seqq. volumi.3. Tertiò, quia testator quando
substituit illos tutores vxori transeunti ad secun-
das nuptias, vsus fuit verbis restrictiuis, atque præ-
cisis, videlicet, & in casu prædicto ex nunc pro
tunc, & econtra, per quæ excluditur extensio ad
casum mortis, vt in simili arguit Cephal. consilio
649.nu.42.& 45. & seq.vol.5.

Præterea nulli dubium est, quòd si testator vo-
luisset similiter tutores prædictos prouidere in ca
su mortis, potuisset de facili exprimere, de qua vti
que non potest dici non cogitasse, cùm nihil cer-
tius morte.l.1.ff.de condit.& demon.vnde sequi-
tur, quòd casus omissus nullatenus includitur in
dispositione, quotiescunque testatori extitisset fa-
cile exprimere, ita Natta consil.186. volu. primo.
17 & † casus contingens præter ordinationem testa
toris, minimè includitur sub dispositione, etiam
si in eo foret maior ratio disponendi, vt per Cyn.
in l.quod fauore, C.de legib. Anchar.consil.245.
Dec.cons.63.num.3.Crauet.cons.165.num. 10.&
Cephal.cons.17.num.30. & pro ista parte facit et
18 aliud generale, † quòd casus omissus in qualibet
dispositione remanet in dispositione iuris, vt per
Tiraquell. in tract. de iure primigen.quæstio.40.
num. 594. Et facit percommodè, & conducibili-
ter denique textus in propria materia, in l.tutori-
bus ita datis, ff.de testament. tut. vbi testator reli-
quit tutorem filio Lutium Titium, & si is non vi-
uat, tunc Caium Plautium tutorem dedit: euenit
quòd Lutius Titius superuixit, & tutelam gessit,
deinde diem suum clausit extremum: & conclu-
ditur Caium Plautium uti nominatum in uno ca
su, scilicet si tutor primo loco datus non uiuat
tempore mortis testatoris, non esse tutorem post
mortem Lutij Titij: & sic per decisionem huius
textus, uidetur ferè in terminis decidi quoque
absque scrupulo quæstio nostra.

Nec ullo quidem pacto obstat, q tutela testa-
mẽtaria facit cessare legitimã, & quod dispositio
patris prouidentis tutores filijs, præualere debet:
19 quia † si illa dispositio fuerat conditionalis, defi-
ciente conditione, deficit etiam dispositio, quæ
habetur ac si facta non fuisset. l. s. §.sin autem ali-
quid, C.de caduc. tollen. l. generaliter, §. sin au-
tem, C. de instit. & substit. paria enim sunt ni-
hil fieri, aut fieri sub conditione, quæ non puri-
ficetur, ut per Cæphal. cum alijs aggregatis per
eum, cons. 17.

Ad secũdum obstaculum accommodatur iti-
dem expedita, opportunaque responsio isthæc,
quod datio tutelæ est fauorabilis, respectu pupil-
li, sed respectu tutoris est odiosa: quia re ipsa in-
ducit onus. l.tria onera, ff.de excu.tu.ideoq; nul-
latenus est extendenda, nec debet attendi fauor
pupilli: discernitur enim modici quidem præiu-
dicij, cum cessante testamentaria tutela, illicò de-
ueniri possit ad legitimam, uel datiuam, ut tradit
Molina in loco antesignato.

Ad tertium obiectum respõdetur utiliter, etiã
quod illud procedit ex coniecturata mente te-
statoris, vt explanat non obscurè quidem, Alciat.
lib.3.de verb.sign.num.24. in casu autem de quo
agitur adest, ac vrget contraria nimirum præsum-
ptio voluntatis, vt superius faciliter, & expeditè
ostensum extitit.

Quartum verò argumentum tollitur, remoue-
turque penitus & omnino etiam, quòd ibi non
est diuersa ratio, vt hic.

Vltimum quoque fundamentũ, quod tollen-
dum ad astra videbatur, rationibus iã trutinatis,
parum aut nihil aduersatur. nam Soc.in d. consi-
20 lio 30.volum.3.dum consuluit, † quòd casus mor
tis, & transitus ad secunda vota æquiparantur, cũ
casus similis sit, vtitur artificiosis, ac coloratis ra-
tionibus, teste Alc.in d.li.3. in 3.reg.prin. in fine,
prout ipsemet Soc. titubanter quidem, consuluit
contrarium, in cons.5. sub nu.5. vol.3. vbi conce-
dit, quod conditio adiecta si ad secunda vota trã-
sierit, est voluntaria, & de se patet: igitur apposi-
ta in vno casu non debet extendi ad alium casum
similem, quia conditio ipsa voluntaria est implen
da in forma specifica, iuxta theoricam Barto. in l.
Gallus, §.& quid si tantum, ff.de lib. & posth.vni-
formi consensu ab omnibus approbatam, & an-
nectit etiam, quod licèt memorata regula reperia
tur limitata per Io.An.in add.Spe.in rub.de nup.
in casu suo, videlicet, quod vbicunque legatum
factum sit post mortem vxoris, verificatur ea tran
seunte ad secunda vota: tamen in casu opposito,
quando factum fuerit sub conditione, si transie-
rit ad secunda vota, quod verificaretur vxore mo-
riente, quæ vitam vidualem seruauit, regula ipsa
non reperitur limitata, igitur stat firma.l.1. & ibi
Bar.de reg.iur.& denique contra opin. ipsiusmet
Soc. in d.cons.30. in indiuiduo consuluit digestè
quidem, & limitatè, Menoch.cons.243.volu.3. &
Bursat.in d.cons.263.

Et hinc maturè quidem, & religiosè iudicauit
eadem sacra Audientia Bari, tempore memora-
to, me assidente tunc in ea Auditore, atque patro
cinantibus in causa, eamque insimul tuentibus
D.Ioã.Antonio Sansono, & D.Ascanio Calò, in
ipsa prouincia, nulli secundis, quòd prædictus Pe
trus de Virgine, tanquam legitimus tutor sit ad-
mittendus, & tanquam nominatus à matre confir
21 mandus, † quæ etsi illum reliquerit curatorem,
ne actus pereat, potest pro tutore confirmari, quã
nempe confirmationem nullatenus re ipsa exclu-
dit tex.in l.tutores, §. s.ff.de adminis.tut.vt in me-
dium denudauit Francisc. de Caldas, in repet.l.si
curatorem, in ver.sine curatore, sub nume.70. C.
de in integ.restit.minor.

ARGVMENTVM.

Quòd testator potest prohibere detractionē Trebellianicæ in hærede primi gradus.

SVMMARIVM.

1 Trebellianica a testatore in hærede primi gradus, sicut Falcidia, an prohiberi possit, & nu.4.
2 Ratio scripta in lege vbi habet locum, & legis dispositio.
3 Ius nouum atque correctorium, a veteri interpretationem extensionemque recipit.
5 Azo, fons legū, & vas electionis a Bal. appellatus.
Angelus Ares. magister practicæ.
Franciscus Aret. Doctor veritatis.
6 L. iubemus, C. ad Trebel. quomodo procedat & intelligatur, num.8.
7 Parentes ad secunda vota transeuntes in bonis filiorum ex primo matrimonio descendentium, an & quando de proprietarijs efficiantur vsufructuarij.
Socinus sen. solennis Doctor.
9 Trebellianica, quo casu per testatorem prohiberi possit.
10 Legitimam filij in Trebellianicam computari, consequenterque impediri pater disponere potest.
11 Sententia a communi ob singularem aliquorum opinionem, iudicando & consulendo non recedendum.

DECISIO III.

EX quo B. testator in eius testamēto expressè disposuit, & ordinauit, quod de omnibus legatis, & fideicommissis factis per eū nullo modo peti, nec detrahi possit Falcidia, nec Trebellianica per eius filiū, & hæredem, sed quod ea omnia præstētur integra, & sine diminutione, reseruata sibi tantummodo legitima: videndū
1 est, vtrum † testator ipse possit de iure prohibere detractionē Trebellianicæ in hærede primi gradus. & certè pro parte negatiua, quòd ea prohiberi nequeat vllo quidem pacto, optimè facit textus in l. iubemus, & ibi Bal. qui illum textum ad hoc ponderat, in 3. not. C. ad Trebell. vbi habetur, quòd testator non potest disponere, quòd liberi primi gradus sibi imputent fructus Trebellianicæ, & sic illam minuere. si igitur non potest minuere, ergo nec in totum tollere, & huic sententiæ non immeritò quidem acquiescit Glo. 2. in l. si vt allegas, C. legem Falcid. & in auth. sed cum testator, in ver. cessat, & ibi etiam Iaco. Butr. C. eo. tit. Iaco. de Belui. in §. hinc nobis, in Auth. de hæred. & Falcid. Bal. in l. filium quem habentem, col. 10. versi. demum quæro, C. fam. ercisc. & ita consuluit Rom. consi. 206. licèt de communi conclusione, in fi. & Dec. consi. 81. in casu proposito, asserens etiam ibi, istam esse magis communem opinionem, Ioan. Petr. Surdus etiam consi. 77. num. 4. & Matth. Brun. consi. 49. nu. 8. consi. 55. num. 10. & consi. 128. num. 1. & 27. & altiori fastigio D. Marcus Ant. Eugen. consi. 33. nu. 19. lib. 1. & ibi in subscriptione perillustris D. meus Raynal. Ridolph. nu. 122. & seq. vbi more solito, opinioni huic plurimum tribuit.

Quibus omnibus nō obstantibus, pro contraria parte extitit iudicatum, quòd imo testator ipse possit generaliter, & indistinctè prohibere Trebellianicam, sicut Falcidiam, quæ nempe decisio comprobatur per textum in l. Marcellus, in prin. versi. quod autem, ff. ad Trebell. vbi Dy. & Bart. aiunt esse casum de hoc: in tantum quòd vbi casus legis, ibi nulla admodum dubitatio versatur. Lancillæ, & ibi Bal. C. de fur. nam Iurisconsultus ibi manifestè quidem æquiparat Trebellianicam Falcidiæ, volens, quòd in testamento, in quo cessat Falcidia, cesset & Trebellianica: sed lex noua loquens in Falcidia, quòd prohiberi queat, indistinctè obtiuet etiam locum in Trebellianica, virtute legis antiquæ, illa æquiparantis, per regulam l. vt tantum, §. t. ff. de seruo cor. iuncta l. si quis seruo, cum ibi no. in Glo. fi. C. de fur. pro qua quippe sententia bene facit textus in §. si vero expressim, in Auth. de hæred. & Falcid. collat. 1. qui re ipsa loquitur expressè, tam de legatis, quàm de fideicommissis. & ratio ibi expressa in lege, quare prohibitio testatoris debet tenere, habereque locum, quia obseruando voluntatem defuncti piè quidem agitur, vel locum erit substitutis, aut fideicommissarijs, certè isthæc ratio potest æqualiter procedere, tam in Falcidia, quàm in Trebellia
2 nica, † & vbi habet locum ratio scripta in lege, sortitur etiam locum legis dispositio. l. illud. ff. ad legem Aquil. l. actio, ff. de verb. oblig. & l. fi. C. ad legem Falcid. Glo. & alij vniuersaliter omnes in
3 l. si ante nuptias, in fi. ff. solu. matri. † quod in tantum verum est, atque procedit, vt etiam si fuerit ius nouum, ac correctorium, extenditur nihilominus iuris ministerio ad æquiparata per legem antiquam, & à lege veteri recipit absque scrupulo aliquo interpretationem, & extensionem, prout notat Glo. singularis, ad quam semper recurritur, tanquam ad portum claræ veritatis, in cle. 1. in ver. eligatur, de elect. & consequenter ius nouum auth. sed cum testator, recipit interpretationem, & extensionem à lege veteri, videlicet ad d. l. Marcellus, vt locum obtineat in vtroque foro, æquiparato, scilicet in Falcidia, & Trebellianica:
4 & eandemmet sententiam, † quòd testator indistinctè possit prohibere Trebellianicā, sicut Falcidiam, constanter quidem firmauit Glo. in ver. liceat, in §. sed quia stipulatio, Instit. de fideicom. hæredi. & in §. si vero expressim, in ver. substitutis, in Auth. de hæred. & falcid. Emanuel Costa in repet. in c. si pater, de testam. in 6. in ver. Trebellianicæ, num. 11. tomo 5. & Azo in summa d. Authen. de hæred. & Falcid. col. 4. versi. loquitur autem hic, concludens ibi, quòd licet ille textus loquatur de Falcidia, nihilominus idem dici possit de Trebellianica, cum eodem iure censeatur, &
5 introductū sit, vt inibi per eum, † quem quidem Azonem Bal. in l. contractus, C. de fide instrum. & in l. eam quam, C. de fidei. appellat fontem legum, & vas electionis, eandemque sententiam tenuere Iaco. de Raue. Odofre. Petruc. Rayner. &

Cyn.

Cyn. in d. auth. sed cum testator, in 4. qnæst. ac etiam Bart. Pau. Castren. Alberic. Imo. & Saly. asserentes ita magis communiter teneri, & ita concedunt quoqne Barto. Ang. Imo. Pau. Castren. Raph. Alex. & alij communi concursu omnes in d. l. Marcellus, Cy. & Imo. in l. 1. §. ad municipiũ, ff. ad legem Falcid. Nico. de Neapoli in l. 1. §. inde Neratius, ff. ad Trebell. Glo. Ang. de Aret. Christoph. Port. & alij vniformiter oẽs in §. sed quia stipulatio. Insti. de fideicom. hęred. & idem Ang. magister pcaticæ, in suo solenni tract. de testam. in Gl. inchoante, item prohibuit deduci Trebellianicam, vbi nõ obscurè profectò pro ista parte adducit optimas, viuacissimasque rationes, & eidem opinioni acquiescit etiam Bald. reuocando sententiam, iudiciumque in melius, marmoreis quidem fundamentis, in l. filiũ quem habentem, colum. 8. in quæst. 10. vbi planè demonstrat illam æquiorem fore, consuluisseque itidem in facti cõ tingentia, & cum ista sententia transiuit quoque Ang. in d. §. si vero expressim, Cuma. & Fulgo. in l. cohæredi, §. cum filia, ff. de vulg. & pupil. & in l. in fideicommissaria, in princip. ff. ad Trebel. & in hanc eandem partem, tanquam magis communem, magisque veram, non solum inclinauere Doct. in legendo: sed in consulendo etiam, & iudicando, prout pro ea consuluit Pau. Castren. consi. 162. Visa narratione facti, vol. 2. Benedict. Capra, consi. 36. Quædam Domina Lucia, Cuman. consi. 141. Viso tenore instrumenti, Fulgo. consi. 30. Factum sic se habet, Card. consi. 133. Domino Carulo, Menoch. consi. 272. volnm. 3. Alex. consi. 67. Consideratis his, col. 2. in princ. voln. 1. & Franc. de Aret. Doctor veritatis, consi. 37. sequendo ordinem quæsitorum, col. penul. versi. ad secundum dico, vbi ad lucem addncit, quòd ista est concors, communisque opinio, & approbata, à qua in consulendo, atque iudicando non est aliter recedendum, & Anto. Corsetus etiam in tract. de potesta. & excellent. regis, in quæst. 73. in princ. qui loquitur in proprijs terminis, concludens magno cum apparatu, quòd Trebellianica potest prohiberi indistinctè quidem à testatore, etiam in filio primi gradus instituto, & quòd ista est communis sententia Doctorum, tam legentium, quàm consulentium, Ludo. Molina in tract. de Hispan. primog. lib. 1. cap. 17. nu. 12. versi. quod autem, & Caualcan. in reper. ad decis. in ver. Trebellianica. Matth. Brun. consi. 15. nu. 19. & Crescentius, decis. 2. alias 129. Nota quòd multum fuit disputatum, tit. de testamentis, vbi planum facit pro opinione hac affirmatiua, tanqnam magis communi, magisque vera bis iudicasse Rotam Romanam. & circa præsentẽ speculationem quàmplurima tradidere solito apparatu necessario, Eman. Costa in repet. c. si pater, de testam. in 6. par. 2. in ver. Trebellianicæ, num. 12. tomo 5. & Riminal. iun. in repet. c. qnæ in ecclesiarum, de consti. nu. 312. & 317. tomo 2.

Nec obstare videntur vllo pacto in cõtrarium allegata, & præsertim textus in d. l. iubemus, & quod ibidem notat Bald. C. ad Trebell. quia respondeo, prout respondet Rapha. Cuma. in l. cohæredi, §. cum filiæ, ff. de vulg. & pupil. & in l. in fideicommissaria, in princ. ff. ad Trebell. Alexan. Soc. sen. & alij omnes in d. l. Marcellus, §. quod autem. nam rectè intelligendo d. l. iubemns, hodie nullatenus probat illationem Bal. quòd non
6 possit Trebellianica minui,† quoniam ille textus loquitur, & procedit secundum tempora Digestorum, & Codicis, & nihil de nouo indicit quo ad prohibitionem Trebellianicæ, sed præsupponit inductum per l. quod de bonis, §. 1. & §. fin. & l. Titia, ff. ad legem Falcid. l. 1. §. inde Neratius, ad Trebell. & l. si vt allegas, C. ad legem Falcid. vbicunqne Trebellianica, & Falcidia tolli, atque diminui non poterant. sed d. l. iubemus, vult, attenta dispositione ipsorum iurinm præmemoratorum præcedentium, quòd testator non possit facere, vt fructus computentur in quartam Trebellianicam, illam extendendo, stante dispositione eorundem iurium diminutionem prohibente. verum hodie iure nouo, tam Falcidia, quàm Trebellianica potest in totum tolli, & prohiberi à testatore, vt supra planè ostensum extitit, meritò potest & minui: & ideo non ab re protulit Cyn. in d. l. iubemus, in 1. oppos. quòd ea correcta discernitur, per ea quæ habẽtur in d. auth. sed cum testator, & in corpore vnde sumitur. & hinc Bar. Alex. Soc. sen. & communiter omnes in d. l. Marcellus, cõcedunt, quòd d. l. iubemus, non probat dictum Bal. quòd hodie non possit Trebellianica in filio minui, seu in totum tolli, in casu tamen quo filius habet legitimam in bonis paternis, & hoc idem sequitur Ias. in l. filium quem habentẽ, col. 7. versi. tertio singulariter limita, C. fami. ercisc. & proinde Rom. emendando dictum suum in sing. 193. Est dnbium, nunquid Trebellianica, dicit in fi. dictum Bal. in d. l. iubemus, fore falsissimum.

Eandemque sententiam comprobo etiam per notata per Glo. Bar. & cæteros omnes in l. fœminæ, §. illud, C. de secun. nup. nam videmus, quòd
7 per dispositionem illius legis, † si mater transierit ad secunda vota efficitur de proprietaria vsufructuaria eorum, quæ consecuta extitent ex successione filiorum ex primo matrimonio descendentium, & ideo tenetur alijs filijs eiusdem matrimonij conseruare. qno sic stante, quæritur per Glo. ibi, in ver. delata, quid in patre, transeunte ad secunda vota, an sit idem, quod in matre, per d. l. fœminæ. & certè videbatur dicendnm, quòd non: quia licèt hoc sit statutum in matre, in patre tamen nulla lege cauebatur, quòd pater transeundo ad secunda vota perderet proprietatem, vt inquit apertè textus in §. cum igitur, ver. sicut enim patres, in Auth. de non eligen. secun. nu. colla. 1. nihilominus Glo. in d. l. fœminæ, §. illud, valde no tabiliter tenet, quòd idem est in vtroque parente, transeunte ad secunda vota, cui acquieuere inibi Bar. & alij vniuersaliter omnes, post Franc. de Sala, qui disputauit istam quæstionem Bononiæ, & sequutus est ipsam Glo. & ad textum in d. §. cum igitur, respondet, quòd loquitur secũdum tempora illius legis, quo tempore pater non succedebat filio in proprietate, sed tantum in vsufructu,

fructu, vt probat textus in l. fin. C. ad Tertull. &
ideo quodammodo erat impossibile reperire le-
gem, disponentem, quòd pater transeundo ad se-
cunda vota priuaretur proprietate, & efficeretur
de proprietario vsufructuarius, vt supra. sed cum
postea iure nouissimo ambo parentes sint parifi-
cati, vt tam pater, quàm mater succedant filio,
etiam in proprietate æqualiter vnà cum alijs filijs,
seu fratribus defunctæ personæ. auth. defuncto.
C. ad Tertull. & in §. colligentes, in Auth. de non
elig. sec. nub. etiam si ad secũda quidem vota tran
sirent, vt in ipsis iurib. facilè colligitur: licèt post-
modum iure nouissimo sit tantũmodo statutum
in matre, transeunte ad secunda vota, quòd in bo
nis à patre quæsitis succedat filijs quoad vsumfru
ctum, & teneatur filijs primi matrimonij conser-
uare: & sic per transitum ad secunda vota de pro
prietaria efficitur vsufructuaria, secũdum primę-
uam dispositionem d. l. fœminę, quoad quæsita à
patre, vt ait tex. in §. hinc nobis, in Auth. de nupt.
collat. 4. quia tamen parentes ipsi extiterant pari-
ficati, & adęquati à lege, illud quod fuit de nouo
inductum in vno ex parificatis, cẽsetur & in alio
statutum, & lex noua extenditur per legem anti-
quam in adęquatis, & parificatis. & ideo vtrique
parentes æqualiter proprietate priuantur, secun-
dum Glo. & Bar. in d. l. fœminæ, §. illud. & pro ista
sententia per eandemmet rationem consuluit so-
lennis doctor Soc. sen. consi. 34. Prosequendo or
dinem quæstionum, volum. 1. & firmat Franc. de
Aret. consil. 72. Præsupponitur in facto, Oldrad.
consil. 33. Quidam habuit vxorem, Rom. consil.
182. In casu proposito, cum alijs cumulatis per
Ludou. Bolognin. in addi. ad tract. Matth. Mat-
thæsi. de successio. ab intestato, in 2. par. col. 10. ita
& pariformiter videtur dicendum in prohibitio-
ne Trebellianicæ, & Falcidiæ, cum sint parifica-
ta, & à lege veteri, vt supra dictum extitit, illud
quod fuit statutum in vno ex parificatis, censetur
dispositum in alio adęquato.

Vel potes, & secũdo modo responsum accom-
8 modare ad d. l. iubemus, ponderatam per Bal. † ꝙ
dispositio illius legis procedit in casu, quo filius
institutus non detraheret, nisi vnam quartam,
prout probat ille textus, in ver. dodrans: quia te-
stator non poterat illam impedire, seu minuere.
quod ponderat ipsemet Bald. ibi, in 2. no. dicens
quadrantem retineri, & dodrantem restitui, infe-
rensq; ex hoc, per illum textum, quòd filius insti
tutus, & de restituendo grauatus, post mortem,
non detrahit, nisi vnam quartam: nihil mirum ita
que si diminui minimè poterat, & sequitur ibi-
dem Paul. Castren. istud ponderando. sed nos lo-
quimur in casu, vbi filius institutus, & de restituẽ
do per fideicommissum grauatus, habet ex dispo
sitione testatoris suam legitimã integram, & vult
etiam deducere Trebellianicam contra prohibi-
tionem illius, iuxta ea quæ habentur in c. Raynu
tius, & in c. Raynaldus, extra de testam. & in c. si
pater, eod. tit. lib. 6. & concedunt omnes commu-
9 piter in d. auth. res quę, C. commu. de legat. † quo
nempe casu bene potest prohiberi Trebellianica
per testatorem. ita in proprijs terminis, limitando
opinionem Bal. in d. l. iubemus, consuluit Dec.
consi. 480. in casu qui contingit, nu. 13. sequutus
Paulum Castrens. in consil. 92. Quia dubia supra
firmata, circa finem, & per alias authoritates, & iu
ra per eum vberius, copiosiusque adducta. cum
igitur velit deducere duas quartas, certè sumus
extra terminos d. l. iubemus, secundum intelle-
ctum Bal. Pau. Castren. & sequacium. cum itaque
in casu nostro pater prohibuerit quartam Trebel
lianicæ, atque concesserit legitimam, absque scru
pulo aliquo hoc potuit de iure facere.

10 Quoniam videmus, † quòd pater potest dispo
nere, quòd legitimam filius cõputet in quartam
Trebellian. & consequenter potest illam impedi-
re, prout firmat Alberic. de Rosate post Dyn.
Rayner. & alios in l. Lucius, §. maritus, ff. ad Tre-
bell. & in l. si debitor, ff. ad legem Falcid. & Ias. in
d. l. filium quem habentem, in 3. limitat. Vnde
Alex. in proprijs terminis consi. 67. Consideratis
his, col. 2. volum. 1. & consi. 29. Prospectis his, co-
lum. 2. vers. sed Trebellianica, volum. 5. expressè
consuluit, quòd Trebellianica potest prohiberi
per testatorem, etiam in filio primi gradus institu
to, reprobata sentẽtia Bal. & contra eundemmet
Bal. per rationes memoratas in proprijs terminis
consuluit Corn. consil. 22. In hac consultatione,
colum. 9. vers. sed imminet dubitatio, volum. 2. &
Barbat. consi. 10. Illud referam in medium, vol. 1.
& sequitur Anchar. in c. Raynaldus, col. 2. versi.
filius sub conditione, extra de testam. & plenieri
cornu Ant. Corset. in tract. de potesta. & excel-
lent. regis, in quęst. 73. in primo dubio. cum igi-
tur isthæc sententia sit euidenter firmata autho-
ritatibus tantorum iurium, & voto sublimorum,
illustriumq; Doctorum, maximè cũ Bal. & Rom.
contrarium sentientes variauerint in dictis suis,
censenda est magis communis, & vera, & miror sa
nè quomodo Dec. consuluerit contrariũ, ex quo
omnes præmemorati Docto. vno ore fatentur, ꝙ
ista est communis, & vera sententia.

11 A † qua nempe communi in iudicando, con-
sulendoque haudquaquam recedendum est, vt
per Bar. col. fi. & alios vniformiter omnes in l. fin.
C. de pęn. iudi. qui malè iud. & per Canonistas
omnes etiam in c. ne innitaris, extra de constit.
& probat textus in l. 1. in ver. crebrior apud vete-
res, & ibi Bal. ff. de offi. quæstor. & in l. Atletas, in
prin. & ibi etiam Bal. ff. de his qui notan. infam. &
licèt contra communem ipsam reperiatur opinio
alicuius excellentis Doctoris: tamen ob hoc non
debemus in iudicando recedere à communi, &
iudicare contra eam, propter singularem opinio-
nem aliquorum, vt est bonus textus, & ibi Bal. in
l. 1. ff. de Senator.

Decisum igitur extitit, ꝙ prædicta filia censeri
debeat instituta generaliter in omnibus bonis do
talibus, & non dotalibus, nec nõ grauata in casu
soluti matrimonij sine liberis de illis restituendis
deducta legitima, sine detractione Falcidiæ, aut
Trebell. & consecutiuè, ꝙ eius maritus, & hæres
ad bonorũ hæreditariorum restitutionem tenea-
tur, deducta legitima, vigore testamenti paterni.

ARGVMENTVM.

Decimæ prædiales debentur integræ de fructibus recollectis, nulla facta deductione expensarum, & debent solui ante tributum: secus verò in decimis personalibus, quia deducuntur expensæ, & decimæ prædiales debent solui statim recollectis fructibus, personales verò in fine anni. Et decimator potest prohibere asportationem fructuum, & in eis ponere custodes donec soluantur integræ decimæ, secundum consuetudinem, cui statur. Et decimæ à laicis nullo vnquam tempore præscribi possunt: potest tamen bene vna ecclesia præscribere contra aliam, quando habet parochiam. Et decimæ debentur tam de fructibus prędiorum ecclesiæ quàm de fructibus recollectis extra territorium.

SVMMARIVM.

1 Decimæ prædiales, & sic fructuum soluũtur, expensis nullatenus deductis: speciale in decimis, secũdum aliquos, num.9. non aliter deducto semine, nu. 14. & antequam pensio colono partiario debeatur, num.15. vel domino quoque, nu.16. contrafaciens in deducendo prius expensas, peccat mortaliter, nu.20. non procedere in prouenientibus ex artificio, & negotiatione, nu.21.

2 Decimæ ante omnia debent solui, priusquam soluantur tributa, & operariorum opera, num.6. & de ratione, nu.7.

3 Ecclesia, si quis venderet frumentum, non aliter decimatum, potest decimas ab emptore exigere.

4 Decimas dici onus reale, sequique fructuum detentorem, transire etiam cum prædio, nu. 5.

8 Fructus intelligi deductis expensis, contrarium secundum aliquos in solutione decimarum.

10 L. fructus, ff. solu. matrim. secundum Innocen. declarari.

11 Ciuilis intellectus sententiæ semper accommodandus, etiam si à naturali dissonet.

12 Fructus in solutione decimarum, quomodo intelligantur.

13 Bar. opin. ad l. fructus. ff. solu. matrim. per Abb. in c. pastoralis, de decim. reprobari.

17 Decima soluitur per colonum antequã domino fendi pensio soluatur, & sic siue proprium, siue alienum cõducat prædium, tenetur decimas ex acerno soluere, nil prius deducto, nu.18.

19 Religiosi tradentes terras ad culturam alicui, siue ille colonus partiarius, siue pensionarius sit, tenetur ad decimas, & ante omnia illas integraliter debet ecclesiæ parochiali soluere.

22 Negotiator soluit de lucro decimã, deductis expensis, quas facit de pecunia decimata.

23 Expensæ deducendæ nedum sunt de personalibus decimis vtiliter erogatis, verùm etiam factæ ex voluptate, dummodo non in fraudem.

24 Decima personalis proueniens ex illicito lucro non debenda.

25 Lucrum illicitum omnino de iure restituendum.

26 Glo. in c. ex transmissa, de decim. cõmuniter recepta.

27 Expensæ, quarè deducantur de mercimonijs, & non de fructibus, siue redditibus aliarum rerum in negotiatione manum hominis, in alijs præcipuè manum Dei operari. nu.28. aliam rationem diuersitatis afferri. nu.29.

30 Decimæ prædiales debent solui statim, fructibus recollectis, & tardius soluens peccaret. nu.31.

32 Decimas illis non aliter petitis ad horrea clericorum deferre laici tenentur.

33 Decimas portari debere ad domum illius, cui debentur, sumptibus proprijs rustici, seu alterius cuiusvis debitoris.

34 Decimarius inuito Domino, an possit ingredi fundum, vt recipiat decimas.

35 Decimas personales præstari, soluiq; debere in fine anni; sed statim solui verius ostenditur, nu.36.

37 Decimarum exactor, siue decimarum cautus ad euitandum fraudes, & furti occasionem, procurat dominum fundi prohiberi, vt fructus nullatenus deferat atque asportet è fundo ante solutam decimam, limitatur non procedere vbi in contrariũ cõsuetudo vigeret, nu.38. quæ minimè seruanda si præberet ansam furandi, & parandi fraudes. nume.39.

40 Decimatorem, siue decimarum exactorẽ ad euitandum quaslibet fraudum suspitiones, cum de ecclesiæ præiudicio tractetur, custodes deputare posse ad custodiendum victualia, ex quibus decima est soluenda.

41 Baro tempore belli, vel necessitatis valet, inuito sub feudatario, custodire castrum.

42 Dominus prædij, fructuum tempore, in fundo famulum destinare potest ad custodiendum, ne colonus fructus occupet.

43 Decimæ eo loco, & tẽpore soluendæ sunt, secundum quod à consuetudine determinantur, quæ inducitur spatio decem annorum, nu.44.

45 Consuetudo valet vni ecclesiæ decimas adimens, & alteri conferens.

46 Consuetudo non soluendi decimas personales valet: declaratur tamen, nu.47.

48 Decimæ diffinitio.

49 Decima est tributum egentium animarum, & eam in signum vniuersalis dominij Deus retinuit.

50 Decimæ pro victu ministrorum ecclesiæ sunt institutæ.

51 Viuentes de decimis dicuntur pauperes.

52 Viuens ex artificio, si nihil aliud habeat, potest inops dici.

53 Facultatis alicuius consideratio, in quo versetur.

54 Viuens ex propria industria, non tenetur ad collectas.

55 Decimæ cum res diuinæ sint, à laicis impræscriptibiles.

56 Parochiani laici à primitiarum, & decimarum solutione, etiam longissimi temporis consuetudine, excusari nequeunt.

57 Decimæ à Clericis Parochiam habentibus præscribi possunt.

58 Idem procedere in religiosis.

59 Episcopus asserens se percepisse decimas in alieno episcopatu; vel vna ecclesia pretendens præscripsisse decimas in parochia alterius ecclesiæ, tenetur

netur allegare, & probare titulum, declaratur, nume. 60.

61 *Titulus in præscribente requiritur, seu tantum tempus, de cuius initio memoria non extet.*

62 *Agens ad spolium decimarum, debet habere titulum coloratum.*

63 *Decimæ sunt soluendæ, nedum ex fructibus recollectis in territorio, sed de omnibus alijs etiam ex perceptis, præsertim ita accedente consuetudine. limitatur, nu.64.*

65 *Decimas non soluens, cum sit in continuo peccato, & nosorio crimine, per confessorem absolui non debet, & peccatum præuaricati præcepti Dei incurrit, nu.66.*

67 *Decimas non soluentes, mortaliter peccant, etiã nulla monitione præmissa, nec locustas, & plagas Deus ab eis remouet, num.68.*

68 *Decimas non soluens, vexatur locustis, & alijs varijs malis.*

69 *Paria sunt, decimam non soluere, vel soluere inutilem.*

70 *Decima animalium soluenda est, vbi illa lacte materno non indiguissent, & sic infra decem dies debetur agnus sacerdoti, sed decima bladi, & agnorum debetur, nec sacerdos tenetur recipere infra decem dies.*

71 *Decimæ tanquam res merè spiritualis, non obligari, neque à laico possideri possunt.*

72 *Decimæ extraneo obligari nequeunt, tamen fructus obligari possunt, cum & locari, & vendi permittantur, num.74.*

73 *Dominus, à quo habet decimam in feudum, potest obligare.*

DECISIO IIII.

1 DECIMÆ prædiales, † & sic fructuum,
soluendæ veniunt, non deductis aliter
expensis erogatis in fructibus ipsis recol
ligendis, & consequenter decimæ prædiales ve-
niunt soluendæ expensis nullatenus deductis, c.
non est, & ibi Abb. & alij, de decim. & c. cum ho-
mines, & ibi Archid. Abb. & cæteri, eo. ti. & idem
Archid. in cap. reuertimini, circa fin. 16. q. 1. Pau.
Castren. in l. fructus. ff. solu. matrim. S. Antoninus
in sua summa, in 2. par. tit. 4. c. 3. de decimis, sub §.
3. sub vers. pœnales sunt. Summa Armil. in ver. de
cima, sub §. 2. Tiraq. in tract. de vtroque retrac. de
retractu consanguineorum. §. is fructus, num. 10.
Glo. 1. & Capyc. decis. 20. in causa venerabilis, nu
me. 2. Atque etiam decimæ personales, & sic pi-
scationis debentur quoque expensis non dedu-
ctis, vt per eundem Capyc. d. decis. 20. nu. 5.
Et S. Tho. in 2. 2. q. 33. art. 2. ad 4. vbi itidem
2 firmat, † quòd ante omnia solui debent decimæ,
priusquam soluantur tributa, atque operariorum
opera.
3 Imò plus dicit, † quòd si quis vẽderet frumen-
tum non aliter decimatum, vt posset tunc eccle-
sia decimas ipsas ab emptore exigere, qui retinet
rem ecclesiæ debitam, & ab emptore vendicare,
qui quantum in se fuit, fraudauit ecclesiam.
4 Et ratio ea est, † quoniã decima ipsa dicit̃ onus
reale, sequiturq́ue fructuum detentorem, secun-
dũ Glo. & alios omnes vniuersaliter, per tex. ibi,
in c. cum non sint, de decim. & Gl. in c. tua nobis,
eod. tit. & ita consuluit Socin. sen. consi. 268. ele-
ganter, & subtiliter discussa fuit, num. 1. cum alijs
seq. volum. 2.
5 Imò † decima ipsa est onus reale, & videtur trã
sire cum prædio. c. nuper, c. dilecti filij. c. cum sit,
& c. de terris, de decim.
6 Et † quòd decimę, ad rẽ redeundo, debeantur
antequam soluatur Regi tributum, firmat etiam
Dominic. Soto, de iust. & iu. lib. 9. quæst. 4. art. 2.
ad 4. arg.
7 Et ratio, † quare decimæ solui debeant ante so
lutionẽ tributorum, ea est, quoniam vbicunque
concurrunt duæ causæ, quarum altera est poten-
tior, illa præponenda est minus potenti: nam de-
cima soluitur in signum vniuersalis dominij, tri-
butum verò specialis. cum autem causa solutio-
nis decimarum sit potentior, meritò quidem præ
ponitur solutioni tributorum, ita Abb. in c. cum
non sit, de decim.
8 Et † licèt fructus intelligãtur deductis expẽsis.
l. fructus, ff. solu. matrim. Prosper Pasethus consi.
211. In causa illustris Comitissæ, num. 5. Ang. de
Gambiglionibus Aret. cons. 56. Iustissime iudex,
num. 7. vol. 1. Thom. Docc. consi. 37. nu. 8. & Cre
mens. sing. 134. Tu scis, vbi hoc limitat, & amplia-
tur etiam, tam in bonæ fidei possessoribus, quàm
in malæ fidei, etiam prædonibus. l. si ad non, §. fru
ctus, ff. de peti. hæred. & l. 1. & l. planè, in fi. C. de
fructib. & litis expensis.
9 Tamen † aliqui Doct. in solutione decimarũ
aiunt hoc speciale fore, sed eorum opinio non ar-
ridet Abb. per c. tua, de decim.
10 Innoc. verò cõcludebat, † quòd d. l. fructus, &
omnia alia iura disponentia fructum esse, quod
superest deductis expensis, intelliguntur ex inter
pretatione ciuili, & sic de iure ciuili, non autem
naturali.
11 Cum † ciuilis intellectus, semper sit sentẽtię ac
commodandus, etiam si à naturali dissonet, vt l. li
tigator, C. de fruct. & lit. expen. & ibi Bal. in fi. nã
naturaliter, quicquid percipimus ex re, in fru-
ctu est, & reditu, & ita accipimus in solutione
decimæ.
Cæterùm Hostien. in summa de decim. aliter
12 asserebat, † quòd vbi verbum fructus, refertur ad
partem quotam, non deducuntur expensæ, & ita
est in solutione decimæ, & procedit d. cap. tua. se-
cus verò si ageretur de omnibus fructibus resti-
tuendis.
13 Et † opinionem hãc amplectitur Abb. in c. pa-
storalis, de decim. reprobando Bar. in d. l. fructus.
14 Imò † ipsæ decimæ prędiales debẽtur etiã non
aliter deducto semine. ita Hostí. relatus per Ar-
mil. in sum. in ver. decima, sub §. 2. & est tex. in c.
pastoralis, de decim.
15 Et denique † non solùm decimæ prædiales sol
ui debent in casibus memoratis absque expensa-
rum detractione, sed antequam pensio etiam co-
lono partiario debeatur, ita Glo. in cap. quæstio.
16. quæst. 1.

Vel

16 Vel † domino quoque. d. cap. tua, il 2. & ſeq.

17 Et ſic † decima ſolueda venit per colonum, antequam domino fundi penſionem ſoluat.

18 In tantum, † quòd ſiue proprium, ſiue alienum prædium códucat, tenetur decimas ex aceruo ſoluere, nil prius deducto, teſte Dominico Soto, de iuſt. & iu. lib. 9. q. 4. art. 2. ad 4. arg.

19 Itaque † religioſi tradẽtes terras ad culturam alicui, ſiue ille colonus partiarius ſit, ſiue portionarius, tenetur ad decimas, ita quòd debet in primis & ante omnia, integraliterque illas eccleſię parochiali ſoluere. ita Io. de Imo. in Cle. 1. de decim.

20 Quare † peccat quidem mortaliter ſoluẽs decimam prędialem, deducensque prius expenſas pręmemoratas, cum agat contra Canonum formam, in prin. allegatorum, & aduertit etiam Nauar. in Manuali confeſſariorum, c. 21. de quinque pręceptis eccleſiæ, ſub nu. 21. verſ. ſecundo qui peccat.

21 Decimæ † verò perſonales, prouenienteſq́; ex artificio, negotiationeq́; ſoluendæ non ſunt, niſi prius deductis expenſis.

22 Et cóſequenter † negotiator ſoluit de lucro decimã deductis expẽſis, quas ipſe facit de pecunia decimata. c. paſtoralis, de decim. vbi Glo. & Doct. oẽs, & Gl. in d. c. cũ homines, in ver. non decimatis, Bal. in ſua Margarita, in ver. decimæ, Tiraq. in d. §. 15. n. 14. & Armil. in d. ver. decima, in §. 2. in fi.

23 Et † nedum deducendæ ſunt expenſæ de perſonalibus decimis vtiliter erogatis, verùm etiam factæ ex voluptate, dummodo hoc in fraudem non appareat, ſecundum Glo. Io. And. Innoc. Hoſtien. Card. & alios omnes communiter in d. c. paſtoralis, & Rebuff. in tract. de decim. q. 11. nu. 4.

24 Cæterùm † aduerte, quòd decima ipſa perſonalis nullatenus ſoluenda venit de lucro illicito:

25 Cum † illud de iure neceſſariò reſtituendum ſit.

26 Ita Glo. † in cap. ex tranſmiſſa, de decim. & Nauar. in Manuali confeſſariorum, c. 21. de quinque præceptis eccleſiæ, ſub nu. 31. vbi elucidat d. Glo. communi omnium voto receptam eſſe.

27 Et ratio, † quare expenſæ deducantur de mercimonijs, & nõ de fructibus, & redditibus aliarum rerum, ea eſt.

28 Nam † in negotiatione operatur manus hominis, ſed in alijs præcipuè operatur manus Dei, argum. c. naſci, diſt. 56. & c. non eſt, & c. cum non ſit, de decim.

29 Alteram † verò rationem diuerſitatis inter prędiales, & perſonales decimas diſcurrit Rebuff. in tract. de decim. q. 11. nu. 5. & ſeq.

30 Et † ipſæ decimę prædiales ſolui debent ſtatim fructibus recollectis, d. c. cum homines. Ange. de Clauaſio in ſua ſumma, in ver. decima, §. 4. & Rebuff. in tract. de decim. q. 12. nu. 1.

31 Aliter † tardius ſoluens, peccaret, ſecundum Theologos, & Canoniſtas vnanimiter, & concorditer omnes varijs in locis triuialibus iuris noſtri, & Quintilian. Mandoſ. in tracta. de monitorijs, q. 42. num. 2.

32 Et † circa veritatem memoratæ opinionis, vt laici teneantur ad horrea clericorum deferre decimas, & illis non aliter petitis, multa fundit, & vtiliter diſcurrit Couarru. in lib. 1. variarum reſolutionum, cap. 17. ſub num. 8. verſ. octauo ex his colligi poterit, D. Vincent. de Franch. deciſ. 124. Porrectis, nu. 1. cum alijs ſeqq.

33 Ideoq́; † non immeritò concludit Specu. in tit. de decim. verſ. vltimò quæritur, quòd decimæ iſtæ portari debent ad domum illius, cui debentur, ſumptibus proprijs ruſtici, ſeu alterius cuiuſuis debitoris, & idẽ firmat Armil. in ver. decima, ſub §. 2. Capel. Tholoſ. q. 432. item fuit quæſitum nunquid ruſticus, & Aufrer. ibi in addi. Glo. in c. reuertimini, in ver. horrea, 16. q. 1. Iac. Nouel. in reg. 180. Ruſtici, tomo 2. vbi nu. 1. & ſeqq. hoc ponit pro regula cum ſeptem limitationibus, & Io. Vincen. de Anna in allegatio. 94. In cauſa magnifici Franciſci, ſub num. 11. vbi concedit etiam, q̃ hoc procedit quoq́; in vaſallo, qui tenetur aſportare terragia ad domum Domini, ſed meminit circa hoc ſeruandam conſuetudinem, caſu quo extaret, aliàs teneri vaſallos ipſos ad aſportãdum decimas, ſeu terragia ad domum eiuſdemmet Dñi.

34 Imò † concedit etiã Spec. in loco ante ſignato, quòd decimarius poſſet ingredi fundum, vt recipiat decimas, etiam inuito domino. Sed contrariam opinionem, videlicet, quòd decima auctoritate capi propria nequeat vllo modo, verùm peti, firmauit Alber. in l. extat. col. 1. ff. quod met. cau. & probat Rebuf. in tract. de decim. q. 9. nu. 20. & ita ſemper obſeruari vidimus.

35 Perſonales † verò decimæ ſolui, præſtarią́; debent in fine anni: ita Abb. in c. peruenit, de decim. Glo. in cap. reuertimini, in ver. annus. 16. q. 1. Ang. de Clauaſio in ſumma, in ver. decima, §. 4. & S. Antoninus in ſua ſum. in 2. par. ti. 4. c. 3. de decimis, ſub §. 3. ſub verſ. perſonales ſunt.

36 In contrariam † verò partem, quòd perſonales ipſæ decimæ ſtatim etiam ſoluendæ ſint, non aliter expectato anno, inclinauit Card. in d. c. paſtoralis, q. 16. & ſequitur Rebuff. in tract. de decim. quæſt. 12. ſub num. 4. vbi planum facit iſtam opinionem eſſe tutiorem, prout ita ſe habet veritas, quòd in foro poli præſens opinio Card. præualere debeat, vnde ſoluentes decimas in terminis cõſtitutis, ſoluunt iuxta antiquam taxam: moroſi verò ſecundum verum valorem, ſecundum motũ propriũ Pij V. 107. Pius Papa V. ad futuram.

37 Et hinc eſt, † quòd cautus decimator, exactorque decimarum, ad euitandum fraudes, & furti occaſionem, procurat dominum fundi prohiberi, vt fructus nullatenus deferat, atque aſportet ex fundo ante ſolutam decimam, quod quidem iure ſuadente agere poteſt, vt efficax teſtimonium eſt Spec. in titu. de decim. §. fi. & Io. And. in addi. ibi, & idem Io. And. Anchar. Card. Collectar. & alij vniuerſaliter in cap. ex parte, il 2. de decim. & Gui. Papæ deciſ. 283. exactor decimarum, vbi ſub num. 1. elucidat ita in facti contingentia Curiam Parlamenti Grationopoli obſeruaſſe, & ſequitur Apoſtil. ibi, Lucas de Pen. in l. 2. C. quan. & qui. quar. pars debe. lib. 10. Couar. in lib. 1. variarum reſolutionum, cap. 17. ſub nu. 8. ſub ver. Octauò ex his colligi poterit, vbi innuit iſtam eſſe omniũ communem opinionem, & Rebuff. in tract. decimarum, quæſt. 5. num. 23.

Vbi

38 Vbi † hoc limitat nō obtinere locum, vbicunque vigeret in loco consuetudo in contrarium.
39 Quam probat † minimè seruandam, si illa præberet ansam furandi, & parandi fraudes, & huic opinioni innititur etiam Aufrer. in add. Capellæ Tholos.in quæst.432. vbi memorat ita aliàs iudicasse Curiam parlamenti Tholosæ, prout detectis fraudibus ipsis, in causa mihi commissa per sacrum Collaterale Consilium de mēse Iulij 1583. dum essem Auditor Regiæ Audientiæ Apuliæ, iudicaui ad fauorem venerabilis Capituli clericorum Terræ Vrsariç, relaxando mandatum contra vniuersitatem, & homines eiusdem Terrę, vt non obstante consuetudine hac diabolica, & vera corruptela, amouere non deberent vllo modo frumēta, & ordea de areis, nisi prius facta reali, actualiq́ue mensuratione fructuum ipsorum, præsentibus, & videntibus ipsis clericis, & huic consuetudini tanquam nutritiuæ peccati minimè applaudere videtur Couarru. in loco ante signato, licet Card. Zabarel. in casu suo, & malè, asseruerit contrarium in consi.146. notum sit vniuersis, nu.1.
40 Imò † decimator ipse in præsenti casu, cū agatur de ecclesiæ præiudicio, ad euitandum quaslibet fraudum suspitiones, posset dubio procul deputare custodes ad custodiēdum victualia, ex quibus decima soluenda veniat, ita Ioan. Vincent. de Anna in allegatio.94. num.8. pro ut probat in similibus casibus etiam Marin. Frec. in tract. de sub feudis Baronum, & inuestituris feudorum, lib.2. quæst.34. in 12. auctoritate, per totam. fol.207.
41 Vbi probat, & firmat, † quòd Baro, & sic directus dominus tempore belli, vel necessitatis, valet etiā inuito subfeudatario custodire castrum, & sequitur etiam Io. Vincent. de Anna cum alijs aggregatis per eum in allegatione 94. nu.9. & seq. vbi commemorat ita aliàs extitisse decisum in collaterali Consilio.
42 Et † quòd similiter prædij dominus, fructuum tempore, famulum destinare queat in fundo, ad custodiendum, ne colonus occupare posšit fructus ipsos.
43 Sed aduerte, † quòd regulariter decimæ soluēdæ veniant secundum consuetudinem approbatam, atque præscriptam, & sic eo tempore, & loco decimæ ipsæ soluendæ sunt, quo à consuetudine stabilitur, & determinatur. ita Aufrer. quæst.109. Ang. de Clauasio in summa, in ver. decima, sub §. quarto. Nauar. conf.2. num.1. de decimis, lib.3. Dominus Vinc. de Franchis decisio.103. num.4. Rebuff. in tract. de decimis, q.13. num.52. vbi ad intelligentiam, & propositum tradit varia exempla, & Armil. in ver. decima, §.2. vbi prorumpit istam esse communem opin.
44 Et † isthæc consuetudo inducitur spatio, curriculoq́ue decem annorum, vt firmauit Abb. in c. cum sint, nu.6. in fi. de decim. & Couarru. in li.1. variarum resolutionum, cap.17. sub num.8. versi. quartò fortiori ratione procedit, vbi elucidat istā esse communem opinionem, & tradit exemplum quidem congruum pro vera intelligentia huiuscemodi communis sententiæ.
45 Imò † valet etiam consuetudo vni Ecclesiæ adimens decimas, & alteri conferens, quoniam non magna quippe vis est, quæ ecclesia decimas ipsas habeat, sed quò ad retentionem laicorum, consuetudo non valeret, vt per Abb. & alios omnes in c. aliquibus, & in c. ad Apostolicæ, de decim. & quòd teneat ipsa consuetudo, quòd decima vni ecclesiæ debita, alteri ecclesiæ soluatur, sequitur quoque Couarru. lib.1. variarum resolutionum, cap.17. sub nu.8. ver. tertiò dicitur iure optimo.
46 Nec non † valet quoque consuetudo decimas personales non soluendi, vt concedunt Canonistæ, & Legistæ communiter omnes. teste Rebuff. in tracta. de decimis, quæstio.13. num.43. & sequen.
47 Vbi † declarat cōmunem hanc de plano procedere, vbicunq; consuetudo minueret solutionem decimarum personalium, & sic disponeret, vt aliquid etiam minimum pro ipsis decimis solueretur, non autem si integrarum personalium decimarum solutionem prohiberet, & ista est veritas.

Et aduerte, nè ignorentur termini præsentis
48 speculationis, † q̄ decima est omnium bonorum mobilium licitè quæsitorum pars decima Deo data, constitutione diuina debita, secundùm Host. in sum. de decim. Cardin. consil.26. & Rebuff. in tract. de decimis, q.4. vbi discurrit super omnibus verbis præsentis diffinitionis.
49 Et † sic decima est tributum egentium animarum, & eam in signum vniuersalis dominij sibi Deus retinuit. c. decimæ, 16. q.1. & cap. tua nobis, de decimis.
50 Et † ipsæ decimæ pro victu ministrorum ecclesiæ sunt institutæ, vt scribitur Numeri 18.
51 Vnde † viuentes de decimis, dicuntur pauperes, ita Abb. in c. quod super, per illum tex. de voto, & per Legistas in l. si constante, in prin. ff. solu. matrim. ideo tempore famis Pharao statuta cibaria sacerdotibus ex publicis horreis præbebat, cū compulsi aliter non sint possessiones suas vendere, Genes.47. & nos infelicissimi mortales, hodie sacerdotes, & Dei ministros, & ecclesias opprimimus; proinde non mirum est si omnibus meritò affligimur malis, c. multi, 1. q.1.
52 Et hinc est etiam, † quòd viuentes ex proprio artificio possunt dici similiter inopes, secundum Abb. in 3. not. in d. c. quod super his, de voto, vbi aduertit.
53 Quòd † in considerandafacultate alicuius, debemus inspicere vtrum habeat aliquam artem, & quod hoc itidem facit ad propositum illorū, qui cōueniuntur in quantum facere possunt: Propterea Regia cameriç Summariç meritò quidem consueuit quotidie expedire literas, & prouisiones ad fauorem viuentium, duntaxat de sudore vultus sui, & sic ex proprio artificio, quos bracciales vocat, vt non teneantur ad hospitandum milites, seu alios quoscunque commissarios, nec ad contribuendum pro huiuscemodi hospitalitatibus.
54 Quare ex his conclude, † quòd nō renetur ad collectas ille, qui viuit ex propria industria. ita Bal. in l. etiam, C. de execu. rei iudi.
55 Vnde ad propositum aduerte, † quòd decimæ

B à laicis

à laicis præscribi nequeunt, vllo modo, cum res sacræ sint. l. qui vniuersas, §. 1. ff. de acq. poss. l. sancimus, C. de sacros. eccles. c. dudum, ext. de deci. & c. causam, ext. de præscript. etiam tanto tempore, cuius initij memoria non extat in contrarium. Rimin. iun. conns. 41. nume. 12. lib. 1. ubi num. 14. & seq. hoc limitat non procedere vbicunque laicus probatet se possedisse decimas ab antiquo per tantũ tempus, cuius initij memoria non extaret in contrarium, & vlterius allegaret titulum concessionemque sibi factam extitisse ante Concilium Lateranense: tũc enim præsumeretur pro eo, nec sibi foret necesse probare de forma priuilegij, vel quòd possedisset tanquam vasallus ecclesiæ, Ioan. Bolognet. cons. 29. nu. 8. possunt tamen laici quoad eam ius soluendi decimas præscribere, Nauar. cons. 1. num. 4. de decim. lib. 3. & iuris diuini sunt, Rim. iun. cons. 36. num. 15. lib. 1. easque deberi de iure Canonico, & ex Testamento nouo aperit ex multis authoritatibus Bolognet. cons. 29. num. 4. & illas vt supra deberi etiam iure diuino, num. 2. Et tanto magis, cum decimæ à laicis haberi non posint aliquo modo, nec ratione dominij, nec ratione possessionis, etiã ex concessione prælati. c. quamuis. de decimis, Prosper Paseth. consilio 55. In causa illustris, nu. 10. Menoch. cons. 498. Respondendum, nu. 31. vol. 5. Neque in feudum concedi possunt, nisi respectu commoditatis ex consuetudine, Rim. iun. cons. 41. nu. 1. & 2. lib. 1. nec ipsarum decimarum ius laico competit, nec Principi quidem. Crauet. cons. 496. num. 1. & 14. volum. tertio.

56 Imo † Parochiani laici se à primitiarum, & decimarum solutione ex consuetudine etiam longissimi temporis excusare nequeunt. ita Bero. cõsil. 19. nu. 5. vol. primo, vbi ostendit istam esse communem opinionem, vt docuimus in Sylua, in opinio. 152. lib. 1.

57 A clericis verò † decimę ipsæ pręscribi possent, si parochiam haberent. c. de quarta, ext. de præscriptio. & sic decimas præscribere vna ecclesia in aliena parochia, vel diœcesi potest, saltem per tẽpus, de cuius initio, vel contrario hominum memoria non existit, vt per Bertran. consi. 80. Quamuis, nu. 2. volum. 5.

58 Necnon † religiosi quoque, si non haberent parochiam, decimas ipsas præscribere non valẽt, c. placuit, 16. q. 1. verùm si parochiam haberent, tunc vtique ratione parochiæ, decimas præscribunt. c. cum contingat, & c. cum in tua, de decim.

59 Et hinc est, † quòd episcopus asserẽs se percepisse decimas in alieno episcopatu, vel vna ecclesia prætendens præscripsisse decimas ipsas in parochia alterius ecclesiæ, tenetur allegare, probareq; titulum: ius enim commune tunc contra eum extat. c. de quarta, extra de præscript. & c. nuper, c. cum sit, c. ad apostolicæ, & cap. in aliquibus, extra de decim.

60 Nisi † tanti temporis allegetur præscriptio, cuius hominum memoria in contrarium non extet. c. episcopum, extra de præscript. lib. 6. & firmat etiam Card. Zabar. consi. 88. capitulum, in prin.

61 Nam † fundans intẽtionem suam, de iure communi, requiritur in præscribente titulus, seu tantum tempus, de cuius initio memoria non extet, c. 1. de præscr. lib. 6. & no. Card. Zabarel. consi. 26. Casus super quo petitur consilium, in fi. & in d. cons. 88. num. 1.

62 Et sic † agẽs ad spolium decimarum, debet habere titulum coloratũ, vt firmauit Rota Rom. teste Paulo Emil. Veral. decis. 306. seu 6. in 3. par.

63 Itaque collige ex antesignatis vtiliter, † q decimæ soluendæ veniunt, nedum ex fructibus recollectis in territorio, sed de omnibus alijs fructibus, etiam extra territorium ipsum perceptis, & præsertim vbicunque extaret consuetudo ita soluendi, c. cum non sint, de decim. & ita in facti cõtingentia iudicaui, tanquam delegatus à sacro Regio Collaterali Consilio ad fauorem venerabilis capituli Clericorum Terræ Vrsariæ cõtra vniuersitatem & homines eiusdem Terræ, de mense Iulij 1583. vt vniuersitas hęc solueret d. Capitulo decimas, etiam de fructibus extra territorium recollectis, & ita vidi hisce oculis iudicatum per prædictum Collaterale Consilium, sub die 30. Ianuarij 1581. ad fauorem Reuerendi Capituli Lucerini contra hæredes Lutij de Sanctis, vt soluere deberent decimas ipsi Capitulo, tam de fructibus perceptis in Territorio Lucerino, quàm etiam extra territorium, & sic in territorio Terræ Mottæ.

64 Dummodo de ipsis fructibus nõ solueretur altera decima alteri ecclesiæ extra territoriũ. † Nam decimas propnrtionaliter soluere, etiã quis tenetur duobus rectoribus, vbicunque gregem pascit in duabus parochijs, pro medietate anni in vna, & pro alia medietate in alia, vt consuluit, ex communi omnium opinione, dummodo non vigeat consuetudo in conttarium, Bertran. consil. 410. Proponitur in facto, vol. 4. Vnde stante quod vniuersitas Vrsariæ de fructibus memoratis extra territnrium acceptis, nemini soluebat decimas, ideo adductus legibus nõ obscuris veteris, ac noui Testamenti, atque decisione prælibati sacri Collateralis Consilij, condemnaui vniuersitatem ipsam ad soluẽdum huiuscemodi decimas de fructibus antedictis prædicto Capitulo, ratione, intuituq; sacramentorum præstitorum, & præstandorum, & ita non absque leui certamine extitit in sacro Regio Consilio in anno 1583. confirmata, & approbata mea sententia, referente Illust. D. Vinc. de Franchis, causæ commissario. & ita in terminis firmat etiam Neuizan. consi. 14. Os meum, num. 15. quòd decima solui debet in loco ecclesiæ, cui subsunt bona.

65 Concludo igitur, † quòd decimas non soluẽs, cum sit in notorio crimine, continuoq; peccato, absolui non debet per confessorem. ita Doct. omnes in c. prohibemus, de decim.

66 Imò † decimas ipsas nõ soluens, peccatum præuaricati præcepti Dei incurrit. c. à nobis, de decim. Cum eas deberi non solùm iure diuino, Crauet. consi. 773. nu. 8. lib. 5. sed etiam iure omni deberi, diuino iuxta ac humano. idem Crauet. consil. 479. nu. 3. vol. 3.

67 Et † nõ soluentes decimas, mortaliter quidem peccant, etiam nulla monitione præmissa, cum di

uina

uina constitutio tẽpus solutioni præfigat, quæ re ipsa pro homine interpellat, in moraq; cõstituit, saltem post modicum tẽpus, vt c.potuit, de loca.

68 Nec † locustas, & plagas Deus ab eis remouet. c.reuertimini, 16.q.7. Afflict. in const. quanto cæteris, nu.16. vbi refert etiam cætera mala omnia, scaturientia à non solutione decimarum.

69 Et † denique paria sunt, decimam non præstare, seu illam tradere, consignareque inutilem. l. fi. vbi Glo. & alij omnes, C. ad leg. Flauiã de plagiar.

70 Et hinc est, † quòd decima animalium soluẽda est, vbicunque illa lacte materno aliter non indigerent, vt affabrè quidem ostendit more suo Do: Vincent. de Franchis in decis. 114. In causa reuerendi, sub nu.1. in prima par. & hoc idem probat & firmat Gl. in l. stipulatio ista, quæ est lex 38. sub titu. ff. de verbo. obl. in §. inter certam, vbi meritò concedit, quòd infra decem dies debetur agnus sacerdoti, & assentitur èt Amanel. de Claris-aquis singu. 238. Nota quòd de iure ciuili decima bladi & agnorum debetur, nec sacerdos tenetur recipe re infra decem dies.

71 In tantum, † quòd decimæ (vt vno tantùm verbo claudam sermonem meum, & extrema primis respondeant) non possunt modo aliquo obligari, cum sint res merè spirituales, nec à laico possideri possunt. c. quamuis, & ca. prohibemus, & ibi Glo. & omnes, extra de decim. & l. qui vniuersas. §.1. ff. de acq. poss. Gul. Redoan. in tract. de reb. ec clesi. non alienan. q.8. nu.1. & seqq.

72 Et est casus etiam, † quòd extraneo decimæ ipsæ obligari nequeant, in c. fi. extra de decim. & sic quòd decimæ sint spirituales, firmat, & probat etiam Quintilian. Mandos. in tract. de monitorijs, quæst. 14. nu.3.

73 Sed aduerte, † quòd Dominus, à quo habet decimã in feudum posset obligare. c.1. extra de feu.

74 Et licèt † decima obligari nõ valeat: nihilominus tamẽ fructus decimarum obligari possent du bio procul, cum illi locari, & vendi permittantur à iure. c. in causa, de loca. & conduc. & l. si vsusfructus, in fi. ff. de iure dot. Guliel. Redoan. in d. q.8. num.3. vbi concedit etiam fructus ipsos decimarum ad septennium, & ad nouem quoque annos vendi posse, & sic decimæ ius licèt non cadat in laicũ, vt per Albe. in d. l. si vsusfructus, nu.3. fru ctus tamen ipsius decimæ habere potest, teste eo. Alber. in l. in ædib. §. ex rebus, nu.2. ff. de donat.

ARGVMENTVM.

De testamẽtis reassumptis & scheda Notarij mortui cũ subscriptione iudicis & vnius testis, qui interfuerunt stipulationi instrumenti cum alijs testibus in reassumptione, vtrum faciãt fidem, & quid in causa pia, & in regno seruetur, & sic est necessaria præsentia parochiani.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum per alium notarium reassumptum, Iudice ad contractus & vno teste viuentibus, plenè probat.*
2 *Reges regni iura Imperij habent.*
3 *Iudex ad cõtractus & notarius, quoque, an & quando vim testis habeant.*
4 *Notarius per iudicem examinatus testis locum habet.*
5 *Notarius quomodo suum instrumentum reassumere possit non tantum teste superuiuente.*
6 *Clericus in causa merè ciuili testis idoneus est.*
7 *Testis vnius integra fides, alterius supplet defectũ, vt simul iuncti plenè probent.*
8 *Testes in publicis scripturis se subscribentes absque alia eorum iudice depositione, plenè probant.*
9 *Testes testamentarij vt probent, an & quando coram indice sint examinandi.*
10 *Instrumentum publicum probatio probata, veritas apparẽs probatioque appellatur, atque in eo con tenta pro manifestis haberi facit, nu.12.*
11 *Probatio per instrumentum adeo tuta & vera, vt nulla subornatio timeatur.*
13 *Instrumento standum, donec contrarium non probetur, atque etiam si contra illud de simulatione dicatur, & quanta eius vires.*
14 *Testamentum an & quando ad pias causas censeatur, si laicus in primo gradu institutus sit.*
15 *Testamentum à substitutione vigorem habere incipit.*
16 *Causæ piæ uis magna, vt post secundum etiam gradum sit in consideratione.*
17 *Testamentum ad piæ causæ fauorem etiam in terris Imperij coram duobus testibus absque parochiani interuentu conditum valet.*
18 *Canon, vbi de pijs agitur causis, quia sub ecclesiæ protectione sunt, legi præualet, secundumq; ius Canonicum decidi debet.*
19 *Instrumentum sine testium per notarium nominatorum subscriptione de iure Canonico, cum plenè probet, secundum ius commune ex decreto iudicis etiam nullo teste viuente in forma probante reassumi potest.*
20 *Constitutionis Regni, Baiulos omnes, dispositio in ecclesiæ causis, & vbi de pia causa agitur, locum non obtinet.*

DECISIO V.

DISCVTIENDA infrascripta omnia non ieiunè quidem, atque steriliter hodie de iure veniunt, pro veritatis indagine, vt manifestè apparere queat, quæ ex ipsis partibus foueat iustam causam, & sit etiã in casu victoriæ.

Et primò, vtrum instrumentum testamenti, in quo solummodo reperitur subscriptus iudex, & vnus ex septem testibus testamentarijs, cum alijs qui in reassumptione ipsius instrumẽti facta à sce dis notarij præmortui, faciat plenam fidem, & po tuerit legitimè reassumi, ex quo non superuiuebat, nisi tantum vnus testis cum iudice reassumptionis tempore.

Secundò, vtrum testamentum prædictum possit reputari factum ad piam causam, maximè quia in primo gradu fuit institutus nepos laicus, non profectò ob piam causam, sed amore sanguinis.

Tertiò, ex quo sumus in terris Imperij, & non

Ecclesiæ, & in ipso testamẽto non interuenit parrochianus, an possit valere, tanquam conditum ad causam piam sine interuentu prædicti parochiani.

Quartò, vtrum instrumentum testamenti continens subscriptionem duorum testium, vel vnius testis cum iudice testamentario, & alijs post testamentum superadditis loco præmortuorum plenè probet testamentum hoc in regno.

Quo ad primum hęsitationis articulum, rectè constare potest, quòd imò camera episcopalis habet intentionem suam fundatam ex instrumento testamẽti reassumpto à scedis notarij præmortui, vbi superuiuebat vnus testis cum iudice ad con-
1 tractus: † quo nempè casu talis iudex ad contractus, tenet locum testis, & probat plenè instrumẽtum ita reassumptum per alium notarium, iuxta terminos constitutionis Regni, Baiulos & omnes iudices, quæ cõstitutio licèt loquatur de duobus testibus: tamen procedit etiã vbi superuiuit vnus testis cum iudice. ita in proprijs terminis decidit Afflict. in d. constitutio. Baiulos, in 13. no. col. 2. vers. conclude igitur hunc articulum.

Vbi annectit quoque, ꝙ ex hoc insurgit communis practica, & stylus Regiæ Cancellariæ, quæ in creandis notarijs dat formã, & potestatem reassumendi instrumenta à scedis notarij præmortui, vbi supersunt duo testes, vel vnus testis cũ iudice.

Et ego hisce oculis, aliàs vidi quàplurima quidem priuilegia notariorum publicata, & præsentata in varijs, diuersisque Regni tribunalibus, maioribus, & minoribus, in quibus communiter talis clausula, & facultas cõceditur à Regibus huius
2 Regni, † qui habent dubio proculiura Imperij, secundum Gl. in proemio Constitutionum Regni, & ibi And. de Iser. & Afflict. in 1. q. colum. 2. & in decis. 120. Lata fuit sententia, in fi. & hinc curiosè profectò sacra Regia Audientia Terrę Bari in pręsenti causa ordinauit produci priuilegium notarij reassumentis ad corroborandam fidem reassumptionis factę, authoritate Regia sibi attributa.

Cæterùm posito, quòd priuilegium hoc aliter non appareret, adhuc tamen in casu nostro puta-
3 rem idem fore, etiam de iure dicendum, † quòd iudex ipse ad contractus habeat re ipsa vim testis, quia in casu, de quo agitur, extitit in primo beneficio ecclesiæ, seu prælato eius nomine concesso examinatus: tunc enim non solùm iudex ad contractus, sed etiam notarius quoque si extitisset examinatus, in numero testium examinatus haberetur, vt probat tex. in l. Domitius Labeo, ff. de testam. & ibi Doct. vniuersaliter omnes.

Nec vtique est inconueniens, quòd quis gerat personam duorum, videlicet notarij, & testis, vt per Bal. in cap. 1. in ver. vasalli nostri, de pace con-
4 stan. in vsib. feud. & † quòd examinatus per iudicem habeat locum testis, firmauit Afflict. in constitut. Regni, Baiulos omnes, in 7. requisito, in 3. q6. & sacrum Consilium etiam, teste eodemmet Afflicto decis. 25. in causa petitionis hæreditatis, circa medium.

Imò Afflict. ipse in d. constitutio. Baiulos omnes, ponit vnum mirabile dictũ, & perpetuò men-
5 ti tenendum, † quòd si superuiuãt vnus testis cum notario, potest coram iudice peti decretum interponi, examinato tamen notario, & prædicto teste super veritate contractus, quòd instrumentũ reassumatur per eundem notarium, qui gerat vicem duorũ, videlicet testis, & notarij, & patefacit quoque ita in facti contingentia extitisse conclusum, & pronuntiatum in sacro Consilio.

Neque itidem obstare debet, quòd ille testis sit clericus ecclesiæ prædictæ, quia per hoc, quòd sit clericus, illius non diminuitur de fide, maximè in casu nostro, vbi fuit substituta camera episcopalis, non autem communitas ecclesiæ, quo casu commodum testamenti, nec directè, nec indire-
6 ctè potest spectare ad ipsum testem, † taliter quod meritò quidem est idoneus in causa merè ciuili, per textum in c. insuper, cum ibi notatis per Abba. Butr. Felyn. & alios vniuersaliter omnes, & in c. cum nuncius, & in c. super, de testib. & in c. & si Christus, ext. de iureiur.

Sed vt loquar in fortioribus terminis posito, ꝙ clericus in casu nostro non esset integer testis, prout verè integer, & idoneus discernitur, adhuc tamen, quia habet alium testem idoneum, & omni exceptione maiorem, clarum est, & in iure ve-
7 rissimum, † quòd integra fides vnius supplet defectum alterius, & simul iuncti faciunt plenam probationem, secundùm Bal. in l. si quis ex argentarijs, §. 1. per illum textum, & ibi Doct. communiter, ff. de eden. & Marsil. cum alijs aggregatis per eum in l. de minore, §. tormenta, col. 3. ff. de quest.

Concludenter igitur dicendum est, quòd Reuerendiss. Dom. Episcopus ex instrumento testamenti, quod habet subscriptionem iudicis, & testium, videlicet vnius testis testamentarij, & aliorum qui in reassumptione adhibiti sunt, habet intentionem fundatã, maximè cùm examinati extiterint coram iudice. imò etiã si non fuissent examinati, adhuc tamen debebat, & debet obtinere,
8 vtpote † quia in publicis scripturis testes tunc dicuntur deponere, cũ se subscribunt, & plenè probant, etiam nulla alia depositione facta coram iudice: & ideo tales subscriptiones testimonia appellãtur, vt probat tex. in l. super chirographarijs, & ibi illum text. nonnihil ad hoc commẽdat Bal. in 4. not. C. si cer. pet.

Pro quã quidem sententia optimè nempè facit, quod voluit Bar. in l. conficiuntur. §. codicilli,
9 ff. de in. codicillorum, † quòd testes testamentarij debent examinari coram iudice, vt probent, nisi testamentum scriptum foret manu publici notarij: tunc enim nõ requiritur alia examinatio, per notata in l. fi. C. de fideicom. & in l. 2. §. fi. ff. quemadmo. testam. ape. licèt secus sit in priuata scriptura, teste Afflic. decis. 25.

10 Nam† publicum instrumentum dicitur probatio probata, secundum Bald. in l. 2. colum. prima. C. qua. fi. & in l. quotiens, C. de iudic. & in l. fi. C. de vsur. public. & appellatur quoque instrumentum ipsum veritas apparens, & probatio probata, non probanda, vt per eundem Bald. in l. Imperator, la prima, col. 2. ff. de sta. homin. & Ias. in repetit. l. admonendi, colum. 75. vers. successiue Bart.

ff. de

11 ff. de iureiur. imò † probatio per instrumentũ est adeo certa, & tuta, in qua re ipsa, nulla admodum timetur subornatio, teste Bal. in c. consuluit, ext.
12 de offic. deleg. colum. 4. † facitque itidem instrumentum ipsum, omnia iura in eo contenta haberi pro manifestis. c. cùm olim, de verborum sign. l. fin. C. de reb. credit. iuncta Glos. prima, & notat Bal. in l. prima, in prin. vers. venio ad quæstiones, ff. de ope. no. nunciat. pro quo etiam est optimus
13 textus in c. licet causam, extra de probatio. † statur enim instrumento donec contrarium probetur. l. cum precibus, & ibi Docto. C. de probationib. In tantum quod instrumento omnino standum etiam est, quamuis aduersus illud dicatur de simulatione. l. cum precibus, & ibi Glo. in ver. oportet, C. de probat. Nec exceptiones contra instrumentum ipsum oppositæ, illud ullatenus expugnant, nisi probentur, vt dicitur in l. si prius, ff. de noui oper. nunc. & ibi Glo. & alij vniuersaliter omnes, & c. dilecti. ibi, opposita & probata, ext. de excep. vnde quousque exceptiones probentur, instrumentum venit exequendum. Casus quippe instrumentorum est ad instar legis. ita Bal. consilio 215. num. 3. circa fin. volum. 2. Crauet. consil. 31. nu. 7. Instrumentum enim notorium dubio procul facit, vt per Dec. in d. c. licèt causam, num. 24. de probat. & Cæphal. consi. 218. num. 1. & seq. & num. 7. maximè vbi adest iuramentum, ex authoritate iurisiurandi, cum rei iudicatæ parificetur. l. post rem iudicatã, ff. de re iud. Per quod quidem iuramentum princeps præcisè ad factum cogitur. Glossella notabil. in l. si pecuniam, ff. de cõdictio. ob cauſ. Itaque exequendum venit instrumentũ, donec de simulatione, & de alijs quibuscunque oppositis contra illud constet per probationes in termino recipiendas. Nam Pet. de Bellapert. discurrit & firmat in l. 2. C. de edic. diui Adria. tollen. col. 2. vers. si autem non posit, quòd in casu illius legis, & in omni alio possessorio adipiscendæ, vel retinendæ (excepto recuperandæ) auditur allegans contra iuramentum, si incontinenti probet: aliàs secus: & sic producens instrumentum mittitur in possessionem ante omnia, sicut ibi hæres scriptus, non obstante quacunque testamenti impugnatione, ad quod quidem adducit bonum textum in l. 3. §. causæ. ff. de Carbon. edic. & Bald. in eadem. l. 2. sub nume. primo, concludit etiam, quòd si quis habeat instrumentum in manibus, statim ostenditur causa iudicij sine dilatione. Sed quia in casu nostro extitere testes prædicti examinati coram iudice, ad omnẽ hæsitationem tollendam restat conclusiuè dicendum, quòd prefatus D. Episcopus habet intentionem suam fundatam, prout ita iudicatum extitit in sacra Regia Audientia Terræ Bari.

Venio modò ad secundum hæsitationis articu-
14 lum, † vtrum testamẽtum prædictum debeat censeri factum ad pias causas, ex quo in primo gradu testator instituit laicam personam hæredem vniuersalem suam neptẽ, de iure propalandum est, quòd siue pia causa sit instituta in primo gradu institutionis, siue substituta in secundo, vel tertio substitutionis gradu, aut vlteriori, si factus quippe sit casus substitutionis, & aperta extet via ecclesiæ, aut piæ causæ, absque dubitatione aliqua testamentum illud quantumcunque in primo gradu fuerit laicus institutus censetur respectu status præsentis temporis testamentum ad pias causas, & gaudet omnib. prærogatiuis, & priuilegijs piæ causæ, vt est casus de hoc in cap. si pater, de testamentis, lib. 6.

15 Nec † est incõueniens de iure, vt testamentum incipiat habere vigorem suum à substitutione, vt est tex. in l. & si pepercerit, §. fi. & ibi Bar. & alij omnes. ff. de liber. & posth.

16 Et † in tantum pia causa est in consideratione, quòd si testator dicat, seu disponat, Titium hæredem instituo, & si hæres nõ erit Seium substituo, & ecclesiæ centum lego, in casu hoc si Titius hæres sit, & impleatur gradus primus, in cuius defectum testator posuit gradum secundum, & legatum pium fecit, nihilominus fauore piæ causæ intelligitur relictũ in vtroque casu, & sic est in consideratione pia causa, etiam post secundum gradũ, vt est tex. notabilis in l. 2. ff. de manum. testam. & firmat Rom. in repet. auth. similiter, in 30. speciali priuilegio piæ causæ quo ad vltimas voluntates. C. ad leg. Falcid.

Quo verò ad tertium dubitationis articulum, quòd non adest parrochianus in testamento, ani-
17 maduertendum est, † quòd hic tractatur de testamento facto ad fauorem piæ causæ, & tunc etiam in terris Imperij illud vtique valet & tenet etiam cum duobus testibus sine parrochiani interuentu. & isthæc est concors, communisque omnium Scribentium sententia, quã firmauere Abb. But. Imo. Anch. & cæteri Canonistæ vniformiter omnes in c. relatum, il primo, vbi est casus apertus, extra de testam. cui quidem opinioni tanquam magis communi, magisq; veræ, in relictis ad pias causas, acquiescit Roma. in d. repet. auth. similiter, in
34. speciali priuilegio vltimarum voluntatum, & in causa pia ita communiter tenetur, vt sine interuentu parrochiani testamentum coram duobus testibus conditum, sit de iure validum.

Cæterùm descendendum est postremo ad extricationem quarti dubij vtrum instrumentũ prædictum testamenti, quod habet subscriptionem duorum testium, vel iudicis, & testis vnius testamentarij cum alijs in reassumptione super additis loco præmortuorum faciat plenam fidem, per ea quę habentur in cõstitutio. Regni, instrumentorum robur, & in constitutio. Baiulos & omnes
18 iudices. ad quod breuiter respondetur, † quòd vbi agitur de causa pia, canon præualet legi, & decidi debet secũdum regulas iuris Canonici, non autem iuris Ciuilis, seu Principis secularis, vt probat tex. in c. relatum, il primo, & ibi hoc cõcedit Glo. in ver. decretorum, Abb. Imo. & cæteri Canonistæ vniuersaliter omnes, extra de testam. & ratio viuax, palpabilisq; ea est, quoniam tales causæ piæ sunt sub protectione ecclesiæ, secũdum Ant. de Butr. & Imo. in fi. in c. clerici, extra de iudi. per notata in c. licet ex suscepto, & in c. ex tenore, extra de foro compe. & refert ĉt, & sequitur Fely. in c. ecclesia sanctæ Mariæ, col. 19. vers. [illegible] lar.

Sed secundum canones statutum extat, & con
19 clusum, † quòd instrumentum, etiam si nullam
habeat subscriptionem testium per notarium no
minatorum, plenè probat. & ideo de protocol-
lo notarij præmortui, etiam si nullus testis super-
sit, posset de iure cõmuni ex decreto iudicis reas-
sumi instrumentũ in forma probante, per ea quę
habentur per Scribentes in c.cũ P. tabellio, extra
20 de fide instru. Reliquum est igitur, † quòd dispo
sitio d. constitutionis Regni non obtinet locum
vllo quidem modo in causis ecclesiæ, & vbi agi-
tur de pia causa, & ita in terminis decidit Afflic.
in d.cõstitutio. Baiulos & omnes iudices, col. 55.
vers. conclude igitur hunc articulum, & col. seq.
vbi ad hoc quàmplurima similia cumulauit. meri
tò itaque concludenter dicendum est, quòd in ca
su nostro instrumentum præmemorati testamen
ti reassumpti in publicam formam faciat plenam
fidem, si habeat subscriptionẽ duorum testium,
qui in celebratione interuenerint, & ita post non
leues altercationes extitit iudicatum in sacra Re-
gia Audientia Terræ Bari.

ARGVMENTVM.

Potest agi contra hæredem defuncti vulnerantis ciuiliter ad emendam damnorum & expensarum & dietarum per vulneratum etiã lite non cępta cum defuncto de iure Canonico: secus verò de iure Ciuili, quia non potest agi contra hæredem, nisi cępto iudicio cum defuncto.

SVMMARIVM.

1 *Delinquentis hæres damnum passo de iure Canonico & Ciuili in foro pœnitentiali & iudiciali in ciuilibus quare ad emendam teneatur, & nu. 4.*

2 *Canonici iuris dispositio, quando ab illa iuris ciuilis extra peccati materiam discordat, qualibet in suo foro seruatur.*

3 *Arbitri duo ex tribus tertio absente etiam concordes de iure Ciuili sententiam arbitralem validam non faciunt.*

5 *Canonicum ius in materia peccati, ciuili præualet & in vtroque foro seruatur.*

6 *Hæres actionibus pœnalibus non tenetur, nec cæteri successores. fallit tamen, nu. seq.*

8 *Hæres moto contra defunctum delinquentem iudicio, liteque contestata tenetur.*

9 *Crimine delinquentis morte extincto, an quod in cõsequentiam venit, extinctum quoque dicatur. & num. 10.*

11 *Dictio negatiua verbo potest, iuncta necessitatem præcisam inducit ab actuque potentiam tollit.*

12 *Fideiussoribus de iudicio sisti in iudicio actionis iniuriarum datis hæredes iuri stare non compelluntur.*

13 *Delinquens condemnatus si in tempus concessum ad appellandum decedat, hæres super bonis vexari non potest.*

14 *Expensæ & operæ in vulneribus curandis de iure reficiendæ sunt.*

15 *Condictio furtiua etiam si ad hæredem furtiua res non peruenerit, contra furis hæredem cur specialiter detur.*

16 *Speciale vbi quid est, in cõtrarium est ius cõmune.*

17 *Pœna à lege ipso iure imposita absque hominis ministerio ad hæredes transit.*

18 *Clericus iniustè vulnerans, etsi homicidium inde sequatur, quare beneficio ipso iure non priuetur.*

DECISIO VI.

1 HAERES † defuncti delinquẽtis compelli potest, iudicis officio, ciuiliter procedendo, ad emendam omnium damnorum, & expensarum, damnum passo, vt est casus àpertus in c. in literis, extra de raptori. & in c. fin. extra de sepulturis.

Et hinc meritò concluditur, quòd vbi extat casus legis, ibi nulla admodum versatur dubitatio. l. ancillæ, & ibi Bal. C. de fur.

Et quòd hæres ipse delinquentis de iure Canonico teneatur ex delicto defuncti ciuiliter, & possit compelli ad emendam damnorum, etiam si nihil occasione delicti ad ipsum hæredem peruenerit, nec fuerit cum defuncto lis contestata, firmauit Archidiac. asseuerans ita communiter teneri, 1. q. 4. & 24. q. 2. in summa, Glo. in cap. à nobis, il 2. & ibi Io. Andr. Anto. de Butr. & alij vnanimi consensu omnes, extra de sent. excom. Glo. & cæteri omnes in c. quamquam, de vsur. lib. 6. bonus tex. iuncta Glo. in c. si episcopum, in ver. reddantur. 6. q. 6. vel 19. Glo. in cap. 5. in ver. debita, & ibi Imo. & alij vniuersaliter omnes, de solutio. & istã sententiam, non solùm Doct. Canonistæ: sed iuris Ciuilis etiam magis communiter suadent de ęquitate Canonica veriorem, Bar. quoque in l. 1. col. 2. ff. de priuat. delict. Bald. Ang. Salv. & alij in l. 1. C. ex deli. defunct. & Bal. in l. furti. C. de furt. vbi fatetur, ꝙ hoc verum est, tam in foro iudiciali, quàm pęnitentiali, vt teneatur iuxta vires patrimonij, & non vltra, etiam si inuentarium non faciat. ita Ant. de Butr. & Imo. col. 2. in c. 5. de solutio. Bal. in l. iubemus. §. fin. col. fin. C. de sacro san. eccles. & huic sententiæ acquiescit etiam Alb. de Rosa. in rub. C. de delic. defuncto. & Dec. in l. pupillus. §. in hæredem. ff. de reg. iur. & pro ea consuluit quoque Federic. de Senis, consi. 25. Nunquid hæres extraneus, & Anch. consi. 411. Et prima facie videtur, col. 1. & eandemmet sententiam amplectitur denique, tanquam magis communem, & magis verã Bar. Brixien. in suis quæstionibus, q. 81. Quæritur vtrum hæres. & licèt Abb. in c. 4. à nobis, col. 2. vers. vltimò nota, de sent. excom. & in c. fi. extra de sepultu. sequutus sit quandam singularem opinionem, per no. per Inno. ibi, ꝙ prædicta indubitanter quidem procedant, si defunctus confessus fuerit peccata sua sacerdoti, & receperit absolutionem, & pęnitentiam salutarem: tamen in casu nostro vulnerum illatorũ per defunctum, hoc nõ releuaret hæredem suum modo aliquo: tum quia, non me latet, testatorem cum sacramentis ecclesiæ defunctum reperiri, & tunc quilibet præsumitur non esse immemor suæ salutis: tum etiam quoniam magis communis, & vera

extat

extat sententia Doctorum vtriusque cẽsuræ, tam in legendo, quàm in consulendo, ꝙ de iure Canonico indistinctè hæres ex delicto defuncti potest compelli ad emẽdam omnium damnorum, & tunc procedunt absque scrupulo aliquo allegata pro hac parte affirmatiua ad fauorẽ vulnerati.

Remanet ergo conclusiuè dicendum, quòd in præsenti casu, data veritate vulnerum: cum simus in homine libero, cuius corpus non recipit æstimationem pecuniariam, quòd hæres debet compelli, secundum canonicam ęquitatem, etiã si nihil occasione vulnerum ad eum peruenerit, ad emendam expensarum in medelis, & medico, & damni operarum, per regulam l. ex hac, ff. si quad. paup. fecis. dicat. l. qua actione, ff. ad legem Aquil. & l. fi. ff. de his qui deiec. vel effuder.

Cæterùm quia de iure ciuili statuitur vnum, & de iure Canonico aliud, & nos sumus inter puros laicos, & coram iudice similiter laico, restat solummodo, vt discutiamus quæ dispositio in tali casu vendicet sibi locum. in quo quidem hæsita-
2 tionis articulo, constanter concludo, † quòd vbicũque dispositio iuris Canonici discordat à decisione iuris Ciuilis extra materiã animæ, & peccati, regulariter quælibet dispositio seruatur in foro suo, vt est videre in l. si tres, ff. de arbit. & in c. 2. ext. eo. tit. lib. 6.

3 Quoniã † de iure Ciuili duo arbitri ex tribus, tertio absente, etiam si concordes fuerint, nõ possunt facere validam sententiam arbitralem: secus vero de iure Canonico, & sic in isto casu quodlibet ius seruatur in foro suo, vt scribit Ioan. And. in d. c. fi. alias in d. c. 2. in Glo. in ver. ciuilis, in fi. & ibi etiam Gem. Ancha. Philip. Franc. & alij communi voto omnes, & ad idem est bona Glo. in c. cum esses, in ver. improbamus, & ibi Ant. de But. Imo. & cęteri omnes, ext. de testam. Abb. col. 2. versi. nunc venio ad glossam, & And. Barba. col. 9. de foro compe.

4 Tamen † quia in casu de quo agitur, Canon hoc introduxit, vt hæres delinquentis compelli queat ad emendam damni causati ex delicto ad exonerandam animam defuncti ab onere peccati, vt inquit tex. in c. in litteris, io fi. ext. de rapto. meritò itaque ad exonerationem animę eiusdem delinquentis defuncti de iure compelli potest & debet. c. a nobis, il 2. in fi. ext. de sent. excom. io tantum ꝙ testator ipse, data veritate vulnerum, ad hoc de iure tenebatur, ad emendam expensarum, & operarum. l. ex hoc, ff. si quad. pau. fecis. dicat. imo si defunctus tunc nullatenus satisfecerit, & hæres postmodum minime gentium compellatur ad satisfaciendum, dum ex quo habuit veram, certamque scientiam, & notitiam, secundum regulas iuris Ciuilis, ista sententia foret re ipsa nutritiua peccati.

Et peccata tanto grauiora sunt, quanto diutius infęlicem animam detinent alligatam. c. cum tanto, ext. de consue. & si per hæredem fuerit satisfactum, secundum canonicam ęquitatem, tenderet vtique ad exonerationem animæ defuncti.

Verum enimuero compertum est, & in iure e-
5 tiam manifestum, † quòd vbi agitur de exonera-
tione animæ, in materia peccati, ius Canonicum absq; scrupulo aliquo prævalet iuri Ciuili, & seruatur in vtroque foro. c. fin. & ibi Abb. Anto. de But. Imo. Fely. & alij vniuersaliter omnes, ext. de præscrip. Glo. & Ancha. in cap. 2. de reg. iu. lib. 6. eandemque sententiam firmat etiam Barto. Bal. Alber. & cæteri omnes concorditer in l. priuilegia, C. de sacrosan. eccle. Abb. Ant. de But. in fi. & alij omnes in c. clerici, ext. de iudi. & in d. cap. cum esses, & Bar. in l. 1. col. penul. C. de sacrosan. eccle. & ita alias iudicauimus ex his, & alijs, hæredem ipsum condemnandum esse ad emendam damnorum, ex causa prædictorum vulnerum illatorum.

Sed vt satisfaciam etiam curiosis, & speculatiuis, non intempestiuè quidem, animaduertendum est in præsentiarum, quòd vbicunque progrediendum foret secũdum regulas iuris Ciuilis, & legum rigorem: tunc contra hæredes vulnerantis pro emenda damnorum, mortuo ipso delinquente ante litem, & iudicium motum, nulla admodum videretur dari actio vulnerato. nam, vt inquit tex. in l. 1. in princ. ff. de priua. delic. ciuilis
6 constitutio est, † pœnalibus actionibus hæredes non teneri, nec cæteros quidem successores. de qua nempe constitutione habetur ibi, & in l. de furto, ff. de publi. iudi. & in l. 1. C. ex delic. defun. io l. 2. §. fi. ff. vi bono. rapto. in l. pupillus, §. in hęredis, ff. de reg. iu. & in §. non autem, Insti. de perpe. & temp. actio.

7 Et hoc sanè verum foret, † nisi ex ipso delicto aliquid peruenerit ad hæredem: quia hoc casu licet contra ipsum hæredem ciuiliter agere pro eo quod ad eundemmet hæredem peruenit. l. si quis cum falso, & l. cum falsi reus, ff. de falsis. cuius quidem dicti euidentem rationem ponit notabilis tex. in l. in hæredem. ff. de calum.

Quoniam licèt morte crimina extinguantur: turpe tamen lucrum occasione delicti quæsitum, etiam ab ipso hærede debet extorqueri; & sicut hæres non debet sentire pęnam delicti defuncti: ita nec lucrum, vt exprimit tex. in l. sicut, ff. de regu. iur.

8 Eodemque modo † si contra defunctum extiterit motum iudicium de ipso delicto, & lis contestata super eo: adhuc tamen eo mortuo contra hæredes ius diceretur. l. 1. C. ex delic. defunc. sed in casu de quo agitur viuente testatore nullum extitit motum iudicium, occasione vulnerum illatorum: nec ex tali delicto aliquid ad hæredes peruenit; vnde extincto delicto per mortem rei delinquentis, illius intuitu minimè posset, etiam ciuiliter agi contra hæredem pro emenda damni, expensarum, & operarum, & hoc idem videtur expresè sentire Glo. in d. l. sicut, in prin. concedens, quòd pro iniuria, & rapina, & criminaliter, & ciuiliter aduersus te agere possum: sed non contra hæredem: & sic coollanter firmat, quòd etiam ciuiliter contra hæredem nullatenus agitur: nisi aliquid ad hæredem ipsum peruenerit, vt supra.

Nec debet obstare, si diceretur, ac opponere-
9 tur, † quòd licèt contra hæredem agi nequeat, occasione

occaſione delicti principaliter ad pęnam infligen
dam, cum ſit morte rei extinctum, videtur poſſe
agi ad id quod conſecutiuè, & incidenter com-
peteret, occaſione eiuſdem criminis, videlicet ad
damnum operarum, & expenſarum reficienda-
rum, quod non debet cenſeri morte ſublatum.
quia reſpondeo quòd iſtud eſſet dicere contra
textum in l.3.C.ſi pend. appell. mors interue. qui
quidem textus notabiliter vult rectè ponderan-
do, quòd ſi reus fuerit condemnatus pro delicto,
pro quo tacitè venit confiſcatio bonorum, & in
conſequentiam, quia iudex nullam fecit de bo-
norum confiſcatione in ſententia mentionem:
tunc ſi condemnatus appellet, & pendente appel
latione mors interueniat: & ſic loquitur in fortio
ribus terminis, vbi de ipſo delicto fuerat cogni-
tum, & iudicatum: tamen determinat ille textus
notabilis, & ſingularis, quòd morte rei delinquē-
tis, extincto crimine nulla quæſtio ſupereſſe po-
teſt: ita quòd cauſa confiſcationis bonorum, quę
conſecutiuè, & tacitè veniebat ad delictum, cen-
ſetur eſſe extincta, etiam in præiudicium fiſci.
10 Ex quo quidem tex. no. ibi Bal. † quòd ſublato
principali delicto tollitur acceſſorium, quod ſe-
quitur ex illo. & facit etiam quod habetur in l. lex
vectigalis, ff. de pigno. in l. ſi quis domum, §. pen.
ff. loca. & in l.2. ff. de vſufru. quòd ſublato princi-
pali delicto tollitur acceſſoriū: ſicut ſublato ex-
preſſo, tollitur tacitum. l.3. §. qui habet, ff. de ſer-
ui. ruſti. prædio. faciunt no. denique in c. acceſſo-
rium, de regu. iur. lib.6. & ſic euidenter apparet,
quod in d.l.3.C.ſi pend. appel. mors interue. ha-
bemus caſum in terminis, quòd ſublato delicto
morte delinquentis, omnis quæſtio acceſſoria ad
delictum, cenſetur extincta fore. & pondera, ꝙ
loquitur ille textus vniuerſaliter, nulla quæſtio ſu
pereſſe poteſt.
In tātum quòd qui omne dicit nihil excludit.
l. Iulianus reſpondit, ff. de leg.3. & ſic tam princi
palia, quàm acceſſoria ad delictum.
11 Præterea dicit, nulla ſupereſſe poteſt, † & di-
ctio negatiua iuncta verbo poteſt, in l. poſita, in-
ducit neceſsitatem præciſam, ſecundum Glo. &
alios concorditer omnes in capit. t. de regu. iur.
lib.6. & tollit potentiam ab actu, vt per Barto. &
cæteros vniuerſaliter omnes in l. Gallus, in prin. ff.
de libe. & poſthu. & pro eadem ſententia eſt bo-
nus tex. in l. fi. C. ſi reus vel ac. mor. ſue.
Imò pro huiuſmodi opinione optimè facit,
12 quia videmus, † quòd ſi in iudicio actionis iniu-
riarum dati reperiantur fideiuſſores de iudicio ſi-
ſti: tamen reo defuncto, hæredes compelli ne-
queunt modo aliquo ſtare iuri: nec contra fide-
iuſſorem agi. quoniam ſublato principali, vide-
licet actione iniuriarum morte iniuriantis, intel-
ligitur etiam ſublatā fideiuſſoris obligatio, tan-
quam acceſſoria, vt ait tex. in l. ſi cum, §. qui iniu-
riarum. ff. ſi quis caut.
Pro qua quidem ſentētia facit ad propoſitum
etiam, quod voluit Ang. in l. defuncto, ff. de pub.
iudi. refert & ſequitur Ang. Aret. in tract. malefi-
13 ciorum, in vltima Glo. † quòd ſi reus extiterit ex
delicto cōdemnatus, & deceſſerit in tempus con
ceſſum ad appellandum, hęres etiam ſi aliter non
appellet eo caſu, ſublato principali delicto morte
rei condemnati, minimè poteſt ſuper bonis vexa
ri, ac moleſtari, tanquam ſuper acceſſorio, de qui-
bus nulla admodum in ſententia extiterat facta
mentio. remanet itaque expeditum, quòd ſi mor
te vulnerantis extinctum nempe ſit delictū, ſub-
latæ ſunt omnes actiones acceſſoriæ, competen-
tes vulnerato ex cauſa vulnerum.
Nec debet obſtare, ſi fortè opponeretur, quòd
allegata procedunt quo ad ipſum delictum, & pę
nam delicti vulneris illati extinguendum: nos ve
ro loquimur quo ad damnum operarum, & ex-
14 penſarum in curandis vulneribus, † quæ veniunt
reficiendæ, ac refundendæ de iure, per ea quæ ha
bentur in l. ex hac, ff. ſi qua. pau. feciſ. dicat. in l.
qua actione, ff. ad legem Aquil. & in l. fi. ff. de his
qui deiece. vel effude. quia reſpondeo, quòd etiā
quoad emendam damni dati ex cauſa delicti. nō
datur actio contra hæredem, niſi ex ipſo delicto
locupletior factus ſit, caſus eſt in l. inde Neratius,
§. hanc actionem, ff. ad leg. Aquil.
Nec itidem præmemoratæ concluſioni obſta-
15 re videtur, † quòd contra hæredes furis detur cō
dictio furtiua, etiam ſi res furata non peruenęrit
ad hæredem. l. ſi pro fure, §. fin. & l. in condictio-
ne, ff. de condi. fur. bonus textus in §. fin. Inſtit. de
oblig. quæ ex delic. naſ. nam reſpondetur, quòd
ſpeciale eſt procul dubio in condictione furti, vt
detur contra hæredem: & ideo non debet trahi
in conſequentiam, vt ſentit Bart. in d.l. ſi pro fu-
re, & exprimit eſſe caſum ſpecialem Bal. in l. vni-
ca, col. fi. C. ex delic. defun. ſed non reddunt, nec
aſsignant aliter rationem ſpecialitatis: verum ip-
ſemet Bart. in l.1. col.2. ff. de priua. delic. aſsignat
rationem ſpecialitatis propter graſſantiam, & fre-
quentiam delicti odio furis: vt pluribus nempe
& priuilegiatis actionibus compeſcatur, per regu
lam l. aut facta, §. fin. ff. de pęnis, & quod propter
delicti frequentiam leges ſolitas quidem pœnas,
& regulas tranſgrediantur, eſt optimus textus in
l.1. ff. de abige.
16 Si igitur † ſpeciale eſt in cōdictione furtiua, ꝙ
detur contra hęredem, etiam ſi nihil ad eum per-
uenerit: ergo in contrarium extat ius commune.
l.1. ff. ad municipal. iſtam profecto conſequentiā
approbat Bal. in l. fi. in fi. ff. de appel. recip. Glo. in
l. fin. in ver. vſque admodum, C. de his qui ad ec-
cle. conf. Glo. & Bald. in quæſt.11. C. quan. non
pet. par. & eodemmet modo, & forma arguit quo
que Bart. in l. de pupillo, §. ſi quis riuos, ff. de no.
ope. nunc. in l.1. ff. de in ius vocan. & in l.1. col.2.
C. de ſacroſan. eccle. ſi ergo ſpeciale eſt in condi-
ctione furtiua, & in cōtrarium viget ius commu-
ne: cum nos vtique ſimus extra caſum condictio
nis furtiuæ, ſequitur neceſſariò, quòd contra hæ-
redem ipſum vulnerantis agi non poteſt. reliquū
eſt itaque, vt concludendum ſincere quidem ſit,
quòd ſecundum veras, communeſque iuris Ciui
lis regulas, quòd vulneratus agere nequeat con-
tra hæredes vulnerantis pro damnis, occaſione
vulnerum, ipſo nempe vulnerato defuncto, ante
motum iudicium ſuper vulneribus prædictis.

In tantum

In tantum quod minime gentium debent alle gatis obstare notata per Gl. in l. 3. §. quod autem,
17 ff. quod quisq; iur. † quia si rectè consideremus procedunt, & loquuntur expresse in pœna a lege ipso iure imposita, fine aliquo alio hominis mini sterio, quo nempe casu transit ad hæredes, sicut dicimus in l. commissa, ff. de publica. & in pœna Se natuscons. Sill. de qua in l. Caius. ff. eo. tit. & ita illam Glo. intelligit Bar. ibi, & in l. 1. col. 2. ff. de priuat. del. sed nos sumus in pœnis imponendis contra vulnerantem, & eius hæredes, quæ re ipsa non potest locum obtinere, nisi moto iudicio, & causa cognita, & discusso de causa vulneris, modo, loco, & tempore, & alijs circunstantijs, per ea quæ no. in l. ex inditiorum, ff. de accusatio. quid enim si interfector prouocatus extitisset, aut ad sui corporis necessariam defensionẽ aliquid egisset, quæ omnia venirent omni dubio remoto discutienda, & trutinanda, cùm excusent prætensum delictũ, & tractãda in huiuscemodi causæ cognitione ante prolationem sententiæ. meritò itaque in tali delicto non potest dici, aut considerari, quòd pœna ante sententiam sit ipso iure irrogata sine alio iudicis ministerio.

Et pro eadem sententia, & ad præsentem speculationem benefacit: nam exploratissimum est
18 in iure, † quòd clericus beneficiatus iniustè vulnerans, etiã si ex vulnere sequatur homicidium: tamen tunc non censetur ipso iure priuatus beneficio: sed licitè potest retinere, nec dicitur vacare, donec sequatur sententia cõdemnatoria depositionis à suo prælato. istud fuit notabile dictũ Inno. in c. cum nostris, & sequuntur ibi Abb. Butrig. Imo. & alij communi concursu omnes, extra de concess. præben. & refert, commendatq; Bal. in l. 2. §. miles, col. 1. ff. de infam. & Fely. solito fastigio, in c. sciscitatus, col. 2. extra de rescript. & est tex. in cap. clericis, & ibi Abb. extra ne cleri. vel monac. & in c. ex litteris, extra de excessibus prælat. Nauar. consil. 3. num. 1. & consi. 18. num. 2. de homicid.

Et ratio ea est, nam ex tali crimine venit clericus ipse deponendus: sed non est ipso iure depositus, teste Innoc. in c. postulasti, extra de foro cõpet. Bal. in l. Cassius. ff. de Senatoribus, & multa ad hoc cumulauit Anto. Corset. in suo repert. in ver. beneficij titulum, & Abb. in c. querelam, col. 2. de iureiu. quod sanè procedit etiam si homicidium notorium foret. nam notorium nunquam habet vires ad aliquem deponendum: nisi sequatur sententia depositionis, vel priuationis, vt concedit Bal. in l. cum fratrem, col. fin. C. de his quib. vt indig. & faciunt cumulata per Barbat. in c. fin. col. 3. de feud.

Ecce igitur postremò, ꝙ satis est in iure expeditum, quòd ex causa vulneris illati, pœna non est ipso iure imposita: sed venit per iudicem imponenda, & consequenter conclusio isthæc ita de iure ciuili trutinata verissima discernitur. Sed omnia prædicta volui hic, hoc apparatu in præsentiarum discurrere, vt sciant cuncti, ista excitata alias superioribus annis per me extitisse, dum casus trutinabatur in Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ, & comitatus Molisij, me assidente in ea tũc Auditore, & causæ commissario, taliter quòd non obstantibus allegatis, fuit eo tempore iudicata tum ad fauorem vulnerati contra hæredes vulnerantis, inspecta forma iuris Canonici.

ARGVMENTVM.

Quod alternatiua posita inter duas conditiones, resoluatur in coniunctam, & sic oportet impleri vtranque conditionem, nisi fauore piæ causæ: nam tunc stat propriè & non resoluitur in vnam tantum sufficit in plures: sic etiam in dote stipulata restitui.

SVMMARIVM.

1 *Alternatiua inter duas conditiones posita, an & quando in coniunctam resoluatur. & nume. 2. 3. & 10.*
4 *Dotis causa largè pia dicitur.*
5 *Causa pia dote fauorabilior, pluribusque quàm illa priuilegijs gaudet.*
6 *Verba aliàs impropriãda fauore piæ causæ in proprio remanent significatu.*
7 *Hæredis fauor non attenditur, vbi de piæ causæ substitutæ præiudicio, ad eam saltem excludendam, agitur.*
8 *Extensio in alterius piæ causæ præiudicium redundans non fit.*
9 *Conditio non dicitur plenè impleta quoad piæ causæ effectum consequendum, pro impleta habetur.*
11 *Elemosina peccatũ, vt aqua ignem, extinguit, estq; secundum baptisma.*
12 *Alternatiua inter plures ordinata testatoris charitate affectos cadens nunquam in coniunctam resoluitur.*

DECISIO VII.

1 ALTERNATIVA † posita in substitutione inter duas conditiones, resoluitur in cõiunctam, vt requiratur concursus, & implementum vtriusque conditionis appositæ. & licèt aliàs in causis merè prophanis ex æquitate l. generaliter, C. de insti. & substit. sub condi. fac. alternatiua, posita inter duas conditiones, resoluatur in coniunctam, fauore hæredum, vt substitutus excludatur, nisi vtraque conditio, quamuis alternatiuè posita adimpleretur: nihilominus tamen si fuerit substituta pia causa, tunc fauore piæ causæ, verba non impropriãtur, sed alternatiua ipsa stat in proprijs terminis alternatiuæ, ita quòd altera conditione impleta, locus est successioni, prout ita aliàs decisum extitit in Regia Audientia Capitinatæ, Comitatusque Molisij, in anno 1584. in causa, tunc in ea exagitata inter aliquos de Terra Campi-Basi.

Et ratio ea est, quia licèt aliàs alternatiua posita inter duas personas, puta dabis mihi, aut Sempronio decem, tam in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus, ex æquitate l. cum quidam, C. de verb. signif. resoluatur in coniunctam: tamen si agatur



si agatur de dote restituenda,& fiat alternatiua sti
pulatio, puta si extraneus dotans stipuletur do-
tem restitui sibi, aut mulieri : eo nempè casu, fa-
uore dotis,& matrimonij, ne mulier dote ipsa pri
uetur, illa alternatiua non resoluitur aliter in con
iunctam,sed stat in sua primęua natura, & condi-
tione alternatiua,& actio quęritur ipsi mulieri tā
tùm,ita quòd dotans ad illam recuperādam age-
re non potest.casus est in l. Caius Seius, in fi.& ibi
hoc expressè sentit Barto. & sequuntur Pau. Ca-
strens. Alex. Imo.& vniuersaliter omnes, ff.sol.ma
trim. volentes, quòd in tali casu æquitas d. l.cum
quidam, C.de verbo.signif.vt alternatiua resolua-
tur in coniunctam, non sortitur modo aliquo si-
bi locum, ne mulier sua dote priuetur; eandemq;
sententiam firmat quoque, & commendat Bald.
Nouel.in tract. dotis,in 6.par.in 25.quæst.& seq.
asserens ibi hoc esse singulare priuilegium dotis,
vt alternatiua,illius fauore,non resoluatur in con
iunctam, & ita consuluit etiam Alex. consi. 158.
Circa primum,col. fi.vers.circa tertium,vol.5.
2 In tantum,† ꝙ mater, aut ascēdens per lineam
maternam stipulans alternatiuè dotem sibi, aut
mulieri reddi,soluto matrimonio, tunc vtique a-
ctio in totum competit ipsi mulieri, & eius hære-
dibus: si verò pater stipuletur dotem alternatiuè,
& hoc casu,absque scrupulo aliquo, si matrimo-
nium soluitur, viuo patre,ipsi patri cōpetit actio:
si verò eo mortuo, tūc nempè competit mulieri,
& eius filijs,& hæredibus,vt per Bar. in l. vxorem,
§.testamento, il 2. ff.de leg.3. per tex. in l. Caius,
& ibi Bar. Pau. Castren. Imo.& alij Doct. omnes
communiter,ff.solu.matrim.
Ita & pari modo concludendum est in casu in
3 principio posito, † quòd æquitas d.l. generaliter,
minimè procedat,nec locum obtineat, vbi repe-
ritur substituta pia causa, & insimul in relicto fa-
cto pro remedio animæ testatoris : tunc enim fa-
uore causæ piæ, ne à substitutione excludatur per
subauditum intellectum, alternatiua ipsa posita
inter duas conditiones,stat re ipsa propriè,& non
resoluitur in coniunctam, ne in causa pia graue-
tur duplici onere, & excludatur à substitutione
contra expressam mentem testatoris,per regulam
l. Caius Seius,ff.solu.matrim. & communem sen-
tentiam Barto.& sequacium, quæ licèt loquatur,
vbicunque ageretur de fauore dotis; tamen est
idem,& fortius dicendum, vbi ageretur de fauo-
re piæ causæ.
4 Imò † & causa dotis dicitur causa pia,lato sum
pto vocabulo,secundum Bar. in l.si ego, in prin.
ff.de iure dot.& in l.2. §.fin. ff.de donatio. & Bal.
in l.mandatum, col.3. vers. sed contra hoc oppo-
5 no,C.mandati.† Quæ quidem causa pia extat ma
gis fauorabilis, & pluribus gaudet priuilegijs, ut
per Bal. Rom. & alios omnes in auth. similiter,C.
ad leg. Falcid. Bar.& Bal. in l.1. C.de sacrosan.ec-
cles.& Pet.de Perusio in tract.de quarta Canoni-
ca, in 10.cap.
6 Et pro opinione hac optimè facit: † quia fauo-
re piæ causæ, verba, quæ aliàs impropriantur, ne
pia causa repellatur, remanent in suo proprio si-
gnificatu. Nam si testator instituit Titium hære-
dem,& eum grauauit, si sine liberis decesserit, hę
reditatem restituat Gregorio; si Titius ingredia-
tur monasterium, certè repellitur substitutus, &
monasterium habetur loco filij, vt est tex. in au-
then.nisi rogati, C.ad Trebel. & firmant Canoni
stæ omnes in cap.in præsentia, extra de probat. ta
men si fuerit substituta pia causa sub simili condi
tione, licèt hæres ingrediatur monasteriū, adhuc
si decedat sine liberis ex suo corpore legitimè de-
scendentibus,pia causa ipsa, à substitutione nō re
pellitur, & verbum liberorum, fauore piæ causæ,
minimè gentium impropriatur; sed stat in suo ve
ro significatu, & illa succedit, monasterio exclu-
so,vt est bonus tex.in §.sed hoc in præsenti,in Au
then.de sanctiss.episc. & sequitur Rom. in repet.
d.auth.similiter,col.20. vers.decimaquarta,quia,
licèt aliàs, C.ad leg. Falcid. Ecce igitur,quòd fauo
re piæ causæ,verba, quæ aliàs deberēt impropria-
ri,remanent in proprio significatu,ne eadem cau
sa pia à successione excludatur.
Nec debet obstare illa obiectio,quę opponi so
let, quòd alternatiua debet resolui in cōiunctam
7 fauore neptis hæredis institutæ,† quia vbicunque
agitur de præiudicio piæ causæ substitutæ, tunc
profectò fauor hæredis nullatenus attenditur ad
effectum saltem excludendi piam causam substi-
tutam, etiam si ad ipsam hæreditatem similis fauo
rabilis,& pia causa aspiraret, per ea quæ notat Ro
ma. in d. auth. similiter, in 19. speciali priuileg.
causæ piæ quo ad vltimas voluntates, vbi agitur
de filiofamilias, testari volente ad causas pias, in
8 col.6. vers. limitatur tamen primò, volens † ꝙ li-
cèt aliàs in exorbitantibus fiat extensio ex identi-
tate rationis: tamē si extensio redundaret in præ-
iudicium alterius piæ causæ, tunc non est exten-
sio facienda, allegando ad hoc notata per Glos.
& Io. And.in c.quę à iure, de reg.iur.lib.6.& in c.
cōstitutionem, de regula.cod.lib. & huicmet sen-
tentiæ accedit etiam Alex.in l.si constante,col.4.
vers. secundò intellige, ff.sol. matrim. & mouetur
per tex. in §. sed hoc præsenti, in Auth. de sanct.
episc.coll.9. & per l.sed & milites, in 2.respon. ff.
de excusa.tuto.quod maximè procedit in casu,in
quo facta fuit substitutio, si neptis hęres instituta,
in pupillari ætate existēs infra ætatem legitimam,
vel sine filijs decesserit, & sic in casum mortis, &
deficientiū liberorum. vnde si illa decesserit abs-
que liberis,cui dubium, quòd secundum mētem
testatoris expressam, erit substitutioni locus, con-
ditione impleta?
Nam etsi in pupillari ætate decessisset, verum
9 tunc vtique fuisset, sine liberis decedere. † imò
plus dico, fauore pię causæ, etiam si conditio non
extitisset in totum adimpleta, vel sortita effectum
suum : tamen pro impleta haberetur, quo ad effe
ctum causæ piæ consequendum, vt probat tex.in
l.si seruus liber esse iussus, ff.de statu liber. & in l.
si ita scriptum fuerit cum Titius, ff.de manum.te
stam:& ita firmat etiam Rom.in d.auth. similiter,
in 6. speciali priuilegio vltimarū voluntatum piæ
causæ. Quod quidem pręsertim procedit in præ-
senti casu, de quo agitur, ne anima ipsius testato-
ris missarum, & orationum debito priuetur ob-
sequio,

sequio, & ne verba testatoris met improprientur in animæ illius, & piæ causæ præiudicium, & mentis expressæ verbis testamenti derogationem.

Cum de iure exploratissimũ nempè sit, quòd ab ipsa proprietate verborum nõ veniat recedendum, nisi manifestum sit, testatorem aliter sensisse, per regulam tex. in l. non aliter, ff. de leg. 3.

10 Conclusiuè igitur dicendum est,† quòd in præsenti negotio alternatiua isthæc posita inter præmemoratas conditiones, fauore piæ causæ, & ne anima testatoris debito suffragio defraudetur, ꝙ non resoluitur in coniunctam: imò stat re ipsa in proprio, veroque significatu alternatiuę, ad cuius effectum consequendum, sufficit alteram partem esse veram. l. si quis ita stipulatus fuerit decem, ff. de verb. obl. cum simil.

Sed vt loquar in fortioribus terminis, etiam circumscripto priuilegio, ac omni alia prærogatiua piæ causæ, si velimus cuncta diligentius animaduertere in casu nostro, adhuc foret idem concedendum, quòd alternatiua ipsa non resoluatur in coniunctam: & moueor hac viuaci ratione, quia illud tunc demum procedit, vbi mens testatoris non posset verificari in qualibet parte alternatiuæ, nisi resoluatur in coniunctam, prout ita affabrè declarat d. l. generaliter, Oldrad. conf. 189. De institutionibus, & sequuntur Cyn. etiam Barto. Bal. Pau. Castren. & alij vniformiter omnes in eadem l. generaliter, Ange. & Imo. in l. Lucius, ff. de hæred. instituen. cæterum in casu nostro, siue pupilla hæres instituta decesserit infra pupillarē ætatem, siue post sine liberis, semper est verum dicere, quòd decesserit sine filijs, in quorum defectũ in vtraque cõditione apposita voluit expressè ad successionem ipsam venire ecclesia pro remedio animæ: nec mirum si alternatiua, in proposito huiusce modi, attenta mente dispositioneque testatoris non resoluatur in cõiunctam. ita in proprijs terminis consuluit Mar. Soc. consil. 52. Vt veram testatoris intentionem dignoscere valeam, col. 4. volum. 1.

Imò quòd sentētia isthæc in iure verissima quidem sit, ex alia ratione similiter ostenditur: nam testator voluit præferre neptem suam piæ causæ substitutæ, & successiuè causam piam hæredibus ipsius neptis pro remedio animæ suę, vt posset suffragio sacerdotis quotidie pro eo celebrantis, & orantis ad remissionem peccatorum impetrandam gaudere, & vt residuum bonorum eleemosinaliter distribueretur in pauperes Christi, prout sonant verba expressa testamenti.

11 Vtpote quia Hieronymo teste,† sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosina extinguit peccatũ. imò secũdum Aug. in tract. de misericordia Dei, eleemosina est secundus baptismus. quis enim est sine peccato? nam sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosina extinguit peccatũ. in horreis nostris habemus fiduciam, quas flammas nostras vnus panis extinguit? & ante fores gehennæ stat misericordia, & nõ permittit aliquem in carcerem mitti. in tantum quòd Hierony. in epistola ad Nepotianum, protulit magnum quippe verbum, ita asserens, non memini me legisse mala morte mortuum qui libenter opera charitatis exercuit. habet enim multos intercessores, & impossibile est multorum preces non exaudiri.

Nec mirandum est, si piam causam præposuit hæredibus suæ neptis, quia omnis perfecta charitas, & benè ordinata incipit à se ipso. c. qui vult ordinatè, de pęn. dist. 3.

12 Sed in iure compertum est,† quòd vbicunque alternatiua cadit inter plures, iuter quos cadit ordinata affectio testatoris, tunc vtique nunquam alternatiua ipsa resoluitur in cõiunctam, vt est casus in l. cum pater, §. à te peto, & ibi Glo. Bar. Bal. Imo. Pau. Castren. & vniformiter omnes, ff. de legat. 2. Cyn. in l. cum quidam, col. 2. C. de verbo. signif. & Marian. Soc. in d. conf. 52. col. 3. versf. nec dicat aliquis. meritò itaque vnicè concludenter dicendum, quòd etiam si non esset substituta pia causa, & concurrerent qualitates præmemoratæ, adhuc alternatiua remaneret in suo proprio significatu: quãto magis hoc procedit considerata natura, & prærogatiua piæ causæ, vt supra substitutæ, ne ab ipsa substitutione excludatur in præiudicium animæ defuncti, & contra mentem testatoris expressam, non est faciēda verborum transformatio: sed remaneat in primæuo statu alternatiuæ, & ita vidi aliàs doctissimè quidem consultum, responsumque in facti contingentia cum suo necessario apparatu perillustrem Dom. Archidiaconum, Antonium Sarracenum de Ciuitate Iuuenatij, virum sua tempestate solidæ quidem doctrinæ.

1

ARGVMENTVM.

De diuisione fructuum facienda inter maritum & hæredes vxoris: inter Baronem & hæredes vasalli: inter hæredem & fideicommissarium: inter hæredes fructuarij & proprietarium: inter hæredes beneficiati & nouũ beneficiatum: inter dominum & nouũ emphyteutam: inter emptorem & retrahentem vigore pacti de retrouendendo: inter antiquum & nouum conductorem: inter emptorem & venditorem de fructibus rei venditæ, & quando restitutio fructuum debeat esse integralis, vel quotatiua.

SVMMARIVM.

1 *Fructuum diuisio quàm diuersimodè fiat.*

2 *Fructus recolligendi, pro recollectis habentur, ad maritumque spectant in diuisione inter maritum vxorisque hæredes.*

3 *Fructus dotis percepti vltimo anno soluti matrimony, pro qua rata marito, vel eius hæredibus consignentur.*

4 *Fructus dotis in diuisione, à quo tempore fiat consignatio.*

5 *Colonus fundum in statu quo habuit à tempore conductionis relinquere debet.*

6 *Fructus rerum dotalium matrimonio soluto, cur cum dote restituantur.*

7 *Fructus dotis etiam bona fide per alium consumpti à patris morte filiæ debentur: filio verò à patre percepti*

percepti ex dote vxoris filij post mortem ante mo ram, non restituuntur.

8 *Fructuum diuisio inter Baronem & hæredes vasalli: Item inter hæredem & fideicommissarium: Item inter hæredes fructuarij & proprietarium, qualiter & quomodo fiat. num. 9. & 10.*

11 *Fructus inter hæredes beneficiati & nouum beneficiatum seu pensionarium, pro rata temporis diuiduntur.*

12 *Fructuum diuisio fit inter emphyteutam & dominum, vel nouum emphyteutam.*

13 *Fructus pēdenter in fundo vendito cum pacto de retrouēdendo pro rata temporis inter empt. & vendit. diuiduntur.*

14 *Fructuum diuisio inter antiquum conductorem seu colonum, modernumque eius successorem, quomodo distribuenda.*

15 *Fructuum diuisio inter emptorem & venditorem priuatos, quàm diuersimodè à Doctoribus determinata & distincta sit, & nu. 21.*

16 *Fructuum restitutio inter emptorem & vēditorem, an integralis vel quotatiua esse debeat.*

17 *Alimenta in victualibus consistentia, mensatim debentur.*

18 *Fructibus in mercedem redactis, merces loco fructuum naturalium habetur.*

19 *Fructus naturales debentur, quādo introitus in pratis consistit & in pecunia locatur.*

20 *Fructus fundorum licèt hominis industria egeant, cur sint naturales.*

22 *Fundo locato, vel à priuato vel à fisco, merces nondum exacta ad emptorem spectat.*

DECISIO VIII.

1 FRVCTVVM † diuisio fieri consueuit diuersimodè, ex personarum qualitate, & facti contingentia, à legibus considerata, vt fertiliter quidem explanat Pet. de Vbald. in tract. de duob. fratrib. in 11. par. principali, nu. 29. cum alijs seqq. & Io. Campeg. in tract. de dote, in 2. par. q. 19. cum cæteris seqq.

2 Prima itaque † diuisio solet fieri inter maritū, & hæredes vxoris, & tunc fructus de proximo recolligendi habentur pro recollectis, & spectant ad maritum, & de diuisione hac loquitur tex. vbi Bar. & cæteri omnes in l. diuortio, §. interdum, ff. solu. matrimo. super quo elegans fecit consilium Pau. Castren. 132. Videtur dicendum, volum. 1. quod percōmodè, & præstanter magnificit Dec. consi. 472. num. 5. & ita arguit Caualcan. in tract. de vsufruc. mulieri relicto, cap. 9. sub nu. 93.

Et hinc est, quòd maritus percipit fructus pro tempore, quo substinet onera matrimonij, & consequenter habet dubio procul dominium reuocabile. l. pro oneribus, C. de iure dot.

3 Et sic † fructus dotis percepti, vltimo anno, quo matrimonium solutum est, ita nempe diuidendi sunt, vt meritò quidem marito, vel eius hæredibus pro rata dentur, atque consignentur, pro qua onera matrimonij substinuit. d. l. diuortio, in prin. ff. solu. matrimo. & Pet. de Vbal. in tract. de duobus fratrib. in 11. par. princ. num. 42. Cæphal. consi. 584. In præsenti casu, num. 11. & 13. vol. 4. Bero. consil. 157. Quo ad primum, num. 10. & 26. vol. 1. & Ioan. Campeg. in tract. de dote, q. 19. vbi

4 concedit etiam, † quòd in diuisione fructus dotis fit computatio à tempore, quo primum fundus cœpit esse dotalis, non autem à tempore secutæ locationis, in qua porrò computatione, si fundus reperiatur assignatus plenus, tempore locationis inspicitur, vt intelligatur pro quota anni parte vir fructus lucretur, vbi in alijs quæstionibus seqq. decidere studet alias varias, diuersasque quæstiones, ad præsentem rem spectantes, vtilissimas.

5 Sed contrarium † reperio dispositum in colono, qui indubitanter profectò debet fundum relinquere in eo statu, in quo habuit tempore conductionis. l. si merces, §. cōductor, & l. & hæc dist. §. fin. ff. loca. & Pet. de Vbal. in d. 11. par. num. 44. & 56. Ioseph Ludouici cum alijs aggregatis in decis. Vmbriæ 62. Ser Bonannus, nu. 5. in 2. par.

6 Est tamen benè verum, † quòd fructus rerum dotalium, soluto matrimonio, debēt restitui cum ipsa dote. l. vna, §. cum autem, vbi Bald. C. de rei vxor. actio. fructus enim augent dotē, atque idem nimirum iuris est in dote, quod in fructibus, teste Bar. in l. si marito, §. si fundum, nu. 13. ff. solu. matrimo. Ant. Ciofio consi. 23. Cum causa, num. 4. vol. 2. Tiber. Decia. consil. 17. Et prima facie, nu. 13. & 50. vol. 2. vbi explicat quo in casu fructus augeant dotem, & Do. meo perillustri Vincent. de Franch. decis. 179. num. 6. vbi loquitur de hæreditate, & Riminal. iun. consi. 596. Executio, num. 8. volum. 5.

7 Nec non † filia, non solùm debet habere dotem, sed fructus dotis à morte patris, cum illa vtique loco legitimæ succedat, etiam quòd illi consumpti bona fide per alium reperiātur, vt per Alexan. consi. 88. nu. 18. volum. 7. & etiam, quòd dos nō foret tradita, & separata, vt discurrit, & firmat Franc. Vegius, consi. 42. num. 6. volum. 1. Fructus verò percepti à patre ex dote vxoris filij post eius mortē, ante moram, non veniunt aliter restituendi filio, cuius erat dos, etiam quod ipse onera matrimonij substinuerit, saltem à die mortis patris, vt per Bero. consi. 52. Hæsitationibus, nu. 3. vol. 2.

8 Secunda † diuisio fructuum ea itidem est, quæ fit inter Baronem, & hæredes vasalli, vt vasallo ipso decedente ante Kalendas Martij, fructus omnes ad dominū spectent: mortuo verò post Martij Kalendas antè Augustum ad hæredes absque scrupulo pertinēt morientis, de quo est tex. in c. 1. §. his cōsequēter. hic finitur lex, vbi And. de Iser. & cæteri Feudistæ annotauere oēs vnanimi quidem consensu, & Couarru. cum alijs signatis per eum in tract. variarum resolutionum, lib. 1. c. 15. sub num. 13. vers. ex eo autem, quod apud Hispanos. Est nihilominus verum, quod fructus separati à solo feudali dicuntur re ipsa allodiales: non autem feudales. c. 1. an agna. vel fil. Bal. consi. 33. vol. 1. Rolan. secundē more solito, consi. 54. Doleo, num. 30. vol. 3.

9 Tertia † est diuisio ipsorum fructuum, quæ fit inter hæredem, & fideicommissarium, & post dominium quæsitum, omnes ad fideicommissarium pertinent,

pertinent, & si maior pars anni, antequam dies fideicommissi cessera, præterita sit. l. Herennius, la prima, ff. de vsur. cum concordantibus.

10 Quarta † extat etiam fructuum diuisio inter hæredes fructuarij, & proprietariũ, qui quidem fructus si percepti, aut separati reperirentur, ad vsufructuarij spectant hæredes: sin antè percepti non fuerint, licèt sint perceptioni, & recollectioni proximi, proprietario competunt. de quo est casus notabilis in l. defuncta, ff. de vsufruc. vbi Alber. Anchar. consi. 193. Aret. consi. 160. versicu. circa quintum, Alex. consi. 28. nume. 2. vol. 1. Iaf. consil. 23 t. vol. 2. Pau. Castren. consi. 214. volum. 2. Cæphal. consi. 18 1. Magnifica domina Sicilia, & consi. seq. volum. 2.

11 Quinta † fit similiter fructuum diuisio inter hæredes prælati, vel beneficiati, & nouum beneficiatum, seu prælatum, aut pensionarium, & tunc pro rata temporis diuiduntur, teste Alber. in l. diuortio, num. 12. ff. solu. matrim. Caccialup. in tracta. de pensio. quæstio. 25. Hierony. Gigante io tracta. de pensio. quæst. 53. & Alex. consil. 28. num. 2. vol. 1. Couarru. in tracta. variarum resolutionum, lib. 1. cap. 15. sub nume. 12. Guliel. Redoan. in tracta. de spolijs ecclesi. quæst. 8. §. de succes. cler. secularis ab intestato, num. 32. Bellon. cosi. 3. sub nume. 8. & seqq. Io. Bapt. Ferret. consil. 372. quæstione, nu. 9. & seqq. volum. 2. Et fructus quando diuidendi sunt pro rata temporis, annus quomodo intelligendus, explicat Caualcan. in tracta. de vsufruc. mulieri relic. cap. 9. num. 170. & 245.

12 Sexta † extat quoque diuisio fructuum, quæ fit inter emphyteutam, & dominum, vel nouum emphyteutam, de qua discurrit nonnihil Alexan. num. 4. & Socin. colum. 3. versic. secundò nota, in d. l. diuortio, Aurel. Corbul. in tract. de causis, ex quibus emphyteuta iure suo priuetur, de causa priuationis ob non solutum canonem, ampliat. 37. nu. 1. cum alijs seqq.

Septima est in retrahente virtute pacti de retrouendendo, de qua post Tiraquel. Cagnol. in l. 2. nume. 100. C. de pact. inter empt. & vendit. & seriosius Ioseph Ludouici, decis. Vmbriæ 79. Do minus Petrus, nume. 1. cum alijs seqq. in secunda par. vbi firmat communi schola omnium Scri-

13 bentium, † fructus pendentes in fundo vendito cũ pacto de retrouẽdendo, diuidendos fore pro rata temporis inter emptorem, & venditorem, memoratq; ita etiam iudicasse, prout sic iudicatum quoque extitit vltra bis varijs in causis in anno 1583. & sequ. in Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ, & Comitatus Molisij, me assidente in ca tunc Auditore.

14 Octaua † diuisio fructuum facienda est etiam inter antiquum conductorem, ac colonum, & modernũ eius successorem, quæ quidem quomodo distribuenda inter eos sit, explicat affabrè certè Pet. de Vbal. in tracta. de duobus fratrib. in 11. par. principali, num. 43. cum alijs seqq. Ioseph Ludouici, decis. Vmbriæ 62. num. 1. cum alijs seq. in secunda par.

15 Nona † diuisio fit itidem ipsorum fructuum inter emptorem, & venditorem priuatos, de qua decisum à Iureconsultis & Doctoribus diuersimodè, respectu personarum, fructuũ, & pensionum, aut mercedis reperitur. & quoad fructus pẽdentes communi calculo cedunt emptori: pensiones verò venditori adijciendæ sunt, licèt teneatur inde emptori cedere, & in hoc variant Glo. & Doct. pro qua rata fuerit dominium translatiuè à primordio emptionis.

Vnde quemadmodum facta extitit distinctio personarum, ita necessariò facienda venit etiam fructuum.

Alia enim est cõsideratio fructuũ extantium;

Alia recollectorum;

Alia de próximo recolligendorum,

Alia partim collectorum, & partim exigendorum;

Alia naturalium simpliciter;

Alia industrialiũ principaliter, vbi hominum præualet industria, vt in segetibus, & vindemia;

Alia fructuum ciuilium, licèt meo iudicio ciuiles fructus verè non reperiantur, & pensiones domorum vrbani potius, quàm ciuiles fructus nuncupandi:

Alia, quæ exigitur in fine anni;

Alia quæ mensuratim, vel dietim recolligitur, vt prosequuntur Doct. & vbertim discurrunt in l. ex diuerso, ff. de rei vend.

In his itaque fit indubitata conclusio, vt fructus qui semel in anno percipiuntur, spectent ad emptorem: sed fructus, aut erant extantes, & integri, & tunc ad emptorem ipsum pertinent: aut fructus non extabant, vtputa quia ager locationi adiectus reperiebatur, & eo casu virtualiter ad eũdem pertinent emptorem, licèt actio exigendi à colonis, & partiarijs debeat exerceri per locatorem, ex quo non erant aliter emptori obligati coloni ipsi, nec cum eo aliquid cõtraxerant. verum fructibus exactis tenetur locator, & venditor emptori, vel affictatori (quod est idem) restituere, vel actionem cedere, & in opinione hac residet communis Antiquorum, & Modernorum Schola, per textum apertum in l. Iulianus, §. si fructibus, vbi Bar. Alber. Fulgos. Pau. Castren. & cæteri omnes Scriben. ff. loca.

16 Dubium tamen versatur hic, † si restitutio fructuum debet esse integralis, vel quotatiua. itaque Glo. in d. §. si fructibus, in ver. ei cedere, concludit venditorem tradere debere emptori, quæ currit post venditionem, & sic pro rata temporis, quo dominium acquisiuit. cæterum Glo. sic intellecta non rectè loquitur, & præsertim in casu in quo fructus ex pratis, & herbagijs, atque terraticis con uersi sunt in mercedẽ, & sic in pecuniã, quæ subrogatur in locum fructuum pendentium, quod integrum ad emptorem pertinet, vt in indiuiduo ita concludit Roma. consil. 10. Vendito namque fundo, & fructus nondum collecti includuntur, & ad emptorẽ spectant. casus est in l. fin. §. fructus autem, ff. quæ in fraud. credit. latè Grat. consi. 18. vol. 1. & Rom. comprobat Tiraq. de retract. consanguin. §. 1. glo. 7. nu. 42.

Secunda erit responsio saluando Glo. & non impugnando, prout impugnat Roma. nam dum

C Glo.

Glo. dicit, quòd venditor dabit emptori, quæ currit post venditionem, debet intelligi, vt pensio, quæ debet solui post venditionem spectet ad emptorem, inspecto tempore faciendæ solutionis, prout aliæ Glos. sic simpliciter loquuntur in l. defuncta, de vsufruc. & l. fin. de iure fis. & ita declarat, & intelligendam firmat Cuman. consil. 20. qui propriè loquitur in fundis affictatis, & in casu vbi exactio fit semel in anno, & prouenit à fundis rusticis, & fit in æstate, vel vindemijs, & ex his debetur pensio ex locatione, quæ colligitur post venditionem, tota pensio ipsa spectat ad emptorem, vt concedit Paul. Castrens. expressius in dicta l. Iulianus, §. si fructibus, de actio. empti.
17 num. secundo, & Rolan. consi. 27. volum. 2. † sed alimenta quæ in victualibus consistunt, idest in vino, & lignis, dantur quidem mensatim, vt per Barto. in l. pecuniæ, ff. de alimen. & cibar. lega. & Ioan. Vincent. de Anna singu. 22. Alimenta, in fi. vbi profert magnum verbum ita aliàs decisum in sacro Regio Consilio extitisse in facti contingentia, quòd pecunia pro alimentis ipsis soluenda debeatur tertiatim, vbicunque introitus exiguntur, similiter tertiatim.
18 Fructus † enim in mercedem redacti, merces illa habetur loco fructuum naturalium. l. mercedes, ff. de petitio. hæred. no. Aret. in l. diuortio, §. item si messes, col. 1. ff. solu. matrimo. & in termi
19 nis † quando introitus consistit in pratis, & locatur in pecunia, quòd dicantur naturales, Natta consil. 384. nume. quarto, volum. secundo. Et naturales fructus integrè spectant ad emptorem, per casum dicti §. si fructus, & apertius in l. fructus, C. de actio. emp. Idque adeo verum est, vt fundo vendito, non solùm transeant ad emptorem fructus ad venditorem spectantes, verum etiam transeant fructus spectantes ad partiarios, & colonos, iura allegat Roma. consil. 309. Videtur prima fronte, & sequitur Alexand. in l. filiofamilias, §. fin. nume. 17. ff. solu. matrimo. Aret. consil. 159. num. decimoquarto. Corne. consi. 150. volum. quarto, & Dec. 543. nume. 20. Ioseph Ludouici, plenissimo nempe cornu, decis. 83. Vmbriæ, num. 1. cum alijs seqq. in secunda par. vbi indicat istam esse communem opinionem, atque ita iudicasse.
20 Et † fructus fundorum sunt naturales, licèt industria hominis indigeant: & ratio ea est, quoniam talis fructus est pars rei, vnde procedit, ven ditæ. l. fin. §. fructus, ff. de his quæ in fraudem credito. secus est re ipsa in fructibus industrialibus, vt in naue, in seruo; quia huiuscemodi fructus pro præterito tempore ante véditionem debent esse vendentis, pro futuro verò emptoris. l. Iulianus, §. fructibus, ff. de actio. emp. sicut etiam fructus ipsi industriales lucrantur per maritum. Thom. Doccius consi. 65. nu. 4.
21 Et hæc exarata extant † ad explanandum articulum tenebrosum ex mente Glos. & Docto. ut etiam in venditione à priuato priuatis integri veniant fructus non exacti, vel extantes in fructu, vel in mercede, virtute locationis conuersi cum alio iure, & absque scrupulo aliquo procedatur in emente à Regio fisco. Siquidem emptor à Regia Curia omnes lucratur fructus, & attenditur tempus quo pensio soluenda erit, & non quando fructus percipiuntur. casus est ad literam, ubi Dyn. Barto. & cæteri in l. Valerius, §. Triphonio, ff. de iure fisci, vbi Alber. asserit, quòd licèt possent pro & contra multa proponi, tamen pluries ait determinasse, vt vendito fundo, per prius locato, etiam exactis fructibus pensio nondum soluta (maximè in emente à fisco) integra ad emptorem spectet, & resoluit contrarium. l. Iulianus, §. si fructibus, hoc idem firmat Fulgos. in d. §. si fructibus, & concordant omnes in emptore fisci, per rationem Barto. Alber. & Fulgos. quia tenetur stare colono, & in recompensam damni, quod patitur, standum colonis, & uteretur illo commodo à die venditionis, quo coloni utuntur, & expellere non potest, quia agerent contra fiscum: ideo fiscus integram mercedem permittet emptori quod in priuatis contrarium extat.
22 Et † locato fundo, vel à priuato, vel à fisco, nondum exacta mercede, integram ad emptorem spectare firmat Couarru. variarum resolutionum lib. primo, cap. 15. post nume. 3. versicu. ex quibus apparet quid dicendum, idque attento instrumento venditionis nullam patitur difficultatem, in quo fiscus cessit omnia iura, & in eius locum posuit: tunc enim, etiam vigore istius cessionis veniunt omnes fructus, & tollitur difficultas an intelligantur venditi pro rata, vel omnes. ita in terminis considerant & affirmant Rapha. Cuman. consi. secundo, Bolognin. consil. 67. colum. prima, & sequen. & Menoch. consi. 13. num. 13. Et aduertendum in iudicando, & consulendo, quòd iste introitus minueret valorem rei, & tanto minoris esset empturus, vnde non deberet cum aliena iactura locupletari, nec posset prætendere diuisionem pro rata, ex quo tunc non adsunt fructus, qui singulis exiguntur diebus, sed vnica solutione in fine temporis, quo casu deductum est ad emptorem pertinere, & nouissimè sic decreuit sacrum Consilium, teste Dom. Vincent. de Franch. decis. 79. nume. secundo, & sequen. vltra quem pondero textum in l. si fundus, §. quod in semestrem, ibi, quia totius anni vnus fructus est, ff. solu. matrim.

ARGVMENTVM.

Vtrum soror possit disponere de dote sibi data, facta quietatione de omnibus bonis maternis & paternis per dictam sororem pacto adiecto in consignatione dotium, quòd facto casu restitutionis dotium per mortem sororis sine liberis dos integra restituatur patri dotanti, & hæredibus suis.

SVMMARIVM.

1 *Dos mulieris, loco legitimæ succedit.*
2 *Stipulatio patris de dote restituenda, mulieri & eius hæredibus remitti debet.*

Lucas

Lucas de Penna, maximus practicus, maximeque auctoritatis in Regno.

3 *Mulier à successione patris excluditur, qui vigore stipulationis dotem exegit, stante statuto quòd dotata non succedat.*

4 *Consensus non præsumitur, imo dissensus, si per eum actus geritur, cui reuerentia debetur.*

DECISIO IX.



CASVS in facti contingentia talis est. Sempronius pater cũ haberet Titium, & Meuium filios, atque Lucretiam nubilis ætatis, quam nuptui tradidit, ac maritauit cũ Martino viro suo, dotauitq; de paragio, & consignando congruam dotem eidem viro in capitulis matrimonialibus fecit pactum solenni stipulatione vallatum, quòd si contingat matrimonium ipsum dissolui morte vxoris, filijs ex matrimonio hoc non derelictis, dotes prædictæ reuerterentur ad dotantes sine controuersia, & tarditate aliqua. insuper Lucretia ipsa nuptui tradita, & in posse uiri redacta, post matrimonium per verba de præsenti stipulatum, & carnis copula consummatũ, renunciauit hæreditati paternæ, & maternæ in manibus Sempronij patris, declarãs se fore dicta sua dote bene cõtentam, prout in actis matrimonialibus cõtinetur. accidit quòd idem Sempronius, sicut Domino placuit, diem suum clausit extremum ab intestato, ac nullo sibi condito testamento, superstitibus prædictis Titio, & Meuio filijs, & hæredibus vniuersalibus ab intestato succedentibus, qui paternam hæreditatem agnouere, bonis hæreditarijs paternis se immiscentes, & facientes actus, qui fieri nequeunt citra ius, & nomen hæredis, eadem Lucretia illorum sorore penitus exclusa, tãquam maritata, atque dotata de paragio, iuxta dispositionem constit. Regni, In aliquibus, & quæ hęreditati ipsi, dote contenta, renuntiauit. tandem mulier hæc in vltimis constituta, cum esset ætatis legitimę, sui iuris existens, condito sibi nuncupatorio testamento instituit dictos eius fratres pro medietate, & memoratũ Martinum eius virum pro altera medietate hæredes vniuersales in omnibus suis bonis, iuribus, & actionibus, & signanter in dictis suis dotibus. quibus sic se habentibus, prędicti Titius, & Meuius fratres, tanquam filij, & heredes ab intestato Sempronij communis patris agunt contra Martinum eorum sororium, seu cognatum, petentes restitutionem dictarum dotium, vigore pacti antedicti, dicentes factum esse casum restitutionis illorũ, dissoluto matrimonio, morte vxoris, fine liberis. respondet vir conuentus ad restitutionem medietatis ipsarum dotium non posse de iure conueniri, tanquam institutus à Lucretia eius vxore. replicat dicti fratres, & hæredes, quòd prædicta illorum soror non poterat testari de dotibus suis, quas stipulatus fuerat communis pater restitui sibi, & suis hæredibus, in casu dissoluti matrimonij sine liberis, & vigore suæ promissionis debet cõpelli ad restitutionem. replicat postremò vir ipse, ꝙ mulier, quæ fuerat à successione hæreditaria exclusa, tanquam dotata de paragio, intuitu dictæ dotis, quę succedit loco suæ legitimæ, est effecta domina dotium, & põt de illa testari pro libito, non obstante prædicta stipulatione, quam hæredes ipsi remittere, & relaxare tenentur, ne filia ista priuetur penitus dote, & hæreditaria portione, & omni sua legitima, sine aliqua iusta causa. respondent hæredes ipsi, quòd mulier passa est, patrem sic stipulari, & hæreditati paternæ sponte renuncians, meritò maritus venire nequit contra promissionem à se factam de dotibus restituendis ex causa iuris tertij, illi non competentis.

Ex quo quidem themate, licèt possent complura in dubium adduci in iure discutienda: tamen pro temporis qualitate, ipsi veritati inhęrendo, vt breuibus me expediam, quia gaudent breuitate Moderni, teste Glo. in l. 1. ff. quod met. causa. videndum est, vtrũ Lucretia ipsa, stantibus his, quæ in processu discernuntur, potuerit testari, disponereque in vltima voluntate de dotibus suis, instituendo eius virum in dimidia, non obstante stipulatione memorata paterna, & pacto cum eodẽ eius viro stipulato, & correlatiuè vtrũ data validitate prædicti testamenti teneantur ipsi fratres, & cohæredes remittere dictam stipulationem, & pactum, ex iustis causis in pũncto præsuppositis.

Et videtur nempe prima facie dicendum, decidendumq; in hac sacra Regia Audientia Barensi cõdemnet Martinum virum compellendum ad restitutionem dictarũ dotium, & obseruantiam pacti, ex varijs, diuersisq; rationibus. & primò quia conuentio, & stipulatio ipsa facta extitit, secundum naturam contractus ipsarum dotium, vt dissoluto matrimonio sine liberis reuertantur ad patrem dotãtem, & eius hæredes. Præterea actio de dote filia mortua cõsolidatur patri, qui potest ad integram dotem agere, & illam repetere. Insuper quoque interest ipsius patris, & suorum hæredum dotes ad eos reuerti: nam si foret dos ipsa casu, aut aliter absque culpa mulieris consumpta, pater ipse teneretur ad filiam redotandam. merito itaque sententia isthæc habet æquitatem, iurisq; saporem, vt reuertatur ad dotantem, & eius hæredes, qui tenebantur onere redotandi. & tanto magis, stante, quod stipulatio, & promissio de dote restituenda facta extiterat per virum, antedicta Lucretia præsente, & saltem tacitè consentiente, quæ renunciando hæreditati, successioniq; paternæ, videbatur quodammodo nolle de successione tractare, aut aliter disponęre, sed fore contentam dote sua post eius mortem patri, & hæredib. stipulata. ex quibus, & alijs, quæ ex narratis, deductisq; in pũncto, & processu de facili colligi possunt, videtur dicendum ipsam stipulationem debere sortiri effectum.

Quibus non obstantibus, prout re ipsa de iure non obstant, extitit in eadem sacra Audientia iudicatum, decisumq; pro contraria parte, tanquã de iure veriori, ꝙ imò potuit mulier in præsenti casu disponere de dotibus suis, tanquam domina, cuius intuitu fuerat à successione, & hæredita-
1 te exclusa. † nam dos mulieris succedit loco legitimæ, & hæreditariæ portionis debitæ iure natu-

sæ, l. quoniam nouella, C. de inof. testa. cum simil.

Si igitur priuatur mulier successione propter dotem, non est rationabile quidem, vt priuetur
2 etiam dote ipsa per stipulationem paternam. † & ideo si pater fuerit sibi stipulatus, tenetur omni dubio procul ipse, vel sui hæredes eandemmet stipulationem remittere, rescindere, & relaxare filię prędictæ, & suis hæredibus. ista fuit originalis sententia Iacobi de Are. in l. vxorem, §. pater naturalis, ff. de leg. 3. quam refert, commendatq; Bal. in l. fi. col. 11. vers. sed pone, quòd statutum dictat, C. de dotis promissio. & huic sententię acquiescit etiam Io. Bapt. de sancto Seuerino in repet. l. omnes populi, in 6. q. princ. vers. an statuta recipiant interpretationem, in quæst. 22. incip. vigesimosecundò quæritur, dicit statutum, quòd filia dotata non succedat, col. 36. ff. de iust. & iu. hocq; idem, quòd talis stipulatio de dote restituenda patri debeat mulieri, & eius hæredibus remitti, aliàs censeatur incongruè dotata, tenet & firmat Bal. Nouell. in tract. de dotibus, in 6. par. 17. priuileg. col. 2. vers. & prædicta conferunt ad statutum, & eandem sententiam tenuit etiam, atque expresśit de iure verissimam, Laurus de Palazolis in repe. § cęterum, Institu. de legit. agnat. successio. fol. 19. in tract. quem facit super statuto, quòd stantibus masculis filia fœmina non succedat, vers. quæro modo stante statuto, quod agnati, vbi refert Roma. concurrere cum eadem opinione in l. 2. ff. sol. matrimo. & pro ea, vltra adducta per Bald. allegat in simili textum solennem in l. si pater pro filia, ff. de colla. dotis, vbi quia filia priuatur hæreditate propter dotem, dicit textus eam debere dotem habere præcipuam. sed quid eundum est per mendicata Doctorum extraneorum suffragia? dico, quòd istam quæstionem disputauit inter Doct. Regnicolas supremus Doctor, & maximus practicus D. Lucas de Penna in l. vnica, colum. pen. versic. hæc faciūt ad quæstionem, C. de imponen. lucra. descrip. lib. 10. in proprijs, & efficacioribus terminis in fratre dotante sororem de paragio, & stipulante sibi dotem reddi in casu soluti matrimonij sine liberis, muliere, ac sorore sua præsente, & nō contradicente, vbi post multa hinc inde allegata, tandem concludit, quòd mulier ista potest de dote sua testari, dicta stipulatione non obstante, per iura, & rationes per eum copiosè & fertiliter adducta. qui quidem D. Lucas de Penna tenet ipsa maximę authoritatis in Regno, à cuius sententijs rarò disceditur, maximeque cum habeat tot patres, & iuris interpretes comites.

Pro qua quidem sententia bene facit quod volunt no. idemmet Bal. Nouellus in d. tract. de dotibus, in vlt. col. primæ partis, asserens in facti con
3 tingentia ita vidisse consultum, & iudicatum, † ꝙ stante statuto, quòd filia dotata non succedat, accidit, quòd pater dotauit filiam suam, & stipulatus est dotem sibi reddi, deinde soluto matrimonio morte uiri, idem pater eādem dotem exegit, & postea decessit, filia vidua tunc vult succedere vna cum fratribus, fratres dicunt debere excludi, quia maritata, & dotata, respondet filia, quòd nō potest dici dotata ad præsens, ex quo pater fuerat stipulatus dotem sibi reddi, quam exegit vigore suæ stipulationis, fuit consultum, & iudicatum, ꝙ mulier excludatur à successione, quia adhuc dici tur dotata, ex quo licèt dos fuerit stipulata à patre, & exacta, adhuc tamē superest ius mulieri petendi eandem dotem à patre, & hæredibus eius. per ea quæ habentur in auth. sed quamuis, C. de rei vxor. actio. & in l. fin. C. communia vtriusque iud. & per Bar. in l. post dotem, & in l. si maritus, §. 1. ff. solu. matrim. cum alijs aggregatis per Bald. Nouel. in tract. dotis, in col. fin. primæ partis. & sic decisum meritò quidem extitit in eadē sacra Audientia Barensi, prędictam Lucretiam potuisse legitimè testari de suis dotibus, nec potuisse hæredes patris testamento suo contradicere, imò teneri stipulationem remittere, ne mulier priuetur dote, ac hæreditaria portione.

Nec habent obstare adducta in contrarium, prout verè de iure non obstant. Et primò, quod dicebatur de natura actionis, quia loquitur, & procedit secundum terminos iuris cōmunis, quo mulier quantumcunque dotata non excluditur à successione propter dotem, sed tenetur illam cōferre, toto ti. Codicis, & fforum, de collatio. Nec itidem obstat vllo quidem pacto consideratio cōsolidationis, cum pater prędecesserit superstite filia, & matrimonio adhuc constante: vnde magis consolidabitur in filia, quàm in patre. Tertiò minime gentium obstat quod dicebatur de onere redotandi, cū hoc in cōsideratione esse nequeat post mulieris mortem. Postremo haudquaquàm nocet tacitus consensus mulieris, quia non apparet in præsenti casu, quod sint stipulata capitula matrimonialia in facie ipsius filiæ, quæ vt plurimum stipulantur per patrem, filia absente.

Cæterùm posito, ꝙ extitisset præsens filia ipsa: tamen quia propter metum reuerentialem patris non audebat contradicere, sola præsentia non inducit consensum in talibus personis, per ea quæ allegat Lucas de Penna in loco præcitato, & ad hoc faciunt etiam ea quæ allegantur per Bart. & cæteros omnes in l. quæ dotis, col. pen. ff. sol. ma-
4 trimo. vbi volunt, † quod si actus geritur per eū, cui debetur reuerentia, non præsumitur consensus, sed dissensus, si sibi præiudicat, per textum in l. 1. §. quæ onerandæ, ff. quarum rer. ac. no. det. & in l. pen. ff. de fur. refert, & sequitur Ant. de Butr. in c. nonne, extra de præsumpt. pro quo est optima Glo. in l. filiusfamilias, §. inuitus, & ibi Bald. ff. de procurat.

ARGVMENTVM.

Quod testator instituendo hæredes ordinando quòd bona conseruentur in familia & cippo siue trunco, tunc non includuntur fœminæ, sed censentur omnimodo exclusæ, quia fęminæ non faciunt familiam.

SVMMARIVM.

1 *Familiæ appellatione fœminæ non veniunt.*
2 *Cognatio, familia, & domus, sinonima sunt.*

Cippum

3 *Cippum domus, rusticorum vocabulum esse, eiusq; appellatione fœminam agnatam non venire, & num.6. & 19.*

4 *Fœmina suæ familiæ & agnationis caput & finis est & sic lineæ fœmininæ principium, & masculinæ finis, & nu.14.*

5 *Cippus domus atque familia, per masculos tantum conseruatur, cum per illum agnationis conseruatio intelligatur. nu.10.*

7 *Filia nupta, extra familiam patris est, & de viri familia censetur.*

8 *Cippus domus, seu casata in fideicommisso vocante fœminæ excluduntur.*

9 *Agnati vel illi de cippo vbi vocantur, fœmina non excludit substitutum.*

11 *Agnatio per masculos, non autem per fœminas conseruatur.*

12 *Fœminæ in vltimis voluntatibus non veniunt, illis de agnatione vocatis.*

13 *Proximiores de sua agnatione vocans, agnatam fœminam vocasse non censetur, sed tantummodo masculos.*

15 *Fœmina agnationis ius familiæque cognomen aut agnationis in filijs à se genitis non retinet, nec sibi agnatos procreat.*

16 *Cippi domus appellatione agnati descēdentes, ascendentes & collaterales veniunt successiuoque ordine per lineam masculinā vocati intelliguntur.*

17 *Fœmina, secundum aliquos, cur agnata sit, familiaque & agnationis ac cipporum domus vita durante nomen conseruet.*

18 *Successionis prima causa est filius & filia.*

DECISIO X.

1 FAMILIÆ † appellatione non veniunt fœminæ vllo modo, præsertimque vbicunque disponens cōsiderauit agnationem
in quacunque materia, sicuti prodidit constanter
quidem Bald.consi.473.col.2.vol.5.Ruyn.consi.
24.nu.7. volum.1. vbi consuluit fœminam quantumuis agnatam non venire, vbi testator ad agna
tionem respexisset, & Gozad. quoque consil.79.
num.5.& seq.Crot.consi.48. num.36. & seq. vbi
in terminis paris fideicommissi firmauit, non vul
gari quidem anchora, fœminas ipsas non aliter ve
nire appellatione familiæ, & huicmet opinioni cū
magno nempe apparatu acquiescit etiam Paris.
consi.63.num.10.& seq.vol.2. Crauet.consi.180.
num.1.vbi absoluit hoc locum sortiri, siue in statuto, seu in vltima voluntate vocētur illi de agnatione, & in fideicommisso facto illis de familia, &
sequitur Mantica cum torrente Doctorum signa
to per eum, de coniect. vlt.volunt. lib.10.titu.12.
Paris.consi.33.num.44. volum.1. vbi in fortioribus vtique terminis concludit, fœminas non venire, si foret habita ratio agnationis conseruādæ,
vbicunque in cōtractu fieret mentio familiæ, Soc.
consi.40.col.pen.inter consi.Curt. sen. vbi suadet
etiam, quòd hæres, institués filiam, dicitur re ipsa
contrauenisse voluntati testatoris, cui bona alienari prohibuit: ex quo velit in agnatione illa con
seruari, & sic denique familia non conseruatur, si
bona extra familiam alienantur, & amplectitur
hoc idem etiam Iacob.Mandel. consi.54.num.5.
Ferdinan. in l.filiusfamilias, §. diui, in prima par.
nume.42.ff.de leg.1.Cæphal.consi.614. num.16.
vol.4.Octauian.Cacher.decis.127.vbi magistraliter quidem approbat, atque tuetur opinionem
istam, & ad lucem profert insimul ita extitisse iudicatū. & de hoc mirandum quippe non est, cum
per masculos, nō autem per fœminas agnatio conseruetur. l.sicut autem agnati, ff.de leg. tut. l.post
consanguineos, §.agnati, ff.de leg. hæred. Corn.
consi.26. consi.41. consi.55. & consil.273.vol.4.
Gozad.consi.79.

Consertq; huc, ne me sentiam nūc frustra elaborare in præsenti speculatione, quòd interdum
testator apponere consueuit verbum familiæ, in
suo testamento, & aliquādo etiam cippi, vel trunci, & cum relinquere familiæ, seu cippo, vel trun
co, hæc verba, seu orationes tendant, absque dubitatione aliqua, ad eūdem scopum, & finē agna
tionis conseruandæ, conferam ad hanc rem omnes vires, & quidquid erit in me industriæ, etiam
pro præsentis cippi vero, & genuino sensu explicando, vt omnibus satisfaciam, est aduertendum,
2 quòd agnatio, † familia, & domus sunt sinonima,
teste Glo. Bal. Pau. Castren. cum alijs vniformiter omnibus in l.peto, §.fi.ff.de leg.2. & Tiraq. de
retract. consang. §.1.glo.9. nu.193. Nam domus
accipitur, omni dubitatione prorsus remota, pro
familia. l.1.in prin. vbi Doct.ff.ad Sillan.& Io.Bolognet.consi.9.num.78.

3 Et hinc suadendum meritò est, † cippum domus fore re ipsa rusticorum vocabulum, teste Simone de Prætis, cum alijs signatis per eum, consi.
203. Dolebam, num.7.volu.1. Soc.sen. consi.51.
Visa facti narratione, num.21.volu.4. Imò scrutandum necessariò quoque venit, quòd sub appellatione cippi domus, non venit vllo quidem
pacto fœmina agnata, vt per Corn.consi.26. sub
num.4. & seq.consi.40. sub num.8. & consi.273.
vol.4. Gozad.in præmemorato consi.79. num.6.
4 & altiori fastigio, consi.45. nu.8. † fœmina namque est caput, & finis familiæ suæ, & agnationis
quoniam transit in familiam alienam. ita Io. Bolognet.in d.consi.9.num.77. & Signorol. de Ho-
5 modeis, consi.173.num.12. Et † quòd itidem cippus domus, atque familia conseruetur per mascu
los tantum, firmauit quoque Capra, consi.8. nu.
4. Cæpha.consi.571.num.48.volu.4. Tiber. Decian.consi.31.Ardua, nu.86. & consi.41.Sequen
do, num.85.volu.1. Ang.de Gambilionib. Aret.
consi.63. sub num.26. & seq. volu.1. cui quidem
familiæ debet necessariò vtique faueri, cum reipublicæ intersit, familias conseruari, vt per eun-
6 dem ibi, nu.28. † Et appellatione ipsius cippi domus, non fœminas, verum masculos agnatos venire concedit Laur. de Palat. in tract. quòd stantib. mascul. nu.201. Et fœminas æquiparari absque scrupulo frondibus, & ramusculis, tradit affabrè quidem Ioan. Dilect. in tit. de substit. caute.
22.num.2: vbi solito artificio, & ingenio accommodat, traditque pro tutissimo remedio, atque
cautela, testatori volenti excludere fœminas, q

substituat cippum domus. Et quòd fœmina non
sit aliter de cippo, fatetur etiam Laur. de Fano in
7 §.cæterum, Initit. de legit. agnat. success. † Et fi-
liam similiter nuptam, esse extra familiam patris,
& de viri familia censeri debere, assentitur cum
cumulo Doctorum, signato per eum Octauian.
8 Cacher. in d.decis.127. † Et in fideicommisso vo
cante cippum domus, seu casatam, excludi fœmi-
nas, ita extitisse iudicatum recensuit Marzar. in
tract. fideicom. quæst.43. & refert Bursat. consi.
9 228.num.45.vol.3. † Et quòd vbicunque vocan-
tur illi de cippo, vel alij agnati, fœmina minimè
gentium excludat substitutum, assentitur Socy.
in l.cum auus, sub num.85. in illis verbis, substi-
tuit alios decedentes, &c. & ibi, quia videtur,
quòd testatoris consilium hoc fuit, ad conseruan
10 dam familiam, vel agnationem. † Et quod per cip
pum domus intelligatur conseruatio agnationis,
& illos tantum vocatos, in quibus consistat firma
mentum, stabilitas, atque perpetuitas agnationis,
& absque expresione domui, non de cippo ar-
boris, sed domus testatoris, firmat cum alijs ag-
gregatis per eum Simon de Præt. in tract. de in-
terpret. vlti. volun. lib.3. interpret.3. dubit.1. sol.
11. nume.19. & 70. Franc. Mantica in tract. de
coniect. vltimarum volunt. tit.12. num.16. lib.8.
11 Et † quòd agnatio cõseruetur per masculos, non
autem per fœminas, non obscurè quidem conce
dit etiam Menoch. consi.223. Multa, nu.14. vol.
3. & consi.310. Etsi, num.37. volu.4. Grat. consi.
53. num.7. volu.2. Ruin. consi.146. nu.3. volu.2.
Crot. consi.48. num.38. Soc. iun. consi.168. num.
36. & seq. vol.2. Iacob. Mandel. consi.19. num.2.
idem Menoch. consi.95. num.36. 55. & seq. volu.
1. Neuizan. consi.33. Beatus homo, num.6. & 11.
Bero. consi.116. num.1. & seq. vol.2. Corn. consi.
275. col.4. volu.4. Riminal. iun. consi.389. Domi
nus Franciscus, num.45. & seq. volu.4. & consi.
401. Visis consilijs, num.48. & 60. eod. volu. &
consi.283. Licèt, num.33. & seq. vol.3. Rolan. con
sil.56. num.26. volu.3. Bursat. consi.64. num.13.
12 volu.1. † Et quòd quando vocantur illi de agna-
tione in vltimis voluntatibus, non veniant fœmi
13 næ, absoluit Grauet. consi.180. num.1. † Et quòd
vocans proximiores de sua agnatione minimè gẽ
tium censeatur vocasse agnatam fœminam, hoc
ea ratione suadetur, quoniam licèt fœmina ipsa
agnata sit, tamen est principium agnationis: &
idem iudicandum venit de principio principian
te, quod de ipso principiato, arg. l. quominus, ff.
de fluminib. Pau. Castren. & alij omnes in l. ma-
ritus, C. de procur. Alex. consi.44. volu.3. & facit
l. pronunciatio, §. familia, ff. de verb. signifi. Et sic
vocare proximiores de agnatione, videtur voca-
re solummodo masculos, vt per An. in l. tres fra
tres, ff. de pact. Alexan. in l. hæredes mei, §. cum
ita, col.5. ff. ad Trebell. Quoniam stante statuto,
quòd extantibus masculis, filiæ fœminæ non suc-
cedant ab intestato, si pater instituat filios, non vi
detur tunc filios instituere: censetur enim eo ca-
su se conformare velle cum dispositione iuris mu
nicipalis: & ita demum tunc appellatione filio-
rum non veniunt filiæ fœminæ, vtpote quia ma-
sculinum genus non semper comprehendit fœ-
minam, ob quas quidẽ rationes, seu potius alias
efficaciores consuluit ad fauorem agnationis cõ-
seruandæ Ioan. Anto. Rub. consi.63. Circa testa-
14 mentum. In tantum † quòd re ipsa fœmina est
caput, & finis suæ familiæ. l. familiæ, ff. de verbo.
signifi. Bertran. consi.447. Quia in testamentis,
num.2. volu.4. Cagno. in l. fœminæ, sub num.7.
ff. de reg. iur. Et sic fœmina dicitur finis lineæ ma
sculinæ, & principium fœmininæ, vt aperit Me-
noch. consi.318. num.34. & consi.348. num.31.
volu.4. Tiber. Decian. consi.31. Ardua, num.87.
15 volu.1. Nec † fœmina aliter retinet ius agnatio-
nis, nec procreat sibi agnatos, nec cognomen fa-
miliæ, aut agnationis suæ retinet in filijs à se geni
tis, sicuti facit masculus. d. l. pronunciatio, ff. de
verb. signifi. Bal. in l. vnica, col.2. C. quando non
16 peten. par. † Et quòd appellatione cippi domus,
veniant agnati descendentes, ascendentes, & col
laterales, & intelligantur vocati ordine successi-
uo, per lineas masculinas, firmant expresè pleri-
que ex præmemoratis Doct. Ang. & Pau. Castr.
num.7. in l. fin. C. de verb. signifi. Paris. consi.35.
in princ. volu.3. Quodque locum obtinet etiam,
si nulla admodum mentio masculorum facta fo-
ret, vt ex communi Doctorum schola adducit
Marzar. in loco antesignato, & refert Bursat. con
sil.227. nu.65. vol.3.

In contrariam verò partem inclinauit, videli-
17 cet, † quòd fœmina ipsa sit agnata, & quòd eius
vita durante conseruet nomen familiæ, & agna-
tionis, cipporumque domus, Ang. & Pau. Castr.
in l. suggestioni, C. de verb. signif. Alex. consi.55.
volu.3. Soc. iun. consi.168. num.21. & 56. volu.2.
Ias. consi.142. col.6. volu.2. Cagnol. in l. fœminæ,
num.57. ff. de reg. iu. Paris. consi.35. volu.3. Ant.
Ciofius cum alijs coaceruatis per eum, consi.84.
Franciscus Viuianus, nu.1. & seq. vol.2.

18 Et ratio ea est, † quoniam prima causa succes-
sionis, est filius, vel filia. l. scripto, ff. vnde libe. l.
nam etsi parentibus, ff. de inoffi. testam. l. cum ra-
tio, ff. de bon. dam. §. si vero, in Auth. de trien. &
semis. cap. ius naturale, prima distin. & cap. Ray-
nutius, de testam. Et quòd appellatione familiæ,
veniat etiam fœmina, videtur tex. in l. pronuncia-
tio, §. familia, ff. de verbo. signifi. cæterum his pa-
rum, aut nihil obstantibus, tanquam rancidis, pri
19 mæ opinioni, † quòd appellatione cippi non cõ-
prehendantur filiæ fœminæ vti sacrosanctisime,
& altisimis defixæ radicibus, & alias per me am-
plexæ in Sylua, in opinio.850. num.1. cum alijs
seqq. lib.2. iterum acquiesco, atque inhæreo, tan
toque libentius, quanto quòd secundùm eam re-
ligiosissimè quidem, & non absque mediocri cer
tamine strenuorum aduocatorum, & præsertim
D. Mutij Epiphanij, iudicauit regia Audientia
Aprutina, sub die 16. Februarij 1587. ad fauorẽ
cippi, exclusis fœminis, interueniente Auditore,
& commissario in præsenti causa illustri D. Mar-
cello Fornario, viro vndique integerrimo, & in-
genij perspicacissimo.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Reus contumax non auditur, nisi refectis expensis: & reus debet comparere coram iudice & non actuario. & procurator actoris etiã quòd esset in processu de mandato suo, debet expensis sui principalis concedere copiam mandati sumptibus actoris.

SVMMARIVM.

1 *Contumax ante refectionem expensarum, etiam deficiente vno nummo, non auditur. & nu.2.*
3 *Exceptio refectionis expensarum est vna de impedientibus litis ingressum.*
4 *Contumacia rei, iudex & maiestas prætoris offenditur.*
5 *Contumaci audientia denegatur etiam in omnibus alijs causis coram eodem iudice vertentibus inter easdem personas.*
6 *Peremptory vim habet clausula comminatoria, aliàs procedatur in causa, illorum contumacia non obstante, in citatione apposita.*
7 *Contumax in prima citatione etiam non peremptoria ad expensas condemnatur, nec aliàs auditur.*
8 *Citatio tanquam peremptoria, an hodie spatium 30. dierum contineat.*
9 *Dilatio omnis quæ iudicis ministerio datur, hodie arbitraria est, & quibus ex causis moderetur.*
10 *Fieri id apud acta causæ dicitur, quod coram iudice fit.*
11 *Contumacia vltima actus in die aliquo expediendus si festus fuerit, in sequentem transfertur.*
12 *Libelli copia actoris sumptibus petita edi debet.*
13 *Comparens alieno nomine absque illius mandato non auditur, seque illius procuratorem in summario etiam iudicio docere ac copiam parti conuentæ suis expensis dare debet, & nu.14. & 15.*
16 *Absentia conditionem præsentis deteriorem facere non potest.*
17 *Instrumentum publicum est probatio probata, veritas apparens, notorieque constare ac euidentissimè probatum id dicitur, si de eo illud in forma probante apparet. nu.18.*
19 *Cautiones de vsque ad finem lite prosequenda, deque expensis reficiendis in casu succumbentię prę standas vsus communis & stylus curiarum non seruat, nisi quis alterius fori aut iudicantis subditus sit.*
20 *Stylus curiarum, longæuusque causarum vsus pro lege allegari potest.*
21 *Clericus actor ab onere satisdationis de reficiendis expensis in casu succumbentia eximitur, admittendus cum obligatione & hypotheca bonorum.*

DECISIO XI.

IN causa vertente inter reuerendum D. Bernardinum de Ferrarijs actorem ex vna parte, & Franciscum Mariam, & Ioannellam coniuges citatos ex altera, ac Nicolaum Angelum Magistri Iuliani, tanquam principalem laudatum, & vocatum pro suo interesse in & super fideiussione dotis per eundem promissæ prædicto Francisco Mariæ pro Beatrice eius vxore, & filia præfati Nicolai Angeli, prout ex actis ipsius causæ seriosius discernitur.

Primò itaque animaduertẽdum est, quòd hic indigestè quidem omnia iacent, dum pro parte ipsius D. Bernardini petuntur expensæ, ratione contumaciæ, & quòd Nicolaus Angelus principalis debitor audiatur pro suo interesse: & pro parte eorundem cõiugum citatorum petitur cautio de expensis in casu succumbentiæ, nec non copia petitionis, præsentatæ ex aduerso cum copia mandati procuratorij sumptibus producentis. ideo de omnibus hinc inde petitis venit necessariò quidem discutiendum.

Et quo ad primũ hesitationis articulũ de expensis reficiendis, ratione contumaciæ per coniuges citatos, ordinatè nempe dicendum est, quòd cum citati in sacra regia Audiẽtia Terræ Bari extiterint, & nec in prima, nec in vltima contumacia comparuerint, nec per se, nec per aliam legitimam personam, & ideo parte instante accusata fuit prima contumacia, & vltima, atque petitum, quòd non audiantur nisi prius refectis expensis, in quibus actor à parte extiterat vexatus ex causa contumaciæ prædictæ.

1 Prout † contumax ipse audiri non debet modo aliquo ante refectionem earundem expensarum, per text. in l. sancimus, vbi est casus, & ibi no. Bar. Bal. & alij vniformiter omnes, C. de iodi. & in cap. vnico, & ibi Canonistæ, de dolo & contum. lib.6. & ad idem est etiam optimus tex. in §. omnem, in Auth. de litigio. colla.8. & in c. cum dilecti, ext. de dolo & contu.

Et in tantum hoc verum extat, & procedit,
2 quod † etiam si deficeret vnus nummus potest, & debet audientia denegari, secundum Bal. in c. conquerente, col.1. ext. de resti. spol. & Iaf. in d. l. sancimus, col.3. ver. octauo extende.

3 Et hæc, ea iustificantur ratione, † quoniam exceptio refectionis expensarum est vna de impedientibus litis ingressum, teste Bal. in l. edita actio, in repet. Perusina, col.15. versi. de secunda quæstione, C. de eden. & in l. etsi post tres, col.7. ff. si quis cautio. & Ang. de Aret. in §. æquè, col.8. ver. 33. Instit. de exceptio.

Quod quidem eatenus amplificatur, & facere potest iudex, vt audientiam deneget, donec reficiantur expensæ, non solùm parte instante: sed
4 etiam ex suo officio, parte minimè petẽte, † quia per contumaciam offenditur iudex ipse, & læditur maiestas prætoris, vt probat textus in c. cum dilecti, & ibi notat Bal. colum. pen. vers. vltimò vides, extra de dolo, & contum. & in d. l. sancimus, in 8. quæst. & ibi Pau. Castren. Ias. & alij communiter omnes.

5 Imò † contumaci in pœnam suæ contumaciæ, non tantum debet denegari audientia in illa causa: verùm etiam quoad omnes lites, quæ coram eodem iudice vertuntur inter easdemmet personas, vt concedit Bal. in l. consentaneum, colum.4. vers. deinde ad euidentiam præmitte, C. quo. & quando iud. & Ias. in d. l. sancimus, col.1.

Nec

Nec debet vllo quidem modo obstare, quòd
in citatione desuper emanata ad instantiam præ-
fati D. Bernardini non cõtinebatur verbum per-
emptoriè, cum fuerit prima & vnica. quia respon
6 detur, † quòd licèt in citatione ipsa non extiterit
appositum verbum, peremptoriè: tamen reperi-
tur apposita clausula comminatoria, aliàs proce-
datur in causa, illorum contumacia nõ obstante,
quæ sincerè quidem habet vim peremptorij, vt
per Bar. Alex. & alios vniuersaliter omnes in l. si
finita, §. Iulianus, in 2. quæst. ff. de dam. infe. & per
eundem Bar. in l. ad peremptorium, ff. de iudic. &
in l. mancipiorũ, in fi. ff. de optio. leg. Rota Rom.
decis. 245. Licèt in causis profanis, in nouis, Io. de
Ana. in c. ad petitionem, extra de accusatio. Glo.
Abb. & cæteri vniformi consensu omnes in c. cau
sam quæ, extra de rescript. Bal. in rub. C. commi.
vel epi. nec in casu nostro potest legitimè consi-
derari, quòd clausula isthæc ibi posita, aliàs pro-
cedatur in causa illorum contumacia non obstan
te, habeat importare, alias procedetur, prout iuris
fuerit, & sic ad secundam, & tertiam citationem,
quia clarum est, atque notorium in toto regno,
quòd tam in foro Ciuili, quàm Canonico de cõ-
muni stylo omnium curiarum receptũ est; quòd
vnica tantum citatio expeditur. vnde ad plurali-
tatem citationũ non posset modo aliquo referri.

Præterea in præsenti casu petitur refectio ex-
pensarum ratione contumaciæ. sed exploratissi-
7 mum quippè est, & in iure verissimum, † quòd
etiam contumax in prima citatione, etiam non
peremptoria, tenetur omni dubio procul ad re-
fectionem expensarum, aliàs nullatenus auditur.
ita Glo. in cap. honoratus, in ver. tot scriptis, 74.
distinc. & in cap. quisquis, in ver. alterum, 4. q. 5.
Glo. Ioan. And. & alij vniformi concursu omnes
in cap. vnico, de dolo, & contu. lib. 6. Spec. in tit.
de citatione, §. viso, versi. licèt pars sit tertio citan-
da, & ad idem est bona Glo. etiam in cap. quere-
lam, in ver. nulla causa, ext. de procurat. quam
amplectitur, commendatque ibi Abb. dicens, quod
solet ad hoc communiter allegari, & huicmet sen
tentiæ, quòd contumax in prima citatione, etiam
non peremptoria condemnetur in expensis ac-
quieuere Bal. col. 3. in 5. quæst. Ias. & cæteri con-
formiter omnes in d. l. sancimus, C. de iudi. ecce
igitur, quòd contumax in prima citatione, etiam
non peremptoria cõdemnatur in expensis. Cum
itaque pro parte antedicti D. Bernardini petatur
ab ipsis coniugibus citatis cõtumacibus refectio
expensarum, frustra opponitur exceptio, quòd ci
tatio non continet peremptorium: quia etiam si
illud minimè cõtineret actor haberet intentum,
& citati tenerentur ad expensas, prout ita extitit
iudicatum in sacra regia Audientia Terræ Bari.

8 Nec vllatenus obstat etiam, † quòd citatio, tan
quam peremptoria non contineat spatium trigin
ta dierum, iuxta formam auth. qui semel, C. quo-
modo, & quando iud. & l. properandum, §. & si
quidem, C. de iudi. nam respondetur, quòd ge-
neralis cõsuetudo, & stylus iudiciorum hoc non
seruat, teste Spec. in titu. de citatione, §. nunc de
tempore, in fi.

9 Et ratio ea est, † quoniam hodie omnis dilatio,
quę iudicis ministerio datur, arbitraria est, vt pro-
bat tex. in l. nonnunquam, in fi. ff. de iudi. & in l.
siue pars, C. de dilatio. quam profectò potest mo
derari, atque arbitrari iudex suo arbitrio pro qua-
litate locorum, causarum, & personarum, vt per
Bart. in l. 2. ff. de re iudi. & Bal. in auth. offeratur,
col. 3. C. de lit. contest. & si iudex tunc nimis ar-
ctat terminum in citatione, pars citata non debet
in contumacia persistere, sed potius comparere,
& à breuitate termini appellare, vt probat tex. in
cap. 1. ext. de dilatio. & concedit Barto. in d. l. 2.
ff. de re iudi.

Ad hæc minimè gentium excusat ipsos coniu
ges citatos à refectione expensarum allegata com
paritio Francisci Mariæ corã actuario ipsius cau-
sæ, quia debuit coram iudice, & nõ coram actua-
10 rio comparere. † nam id dicitur apud acta causæ
fieri, quod coram iudice fit, vt probat textus in l.
eum pro quo, iuncta Glo. in ver. acta, ff. de in ius
vocan. & facit quoque quod habetur in l. in hac,
& in l. in donationibus, C. de donat. & vnicè per
Lucam de Penna in l. 2. col. 2. C. de iu. fi. lib. 10.
& ideo huiuscemodi comparitio sibi nullatenus
patrocinatur, maximè quia in termino in citatio-
ne contento, eis absentibus, extitit contra illos
accusata prima contumacia, & successiuè in illa
perseuerarunt vsque ad vltimam contumaciam
expectati, per interuallum quinque dierum, qui
citati in istis terminis non comparuere, nec ali-
quis pro eis.

Postremò minimè obstare debet, quòd extite-
rit peccatum in ordine dierum in procedendo,
cum citatio fuerit facta, atque intimata sub die
19. mensis Augusti pro primo die iuridico: & ta
men contumacia accusata extitit sub die 21. eius-
dem mensis, & sic post terminum, & ideo citatio
circumducta, & similiter vltima contumacia ac-
cusata sub die 26. memorati mensis, quæ vtique
debebat accusari sub die 25. ipsius mensis, & ma-
ior est contumacia actoris, quàm rei, vt per Glo.
in c. vnico, de dolo & contum. lib. 6. quia respon
detur, quòd si rectè calculetur cursus Kalenda-
rij mensis Augusti proximè præteriti, dies vigesi-
mus erat dies dominicus, vnde contra citatũ pro
primo die iuridico non poterat in tali die contu-
macia accusari. Præterea in die 25. eiusdem met
mensis communiter fit festum Sancti Bartholo-
mei Apostoli.

11 Et ideo † actus vltimæ contumaciæ, qui venie-
bat in die isto expediendus transfertur proculdu-
bio in diem sequentem, per ea quæ no. Bal. in l.
2. col. fi. versi. aut loquimur in dilatione iudiciali,
ff. si quis in ius voc. non ierit, & in addit. Spec. in
tit. de dilatio. §. 1. versi. sed pone iudex dixit, & in
l. 1. col. 2. C. de dilatio. & ita obseruat communis
stylus causarum omnium curiarum regni, vnde
ex tali capite processus nullus dici nequit modo
aliquo.

Et hinc non immeritò quidem in Romana cu
ria obseruatur, quod in actis causæ annotatur, quod
tali die non fuit recta curia propter festum talis
Sancti. reliquum est igitur luce clarius dicẽdum,
quòd

quòd ipsi coniuges citati,& contumaces nō sunt audiendi, nisi prius refectis expēsis factis pro parte actoris, ratione præfatæ contumaciæ, vt probat tex.in d.c.vnico,de dolo & contu. lib.6. & in d.l.sancimus,C.de iud. & ita extitit iudicatum in sacra regia Audientia Terræ Bari.

12 Quò verò † ad copiam libelli petitam sumptibus actoris, quòd debeat edi, nullam habet iuris hæsitationem, & ideo non insisto, per ea quæ notantur per Glo. & alios vniuersaliter omnes in clem.sæpe, §.1.in versi. pronunciatio, de verb.signific... & per Glo. etiam in clem. quamuis, in ver. oblato, de appellatio. pro quo est bonus tex. in c. 2. & ibi hoc no. Abb. Anto. But. & alij communiter omnes, ext.de libelli oblatio. Bart. quoque, Bald. & cæteri omnes in auth. offeratur, C.de li. conte.cum similibus.

Sed in præsentiarum sequitur honestissimè videre de copia prætensi mandati egregij notarij Hieronymi de Donato, alieno, & procuratorio nomine prædicti D. Bernardini comparentis, de quo non constat ex processatis in actis causæ: verum enimuero dicitur illam existere in quinternis ipsius sacræ regiæ Audientiæ, an sit edenda

13 sumptibus comparentis. & certè clarum est, † q͞ cōparens alieno nomine sine illius mandato non auditur, vt inquit tex.in c.1.ext.de procur.

Imò qui agit tanquā procurator talis, ipse debet docere se procuratorem illius, ita formaliter dicit Bart. in l.licet, col.1.C.de procurat. per tex. in l.1.C.credi. euic. pig.no. tene. vbi etiam illum text. ad hoc notat idem Barto. memoratque millies allegasse.

14 Et hoc eatenus verū extat, † quod meritò quidem amplificatur, locum sortiri, etiam si essemus in iudicio quantumcunque summario, quia in eo debet plenissimè constare de mandato comparentis, & non per summariam informationem, secundum Glo. & Bar. excellenter in l.2.C.de edicto diui Adria. toll. & in extrauag. ad reprimendum, in ver. sine figura iudicij, Bal.in l.fi. colum. 11.versic. octauo, C.de edic. diui Adria. tollen. Alexan. in l.à diuo Pio, §.si super rebus, col.1.ff. de re iudi. & Marsi. in l.si quis ne quæstio, col.2. ff.de quæst.

15 Nec † sufficit, si de eodem mandato appareat euidenter ex actis causæ, puta producendo instrumentum publicum eiusdemmet mandati in forma probante, quia adhuc tenetur de eo, absque dubitatione aliqua dare copiam parti conuentæ, sumptibus ipsius comparentis, vt concedit Bar. simul cum alijs Doct. communiter in l.1. in fi.C.de procur.

16 Et ratio manifesta, atque palpabilis ea est, † nā absentia non debet facere in aliquo deteriorem conditionem præsentis, vt ait text. in l.2.§.defendi, & ibi illum textum ad hoc no. Bart.ff.quib.ex cau.in possess. eatur, & sequitur Ange. Aret.in §. præterea, col. 2t. versi. ad vnum tamen aduerte, Instit. de exceptio. aliàs si teneretur aduersa pars recipere copiam mandati ab actis sumptibus suis, vt videat an sit sufficiens ad causam, ne iudicium reddatur elusorium, certè per absentiam actoris, pars conuenta in hoc grauaretur, contra regulam tex. d.§.defendi.

Ecce igitur, quòd licèt de mandato constaret

17 notoriè quidem ex actis: † puta si producatur instrumentum publicum, quod est probatio probata, secundum Bal. in l.2.col.1. C.qualiter fisc. vel priua. imò veritas apparens, teste eodemmet Bal. in l.Imperator, col.2.ff.de statu homin. & in qua, nec tantula nempe timetur subornatio, vt per Bal.in c.consuluit, ext.de offi.deleg. nihilominus tamen producens instrumentum mandati, licèt publicum, omnique roboratum solennitate, non releuatur ab onere exhibendi copiam suis expensis: tenetur enim ipse, necessariò vtique docere se procuratorem illius, cuius nomine comparet, & debet illud facere suis expensis, ne in hoc grauetur pars præsens, propter absentiam aduersarij, & consequenter etiam si de mandato constaret ex actis causæ, adhuc teneretur procurator exhibere copiam suis expensis, vtpote quia non tenetur ex eo quòd haud constat de mandato.

18 Quoniam † si de eo appareret instrumentum publicum in forma probante, diceretur absque scrupulo aliquo de eo notoriè constare, cap.cum olim, ext. de verb.signifi. & euidentissimè probatum, vt in c.licet causam, & ibi no. Anto.de But. ext. de probatio. & tamen compelleretur edere copiam, quia ideo tenetur, ne propter absentiam aduersarij præsens pars grauetur, quæ profectò ratio, etiam militat in mandato facto penes acta curiæ: ergo & idem ius dicendum. l.illud, ff.ad legem Aquil.l.à Titio, ff.de verb.oblig. & l.fi.C.ad leg. Falcid. & ideo incautè loquuntur qui aiunt, quòd si mandatum appareat in actis, comparens non tenetur edere copiam suis expensis, quod maximè procedit in casu nostro, vbi ex actitatis in toto processu nullatenus constat de mandato. & licèt pro parte comparentis dicatur, quòd de eo apparet in quinternis curiæ, nō tamen ob hoc releuatur ab onere exhibendi copiam: ipse enim tunc tenetur perquirere, atque docere se procuratorem in actis causæ, sine læsione partis comparentis.

19 Restat modò, † vt de cautione petita pro parte ipsorum coniugum ab eodem D. Bernardino actore de expensis reficiendis, atque farciendis in casu succumbentiæ discutiamus. & certè cū præfatus D. Bernardinus in casu, de quo agitur, sustineat partes actoris, & petitoris, licèt secundum cōmunes regulas antiqui iuris actor prius quàm libellus reo exhiberetur tenebatur ad has cautiones. primo quòd vsque ad finem, litem prosequeretur. secundo quòd in casu succumbentiæ pro expensis decimam partem litis exolueret, iuxta terminos auth.generaliter, C.de episc.& cler. tamen hodie communis vsus, & stilus curiarum illas nullatenus seruat, teste Bart. & Bal. in d.auth. generaliter, & eandem sententiam firmauere Gl. in §.sed hodie, & ibi Ang.& alij vniuersaliter omnes, Instit.de satisda.& quod vsus haud quaquam seruet præstari huiuscemodi cautiones, statuit etiam Spec.in titu. de satisdatio.§.1.in fi. vbi Ioan. And.refert Placen. Tancre. & Azon. asserentes,

quòd

quòd suis temporibus nunquã viderunt tales cautiones præstari. imò plus enodat Bart. in d.auth. generaliter, quòd vidit cautiones haspeti, & quòd non potuerũt modo aliquo obtineri. vnde actor ad præstandam huiusmodi cautionem de expensis in casu succumbentiæ non tenetur, nisi esset alterius fori, & non subditus iurisdictioni iudicantis, prout obseruat vniuersalis consuetudo, & stylus omnium curiarum.

20 Qui † quidem stylus curiarum, & longæuus vsus causarum potest pro lege allegari, per ea quę habentur in Clemen.sæpe, §.& quia, & ibi Card. Imo.& alij communiter omnes, de verbor.signif. Afflic.decis.79. in fi.decis.135. decis.243.253. & 391. & Caraui. in ritu primo, sub nu.23.& in ritu 260. sub num.7.

21 Quodque † procedit sine scrupulo aliquo in clerico actore, qui re ipsa ab onere huiusmodi satisdationis regulariter eximitur, & admittitur cũ obligatione, & hypotheca bonorum, vt ait textus in §.si quis autem pro pecuniaria, in Auth. de sanctiss.episco.collat.9. & Docto. omnes vniuersaliter in l.1.ff. qui satisda. cogantur. & hoc eo magis procedit, cum idem D.Bernardinus possideat immobilia in territorio Tranensi, & sic in loco subdito iurisdictioni ius dicentis, quæ eum releuant ab onere satisdandi, etiam si ad hoc teneretur, per ea quæ habentur in l.sciendum, §.possessor, & ibi Bart. Bal. Alex. Ias. & alij vniformi consensu omnes, ff. qui satisd. cogantur.

Sed ne incidamus in illam difficultatẽ, vtrum donec constet, quòd possidet stabilia in loco domicilij, quòd debeat cauere, per ea quæ decidit Afflic. in decis.109. Actor agit actione personali, & vt prætermissis huiusmodi incidentibus articulis, qui non respiciunt merita causæ principalis in iudicio deducta, poterit D. Bernardinus ipse admitti cum iuratoria cautione, & obligatione bonorum de expensis soluendis in casu succumbentiæ, prout ita admissus extitit tunc per sacram Regiam Audientiam ipsam.

ARGVMENTVM.

Quod venditor non teneatur de euictione, quoties res alienata de facto inuaditur: & quando operetur constitutum precarium contra tertium possessorem, vt concedatur assistentia sine discussione bonorum debitoris.

SVMMARIVM.

1 *Venditor de euictione non tenetur re alienata de facto occupata, etiã si de iure & de facto contra quancũque personam defendere promiserit. nu.2.*
3 *Defendere de facto, interpretatur quòd coram iudice per ea quæ iuris & facti sunt defendat.*
4 *Quondam dictio, aliquem defunctum esse importat.*
5 *Constitutum rogante defuncto extinctum est.*
6 *Pragmatica de assistentia sine discussione bonorum limitatur.*
7 *Precarij constitutio vbi interuenit, exceptionem discussionis bonorum cessare facit, vt nulla discussione facta creditor etiam contra tertium possessorem super bonis recursum habere possit.*
8 *Precarium morte rogantis extinguitur, etiam si esset dictum quòd omnia bona sua suorumque hæredum cum precarij constitutione obligauit.*
9 *Pactum executiuum in instrumento appositũ etiam post debitoris rogantis mortem executionem habet, ac etiam contra ecclesiasticam personam.*

DECISIO XII.

1 VENDITOR † de euictione non tenetur, vbicunque res alienata de facto inuaditur, seu occupatur, vt probat textus in l. fi.& ibi Bar. Bal. & alij vniuersaliter omnes. C.de actio.empti, & in l.stipulatio ista, in prin.ff.de ver. obl. & Gaspar Caballinus in tract. de euictionib. in §.5.num.22.

Quæ quidem sententia habet absque dubitatione aliqua verum iuris odorem, & saporem: quia compertum est, quòd iniuria facta emptori non nocet modo aliquo venditori. l. si per imprudentiam, ff.de euiction.

2 Imò isthæc cõclusio eatenus vera extat, † vt amplificari meritò queat, etiam si in instrumento diceretur, quòd promisit illam rem venditor defendere de iure, & de facto contra omnem, & quancunque personam: quia de inuasione facta extra iudicialiter iuris ordine non seruato minimè te-
3 netur vllo pacto. † & verbum illud, de facto, recipit tunc interpretationem, quòd defendat coram iudice, per ea quæ iuris, & facti sunt, secundum Bal. in l.fin.col.2.C.de actio.empti, Barto.& alios omnes in l.stipulatio ista, ff.de verb.oblig. Abb.in c.fin.num.7. extra de emptio.& venditio. & Gasparem Caballinum cũ alijs aggregatis per eum in tract. de euictionib.§.5.sub nu.22.

Nec vtique potuit, aut potest iustificari captura possessionis, de qua agitur, facta per præsentem mulierem. quia etsi non appareret instrumentum affrancationis, adhuc tamen pactum de capiendo propria authoritate erat resolutum, & inualidum, & sine effectu: nam nõ potest mulier ista, propria authoritate domum, de qua in processu capere: ex quo ea nullatenus reperiebatur in manibus, & posse eius qui pactũ fecit, vel suorum hæredum: sed peruenit ad tertias manus, seu tertios possessores penitus & omnino extraneos, qui ab eo causam non habent, quibus nõ citatis, neque auditis, non potest tale pactum exerceri, nec habet vllatenus suum proprium vigorem, teste Bar.in l.creditores, col.7.C.de pignorib.

Neque itidem in casu isto poterat constitutum aliquid operari: vtpote quia clarum est, quòd tẽpore capturæ prædictæ, qui concesserat domum memoratam ad censum cum cõstituto fuerat iam longè ante defunctus, prout prædicta mulier in actu capturæ, & in toto processu fatetur non quidem obscurè, vbi semper nominatur cum dictione, quondam.

4 Quæ † quidem dictio, quondam, de sui natura importat, & declarat illum fuisse iam defunctum, vt probat textus in c.cum contra, & ibi ad hoc il-
lum

lum textum notat Io. de Imo. asserens, quòd ex instrumento, in quo dicitur, quondam Gregorius, & cætera, si aliud non appareat, probatur dubio procul illum fuisse mortuum, quem sequûtur ibi Abb. & Andr. Barbat. qui quàmplurima ad hoc more suo cumulauit, & Moderni etiam, extra de pignorib. Alex. in l. 1. §. hoc autem edictum, ff. de no. ope. nunc. Glo. Bar. & alij vniformiter omnes in l. eius, ff. si cer. pet. & faciunt notata, scriptaque per Alex. consi. 113. volum. 6. optimus textus est in cap. ex tenore, & ibi Præposit. extra qui filij sint legit. & Neapod. in cōsuetud. Neap. inchoante, quantam autem, in ver. à quondam viro.

Sed in iure expeditissimū, & decoratissimum
5 extat, † quòd defuncto rogante extinctum est cōstitutum. istud fuit singulare dictum, mentique tenendum Ludouici Rom. consi. 189. Stante primo quæsito, in fi. cui promptè quidem acquiescit Iaf. in §. item si quis, colum. 19. vers. tertiò limita, & Horat. Mādos. cum alijs aggregatis per eū in add. Rom. in d. consi. 189. in litera C. & pleniori cornu Tiraq. in tract. de constit. possessorio, in 3. par. limitatio. 2. num. 1. volentes satis concinnè, & expeditè, φ licèt constitutū habeat producere effectum, vt etiam si agatur hypothecaria cōtra tertium possessorem, faciat cessare necessitatem discussionis bonorum principalis debitoris, illud procedat, viuo demum debitore rogante: secus verò eo mortuo, si per hæredes agatur: quia morte rogantis extinctum fuit constitutum ipsum, & ideo parte opponente fieri debet necessariò quidem discussio bonorū principalis debitoris, prius quàm perueniatur ad tertium possessorem, eandemque sententiam constanter nempè amplectuntur etiam DD. de sacro Consilio Neap. teste Affl. decis. 335. Pro decisione causæ vertētis, circa medium, versi. aut debitor obligauit omnia bona sua, per text. in l. cum precario, §. fin. vbi est casus in terminis pro istamet sententia, ff. de precar. & in c. fi. extra eo. ti.

6 Et ex his † verè conducibiliter, & opportunè inferri potest vna singularis limitatio ad Regiam Pragmaticam, positam sub rub. de assistentia sine discussione bonorum præstanda. disponit enim, quòd assistentia contra tertium possessorem concedatur sine alia discussione bonorum principalis debitoris, vbi apparet instrumentū debiti cum obligatione bonorum, constitutione precarij, & potestate capiēdi, vt discurrit Vrsillus in add. Afflicti, in decis. 139. nu. 4. & seq.

7 Et olfaciendum, cōsiderandumque est, † quòd supradictum effectum operatur constitutio precarij, quæ vbi interuenit facit cessare absque dubitatione aliqua exceptionem discussionis bonorum, ita quòd potest creditor super bonis taliter obligatis habere recursum, etiam contra tertium possessorem, nulla alia discussione facta, vt docuit notabiliter quidem Iacob. Butrig. in l. fin. C. quæ res pigno. ob. poss. & in auth. hoc si debitor. C. de pignor. & sequuntur idem omnes absque vlla varietate, & potissimum Ang. Imo. Rom. & Alexand. in l. exitus, col. 2. ff. de acquir. poss. Bal. in l. 1. C. de reuo. his quæ in fraud. creditor. in l. 1. ff. pro soc. & in l. fin. ff. de acq. poss. idem Ang. in l. 2. ff. ui bon. raptor. & Vital. in tract. clausularū, in clausula 34. Constituit se.

8 Verùm quia † morte rogantis extinctum est precarium. l. cum precario, §. fin. ff. de precar. quo nempe extincto, nulli dubium est, φ cessat causa impediens exceptionem discussionis bonorum, teste Roma. consi. antesignato, & consequenter illa cessante, cessare etiam debet illius effectus pro hibititius exceptionis discussionis bonorū. merito itaque parte opponente ad necessariam discussionem principalis est deueniēdum, per regulam l. à filia, §. alumno, ff. ad Trebel. & c. cum cessante, extra de appel. cum similib. in tantum quòd conclusiuè procedendo dispositio ipsius Regię Pragmaticæ locum obtinet durante precario in robore suo, non autem illo extincto morte rogantis ipso iure, & ita iudicatum extitit in sacro Consilio Neap. quòd precarium morte rogantis extinguitur, etiam si esset dictum, quòd obligauit omnia bona sua, & suorum hæredum cum constitutione precarij: quia non potest precario constituere se possidere post mortem. d. l. cum precario, §. fin. & per notata in c. fin. eod. titu. prout testatur Afflic. decis. 335. col. 2. vers. sed in casu de quo agitur. tamen puto considerandum, quòd si debitor constitueret se precario possidere pro se, & hæredib.
9 suis, φ tunc trāsiret ad hæredes. † & ideo pactum executiuum in instrumento appositum, etiā post mortem debitoris rogantis habet vigorem suum, & executionem, etiam parte non citata contra hęredes, & quemcūque alium particularem, vel vniuersalem successorem, etiam non citatum: imò etiam contra clericum, vel ecclesiasticam personam, vt consuluit Aret. consi. 21. Si diligenter, cui accedit Marian. Soc. consi. 82. Super quæstionib. col. 2. vers. quarta cōclusio, vol. 3. Vrsillus in add. Afflicti, in decis. 335. sub nu. 1. & seqq. & Maran. in tract. de iudic. in 6. par. de executione sententiæ, in 3. & vltimo actu, nume. 33. faciuntque itidem scripta per Afflic. in decis. 37. in 2. dubio, & in decis. 385. nihilominus tamen pro prima conclusione iudicatum extitit in sacro Consilio, vt colligitur in præmemorata decis. 335. col. 2. uers. sed in casu, de quo agitur.

Et ita iudicatum fuit in Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ, Comitatusque Molisij in anno 1584. capturam prædictā per eandem mulierem factam, inuasionem iniuriosam reputatam, propria authoritate, extraiudicialiter, & de facto, parte non audita, ac nullo iuris ordine seruato, precario iam extincto contra tertium possessorem: nec potuisse aliter eam nocere venditori.

ARGVMENTVM.

Quod per secundum testamentum non ritè factum, primum ritè factum nō rumpitur, & sic succedunt hæredes nominati in primo testamento ritè facto.

SVMMARIVM.

1 *Clerico relictum ecclesiæ administrationem non habenti maximè à coniuncta persona, intuitu personæ*

sonæ & non ad piam causam dicitur.

2 *Clericus quadrimestre tantum habet ad præsentandū, si iure patrimonij ius patronatus requisierit.*

3 *Testamenti vim non habet, quod annotatum est per notarium de testatoris voluntate, stante testator decedat.*

4 *Testamentum ad pias causas, non tamen publicatum, quòd valeat, est speciale.*

5 *Dispositio imperfecta extra piæ causæ terminos de iure etiam Canonico vigorem testamenti non habet.*

6 *Testamentum inceptum pro nihilo habetur, si in testandi actu testatori furor superueniat.*

7 *Filiorū successioni magis fauēdum, quàm piæ causæ.*

8 *Testamentum ratione solennitatis imperfectum inter liberos licèt valeat, tamē inceptum, necdum absolutum non valet.*

9 *Testamentum inceptum quod est, & imperfectum relinquitur, nullum est, & inualidum.*

10 *Testamentum militis respectu voluntatis imperfectū, est nullum ipso iure, notariusque reassumens de falso punitur.*

11 *Testamento ex imperfecto voluntatis respectu, hæreditas & legata etiam ad pias causas non debentur, nec illud de Canonica etiam æquitate exequutionem habet.*

12 *Dispositio imperfecta respectu voluntatis ad pias etiam causas, præparatio ad testandum potius dicitur quàm testamentum.*

13 *Testamentum imperfectum ratione voluntatis, in quo clericus suæ personæ intuitu cum laicis instituitur, iuris Ciuilis dispositioni subijcitur, vt si non valet institutio, nec etiam legata, nec ipse clericus taliter institutus adire possit.*

DECISIO XIII.

Testamentvm primū Gregorij, an censeatur reuocatum, ita quòd nominati in secūda voluntate, licèt imperfecta, possint ad hæreditatem venire, Martino & Leonardo institutis penitus exclusis, & remotis. in quo nempe hęsitationis articulo, vtrum primum testamentum, per secundum imperfectum tollatur, concludendum est, quòd tantummodo instituti in primo testamento ritè perfecto debeant ad ipsam hæreditatem de iure admitti, & consequenter, quòd Petrus in secunda imperfecta voluntate institutus, non possit legitimè ad hæreditatem istam aspirare, primo testamento remanente in robore suo.

Et præsuppono vnum in iure verissimum, q̄ licèt venerabilis Iacobus Antonius Archidiaconus Vigiliensis extiterit in vtraque dispositione à testatore institutus: nihilominus ob hoc nō posset dici aut cēseri causa pia, vel dispositio ad piam causam facta: cum clericus ipse fuerit institutus, non intuitu quidem ecclesiæ, sed suæ personæ. nā
1 regulariter verum est dicere, † q̄ vbicunque relinquitur clerico, non habenti administrationem ecclesiæ, sed personatum, aut dignitatem, & præsertim à coniuncta persona, tunc censetur relictum intuitu personæ, & maximè inter coniunctos, & non respectu ecclesiæ. & ideo dici non potest institutio facta ad piam causam, vt probat tex. in c. requisisti, in fi. & ibi Abb. Butrig. Imo. & alij vniformiter omnes, extra de testam.

2 Pro qua nempe sententia optimè facit: † nam licèt laicis cōpatronis detur quadrimenstre tempus, ecclesijs verò semestre, vt in c. vnico, de iure patron. lib. 6. tamen si clericus iure patrimonij ex constructione, dotatione, vel alia acquisitione acquisiuerit ius patronatus, censetur quæsitum intuitu suæ personæ, & tanquam ius patronatus laicorum regulatur, ita quòd quadrimestre tantum tēpus habet ad præsentandum, secundum Abb. & alios vniuersaliter omnes in c. eam te, extra de iure patronat. ex quibus sequitur concludentur dicendum, quòd in casu de quo agitur, sumus penitus extra terminos causæ piæ, & nulla admodum est habenda ratio priuilegiorum piæ causæ, licèt sit clericus hæres præcipuè cum alijs laicis institutus.

Et cum sit in vtraque dispositione pariter vocatus idem met clericus ad hæreditatem ipsam: vnde principaliter agitur de prædictis laicis in secunda voluntate imperfecta institutis excludendis, omni igitur priuilegio piæ causæ circumscripto, videamus si rectè dici censerique possit primum testamentum perfectum fuisse per eādem secundam dispositionem modo, vt supra reuocatum. & considerandum quippe est, quòd secundum testamentum, non solùm imperfectum extat ratione solennitatis omissæ, sed etiam voluntatis, & quòd sit imperfectum respectu solennitatis appa
3 ret euidenter: † nam cum incęperit testator ipse annotari facere voluntatem eius per notarium, & describi per eum, tanquam personam publicam, certè si idem notarius voluntatem testatoris manu sua annotatam prius legat, stipuletur, & publicet coram testibus, & in publicam formam, si ante testator decedat, quòd per eum annotatum est, non valet, nec habet vim testamēti, vt est tex. singularis in l. fideicommissa, §. quotiens, secundum lecturam Glo. & ibi hoc notat Bar. Bal. Pau. Castren. Alex. & alij vniformi voto omnes, ff. de leg. 3. idemmet Bart. & alij in l. si is qui testamentū, col. 1. vers. quæro quid si testator, ff. de testam. Quæ quidem sententia ex alio fundamento
4 comprobatur satis commodè etiam. † nam speciale est in testamento ad pias causas condito, q̄ valeat, publicatione non secuta, ergo in contrarium est ius commune. istam vtique consequentiam probat textus in l. 1. ff. ad municipa. & ita arguit Bar. in l. fin. ff. de appella. recipien. in l, de pupillo, §. si quis riuos, ff. de no. oper. nunc. in l. 1. ff. de in ius vocan. & in l. 1. colum. 2. C. de sacrosanc. eccles. & pro eadem conclusione est bona Glo. in l. fin. in ver. vsque ad modum, C. de his qui ad eccles. conf. in l. 1. & ibi est Bal. notat, in 11. quæst. C. quando non peten. par. & hoc idem concedit Ang. in l. in personam, colum. 3. Instit. de actio. & Io. Faber in §. item si quis in fraudem, col. 3. eod. titu. qui allegat duo iura, videlicet l. donationes, §. perfecta, ff. de donat. iuncta l. inditiorum, ff. de accusatio. & pro eadem sentētia bene facit etiam

quod

quod voluit Albe. de Rosa.in l.post contractum,
col. 2. ff.de solutio. vbi dicit, certum est, quòd il-
lud dicitur speciale, cuius contrarium est ius cōe.
Cum igitur speciale nempe sit, vt testamētum
scriptum ad pias causas, non tamen publicatum
de iure valeat, & teneat fauore piæ causæ, vt per
Dyn.in l.Lucius,in prin.per illum textum,ff.de te
stam.milit.& Rom.in repe. auth. similiter,col. 19.
5 C.ad legem Falcid. † certè ex quo in casu de quo
agitur, sumus extra terminos piæ causæ, huiusce-
modi dispositio imperfecta non potest habere vi
gorem testamēti, etiam de iure Canonico, prout
firmauit Anchar.in c.cùm esses,colum.5. vers. no
nò quæro,extra de testam. quodque percommo-
dè procedit, habetque locum, vbi testator prius
condiderit validum,& solenne testamentū,quod
regulariter non tollitur per aliam imperfectam vo
luntatem, ex quo non sumus inter liberos.
Præterea isthæc vltima dispositio testatoris,nō
solùm est imperfecta respectu solennitatis: sed e-
tiam voluntatis: quia testator intendebat facere
legata,& fideicommissa,prout ex verbis suis aper
tè colligitur, & priusquam suam volūtatem adim
pleret in fata decessit, & à violentia morbi occu-
patus,animā subito exalauit: quo casu huiusmo-
di annotatio imperfectæ voluntatis nō potuit ha
6 bere vim testamenti. quoniam videmus,† q; si te-
stator cęperit facere testamentum, & illo iam in-
cępto,si in actu testandi furor superuenit,ita q; re
liquit voluntatē imperfectam,id quod incęptum
est pro nihilo habetur,ac si incęptū nō esset.casus
est in terminis in l.furiosum,C.qui test.fac.poss.
Nec non altius rimandum est, quòd qui volun
tatem suam relinquit imperfectam, magis cępisse
testamentum facere, quàm fecisse censetur,vt in-
quit tex.in l.si is qui testamentum,ff.de testam.&
talis scriptura cōtinens imperfectam voluntatem
magis præparatio, & dispositio ad testandum,
quàm testamentum dici potest.
Vnde nec hæreditas, nec legata, aut fideicom-
missa ex tali imperfecta voluntate debentur. l.ex
ea scriptura,ff.de testam.
7 Præterea clarum est, & in iure verissimum,† q;
etiam secundum Canonicam æquitatem magis
fauendum est successioni filiorum,quàm piæ cau
sæ, vt probat tex. in cap.quicunque, 17. quæst.4.
cum similibus.
8 Et tamen videmus, † quòd licèt testamentum
imperfectum ratione solennitatis inter liberos va
leat & teneat,&ab ipsis liberis obseruari debeat:
nihilominus si pater, etiam inter liberos, incipiat
testari,& morte præuentus, non perfectè volun-
tatem suam explanauit, huiuscemodi testamentū
etiam inter liberos minimè valet, vt concedunt
communiter Doct.omnes in l.hac consultissima,
§.ex imperfecto,C.de testam.per notata per Glo.
in d.l.si is qui,in ver.non futuros,& in l.fin.in ver.
impletum, C.famil.ercis. & vtrobique per Doct.
vnanimiter & concorditer omnes. & opinionem
istam,quòd testamētum patris minus solenne in-
ter liberos ex defectu voluntatis amplectitur quo
que cum alijs signatis per eum, docetq; commu-
nem esse Vasqu.in tracta. de successionum crea-
tione, & processu,lib.3.§.21. nu.62.limitatio.7.&
ita iudicauit etiam Rota Rom. attestāte Crescen
tio,decis.3.aliàs 164. Testator in vna Firmana, tit.
de testamentis.
Ad hæc discernitur quoque in processu,quòd
testator ipse accersiuit notarium, incępitq; volun
tatem suam per eum annotari facere,& deinde iu
dice, & testibus accersitis illam stipularetur, & in
publicam formam redigeret more publicorū no
tariorum, morte præuentus non potuit adimple-
re. Sed compertum quippe est,quòd donec scri-
ptura sit completa, testator magis dicitur præpa-
rare exemplum testamenti, quàm testari. & ideo
9 quod † incęptum est,& imperfectum relinquitur
est nullum,& inualidum,nulliusque roboris,& ef
ficaciæ,vt inquit tex.formalis in d.l.fideicommis-
sa,§.1.vbi est casus de hoc, ff.de leg.3. & seriosius
aperit Crescentius in d.decis.3.per totam.
Insuper nulli etiam dubium est, quòd milites
in testando iure militari sunt valde priuilegiati:
quia illud condere quidem possunt quomodo
velint,& quomodo possunt. l.Lucius, in princ.ff.
10 de milit.testam.& tamen videmus, † quòd si mi-
les faciat testamentum imperfectum respectu vo
luntatis,quia illam plenè nō explicauit,tale nem-
pe testamētum imperfectum, etiam militis est ip-
so iure nullum, vt notat ibi Bar. per illum tex. &
per tex.in d.l.fideicommissa,§.1.
Imò si notarius testamentū hoc imperfectum
reassumeret in publicam formam,de falso vtiquè
puniretur; vt dicit textus in l.iubemus, in fi. C.
de testamen.
11 Et istam sententiam,† quòd ex testamento im-
perfecto respectu voluntatis non debeatur hære-
ditas, nec legata, etiam si essent ad pias causas, &
sic in fortioribus terminis,firmauit Rom.in repe.
auth.similiter,colum.20.in 18.quæst.C.ad legem
Falcid. Bald.in l.ex ea scriptura, ff.de testam.& in
repet.l.1.colum.16.vers.super sexta quęstione,C.
de sacrosan.eccles.asserens etiā ibi, quòd qui con
trarium sentiunt pessimè loquuntur, & huicmet
sententiæ acquiescit quoque Ang.in l.si certis an
nis,colum.5.vers.secundò, C.de pact. & in d.l.si
is qui testamentum,& ibi etiam Pau.Castren.vbi
auget quoque, hoc esse perpetuo menti tenen-
dum. & quòd isthæc sententia sit vera, & de iure
procedat, tam secundum iuris Ciuilis rigorem,
quàm secundum Canonicam æquitatem, tenuit
Ant.de Butr.in c.1.in 3.no.per illum tex.extra de
successio.ab intest. vbi formaliter ita contempla-
tur,quòd testamentum imperfectum ratione vo-
luntatis,non habet executionem,etiam de Cano
nica æquitate,idemque sentit postremò Anchar.
in c.2.col.3.vers. sed incidenter hic quæritur, te-
stator incęperat testari, extra de testam. quòd te-
stamentū imperfectum ratione voluntatis sit nul-
lum, & inualidum, etiam si tenderet in fauorem
piæ causæ, etiam de iure Canonico, & ita itidem
cōsuluit Oldrad.consi.119.Titius condidit testa-
mentum, vbi erat casus, quòd Titius condiderat
testamentum primò validum,& deinde in discur
su temporis, cum esset infirmus, vocauit duos te-
stes, & fecit describi bona sua, annotarique simi-

D liter

liter quædam legata, & quòd in reliquis bonis instituebat pauperes Christi, & rogauit illos testes, quòd illam ordinationem, & voluntatem suam facerent describi per notarium,& testibus accersitis facerent omnia redigi in publicam formam.accidit quòd prius quàm hæc adimplerentur,testator decessit, dubitabatur utrum pauperes Christi deberent consequi bona ipsa, quo casu consuluit Oldrad.quòd non debentur,& quòd primum testamentum non censetur vllo quidem modo re-
12 uocatum. & mouetur,† quia talis imperfecta dispositio magis dicitur præparatio ad testandum, quàm testamentum, quod nempe consilium refert & sequitur Anchar.in c.cum esses,col.6.vers. nonò quæro,Titius condidit testamentum,extra de testam.& eandem sententiam,quòd huiusmodi imperfecta dispositio, & præparatio ad testandum,etiam si esset in fauorem piæ causæ, non habeat vim testamenti, tenuit in terminis Oldradi Io.And.lumen iuris Canonici,in addi. Specul.in ti.de instrum.editio. §.compendiosè, vers.quid si prius fecit testamentum,in addi.magna, incip. ex parte si primum testamentum,circa medium,ibi, sed fuit quæstio de facto,proferens quòd ita iudicatum extitit, & seqnitur etiam Io.de Ana. cons. 57. Visis & consideratis,circa medium, & confirmat Dec.consi.159. Casns qui præponitur,col.3. & certè istæ considerationes tantorum patrum, & illustrium Doctornm decidunt absque scrupulo aliquo casum nostrum,etiam in fortioribus terminis,cum secundum terminos cõsultationis Oldradi, & aliorum tota voluntas testatoris fuit in scriptis annotata,& agebatur de fauore piæ causę pauperum Christi: & tamen præmemorati Doctores cõsuluere, quòd primum testamentũ non censetur reuocatum, & quòd talis præparatio ad testandum non habet vim testamenti.
13 Præterea considerandum est,† quòd in præsenti casu testator intendebat instituere clericum intuitu suæ personæ cum laicis, quo casu tale testamentum subijcitur dispositioni iuris Ciuilis, ita quòd si non valerét institutio hæredis, nec etiam valerent legata, si essent facta: quia eodem iure indicantur. ista fuit notabilis doctrina Ant.de But. in c.quod clericis,col. 10.vers.idem puto in testamento laici, extra de foro compet.

Vbi concludit, quòd clericus taliter institutus non potest hæreditatem adire ex huiusmodi imperfecto testamento, quanto magis laicus: quem refert, & sequitur Saly.in anth.cassa & irrita,in 9. quæst. C.de sacrosan.eccles. Alex.consi.176. Viso themate mihi exhibito, col.2. vers. nec prædictis debet obstare,vol.2.& consi.207.Statutis accurate inspectis,col.5.eod.vol.& Soc.sen. consil.5. In primo consultationis articulo,in fi.vol.3.

Nam donec testatoris voluntas sit completa,& perfecta,stat in suspenso, & nullum potest sortiri iuris effectum, vt consnluit Dec.consil.159. Casus qui proponitur,& ita per sacram Regiam Audientiam Terræ Bari extitit iudicatum, primum testamentum rite perfectum non posse dici aut censeri per ipsam secundam dispositionem imperfectam reuocatum, & consequenter prædictum Petrum in eadem imperfecta voluntate institutũ non posse legitimè ad hæreditatem ipsam aspirare, sed tñ nominatos in primo testamento.

ARGVMENTVM.

Quod filij nati contractis sponsalibus publicè,& in pręsentia multorũ,reputentur legitimi,non obstante, quòd postea appareat impedimentum consanguinitatis in quarto gradu, & propter hoc mater potest admitti ad successionem mariti ex persona filij.

SVMMARIVM.

1 *Natus ex incestuoso coitu scienter contrahentium, nec legitimus, nec successibilis reputatur.*
2 *Filius ex damnato coitu natus nec patri, nec matri succedit: eiusque pater præter iuris Ciuilis pœnas, maiorem incurrit excommunicationem.*
3 *Filius incestas nuptias ignoranter contrahentium, etiam altero tantum impedimentum ignorante, legitimus ac penitus successibilis de æquitate Canonica agnoscitur. imo scientia impedimẽti post sponsalia & copulam superueniens, ei non nocet. & num.5.*
4 *Matrimonij vel legitimationis in materia, Canonistarum decisio præualet.*
6 *Consanguinitas si notoria inter matrimonium contrahentes foret, mulier absque ecclesiæ iudicio non discedit.*
7 *Consanguinitatis ignorantia, an & quando inter matrimoniũ contrahentes pręsumatur. & nu.seq.*
8 *Iuramento & non testibus in animo consistentia probantur.*
9 *Ecclesia pro fidelium congregatione capitur, atque ob id coram fidelium multitudine contrahentes, ante faciem ecclesiæ contrahere censentur.*

DECISIO XIIII.

CAsvs pręsentis decisionis,in contingentia facti,talis est. Contractis sponsalibus 1
per verba de futuro inter nobilem A. patrem honestæ puellæ M. ex vna, & nobilem P. de ciuitate Melficti sponsum ex altera, coram copiosa multitudine propinquorum,& cõmunium
amicorum eiusdem loci, vt moris est, factis exin- 2
de, tam congruę dotis, quàm lucri maritalis promissi, omnibus capitulis dotalibus, prout acta publica testantur, sponsalia hæc per subsecutam copulam carnalem in vim præsumpti matrimonij transierunt. contingit, quòd rebus sic se habentibus, mulier ipsa ex eodem sponso filium concepit, qui post non longa tempora, defuncto patre (sicut Domino placuit) vitam vniuersæ carnis ingressus est, eadem M. matre superstite, quæ petit se admitti ad luctuosam hæreditatẽ viri, mediante persona filij. insurgunt propinqui eiusdemmet viri, intendentes illam excludere, allegantesque quòd inter sponsos ipsos non poterat esse matrimoniũ, ex quo reperiebantur coniunćti in quarto consanguinitatis gradu, super quo non extite-

rat

rat per ſedem Apoſtolicam diſpenſatum. pro par
te mulieris replicatur, quòd coniuges ipſi non ha
bebant notitiam de parentela prædicta, & ideo
publicè cõtraxere, & ſaltem ab ipſa muliere igno
rabatur. vnde per ignorantiam, bonamque paren
tum fidem publicè contrahentium, ſoboles legi-
tima, & ſucceſsibilis naſcebatur: & propterea ma
ter ex perſona filij ad huiuſmodi luctuoſam hære
ditatem deberet admitti. Ex aduerſo verò præ-
tenditur ſobolem illegitimam, & ex inceſtuoſo
coitu natam ad ſucceſsionem iſtam non debere
vllatenus admitti. quæritur, expectaturque vera
reſolutio.
In quo quidem hęſitationis articulo, prętermiſ
ſis hinc inde argumentationibus, breuitati, & ve-
ritati ſtudendo, putarem de iure huiuſcemodi dif
1 ficultatem ita extricandam, † quòd licèt aliàs fi-
lius natus ex inceſtuoſo complexu ſcienter, nec le
gitimus, nec ſucceſsibilis reputetur. l. ſi quis ince-
ſti, & auth. ex complexu, C. de inceſt. nupt. & c. re
2 ferente, extra qui filij ſint legit. Nam † filius na-
tus ex damnato coitu, prout ſunt ſponſi coniun-
cti in quarto gradu conſanguinitatis, nec patri,
nec matri ſuccedit, per ea quæ notantur in l. fin.
C. ad Orfician. & in §. fin. in Authen. quib. mod.
nat. effic. ſui, collat. 7. & in l. hac parte, ff. vn. cog.
& ita ēt conſuluit Alex. conſi. 54. In caſu præmiſ-
ſo, vol. 4. Imò tales prohibitas nuptias contrahen-
tes vltra alias pœnas à iure Ciuili ſtatutas, ſenten-
tiam maioris excommunicationis incurrunt, per
tex. in Clemen. octaua, de conſanguin. & affin.
3 Nihilominus tamen † ſi ignoranter contrahant
inceſtas nuptias, etiam ſi alter coniugum tantùm
ignorauerit impedimentum, quamuis de rigore
iuris Ciuilis filij inde nati ſpurij appellentur. l. 3.
C. ſolu. matrim. & quo ad ignorantem tantum, &
non ſcientem ſucceſsibilis reputetur, ſecundum
Glo. in l. qui contra legum, in ver. acerrimo, cui
acquieſcit Cyn. in 3. quæſt. & alij omnes vniuer-
ſaliter, C. de inceſt. nupt. de æquitate verò Cano-
nica propter bonam fidem vnius coniugum, &
præſertim mulieris, in minori ætate, ante 18. an-
num, patre ſic diſponente, contrahentis filij, exin
de nati, quo ad vtrunque parentem, & legitimi,
& penitus ſucceſsibiles agnoſcuntur, vt extat ca-
ſus in terminis, qui tergiuerſari nequit vllo pacto
in c. ex tenore, & ibi Glo. Ant. Butrius, Abb. An-
char. & alij vnanimi voto omnes, extra qui filij
ſint legit. Glo. & cæteri omnes in c. 2. cod. titu. in
tantùm quòd vbi viget caſus legis, ibi nulla vrget
dubitatio. l. ancillæ, & ibi Bald. C. de furt. & ean-
demmet ſententiam firmàuit Specu. in ti. de ſuc-
ceſſ. ab inteſt. §. 1. verſi. ſed pone T. contraxit, aſſe
rens, quòd filius taliter natus, utrique parenti ſuc-
cedit, tam ſcienti, quàm ignorãti, & in totum eſt
pro legitimo habendus. nam non poteſt quis pro
parte ſpurius, & pro parte legitimus reputari. l.
duobus, ff. de liber. cau. & huic etiam opinioni,
ita roboratæ, & illuſtratæ inhęret quoque Glo. in
c. cum inhibitio, in ver. ſi ambo, & ibi Scriben. ex
tra de clandeſ. deſpon. Card. in Clem. vnica, in 2.
quæſt. de ſponſa. Barto. in l. eum qui, ff. de ſta. ho-
min. pro qua facit denique bonus textus in l. qui
in prouincia, §. diuus Marcus, ff. de ritu nupt.
4 Itaque † cum agatur de matrimonio, & legiti-
matione prolis, meritò quidem præualet deciſio
Canoniſtarum, teſte Albe. de Roſ. in d. l. qui con
tra legũ, C. de inceſt. nupt. & in rub. de inter. mat.
inter pupil. & tutor. & cum eadem ſententia, ꝙ ta
les filij ſint ſucceſsibiles, & excuſentur ex ignoran
tia parentum, tranſiuit Nicol. de Vbal. in tract. de
ſucceſsio. ab inteſt. in 1. par. colum. 13. verſ. item
crederem, & col. ſeq. verſ. quod verum intellige ſi
ſciuit, allegando textum in c. ex tenore, extra qui
fil. ſint legit.
Cum igitur in præſenti caſu coniuges ipſi, vel
ſaltem mulier prędicta tempore ſponſaliorũ igno
rabat parentelam, ſeu impedimentum, comper-
tum eſt, quòd ſponſalia etiam de futuro trãſeunt
in matrimonium, ſaltem præſumptum, ſi ſubſe-
quatur copula carnalis, vt inquit text. in c. is qui
fidem, extra de ſponſalib. & ſic certè filius natus
ex dictis ſponſis ignoranter contrahentibus, ſal-
tem propter bonam fidem mulieris, & ignoran-
tiam dicitur legitimus pleno iure, & etiam patri
ſucceſsibilis, ob iura præcitata.
5 Imo † etiam ſi poſt ſponſalia publicè contra-
cta, & copulam carnalem ſecutam, ſcientia impe
dimenti, & conſanguinitatis ſuperueniat, vtique
nocere non debet, nec poteſt modo aliquo, teſte
Glo. in d. cle. vnica, in ver. ſcienter, cui accedunt
ibi Card. Imo. & Anch. de conſang. & affin.
6 Quoniam † etiam ſi conſanguinitas notoria fo
ret in loco, minimè poſſet mulier à tali viro diſce
dere propria authoritate ſine iudicio eccleſiæ, vt
eſt tex. in c. porrò, ext. de diuor. & in c. ſeculares,
33. q. 2. & in c. multorum, 35. q. 6.
Cæterum quia omnis difficultas præſentis in-
7 dagationis, & ſpeculationis conſiſtit, † vtrum ta-
liter contrahentes dicantur ſcienter, vel ignoran-
ter contraxiſſe in gradu à iure prohibito, videa-
mus num in caſu iſto, ſi aliud non probetur, præ-
ſumatur ignorantia, vel ſcientia conſanguinita-
tis. in quo quidem dubio conſiderandum eſt, ꝙ
cum in puncto præſupponatur ſponſalia contra-
cta publicè, & coram numeroſa multitudine fi-
delium, vicinorum, & communium amicorum
in vnum publicè congregata, & coram iudice,
notario, & teſtibus, in numero copioſo, quòd prę
ſumitur ignorantia impedimenti. l. fin. ff. de ritu
nup. ſecus vero ſi clam & occultè contraxiſſent:
quia tũc indubitanter quippe pręſumeretur ſciẽ-
tia conſanguinitatis. l. qui cum alia, ff. de reg. iu. &
ita concedunt Glo. in ver. acerrimo, in l. qui con-
tra, C. de inceſt. nupt. Card. Ancha. & Imo. in d.
cle. vnica, in 7. quæſt. de conſang. & affini. per re-
gulam l. verius, ff. de probat.
Quodque potiſsimum ſine ſcrupulo procedit,
ſi præmemorati impedimenti ignorantiam mu-
lier ipſa proprio iuramento comprobaret, per ea
quæ habentur in c. vt circa, de electio. lib. 6. & in
cap. ſi verò, il ſecondo, ext. de ſent. excom. & per
Glo. & Scribentes in c. eos, de temp. ordi. lib. 6.
Ex hoc ea ratione, nam ſcientia, & ignorantia
8 in animo conſiſtit: † & ſic ea quæ in animo con-
ſiſtunt regulariter per iuramentum, & non per te-

stes probantur, iuxta ea quæ notantur per Glo.& alios omnes in §.sed istæ, in ver. dicit, circa medium, Instit.de actio.

Quod maximè procedit, atque præsumitur verum in casu isto, tum ex diuturnitate temporis, quo sponsi perseuerauere in cohabitatione, argu. l.qui in prouincia,§.diuus Marcus, ff.de ritu nup. tum etiam ratione sexus muliebris, qua mulier, mediante ministerio patris contraxisset sponsalia, arg. d.l.qui contra legum.

Nam pater potest pro filia consentiente sponsalia stipulari: quia non est virginalis pudoris officium eligere maritum, patre viuente, vt inquit tex.in cap.honorantur parentes,32.quæst.2. & ad hoc est bonus textus etiam in c. 1. vbi Doct. ext. de despon. impub. quod nempè locum sortitur cohabitatione secuta, vt fuit in casu isto. cap. ad id, & cap. ex literis, il secondo, extra de sponsalib. & consequenter cum non sit officium virginalis pudoris quærere electionem mariti, sed paternum: nihil mirum ergo si mulier ipsa dicatur ignoranter contrahere cum coniuncto in gradu ita remoto. præterea illud facit præsumi, ex quo publicè contraxit,arg.c. fi.ext.de clan.despo.cum alijs supra ad hoc allegatis.

Nec aliter obstare videtur obiectio illa contraria, quòd d.c.procedit, vbicunque in facie ecclesiæ facta esset desponsatio, seu contracta sponsalia:nam etiam quòd ipsa sponsalia de futuro contracta re ipsa extitissent extra muros materialis ecclesiæ, in aliqna domo communium consanguineorum, & capitula matrimonialia descripta publicè, & stipulata coram copiosa multitudine nobilium prædictæ ciuitatis, prout inter eos fieri consueuit, adhuc tamen dici posset hoc publicè
9 actum ante faciem ecclesię, † quia ecclesia in istis terminis accipitur pro congregatione fidelium, vt habetur in cap.ecclesia, de consecra. disting.1. in tantum, quòd contrahens publicè coram multitudine fidelium, censetur vtique ante faciem ecclesiæ contrahere: ex quo iura in isto casn intendunt clandestinam desponsationem prohibere, prout declarat Ioan. And.in addit. Spec.in tit.de clan.despo.quod nempe fuit de mente Old.consil.256. quos refert, & sequitur Abb. Anto. But. Ancha.& Præpos. Alex.in d. c.cum inhibitio,in fi. & ita vidimus accuratissimè cōsultū, & responsum per illustrem D. Archidiaconum Ant. Sarracenum de Iuuenatio, sua tempestate strenuissimum Aduocatum, & consulentem, & ita extitit etiam iudicatum, quòd filius prædictus in isto casu fuit natus legitimus, & successibilis antedictis suis parentibus,& consequenter,quòd mater ipsa admittatur ex persona filij ad illius hæreditatem.

ARGVMENTVM.

Per secundum mandatum tollitur primū,etiam si fuerint facta mandata in vna eademq; persona.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum primum per secundum, diuerso tempore factum, in eadem persona, vel pluribus factum,an & quando reuocatū censeatur,& nu.4.*
2 *Statutum contra testes producentem, quòd perdat causam in vnum tantùm testem producente etiā locum habet.*
3 *Conditio, si sine liberis, pluraliter apposita, in vno etiam filio verificatur.*
5 *Mandatum primum per secundum euacuatur, licèt procuratori notitia vel intimatio secundi facta sit.*
6 *Procurator vltra mandati exhibitionem, a domino per nuntium vel epistolam certiorari debet.*
7 *Bononiensium practica in instrumento debiti facientium constitui multos curiales procuratores ad confitendum debitum coram iudice, &c. reprobatur.*

DECISIO XV.

MANDATA diuersa in personam Fœlicis, & Leonardi, diuersis temporibus emanata,scilicet primū sub die... mensis Februarij anni 1584. cum potestate, &c. & secundum sub die 25. eiusdem mensis, & anni sine potestate, &c. producta, & præsentata in actis per ipsos procuratores in solidum cōstitutos alternatim, & ad diuersos effectus, prout ex processu, & actis planè colligitur: certè si rectè vigorem, efficaciamque ipsorum mandatorum, & eorum quę ex inde secuta sunt considerare velimus, apparet
1 euidenter, † ꝙ primum mandatum per sequens, diuerso tamen tempore factum ab eodem constituente super prouisione, & consecutione alienationis faciendæ, censetur ipso iure reuocatum, vt probat tex.in cap.non iniustè,in 2.respon. ext.de procurat. & in l. si quis cum procuratorio,§. fi.eo. tit. & licèt iura hæc loquantur, vbi concurrit diuersitas mandatorum in pluribus personis, quòd posterius reuocet primum: nihilominus tamen idem est dicendum, si varietas mandatorum sub diuersitate temporum concurrat in eadem persona: cū sit eadem ratio absque discrimine aliquo reuocationis, & iuris effectus. nam quod in duabus personis statutum est, propter subsequētiam noui mandati,sub diuersitate temporis,quòd inducatur reuocatio,hoc & in eadem persona recipi debet, vt dicit tex.in l.singularia,ff.si cer.pet.
2 Et ideo † licèt statuto caueatur, quòd producens falsos testes,perdat causam: tamen statutum hoc locum obtinet, quamuis de pluribus loquatur, si vnum tantùm testem falsum produxerit; per ea quæ ad hoc no. Bart. in l.2.§.sed si vnus, ff. vi bon.rap.in l.1.ff.de procur.& in l.3.§.qui negocia, ff.de neg.gest.
3 Nam † licèt testator in conditione apposita loquatur in plurali, si sine liberis decesserit, succedat Titins,& hæres cū vno filio, vel nepote decedat, excludit tunc dubio procul substitutum.l.iubemus,§.sin autem, & ibi Bart. & alij vniuersaliter omnes, C.ad Trebell. & Bal.in l.1.C.de conditio.insertis.
4 Et † quòd regula pręcitatorum iurium,loquentiū de pluribus procuratoribus sub diuerso tem-

pore constitutis, vt per vltimum mandatum reuocetur primum, procedat etiam si diuersa mandata concurrant in eadem persona, firmauit expressè Glo. in l. si quis cum procuratorio, §. fi. de procurat. Bal. Albe. de Rosa. Guil. & cæteri omnes, Bal. in l. falsus, col. 7. versi. scias tamen, C. de fur. & ser. cor. idem Bal. & Ioan. de Imo. in l. si ita scriptum, ff. de hære. instit. Ias. in l. singularia, in 3. no. ff. si cer. pet. Rota Rom. in decis. 175. Nota quòd vbi diuersis, in antiquis, & ita consuluit quoque Soc. sen. consi. 88. Pensatis his, col. 1. volu. 4. sed non eundo per mendicata suffragia, dico, quod pro huiuscemodi sententia extat casus in terminis in l. qui mutuare, §. non ideo, secundum intellectum Guil. de Cun. quem refert, & sequitur ibi Bal. in fi. ff. mand. asserés, nota ex isto textu, quòd si constituerim vnum procuratorem, & postea illum iterum constituo, quòd videtur reuocatum primum mandatum, allegando ad hoc d. l. si quis cum procuratorio, §. Iulianus ait. sequitur ergo manifestè, necessarioque dicendum, quòd vbi apparent duo diuersa mandata, etiam in vna, & eadem persona constituta, per secundum reuocatur primum, & illud tunc remanet sine effectu, & vltimum valebit, & ista est magis communis, magisque vera Doctorum sententia in vtraque censura scribẽtium. vnde prædictus Fœlix vigore primi mandati reuocati non potuit facere actum validum in casu de quo agitur.

Quodque potissimum procedit in eodemmet casu, & facto, vbicunque in secundo mandato extitit apposita clausula cum potestate transferendi &c. sed vbi aliquid additur, vel detrahitur in secundo mandato, primum censetur omnino reuocatum, vt concedit Alberic. in d. l. si quis cum procuratorio, §. fi. per ea quæ habentur in l. pacta conuenta, ff. de contrah. emp. in l. iurisgentium, §. adeo, ff. de pact.

5 Nec † impeditur effectus reuocationis mandati, si D. Laurentius ipse non habuerit notitiam secundi mandati, quia etiam nulla facta intimatione procuratori, reuocatio sortitur effectum, & primum euacuatur, vt determinauere DD. de Rota in proprijs terminis, decis. 171. Nota quòd vbi aliquis, in antiquis, per not. per Glo. & Doct. in l. si pater filio, in princ. ff. de manum. vindic. & in l. si quis mihi bona, §. fi. ff. de acqui. hæred.

In tantum, quòd in hoc casu venditio facta vigore primi mandati, præsente emptore, & sciente, & consentiente exercitio secundi mandati facti sine potestate alienandi: & ideo ignorantia procuratoris instituti non debet esse vllo quidem modo in consideratione, & cum emptor ipse habebat certam, indubitatamque notitiam secundi mandati, diuerso tempore, & sine clausula prædicta emanati, & sic reuocationis primi, operando postmodum, vt domus venderetur, sicuti vendita extitit post annos duos, vigore secundi mandati reuocati, de cuius reuocatione sibi plenè constabat, certè fuit in dolo, & fraude euidenter quidem, vnde gestum ab eodem procuratore non debet tenere, tanquam factum fraudulenter, vigore mandati reuocati; nã fraus & dolus nemini patrocinari debet, iuribus vulgaribus. meritò itaque & non ab re taliter executa per exceptionem doli veniũt retractanda, prout ita decisum extitit.

Et quòd idem Fœlix nõ potuit, nec debuit vti primo mandato reuocato, sed secundo, moueor ex alio fundamento: nam data veritate instrumẽti de qua infra, fuit in absentia constitutus, vt ex
6 facie illius apparet, † & ideo licèt ex ipsa constitutione assequatur mandatum: tamen illius exercitium nullatenus consequitur, nisi postmodũ fuerit per dominum constituentem ante illius exercitium per nuntium, vel epistolam specialiter certificatus, per ea quæ consuluit Bar. cons. 73. Quæritur vtrum procurator, & per not. per Glo. in l. consensu, ff. de actio. & obliga. refert & sequitur Pau. Castr. in l. cum furiosus, col. 2. ff. de iudi. asserens, q; in procuratore vltra exhibitionem mandati debet esse certioratus à domino per nunciũ, vel epistolam, idemque Pau. in l. 1. in princ. ff. de procurat.

Facit quod voluit Bald. in l. falsus, col. 5. versi. circa tertium est videndum ibi puto, vbi est data certa forma, C. de fur. & ser. corrup. concludens quòd vbi procurator est constitutus in absentia, vt oriatur contractus mandati inter absentes requiritur consensus vtriusque partis: & ideo requiritur nuncius, vel epistola, & mandatum non recipit effectum ex sola constitutione, sed ex præsentia, & acceptatione illius, & sic communi consensu: & proinde actum ante impletum contractum mandati non valet, neque tenet, per ea quę notantur in l. qui absenti, §. si quis, ff. de acquir. possess. & in l. consensu, ff. de actio. & obligat. & consequenter antequã certioretur à domino per nuncium, vel per epistolam non habet effectum mandati, nec exercitium, & istam conclusionem firmauit quoque Marsil. in l. si quis ne quæstio, col. 11. & seq. versic. constat etiam, ff. de quæstio-
7 nib. plura more suo cumulando, inferens † ex hoc reprobari practicam Bononiensium, qui in instrumento debiti faciũt constitui per debitorem multos curiales procuratores ad cõfitendum debitum in instrumento contentum coram iudice, & ad consentiendum decreto interponendo, cuius mandati vigore vnus ex ipsis procuratoribus citatus ad instantiam creditoris confitetur debitum, & facit interponi decretum, debitore aliter non citato, & tamen quòd gesta per talem procuratorem antequàm à domino certioretur per nũcium, vel per epistolam haudquaquam tenent, quia non habet mandati exercitium, per adducta allegataque per eum ibi.

ARGVMENTVM.

Vbi, & à quo educari debeat pupillus.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus penes matrem tantùm quinque rationibus educari ac commorari debet: non autem pupilla apud eandem, quæ ei nuptias parauit. nu. me. seq.*

3 *Pupillus apud matrem, quæ secundo nupsit, an & quando alendus.*

4 *Pupillus apud legitimos tutores, ad quos hæreditas est peruentura, minimè est alendus.*

5 *Pupillus vbi educandus sit, in iudicis arbitrio consistit.*

DECISIO XVI.

1 PVPILLVS † penes matrẽ educari, ac commorari etiam debet: non autem apud aliam quancunque personam de mundo. l. 1. & ibi Glo. Iacob. de Belu. Alberic. Saly. & alij vniuersaliter omnes, C. vbi pupill. educari debeat, Cur. iun. consi. 114. sub num. 9. volu. 2. & facit etiam Glo. in l. cum haberet, de eo qui dux. in matr. quam pol. per adult. & in cap. 2. in fi. de conuer. & ita consuluit in terminis Lauren. de Pinu consi. 36. Quamuis præsens casus, nu. 1. cum alijs omnibus seqq.

Et hoc iustificatur quidem varijs rationibus. Primò quidem ratione cõiunctionis, atque maioris beneuolentiæ. d. l. 1. C. vbi pupil. educ. deb. Secundò etiam occasione maioris commoditatis, Auth. de nuptijs, §. eiusdẽ quoque principis. ibi, nemo circa subleuandam filiorum necessitatem, & educationem fidelior, idoneorque videtur, quàm ipsorum mater. Tertiò itidem ratione pietatis: quis enim ferat liberos à parentibus segregari, dicit tex. in l. poss. C. communia vtriusque iudicij. Quartò nempè ratione decentiæ, & suspitionis tollendæ causa: non enim multum confidit Legislator illi, qui proximus eius hæres futurus sit. l. 2. C. vbi pupill. educ. deb. Quintò denique ratione vtilitatis: quia si penes patruos hæredes pupillus ipse moraretur, & aleretur, non facilè valeret pupillusmet, seu pupilla sui iuris effecta eligere legitimam portionem sibi debitam, reiecto legato, sibi à patre facto, longè fortè minoris summæ existente, quàm sit legitima portio: & sic expediens profectò foret dubio procul eidem puellæ, vt ob hanc solam causam, quæ potissima censenda est, penes matrem educetur.

2 Sed bene quidem verum est, † quòd pupilla ipsa non est apud matrem alenda, quæ ei nuptias parauit, ita Craue. consi. 18. nu. 111. vol. 1.

3 Nec itidem † idem pupillus penes matrẽ educandus foret, postquàm ea ad secundas transiuisset nuptias. d. l. 1. & ibi Glo. & alij vniformiter omnes, & Cur. iun. consi. 114. sub num. 9. volu. 2. verum enimuero pupillus apud matrem, quæ secundo nupsit, alendus quippè est, vbicunque re ipsa cessaret suspitio: verbi gratia, quia pupilli morte, ad eam hæreditas peruentura non est: vel ipsa, & victricus honestæ vtique personæ extant, ac reputantur, ita Alber. in d. l. 1. C. vbi pupil. educ. deb. & Cur. iun. in d. consi. 114. sub num. 9. Et ratio viuax ea est, quoniam spes ipsa successionis arguit omni dubio procul suspitionem, ne substitutus insidietur vitæ pupillæ, vt dicit tex. in l. fin. C. vbi pupil. educ. deb. Glo. & Doct. in d. l. 1. eo. tit.

Nec non apud matrem minimè alendus veniret pupillus, vbicunque mater ipsa superinduxisset victricum, teste Glo. & Saly. sub nu. 3. in d. l. 1.

4 Nec denique † pupillus est vllo quidem pacto alendus apud legitimos tutores, ad quos eius hæreditas est peruentura. l. fi. C. vbi pupill. educ. debeat, Bart. in l. amicissimos, ff. de excus. tut. in lec. Nicol. de Neapo. Cur. iun. in d. consi. 114. sub nu. 9. per Glo. in l. qui ventri, de vent. inspi.

5 In tantum, † quòd vbi educandus sit pupillus non potest dari certa resolutio, cũ in iudicis quippe arbitrio consistat, ex facto regulando, habita ratione loci, temporis, & personæ. l. 1. ff. vbi pupil. educari debeat. l. 1. & 2. C. eo. titu. Bal. consi. 477. volu. 5. Soc. sen. consi. 193. Circa primum quæsitum, volu. 2. Alex. consi. 161. col. fi. vol. 5. Crauet. consi. 190. num. 11. volu. 1. & Menoch. de arbit. iud. lib. 2. centur. 2. casu 168. circa fin. Imò teste D. meo Vincent. de Franch. decis. 350. par. 2. est adeo arbitraria materia ipsa educationis, vt iudicibus à voluntate testatoris recedere etiam liceat, atque permittatur. l. 1. ff. vbi pupil. edu. deb. & l. 1. C. eo. tit. qui quidem tex. non obscurè quidem videtur determinare ibi, in ver. denique cũ, quidam, quòd si pater expressè in testamento disposuerit, quòd pupillus detur apud substitutum, posset prætor tunc assistentibus cæteris propinquis à voluntate patris recedere, & decernere, vt absque vlla maligna suspitione alatur, & ita in anno 1590. sub die 28. Decembris vigilanter quidem iudicauit sacra Regia Audientia Barensis in causa Petri de Virgine de Meduneo, vt penes eũ educandus foret Franciscus Iacobus Miolus pupillus, exclusis alijs interesse prætendentibus.

ARGVMENTVM.

Quod legatum factum per testatorem filiæ maritatæ, debetur per hæredes, nec maritus potest sine expresso cõsensu vxoris quietare hæredes.

SVMMARIVM.

1 *Filiæ institutio in dotibus suis a patre facta vt valeat, vltra dotes saltem vnus nummus relinqui debet.*

2 *Hæres particularis, alijs vniuersaliter institutis, pro legatario habetur.*

3 *Hæres cum defuncto & legatarijs quasi contrahit.*

4 *Bona omnia defuncti penes hæredem existentia pro legatis tacitè sunt obligata.*

5 *Notarij cancellantis contractum assertio, seu in margine cancellatio notata, an & quando probet.*

6 *Testamentum absque additionibus reassumi debet, de quibus in fine non fit per notarium mentio.*

7 *Notarius si post contractum stipulatum & cancellatum dicat, cancellaui, quia per errorem scripsi, prima scriptura effectum habet, nec quod addidit, attenditur.*

8 *Notarius si protocollum cancellauerit, in margineque notauerit, cassum de partit voluntate, an & quando de eo possit reassumi instrumentum validum. & num. 10.*

9 *Solennitas quæ in conficiendo actu requiritur, eadem & in renocando; atque eadem contractus*

& di-

& distractus natura & conditio.

10 *Scripturæ notarij absque iudicis & testium subscriptione in Regno non creditur.*

11 *Mulier triplex habet patrimoniũ, & quale in unoquoque dominium vir habeat.*

12 *Testes singulares, contrarij & adinuicem aduersantes nullam faciũt probationem, vt ex eorum dictis debilitatis iuramentum suppletorium non deferatur.*

13 *Testis vnus vbi deponit de præsentia, & alius de præsentia & consensu, non probatur consensus.*

14 *Testis super perceptibili iudicio intellectus, vt probet, debet per rationem & expressam causam scientiæ concludentem deponere, qua consensum ipsum percipere queat.*

15 *Præsens & tacens in ijs, quæ maximi sunt præiudicij, consentire non præsumitur.*

16 *Mulier absque mundualdo, cum sine eo in sui præiudicium nihil facere possit, creditum suum viro aut alijs etiam expressè concedere nequit.*

17 *Solennitas cur maior in nupta contrahente, quàm in virgine in capillo requiratur.*

DECISIO XVII.

MVLIER Mariana de Arpino, agẽdo contra Sebastianum eius fratrem, censetur suam habere fundatam intẽtionem, ex testamento paterno de vncijs nouem Carolenorum sibi titulo particulari institutionis relictis, in ipso testamento soluendis per fratres, & hæredes vniuersales pro rata hæreditatis, & iure quidem:

1 nam † si filia instituatur à patre in dotibus suis, ad hoc vt institutio isthæc teneat, debet necessariò profectò aliquid sibi vltra dotes relinqui, vt est Glo. ordinaria in l.3.§.sed vtrum, in ver. patrimonium, & ibi Bar. asserens ita de facto obseruari cõmuniter, & firmauere itidem Bal. & Alb. de Ros. inibi, ff. de minor. idemmet Bal. in l.quoniam in nouella, in 2.quæst, C.de inoffic. testam. & Ang. in l. Papinianus, §.si quis mortis, ff. de inoff. testam. explanans ibi, quòd filia vltra dotem debet institui, saltem in vno denario, vt testamẽtum inexpugnabile quippe sit, allegando d. Glo. & idem Ang. in l.posthumus, §.si quis ex his, eo.ti. & pleniori cornu, eminentioriq; fastigio, Barbat. consi.2. Clementissimi Dei Patris, col.5. volum.1. vbi pro ista cõclusione claruit esse casum singularem in cap. Raynutius, & ibi notat Card. extra de testam. merito igitur pater prædictæ Marianæ vsus legis con filio, vltra dotem à se promissam, atque traditam instituit filiam in vncijs nouẽ, soluendis per alios fratres, & hæredes vniuersales.

2 Et quia Mariana ipsa † est hæres particularis, alijs vniuersaliter institutis, pro legataria dubio procul habetur, vt probat tex. in l.quotiens, C.de hæred. inst. & ad ipsas vncias nouem relictas consequendas triplicem vtique habet actionem, personalem, realem, & hypothecariam: ex quo non tantum hæredes sunt obligati pro obseruãda voluntate defuncti.

3 Quoniam † hæres dicitur quasi cõtrahere cum defuncto. l.his consequenter, §. sed cum monumentũ, ff. famil. ercisc. & quasi contrahere cum legatarijs. l.apud Iulianum. §. fin. ff. quib. ex cau. in poss. eatur, & §. hæres quoque, Instit. de obligat. ex qua. cont.

4 Sed † omnia bona defuncti penes hæredẽ existentia sunt re ipsa pro legatis tacitè iuris ministerio obligata, & hypothecata, vt inquit tex. in l.1. C.communia de legat. & §.1. Insti. de lega. iccirco Mariana ipsa ex tenore memorati testamenti pro relicto consequendo habet intentionem fundatam, ad quam quidem eneruandam Sebastianus frater, & hæres opponit exceptionem solutionis, dicens supradicto legato fuisse satisfactum per solutionem factam Bernardino quondam Memuli de Butonto uiro eiusdem Marianæ, & solutione eius quod debetur tollitur omnis obligatio, iuribus vulgaribus. Pro veritate itaque attingẽda de duobus est in præsentiarum discutiẽdum. Primò vtrum ex processatis cõstet de allegata solutione. Secundò posito, quòd constet, vtrum solutio facta marito noceat mulieri, de his quæ vxori ipsi debentur.

Quo ad primum hęsitationis articulum ad probandum solutionem oppositam, pars aduersa adducit solummodo, quòd instrumentũ debiti prædicti legati, stipulatum per eũdem Bernardinum reperiatur cassum manu tantum notarij, describentis in margine cõtractus, quòd cassum extitit de voluntate creditoris, est videndum ob hoc,

5 vtrum † assertio notarij cancellantis prętatum cõtractum probet solutionem, & cãcellationem de voluntate creditoris. & indubitãter quidem concludendum est, quòd non. daretur enim tunc ansa, ac materia notario de facili fabricandi falsum, si ipse solus posset cancellare instrumẽtum sine iudice, & testibus, solùm in immargine apponendo vnum verbum, cassum de voluntate creditoris. ita concludit mirabiliter, & præclarè Io. And. lumen iuris, in addi. Spec. in ti. de instrum. editio. §. ostenso qualiter, colum.4. in add. magna, inchoante, verior est dixit Orlandinus, & eandemmet sententiam, quòd cancellatio facta in margine contractus notata per notarium nullatenus quippe probet, tanquam non habens solennia contractus, firmauere constanter Bal. Ange. & Pau. Castren. qui annectit etiã hoc fore perpetuò menti tenendum, in l. si vnus, C. de testam. inferẽs quoque ibi

6 ex hoc vtiliter & insigniter, † quòd si in testamento reperiantur additiones, de quibus in fine non fiat mentio per notarium, quòd debet testamentum ipsum reassumi sine additionibus, & quòd ita fuit obtentum, & iudicatum promit, & sequitur etiam Alex. ibi, indicans hanc fore veriorem opinionem. & facit itidem quod voluit Bal. in l.

7 ea quæ, C.com. vel epist. concludens, † quòd si notarius post contractũ stipulatum, & cancellatum dicat, cancellaui, quia per errorem scripsi, quòd hoc non obstante prima scriptura habet suum effectum, & non attenditur quod notarius addidit in margine, & pro ista sententia consuluit quoque Ange. consil.274. Titius vt hæres, & Pet. de Anchar. cons.230. Prius de vi probationis, & eandemmet sententiam in proprijs terminis sequitur

Ioan.

Ioan.de Imo.post Anto.de But.in c.1.in fi.extra
8 de fi.instru.asserens,† quòd si notarius protocol-
lum cancellauerit, notaueritque in margine,cas-
sum de voluntate partis, quòd non obstante di-
cta cancellatione posset de huiusmodi protocol-
lo reassumi instrumentum validum, quia de hoc
non staretur soli notario : secus verò si diceretur,
cassum in præsentia talis,& talis testium,de volun
tate partium : tunc enim cancellatio foret dubio
procul valida, sortireturque etiam suum effectũ.
extitit itaque denique conclusum in sacra Regia
Audientia ipsa Terræ Bari, quòd sola assertio no
tarij cancellantis sine interuentu testium nullate-
nus probet cancellationem, & mandatum partis
de cancellando.

Quæ quidem decisio probatur ea palpabili, at
9 que manifesta ratione : † quoniam eadem solen-
nitas, quæ requiritur in actu conficiendo, requi-
ritur etiam in illo reuocando, seu mutando.l.hæ-
redes palam,§.si quid post, & ibi notat Bar.Ang.
Imo.& alij communiter omnes,ff.de testam. nam
eadem est natura, & conditio contractus, & di-
stractus,secundum Glo.Bar. & cæteros omnes in
l.de tutela, C.de in integ.restit.minor. & l.penul.
C. de dolo.

10 Quodque † maximè procedit hodie in regno,
vbi soli scripturæ notarij non creditur modo ali-
quo, nisi ea, subscriptione iudicis, & testium ro-
boretur, vt in constitutio. Regni,instrumẽtorum
robur. igitur manifestè in casu de quo agitur ef-
fulget, quòd licèt notarius in margine contra-
ctus annotauerit,cassum de voluntate creditoris:
tamen isthæc sua assertio, & cãcellatio nullatenus
probat cõtra mulierem principalem creditricem
absentem tempore cancellationis sine aliquo in-
teruentu testium in actu ipsius cancellationis,mã
datum sui viri de cancellando, de quo aliter non
constat, præsertimque vbi agitur de interesse ter-
tij, & consequenter multo minus probat solutio-
nem,quæ venit ex ipsa cancellatione verificanda.
imò notarius ipse non modo errauit in cancellan
do contractum per se cum interuentu iudicis, &
testium stipulatum,sine aliquo illorum interuen-
tu : sed etiam, quod peius est,ab ipso protocollo
cancellato reassumendo instrumentum in publi-
cam formam, quod de iure fieri nõ potuit,secun-
dum Io And.in add.Spec.antesignata, in fi.

Venio modò non intempestiuè quidem ad se-
cũdum hæsitationis articulum, quòd posito,vt ip
sa cancellatio extitisset quodammodo legitimè fa
cta cum interuentu iudicis,& testium in numero
oportuno,& quòd ob hoc fuisset legitimè proba
ta solutio debiti prædicti legati facti ad fauorem
eiusdem Marianæ, vtrum isto casu hæc asserta so-
lutio liberet ipsos hæredes,& præiudicet Marianę
legatariæ non consentienti. & animaduertẽdum
est, quòd licèt in præmemorato instrumento sti-
pulato per eius virum nulla admodum fiat men-
tio de præsentia, & consensu ipsius Marianæ : ni-
hilominus tamen considerandum est, vtrum ex
depositionibus testium,de hoc plenè dicatur con
stare. Secundò & successiuè posito,quòd itidem
cõstet,vtrum præsentia, atque præsumptiuus con
sensus præiudicet mulieri in iuribus non dotali-
bus, sed ipsi mulieri quæsitis ex testamento pater
nó. Et quo ad primum olfaciendum, & insimul
11 attendendum est, † quòd mulier triplex habet,
seu habere potest patrimonium. habet enim pri-
mo loco dotes,seu bona dotalia,cuius quippe do
minium constante matrimonio, & administratio
cum fructibus est penes virũ. l.doce ancillam, C.
de rei vend. Habet quandoque,& secundo loco,
nonnulla bona viro tradita vltra dotes, quæ dicũ
tur paraphernalia, à para, quod est iuxta, & pher-
na,quod est dos,quia à muliere inferuntur, iuxta
dotem, in domum uiri, & istorum maritus omni
dubio procul est legitimus administrator,& pro-
curator, & admittitur absque cautione de rato.l.
fin.& ibi Bal.& Saly.C.de pact. conuen. Bar.in l.
maritus, C.de procur.& Abb.in c.constitutus,de
procur. & ista bona potest quãdocunque mulier,
etiam in constantia matrimonij ad se reuocare,&
à manibus mariti auellere, secundum Bal.in l.vbi
adhuc, colum.pen. C.de iu.dot.& in d.l.fin.C.de
pact.conuen.& Ias.consil.197. post num.2.vol.2.
Quædam autem postremò extat tertia bonorum
species, quæ non sunt à muliere tradita viro vnà
cum dotibus, vtputa quia sunt mulieri in cõstan-
tia matrimonij ex successione parentum quæsita,
vt in casu nostro, & in istis maritus non habet do
miniũ, vt in dotibus, nec administrationem, sicu
ti in paraphernalibus : & hinc est, quòd si ageret
in hac tertia specie, nullatenus vtique admittere-
tur sine cautione de rato, vt probat tex. in l.mari-
tus,& ibi notat Bart.C.de procura.& firmat quo-
que Glo.& Bald.in l.fin. C.de pact.con.& in istis
maritus non potest vllo quidem modo admini-
strare, nisi ab vxore concedatur. imò in casu du-
bio, nisi manifestè constet de consensu, & tradi-
tione mulieris minimè præsumitur cõcessa admi-
nistratio. ita Campegius in tracta. de dotib. in
prima par.in 9.quæst.adducens ibi complures ra-
tiones,quòd in dubio non præsumatur de volun-
tate,& consensu vxoris. Primò vtique ex cõmuni
natura : quia nemo præsumitur velle iactare suũ.
l.cum de indebito,ff.de probatio. Secũdò ex pro-
pria natura mulierum, quarũ genus auarissimum
est.l.si ego, ff.ad Velleian. & Cice. rhetoricorum
veter. lib.1. Tertiò ex ipsarum personarum quali-
tate : nam inter virum & vxorem viget, vigetque
quædam reuerentia, ex qua resultat præsumptio
dissensus, seu volũtatis coactæ. l.1. §.quæ oneran-
dæ, & ibi Bar. ff.quarum rerum ac.non det.& in l.
quæ dotis,col.fin.ff.sol.matrim.

Quas ob res in dubio non præsumitur in casu
nostro consensus, & traditio, sed dissensus, & ista
fortè cõsiderans pars aduersa nititur probare præ
sentiam, & cõsensum eiusdem Marianæ,testibus,
& argumentis. & si rectè merita processus consi-
derentur,discernitur profectò omnia lenter & in
digestè proposita atque probata extitisse.nã idem
Sebastianus cõuentus produxit tantũmodo quin
que testes, prout ex facie processus liquet euiden
ter, de quibus tres examinati super 8.articulo pre
sentato per ipsum Sebastianum nihil deposuere
de præsentia ; in tantum quòd duo alij duntaxat
testes

testes ex numero antedicto loquútur de hoc, qui
plenè minimè probant ipsius producentis inten-
tionem, ex eo quia sunt varij, diuersi, contrarij, &
singulares, & adinuicem aduersantes: quod de-
monstro ad oculum euidentissimè quidem. nam
vnus ex his testibus dicit, quòd fuit stipulatus in
præsentia Marianæ, quæ tunc reperiebatur præ-
sens, & non contradicebat, & sic testis ipse nihil
deponit de consensu, sed tantum de præsentia: al
ter verò testis deponit de præsentia, & quòd con-
sensit expressè, & se contentauit de prædicto con
12 tractu, † & consequenter sunt testes singulares,
contrarij, & adinuicem aduersantes: quo nempe
casu, non modo nõ probant plenè, sed nec etiam
semiplenè: imò nullam fidem, nec probationem
faciunt, ita quòd in tali casu, etiam iuramentum
suppletorium non defertur ex dictis testium de-
bilitatis. ista fuit originalis, & singularis decisio
Bald. in l. de quibus, colum. 15. ff. de legib. quam
quidem refert, & sequitur Lanfran. in cap. quo-
niam contra falsam, in ver. testium productionẽ,
colum. 6. vers. vlterius est aduertendum, extra de
probatio. Ias. col. 114. & Io. Bapt. Caccialup. col.
37. in repe. l. admonendi, ff. de iureiur.

Et ratio ea est, quoniam testes singulares, & ad-
inuicem aduersantes nullam admodum fidem fa
ciunt. l. iureiurando, C. de testib. & cap. licèt cau-
sam, eod. titu.

Imò quælibet minima differẽtia imaginem ha-
bet contrarietatis, & falsitatis, secundum Bar. in
l. Labeo, ff. de supellect. leg. & in l. s. ff. quemad.
testam. aperian.

13 Et † pro istamet sententia ita roborata in pro-
prijs terminis consuluit quoque Marian. Soc. sen.
consi. 214. In causa Honofrij, colum. 3. vers. con-
firmatur, nam testes, volu. 2. vbi vnus testis depo-
nit de præsentia, & alius de præsentia, & cum con
sensu, & tamen decidit, quod consensus non pro
batur in tali casu.

Nec denique probat testis ipse consensum præ
fatæ Marianæ ex altero capite: nam interrogatus
nullam concludentem causam scientiæ assignat,
taliter quòd consensus, cũ non percipiatur sensu cor-
poris, sed iudicio intellectus, clarum est, & in iure
14 verissimum, † quòd vbicunque testis deponit su-
per eo quod percipitur iudicio intellectus, ad hoc
vt probet, debet deponere, etiam non interroga-
tus per rationẽ & expressam causam scientiæ con
cludentem, per quam percipere potuit ipsum cõ-
sensum, alias non probat. ista est doctrina singu-
laris Innoc. in c. cum causam, extra de testib. cui
acquiescit Bald. in l. solam, C. eod. titu. Ange. in l.
qui testamento, §. fin. ff. de testam. & in l. cum hi,
§. vult igitur, ff. de transact. Bal. & Ang. in l. furio-
sum, ff. qui testam. facere poss. & Alber. de Rosa.
in tract. de testib. in quinta & vltima par. colum.
secunda, versic. item opponitur quòd non reddit
rationem.

Præterea vt loquar in fortioribus terminis, po-
sito citra veritatis iam trutinatæ præiudicium, quòd
plene, & legitime cõstaret de præsentia ipsius mu
lieris tempore antedicti contractus: tamen pars
aduersa ex hoc minimè haberet intentionem fun
15 datã: † quia in his quæ sunt maximi præiudicij,
prout agitur in casu nostro, vbi mulier perdit le-
gatum nouem vnciarum, præsens, & tacens non
præsumitur consentire, secundum Barto. & alios
vniuersaliter omnes in l. quę dotis, in fi. ff. solu. ma-
trimo. per text. in l. pen. vbi de hoc extat, vigetq́;
casus in terminis, valde notabilis, ff. de furtis, & il-
lum textum meminit esse digito ligandum, Ang.
pro mulieribus, quæ non audent contradicere in
præsentia maiorum, vbi Ang. per textum illum
decidit casum nostrũ in terminis, cui quidem sen
tentiæ facilè assentiuntur Federic. de Senis consi.
179. Quæritur an domina Margarita, Anchar. in
reg. accessorium, colum. 13. de reg. iu. in 6. Hiero.
Nat. in repe. c. quamuis, de pact. lib. 6. colum. 12.
versi. quartò quærit, & Fely. seriosius in c. nonne,
colum. 3. versi. tertia regula, extra de præsumptio.
& hinc nõ immeritò sacra Regia Audientia Ter
ræ Bari promulgauit, tulitq́ue sententiam contra
prædictum Sebastianum, illum cõdemnando ad
solutionem dictarum vnciarum nouem suæ soro
ri, tanquam nõ habuisset ex processatis intentio-
nem suam fundatam.
16 Et tanto magis, † cum simus in muliere, quæ si
vellet creditum suum viro, aut alteri cuicunque
personæ cõcedere, etiam expressè absque consen
su sui mundualdi, vtique non teneret, per ea quæ
habẽtur per Carolum in ti. qualiter mulier. alien.
permissum sit, in l. 1. & in l. si qua mulier, in Lon-
gobar. quia mulier ipsa nihil potest facere in sui
præiudicium sine mundualdo, per ea quæ no. Af
17 flic. decis. 260. col. 1. planum faciens ibi, † quòd in
muliere maritata requiritur maior solennitas, quã
in virgine in capillo: vtpote quia in maritata vl-
tra consensum mundualdi, requiritur consensus
etiam, & præsentia duorum propinquorum: cu-
ius ratio ea est, nam mulier nupta facilius quippe
compellitur ad contractum per virum, quàm vir-
go, aut vidua. si igitur non posset mulier sibi ex-
presse præiudicare in cõcedendo creditum suum
marito sine consensu mundualdi, quanto minus
tacitè, seu tacendo, vt in casu de quo agitur.

ARGVMENTVM.

Quando est facta prohibitio alienationis bono-
rum per testatorem, causa dotis possunt aliena
ri, & etiam alijs causis; & quando fideicommis
sarij possunt alienare fideicommissum.

SVMMARIVM.

1 *Alienatione ex testamento prohibita, dotis causa non excluditur, quod ampliatur, num. 26. & declaratur, nu. 27.*
2 *Fauor publicus omnibus præferendus.*
3 *Necessitas non habet legem, & quod non est lege licitum, necessitate fieri licitum.*
4 *Patrem de iure ad dotandum filiam compelli.*
5 *Bona etsi fideicommisso subiecta in casu necessitatis alienari.*
6 *Alienata ex causa dotis, licèt restitutioni subiecta nunquam restitui.*

Aliena-

7 *Alienationis generalem probibitionem, non includere alienationem necessariam.*

8 *Bona fideicommisso subiecta non solùm pro dote constituenda, sed etiam restituenda alienari: non procedere in alienatione per contractum probibita, num.9.*

10 *Alienationem rei restitutioni subiacentis ignoranter factam, non retractari: procedere tamen in fideicommissi vniuersalis non particularis alienatione, & ibi de ratione, nu.11.*

Sed emptori ad pretium succurri contra venditorem soluendo existentem, nu.12.

13 *Alienari probibita, consentientibus cohæredibus, vel fideicommissarys, quibus in casu alienationis bona deuoluerentur, posse alienari, & quid pro actus validitate seruandum.*

14 *Alienationis stante probibitione, aliàs bona transeant in nepotes ipsi actui consentientibus, alienationem esse validam absque pœna.*

15 *Legem semper procurare, & omni conatu prouidere, ne etiam minimum creditoribus præiudicium inferatur.*

16 *Alienationem, licèt probibitam, consentientibus omnibus quorum interest, fieri posse.*

17 *Pœnam à testatore impositam ei, qui defuncti voluntatem non adimplenit ab eis, quorum gratia imposita reperitur, posse remitti. Et id non solùm procedere in probibitione expresse facta, sed vbicunque etiam probibitio ipsa alienationis hæredi iniuncta seu legatario contineret commodum alterius, qui per alienationem læderetur. num. 18.*

19 *Alienationem in fraudem factam ab aliquo ex fideicommissarijs seu ex cohæredibus ad euertendum fideicommissum, nullatenus valere.*

20 *Alienare fraudis causa non videri necessitate impulsum.*

21 *Fraudem facere non dici, qui facit, quod debet.*

22 *Alienationi rerum fideicõmisso subiectarum, cum plures debeant consentire, & vnus consentiat, etiam ex causa dotis vel alia simili tanquam in fraudem legis factam, ipso iure non valere, & id magis procedere si de damno illato constaret. nume. 23.*

24 *Alienationis simpliciter stante probibitione, vel in certum personarum genus non vtique tunc censeri in eadem re probibitam ab intestato successionem, & sic probibitum, non probibere hæredem instituere ab intestato successurum: attamen nõ procedere in probibitione legis. nu.25.*

28 *Alienationis multiplicem speciem reperiri, remissiuè.*

29 *Necessitatem probari, non autem fingi debere.*

DECISIO XVIII.

1 ALIENATIONE † prohibita per testamentum, causa dotis non excluditur modo aliquo propter verisimilẽ testatoris mentem. l. mulier, §. pen. ff. ad Trebel. & auth. res quæ, C de fideicommissis. Rom. consi. 457. sub num. 3. Guido Papæ decis. 61 t. vtrum alienatio, nu.2. Gozad. consi. 96. prima facie, nu.8. vbi plenè deducit omnes ita cõmuniter firmare, & Grat. etiã consi. 17. quoniam, num. 1. & Anchar. consi. 381. nu.2. vbi concedit huiusmodi prohibitionẽ alienationis emanatam in testamento, nullatenus impedire dotis dationẽ, D. meus, Marc. Ant. Eugen. consi. 14. nu. 15. lib. 1. saltem congruam conditioni personarum, Bero. in quæstionibus familiaribus, quæst. 9. legauit Titius, num. 3. & seq. vbi remouet contraria, & Pau. Castren. consi. 15. circa ea quæ superius, num. 1. & seq. vol. 1. vbi hoc vtiliter ampliat.

2 Nam † fauor publicus omnibus præferendus est, vt inquit Imperator in d. Authen. res quæ, & Anch. consi. 105. sub nu. 3.

3 Et eo magis, † cum necessitas legẽ non habeat. c. discipulos, de consec. distin. 5. & c. 3. de fur. imo illud quod non est lege licitum, necessitas facit licitum. c. quod non est, de regu. iur. in 6. facit tex. in c. licet, de ferijs. l. 1. §. 1. vbi Docto. de offic. eius, & Dec. in reg. quę propter necessitatem, ff. de reg. iur. Hoc enim videtur esse secundum mentẽ prohibentis, volentis excipere præsentem casum dotis, vt videtur probare tex. in l. à filia. ibi, mulieris pudicitiæ, &c. ff. ad Trebel.

4 Et quoniam † pater, etiam de iure, filiam dotare cogitur. l. fin. C. de dot. promiss. cum pater ipse filiam dotare ex officio paterno, non autem ex liberalitate teneatur. l. qui liberos. ff. de ritu nup. Neuizan. consi. 45. Domini, nume. 34. Ant. Ciofius cum alijs signatis per eum, consi. 73. in proposito, num. 1. vol. 1. Menoch. consi. 346. nu. 24. & consi. 370. Respondendum, num. 3. & 17. volum. 4. Cęphal. consi. 467. In præsenti, nu. 19. & consi. 578. Statutum, num. 18. vol. 4. Bertran. consi. 186. Nihil reperio, num. 6. vol. 5. consil. 405. Thema, sub nu. 2. volum. 6. & consi. 144. Vidi in cursu, nu. 7. vol. 8. D. Vincen. de Franch. decis. 214. Excusato, num. 3. Tiber. Decian. consi. 10. Videbatur, nu. 1. volum. 2. Ascan. Clement. in tract. de patria potestate, cap. 5. effectu 11. nume. 1. cum seqq. vbi hoc ponit pro regula cum ampliationibus, & limitationibus, & Cæphal. consil. 485. Magnifici, nume. 16. 23. & 27. & consi. 501. Cum domina, nu. 12. volum. 4.

5 Cum † alienatio necessaria permissa nẽpe sit, etiam quod bona forent fideicommisso subiecta, vt in l. peto, §. prædium, ff. de leg. 2. in l. filiusfamilias, §. diui, in fi. ff. de leg. 1. & l. quemadmodum, & ibi Bar. C. de agric. & censi. lib. 11. & fiscus in d. auth. res quæ, & Rom. in d. consi. 457. sub num. 3.

6 Et hinc est, † quod alienata ex causa dotis, licèt subiecta restitutioni extent: tamen nunquam amplius restitui debent. l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebel. Iasi. & alij omnes in d. authen. res quæ, Hierony. Grat. consi. 17. nu. 1. vol. 1. vbi meminit de communi.

7 Imo † generalis prohibitio alienationis minime gentium includit in se alienationem necessariam. l. filiusfamilias, §. diui. ff. de lega. 1. Anchar. consi. 371. num. 2. cum alijs concord. adductis per Roma. consil. 210. ex themate, num. 8. vbi ponit hoc pro regula, & D. Hora. Mandos. ibi in addi. in littera F.

Quæ

8 Quæ † quidem conclusio ita illustrata, amplificatur primò, eatenus procedere, vt bona ipsa fideicommisso subiecta alienari queant, non solùm pro dote constituenda, sed pro illa etiam restituenda. ita Glo.& Bal. in d.authen. res quæ. Roma.consi.267. circa id de quo quæritur, ante fin. Barto.in Authen.de resti.& ea quæ parit, col.2.& Gozad.in d.consil.96. num.10.& Parif. consi.81. Consultus, num.47.& sequen.volum.2. Cæphal. consi.574. Anna.nu.9.vol.4.& nu.16. dicit quod alienari prohibita expresse, etiam pro dote, possunt tamen alienari pro restitutione dotis.

9 Sed † hoc non obtinet aliter locum in prohibitione per cōtractum emanata. l.nulla. C.de iu. dot.& ibi Glo. & ista est communis opinio, q res prohibita alienari per contractum, minimè pro dote alienari posit, vt aliàs docuimus in Sylua cō munium opinionum, opin.663. Prohibitio facta per contractum, lib.2. & ita firmat Alc.consi.11. donationis, in fi.tom.3.lib.9. licet & malè Gram. asserat contrarium, cum aliis aggregatis per eum, decis.105. Magnifica, nu.40.& 42.

10 Nec non † alienatio rei, quæ restitutioni subiaceret facta, minimè retractaretur. casus est singularis in l.fin.in fi.secundum Dyn. ff.de leg.2.& ita per illum textum communiter explanāt, ac intelligunt Doct.omnes, vt per Pau.Castren.ibi, & per Dilectum in tract.de arte testandi, ti.8.de variis testatorum præceptis, caut.9.nu.1.

11 Cæterùm † hoc procederet sine scrupulo in alienatione fideicommissi vniuersalis: secus verò in alienatione fideicōmissi particularis: tūc enim etiam data emptoris, venditorisque ignorantia, alienatio ipsa nullatenus valeret, neque teneret, tanquam facta contra duplicem prohibitionem. ita Imo.ibi, Alex.in l.Marcellus, col.1.ff.ad Treb. & Octauian.Cacher.decis.73.nu.4.& seq.

12 Verùm † tunc haberet pro pretio emptor contra venditorem regressum, si foret soluendo: aliàs nihil consequi posset, teste Aemil.consi.140.nu. 7. & Cæpha. cum magna Doctorum caterua relata per eum, consi. 261. Magnifica Domina Ludouica, num.31.volu.2. & est tex. in l.fin. §.fin.ff. de lega. 2.

13 Similiterq; † alienari prohibita possunt etiam alienari, vbicunque illi cohęredes, seu fideicommissarij consentiunt, ad quos bona in casu alienationis deuoluerentur, & consequenter in alienatione bonorum fideicōmisso subiectorum, quodammodo citandi veniunt omnes fideicommissarij, de quorum interesse agitur, & consentire debeant.l.quoties, la prima, vbi Glo.Bar.Bald.Ang. Saly.& alij, C.de fideicom.Grat.in d.consi.17.nu. 12. & Iacob.Mandel.consi.97.num.7.49.& sequ. vbi plura fundit circa intellectum illius legis, & Menoch.conf.58.Scio, num.20.cum alijs seq. vbi affabrè allegat nonnullas alias similes leges, conformesque d.l.quoties.

14 Et hinc † prudenter quidem tradit tutissimum remedium Cæpol.in tract.cautelarum, caut.212. per textum ibi, quòd stante prohibitione alienationis bonorum, & quòd ea trāseant in nepotes, inducendi sunt ipsi nepotes ad consentiendum alienationi, & valeret tunc ipsa alienatio, absque pœna, & ibi asseuerat aliàs ita practicasse, & obseruasse, & tunc consentiens alienationi rerum prohibitarum priuatus remaneret a iure eas amplius petendi ex testatoris dispositione. ita Rom.conf. 457. sub nu.2.prope fin.ipsius num, & Grat.conf. 91.num. 11.vol.1.& Menoch.in d.consi.58. vbi ita in terminis doctissimè more suo cōsuluit, nu. 19.cum alijs sequen.& sic iudicauit quoque sacra Audientia Barensis in anno 1589. in causa, tunc in ea decisa, inter quasdam mulieres de Ciuitate Minderbini.

15 Et ratio est, † quoniam lex semper procurat, atque omni conatu prouidet, ne vllum præiudiciū, etiam minimum fiat creditoribus. l.fi. §.si autem. C.de iure delibe. vtpote quia lex nemini vult ius suum auferre.l.fi.vbi Doct.de pact.

16 Assignarique posset etiam altera ratio: † nam licèt prohibeatur alienatio rei fideicommisso subiectæ: de consensu tamen omnium, in quorum fauorem prohibitio extat, fieri potest.l.nihil, §.1. de leg.1.in l.cum pater, §.libertis, ff.de leg.2.& in l.quoties, la prima, C.de fideicom. Berous consi. 86. Visis verbis, nu.5.vol.2.

17 Imò † etiam pœna imposita à testatore ei qui defuncti voluntatem non adimpleuerit, potest remitti ab eis, quorum gratia apposita erat.l.quoties, C.de fideicom. Abb.consi.11.volu.2. Oldr. consi.17.& Craue.consi.80.nu.19.vol.1.

18 Quod quidem † non tantum procedit in prohibitione expressè facta, verum etiam vbicunque prohibitio ipsa alienationis hæredi iniuncta, seu legatario cōtineret commodum alterius, qui per alienationem læderetur: in eius enim fauorem tunc censeretur emanata etiam prohibitio: licèt hoc expressum aliter non foret, secundum Bar.in d.l.filius familias, §.diui, in 4.oppos.ff.de leg.1. & Glo.in d.l.quoties, la prima, vbi Glosella in scholijs asserit, communi omnium voto illam approbatam.

19 Cæterùm † quando in fraudem alienatio facta foret per aliquem ex fideicommissarijs, seu ex cohæredibus ad euertendum fideicommissum, tūc ea nullatenus valeret.l.Titius, ff.ad Trebell. vbi Glo.in ver.superesset, ante fin. & in ver.erogationes, communiter approbata, Bar. in l.Imperator. §.fin.nu.2.ante fin.ipsius num.ff.de leg.2. & Menoch.consi.104.proposita, nu.59.cum alijs seqq. vol.1. vbi ostendit quomodo probetur dolus, & fraus alienantis fideicommissum.

20 Et † licèt fraudis causa non videatur alienare, qui est ad alienandum necessitate impulsus. l.fin. C.de litig. & l.alienationes, ff.fami. ercisc. Ang. in l.si quis post hac, col.11.C.de bon. proscrip. & Natta consil.212. non videtur, num.3. volum.1.

21 quoniam † fraudem facere non dicitur, qui facit quod debet. l.qui autem.§.apud Labeonem, & ibi Bartolus, ff. de his, quæ in fraud. creditor.

22 tamen † quando plures deberent consentire alienationi rerum fideicommisso subiectarum, & vnus solummodo consentiat etiam ex causa necessaria dotis, vel ex alia simili: meritò cum hoc gestum sit in fraudem legis, & sic d.l.quoties, & aliarum

aliarum similium legum, non valet ipso iure. ita Bal. in l. 1. C. si quid in fraud. patro. etiam cum iuramento. l. non dubium. C. de legi. & ibi Doct. & in l. fraus, ff. eo. tit.

23 Et † præsertim hoc locũ sortiretur absque scrupulo, vbicunque constaret de damno illato: tunc enim indubitanter præsumitur fraus contra alienantem. ita Bald. in l. si tutor. C. de interdic. matrim. inter pupillam, & tutor. Et isthæc fraus con tra legem fit etiam pluribus alijs modis expressis per Glo. in l. fraus. ff. de legi. Bal. in d. l. non dubiũ, & Barthol. Soc. consi. 67. vol. 1.

24 Nec non † alienatio quando extaret prohibita simpliciter, vel in certum personarum genus, vtique non censeretur in eadem re prohibita ab intestato successio: & sic prohibitus non prohibetur tunc hæredem instituere, qui ab intestato suc cessurus sit. ita Glo. in l. pater filiũ. §. Iulius Agrippa. ff. de leg. 3. Barto. in l. peto. §. fratre, ff. de leg. 2. Rom. consi. 457. num. 3. Neuizan. consi. 33. num. 4. Alexan. consi. 56. consideratis, nu. 6. vbi planè deducit istam esse communem, & Dec. quoque pleniori manu, consi. 377. visis, num. 9. & consi. 481. in casu, num. 2. & Bursat. consi. 37. licèt sint subtilia, num. 1. vbi nu. seq. limitat hoc non procedere ex communi opinione.

25 In † prohibitione legis: quia prohibitus aliena re extra certum genus personarum a lege, prohibetur etiam hæredem instituere.

26 Secundò † ampliatur quoque eadem conclusio in principio posita, vt ea nedum locum sortiatur in prohibitione tacita, verum etiam in expressa, videlicet, quòd bona non alienentur, etiam ex causa dotis. ita Cyn. & Saly. in l. voluntas. C. de fideicommiss. Pau. Castr. consi. 13. Bal. & Saly. in l. fin. C. de reb. eccle. non alien. Barto. in d. l. filiusfamilias. §. Diui, vbi Alexan. Ias. & Bartho. Romuleus, num. 116. cum alijs seqq. vbi hanc opinionem tuendo ac amplectendo perhibent communem fore, Gozad. etiam in d. consi. 96. num. 9. Paris. consi. 81. num. 48. volum. 2. & Rolandinus in prima parte Florum testamentorum, rubr. 30. num. 4.

27 Sed † hoc intelligendum sincerè quidem venit, vt bona ipsa alienari prohibita, etiam ex causa dotis, alienari nequeant, vbicunque alia bona adessent, quæ restitutioni nõ subiacerent. ita omnes Doct. vniuersaliter in d. auth. res quæ. Grat. consi. 17. nu. 20. & seq. volu. 1. & Neuizan. consi. 10. & seq. vbi probare nititur etiam quòd in casu necessitatis, stantibus bonis allodialibus, non possunt vendi feudalia.

28 Etaduerte, † quòd multiplex reperitur alienationis species, vt ad saturitatem vsque discurrit Menoch. in præsenti materia alienationis fideicommissi, de arbitr. iudic. lib. 2. cent. secunda, casu 283.

29 Quæ † quidẽ necessitas necessariò probari debet, non autem fingi. l. fideicommissa, §. si rem, ff. de leg. 1. Dec. consi. 403. sub num. 17. & in c. cum M. col. 14. ext. de consti.

ARGVMENTVM.

Quando aliter veritas haberi non potest, testes inhabiles admittuntur, maximè quando proceditur per inquisitionem generalem.

SVMMARIVM.

1 *Testes inhabiles in criminalibus potissimum, admittuntur, vbi aliter veritas haberi non potest, vel eam aliter sciri non posse constaret. num. 2. atque si per inquisitionem maximè generalem procederetur. nu. 3.*

4 *Testes inhabiles admittendos, quando aliter veritas haberi non possit, & de qua inualiditate eorum intelligatur.*

5 *Testes inhabiles, qui cum tortura admittendi.*

6 *Birroarij, an & quando testes esse possint.*

DECISIO XIX.

1 Testes † inhabiles, & non integri, admittendi sunt, vbicunque veritas aliter haberi non potest, & potissimum in criminalibus, ne delicta impunita remaneant, vt per Saly. & alios omnes iuris interpretes, in l. ea quidem, C. de accus. & per Marsi. cum alijs aggregatis per eũ, sing. 73. plures sunt, vbi hoc ponit pro regula, Rimmal. iun. consi. 359. inquiritur, num. 1. & seq. & 19. & 20. vol. 4. Tiber. Decia. consi. 25. stantibus, num. 1. volu. 2. Ioannes de Montesper. consi. 16. nu. 4. vol. 1.

2 Quæ † quidem de plano primò procedit, & locum obtinet, vbi prius constaret, veritatem aliter sciri non posse, atque etiam alias probationes deficere: aliàs testes ipsi inhabiles admitti non debent, ita Alex. consi. 64. viso themate, col. fi. vol. 1. Marsi. consi. 31. num. 33. volu. 1. consi. 41. num. 6. & consi. 80. num. 62. & Ioan. Bap. Ferret. consi. 238. in causa inquisitionis, num. 22. volu. 2. Riminal. iun. in d. consi. 359. sub nu. 21. & ita aliàs non semel tantùm decisum extitit in sacra Audientia Barensi, in anno 1589. & seq. in varijs causis in ea tunc decisis.

3 Secundò † itidem sortitur locum isthæc regula, vt testes inhabiles recipiantur, dum procedatur per inquisitionem, & maximè generalem, vt per Innoc. in cap. cum I. & A. ext. de re iudi. & Ange. in tract. maleficiorum, in ver. *mettitor di mal dadi*, col. 1. non autem quando ad querelam partis procederetur, vt per Ang. in tract. maleficiorum, versi. qui iudex, & Marsi. consi. 5. col. antepenul.

4 Tertiò præsens regula, † quòd testes inhabiles admitti queant, quando veritas aliter haberi non possit, intelligi nempè debet de inhabilitatibus, ratione defectus personæ, seu infamiæ, seu criminis, aut ætatis, aut sexus, & similium, vt per Doct. & præsertim Saly. in d. l. ea quidem, col. 50. versi. ad quintam. C. de accus. vbi ostendit, quòd vbicunque veritas aliter haberi non potest à testibus idoneis, tunc admittantur testes minus integri, ponitque etiam exemplum in ludente in prostibulo,

bulo, & decepto per falsos taxillos: nam vt veritas non lateat, poterit profectò hoc probari per lenones, & meretrices. Item in muliere, quæ licèt non admittatur testis in criminalibus, vt in c. mulierem, 33.q.8.& in cap.forus, de verb.signif. tamen illa dubio procul admittitur vbicunque veritas aliter haberi non posit, ita Ioan. And. in d.cap.forus, versi. item quod est mulier, & Alex. consi.64. volu.1. item in laico contra clericum, quòd etsi non recipiatur in criminalibus contra clericum, cap.laicus, & cap.seq. 2.q.7. & cap.veniens, el primo, de testib. nihilominus tamen vbi veritas aliter haberi nequeat, laici absque scrupulo aliquo admittuntur ad testificandum contra clericum, vt per Abb. in c.de cetero, col.1. ext.de testib. Et hoc idem concedendum est etiam in minore, qui quamuis ad testificandum non admittatur: tamen quando veritas aliter reperiri non valeat, tūc profectò possēt ille examinari, teste Alb. de Ros. in l.in testim.ff.de testib. & Marsi.in l.infans, col.pen. ver.& istud dictū, ff.ad l.Cor.de sic.

5 Cæterum † licèt in casibus, in quibus testes inhabiles, & à iure reprobati admittantur, quando veritas aliter haberi nequeat: tamen aduerte, q̄ tunc tales testes nōn admittūtur, neque recipiuntur absque tortura, ita Glo. & Bal.in l.3.§.l.Iulia, ff.de testib. & est tex. in l.ob carmen, §.1.eo.tit.& ita consuluit Marsi.consi.109.nu.15.

6 Nec non † birroarij, cum viles quippe extent personæ, minimè gentium etiam testes esse possunt, vt per Bal.Saly. & alios in l.etiam, C.de test. Inno.in cap.in literis, in glo.in ver. familiares, de test. & in cap.insinuante, in glo. in ver. poterat, de offi. deleg. Gramma. decis.36. num. 26. Pau. Aemil. Verall. decis.212. seu 10. Matrimonium clandestinum, nu.8. in 2.par. Iacob. Berettæ consil.80. Si primùm, nu.9.volu.1. Bursat.consi.387. In causa promota, num.6.& 9. volu.4. vbi vtiliter quidem hoc explicat, atque limitat locum sortiri de plano in causis capitalibus, ac grauibus, non autem in leuibus, & pecuniarijs, prout limitat quoque Cor.cōs.217. nu.1.vol.1. vt indicium ad torturam faciant birruarij, viles personæ, & socij mortui, & ita extitit etiam decisum in sacra Audientia Barensi, die 6. mensis Octobris 1590. in causa Ferdinandi Fuselli de ciuitate Andriæ, quo quidem inquisito tunc de resistentia, & conuicto ex depositione triuin birroariorū fuit condemnatus per annum ad exulandū: sed Beccius in consi.85.nu.12.vol.1.tenet, q̄ testes domestici, & familiares non faciunt inditium ad torturam.

ARGVMENTVM.

Hæres hæredis, testatoris dicitur hæres, quando est hæres vniuersalis: secus vero si est particularis: & alij modi ponuntur, in quibus hæres hæredis, testatoris non dicitur hæres.

SVMMARIVM.

1 *Hæres hæredis, dicitur testatoris hæres. Fallit tamen, num. sequen.*

2 *Hæres hæredis primi testatoris, dicitur hæres, si ille est vniuersalis hæres: non autem hæres hæredis in re certa.*

DECISIO XX.

1 Hæres † hæredis mei, hæres meus dicitur. l.fin. & ibi Glo. Bart. in 2. not. & alij omnes, C.de hæred. institu. & l.3.& ibi Bart.ff.de peti.hæred. Ruyn.consi.4. Ex proposito themate, num.8. vol.3. & consi.58. Super eo, de quo quæritur, num.7.volu.5. Mattheus Brun. consi.43. Reuerende, num.4.vol.1. Oldra.consi. 21. Thema tale est, num.2. Barba.consi.54. Illud in medium, col.14. versi. Et quia hæres hæredis, volu.3. Simon de Prętis, consi. 205. Est vulgaris, num.1.volu.1. Capha.consi.393. Consultus, nu. 59.volu.3. consi.472. Subtilis, nu.22.& consi.517. Illustrissimis, num.62. volu.4. Bertran. consi.67. Ex mihi transmissa, num.4.volu.7. vbi hoc limitat num.5. Bero. consi.105. Tota, num.1.volu.2.& consi. 94. In causa monialium, num. 16. volu.1. Corn.consi.261. num.17.volu.1. consi.76. num. 6.volu.2. consi.146. num.2. eod.volu. Ioan. Bolognett. consi. 23. In facti specie, num.26: Thom. Doccius consi.130. num.2. Ioan. Thom. Minadous consi.10. num.26.

2 Sed † hoc de plano procederet, vt hæres hæredis primi testatoris sit hæres vbicunque ille esset hæres vniuersalis hæredis: non autem quando foret hæres hæredis in re certa: tunc enim haberetur loco legatarij. l.quoties, de hæred. instit. & firmat Ruy. consi. 68. Visa diligenti, ac matura præmissa consideratione, sub nu. 16. vol.3.

Claudicatque secundò similiter regula præmissa, vt hæres hæredis in pœnalibus non veniat appellatione hæredis: & sic hæres hæredis non tenetur tunc ad pœnam, ad quam hæres ipse tenebatur, ita Bal. Alex. Ias. & cæteri omnes communiter in d.l.fin. C.de hæred. instit. Ioan. de Amicis consi.10. num.21. & Ruyn. cum alijs aggregatis per eum, consi.143. Delictum, num.12. cum alijs seqq. volu.5. vbi hoc vtiliter explanat procedere sine scrupulo, vbicunque hæres nominatim grauatus foret ad aliquid agendum sub certa pœna: secus verò, si pœna imposita extet hæredi sub nomine appellatiuo: tunc nempè ad hæredem hæredis transire videtur pœna ipsa, & cum distinctione hac concurrit Franc. Aret. in l.paterfamilias, col.3.ff.de vulg. & pupil. & ita aliàs in causa vertente inter aliquos de Terra Mottæ iudicauit in anno 1584. Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ Comitatusque Molisij.

Est benè verum, quod ex facto prælati contra dispositionem testatoris priuatur Ecclesia hæreditate, vt consuluit Ang. consi.168. Testator, in princ. vbi concludit, quòd vbi fumus in pęna apposita à testatore, qui instituendo hospitale, seu Ecclesiam, apposuit conditionem, quòd non alienentur eius bona, aliàs priuabit Ecclesiam, quod potuit facere: quæ quidem pœna, vt concedit ibi Ang. propter delictum prælati non potest cadere, nisi in Ecclesiam.

Fallitque etiam tertiò isthæc regula, quòd hæres hæredis sit testatoris hæres, non procedere in hærede hæredis defuncti testatoris, vt per Pau. Castr. consi. 197. volu. 2. Riminal. iun. consi. 319. Dominus Henricus, nu. 4. & 21. vol. 3.

Limitaturque postremò etiam regula præmemorata per l. ambiguitatem, C. de vsu & habit.

ARGVMENTVM.

Debetur legatum alimentorum etiam à substitutis, non obstante, quòd nulla fuerit facta mentio de tali legato in substitutione.

SVMMARIVM.

1 *Legato alimentorum contemplatione vxoris facto quantum ius faueat.*
2 *Legatum alimentorum indefinitè vxori relictum etiam à substitutis debetur.*
3 *Legatum alimentorum ab hærede nominatim relictum adhuc à substituto debetur.*
4 *Verba, vt omnia bona perueniant ad substitutum, seu quòd totam & integram hæreditatem restituat, quid operentur, & nu. 5.*
5 *Testator Trebellianicam detrahi prohibere potest: fallit tamen.*

DECISIO XXI.

Legatvm alimētorum debetur etiam à substitutis, prout nō obscurè quidem discernitur in præsenti casu, in quo testatot in suo vltimo testamento nuncupatiuo, instituto B. eius filio hærede vniuersali, reliquit G. eius vxorem dominam, & patronam, sua vita durante, & quòd possit absque impedimēto aliquo sui filij, se alere super bonis ipsius testatoris, & de fructibus disponere ad suum libitum, arbitrium, & voluntatem, sine vlla sui filij contrarietate, cui substituit quoque per hæc verba, item voluit testator ipse, casu quo prædictus eius filius decederet ab hac vita cum filijs suis, & filiabus eiusdem sui filij, ante ætatem perfectam, quòd bona sua omnia deuenire debeant in manibus, & posse filiarum ipsius testatoris, & earundem hæredum: & cum testator fuerit defunctus, in eadem persistens voluntate, & successiuè eius filius, & nepotes in maiori ætate, ita quòd factus est casus substitutionis ipsis mulieribus substitutis, hæredibus dictam hæreditatem quærētibus. hæsitatum itaque non immeritò quidem extitit in sacra Regia Audientia Terræ Bari, vtrum legatum vxoris alimentorum fuerit per sequentem dispositionem ademptum. in qua nempe Audientia extitit non absque leui certamine decisum, legatū hoc non fuisse per sequentem dispositionem memoratam ademptum.

1 Et ratio ea est, † quia cum testator disposuerit, quòd eius vxor, sua vita durante, posit se alere super bonis ipsius testatoris absque sui filij contradictione, dicitur re ipsa legatum alimentorum factum contemplatione eiusdem vxoris: quo casu huiusmodi legato in tantum ius fauet, & assistit, vt etiam si fuisset dictum, donec cum filijs moraretur, & ipsi filij, & hæredes defuncti forent, & hæreditas extitisset ad substitutos deuoluta, adhuc tamen ex iuris interpretatione alimenta debentur à substituto vxori, cuius fauore factū fuit legatum, vt est text. no. in l. Caio Seio, §. Imperator Antoninus, ff. de alimen. & ciba. lega. & in l. 1. C. de legat. & ibi per Scribentes, & ita consuluit in proprijs terminis etiam Maria. Socy. consi. 68. Ioannes magistri Francisci de Ciuitate Castelli, volum. 1.

Præterea, vt ex facie ipsius testamenti apparet,
2 legatum † alimentorum non extat ab ipso filio, & hærede specialiter relictum, sed indefinitè, vt mulier possit se alere de bonis viri sine hæredis contradictione, quo casu legatum etiam à substitutis debetur. l. si plures, & ibi Bart. & alij omnes, ff. de leg. 3. & in l. licèt, ff. de leg. 1.

3 Imò plus dico, † quòd etiam si legatum alimentorū foret ab ipso hærede nominatim, relictum, adhuc tamen à substituto debetur fauore alimentorum, sicuti extat casus in l. libertis, §. Lucius, & ibi hoc no. Glo. Bar. & alij vnanimiter, & concorditer omnes, ff. de alim. & ciba. lega.

Nec potest modo aliquo obstare, quòd in præallegato testamento testator disponendo dixerit, quòd in casu proposito, omnia bona sua deuenire debeant ad alias filias substitutas: quia ob hoc minimè gētium inducitur ademptio legatorum. nam licèt omnia bona deueniāt ad substitutum, vigore substitutionis: nihilominus tamen legata quæ debebantur ab instituto post institutionem, debentur etiam à substituto, vt supra manifestissimè fuit in iure demonstratum.

Necnon probatur hoc idem ex alio quoque
4 fundamēto: nam compertum est, † quòd ista verba, vt omnia bona perueniāt ad substitutum, seu quòd totam, & integram hæreditatem restituat, non operantur effectum prohibitorium, quòd non debeantur ea quæ de iure detrahi debent, vt inquit textus in l. qui totam, & in l. 1. §. inde Neratius, ff. ad Trebel.

Vtpote quia clarum est, quòd hæredi vniuersali grauato per fideicommissum debetur Trebel
5 lianica, iuribus triuialibus. † & licèt posit testator prohibere Trebellianicam detrahi, secūdum magis communem opinionem, in iure Scribentium in l. Marcellus, §. quod autem, ff. ad Trebel. per Ang. Cyn. Oddo & cæteros vniformiter omnes in authen. sed cum testator, C. ad leg. Falcid. Imo. in l. 1. §. ad municipium, ff. eod. tit. & tenuit, etiam fertiliter quidem, quàmplurima cumulando, Alex. consi. 67. Consideratis his, volum. 1. tamen per supradicta verba, quòd totam, & integram hæreditatem restituat, nullatenus intelligitur prohibita detractio Trebellianicæ, per iura præcitata, & per ea quæ habentur in l. ita tamen, §. Trebellianica, & in l. si hæres ab eo, §. si totam, & in l. Lucius, §. hæres institutus, ff. ad Trebel. & ita voluit Ange. in Auth. de hæred. & Falcid. §. si verò expressim, per totum, vbi memorat esse casum in l. si quis in princip. testamenti, ff. de leg. 3.

& in l.cum virum, C. de fideic. & pro ista sententia cõsuluit etiã Marian.Soc.consi.33. Prosequendo ordinem prædictarum quæstionum,colum.6. vers. secunda principalis dubitatio, vol.1. Roma. in repet.authen.similiter,in fi.C.ad legem Falc.& consi.79.Totum fundamentum, & Oldra. consi. 246. Præsupposita consuetudine, in quarto dubio, & sic finaliter non ab re quidem extitit decisum, vt supra, in ipsa sacra Audientia Barensi, quod per præmemorata verba in mentionato testamento apposita,non sit inducta prædicti legati ademptio: imò debeatur à substitutis filiabus,sicut debebatur à filio instituto.

ARGVMENTVM.

Non valet alienatio rerum minorum, nisi interueniente iudicis decreto, & quæ alia sint necessaria.

SVMMARIVM.

1 *Alienari minorum vigintiquinque annis prædia vrbana, vel rustica absque iudicis decreto non posse.*
2 *Decretum super alienatione bonorum stabilium minorum cognitionem causæ requirere, aliàs nullum dici.*
3 *Tutor cum pupillo rem mobilem quæ seruando seruari posset ex necessitate etiam in causam dotis non potest alienare absque iudicis decreto.*
4 *Alienatio facta per pupillum sine causæ cognitione, & iudicis decreto, non valet neque tenet, imò ipso iure redditur nulla, nu.5.*
6 *Minor bona alienata absque causæ cognitione,& iudicis decreto,etiam quòd pretium sit in eius vtilitatem versum, eo tamen restituto cum fructibus vendicare potest.*
7 *Venditio nulla ex defectu solennitatis non est venditio.*
8 *Titulus inualidus non habetur pro titulo.*
9 *Alienatio facta per pupillum absque causæ cognitione & iudicis decreto, licet non valeat, firmatur tamen iuramento: communis tamen opinio est in contrarium, nu.10.*
11 *Alienatio facta per pupillum absque causæ cognitione, & iudicis decreto,licèt non valeat, firmatur tamen iuramento. & si in pupilli vtilitatem non teneat, & si pretium receptum cum vsuris non offerat, an obstet exceptio doli, nu.13.*
12 *Alienatio rei immobilis facta per tutorem nullatenus valet, etiam ad damnum euitandum emanata.*
14 *Alienatio bonorum pupilli ad hoc, vt valeat, quot necessaria requirantur.*
15 *Decreti interpositio super alienatione bonorum pupilli si in vno ex requisitis deficiat, totus corruit actus.*
16 *Alienatio bonorum pupilli immobilium etiam ex causa transactionis facta non valet absque causæ cognitione, & decreti interpositione.*
17 *Minoris rem habens cum mala fide, tenetur ipsam restituere simul cum fructibus, & interesse.*
18 *Alienatio rerum minoris facta etiam mediante decreto petito per procuratorem tutoris non valet neque tenet.*
19 *Intellectus communis vbicumque Doctorum reperitur ad aliquem textum, ille in pratica præualere debet.*
20 *Compromissum rei immobilis pupilli per tutorem absque iudicis decreto fieri nequit, & de ratione, num. 21.*
22 *Alienari possunt bona minoris absque solennitate,si alienatio fiat vigore rei iudicatæ.*
23 *Alienari possunt molendina minoris per tutorem, ac dari in emphyteusim sine solennitate.*

DECISIO XXII.

1 ALIENARI † minorum vigintiquinque annis prædia, præsertim impuberum,absque iudicis decreto, siue ea vrbana sint, siue rustica,nequeunt modo aliquo.l.2. & toto tit. C. de præd.minorum.& l.1.ff.de reb. eorum,qui sub tut.Bertran.consi.20.num.1.cum alijs sequen.volum.8.Cæphal. consi.207. nume.18.volum.2.vbi in medium exposuit istam esse firmissimam iuris cõclusionem, cõmuniter ab omnibus receptam, cum alijs ferè innumeris aggregatis per eum, D. Octauius Simoncel. in tract. de decretis in contractibus minorum adhibendis,lib.1.ti.1.nu.1.

2 In tantum † quòd decretum hoc interponendum in alienatione rei immobilis minoris exigit quidem necessariò causæ cognitionem, aliàs nullum foret, vt discurrit atque firmat cum magno apparatu Ferrat.caute.60. Decreto, & Franc.Vegius,consi.70.num.5.cum alijs seqq.volum.1. Neurizan.consil.85. Stat. seruo, nume.27. & sequen. Attamen alienatio bonorum pupilli sine decreto,si redundat in eius vtilitatem confirmatur.Afflict. decis.87.Vincent.de Anna, singu.396. Pupilli bona.

3 Imò † tutor cum pupillo minimè posset aliena re aliquam rem mobilem ipsius pupilli quæ seruã do seruari posit etiam ex necessitate, & sic ob æs alienum,& in causam quoque dotis, nisi cum iudicis decreto,l.lex quæ tutores. C.de administra. tutor.vbi Gl.Bal.Sal.& alij, D.Bernard.Alphan. in collectan.loco 20. Franc.Vegius,consi.18.nu. 6. Quod quidem locum non obtinet in his quæ seruari non possunt,quæ triennio non posse conseruari præsumuntur, vt per Glos. in l.1. C.si aduers. vsuc.

4 Et † alienatio ipsa per pupillum facta sine causæ cognitione,& iudicis decreto,nõ valet,nec tenet.ita Bar.in l.cum lex,in fi.ff.de fideiuss. Alciat. consi.18.Pro dilucidatione,num.10.& seq.tomo 2.lib.5.& Dec.consi.403. num.1. & D.Octauius Simoncel. cum magna Doctorum caterua relata per eum in dicto tract.de decretis in contractibus minorum adhibendis,lib.1.titu.1. num.31.& seq.vbi commemorat istam esse communem opinionem, & Io.Petr.Surdus, consi.114. Quamuis, nu.1. cum alijs seqq.

5 Imò † huiusmodi alienatio ipso iure redditur nulla, teste Aret. in §. nunc autem admonendi,

num.4.Instit.quib.alien.licet,vel non,& Cæphal. in d.consi.217.nu.22.& seq, ubi hoc latè probat.

6 Franc.Veg.consi.18.nu.6.& seq.vol.1. † vbi cō cedit etiam,quòd minor tunc potest bona alienata vendicare,vna cum fructibus,restituto potissimum pretio per eum in eius vtilitatem verso. l.si prædium.C. de præd.minor.& Tiber.Decian. cōsil.30. Et quia, num.9. vol.1. & ita iudicauit aliàs sacra Regia Audientia Barensis, in anno 1589. in causa tunc vertente inter aliquos de Ciuitate Canusij.

7 Et ratio ea est,† quoniam venditio nulla, ex defectu solennitatis,non est venditio.arg.l.4.§.condemnatum,ff.de re iud.& l.2.ff. de author.tut. & eorum quæ scripsit Dec.consi.8.col.fin.

8 Prout † titulus inualidus, etiam minimè habetur pro titulo,l.nec vllam.§.item in titulo ff.de petitio. hæred.Io.Pet.Surd.consi.28.num.53.In tantum quòd alienatio rerum immobilium minoris plura requirit, & inter cætera, necessitatem æris alieni, nec vtilitas sufficit,vt ostendit ex communi opinione Riminal.iun.consi.255.Super quęsitis,nu.23. cum alijs seqq.vol.3.

9 Quod † locum non obtineret,vbicunque in alienatione per minorem facta interpositum extitisset per eundem minorem iuramentum : tunc enim illa valida, & efficax redderetur. authen. sacramenta puberum. C.si aduer.vend.& ibi Doct. & Bal. in c.item sacramenta, in fi.de pa. iur. firm. in vsib. feud.

10 In † contrariam verò partem tāquam tutiorem in decisiuis inclinauit doctissimè quidem consulendo Cæphal.in d.consi.207. num.59. cum alijs seq.& Dec.in d.consi.403.sub num.21. & seq.vbi firmat tale iuramentum captiosum esse, deberiq; per Episcopum relaxari, ac istam omnium communem opinionem apparere.

11 Nec † procederet antesignata regula, si alienatio hęc vtilis foret pupillo.l.Iulianus.§.si quis à pupillo,de actio.emp. & Abb. in c.1.de his quæ fiūt à præl. sine cōsensu cap.Riminal.iun. cum alijs signatis per eum,consi.452. Quoniam. nu.33. vol.4.quamuis contrarium determinauerit religiosè, more solito, sacrum Regium Consilium Neapo. teste Affl.decis.87.nu.1.cum alijs seqq.

12 Quòd † alienatio rei immobilis per tutorem facta nullatenus valeat,etiam ad damnum euitandum emanata. & ita firmauere Bart. Alber. nu.2. in l.cum hi, §.causa, ff. de transact. & Pinel. cum alijs coaceruatis per eum in l.1. 3.par. sub nu.31. C.de bon.mater.vbi planè deducit istam esse magis communem opinionem, & amplè tuetur.

13 Et † licèt alienatio rei stabilis pupilli facta sine decreto,etiam ad euidentem vtilitatem,atque necessitatem pupilli, mero iure sit nulla : tamen minori agenti obstat exceptio doli si nō offerat pretium receptum cum vsuris,vt probatur in l.utere. C.de præd.minor.& in l.si fundus,§.quamquam. ff.de reb.eorum.

14 Sed † isthæc regula ita illustrata amplificatur vtiliter quidem, vt alienatio bonorū, potissimùm immobilium minoris nō valeat,nec firma sit, nisi re ipsa decem requisita concurrant in ipsa alienatione.d.l.1.& toto ti.ff.de reb.eorum, & l.1. & toto titu.C.de præd.minor. Paris.consi.99. & sequ. volum.1.& consi.85.volum.3.Iacob.Philip.Port. consi.19.nu.80.& Afflict.decis.249. Fuit in consilio,vbi narrat ita extitisse iudicatū in sacro Consilio octo requisita ibi per eum aggregata,necessaria fore, vt rei immobilis pupilli alienatio valeat, & teneat. Iodocus Damhouder. in tract. de subhasta.cap.2.num.10.& sequ. & ita consuluit Bertrand. in d.consil.20. num.2.vol.8. vbi concludit etiam, quòd post decretum interpositum per iudicem, causa cognita, de alienando res & bona interuenire debeant subhastationes etiam necessariæ, & quòd illa vendi debeant ad publicum incantum.& ibi post Bal.cons.47.volum.1. asseruit istam esse communem opinionem,cui accedit Iodocus in d.c.2.num.1.& 7.Neuizan.cons.85.Stat seruo, nume. 1. Afflict. cum alijs congestis per eum in d.decis.249. sub num.2. Dec. in d.consil.403.sub nu.12.Tiber.Decian. in d.consil.30. nu.30.vol.1. Thob.Non.cons.57.Viso processu, nu.6. & Paris. consil.98. Circa præsentem, num.10. vol.1.vbi similiter testatur de cōmuni. est tamen benè verum,quòd nulla lege cauetur q subhastatio sit de necessitate : sed requiritur ad bene esse, vt appareat per ipsam subhastationem, an minor sit læsus in pretio, vt firmat Gul.de Cun. in l.fundus qui Lutij,ff.de rescin.vend.Nec obstat tex.in l.& si sine.§. quæsitum.ff.de minor. quia ille text. concordat: dicitur enim ibi, quòd subhastatio non est facta, & minor est lesus: sed si contractus omnino non teneret, non foret necessaria restitutio,ex eo quòd subhastatio non interuenerit, ergo &c. Guliel.tamen de Cun.in d.§.quæsitū, per argumenta ad partes videtur concedere, q admittatur isto casu licitatio.

15 Et hinc aduerte, † quòd interposito decreto super alienatione rei minoris,& deficiēte vno dumtaxat de requisitis,non valet alienatio.& ratio est, nam vbi in aliquo actu requiruntur plura substantialia, si deficiat vnum requisitum, destituitur actus,vt in c.quę ipsis,vbi gl.& Card.Alex.38.dist.

16 Ampliatur quoque eadem conclusio,† vt si ipsa alienatio bonorum minoris immobilium, etiā ex causa trāsactionis fieret,minimè valeret, secundum Docto.omnes in l.1.C.si aduers.transact. & in l.cum hi, §.eam transactionē. ff.de transactio. & est tex. in l.non solùm, C. de præd. minorum, & ista concors, communisq; est omnium opinio, attestante Octauio Simoncel.in tract. de decretis in contractibus minorum adhibendis, lib.2.titu. 6. Inspectiue, nu.10.nu.99. cum alijs seq. vbi eam vtiliter limitat.

17 In tantum,† quòd habens rem minoris cū mala fide, tenetur rem restituere simul cum fructibus,& interesse.l.2. C.si quis ignor.rem. min.vbi Bar.Saly.& alij vnanimi consensu omnes,& Pau. Emil.Veral. decis.333.Vendiderant, in 3.par.vbi enunciat ita extitisse iudicatum in Rota.

18 Cæterùm aduerte, ne erres, † quòd alienatio hæc rerum minoris facta etiam mediante decreto petito per tutoris procuratorem,minimè gentium valeret,nec teneret,cum ad hoc procurator

consti-

constitui nequiret modo aliquo. casus est singularis, secundum secundam lecturam Glo. communi omnium voto receptam, in l.minorum, C.de præd.minor.cui innituntur etiam tanquam communi Rom. Ias. & Dec. in prima lect. in l.2. ff.de offic.eius,& idem Rom.in sing.427. Potest ne tutor vel curator.

19 Et hinc est, † quòd vbicunque reperitur intellectus communis Doctorum ad aliquem textum tunc ille prævalere debet in pratica, teste Fely. in c.ad hæc, de appellat.

20 Et quemadmodum † tutor nō potest alienare rem pupilli stabilem, seu mobilem, quæ seruando seruari queat absque iudicis decreto: ita pariformiter compromissum ipsius rei immobilis minoris fieri debet per tutore, vt illud validum sit mediante iudicis decreto. ita Card. Abb. & alij omnes in c.cum tempore, de arbit. Barto. consi.159. Bald. in l. præses. C.si aduers. transact. Cæsar Vrsil. in add. Afflict. in decis.285.num.20. vbi perhibet istam esse cōmunem opinionem, & D. Octauius Simoncel. etiam pleniori manu in tracta. de decretis in cōtractibus minorum adhibendis, lib. 2.tit. 6.inspectio.8. sub nu.77. istam communem vtiliter interpretatur.

21 Et ratio est, † quoniam qui non potest alienare, nec potest compromittere, vt concedit Dec. consi.39.nu.4.consi.44.col.2. & consi.445.nu.27. Tiraquel.super legib.con nub. gl.5.nu.203. Grat. consi.155.nu.20.vol.2.Capic.decis.93.

Sed redeundo ad iam prætermissas limitatio-

22 nes, addendū est etiam, † quòd minoris bona alienari quoque possunt sine solemnitate, vbicūque ea fieret authoritate rei iudicatæ, vt consuluit Io. Pet. Surdus consi.30. Nullam.

23 Necnon † molendina cum ea reperiantur in cōtinuo periculo possunt per solum tutorem omni solemnitate remota, dari in emphyteusim, & alienari etiam, vt aperit Io. Ant. Rub. consi.138. Viso & diligenter considerato, nu.3.

ARGVMENTVM.

Quando confeßio debiti est facta per debitorem coram creditore acceptante simpliciter nō impedit creditorem posse exigere alia sibi debita: secus verò, quando confeßio fit cum taxatiua tantum: nam tunc non potest petere vltra confeßionem, & tacens ad sui cōmodum non videtur consentire.

SVMMARIVM.

1 *Confeßio debitoris creditori præsenti, tacentique ac etiam recipienti nō nocet, quin poßit aliam summam sibi debitam recipere, & de ratione, nu.2. & quid si taxata foret, nu.3.*

4 *Confeßia creditoris coram debitore præsente & tacente asserentis sibi deberi certam summam quo ad alia debita non præiudicat. & quid si verbis taxatiuis facta sit, nu.5.*

6 *Confeßio præsente parte facta ita demum probat, si acceptetur & accipiatur. quod & in vltima etiã voluntate locum habet. nu.7. & de ratione, nu.8.*

9 *Sententia lata ob testamentum noniter repertum nullatenus reuocari potest.*

10 *Tacens pro consentiente non habetur, dum de re agitur onerosa: imo pro dissentiente.*

11 *Præsens & tacens dum in testamento de re sua disponitur, sibi non præiudicat.*

DECISIO XXIII.

1 CONFESSIO † facta per debitorem coram suo creditore, & eo præsente, se teneri illi in 100.& illam et cētum recipiat, si appareret postmodum aliquid aliud deberi sibi per debitorem ipsum, nō ob hoc utique videtur fundata intentio debitoris, & sic confeßio hæc emanata, præsente, tacenteque, vel recipiente 100.& non aliter contradicente creditore, sibi nullo modo nocet, nec præiudicat talis confeßio, quin possit recipere, petereque etiam aliam summam sibi debitam. ita Bar.in l.si cum dos, sub nu.2.& seq. ff.de actione rerum amotar. Rom. consi.143.licet variæ, sub nu.2. vers. nihilominus si appareret aliquid aliud deberi non præiudicat sibi, & Bald.in l.si quidem, in princ.& num.3. C.de transact. per tex.ibi clarum, & apertū, & hoc idem firmat Ias. in §.si minus, num.3. Inst. de actio.& ita aliàs in facti contingentia nonnullis quippe vicibus, iudicauit Regia Audientia Apuliæ in anno 1583. & seq. in causis, & casibus tunc in ea occursis.

Et hoc posset fincere quidem iustificari hac

2 palpabili ratione: † nā nō præsumitur quis in dubio renunciare iuri suo. c. quia non est verisimile, extra de præs. & c.super hoc, extra de renunt.

3 Sed aduerte, † quòd vbicunque confeßio facta foret per debitorem taxata præsente, & tacente creditore, vt debeo decem tantùm, diuidi tunc ea non posset, idest acceptare creditorem, non valeret pro parte, quòd debebantur decem, & negare taxationem inductam per verbum tantum, secundum Bal. in d.l.si quidem, num.2. & consequenter prohibetur tunc creditor ita tacens, ob huiusmodi taxatiuam, tantum, ita prolatam agere, & probare pro residuo, vt voluit etiam Bar. in d.l.si cum dos, sub nu.2.Rom.& alij omnes communiter, in l.1.si quis iurisdict. non obtemperauerit, & Marsil.in repet. rub.C.de prob. nu.266.

4 Hocque amplificatur, † etiam procedere in creditore, ut si ille confessus esset se debere consequi 100. à Martino suo debitore eo pręsente, & tacente, non videretur ob hoc tunc asserere, quod 100. tantum & nō vltra debeat consequi ab ipso Martino. ita Bar.in d.l.si quidem, C.de transact. & d. l.si cum dos, num.2. Angē.de Aret. Ias. num.2.& alij communiter in d.§.si minus. & Alex.consi.64. visa consultatione præmissa, sub num.7. vers. benè facit, volum.2.& ista est vera opinio, imò communis, teste Bar.in d.l.si cum dos, sub num.2.vbi

5 concedit etiam, † quòd si creditor ipse assereret, confiteretur que per dictionem taxatiuam, quòd deberet cōsequi à suo debitore centum tantum, vt tūc videatur fateri debere consequi dicta 100. & non vltra, & ꝙ confeßio hæc diuidi nequeat

vllo modo, & sequitur Bal. in d.l.si quidem, sub nu.3. vers.secundo quærit, & Ias. in d.§.si minus, sub num.2.

6 Hisque præmissis aduerte, † quòd confessio, vt præiudicium inducat, requiritur necessariò, vt ea non solum emanata sit parte præsente, sed etiā ipsamet parte acceptante: & sic confessio ipsa facta præsente parte, ita demum probat, si acceptetur, & recipiatur, ita Bal.in auth. nouo iure, in fi. C.de pœn.iud. qui male iudi. Cy. Saly.& alij omnes communiter in l.vnica, C.de confess. Dec.in cap.at si clerici, de rescrip. Alexan. consi.111. viso superiore themate, num.7.volu.3. & consi.20. in causa appellationis, num.1.vol.4. Ias.in l.is qui hæres, de acqui.hæred.Marsi.in l.de vnoquoque, num.155. de re iud. Cur.sen.consi.77. & Fely.in cap.si cautio, sub num.23.versi.fortius dixit, de fide instru.vbi concedit post alios relatos per eum, non sufficere huiusmodi confessionem non fore impugnatam per partem præsentem, sed de necessitate exigitur, vt ea facta quidem sit, parte præsente, & acceptante, aliàs non diceretur confessio.

7 Imò † si confessio facta foret etiam in vltima voluntate, parte præsente, minimè tunc ea valeret, neque teneret vllo modo, nisi esset acceptata à parte, secundum Saly. in l.generaliter, in 7.q.C. de non num.pecu. cui assentitur Fely. in c.si cautio, sub nu.23. ver.fortius etiam dixit, de fide instrum.& ita aliàs obtinui in facto.

8 Et ratio posset assignari isthæc: † nam etiam, quòd quis tunc dissentiret, frustra vtique laboraret, stante quòd actum ipsum diuertere aliter nequiret, vnde taciturnitas non arguit consensum, vbicunque tacens contradicendo non posset impedire actum geri, vt per Bart.col.pen. Alex.ead. col.pen. & alios omnes in l.quæ dotis.ff.solu.matrim. Bal.in l.si fine, col.11.C.ad Velleia. Glo.& Bart.in l.Titia, la prima, §.Lucia.ff.de leg.1. Saly. in l.inuitus, C.de procur. & Ias.in §.item Seruiana, nu.55.Insti.de actio.

Et de hoc mirandum quippè non foret: quo-
9 niam etiā, † quòd sententia lata reperiretur, tunc nullatenus ea reuocari posset propter testamentum nouiter repertum, ita Ang.in l.3.§.item si ipse, ff.si cui plusquam per leg. Falcid. & Dec. in l. fratris tui.nu.5.C.de transac.

Cæterùm stringendo clauum pro omnium præmissorum ratione marmorea, & efficacissima,
10 concludo, † ꝙ vbicūque agitur de re onerosa, tacens non habetur pro consentiente; imò potius re ipsa pro cōtradicente: & consequenter tacens in præiudicialibus, & vbi agitur de ipsius damno, & præiudicio, habetur pro dissentiente.l.filius famil.§.inuitus, ff.de procur.l.qui patitur, & ibi Docto.ff.mandati. Innoc.in cap.in Genesi, de elect. Glo.in reg.is, qui tacet, de reg.iu. in 6. Ang.in l.interdum, num.3.ff.rem rat.habe. Alex.in l.3.colum. 1. C. de repudian. hæred. Marc. Mant. in singu. 530. & Iaco. Philip. Por. Imo. consil.19. num. 56.

11 In tantum † quòd præsens & tacens, dum in testamento de re sua disponitur, sibi non præiudicat vllo modo, vt prodidit Alex. consi.20. Ponderatis, num.11. volu.3. per tex. in l.Caius. ff.de pign.actio. vbi est casus, quòd existens præsens legato de re sua facto, sibi non præiudicat. Imò nec etiàm illud testamētum signans, vt testis.l.Titia, §.Lucia, ff.de leg.2. Glo. in l.fideiussor.§.pater, ff. de pigno. Bart.& Ias.nu.44. in l.si fundum per fideicommissum, ff.de leg.1.

Sed prælibata hæc omnia, quòd tacens in sui præiudicium nullatenus cōsentire videatur, vbicunque poterat impedire capturam possessionis, seu quemcunque alium similem actum fieri, & non impediuit, prout ita iudicauit Rota Rom.teste Crescentio, decis.2.aliàs 17. tit.vt lite pendente, & sic iudicauit etiam varijs vicibus in anno 1589. & sequenti, sacra Regia Audientia Barensis in diuersis causis, tunc occursis.

ARGVMENTVM.

Creditor vendens rem pignoratam, quando teneatur de euictione crediti, & quando non.

SVMMARIVM.

1 *Creditor pignus à vero domino euictum ex pacto cum debitore vendens, cum de euictione vt pretium restituat, non teneatur, quare contra debitorem agere debeat.*

2 *Venditor de euictione non tenetur re ex officij necessitate vendita.*

3 *Executor de euictione non tenetur, nisi proprio nomine promiserit.*

4 *Creditor vt de euictione non teneatur, tria concurrere debent.*

5 *Creditor iure crediti vendens, vt de euictione non teneatur, quatuor requiruntur.*

6 *Venditor pretium restituere quando debeat, licèt vigore pacti de euictione non teneatur.*

DECISIO XXIIII.

1 CREDITOR † vendens pignora ex pacto cum debitore habito, quæ de iure euicta sint à vero domino rei pignoratæ, cum res alienata, fuerit obligata, licèt regulariter de euictione non teneatur, vt pretium restituat, sicuti probat tex. in l.emptorem, §.sententiam, ff. de actio. emp. nihilominus tamen tunc agendum re ipsa foret contra debitorem, qui eo casu de euictione ipso iure tenetur, prout ita aliàs iudicauit sacra Regia Audientia Barensis, in anno 1589. in causa tunc in ea exagita, atque decisa inter aliquos Hispanos Trani commorantes.

Et ratio ea est, quoniam pretium prædictum cessit in vtilitatem, & commodum debitoris, qui à creditore liberatur. l.rescriptum, §.1. & l.si is, ff.de dist.pig. Est tamen benè verum, quòd creditor tunc tenetur cedere actiones emptori pignoris contra suum debitorem, vt probat tex. in l.in creditore, ff.de euictio.

Imò posset itidem assignari hæc altera viua, & concludens ratio; quia creditor vendens iure crediti, non dicit alıter se dominum rei pignoratæ;

sed

sed quòd credit illam esse debitoris, quam quidem rationem posuit Glo. in l.cum ea conditione, ff. de euictio. & ideo tenet inter creditorem, & debitorem, nam res pignorata remanet in dominio debitoris. l.qui à debitore, ff. qui potior. in pig. habean. nec mirum igitur si facta venditione in beneficium & commodum ipsius debitoris ad se exonerandum à debito, de pignore quod permanebat in eius dominio, debitor ipse in huiuscemodi casu de euictione teneatur.

2 Quodque verum est, atque procedit, † tam creditore per se vendente ex pacto cum debitore inito, & potestate alienandi concessa, quàm si per nuncium, & executorem curiæ hypothecata res vendatur ex decreto, & iussu iudicis de debito cognoscentis, præcedentibus legitimis subhastationibus, & alienatione facta vltimo licitatori, & plus offerenti, vna cum eodem creditore, vt faciunt notata per Gasparem Caballinum in tract. de euictionib. in §.5. num.61. vbi fertiliter discurrit, quòd si venditur res ex necessitate officij, venditor non teneatur de euictione.

3 Nam exploratissimum quippe est, † quòd executor ipse de euictione non tenetur, cum id agat vigore sui officij. l.si pignora, ff. de euictio. & l.qui erat, ff. fami. ercisc. vnde malè faciunt emptores iuris ignari, dum emendo in publicis bannis laudant Curiam, & executorem illius in eius authorem: ex quo eo casu debitor ipse, in cuius commodum cessit pretium rei illius, & cuius dominio erat, (seu esse dicebatur, de euictione tenetur, vt est casus in l.si plus, §.& si iussio, ff. de euictio. & in l.si ob causam, C. eo. tit. sed hoc coarctatur non sortiri locum, vbicunque executor, tutor, curator, procurator, & his similis de euictione promiserint nomine eorũ proprio. l.procurator qui euictione, vbi Bart. Pau. Castren. & alij omnes, de procurat.

Et quamuis hoc regulare quippe sit, quòd pignore euicto, creditor cui euictio imputari nequit, de euictione non tenetur, sed debitor met, in cuius vtilitatem, & commodum pretium cessit: tamen certum quidem hoc extat, & in iure

4 verissimum, † quòd creditor ad hoc vt de euictione non teneatur, tria concurrere debent copulatiuè. Primò, quòd creditor iure crediti vendens, de euictione non promittat: nam si promitteret qui nõ compellebatur, de euictione tenetur, tex. est in l.1. & 2. C. credito. euict. pig. no. ten. & hoc idem probat tex. etiam in l.si pignore, §.fi. iuncta Glo. in ver. non habere, & ibi Doct. vnanimiter omnes, ff. de pigno. actio. vbi tex. notabilis dicit, quòd si creditor de euictione promittit, quia sic promitti consueuerat, si conuentus fuerit, condemnatur ex eo. cuius ratio est, nam qui non tenebatur de euictione, si repromittat sponte, de ea omni dubio procul tenetur, vt inquit tex. in l. qui erat, in 2. respon. ff. fami. ercisc. & faciunt etiã ea quæ habentur in l.& si is quẽ, C. de pred. min. vbi habetur, quòd licèt venditio principaliter nõ teneat: tamen promittens de euictione illo nempe casu obligatur, vt ibi per Bal. & alios omnes.

Secundum requisitũ hoc assignatur quoque, quòd creditor doceat se creditorem, & tertium similiter, quòd doceat se potiorem cæteris: aliàs si in prædictis defecerit, quòd non docuerit se potiorem, & ideo ab alio anteriore creditore euincatur, tunc & eo casu de euictione tenetur ad pretij, scilicet restitutionem. ita probat tex. in d.l.1. C. credito. euict. pig. tene. quoniam hoc vtique præstare debet qui pignoris iure vẽdit potiorem se cæteris esse creditoribus, quam quidem sententiam tenent ibi originaliter Cyn. & Alberic. de

5 Rosa. concedentes, † quòd quatuor sunt copulatiuè necessaria, ad hoc, vt creditor vendens iure crediti, de euictione nõ teneatur, videlicet quòd non promiserit de euictione, quòd sit creditor, quòd sit anterior, & quòd credat rem esse debitoris, & quòd sibi liceat vẽdere: illis igitur deficientibus de iure tenetur, vt ibi per eos, idemque sentit magis clarè Bal. in d.l.1. in pluribus quidem locis, & primò in figuratione casus, dum dicit, quòd si fiscus vendens iure crediti, succedat alteri creditori, non potest rem venditam ex persona testatoris, cui successit euincere: quia aut quando primo loco vendebat, erat potior cæteris creditorib. & tunc venditio est irretractabilis; aut posterior, & eo nempe casu de euictione tenetur: quia hoc ipsum vendens iure crediti præstare tenetur, scilicet se potiorem. igitur planè ostendit, quòd nisi doceat se potiorem, de euictione tenetur ad pretij restitutionem, & hoc idem voluit ipsemet Bal. in d.l.1. in vers. ibi, inferior, & in uers. ibi, quoniam hic probatur, inducendo illum textum hoc modo, si alius creditor potior erat fisco vendente, cui creditori successit fiscus excluditur, ex ratione tali, posita in textu, quia vendens iure crediti, tenetur de euictione, nisi doceat se potiorem: quod cum fiscus in casu illius legis non doceat, ergo de euictione tenetur. ita formaliter Bald. in loco antesignato, & huic sententiæ facilè assentitur, acquiescit que etiam Ang. de Perusio in eadem l. in princ. concludens ibi, quòd regulariter creditor vendens iure crediti, de euictione non tenetur. Fallit si non erat creditor. Fallit si non erat in iure potior, & anterior. Fallit si de euictione se obligauit, vt ibi formaliter per eũ: igitur firmat expressè & constanter quidem, quòd in casibus exceptuatis creditor de euictione tenetur. nec obstare videtur, nec potest vllo admodum modo dictum Bar. in d.l.1. C. credito. euict. pig. no. ten. dum ibi concedit, quòd si venditor vendat rem, non vt propriam, sed alienam, iure pignoris: tunc non tenetur de euictione, sed docere se creditorẽ alijs potiorem, quia loquitur manifestè, vbi quis docet se creditorem alijs potiorem sine dolo, & bona fide existens, non tamen negat, quod si non doceret se potiorem creditorem, quòd de euictione ad pretij restitutionem teneretur, quia esset contra casum illius legis, & aliorũ iurium supra allegatorum, quod in tanto Doctore nõ est dicendum: vnde alij Doctores casus magis diffusè annotantes per iura aperta hoc explanant, vt supra est demonstratum; igitur casus iste non habet iuris hæsitationem, nec tantulam quidem.

Cæterum redeundo hodie ad proprios lares, animad-

animaduertendum est,teste Alexan. in l.emptorem,§.qui autem,in add.magna ad Bar.circa medium, ff.de actio. empti. quod creditor vendens iure crediti,si in eo non concurrunt illa quatuor, de quibus per Glo.& alios omnes in l.1.C.credit. euict. pig.no. est re ipsa in eodem statu, in quo reperitur qui vendit iure proprio,quia de euictione tenetur.

Imò plus dicit ibidem Alex.post Bar.& loquitur dubio procul in fortioribus terminis, quod etiam si creditor fecisset pactum expressum cum emptore,q̀ de euictione non teneatur : adhuc tamen euictione secuta, licèt non teneretur ad alia incōmoda, & damna, teneretur nihilominus ad pretij restitutionem, nisi expressè extiterit conuentum, quod ad ipsius pretij restitutionem non teneatur, per textum in d. §.qui autem habere li-
6 cere, vbi est casus in terminis, † quòd etsi in venditione fiant pacta,quòd de euictione non teneatur venditor : tamen si res ipsa ex causa de præterito vendicetur, minimè gentium poterit tunc effugere eiusdemmet pretij restitutionem, & rationem ponit ibi Vlpianus Iurisconsultus, quia bona fides nō patitur,vt emptor rem amittat,& venditor pretiū retineat. ecce igitur, quòd habemus casum,quòd licèt quis de euictione non teneatur vigore pacti : ad pretij tamen restitutionem rectè conuenitur: vtpote quia huiuscemodi pactū non operatur, vt impediat pretij recepti restitutionē, vt concedit inibi Bar.per illum textum, eādemq; sententiam firmissimè tenet etiam Glo.Bal.& alij omnes vniuersaliter in l.non dubium, C. de euictio.idemmet Bal.in l. 1.col.fin.vers.secundò quæro, & Saly. in quæst.5.C.de peric. & commo. rei vend.Io.And.in add.Specu.in tit.de empt.& vendit.§.fi.in prin. Gaspar Caballinus in tract. de euictionib.in §.2.nu.23. & pleniori cornu in §.5.nu. 25. & seq. & ista est communis, concorsque omnium in iure scribentium sententia, teste Alex.in loco præallegato.

ARGVMENTVM.

Valet alienatio rerum pupillorum pro causa necessaria, puta victus, dummodo interueniant solennitates requisitæ, puta decretum iudicis & subhastatio.

SVMMARIVM.

1 *Pupillorum res iustè rationabiliterque alienari possunt, si earum fructus pro eorum alimentis non suppetunt.*
2 *Abbas pro monachorum vestib. bona monasterij, quare alienare possit.*
3 *Pupillorum seu minorum pro alimentis bona legitime ex pluribus causis alienantur.*
4 *Alimenta si ex legato debeantur & redditus non sufficiant, an & quando licita sit bonorum alienatio.*
5 *Alienatio bonorum testatoris pro seruis & familia alendis licita est fructibus non sufficientibus.*
6 *Alienatio rerum pupillarium vt valida & irrenocabilis sit, qua de causa quave solennitate fieri debeat, & qualiter omnia interuenisse præsumātur, vt opponens contrarium probare teneatur, num.8. & 9.*
7 *Pupillus etiam finita tutela contractui celebrato colonoque destinato per tutorem stare tenetur.*
10 *Iudicis decretum vbi interuenit,fraudis dolique omnis suspicio cessat.*
11 *Subhastationis publicę solennitas in minorum reb. alienandis vendendisque quanta.*
12 *Tutor vbi de alimentis pupillo præstandis agitur etiam sine inuentario cum iudicis authoritate validum actum facit : & quando inuentarium conficere non teneatur.*
13 *Alienatio vbi ex causa necessaria alimentorum pupilli,non autem voluntaria fit, solum iudicis decretum sufficit.*

DECISIO XXV.

1 ALIENARI † licèt non possint sine iusta,rationabilique causa res pupillorum : tamen si fructus earundem rerum ad alimenta non sufficerent, hæc vtique tunc reputaretur absque dubitatione aliqua iusta, rationabilis,atque legitima causa alienationis rerum pupillorum,vt probat textus in l.non solùm,& ibi hoc expressè notat Ang.ff.de petitio. hæred. planum faciens, quod licitè pro alimentis familiæ testatoris potest tutor alienare bona pupilli, & abbas bona monasterij.

Imò plus promere studuit Inno. per illum tex.
2 in c.cum inofficiosi, extra de testib.† quòd abbas pro vestibus monachorū, quæ veniūt appellatione alimētorum,potest alienare bona monasterij, quem sequitur,& commendat Bal. in d.l.non solùm,sub ea ratione potissimum,quia est alienatio
3 necessaria. & pro eadem sententia,† quòd pro alimentis pupillorum legitimè bona alienentur, est bonus tex.in l.sed si his,§.an autem, & ibi Alber. de Rosa. post Dyn. ff.de Carbon. edic. vbi extat casus apertus,& facit etiam quod voluit Glo. in l. ob æs, C. de præd. minor. & hoc expressè firmat Fabian.de Monte in trac.de emptio. & venditio. in 4.par. quæstio.9. vbi enumerat quamplurimas quidem causas legitimas,ex quibus minorum bona licitè alienari possunt, & pro eademmet sententia pugnat etiam Ioan.de Imo. in l.Imperator, &
4 Alex.col.1. ff.ad Trebel.explanans ibi, † quòd licèt vbi alimenta debentur legatario ex legato,debeantur ex redditibus bonorum, quæ si non sufficiant, non potest eo casu manus imponi rebus pro illis præstandis : tamen si debeantur alimenta ipsa illi qui futurus est dominus bonorum, tunc si fructus aliter non sufficiant, licita est alienatio, per text. in l.1.§.mulier, ff.de vent.in poss.mitten.

Imò concedit etiam Ang.in l.diuus, in prin.ff. de petitio.hæred.& sequitur Alex. in d.l.Impera-
5 tor, † quòd si tractetur de alendis seruis, & familia testatoris, & fructus tunc non sufficiunt, licita est bonorum alienatio, per illum tex. ergo multo magis pro alimentando pupillo, qui est hæres, & dominus rerum hæreditariarum. & si qua fortè

in

in contrarium vrgeant, procedunt de plano, & sine scrupulo aliquo, vbi alimenta debentur legata rio ex legato, vel alteri seruo, non futuro domino per supra allegata.

6 Quæ quidem † alienatio rerum pupilli, vbicúque facta reperiatur cum decreto curiæ, & authoritate tutoris, ex iusta, & legitimâ causa, est de iure valida, & irreuocabilis, vt probat tex. in l. fi. ibi, firma venditio perseueret, C. de præd. minor. & in l. non videtur, C. de in integ. restitu. minor. cum ibi no. per Glo. & alios omnes, & per Riminal. iun. in repet. c. quæ in ecclesiarum, num. 75. de const. vbi explanat, quã de causa, & qua solennitate alienatio rerũ minoris fieri possit, & sic aliàs iudicatum extitit in Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ, Comitatusque Molisij, in anno 1583. ad fauorem tutoris de Triuento.

7 Pro qua nempe sententia optimè facit, † quia pupillus, etiam finita tutela, tenetur stare contractui celebrato per tutorem. l. si tutelæ agat, ff. de administ. tuto.

Nec non tenetur pupillus ipse, tunc, etiam stare colono destinato per tutorem, vt enodat Rom. per illum text. in l. si filiusfamilias, §. sicut in quinquennium, col. 2. vers. septima conclusio, ff. solu. matrim. & Marian. Soc. consi. 32. Ex his quæ in facto, colum. 3. vers. quintò probatur, & consi. 125. col. 2. volum. 1.

8 Imò † cum alienatio rerum pupilli facta fuerit cũ decreto prætoris, causa cognita, & citatis quorum interest, publicis subhastationibus præcedentibus, præsumuntur omnia solenniter acta, & sic venditio valida, propter authoritatem prætoris, & iudicis, vt est Glo. ad hoc no. & reputata singularis in l. 1. C. de fide instru. & iure hastæ. fi. lib. 10. quam ad hoc ponderauit Bal. in l. 1. in prin. ff. de

9 reb. eo. explicans, † quòd si in instrumẽto fit mentio decreti subhastationis, authoritatis tutoris, ac aliarum solennitatum, tunc præsumuntur omnia interuenisse, per Gl. quam ostendit peregrinam, & singularem in d. l. 1. in tantum quod volens dicere, opponereque contrarium tenetur illud probare. ita Specu. magister in tit. de empt. & vendit. §. nunc dicendum, vers. & breuiter scias, per tex. in l. & si præses, & in l. siquidem, §. 1. C. de præd. minor. quem refert, & sequitur Bal. in l. quęcunque, colnm. 2. ff. de bonis quæ liber. in l. fin. C. de prædi. minor. & pleniori cornu in l. nec enim aliter, colum. 2. ff. de adoption. Imò. in l. si quis cum aliter, in fi. ff. de verb. oblig. & Alex. in l. sciẽdum, colum. 6. eod. titu. & si aliter diceremus, sequeretur, quòd decreta prętorum essent elusoria, quod esse nõ debet, vt demonstrat tex. notabilis ad hoc in l. si prætor, ff. de iudi. Et consequenter (vt hoc vno verbo claudam) animaduertẽdum est, quòd isthæc iuris præsumptio habetur pro quadam liquidissima probatione. l. tutor. C. de procura. & no. Bal. in l. ita demum, in fi. eo. tit.

10 Imò † vbi interuenit decretũ iudicis cessat omnis suspitio fraudis, doli, & culpæ, vt probat tex. in l. ait prætor, §. permittitur, ff. de minor. & tenet Ange. post Glo. pen. ibi, in l. si stipulatus, §. si lancem, ff. de solutionibus. igitur ipsa alienatio cum authoritate tutoris, decreto iudicis, ex iusta, & rationabili causa, ac necessaria alimentorum pupilli, ne fame pereat, debet meritò quidem de iure subsistere, ne emptor cũ authoritate prætoris decipiatur, quod esse non debet. aliàs enim venditor rerum pupilli non reperiret emptorem, etiam vbicũque vellet ex iusta, & legitima causa, & cum decreto iudicis alienare pro alimentis pupilli. si denuo alienata, forma iuris benè seruata reuocarentur, vnde compelleretur pupillus fame perire, quod non est dicendum. imo uenditio legitimè facta perpetuo rata, & firma esse debet, vt promit tex. in l. ratas. C. de rescind. vendit.

11 Et eo magis † ipsa alienatio rerum minoris remanet firma, vbicunque, non solùm facta fuerit cum consensu tutoris, & decreto iudicis, & iusta, & legitima causa: sed etiam cum solennitate publicæ subhastationis, prout in venditione rerum minoris fieri debet. l. etsi sine, §. 1. & ibi Bar. ff. de minor. licèt Alber. ibi per multa iura teneat sufficere decreti interpositionem, & Bar. in l. alio, ff. de alimen. & ciba. lega. quæ quidem solennitas subhastationis firmat contractum, & sibi perpetuum robur tribuit, vt est casus in l. fin. C. si propter publicam pensitatio. ibi, perpetuam emptionis accipiat firmitatem, & ibi no. Ang. eandemque sententiam probat tex. in l. si hypothecas, C. de remissio. pigno. vbi valde singulariter dicit, quòd fiscalis hastæ fides facilè conuelli nõ debet, & consequenter solennitas subhastationis perpetuum reddit robur firmitatis contractui, cum præsumatur iusto pretio vendita, secundum Bal. in l. 1. C. de præscrip. 30. annorum, & Ang. in l. sciendum, ff. de verb. oblig.

12 Cæterùm † vbicunque agitur de alimentis pupillo præstandis: & sic in his quæ non recipiunt dilationem, & quod principaliter ad commodũ pupilli, & vitæ suæ spectabat, in quibus quidem casibus tutor etiam sine inuentario, cum authoritate iudicis, facit actum validum, vt est solennis doctrina Barto. in l. legitimos, col. 1. versi. vltimò scias, ff. de legit. tutor. & in l. fi. C. de tutor. & curator. qui non satisde.

Imò vbi nihil aliud erat in bonis, & hæreditate tempore quo tutor assumpsit tutelam, quàm vna sola res, de qua agebatur ex causa legitima, & necessaria: tunc enim tutor ipse, minimè tenebatur conficere inuentarium: sed tantùm protestari, allegareque corã iudice, quòd nihil aliud erat in bonis ipsius pupilli, vt est singularis doctrina Bal. in l. fin. C. qui bonis cedere poss. col. 2. versi. extra quæro.

13 Postremo concludendũ est etiam, † quòd vbicunque alienatio ipsa fieret ex causa necessaria alimentorum pupilli, & non ex causa voluntaria, quòd tunc nulla alia solennitas requireretur, quàm decretum iudicis, vt probat tex. in l. 3. §. pignoris, ff. de reb. eo. vbi quia non ex tutoris, vel curatoris voluntate id fit, sed magistratuum authoritate, & hoc expresse sentit Fabian. de Monte in tract. de empt. & vendit. in 5. par. in fi. vbi vtiliter quoque discurrit complures casus, in quibus de iure tenet alienatio rerum ecclesiæ, & pupillorum sine solenni-

lennitatibus à iure requisitis, & ideo supremus Doctor Alberic. de Rosa. in l.etsi sine, §.t.ff.de minor. valde notabiliter concedit per nonnulla iura per eum allegata, quòd in huiuscemodi alienatione sufficit decretum iudicis, & valet, etiam si alia solennitas non interuenerit.

ARGVMENTVM.

Clericus non potest ferre arma sine nota peccati, & posset excommunicari, nisi in quibusdam casibus.

SVMMARIVM.

1 *Clericus arma ferens excommunicari potest, eique armorum vsus expreßè interdictus est, nu.2.*

3 *Clericus per se, vel per alium pugnare non potest: & in quacunque factione arma capiens gradum amittit.*

4 *Clericorum arma, lacbrimæ & orationes.*

5 *Clericus armatus à satellitibus armis spoliari: noctuque incedens illicitè, capi & ad suum iudicẽ remitti potest.*

6 *Scholarium Doctorumque arma, libri sunt.*

7 *Clericorum officium quod.*

8 *Religiosus intra monasterium cum superioris licentia arma tenens ipso iure non est excommunicatus, cum eorum vsus ei interdictus minimè sit.*

9 *Clerici de Papę licentia armis offensibilibus vti possunt.*

10 *Clerici pro persona rerumque ac proximi etiam defensione arma, familiaresque armatos deferre possunt, & nu.11.& 12.*

DECISIO XXVI.

1 CLERICVS † ferens arma, mortaliter peccat, & excommunicari potest, secũdum Card. in clem. 1.§.præfatę, de sta. mona. & Fely. in c.petitio, de homi. & notatur in c.venio, 11.q.3.& in c.clerici, de vita & hone.cler.

2 Clericis † enim à lege vsus armorum expreßè interdictus reperitur, vt in d. c.clerici, & in cle. 1. eo.tit. de vita & hone.cler.& toto tit.23.q.8.

3 Cumque † prohibitum nempè sit clerico pugnare per se, vel per alium, vt firmat, & aduertit Aret. in c.in præsentia, col.15. de proba. Imò clerici in quacunque factione arma capientes, gradum dubio procul amittunt. c.clerici, & c.repræhensibile, 23.q.8.

Et ratio huius regulæ marmorea quidem, as-
4 signari posset isthæc, † quia arma clericorum debent esse lachrymæ, & orationes. c.conuenior, 23.q.8. c.porrò, & ibi Glo.16.q.4. Inno. in d.cap. clerici, Ioan. Lupi in tract. de bello, & bellatorib. §.habeas de Papa & de prelatis, ac clericis, sub nu. 1.& seq. Dec.consi.151.sub num.22. Glo. in cap. ex multa, §.fi.de voto, & Ias. in l.Imperium, ff. de iurisdic. omn. iudi. Iacob. Beretta, cons.3. Quòd episcopo, num.13. & seq. volu.1. Pet. à Plaza in epitom. causarum crim. lib.1. cap. sub nume.26. Prosper Farinacius in suis quæst. & commu. opinio. crimi. quæst.8. nume.96. lib.1. vbi concedit
5 etiam clericis nõ licere ferre arma, † possequeeos inuentos armatos per satellites iudicis secularis armis ipsis spoliari, ac postmodum remitti ad iudicem ecclesiasticum; quia etiam clericum de nocte incedentem illicitè, potest familia Potestatis impunè capere, & præsentare suo prælato. Stepha. Aufrer. in clem. vt clericorum, num.73. de offic. ordin. prout applicatis armis capientibus, quamplurimis quippè vicibus, ita obseruauit Regia Audientia Apuliæ in anno 1583. & seqq. & sacra Regia Audientia Barensis in anno 1589. & seq. in varijs casibus, tunc occursis. Dicebat enim ad propositum Ambros. de se ipso loquens, & de cęteris omnibus clericis, non pila quærunt ferrea, non arma Christi milites, sed dolor, fletus, lachrymæ, & orationes fuerunt, inquit, mihi arma aduersus milites, c.non pila.23.q.8.

6 Et † scholarium arma sunt libri, vt inquit Glo. in l.nepos Proculo, ff.de verb. signifi. similiter & Doctorum, Menoc. in tract. de arbi.iudi. quæst. casu 394.nu.75.lib.2.cent.4.

7 Et tanto magis, † quia sacerdotum officiũ est sacrificijs, & orationibus vacare, attestante S. Cypriano, lib.1. epistola 9. ad Furnenses, vbi scribit, singuli diuino sacerdotio honorati & in clerico ministerio constituti, non nisi altari, & sacrificijs deseruire, & precibus, atque orationibus vacare debent. scriptum est enim 1. Tim.2. Nemo militaris Deo obligat se molestijs secularibus, vt possit placere ei, cui se probauit. quod cum de omnibus dictum sit, quanto magis molestijs, & laqueis secularibus obligari non debent, qui diuinis rebus, & spiritualibus occupati, ab ecclesia recedere, & ad terrenos, & seculares actus vacare non possunt: cuius ordinationis, & religionis formam Leuitæ prius in lege tenuerunt, vt cum terram diuiderent, & possessiones partirentur, vndecim tribus, Leuita tribus, quæ templo, & altari, & ministerijs diuinis vacabat, nihil de illa diuisionis portione perciperet: sed alijs terram colentibus, illam tantum Deum coleret, & ad victum, atque alimentũ suum ab vndecim tribus, de fructibus, qui nascebãtur, decimas perciperet: quod totum fiebat de authoritate, & dispositione diuina, vt qui operationibus diuinis insistebãt, in nulla reuocarentur, nec cogitare, aut agere secularia cogerentur, quæ nunc ratio, & forma, in clero tenetur, vt qui in ecclesia Domini ordinatione clerica promouentur, in nullo ab administratione diuina auocentur, ne molestijs, & negotijs secularibus alligentur: sed in honore sportulantium fratrum, tamquam decimas ex fructibus accipientes ab altari, & sacrificijs non recedant, & die noctuq; cęlestibus rebus, & spiritualibus inseruiant. Porrò clericorum officiũ est pugnare lachrymis, & orationibus, & sic esse rei publicæ Christianæ & vniuerso corpori mistico adiumento. cap.non pila, & cap.conuenior, 23.q.8. hinc legimus Mosen in populo Hebræorum, quamuis gladio materiali non pugnaret cõtra Amalech: tamen cum orabat in mente manus ad cœlum protendens, non modo fortiter gladio spiritali pugnasse, verum

rum

rum etiam victoriæ gloriam retulisse, vt est videre Exod.17.& in c.fi.36.dist.

8 Et licèt † clerici seculares ex delatione armorum non sint ipso iure excommunicati, tamen Religiosi arma tenentes intra monasterium absque sui superioris licentia, ipso iure sunt excommunicati, vt habetur in Cle.ne in agro, de vita & hone.cler.

Verùm enimuerò ipsis religiosis non est aliter interdictus, prohibitusque armorum vsus, saltem pro naturali propria eorum defensione, interueniente licentia superioris, vbi haberi potest, vt concludit Abb.in d.c.clerici, & vide Glo. in d.c. duo sunt genera, 12.q.1.

9 Sed aduerte, † quòd clerici possent vti armis, etiam offensibilibus, de licentia Papæ, secundum Panor. in c.ego, de iureiur. quia hoc solum prohibitum est de iure Prætorio.

10 Item † ipsi clerici ad eorum defensionem possent, lege permittente, deferre secum familiares armatos, teste Dec.in d.consi.151.sub nu.22.

11 Imò † ipsis clericis pro defensione personæ atque suarum rerum licitum est arma portare, vt in c.olim, il primo, & ibi Glo. de restit. spolia. & in c. dilecto, cum Glo. de sent. excommu. & in cap.1. 23.quæst.1.

12 Imò etiam † clericis armorum vsus est permissus pro defensione proximi, vt per Abb. & alios omnes communiter in d. capit.clerici, de vita & hone. cler.

ARGVMENTVM.

Clericus qui litigat de bonis ecclesiæ, fori electionē habet: secus verò, quando de proprijs: sed in causa criminali, clericus habet semper electionem, cum censeatur iniuria facta ecclesiæ.

SVMMARIVM.

1 *Clericus pro ecclesiasticis bonis, aduersarij perhorrescentiam allegans, fori electionem habet, non autem pro proprijs suis rebus. nu.2.*

3 *Clericus pro sua persona offensa fori electionem habet.*

4 *Remissio causæ per Regios iudices, quot casibus non fiat.*

5 *Iniuria clerico illata, Deum totamque ecclesiam tangit, & an ab offenso remitti possit, num.6.*

7 *Clericus iniuriatus à laico, quando coram ecclesiastico, & quando coram seculari agere debeat.*

8 *Iniuria clerico illata, ecclesiæ illata dicitur, officioq; iudicis non implorato inquiritur, & nn.seq.*

10 *Clericorum priuilegia plurima.*

DECISIO XXVII.

1 CLERICO † pro bonis ecclesiasticis litiganti, perhorrescentiamque aduersarij allegant, competit dubio procul fori electio. ita Afflict. decis.257. & ibi Vrsil. in addi. & Docto.omnes in c.cum sit generale, de foro compet. & tanto magis, cum nullatenus clericus ipse contineatur in l.vnica, C.quādo imper.inter pupill. nec in const.Regni, Statuimus, vt magna Cura, vbi recensentur cum ibi notatis, personæ miserabiles, quibus electio fori competat, & est tex. in Regno in ritu 233. item clericus, generaliter loquens, clericum habere fori electionem, agendo ciuiliter, vel criminaliter.

2 Sed † vbicunque clericus pro reb. suis proprijs ageret, etiam data violentia, rapina, & fraude, tūc vtique non competeret modo aliquo ipsius fori electio, verum conuenire deberet reum in suo foro.tex.est in ritu 229.Item si clerici, & ibi Carau. Iser.& Afflict.num.16.in d.constit.Statuimus, & Io. Antō. de Nigris in cap. Regni 42. Quod decretum, num.10.

3 Et † quemadmodum clericus habet fori electionem, vbicunque ageret pro rebus ecclesiasticis: ita pariformiter haberet ipsius fori electionem, quotiescunque per laicum foret offensa eius persona: & sic ei illata reperiret iniuria, & percussio, prout sic assentitur cum suo necessario fastigio, & apparatu in terminis Io. Vincent. de Anna in allegatio. 146. Quia coram grauissimis, nu.1. cum alijs seqq.lib.2.vbi opinionem hanc, tanquam sacrosanctam amplificat etiam Fabius de Anna in addi. in littera C. & ita extitit decisum in Regia Audientia Apuliæ den.ensi Ianuarij 1584. in causa Magnifici Prosperi Boccuti, & Pomphylij Ritij, de terra Apricence, cōtra quos proposita querela per Reuerendiss. D. Donatum de Colletta clericū, & sacerdotem de percussionibus eidem illatis in eadem Regia Audientia, & petita remissione causæ ad ordinariū iudicem secularem fuit tunc prouisum causam remanendam in ipsamet Regia Audientia, me existēte tunc in ea Auditore, & præsentis causę Cōmissario, & ita itidem hodie 4.mensis Iulij 1590. fuit decisum in sacra Regia Audientia Barensi, causam querelæ propositæ per D. Franciscum Ficcam clericum super percussionibus sibi illatis, & verbis cōtumeliosis contra eundem prolatis per Horatium, & Vergilium Borgingerios de Minderbino, remanēdam in eadem sacra Audientia, & in ea terminandam, non obstante petita remissione ad iudicem loci commissi delicti.

4 Nam † remissio causæ per iudices Regios non solet fieri, nec fit vllo quidē modo per eos in 60. casibus signatis, & diligentissimè discussis per Io. Bessian.in consuet. Aluerniæ, in consuet.3.art.9. fol.paruo 21.

Ac etiam ratio, quæ me adducebat ad ita decidēdum, erat ista: † nā iniuria illata clerico, Deum
5 tangit. c.nonnulli, 3.quæst.1. tangit etiam totam ecclesiam, & sic iniuria facta clerico potest à quolibet de illo loco vindicari, ad quos principaliter pertinet. ita Bal.& Pau. Castren.in l.1.§.huius studij, in fi.ff. de iust.& iure.

6 Et hinc est, † quòd si remitteretur iniuria hæc ab offenso, non conseretur vtique remissa ea, quę est illata toti ecclesiæ, c.si is qui. 23. q.4.& c.Salonitanæ, 44.distin. Card.in Clem.2.in princ. de pœnis, & Doct. in c.fi. de maledic.

7 Vnde † clericus iniuriatus à laico debet agere coram

coram iudice ecclesiastico ad pęnam sacrilegij: verùm ad pœnam interesse iniuriarum, per modum actionis, agere debet coram seculari: per modum verò exceptionis, coram ecclesiastico. ita Card. in Clem. 1. §. ciuitas, de pœnis.

Quare concludo, quòd clericus iniuriatus habet fori electionem, cum priuilegium hoc principaliter concessum censeatur ecclesiæ. Et inde
8 est, † quòd iniuria illata clerico, videtur ecclesiæ illata, potestq; in iudicio deduci ab omnibus tanquam publicum crimen. l. si quis in hoc genus, &
9 ibi Bar. C. de episc. & cler. † Imò itidem potest inquiri, & puniri isthæc iniuria ex officio iudicis non implorato, vt ibidem.
10 Alia verò † quàmplurima priuilegia clericorum ponit, atque vtiliter discurrit Card. in Clem. 1. quæst. 17. de vita, & honest. cleri. & quatuordecim ipsorum clericorũ priuilegia refert commodè quidem Bertachin. seu potius Apostil. ibi in ver. clericus, l'vltimo, circa fin. in ver. clericorum priuilegia sunt multa.

ARGVMENTVM.

Clerici tenentur restituere id, quod accipiunt vltra pretium taxatum per Regiam Pragmaticam, quando vendunt frumentum.

SVMMARIVM.

1 *Clerici vendentes frumentum, & alia victualia maiori pretio, quàm à Regia Pragmatica taxatum mortaliter peccant: quod clerici anno 1586. non curarunt obseruare, deploratur ab Auctore, nume. 11.*

2 *Vendens frumentum vltra pretium statuto taxatum, quare mortaliter peccet. & nu. 4. & an totiens peccet, quoties vendit. nu. 6.*

3 *Legi aliquid prohibenti contrafaciens, illicitum facere dicitur, peccatumq; committit.*

5 *Officiales verbis offendens, non debuisse talem legem promulgare, ad triremes condemnatur. & qua pœna puniatur de prag. & constitutionibus editis publicè disputans.*

7 *Nullus potest cogi ad vendendum res suas: sed tempore necessitatis etiam minus iusto pretio compelleretur.*

8 *Vtilitas publica præferenda priuatæ.*

9 *Canonistæ deficiente iure Canonico, secundum iura ciuilia iudicabunt.*

10 *Necessitatis causa multa permittuntur, quæ aliàs non permitterentur.*

12 *Clerici nobilis de domo Corradi Apuli egregium facinus.*

13 *Frater Andreas de Ciuitate Ruderis, Lector in ecclesia sancti Dominici de Aquila, qui asserebat concionando, clericos teneri ad restitutionẽ vendentes victualia maiori pretio imposito à Regia Pragmatica, laudatur.*

14 *Princeps Reipub. necessitatibus omni studio consulere debet, potest iustum pretium frumentorum statuere, & dominos ad vendendum inuitos compellere.*

15 *Contrauenientem prohibitioni iuris Ciuilis mortaliter peccare.*

16 *Clerici morem gerentes laicis, plus iusto pretio à Regia Pragmatica statuto, frumentum vendentes, an teneantur ad restitutionem.*

17 *Clerici non debent officia seu commercia secularia exercere.*

18 *Percutiens clericum rerum secularium administrationem gerentem, non incidit in Canonem, secundum aliquos.*

19 *Clerici debent esse audaces ad defendendum legem Dei.*

20 *Clerici ab illicitis quæstibus & à studio negotiationis emendi vilius, & vendendi carius se abstinere debent.*

21 *Clerici cuiuscunque ordinis, exemplum debent esse laicis.*

22 *Clericus stultus in culpa, sapiens erit in pœna.*

DECISIO XXVIII.

1 CLERICI † vendentes frumentum, & alia victualia contra formam Regiæ Pragmaticę, & sic maiori pretio, quam stabilitum sit in ipsa Pragmatica, mortaliter quidem peccant, vt firmauit Dominicus Sot. in 4. sententiarum, dist. 25. quæst. 2. conclus. 4. Nauarr. in eius summa, titu. de empt. & vendit. cap. 23. nume. 88. vers. qui vendidit triticum. & Do. Vincentius de Franchis, decis. 9. Potest princeps. vbi cócedit et, quòd clerici ipsi, sicut laici tenentur ad restitutionem, sed non tenentur ad solutionem pęnæ comminatæ in memorata Regia Pragmatica, & refert ita aliàs iudicasse Regium Collaterale, & sacrum Consilium: meminitq́ue etiam tempore penuriæ occursæ in anno 1569. in Regno aliquos laicos fame oppressos accepisse frumenta clericorũ, ac fuisse condemnatos ad solutionem pretij stabiliti in Regia Pragmatica ipsa.

2 Et nihil mirum, † quòd vbicũque emanata sit pragmat. vt frumentũ vendatur car. lenis decem, vendens vltra peccet mortaliter, quoniam contra legem agit. vnde sanctè quidem, & innocenter dicebat Paulus, non noui peccatum, nisi per le-
3 gem. † cùm ergo lex aliquid prohibet, contrafaciens dicitur facere illicitum, & committit peccatum. ita Bar. in l. si quis pro, ff. de fideiuss. Castren. in l. legis virtus, ff. de legib. & in authen. sacramenta, C. si aduers. venditio. Dec. in c. nam concupiscentiam, extra de constit. & Doct. omnes in c. solitæ, extra de maiorit. & obed.

4 Et ratio ea est, † quia licèt venditores non peccarẽt mortaliter, ex quo fraudant legem ciuilem, & secularem; eo quòd Princeps nõ intendit obligare transgressorem ad peccatum mortale: tamẽ dicuntur quidem peccare mortaliter, cum legem naturalem transgrediantur de non vendendo nimis care, pretioq; etiam iniusto contra taxam per Principem positam, quæ nẽpè taxa ad præceptũ reducitur. ita Nauar. consi. 3. num. 6. de empt. & vendit. lib. 3. cũ alijs aggregatis ibi per eum. Nam omnis venditio, in qua pretium maius notabiliter iusto accipitur, iniusta dubio procul discernitur.

tur.c.1.& 2.extra de empt. Nauar.consi.6.de emptio.& vendit.lib.3. Et in tantum hoc verum est, quòd non solùm peccat mortaliter qui vendit carius frumentum pretio statuto: imò si mutuatur frumentum, vt restituatur melius, tūc mortaliter peccat mutuās, & tenetur ad restitutionem illius pluris quod accepit, ita Glo.in c.consuluit, extra de vsur.& Nauar.consi.7.nu.2. de empt.& vend. lib.3. quæ quidem conclusio amplificatur etiam non tātum in vendente cariori pretio in contanti: verum etiam si vendiderit data emptori dilatione ad soluendum: nam tunc vtique tenetur ad restitutionem,& vsuræ peccatum committit. ita Nauar.d.consi.7.nu.13.limitatur tamen isthęc ampliatio locum non obtinere, vbicunque dubitaretur, quòd res vendita esset pluris valitura tempore solutionis, & venditor foret seruaturus vsque ad illud tempus.cap.in ciuitate,& c.fin.& ibi Doct.extra de vsur.

5 Imò ad institutum redeundo, † proferens verba contra officiales, eosque damnans non potuisse, seu debuisse huiuscemodi bannum promulgare, debet absque scrupulo aliquo condemnari ad triremes, per textum in constit. Regni, disputare, & ibi Afflic. in 2. not. & sic consueta pœna extat in casu d. constit. temporalis ad regias triremes, & ita iudicatū vidimus per magnam curiam Vicariæ in anno 1565. contra Prosperum Calendam nobilem Terræ Pomarici, Prouinciæ Basilicatæ, qui damnatus meritò extitit quinquennio ad remigandum, pro nonnullis verbis prolatis palam & publicè contra banna emanata de pretio frumenti, quæ emanari non debuerant asserebat, & ita quendam procuratorem cōdemnauit quoque sacrum consiliū, in anno 1582. & DD. Consiliarij eo tempore intellexere textum in d.constit. in eo qui contra officiales regis loquitur. & an disputans publicè de regijs pragma. & constitutionib. editis, & de eius iudicio, consilijs, & electionibus, incidat pœnam, de qua superius diximus, vide quæ latè, fœcundeque scribunt Ias. in l.de quibus, col.2. de legib. & in l.singularia, col.19. ff.si cer.peta. Ioan. And.in cap.2.de fide instrum. Glo.& communiter Doct. in cap.cum venerabilis, ext. de consuetu. & Tiraquel. in tract. de pœnis, causa 42.

Et tunc quia offenditur dignitas, ipsimet consiliarij per Regem electi sunt iudices competentes in præsenti re, nam publicam prosequuntur offensam: fit enim tunc Regi, & Publico iniuria, quam intolerabiliter quidem DD. Consiliarij ipsi punire possunt, licèt eōrum personam tangat. cap.Guilisarius,§.sed & hic, 23.q.4.cap.si quis erga, vbi Glo.fi.2.q.7. c.& qui emendat, 45. distin. Barto. in l.si quis fortis,§.si quos comitum, ff.de pœn. Paris de Put.in tract. syndicatus, in ver. iniuria, versi.an si officialis, Ias.in l.qui iurisdictioni, ff.de iurisdic.omn.iudi. Cyn.in rub. C.ne quis in sua cau. Barto. in l.si qui obrepserit, versi.quæro vtrum iudex, ff.de fal. cap.1. vbi Glo. de pœn. in 6. & Spec. in titu. de iudi. versic. sequitur videre quid sit officium, seu potestas, versi.quid ergo si altera pars.

6 Quidam † verò sunt actus, qui habent quandam successionem ex reiteratione, verbi gratia prohibitum est anno præcedenti per regium bannum, ac pragmaticam, ne vendatur frumentum vltra decem carolenos pro quolibet tumulo ad mensuram Neapolitanā: tota die vendidisti, certè tunc quot personis vendidisti, & quot mensuras singulis mensurasti, ac vendidisti, tot delicta commisisti, arg.l.scire debemus, ff.de verb. oblig. & ita aliàs iudicauit non semel tantùm in varijs causis Regia Audientia Capitinatæ Apulię, Comitatusque Molisij, in anno 1584. & licèt eodem instanti pluribus vendidisti: nihilominus tamen pluries deliquisti, vt pote quia in qualibet persona, & qualibet mensura perfecta est venditio, & in qualibet venditione contrauentum regiæ voluntati, vt per Bart.in l.inficiando, §.infans, ff.de fur. qui dicit secus esse in lusore, qui tota vna die in vna domo lusit, & modo vicit, modo verò perdidit etiam cum pluribus, non tamen ludum relinquendo, nec ad aliquem actum omnino remotum diuertendo cum proposito non amplius illa die ludendi, sed in ludo perseuerando, vnicum delictum est: quia ludus non dicitur perfectus, nisi recedentibus lusoribus, & ludo ab ipsis habitus sit pro absoluto & completo, arg.l.contractus, C. de fide instrum. & ita iudicauit sacra Audientia Terræ Bari condemnando quosdam de Ciuitate Bari, qui tota vna die luserunt ad ludum azardi ad solutionem vnius vnciæ secundum formam banni, emanati in eadem Ciuitate: sed si quis pluries diuersis lusit vicibus, pluribus tenetur dubio procul pœnis: & nihil mirum, quia plura adulteria & delicta committit pluries ad alterius vxorem accedens, vt per Glo. in l.vulgaris, ff.de fur. & plures quidem pœnæ tunc imponerentur, vt ibidem explanat Bar.si reiterabiles essent.l.quamuis.C.de adult.

7 Et † ratio assignari omnium, in principio positorum, cū sim longo postliminio reuersus, posset isthæc, quoniā & si nullus cogi queat ad vendendū res suas, l.inuitū, C.de contrah.emp.l.nec emere, C.de iure delibe. Anto. Ciofius cum alijs aggregatis per eum consi.40.Multum, num.2.volu.1. Ioan.Pet.Surdus consi.2.num.20. Corn.consi. 81.num.12. consi.166. num.39. volu.2. consi.29. num.2.& consi.151.num.1.volu.3. Iaco. Nouell. reg.224. Vendere, tomo 2.vbi num.1. & seqq.ponit pro reg.cum septem limit. tamen tempore necessitatis cogi quilibet posset ad vendendum, etiam minus iusto pretio. ita Barto. in l.1.§.cura, ff. de offi.præfe.vrb. & Soc.in tract. fallentiarum, in reg.435. Vendere rem suam, fallen.15. Fabian.de Mon. in tract. de emp.& vendi. in 3. quæst.principali, sub num.38.& 40. Corn. consi.25. num.9. volu.4.& Alexan. cum alijs coaceruatis per eum, consi. 190. Maturè digestis his, num.3. vol.2. vbi nu.13. cum alijs seqq. assignat etiam aliam rationem, quòd vbicunque versatur publica vtilitas, & necessitas, tunc posit, mediante statuto, præiudicari iuri priuatorum, sequitur etiam Couarr. in tract. variarum resolutionum, lib.2. cap.3. nu. 5. Ioan.Ant.Rub.consi.92. Viso statuto, num.2.

F Ioan.

Ioan. Pet. Surd. conf.2.nu.21. Riminal.iun.conf. 364. Accusati, nu.33.vol.4.

8 Et eo magis, † cum publica vtilitas præferenda sit priuatæ, cap. scias.7.quæst.5.l.vnica, §.fin. C.de cadu. tollen. authen. res quæ, C.comm.de lega.l. actione, §.Labeo, ff.pro socio.& l.vtilitas, C.de pri. lib. 12.

Nec non comprobari hoc valeret etiam alia ra
9 tione: † nam Canonistæ, deficiente iure Canoni co, tenentur iudicare secundum iura Ciuilia: & sic secundum Constitutiones Regni, arg. l. serui responso, ff. de testibus, iūctis traditis per Host. in summa, ext.de constit. quia qui faciunt de facto, multo fortius possunt iudicare secundum Constitutiones imperiales: vt pote quia vbi est eadem ratio, ibi idem ius constituitur, l.illud, ad legem Aquil.

10 Et hinc est, † quòd multa permittuntur ex cau sa necessitatis, quæ aliàs non permitterentur, c.si quis propter, de fur. & l. t.& ibi Glo. in ver. non aliter, & Doct. omnes, præsertimque Ias.col.20. ff. de offi. eius, cui manda. est iurisdic. l.1.§.huius studij, vbi Ias.in 5.not.ff. de offi. eius, & Riminal. iun.conf.360. In præsenti causa, nu.91.vol.4.

11 Sed † isthæc decisio ita roborata, quamuis videatur sacrosanctissima: tamen per clericos ipsos non extitit aliter, in anno 1586. tempore alterius penuriæ frumentorum obseruata, qui quidem clerici tunc vendiderunt eorum frumenta, non seruatis regijs bannis, eo tempore emanatis, vnde dolorem incredibilem capio, quòd pauci inueniuntur hac ætate, qui iustitiam colant, exerceant, atque tueantur.& quamuis graui penuria, & annonæ difficultate, plurimæ miseræ, afflictæque familiæ, in anno isto vexatæ fuerint, vt pietas diuina afflictos ipsos, & desperatione debilitatos confirmauerit: tamen transgressores huiusmo di regiæ pragm. & venditores frumentorum, maiori, intolerabilique pretio, quàm constitutum fuerit per superiores, digna eorum factis animaduersione plectentur in alio seculo, non facta debi ta restitutione.

12 Cæterùm † si clerici diligenter animaduertetent ad exemplum cuiusdam clerici, genere nobi lis, de domo Corradi, de Ciuitate Luceriæ Apuliæ, occursum temporibus nostris, non ita se gere rent: verùm intra rationis girum se reuocarent. Accessit itaque quædam mulier ad domum prędicti clerici tempore penuriæ, & constituta in discrimine vitæ, cū tota eius familia rogabat eum, vt voluisset eidem vendere aliqualem summam paruam frumenti, & offerebat filiam, quam ducebat secum pulcherrimam, & virginem pro pre tio: sed audito spectaculo isto, ita acerbissimo, statim prudens clericus cœpit versari in luctu, nec poterat quodammodo finem lachrimis imponere: taliter quòd dimissa matre, & filia sine iactura earum dignitatis, & honestatis, factaque eis dulci increpatione, destinauit ad domum propriam earundem mulierum totam illam tritici quantitatem, qua illæ mulieres egebant absque præmio, & pretio aliquo.

13 Et † cum venerabilis frater Andreas de Ciuitate Ruderis ordinis prædicatorum, lector meritissimus, & omni laude insignis, in ecclesia Sancti Dominici de Aquila de mense Iulij 1586. discer nens nubeculam quandam in cōscientijs aliquorum, diuino afflante spiritu, in suis publicis lectio nibus voluit eo tempore publicè extricare, & dissoluere præsentem nodum, quod clerici, qui vendiderant frumentum maiori pretio contra formam regiæ pragm. tenebantur ad restitutionem: & cum aliqui clerici nullam habentes noti tiam de præmemorata decisione sacri Concilij, confugiendo tunc ad meum consilium, ei pro earum animarum salute suasimus, restitutionem faciendam: cum ad bonum ciuem pertineat, voluntatem suam ad publicam vtilitatem accommodare.

14 Sed † voluere antea aliquarum difficultatum resolutionem intelligere, & pręsertim, si princeps necessitatis tempore cogere potuisset clericos ad vendendum eorum frumenta, non aliter expo sita venditioni, & imponere simul illis pretiū. Quibus respondebam, quòd Princeps ipse reipubl. necessitatibus omni studio consulere debet, potestque etiam statuere iustum pretium frumentorum, & cogere dominos tritici, vini, & aliarum similium rerum, ad vendendum, etiam eis inuitis, & renitentibus certo determinato pretio, vt absoluimus supra, & firmat quoque Abb. in cap.1.de emp.& vendit. Bart.in l.1. C.de episc. audi. Barto. Fumus in sum. arm. in versi.emptio, §.11.& Ioan. Tabiens. in sum.Tabien. in ver.emptio, §.6.per tex.in cap.sicut, 47.distin. vbi in medium explicauit etiam, istam communem opinio nem esse, & ita obseruari tempore penuriæ, & sic aliàs in facti cōtingentia obseruatum Paduæ extitisse in domibus conducendis per scholares, vt illæ omnes determinata pensione conducerentur, & locarentur.

15 Et † isthæc communis posset etiā illa viua, palpabilique ratione fulciri, vt peccet quidem mortaliter contrauenient etiam prohibitioni iuris Ci uilis, cap.2.de maio.& obed.& absoluimus in Syl ua, in opinio. 832. statutū disponens, quòd agnatus, num.11. cum alijs seqq. lib.3. vbi conclusio illustrata reperitur aliquibus rationibus non sper nendis.

16 Secundò † voluerunt quoque clerici ipsi resolutionem intelligere, cum in non leues angustias coniecti reperiebantur, & de eorum salute similiter ancipites, quòd si clericus venderet frumentum alienum, & sic laici, non seruata forma regiæ pragm. maiori quidem pretio, vt ei rem gratam faceret, à quo tūc esset restitutio facienda, si laicus nollet se aliter accommodare ad huiusce modi restitutionem; respondebam, clericum venditorem rei secularis, & transgressorem legis, non absque scandalo, teneri talem facere restitutionem, & hoc varijs ex causis, & rationibus.

17 Et primò, † quia clerici non tenētur officia seu commercia secularia exercere, c.clerici, il secondo, de vita & hone.cler.

18 Imò † si quis percuteret clericum ipsum gerentem administrationem rerum secularium, nō inciderer

cideret quippe in canonem, cap. sacerdotibus, ne cler. vel mona. & Archiepisc. Floren. in tract. de censur.

19 Secundò † clerici debent esse audaces ad defendendum legem Dei. §. diligen. Auth. de non alienan. aut permutan. reb. eccle. coll. 2. ex quo clericus dicitur miles cælestis, §. idem in milite, & ibi glo. in verbo, nolens, Instit. de excusationib. tutorum.

20 Tertiò † clerici ab illicitis quæstibus se abstinere debent. cap. clerici, & cap. 2. & seq. 14. q. 5. & c. omnes, 47. distin. imò clerici à studio negotiationis emendi vilius, & vendendi carius, penitus etiam abstinere tenentur. capit. canonum, 14. quæstione quarta.

21 Vnde † ipsi clerici cuiuscunque ordinis in exemplum debent esse laicis, vt habetur in c. qualis, 8. q. 1. & in cap. beatus, circa medium, 6. q. 1. verum cum non in exemplum, sed potius in scandalum clerici fuerint laicis, in assentiendo eorū delicto, ideo par pœna agentes & consentientes debet comprehendere, cap. omnes, 17. q. 4. & sic clericus in præsenti casu tenetur facere restitutionem, & puniendus quippe est quis in eo, quo peccat, cap. si quis, 94. distin.

22 Itaque, † cum clericus extitit stultus in culpa, sapiens erit in pœna, capit. si custos, circa finem, vigesimaseptima, quæstione prima. & capit. qui ea. 38. distinct.

ARGVMENTVM.

Stantibus filijs, relicta vxor vsufructuaria à marito, non debet habere nisi alimenta: secus, quando aliud appareret de voluntate testatoris.

SVMMARIVM.

1 *Vxor domina & vsufructuaria à testatore relicta, quando rerum vsumfructum etiam filijs extantibus habere debeat. & num. 2. & 3.*

DECISIO XXIX.

1 VXOR † relicta per maritum in eius testamento domina, & vsufructuaria omniū suorum bonorum, licèt stantibus filijs institutis regulariter nō possit habere, nisi alimenta, tamen hoc claudicat primò non procedere, vbicunq; vxor ipsa relicta foret vsufructuaria aliquarum rerum singulariū, vel particularium per maritum, tūc nempè debet habere vsumfructum earundem rerum, etiam existentibus filijs. ita Bertran. consi. 85. Ponitur in facto, colum. 3. volum. 6. Bart. col. 2. & alij vniuersaliter omnes, in l. Titio, §. Titia, ff. de leg. 2. & Paris. consil. 97. Vidi processum, volum. 2. vbi commemorat istam esse communem opinionem. Pet. Ioann. Anchar. lib. 2. famil. quæstione prima, Borgnin. Caualcan. in tracta. de vsufruc. mulieri relicto, capitulo nono, numero 47.

Claudicatque etiam secundò eadem conclu-
2 sio, † vbicunque constaret de voluntate testatoris expressè, vel per coniecturas, ipsum testatorē voluisse relinquere vxori suæ vsumfructū: tūc enim vxor relicta vsufructuaria, instituto filio hærede, posset consequi integrum vsumfructum, non obstante Bulgari consuetudine, ita Pau. Castren. cōsil. 218. Quòd vxor quondam, volum. 1. Alexan. consil. 56. Perlectis verbis, num. 2. volum. 3. & Paris. cons. 97. nume. 14. cum alijs seqq. volum. 2. vbi sic consuluit in proprijs terminis, & Gozad. consil. 47. num. 3. & seqq. & hanc eandem opinionem comprobat Bero. cons. 34. Visis, ac diligenter cōsideratis, num. 10. volu. 2. Andr. Gail. in obseruat. 144. Maritus in testamento, sub nu. 5. lib. 2. & Borgnin. Caualcan. in d. tract. de vsufruc. nume. 61. Riminal. iun. cons. 259. Dubitatur, num. 48. cum alijs seqq. volum. 3. cons. 291. D. Thomas, nu. 56. & cons. 330. Magister, num. 3. cum alijs seqq. eod. volum. Cæphal. cōs. 399. Testatus, nu. 15. & seqq. vol. 3. & ita aliàs iudicauit Rota Rom. teste Crescentio, decis. 5. aliàs 293. Vsusfructus relictus vxori, num. 1. & seq. titu. de testamentis, & sic in facti contingentia, in anno 1583. extitit iudicatum in Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ, Comitatusque Molisij in causa cuiusdam viduæ de ciuitate Troiæ, quæ quidem sententia fuit postmodum confirmata in Sacro Consilio, vt eadem mulier perciperet integrum vsumfructum hæreditatis sui viri, & huic opinioni accedit etiam magno cum apparatu Iacobus Berettæ cons. 50. Si existimat, num. 7. cum alijs seqq. volum. 1. vbi num. 9. & seq. tradit etiam duas alias necessarias limitationes, & casus, in quibus mater consequi valeat totum vsumfructum, non obstante Bulgari consuetudine: quas quidem fallentias discussimus ante eum in Silua, in opinio. 1054. Vxor per maritum, num. 8. & 10. lib. 3. & 18. alias limitationes discurrit, & absoluit magistraliter quidem Caualcā. in d. tract. de vsufruc. nume. 32. cum alijs seqq. & Crescent. in antesignata decis. 5. num. primo, cum alijs sequentib.

Tertiò claudicat quoque communis præme-
3 morata, † si testator relinqueret vxorem vsufructuariam, & prouideret etiam de alimentis in suo testamento, posset vtique tunc si vellet vxor ipsa eligere vsumfructum, veluti consuluit Paul. Castren. cons. 218. Quòd vxor quondam D. Ristori, volum. 1. & Alex. cons. 214. Ponderatis verbis testamenti, sub num. 13. vol. 6. Borgnin. Caualcan. cum torrente Doctorum recitato per eum in d. tract. de vsufruc. nu. 51. vbi præsentis limitationis verum, realemque sensum attingit. Sed Rota Romana, attestante Crescentio in præmemorata decis. 5. num. 6. & seqq. determinauit contrarium, videlicet, quòd stantibus verbis testatoris antedictis alimenta sola legata videantur: tamen cum nihil videam ad stabilimentum huiuscemodi decisionis vrgere, non aliter recedo ab opinione Pau. Castrensis, & sequacium realissima, & sacrosanctissima.

ARGUMENTUM.

De citatione, si sua putauerit interesse, vtrum sit vera citatio, & vtrum cogantur & teneantur prætendentes interesse præcisè comparere. Et quid in clerico, vtrum teneatur comparere coram iudice laico.

SUMMARIUM.

1 *Citatio, si sua putauerit interesse, seu monitio nullam de iure præsupponit necessariam superioritatem, ideoque citatum ad comparendum non arctat.*

2 *Clericus à seculari iudice citatus monitusque si sua putauerit interesse, cur præcisè ad comparendum non arctetur.*

3 *Clericus sponte comparens pro suo interesse proponendo, nō reus, sed actor dicitur, agendoque non prohibetur coram laico comparere.*

4 *Clericus legatarius seu creditor citari potest, si sua putauerit interesse, coram laico, si hæres cum beneficio inuentarij citatis quorum interest, hæreditatem adire velit.*

5 *Clericus vexatus, seu spoliatus de aliquo beneficio per alium clericum, quando Regis auxilium, vt ipsum tueatur implorare, citarique si sua putauerit interesse, à iudice laico possit.*

6 *Clericus si pro suo interesse citatus compareat, forumque declinet, an & quando declinatoria admittatur. & nu. seq.*

7 *Index laicus cognitionis ecclesiastici penitus incapax.*

DECISIO XXX.

1 CITATIO, † seu citandi modus si aliquis sua putauerit interesse, nō est vera, & simplex citatio, sed potius monitio, vt compareat si voluerit, quæ quidem monitio nullam de iure præsupponit necessariam superioritatem, vt dicit Glo. & alij communiter omnes, in c. cum causa, extra de offic. deleg. & in c. dilecti, extra de exceptionib. & ideo non arctat citatum ad comparendum, vt per Innoc. in c. dilecti, extra de except. & ita iudicatum extitit non absque leui certamine, in sacra Regia Audientia Terræ Bari, sub die 27. mensis Nouembris 1589. me assidente in ea tunc Auditore: dum citatione expedita, si aliquis sua putauerit interesse, super tutore dando Francisco Antonio Miolo pupillo de Ciuitate Bitonti: & dum comparuerint aliqui de aliqua Ciuitate petentes remissionē causæ, fuit in casu hoc prouisum, illos nullatenus audiendos, sed procedendum in eadem sacra Regia Audientia in causa ipsa.

2 Vnde † si testamētum publicari debeat coram iudice laico, ad instantiam legatariorum, vbi clericus reperitur hæres institutus, potest tunc iudex laicus citare clericum absque dubitatione aliquā, illum monēdo, quòd compareat si sua putauerit interesse. & ratio ea est, quoniam nō est reus hoc casu necessarius, sed voluntarius, qui præcisè non arctatur, secundum Bal. Alexan. Ias. & alios vniformi concursu omnes in l. testamenta omnia, C. de testamen.

Vbi non immeritò quidem concedit Pau. Castren. † quòd si clericus spōte compareat pro suo 3 interesse proponendo, nō dicatur reus, sed actor, & clericus agendo non prohibeatur coram iudice laico comparere, prout hoc idem firmat etiam Paulusmet Castrens. in l. si liberis, C. de in ius vocan. per notata per Glo. in l. ea quidem, C. si mancip. ita fuer. alien.

4 Præterea † si hæres velit adire hæreditatem cū beneficio inuentarij, citatis quorum interest, profectò si vnus ex legatarijs, seu creditoribus foret clericus, posset tunc dubio procul coram iudice laico citari, si sua putauerit interesse, vt per Ang. & Imo. in l. 1. §. hæc stipulatio, vers. sed restat videre, ff. si cui plus quàm per legem Falcid. & hāc eandem sententiam, quòd clericus possit ita & taliter citari refert, & amplectitur Pet. de Anchar. in repet. c. ea quæ fiunt à iudice, in 17. quæstio. in fi. de reg. iur. lib. 6. & Fely. in c. ecclesia sanctæ Mariæ, in prima quæst. in fi. de consti. & in c. cum inter, col. 8. vers. limita secundò, extra de exceptio. & Bald. in l. fin. in 5. quæst. & in col. 12. vers. sed hic quæritur, C. de edic. diui Adria. tollen. & pro sententia ista facit etiam quod voluit Cępol. in caute. 98. Si petens se mitti in possessionem.

5 Imò † si clericus extitisset vexatus, molestatus, atque turbatus, seu spoliatus de facto de aliquo beneficio per alium clericum, posset tunc per alium clericum spoliatus humiliter implorare auxilium, & fauorem Regis, vt ipsum tueatur à tali inuasione, & hoc inquam casu seruata forma capituli Regni, finis præcepti charitas, &c. omnis prædatio, &c. ad regale fastigium, Regia Curia, proposito edicto potest citare alium clericum, si sua putauerit interesse, ad videndum informationem de inuasione ipsa, & de publica turbatione clerici, seu ad dicendum quare restitui non debeat, & habita informatione extraiudicialiter, & constito de notorio spolio restituit spoliatum, ét quòd causa sit inter clericos de beneficio ecclesiastico, vt per Io. Ant. de Nigris in d. c. ad regale fastigium, nu. 7. cum alijs seqq. & Apostil. ad eundem Io. Ant. de Nigris in d. c. finis præcepti charitas. Est tamen bene verum, quòd si clericus, ita citatus compareat, opponatque non spoliasse, & ꝙ possidet iure suadente, tunc ordinariè est procedendum, teste Afflic. & Foller. nu. 38. in constit. Regni, de Burgensaticis.

Et huiusmodi citatio facta à iudice laico valet, & tenet, & ita obseruatur, & iudicatur in sacro Consilio, teste Afflict. decis. 24. Quidam clericus spoliauit, & decis. 55. & perillustri D. meo Vinc. de Franc. decis. 163. Facta cessione, sub num. 2. & 19. in prima par. vbi fatetur conseruatoria ipsa nō solùm concedi per sacrum Consilium posse: sed etiam per Præsides prouinciæ, & sic per Regias Audientias, & hoc idem concedit etiam Foller. in constit. Regni, de Burgensaticis, nu. 4. per tex. in l. ex omnibus, cum seq. ff. de offic. præsidis. & ꝙ talis citatio etiam de iure Canonico subsistat,

firmat

firmat quoque Marian. Socin. in tracta. de citatio. artic. 5.

6 Cæterùm † si clericus pro suo interesse citatus tunc compareat, declinetque forum, vtrum ipsa declinatoria debeat admitti? Et quia ita generaliter periculosum quippe foret partem negatiuam, seu affirmatiuam simpliciter verã asseuerare, iuxta ea quæ notantur per Glo. in l.omnis diffinitio, ff.de reg.iur. ideoque non immeritò quidem venit distinguendum, quòd aut sumus in terminis quæstionis Bal. præmemoratæ de citato pro suo interesse in confectione inuentarij, & tũc ex quo laicus est re ipsa iudex competens illius causæ, si clericus velit quodammodo aliquid allegare pro suo interesse ad actum impediendum, debet necessariò eo casu illud deducere coram prędicto iudice competenti illius causæ, prout ita vniformi consensu omnes concedunt in d.l.testaméta omnia,& in d.l.1.cum alijs supra allegatis. Aut sumus in terminis c.Regni, ad regale fastigium, seu c.finis præcepti charitas, & tunc etiam si declinaret forum, nullatenus impediret officiũ Regium imploratum vigore eorundem capitulorum, vt per Afflict.in præcitata decis.24. & Grammat. decis. 78.sed hoc limitat Vrsil. in add. Afflicti in d. decis.24.num.10. & sequen. vbicunque clericus ita & taliter vocatus per edictum,& seruata forma capitulorum Regni, compareret coram iudice layco, ostenderetque bullas Apostolicas expeditas de beneficio,de quo agebatur,allegaretque iustè quidem cępisse,tenuisseque etiam possessionem: tunc licèt alter clericus prætendat contrarium: non tamen hoc casu iudex laycus cognoscit causam, sed eam remittit ad iudicem ecclesiasticum.

Aut venit ad causam clericus tanquam author laudatus,vt est venditor,qui comparet pro suo interesse ad emptorem defendendum, & tũc si nollet comparere coram iudice ipso layco, & in suo tribunali causam defendere,& de præiudicio euictionis litigare, inuitus vtique nõ compelleretur: imò iudex laycus eo casu nihil potest cõtra eum statuere,sed super re possessa per laycum decerneret,vt iuris fuerit,& causa euictionis quatenus cõcernit præiudicium clerici, debet ad suum forum remitti, teste Spec.in ti.de primo, & secundo decreto,§.restat, vers.quid si dominus, & vers.sequ. per tex. in c.si diligẽti, extra de foro compet.in l. placet, C.de episc.& cler.& in §.aliud quoque capitulum,in Authen.de sanctis.episc. & rationem ponit Glo.in c.clericus nullus,11.q.1.quia per laudationem authoris non fit clericus de foro seculari,cum fit de iure diuino,& à iurisdictione illius

7 penitus exemptus. †.& ideo iudex laycus est omnino incapax talis cognitionis, vt per Glo. in c.si Imperator,96.distin.quam pro singulari sequitur Abb. in d.c.si diligenti,& in c.ecclesia sanctæ Mariæ,in prin.de constit.in c.fin. extra de solutio. in c.proposuisti, de concess. præben. & in c.1.extra de consuet.Card.in cap.perpendimus,col.5.extra de senten. excom. & licèt ita obseruetur in sacro Regio Consilio, teste Capyc.& Gram.in suis decisionibus, tamen alias cum necessario apparatu firmaui contrarium.

Aut verò clericus vult suscipere iudicium,tanquam author laudatus, & defendere causam emptoris possessoris conuenti pro suo interesse, & tunc debet illud facere coram eodem iudice, per ea quæ habentur in l.venditor, ff.de iud. & in l.1. C.vbi in rem actio.quia iudicium in anthorẽ laudatum inuito actore non transfertur, vt in d.l.1. & quia laycus est iudex ordinarius causæ ipsius possessoris, & emptoris. meritò itaque non cadit declinatoria fori à iudice competenti: nam iudicium reale fundatur in personam possessoris.l.officium, ff.de rei vendic. l.pignoris persecutio, C. de pignor.& l.si fundus,§.in vẽdicatione, ff.eo.ti.

Aut postremò clericus non est author laudatus,sed à colono nominatus in dominum,& tũc, quia colonus possidet nomine domini in iudicio nominati, & ideo iudicium nõ potest fundari in persona coloni,si compareat dominus clericus,& petat causam remitti, absque dubitatione aliqua in casu isto causa venit remittenda ad suum iudicem competentem, nõ obstante contradictione auctoris, per ea quæ notantur ad hoc per Pet. de Anchar.in repet. c.ea quæ fiunt à iudice, in 17.q. de reg.iur. & firmat Marian.Soc. etiam in c.quoniam frequenter, §.fin. in materia nominationis, qui plenius,& distinctius loquitur, quàm aliquis quem hucusque viderim, in 20.princ. articu. in 4.quæst.extra vt li. non contesta. prout hoc idem alias discussimus commodiori, vtiliorique etiam apparatu.

ARGVMENTVM.

Pro pupillo habente tutorem non possunt comparere coniuncti, dum tamen tutor adimpleuerit quæ de iure tenetur adimplere, & tunc coniuncti quando comparent debent prestare cautionem de rato.

SVMMARIVM.

1 *Coniunctus pro pupillo comparens non admittitur, sed tutor est vocandus.*
2 *Coniunctus non admittitur, vbi legitimus procurator est constitutus.*
3 *Tutorem non habere, vel non docentem de solennibus, paria sunt.*
4 *Tutela matris ad secunda vota transeuntis ipso iure finitur.*
5 *Coniunctus pro pupillo tutorem, vel legitimum defensorem non habente cõparens admittitur cum citatione tamen de rato. nu.seq.*
7 *Mandati fines executor excedens, actum nullum ipso iure facit.*
8 *Instrumentum nullum & inualidum præsentari secundum formam Ritus magnæ Curiæ minimè potest.*
9 *Statuto stante, quòd instrumentum publicum exequutioni mandetur, de ritè & rectè facto intelligitur.*
10 *Testes instrumentarij si suspecti discernantur, nec sint omni exceptione maiores, a parteque opponatur, ad interrogationem procedi non potest.*

11 *Tutor de inuentario alijsque solennibus non docens administrare nequit.*
12 *Coniunctior pro cõiuncto audiri petens admittitur.*
13 *Coniunctus vt procurator comparens si actus mandati defectu nõ teneat, vt cõiunctus non subsistit.*
14 *Iudex coniunctis petentibus de tutore pupillis prouidere tenetur.*
15 *Matris pro debito, contra filij bona non exequẽdum.*
16 *Executionem suspendit tertius pro suo interesse comparens.*

DECISIO XXXI.

1 Coniuncta † persona volens compare re pro pupillo tutorem habente, nõ ad mittitur vllo quidem modo, sed illius tutor est tunc vocandus. ita Bal. in l. Senatus, per illum textum, C. qui accus. non poss.

2 Et de hoc mirandum non est, † quoniam si cõ iuncta persona sibi prouidet de procuratore legi timè constituto, vtique coniuncta persona pro ea non admittitur. l. cum prætor, vbi ad hoc notat Ang. & alij, ff. de iudic.

Sed si pupillus careat tutore, & legitimo defen sore, vt in casu nostro: nã filij quondam Alexan dri, licèt habeant matrem Lucretiam, aliàs legiti mam tutricem, vt in authen. matri, & auię, C. qua. mul. tut. offic. fu. pot. tamen ex quo non docet de solennibus, vt in processu planè discernitur, ad ministrare non potest.

3 Et tũc omni dubio procul † paria sunt non ha bere tutorem, vel habere eum, qui non docet de solennibus, vt concedit And. de Iser. in c. 1. §. præ terea, colum. 4. quæ sit prima cau. benef. amit. in vsibus feud. & Afflict. decis. 256. Mater vi dua, in fi.

4 Præterea posito, † quòd mater ipsa doceret de solennibus, ex quo transiuit ad secunda uota, & secundum superinduxit virum, prout in proces su legitur: certè tunc finita, ac extincta est eius tu tela ipso iure, vt in authen. sacramentum quod non exigitur, C. qua. mu. tut. & in corpore vnde sumitur, & per Barto. & alios vniuersaliter omnes in l. si quis sub conditione, ff. de testam. tut.

5 Cęterùm nemini obscurum est, † quòd ubi pu pillo non est prouisum de aliquo tutore, vel legi timo defensore, tunc pro eo comparens coniun cta persona, de iure admittitur, vt est Glo. notabi lis ad hoc in l. tutores qui, in ver. inferre, quam ibi sequitur, & commendat Bar. ff. de admin. tu. Glo. & Bar. in l. si actor, in fi. C. de appel. idem met Bar. Pau. Castren. Ang. & cæteri communiter omnes in l. sed & hæ, ff. de procurat. vbi Ang. dicit, quòd de hoc extat casus in terminis in l. patri, ff. mino. pet. Iacob. de Are. Gnil. Cyn. Bal. Saly. Alexan. & alij vniformiter omnes in l. exigendi, C. de pro curator. vbi Alex. planum facit istam esse commu nem omnium opinionem, cui acquiescit etiã An gel. de Are. in §. præterea, col. pen. Insti. de excep tio. vbi annectit etiam, quòd interest ipsius mi noris, vt iura sua tueantur, & defendantur à plu ribus, aliàs esset peioris conditionis pupillus, quàm maior.

6 Qui quidem † coniunctus ita & taliter compa rens debet admitti cum cautione de rato, & rati habitione, & non aliter nec alio modo, ita Bal. in terminis in d. l. exigendi, in fi. explanans ibi, quòd isthæc cautio mandato æquiparatur, per tex. in l vulgo, ff. de administra. tuto. & sic decisum extitit in sacra regia Audientia Terræ Bari, quòd An gelus comparens, tanquã coniuncta persona pro interesse minorum, & pupillorum debeat audiri ad probandum bona capta fuisse, & esse ipsorum pupillorum, & non prædictæ Lucretię matris de bitricis conuentæ, & quæ in instrumento obliga uit bona sua, & non filiorum.

Quæ nempe bona pupillorum absque scrupu lo aliquo sine decreto curiæ, & authoritate tuto rum obligari non poterant. l. 1. ff. quæ res pign. oblig. l. 1. ff. de reb. corum, & l. lex quæ, C. de ad ministr. tuto.

Præterea super ipsis bonis mulieris extitit de cretum interpositum, & executio curiæ commis sa, vt exequeretur super illis, prout ex actis noto riè apparet, igitur exequendo in bonis pupilli,

7 excessit fines mandati, & † quotiescunque execu tor excedit fines mandati facit actũ ipso iure nul lum, per ea quæ habentur in c. quod ad consulta tionem, ext. de re iudi. in cap. cum dilecta, de re scrip. & in cap. venerabilis, ext. de offi. deleg. & in l. ab executione, C. quor. appell. non recip.

8 Nec non † & super nullitate instrumenti præ sentati, quia si esset ipso iure nullum, & inuali dum, prout allegatur, non posset præsentari, se cundum formam ritus magnæ curiæ Vicariæ, ita Afflic. in constitutio. instrumentorum robur, co lum. 9. versic. tertiò nota, volens adijciensque ibi etiam, vtiliter quidem, quòd donec discutitur de nullitate instrumenti, debitor citatus non dicit causam in vinculis, & ita non semel tantum exti tit in facti contingentia obseruatum in varijs, di uersisque causis in sacra regia Audientia Terræ Bari.

Pro qua quippe sententia facit id quod voluit Bart. in l. non putauerit, §. non quæris, ff. de bon.

9 poss. contra tab. volens, † quòd si staret statutum, quòd instrumentum publicum executioni man detur, intelligi deberet, si extitisset ritè, & rectè factum. facitque etiam quod not. idem met Bar. in l. 1. §. parui, ff. quod vi aut clam. imò Afflic. in d. constit. instrumentorum robur, in 3. not. plus in

10 publicum asseruit, † quòd si testes descripti in in strumento discernantur legitimè suspecti, & non sint omni exceptione maiores, & opponatur à parte, vigore talis instrumenti, minimè potest tũc procedi ad interrogationem, secundum formam ritus; sed debet cauere de stando iuri, & super ex ceptione audiri extra vincula, quod quidem di ctum re ipsa est menti tenendum in practica, & digito allegandum.

Modò verò non ab re disquirendum venit e tiam secundo loco, vtrum prædicta Lucretia op ponens se eidem executioni factæ, allegando nul litatem, nõ proprio nomine, sed tanquam tutrix legitima ipsorum pupillorum pro defensione mo lendini, oliuarum, ac bonorum pupillarium, in

execu-

executione apprehensorum sit audienda, & ad-
11 mittenda.† & certè ex quo petit se tutricio nomine admitti, & non docet de inuentario, & de alijs solennibus administrare nequit vllo quidem pacto.l.tutor qui repertorium, & ibi Bart. ff. de administr. tuto. & l.tutores, C.eo.tit. de quo scribit Barto. esse bonum textum in l. 5. C. arbit. tute. & firmat etiam Afflic.decis.360. Caualcan. in tract. de tutore, & curatore, cap.1.sub num.23. & Octauian. Cacheran. decis. Pedemon.58. num.19. & seq. & tanto magis, cum transiuerit ad secūda vota nubendo cuidam Donato, censetur ipso iure tutela priuata, vt supra fæcundè ostensum extitit. imò tenebatur antequàm nuberet petere etiam tutorem filijs, vt in auth. eisdem pœnis, C. de secu. nup. iccirco tanquam tutrix audiri non debet.

Sed pulchrum est videre, si non audiatur, vt tutrix, an petitio sua procedat tanquam mater, & coniuncta persona? & videtur dicendum quòd sic, quia cum sit proximior in gradu venit admittenda, Angelo prædicto tanquam in remotiori gradu excluso. clarum enim est, & in iure verissi-
12 mum, † quòd coniuncta persona admittitur pro coniuncto, nisi alius in gradu propinquior velit audiri: quia primus remouetur, & magis coniunctus admittitur, secundum Pau. Castr. Saly. Alex. col.55. versic. septimò fallit, & alios concorditer omnes in l.exigendi, C. de procura. & Felv. in d. c.coram, in 4. fallen. & Vrsill. in addit. Afflicti in decis.256. sub nu.3. vbi prodidit ita obseruatum extitisse in facti contingentia in sacro consilio in anno 1559.

Nec obstaret tunc iuramentum, quia quòd bona pupillorum sint obligata, & quòd capi possint pro debito matris, hoc non reperitur iuratum: & sic non est contra iuramentum, sed præter, & ideo non obstat, per regulam l.neque natales, C. de probat.

Verumtamen certè crederem non fore admittendam: nam comparet in iudicio, vt tutrix, &
13 non tanquam coniuncta persona: † sed vbi coniuncta persona comparet vt procurator, si actus non teneat ex defectu mandati, non subsistit vt coniuncta persona, secundum Bal. & Saly. in l.1. C. de procur. & Ias. in d.l.exigendi, versi. sexto fallit, vtpote quia allegando se tutricē, videtur spernere prouisionem legis, per ea quæ ad hoc copiosè cumulat Fely. post Bal. But. & alios in c.nonnulli, ext. de rescrip. remanet igitur concludendum, quòd mulier ipsa, quæ vt tutrix non potest audiri, minimè validatur eius comparitio, vt coniuncta persona, quia si quod potui nolui, quod volui adimplere nequiui, ita in istis terminis de coniuncta persona, vt res tulit, animaduertit Roman. consi.446. Primus propositæ consultationis articulus, colum.1. meritò itaque contradictio Angeli, quamuis remotioris in gradu attendi debet.

Cautius tamen egisset mater ipsa, & alia coniuncta persona si petijsset prouideri pupillis præ-
14 dictis de tutore: † quoniam illis petentibus iudex tenetur de tutore prouidere: quia ad eius spectat officium.l.1.§.magistratus, ff. de offi. præf. ne bona pupilli tutore carentis dilapidentur, vt inquit tex. in l.diuus, ff. qui pet. tuto. aliàs ipse tenetur tempore syndicatus, vbicunque esset in culpa.l.1.§.magistratus, ff. de magistra. conueni.

Restat in præsentiarum tertius etiam dubitationis articulus, an donec discutiatur de iuribus eorundem pupillorum sit in ipsa subhastatione supersedendum. & absque dubitatione aliqua concludendum est, quòd sic: quia cum sit iudicatum contra matrem, non posset decretum executioni mandari contra filium, sed iterum essent citandi: & sic causa cognita contra tertium procedi, vt probat tex. & ibi no. Bart. in l.si fundus,
15 §.creditor, ff. de pign. † & pro debito matris non posset exequi contra bona filij, maximè non citati, neque auditi, per ea quæ habentur per Gl. Bar. & alios omnes in l.denique, §.sed vtrum, ff. de minor. per Bal. & cæteros omnes in l.penul. C. qui bon. cede. poss.

16 Et † vbi tertius pro suo interesse comparet, suspendit dubio procul executionem, vt est casus in cap.cum, super, & ibi Imo. Anto. de But. Abb. Fely. & alij communiter, ext. de re iudi. Barto. & cęteri omnes in l.si perlusorio, §.1. ff. de appell. & in l.à diuo Pio, §.si super rebus, ff. de re iudi. quas ob res meritò quidem quoad molendinum, & oleum debet in subhastatione, & bannis supersederi, donec de iuribus ipsorum pupillorum constiterit.

ARGVMENTVM.

In omni causa quantumuis summaria, & in qua proceditur sola facti veritate inspecta, est facienda publicatio, & sic etiam in causa assistentiæ petitæ, non obstante statuto Melphitano, in eadem ciuitate debet fieri publicatio.

SVMMARIVM.

1 *Testium depositio, seu examinatio in secreto fit; alias non tenet, sic etiam plurium simul & semel facta.*
2 *Testis ante publicationem dictum suum parti reuelans punitur.*
3 *Publicatio in quacunque etiam summaria causa, etsi procedatur de plano sola facti veritate inspecta, est necessariò facienda, & nu.5.*
4 *Speciale in vno, in contrarium est ius commune.*
6 *Sententia publicatione omissa, an sit ipso iure nulla, vel iniusta, vel annullanda.*
7 *Defensio cum de iure natura sit, tolli non potest etiā per Papam.*
8 *Statutum exorbitans & iuris communis correctorium non ligat.*
9 *Sententia de iure non præcipitanda.*
10 *Sententiæ Venetijs, quare non transeant in rem iudicatam.*
11 *Dilatio in causis quantumcunque summarijs licet iudicis arbitrio moderata elargitur ad probandum, debetque de causæ meritis constare.*
12 *Publicatio non petita processum non impedit.*

DECI-

DECISIO XXXII.

PVBLICATIO in causa A. super assistentia petita est de iure meritò facienda, parte petente, ac instante, non obstante statuto Melfictano in contrarium allegato.

1 Nam clarum est, & in iure verissimum, † quòd testium depositio fieri debet semotim, & in secreto, vt inquit text. in l. nullum, C. de testib. quod extitit per Danielem introductum, teste Glo. in l. si quando, eo. tit.

Imò si iudex palam examinat testem, eius dictum, ac depositio non tenet modo aliquo, vt est Glo. notabilis, & singularis in cap. qnia propter, in ver. secretè, ext. de electio. quam refert, & sequitur Lanfran. in repet. cap. quoniam contra falsam, in ver. testium depositiones, in 3. colum. ext. de probatio.

Et pariformiter si plures testes simul, & semel examinentur, & non separatim, illorum depositio minimè tenet, vt per Glo. Abb. & alios vniuersaliter in c. cum causam, de testib.

2 Imò † si testis reuelaret dictum suum ante publicationem in causa parti, deberet vtique puniri, vt est optimus tex. in §. qui falsa, 4. q. 3. refert & sequitur Ioan. And. & alij concorditer omnes, & potissimum Fely. col. 8. ext. de testib. Archi. in c. nullam, in fi. 2. q. 5. & idem Fely. in cap. vltra tertiam, col. 1. de testib.

3 Ex quo quidem sequitur euidenter, † quòd in omni causa quantumcunque summaria publicatio necessariò fieri debet, aliàs auferretur parti omni dubio procul ius defensionis, quæ est de iure naturæ. si enim non publicantur dicta testium, illa minimè gentium impugnari possent, sed auferre defensionem, repugnat iuri naturali, quod re ipsa immutabile quippe extat. ista sunt formalia verba Barto. in extrauag. ad reprimendum, in ver. & figura iudicij, col. 2. versi. sed an requiratur publicatio. eandemque sententiam firmat Paris de Puteo in tract. syndicatus, in ver. sententia, colum. 5. versi. debebit etiam fieri publicatio, eademmet ratione motus, ne defensionis copia tollatur, volens, quòd licèt procedatur summariè, & de plano, sola veritate inspecta: nihilominus tamen publicatio fieri debet; & cum sententia hac transiuit quoque Alex. illam vtiliter quidem limitando, si à parte petatur, in l. 1. §. quod si fit aliquis, in addit. ad Barto. ff. de præto. stipulatio. per textum, vbi est casus pro ista conclusione, in cap. fin. de hære. lib. 6. vbi, prout in alijs iudicijs, fit publicatio, & huicmet opinioni acquiescit etiã Cauensis in pragm. t. in glo. in ver. factis, colum. fin. Præterea ego induco illum textum in d. c. fin. magis strictè: nam speciale nempè est ibi, in causa hæresis, quòd publicantur dicta, & non nomina testium, ergo in contrarium est ius commune. l. 1. ff. ad municipal. & ita arguit Barto. in l. fin. ff. de appell. recipien. in fi. & ad hanc regulam firmandam, stabiliendamque præmemoratum textum ad hoc allegat Glo. in l. fin. in ver. vsque admodum, C. de his, qui ad eccle. confug. Bart. in l. de pupillo, §. si quis riuos, ff. de noui oper. nunc. in l. 1. ff. de in ius vocan. & in l. 1. colum. 2. C. de sacrosan. eccle.

4 Et regulam ipsam, † quòd si speciale est in hoc, ergo in contrarium est ius commune, firmat glo. in l. 1. & ibi Bald. in t t. quæst. C. quando non peten. par. Ang. de Aret. in §. in personam, colum. 3. Instit. de actio. Io. Faber in §. item si quis in fraudem, in 3. colum. eod. titu. allegando ad hoc l. donationes, §. perfecta, ff. de donatio. iuncta l. ex inditiorum, ff. de accusatio. facit etiam bonus text. iuncta glos. in l. fin. §. illud, C. de tempor. appellat. & voluit Alberic. de Rosa. in l. post contractum, col. 2. ff. de solut.

5 Ad hoc considerandum est postremò, † quod textus in d. cap. fin. de hæret. li. 6. probat manifestè conclusionem prædictam, inconuincibiliter quidem: nam in sui principio vult, quòd in causa hæresis procedatur summariè, & de plano, & sine figura iudicij, & tamen lex disponit, quòd sicut subest timor offensionis testium, prout discernitur in præsenti casu, quòd negari non potest, quòd non solùm dicta, sed etiam nomina testium publicari, & inquisito tradi, cum facultate defendendi, & opponendi contra testes: ecce igitur, quod etiam in causa summaria, & executiua, & valde priuilegiata, in qua proceditur sine figura iudicij, cessante timore offensionis testium, debet in causa publicari. quis itaq; sani capitis diceret, quòd in præsenti speculatione publicatio est prohibita?

In tantum, quòd isthæc sententia fundatur itidem æquitate, & ratione iuris: nam denegando publicationem fieri, vbi instanter petitur, nõ modò tollitur facultas defensionis parti, quæ est de iure naturæ, verùm etiam datur ansa, audaciaque impunè testibus deponendi falsum, scientes per remedium repulsæ non posse falsitatem suarum depositionum detegi, & ideo publicatio ipsa non debet aliter prætermitti. istam rationem ita palpabilem ponit textus notabilis, & quò ad hoc singularis in c. qualiter, & quando, il secondo, in §. debet igitur, ext. de accusatio. & de hoc extat etiã casus in extrauagã. ad reprimen. in ver. & eorum publicationem, & ibi illum textum ad hoc expressè notat Bar.

Quoniam in crimine læsæ maiestatis contrà rebellem proceditur summariè, & de plano, ac sine strepitu, & figura iudicij. & licèt simus in causa valde priuilegiata, nihilominus tñ Imperator mandat publicationem fieri, & ad hoc ponderat quoque, & notat illummet textum Bart. inibi, vt sup. in ver. & figura iudicij, col. 2. eandemque sententiam firmarunt Anchar. Geminian. Imo. Card. & alij vnanimiter omnes in clem. sæpe, §. si. de verb. signifi. Cùm igitur isthæc sententia fulcita sit tot iuribus, & authoritatibus, clarum est, quòd illa cõmunis discernitur, & vera, nec habet contradictorem, quod ego viderim, qui dicat, quòd in causis summarijs possit procedi, publicatione non facta ad diffinitiuam, etiam parte petente.

Est bene verum, quòd Doctores discurrunt,
6 an † si publicatio omittatur, sententia sit ipso iure nulla, vel iniusta, & annullanda. & concedunt communiter post Bart. in l. prolatam, C. de sent. & in-

& inter. om. iud. quòd licèt non sit ipso iure nulla, tanquàm lata contra ius litigatoris, est tamen iniusta, & iudex etiam tunc malè facit, & pars grauata licitè appellat, & venit de iure reuocanda, in tantum quòd Sacra Regia Audientia Barensis iudicauit in casu de quo agitur, quòd publicatio petita sit de iure cōcedenda, statuto ciuitatis Melfičti allegato nullatenus obstante.

Nec debet obstare vllo quidem pacto dispositio cuiusdam capituli statuti antedicti, quia si verba illius diligenter attendantur, statuens nō prohibet publicationem fieri, quia de hoc verbū nullum, maximè quoniam per hoc corrigeret ius cōmune, & leges, canonesque omnes superius allegatos, & ideo expresse deberet hoc dicere, quod tamen in ipso statuto, nec expresse, nec tacitè per subauditum intellectum legitur, & compertum est, quod legis dispositio non tollitur, nisi expressè corrigatur. l. prçcipimus, C. de appell. cum alijs iuribus trinialibus. Prçterea etiam si expresè hoc diceret, prout in illo capitulo non legitur, nec discernitur, & prohiberet procedi ad testium publicationem, certè talis dispositio iniqua, & iuri naturali contraria, & notoriè iniusta, seu saltem correctoria iuris communis, de iure non procederet.

Quia tollendo publicationem, dicitur tollere defensionem, taliter quòd etiam Principi hoc nō

7 foret permissum, † qui non potest aliquid generaliter statuere, vnde defensio parti tollatur, quæ est de iure naturæ, vt per Andr. de Iser. in constit. regni, Item dira & dura obseruatio, posita sub rubri. de inquisitio. facien. per nonnulla iura per eū allegata, concludentem, quod non posset Princeps statuere, quòd testium, & repertorum, & sic defensionum copia denegetur, eademque sententiam, quòd hoc etiam supremo Principi non est permissum, tenet idem And. de Iser. in ti. quę sint regalia, ver. bona damnatorum, in vsib. feud.

Imò concedit itidem Domin. de sancto Gemi. in cap. non solùm, in prin. de appellat. lib. 6. quòd etiam Papa non posset tollere defensionem, quæ est de iure naturæ, ipsi partis; & consequenter posito, quòd prædictum capitulum talia statueret, minimè teneret.

Imò esto, quòd capitulum hoc de assistentia

8 hoc expresè disponeret, † tamen cùm sit statutū & lex municipalis exorbitans, & iuris communis correctoria, certè non ligat: & quod sit exorbitans, & iniqua, ac iuri canonico, & ciuili contraria & iniusta, probatur manifestè ex pluribus: & primò, nam quamuis de iure ciuili duret in instantia triennio. l. properandum, cum similibus, C. de iudic. tamen de æquitate canonica istud in foro Ecclesiastico non admittitur, imò etiam si per quinquaginta annos lis fuerit agitata in foro ecclesię; tamen, rigore iuris excluso, causa debet ex eadem instantia legitimo fine terminari, vt probat tex. in c. per venerabilem, aliàs venerabilis, & ibi gl. Ab. Butr. Imo. & alij concorditer omnes, ext. de iud. gl. & Legistę omnes in d. l. properandum, in prin. Glo. & Canonistæ in c. fi. ext. de dolo & contum. Innoc. in c. consuluit, ext. de offic. deleg. cum alijs propè innumeris iuribus, & authoritatibus cumulatis per Marian. Soc. in repet. d. c. venerabilis, in quinto principali articu. sed hoc statutum non modò non permittit triēnium, verùm neque annum, vel etiam mensem, imò breui spatio, curriculoque decem dierum, præcludit omnem viam defensionis conuento; quod cum sit impium, rigorosum, & exorbitans, nō est aliter seruandum.

9 Et ratio ea est, † quoniā celeritas omnia præcipitat, vt dicit textus in c. inter hæc, de pœnit. distin. 3. sententiæ namque de iure non sunt præcipitandæ, capitu. quæro, 6. q. 1. non enim debemus esse præcipites ad iudicandum, vt habetur in cap. non in perpetuum, 24. q. 3.

In tantum quòd non potest esse maturitas consilij, vbi nullus est ordo iudicij, teste Ioan. And. in cap. qualiter & quando, ext. de accusatio.

10 Et hinc † non immeritò Venetijs, vbi cognitio causarū, vigore talium statutorum, non adeò exacta habetur, nunquam sententiæ transeūt in rem iudicatam, sed semper reuidentur per certos iudices deputatos, vt discurrit Anchar. conf. 259. Ex verbis dictæ sententiæ.

Prætereà, secundùm morem, stylumque memorati capituli, à practicantibus hactenus obseruatum, testes in tali causa recipiuntur, non solùm lite non contestata, imò statim parte citata, priusquā reus conuentus aliquid respondeat, aut opponat, ob temporis angustiam & breuitatem, prout extitit in processu probatum: sed de iure testes regulariter, & prçsertim in causis ciuilibus non recipiuntur, nisi lite contestata, vt toto titulo, ext. vt lite non cont.

Nec non secundùm modnm, atq; stylum violentum procedendi vigore huiuscemodi capituli de assistentia, nulla admodum datur, conceditur que dilatio ad probandum incumbentia, seu ad deferendum probationes. sed cui dubium est,

11 quòd † in causis quantumcunque summarijs elargitur dilatio ad probandum, licèt moderata iudicis arbitrio? & debet de meritis causæ legitimè cōstare, vt probat textus in clem. sæpe, §. non sic tamen, & ibi Card. & Imo. de verborum signific. & Barto. in d. extrauagan. ad reprimendum, in ver. sine figura iudicij, colum. 2. quomodo igitur negari potest, quòd hoc non sit contra omnia iura mundi?

Similiterque pars aduersa præsupponit, quòd vigore eiusdemmet capituli, non est procedendū ad pnblicationem in causa, quod vtique, & absq; aliquo discrimine discernitur contra textum d. c. fin. de hæret. lib. 6. & c. qualiter & quando, extra de accusatio. ad hoc itaque necessariò dicendum est, aut quòd non prohibet publicationem fieri, aut quòd est dispositio contra canones, & exorbitans à regulis iuris ciuilis, & canonici.

Postremò inconuincibiliter probatur etiam, quòd dispositio antedicti capituli minimè obstare debet in contrarium allegatis, ex alio capite. Nam in casu nostro disputatur de publicatione facienda, & sic de ordinanda lite: sed clarum est, quod in ordinatorijs iudicij, & ex his, quæ respiciunt ordinationem litis, attenditur ius fauēs reo, & natura fori iudicij, vbi causa agitatur.

Restat

Restat igitur solùm respondere, quòd in processu non extiterit facta publicatio, tamen ob hoc pars aduersa non habet intentum, quia rectè considerando allegatum capitulum expresè nõ prohibet publicationem fieri: & licèt fortè in aliquibus processibus non sit facta publicatio, tamen non sequitur, ergo non potest, nec debet fieri, quia non probat hoc esse, quod ob hoc contingit abesse. l. neque natales, C. de probationibus.

Cæterum attingendo scopum præsentis speculationis, concludendum est, quod ideo non extitit facta publicatio in aliquibus processibus, &
12 causis, quia ea non fuit aliter petita, † & vbi publicatio non petitur, non impedit vllo quidem modo processum, vt est glo. notabilis, & singularis in d. c. fin. in ver. indicijs, quam sequuntur ibi Gemin. Philip. Franc. Anchar. & alij vniformiter omnes, de hęret. in 6. Cardin. Imo. Gem. Nat. & alij repetentes in clem. sæpe, §. fin. de ver. signific. Alex. in l. 1. §. fi. in add. ad Bart. ff. de præto. stipul. & est bonus textus in c. 2. de accusatio. li. 6. Cum igitur in alijs processibus publicatio petita non fuerit, nihil mirum, si non extitit concessa, quæ nullatenus petebatur. & licet curiales, & procuratores non petant aliquando publicationem, nõ sequitur ob hoc, quod si ea peteretur, de iure nõ deberet fieri, prout in casu isto ita decisum fuit, publicationem petitam concedendam, statuto allegato non obstante.

ARGVMENTVM.

Possessor malæfidei nunquam de iure Canonico præscribit ratione peccati annexi. Et quando possessor bonæ fidei teneatur ad restitutionem fructuum perceptorum: & quorum fructuũ, naturalium, vel industrialium. Et quis dicatur possessor bonæ fidei.

SVMMARIVM.

1 *Possessor malæfidei de canonico, diuinoque iure nunquam præscribit. & de ratione, num. seq.*

3 *Possessio antiquissima præsertim in iuris patronatus causa, pro titulo habetur, si bonam fidem habeat præscribens.*

4 *Possessor malæfidei perceptos & percipiẽdos fructus restituit, bonæ verò cum titulo naturales fructus facit suos, & num. sequen.*

6 *Bona fides an ex temerarijs, iniustisque rationibus causetur, & inducatur.*

7 *Ius patronatus quasi possidentes in bona fide esse præsumuntur.*

8 *Bona fides nullo etiam titulo apparente præsumitur in dubio, & ampliatur num. seq.*

10 *Fructus percipere, vel possidere ius ne sit, an factum.*

11 *Possessor bonæ fidei, an fructus restituat etiam consumptos, & tam industriales, quàm ciuiles, quatenus locupletior est effectus.*

12 *Possessor bonæ fidei quis dicatur.*

DECISIO XXXIII.

1 POSSESSOR † malæfidei de iure canonico & diuino, nullo vnquam tempore præscribit, cùm illa reipsa ratione peccati impediat omnem, & quamcunque præscriptionem, c. possessor, de reg. iur. in 6. & c. vigilanti, & c. fin. de præscrip. Alciat. cons. 702. Francisc. Vegius cons. 12. sub num. 1. volum. 1. Bart. in l. sequitur, §. si viam, ff. de vsucap. Cæphal. cons. 455. Magnifici, num. 85. volum. 4. Bertran. consil. 195. Viso processu, num. 12. volum. 5. Io. Campeg. in tract. de testib. reg. 420. Malæfidei possessor, vbi ponit hoc pro regula, cum 9. limitationibus. Ioan. Bapt. Ferret. cons. 179. num. 13. volum. 1. vbi memorat ita extitisse in facti contingentia decisum in sacro Senatu Veneto, in anno 1532. & idem firmat Tiraquel. in tract. de præscrip. in §. 1. glo. 2. bona fide, vbi probat etiam, non solùm de iure canonico, sed de iure quoque ciuili in præsenti præscriptione longi temporis requiri bonam fidem, & Riminal. iun. cons. 258. Fundata, num. 52. & seq. volum. 3.

2 Et † ratio præsentis conclusionis ita ampliatæ ea est, quoniam in materia peccati, & præscriptionis standum quippè est iuri canonico, non autem ciuili, secundum Bar. in l. priuilegia, C. de sacros. eccles. Rom. cons. 275. Imo. cons. 123. Ale. consil. 185. volum. 2. Francis. Vegium in d. cons. 12. sub num. 2. & cons. 33. num. 12. eodem volum. 1. Laurent. Syluan. cons. 51. num. 4. Bero. cons. 81. Viso instrumento, num. 1. volu. 3. & Afflict. decis. 13. vbi in sacro Consilio tractabatur de tempore sexaginta annorum, & tamen nulla extitit habita ratio, consideratione præscriptionis. Et sic deniq; quando agitur de peccato, seu de animæ periculo ius canonicũ seruatur in vtroque foro, ciuili & canonico, c. nouit, ext. de iud. glo. in reg. malæ fidei possessor, de reg. iu. in 6. Calcan. cõs. 74. col. 9.

3 Est bene verum, † quòd antiquissima possessio habetur pro titulo, & præsertim in causa iurispatronatus, vt per Bal. in l. cum super. C. de rei vendicat. Barbat. cons. 41. vol. 1. & Rocchum de Curte in trac. de iurepatronatus, in ver. is, vel is à quo, in 36. quæstione, nume. 84. Et licèt præscriptio isthæc habeat vim tituli: tamen præscribens tũc necessariò debet esse in bona fide, vt per Rimin. iu. cum alijs signatis per eum, cons. 258. Fundata, sub nume. 45. cum alijs seqq. volum. 3. vbi mentò quidem sententiam contrariam expresè reprobat. Et ratio ea est, quoniam existens in mala fide præscriptionem incipere non potest, vt ostendit Bertran. cons. 279. Quia, num. 1. vol. 7.

4 Qui quidem † possessor malæfidei fructus, nedum perceptos, sed percipiendos restituit. Crauet. cons. 819. num. 12. volum. 5. & ita non semel tantum iudicauit sacra Regia Audientia Barensis in varijs diuersisque negotijs in anno 1589.

5 Verum enim verò † possessor bonæ fidei cum titulo facit naturales fructus suos. l. bonæ fidei emptor, & ibi Doct. ff. de acq. rer. do. Bal. in l. 1. in fi. C. de rei vend. & Doct. omnes in l. 1. in prin. gl. 1. de acq. poss. Bal. in l. ancillæ, 8. opp. C. de fur.

Afflict.

Afflict.decis.240. Hierony.Gabriel.conf.35.Cũ neque iudex primus,sub numero.... vol.2.

Et an bona, vel mala fides probetur ex inualida probatione, vide Afflict. resoluentem, decisione 369.

6 An † bona fides causetur ex temerarijs rationibus.vide Bal.in l.1.in fi. C.vbi de causa stat.vbi constanter quidẽ concedit, quòd bona fides non solum ex iustis causis, sed etiam ex iniustis inducitur,& sequitur Pau. Castren. Alex. Balb. & alij vniformiter omnes in l. Celsus, ff. de vsucap. Ale. consil.127.volum.4. Octauian.Cacher. cum alijs quamplurimis signatis per eum,decisio.160.nu.5. & seq. Becius conf.95.num.15. & Rube.conf.75. vbi non obscurè nempè fatetur istam opinionem communem apparere.

7 Est bene verum, † quòd quasi possidentes iuspatronatus, in dubio præsumuntur esse in bona fide, vt firmat Cæsar Lambert.in tract.de iurepatronat.in 2.art.3.quæst.prin. 1.partis, sub num.4. libro 2. vbi profert hoc vtile verbum, hoc vidisse quotidie obseruari, ea potissimum ratione, cùm ius patronatus antiquissimum quippè sit, & difficilis probationis.

8 Et de hoc mirandum quippè non est: † quoniam bona præsumitur fides in dubio, quamuis etiam nullus titulus appareat, vt per gl.in l.si quis emptionis,in ver.tenuerunt. C. de præscript.xxx. annorum, & in c.si diligenti, in vers.bona fides, & ibi Innocen.Abb.Fely. & alij vnanimi consensu omnes, de præscript. Tiraq. cum torrente Doctorum magno, relato per eum in tract. de præscrip.in §.1.gl.2.colum.5. vers. bona autem fides, Bero.in c.grauis,sub nu.19.de restitu.spoliatorũ. Couarruu. in regu.possessor malæ fidei, §.8.nu.2. vbi perhibet etiam istam esse omnium communem opinionem.

9 In tantũ,† quòd pręsentatio beneficij patronati facta per patronum quasi possidentem iuspatronatus, seu præsentandi, donec non constiterit de mala fide,ea admitti debet,& præsentatus etiã tũc admittendus pariter foret,& ista est omnium sine vlla varietate opinio, vt in apertum, lucemq; profert Lambert. in d.2.art.3.quæst.princ. nu.6.

10 Vtrùm† possidere, vel percipere fructus sit ius, vel factum, vide Bal. in l.pe. C. de condi.ex lege, & magistraliter,& vtiliter etiam resoluentem Cagnol.in rub. C.qui admitti,nu.4.

11 An † bonę fidei possessor restituat fructus,quatenus est effectus locupletior, vide Bald. in l. pro oneribus. C.de iure dot.in tantum quòd bonæ fidei possessor post cõsumptionem fructuum,quos suos fecerat, etiam industriales,atque ciuiles, restituere tenetᷣ, si ipse ex his locupletior effectus sit. ita Abb.Anto.de Butr.& alij vniformiter omnes in c.grauis,de restit.spoliat. & pręsertim inibi Bero.sub num.30. vers. tertia conclusio sit ex verbis Abbatis,Hierony. Gabriel.conf.35. Cùm neque iudex,num.30.& seq.& num.46.& seq.volum.2. Io.Pet.Surd.conf.115.Quo ad,num.18.& seq.vbi etiam ostendit,non obscurè quidem,ex communi omnium opinione, quòd locupletior, quòd quis factus sit,non præsumitur,sed probandũ est.

Et de vsucapione, & acquisitione fructuum, sub qua ratione procedant à pari,vide Bal.in l.si contra. C.si quis ign.rem min.es.

12 Qui † autem dicatur bonæ fidei possessor,vide Bal.in l.apud antiquos. C.de fur.in tantum quòd ille dicitur bonæ fidei possessor, qui possidet bona fide, & cum titulo. casus est in §. si quis à non domino,vbi Doct.Instit.de rerum diuis.Necnon bonæ fidei possessor dicitur quoque,qui iustè credit, sibique pariter suadet rem,quam possidet,ad se spectare & pertinere.l.bonæ fidei,ff.de verbo. sign.Couarr.in reg. possessor malæ fidei,§.7.nu.1.

ARGVMENTVM.

Aequiparatorum eadem est disciplina: & dispositum in vno, censetur dispositum in altero. & diffusè tractatur materia æquiparatorum.

SVMMARIVM.

1 *Paria sunt,non esse,vel esse & non apparere: aut apparere & non eo modo quo iura disponunt.*

2 *Paria sunt,aliquid non esse, vel inutiliter esse: seu aliquid non fieri,vel non solenniter fieri, quando eadem militat ratio.*

3 *Paria sunt, non appellare, & appellare & nulliter: sic non arbitrari,& nulliter, vbi alia similia paria subduntur.*

4 *Forum sortiri in loco, & statutis illius subijci,paria sunt.*

5 *Certum aliquid esse per se, vel per relationem ad aliud, æquiparantur.*

6 *Fieri nihil, vel sub conditione quæ aliter non purificetur,vel deficiat, paria sunt.*

7 *Coactum aliquem, vel ne cogeretur timuisse aut ob metum fieri aliquid,vel ob eius probabilem suspicionem,æquiparantur.*

8 *Confiteri in tormentis, vel eorum metu, parificantur.*

9 *Tortus nõ dicitur eleuatus à terra,sed territus: nec propriè tortus dicitur leuiter tortus.*

10 *Hæres vniuersalis institutus, quòd nullus alius reperiatur & succedere nolit, vel non possit, paria sunt.*

11 *Filios non habere, & quòd moriantur,parificantur.*

12 *Vendere, vel vendenti cõsentire quo ad effectũ non retardandi venditionẽ, paria sunt: sic alienare, vel actum facere ex quo alienatio sequi possit, æquiparantur.*

13 *Pretium quòd solutum vel de eo habita fides etiam quo ad dominij possessionisque rei venditæ translationem,paria sunt.*

14 *Scire,vel scire debere, seu de facili scire posse, æquiparantur.*

15 *Soluere & de soluendo promittere etiam in pœnalibus, an paria sint.*

16 *Appellatio & terminus ad appellandum quo ad nihil innouandum illis pendentibus, paria sunt.*

17 *Negligentia & dolus æquiparantur.*

18 *Dolum reipsa, vel ex proposito adhibitũ, paria esse.*

19 *Relinquere familiæ,vel domui alicuius,paria sunt. vbi de alijs similibus.*

Minor

20 *Minor vt ex dolo teneatur vel locupletior factus sit, paria sunt.*

21 *Deyci quem de possessione, vel eius colonum, paria sunt.*

22 *Causam non adesse, vel falsam & inhabilem, parificantur.*

23 *Iacentes duos in lecto repertos, & in adulterio repertos, paria esse.*

24 *Diuisionem fieri à iudice, vel à partibus, quare paria sint.*

25 *Respondere nihil, vel non clarè respondere: seu non comparere, vel minus legitimè, paria sunt.*

26 *Fieri quid incontinenti, vel breui tempore post: item fieri ante, vel incontinenti post, aequiparantur.*

27 *Virum aut vxorem non habere, vel inutilem, paria esse.*

28 *Iudicare contra legem, vel Doctorum communem opinionem, quare paria sint, vt vtroque in casu sententia ipso iure nulla dicatur: & iudex quando teneatur ad damnum.*

29 *Communis opinio pro lege habetur, eiusque appellatione venit in dispositione de lege loquente.*

30 *Satuto ligare, & iurisdictionem in aliquem exercere, paria sunt.*

31 *Fructuum pretium, & ipsos habere, paria sunt.*

32 *Vocatus in residua portione, quod quis sit, vel simpliciter, paria sunt.*

33 *Claues horrei iuxta locum dare, & horreum ipsum, paria sunt.*

34 *Mandatum plenum vel liberum habere, & in mandatis habere quòd agere queat quod dominus facere valet, parificari.*

35 *Offa, & panis intinctus, paria sunt.*

36 *Peccatum & iniquitas parificantur.*

37 *Causam omnino non sequi duntaxat de facto & non de iure, paria sunt.*

38 *Dolus ex proposito & reipsa, an aequiparentur.*

39 *Confessum quem esse, & pro confesso haberi, paria sunt.*

40 *Oculum alicui effodere, & impedire ne inde videat, parificantur.*

41 *Parum seu modicum & nullum, & nihil aequiparantur.*

42 *Dotem nullam adesse, vel paucam, quae ad vxoris superstitis alimenta non sufficiat, paria sunt.*

43 *Mortuum quem esse, & viuere, sed repudiasse, vbi in dispositione acquisitio consideratur, aequiparantur: inferturque ad quaestionem.*

44 *Nihil & inutile seu inualidum aequiparantur.*

45 *Bona non esse de territorio, vel esse, sed exempta, paria sunt.*

46 *Fieri tempore inhabili prohibitoque, & in illud conferri, parificari.*

47 *Mandatum praecedere, vel ratihabitionē sequi, quare paria, & vsque in finem alia paria subduntur.*

DECISIO XXXIIII.

1 PARIA † sunt non esse, vel esse, & non apparere, Signorol. de Homodeis cons. 10. In quaestione vertente, num. 7. aut apparere, & non eo modo, quo iura disponunt. l. duo sunt Titij, de testam. tute. l. in lege, ff. de contrahen. emp. l. quotiens, ff. qui satisd. cogan. & ibi Ias. Marc. Mant. consil. 34. consil. 40. nume. 15. & consi. 185. num. 25. Vincen. de Paleotis consi. 74. Viso processu, num. 9. volu. 1. inter consi. diuersorum, collecta per Bapt. Matrianens. Neuizan. consi. 12. Deus, nu. 5. Simon de Praetis consi. 149. Quae faciunt, num. 24. & consi. 151. num. 82. consi. 170. Licèt videatur, num. 23. & consi. seq. num. 31. vol. 1. Borgnin. Caualcan. decis. 39. Verum quia, num. 43. in 1. par. Tiber. Decia. consi. 1. num. 132. volu. 1. Beccius consi. 52. num. 111. volu. 1. Anto. Ciof. consi. 134. Multa sunt, num. 5. volu. 1. Rolan. consi. 2. num. 24. consi. 8. num. 28. consi. 59. num. 6. volu. 3. Zasius consi. 5. num. 64. consi. 12. num. 51. & consi. 20. num. 30. lib. 1. Iacob. Mandel. consi. 9. num. 9. Corn. consi. 161. num. 8. volu. 2. & consi. 246. num. 11. volu. 3. Pet. Anto. Angus. consi. 4. num. 26. lib. 7. Meno. cons. 15. num. 13. vol. 1. Alcia. consi. 50. Mensibus, nu. 5. tom. 3. lib. 9. Bellon. consi. 36. num. 2. Soc. iun. cons. 72. num. 44. volu. 1. Grat. consi. 87. num. 17. vol. 1. Tiraquel. in tractatu de retract. consanguineorum, §. 1. glo. 10. sub num. 90. & in fine, de retractu conuentionali, sub num. 104. Alberic. de Rosa. in tract. de statutis, quaest. 43. num. 1. in prima par. Pau. Castr. in l. qui quartam, ff. de leg. 1. vbi firmat, quòd paria sunt testatorem noluisse, vel de eius voluntate non apparere, & ob id causa non subesse dicitur quae non docetur. Craue. consi. 681. num. 10. 718. volum. 4. 651. num. 10. & 860. vol. 5.

2 Nec non † paria quidem sunt aliquid non esse, vel inutiliter esse: & consequenter aliquid nō fieri, vel fieri non solenniter. l. vnica, C. de rei vxor. act. l. quoties, ff. qui satisda. coga. & l. de aetate, §. nihil. ff. de interog. act. And. de Parth. consi. 72. Clementissimi, num. 24. lib. 1. posito inter cons. diuersorum, collecta per Bapt. Matrianens. Rolan. consil. 8. num. 28. consi. 24. num. 2. & consi. 26. num. 18. volu. 3. Riminal. iun. consi. 363. num. 296. vol. 4. & consi. 314. Cum lata, num. 13. volu. 3. & cons. 562. Emanauit, num. 2. volu. 5. Neuizan. consi. 7. sub num. 15. D. Vincent. de Franch. decis. 114. nu. 2. Tiber. Decia. consi. 21. Licèt, num. 51. volu. 2. Menoc. consi. 351. num. 36. volu. 4. Anto. Ciof. consi. 134. Multa sunt, num. 5. volum. 1. Ioan. de Amic. consi. 80. num. 5. Corn. consi. 13. volum. 1. Soc. iun. consi. 38. num. 13. volu. 4. Matth. Brun. consi. 124. num. 10. volu. 2. Bero. consi. 180. num. 10, volum. 3. Card. Alban. consi. 2. num. 20. Petr. Anto. Angus. consi. 38. num. 38. lib. 2. Grat. cons. 138. num. 20. volum. 2. Rolan. consi. 63. num. 28. vol. 1. Gramma. consi. ciui. 32. sub num. 3. & seq. Simon de Praetis in tract. vltimarum volun. lib. 3. fol. 5. num. 23. Ioan. Petr. Surd. consi. 3. num. 12. consi. 28. num. 89. consi. 84. num. 16. & cons. 136. num. 35. Tiraquel. in tractatu de retractu consanguineorum, §. 1. glo. 10. sub num. 90. Anto. Rub. consil. 66. nume. 2. Quae regula procedit, quando militat eadem ratio, Ioan. Bolognett. consil. 4. num. 38.

3 Et ita demum † paria quoque sunt non appellare, & appellare, & nulliter, vt per Marc. Mant. consi.

consi. 125. num. 30. & consi. 146. num. 11. prout paria sunt etiam non arbitrari, & nulliter arbitrari, teste Ruyno, consi. 142. nu. 4. vol. 4. & sic denique paria sunt non factam extitisse excussionem, vel factam, sed illegitimè, vt per Rolan. consi. 9. num. 7. & consi. 14. num. 25. volu. 1. Paria etenim sunt aliquid non esse factum, vel minus legitimè factum, Soc. in l. quoties, nu. 1. ff. qui satisd. cog.

Etiam paria sunt factum quid esse, vel fieri debuisse, quantum ad maculam attinet amittentis, Craue. consi. 376. num. 6. 11. 20. cum seq. vol. 3.

Imò paria sunt etiam, quòd causa expressa non sit, vel expressa, & non quidem aptè, & intelligibiliter, secundum Marsi. in rubr. ff. de fideiussor. num. 374.

Paria sunt etiam nullam habere causam conquerendi, vel habere, sed non iustam. Socy. in rubr. num. 3. ff. quod quisque iuris.

Et sic ad idem propositum paria sunt etiā non accipere possessionem: vel accipere, sed nulliter. l. 4. §. condemnatum, vbi iuris interpretes omnes, de re iudi. Rolan. consi. 78. num. 26. volu. 3.

Pro ut etiam paria sunt non habere instrumentum, vel habere inualidum, vt per Grat. conf. 140. nu. 33. volu. 1. Simon de Præt. in tract. vltimarum volunt. lib. 2. interpret. 2. num. 2.

Sicque etiam paria sunt non habere titulum, vel habere, sed nullum. l. quotiens, & ibi Doct. ff. qui satisd. cog. Riminal. iun. consi. 333. Magnifica, num. 28. volu. 3. Ioan. Petr. Surd. cum alijs aggregatis per eum, consi. 28. num. 52.

Et paria sunt non possidere, vel per dolum possidere. Craue. conf. 376. nu. 5. vol. 3.

Vt pro certo etiam est, quòd paria sunt non dare, & inutiliter dare. l. & eleganter, §. seruus pactionis, ff. de dolo, Anto. Cionus cum alijs signatis per eum, consi. 98. Multum, num. 8. volum. 1. Sicuti postremò itidem citatum quem non esse, & tamen citatum non legitimè, paria sunt, vt per Corn. consi. 159. nu. 16. vol. 1.

Similiterque paria sunt aliquid fieri sine lege, vel contra legem, vt per Bal. in c. in Genesi; col. fi. ext. de elect. Barba. in l. sciendum; col. 64. ff. de verb. oblig. Ias. in l. vinum, num. 8. & in l. singularia, num. 20. ff. si cer. pet. & Ludou. Gomes. in reg. cancellar. de annu. possess. quæst. 52. Cæph. consi. 451. Multæ excitantur, nu. 62. vol. 4.

Sicuti etiam statutum valere, & de pacto seruari, paria quoque sunt, secundum Alex. conf. 107. vol. 2. Rimin. iun. consi. 351. Et prima consideratione, nu. 105. vol. 4.

Itidem paria sunt quoque aliquid certum esse à principio, vel certificari ex post facto. l. quidam relegatus, ff de reb. dub. Bero. consi. 110. num. 58. volu. 2.

Et sic paria nempè sunt aliquem esse certum, vel certificandum ex alio. l. sanctio, & ibi Alex. & alij, ff. de pen. Matth. Brun. conf. 126. Viso libello, num. 6. volu. 2. Ruyn. conf. 131. num. 12. volum. 1. Caualcan. in tract. de tutor. & curat. cap. primo, num. 167.

4 Pariaque † sunt etiam forum sortiri in loco, & statutis illiusmet loci subijci, & ligari, vt firmauit Glo. in cap. quæ contra mores, 8. distin. Innocen. But. & alij omnes vniformiter in rub. ext. de consuetu. Dec. conf. 283. num. 9. Crauet. consi. 201. num. 24. Bero. conf. 155. Visis, ac diligenter consideratis, num. 16. volu. 2. Cepha. consi. 309. quæstio ista, num. 66. volu. 3. & consi. 526. Successio, num. 7. volu. 4. Iacob. Beretta, consi. 68. Statuto permittente, num. 7. volu. 1. Ruy. consi. 49. num. 6. & 10. volu. 3. Soc. iun. consi. 25. num. 2. volu. 3. Pet. Anto. Angus. consi. fin. num. 5. lib. 7. Alcia. consi. 10. ad primam, num. 2. tom. 1. lib. 2. & consil. 57. Testamentum, num. 14. tom. 3. lib. 9. & ita iudicauit sacra Regia Audiendia Barensis in anno 1589. in causa actuarij ciuitatis Bitetti.

5 Item † paria nempe sunt aliquid certum esse per se, vel per relationem ad aliud. l. vbi autē non apparet, §. illud, ff. de verb. oblig. l. certum, ff. de rei vend. l. ait prætor, §. 1. ff. de re iudi. & l. asse toto, ff. de hæred. instit. Grat. consi. 10. num. 32. volu. 1. consi. 41. num. 7. consil. 81. num. 12. & consi. 105. num. 3. vol. 2. Simon de Præt. in tract. vltimarum volun. lib. 2. fol. 1. sub nu. 231. & seq. & consi. 163. In materia, nu. 44. vol. 1.

6 In tantum, † quod re ipsa paria sunt quoque nihil fieri, vel sub conditione fieri, quæ aliter non purificetur, vt per Craue. conf. 15. num. 3. Rolan. consi. 58. In præsenti consultatione, num. 16. & consi. seq. num. 8. volu. 3. Cæpha. consi. 320. plures, num. 15. consi. 369. Curiam, num. 45. & conf. 395. In præsenti, num. 21. volu. 3. Riminal. iun. consi. 276. Dominus Cæsar, num. 47. volu. 3. & consi. 449. Vt in primis, num. 21. volu. 5. vel conditio deficiat, idem Riminal. iun. consi. 162. num. 21. & consi. 215. num. 70. volu. 2. Et consequenter paria sunt actum esse purum, vel conditionalem: sed tamen purificatum, teste Ruyno, consi. 189. num. 7. vol. 2. Pet. Anto. Angus. consi. 2. nu. 19. lib. 7. Simon de Præt. in tract. vltimarum volun. lib. 5. dub. 2. nu. 96.

7 Compertumq; est etiam, † quod paria nimirū sunt aliquem coactum, vel ne cogeretur timuisse. l. 1. §. quæ onerandæ, vbi Bart. & cæteri omnes vniuersaliter, ff. quar. rer. act. Alex. conf. 46. vol. 4. Paris. conf. 139. num. 14. volum. 4. necnon paria quoque sunt aliquid fieri ob metum, vel ob probabilem suspitionem metus. ita Aret. consi. 14. & Cotta cum alijs aggregatis per eum in memorabili. in ver. conductor, colum. 2. Hippoly. Riminal. consi. 77. quoniam, num. 29. inter consil. matrim. volum. 1. Grammat. consil. ciuili 96. num. 39. Ioan. Bap. Ferret. consi. 311. in præsenti causa diu versa, num. 6. volum. 2.

8 Et hinc ex eodē fonte, siue stipite videtur emanare manifestè, † quòd paria sunt confiteri in tormentis, vel metu tormentorum, secundùm Bald. in l. nouissimè, ff. quod fal. tuto. in princ. & Marsil. fertiliter quidem in pract. crim. §. secunda, nume. 32. Rolan. consi. 17. nu. 17. volum. 3. Rolan. de Curte consi. 75. Relatis, num. 15. inter consi. crim. lib. 1. in fol. Grammat. voto 6. nu. 14.

9 Est tamen bene verum, † quòd tortus non dicitur eleuatus à terra, sed territus. ita Matth. Bru. consi. 61. num. 6. & ita non semel tantum obserua-

uit sacra Regia Audientia Barensis, & potissimũ in personam Ioannis Mortalei de Terra Medunei, de mense Maij, præsentis anni 1590. taliter quòd leuis, & modica tortura, non dicitur tortura, & leuiter tortus, non dicitur propriè tortus, vt inditium ad torturam faciat, vt per Matth. Brun. cons. 61. num. 7.

10 Pariaque sunt itidem, † quòd nullus alius reperiatur hæres vniuersalis institutus, & succedere nolit, vel non possit, vt firmat Bart. in l. ex facto. §. fin. ff. de hæredib. institu. Francisc. Veg. consil. 66. nume. 121. & 148. & sic paria nempè sunt, non extare, & extare, & succedere non posse, teste Rui. cons. 87. num. 2. volum. 2. Soc. iun. consil. 43. num. 2. volum. 3. Sim. de Præt. in tract. vltimarum volunt. lib. 4. sol. 1. num. 94. Riminal. iun. consilio 259. Dubitatur, num. 11. vol. 3.

Ex hisque etiam planè deducitur, quòd paria
11 profectò sunt, † filios non habere, & quòd moriatur, vt per Mar. Mant. cons. 272. num. 9. Petr. Ant. Angus. consi. 3. num. 58. lib. 7. Francis. Veg. cons. 21. num. 7. volum. 1. & est gl. in auth. sed & si quis, C. de secund. nupt. Dicitur enim sanè sine liberis ille, qui habuit liberos, qui tempore mortis eius decesserint. c. Raynutius, vbi gl. in ver. filium, ext. de testam. l. ex facto. §. si quis autem, & ibi glos. in ver. decessisse, ff. ad Trebell. & c. nam & ego, ext. de ver. sig. quia paria sunt non nasci, vel natũ mori. Io. Bolognet. cons. 9. nu. 42.

12 Paria similiter quoque sunt † quòd ad effectum non retardandi venditionem, vendere, vel vendenti consentire, secundùm Fulgos. num. 1. & Ias. in 2. not. in l. quotiens ab omnibus, C. de fideicõ. Cæphal. cons. 393. Consultus, num. 43. volum. 3. vt paria sunt etiam alienare, vel actum facere ex quo sequi possit alienatio, vt per gl. in l. si ita quis, §. ea lege, ff. de ver. oblig. Ioan. Petr. Surd. cons. 10. Respondi aliàs, sub num. 21. & seq.

13 Et ex his manifestè colligitur, † quòd paria sunt etiam quò ad translationem dominij, & possessionis rei venditæ, quòd pretium solutum sit, vel quòd sit habita fides de pretio, §. venditæ, Institu. de rerum diuis. & l. quod vendidi, ff. de contrahẽ. empt. Bapt. de sancto Blasio consil. 76. Viso processu, num. 25. lib. 1. inter cons. diuersorum collecta per Bapt. Mat.

Paria vtique sunt etiam aliquem esse præsentẽ, vel absentem per contumaciam, l. in causæ, §. causa, vbi Bart. & alij omnes, ff. de minor.

14 Imò paria porrò sunt, † scire, vel scire debere. l. quod te, in fi. vbi gl. Bart. Bal. Ang. Alb. Sal. & alij vniformiter omnes, ff. si cert. peta. Dec. nume. 10. Cagnol. num. 22. & alij in l. qui cum alio, ff. de regu. iu. Caraui. in ritu 170. num. 7. Grat. cons. 110. num. 17. volum. primo. & consil. 51. num. 5. vol. 2. Cæphal. cons. 390. In facto, num. 75. volum. 3. & consi. 558. Et licèt, num. 60. volum. 4. Sim. de Præt. in tract. vltimarum voluntatum, lib. 5. dub. 2. nume. 308. Io. Pet. Surd. consil. 550. Verba, num. 23. Tiraqu. in tract. de retractu consanguineorum, §. 12. glo. prima. num. 9. Mascard. in tract. de probationib. conclus. 843. num. 8. vol. secundo. & Paul. Aemil. Verall. decis. 107. seu prima, Scientiam, num. 4. in 3. par. vbi depromit etiam idem fore scire, vel de facili scire posse, & ita decisum, atq; iudicatum in Rota extitisse, quia aliàs imputatur, sicuti scribit Card. in clemen. prima. §. fin. de concess. præben. & ibi glo. Paris de Put. in tract. de syndic. in ver. familiaris, & Francis. Aret. in l. filium emancipatum, in fi. de acqui. hæred.

15 Et consequenter paria etiam sunt, † soluere, & promittere de soluendo. l. fin. ff. ad Syllan. & l. fin. & ibi Bal. in prin. C. ad l. Falcid. facit tex. vbi Dec. in c. veniens, el primo, de testib. & d. l. fi. ff. ad Syllan. & l. quamuis, §. interdum, ff. ad Velleianum, & Corn. consi. 225. Possunt, volum. 4. Petr. Anto. Angus. cons. 13. num. 5. lib. 5. Ioann. Bapt. Ferret. consil. 129. Pro reuerendo, num. 5. volum. primo. Tiraq. in tract. de retract. conuentionali, in fine totius titulì, sub num. 30. vbi amplificat procedere etiam in pœnalibus, & nume. 56. vbi asseuerat quoque hoc nõ fore simpliciter uerum, & Thob. Noni. in cõs. . . nu. 3. & nu. 59. & 21. explicat hoc procedere de plano, solum quo ad approbationem. Et quod non habeat locum in dispositione iuris communis correctoria.

Et hinc subdeducitur vtiliter quidem, quod paria sunt, quod debitor sit à creditore liberatus, uel quod creditor sit obligatus illum liberare, ut per Ruin. consi. 12. num. 32. uolum. 3. & cons. 19. num. 14. uolum. 4.

16 Paria quoque sunt, † appellatio, & terminus ad appellandum, quo ad nihil innouandum, illis pẽdentibus, vt per Bero. cons. 184. Quidam fuit, numero 7. volum. 3.

Confluitq; etiam in præsentem locum oppor-
17 tunè quidem, † quòd negligentia, & dolus æquiparantur, c. per tuas. in fi. ext. de testib. Beatus Io. de Capistrano in Speculo conscientiæ, in 3. parte, nu. 295. Anch. cons. 158. Ex narratis, sub nu. 16.

18 Et sic paria quippè sunt etiam, † esse dolum re ipsa, vel ex proposito adhibitum. l. si quis cum aliter, ff. de ver. obligat. Dec. cons. 180. Visa renunciatione, num. 7. Neuizan. cons. 22. Quam bonus, num. 27. 28. 30. & 32. Simon de Præt. consil. 150. Materia, num. 53. volum. primo. Boer. cons. 38. nume. 9. Franc. de Caldas in l. si curatorem, in ver. læsis, num. primo, ver. dolus. C. de in integ. restitu. min. Thom. Doccius cons. 85. num. 18. & consilio 156. num. 3.

Est tamen bene verum, quòd malitia grauius, quàm negligentia punitur, c. falsariorum, in fine, ext. de crimi. fal. Beatus Io. de Capistrano in Speculo conscientiæ, in 3. par. num. 343. posito in primo tomo tractatuũ impressorum in anno 1584.

19 Exploratissimum quoque est, † paria fore relinquere familiæ, & relinquere domui alicuius, vt voluit Rui. cons. 203. nu. 7. volum. secundo, prout paria sunt etiam vocare illos de parentela, & vocare parentelam. l. si cognatis, in fi. ff. de reb. dub. Iacob. Mandel. cons. 51. Decessit, num. 3. & denique paria quoque sunt relinquere cognatis, & relinquere liberis, vt ostendit Pet. Ant. Angus. consil. 67. num. 5. lib. 6. Prout paria itidem sunt relinquere fideicommissum ab vltimo moriente, vel post mortem omnium, vt per Paul. Castrens. in l.

ex

ex tribus, in fine. C.de inoff.testamen. Doct.in l. codicillis, ff.de vsufruc. lega. Bertran.consil.428. Christi nomine inuocato, nu.6.vol.6.

Et cùm latus campus sese offerat scribendi in præsenti æquiperatorum, parium, vel similium
20 materia, animaduerte, † quod paria sunt quoque, vt minor teneatur ex dolo, vel factus sit locupletior, l.prima. §.an in pupillum, ff. deposi. Vnde si pupillus re ipsa non tenetur ex delicto tutoris, tamen dubio procul teneretur si effectus foret locupletior. l.dolus, ff.quando ex facto tutor. glo.in l. 3.§.pupillus, ff.de negoc.gest. Anchar.cons.158. nume. 15. Consilium Aduocatorum Curialium prouinciæ Marchiæ, cons.150.sub num.39. inter cons.crim.volum.primo.in fol.Neuizan.cum alijs signatis per eum, cons.85.Stat.seruo, num.17.

21 Et cordi tenendum est etiam, † quòd paria sunt quē personaliter deijci à sua possessione, vel eius colonum, vt ostendit Soc.iun.cons.3.numero 11. cum alijs seqq.volum.3. Et ita iudicauit sacra Regia Audientia Barensis, in anno 1589.in causa Petri Maxilli de ciuitate Vigiliarum.

22 Pariaqs † sunt quoque non adesse causam, vel falsam, & inhabilem, l.prima.§.&quidem, ff.quod cui.vni.nom. Grammat.cons.ciui.81. nume. 53. prout paria sunt similiter non assignare ratione, aut assignare & non bonam, & concludentem, vt per Spec.in tit.de test.§.primo, vers.item quod interrogatus, Grammat.consil. ciui. 30. numero quarto.

23 Paria † sunt profectò etiam duos repertos in lecto iacentes, & repertos in adulterio, & adulterium probari, & probari simul in lecto iacuisse, secundum Bald. in cap.primo, columna 4. quib. mod. feud.amit. Alexand.consil.77.in causa, & lite inter Lucam, ooum.secundo, volum.7.Soc.iun.con sil.34.num.55.volum.secundo.

Paria proculdubio sunt etiam aliquid probari per testes, vel per partis cōfessionem, ut per Matt. Betignol um cons.92.nu.32. inter consil.matrim. volum. primo.

Paria nempè sunt non habere mandatum, vel illud non seruare, vel fines egredi.ita Soc.iun.con sil.22.nume.16.volum. primo, vel illud non producere. Crauet.cons.387.nume.quinto, volumine tertio.

24 Paria itidem sunt, † quod diuisio fiat à iudice, vel à partibus, l.prima. C.si in cau. iud. Simon de Prætis consil.51. Protestor, nume.primo, volum. primo. Riminal.iun.consil.tertio, num.30. Et ratio est, quoniam factum iudicis indiscriminatim quidem reputatur factum partis, & illi æquiparatur.l.si ob causam, vbi Barto. Bald.& alij vnanimi concursu omnes. C.de euict. Tiraq.cum cumulo Doctorum aggregato per eum de retract.consan guin. §.primo. glos.14.num.13. & Crauet.consil. primo, num.primo. Io. Pet.Surd.cons.49.Magnifici, num.primo. Bertran.consil.99.Factum iudicis, num.primo, vol.8.

25 Paria † sunt certè etiam non respondere, vel clarè non respondere, l.de ætate, §.nihil. ff.de interrogat.act. Cæpo.in tract.cautelarum, caut.53. communiter, num.3. Neuizan.cons.8.sub nume. 64. & consequenter nemini dubium esse potest, quod paria quidem sunt etiam non comparere, vel minus legitimè comparere.capit.Nicolao, vbi Bald.de appell. Ioann.Pet.Surd.cum alijs coacervatis per eum, cons.tertio, num.13. Riminal. iun. consil.384. Petit, num,30. volum.quarto. Neuiz. cons.18. nume. 19. sicuti etiam paria sunt itidem non cauere, vel minus idoneè cauere, vel non facere inuentarium, vel illud minus idoneè conficere.l.quoties, ff.qui satisd.cogan.Caualcan.in tra cta.de vsufruc. mulieri relicto, sub numero 151. prout ita iudicauit sacra Regia Audientia Barensis, in anno 1589. in causa quorundam de Terra Noiæ.

26 Paria † sunt vtique etiam incontinenti fieri, vel breui tempore post, vt per Io.Bapt.Ferret.consil. 367. Pro parte, sub nume.tertio, volum.secundo. Simon de Prçt. cons. 151. Omnis, num.68. vol.1. Et sic paria sunt quoque quid fieri ante, vel incontinenti post, vt per gl.in l.secunda.C.de iuramen. calum.Bar.& alios in l.singularia, ff.si cer.pet.Cæphal.cum alijs aggregatis per eum consil.421.Verè, num.80. volum.tertio, & consil.541. Cùm testator, nu.17.volum.4.Quintilian.Mandos. consil.61. Meuius, num.21.volum.primo. Quoniam factum post tempus videtur fieri ante tempus, modo fiat incontinenti, teste Gl.in l.Pomponius, §.ratihabitio, in ver.contestationem, ff.de procurat. Et sic finaliter paria sunt itidem, quòd quid liquidum sit, vel statim liquidabile, vt per Dec. in l.fin. in decimo not.C.de edic.diui Adria.tollen. Neuizan.cons.30.Vtinam, num.9.

27 Omnibus apertum quoque est, † quòd quemadmodum paria sunt virum non habere, vel habere inutilem, vt per Gl.in l.fi. C. ad leg.Flauiam, de plagia.Abb.in c.bonæ memoriæ, col.tertia, de postul.prælat. Rolan.cons.9.nume.25.lib.primo, & est tex.in c.secundo, de translat.prælat. ita sanè etiam paria sunt non habere vxorem, vel habere, sed inutilem, vt discussimus solito stylo in maritum non habere.

28 Pro certo est etiam, † quod paria sunt contra legem, vel contra communem Doctorum opin. iudicare, & vtroque casu sententia dicitur ipso iure nulla, vt probauimus in Sylua cōmunium opinionum, in opin.398.iudex in iudicando, nu.59. lib.primo, & tunc iudex iudicans contra communem si dolo versatus sit, teneretur vtique ad litis æstimationem, & ad resarciendum parti læsæ dānum. l.fin. C.de pœn.iud.qui malè iud. & l.filius familias, ff.de iudic. Si verò ignorantia, puniretur proculdubio tamquam imperitus de culpa lata, quantum religioni iudicis æquum videbitur. l. si iudex, ff.de var.& extraord.cognit.& Inst.de obl. ex quasi malef. in princ. prout ita iudicauit sacra Regia Audientia Barensis, in anno 1589:in quadam causa syndicatus.

29 Et nihil mirum, † quoniam opinio ipsa cōmunis pro lege reipsa habetur, teste Galiau. in repeti.l.centurio, nu.291.ff.de uulg.& pupil.venitque absque scrupulo aliquo itidem legis appellatione, in dispositione de lege loquente, vt per Grat. cōs.77.nu.4.vol.2.Bero.cōs.91.nu. 16.& se.vol.2.

30 Oculis etiam, ac sensu ipso percipitur, † quòd paria sunt quoque statuto ligare, & iurisdictionē in aliquem exercere, c. 2. de constitu. in 6. & Doct. vniformiter omnes in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iu. & Card. conſ. 2. vbi firmat, quòd Marchiones Ferrariæ, licèt sint eiusdem Ciuitatis ciues, non tamen ob hoc ligantur statutis illius populi, & sequitur Io. Pet. Surd. conſ. 58. Dubitari, sub numero 19. & sequen.

31 Neminique etiam dubium esse potest, † quòd pretium fructuum habere, & ipsos fructus, paria sunt, vt firmauit Rota Ro. attestante Pau. Aemil. Verall. decis. 28. seu secundo, Fructus percepisse, num. 3. in 2. par.

32 Nec me præterit, † quòd paria sunt quoque, quòd quis sit vocatus in residua portione, vel simpliciter. l. qui non militabat, §. nihil, ff. de hæred. instit. Bart. in l. Centurio, col. antepen. ff. de vulg. Francis. Vegius conſ. 66. num. 110. volum. primo. prout paria sunt etiam, quòd verbum commune sit adiectum certæ rei, vel quotæ hæreditatis, in quantum vt trahatur ad directum: nisi tota hæreditas sit quidem diuisa per quotas, sub nomine bonorum, vel hæreditatis: vel nisi tota hæreditas sit diuisa per portiones, vel res particulares, vt affabrè quidem explicat, & explanat Franc. Veg. in d. conſ. 66. num. 116. cum alijs seqq.

33 Neque me fugit etiam, † quòd paria quidem sunt dare claues horrei, iuxta horreum, & dare horreum ipsum, l. clauibus, ff. de contrahen. emp. & l. secundo, de consuet. cum alijs iuribus concordantibus: quia quod datur tunc, intelligitur venire, vt propinquum dationi ad dationem, in quandam consequentiam. Prout si dedi quoque instrumenta, videor dedisse contenta in eis. l. prima. C. quæ res pign. oblig. poss. vt etiam si reddo instrumētum debitori, videor remisisse debitum in instrumento contentum. l. 2. ff. de pac.

34 In tantum, † quòd paria itidem sunt etiam, plenum, vel liberum habere mandatum, vel in mandatis habere, quod agere queat id quod dominus facere valet, & consequenter manum apponere ad ea quæ speciale requirunt mandatum, vt per Bar. Bal. Ang. Sal. Alexand. & alios vniuersaliter omnes in l. si procurator. C. de procurato. Matth. Bru. consilio 70. super puncto, numero 36. volumine primo.

35 Nec etiam me latet, † quòd paria quippe sunt offa, & panis intinctus, quòd materna lingua Iaſ. in l. quæ extrinsecus, num. 2. ff. de ver. oblig. admonuit: *Tanto val ſuppa, quanto pan molle.* Et sic abijt in prouerbium, vt quicquid frequens, atque vtile sit, ad far, & farinam facere dicatur.

36 Perspicuum est etiam, † quòd paria sunt itidem peccatum, & iniquitas, teste venerabili Beda in caput tertium epistolæ primæ Ioannis, super ea verba, omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit. vbi in apertum, lucemque profert, quòd nemo dicat, aliud est peccatum, & aliud iniquitas: nemo dicat, ego peccator sum, sed iniquus non sum: omnis enim qui facit peccatum, & iniquitatem facit, & peccatum est iniquitas.

37 Et sine discrimine affertur etiam, † quòd paria porrò sunt, vel causam omninò non sequi duntaxat de facto, & non de iure. l. tertia. §. si liber homo, de condi. causa da. causa non sequuta, & ibi Barto. & ita declarare, atque explanare conuenit verba rubr. eiusdem tit. de causa data, causa non secuta, de facto scilicet, & de iure simul. nam satis non est causam de facto solùm, cui ius non assistat, sequi: cùm re ipsa idem nempe sit non facere, vel ita facere, vt sustineri non possit. l. elegan ter, §. pen. in ver. sanè, ff. de condic. indeb. Oldrā. consilio 288. Secunda quæstio est, columna secunda.

38 Certum est etiam, † quòd dolus ex proposito, & dolus re ipsa æquiparantur in rescissione contractus ex enormissima læsione, vt per Doct. vnanimi consensu omnes in l. si quis cum aliter, ff. de verborum obligat. Bero. conſ. 50. Specie facti, numero quarto, & conſ. 57. Viso instrumento, num. 6. & sequen. volum. primo. Dec. conſ. 180. Visa re nunciatione, per totum, vbi concedit quoque, quòd dolus re ipsa minimè tollitur iuramento, sicut non tollitur dolus ex proposito, ob æquiparationem, vbi indicat etiam istam cōmunem opinionem fore, cui inhæret Francis. Veg. consil. 41. num. 17. cum alijs seqq. volum. 1. licèt & malè Io. Ant. Rub. contrarium asseruerit, quòd dolus ex proposito, & re ipsa æquiparari non possit, consi. 12. Visis & diligenter consideratis, numero 17. & Mattheus Brun. conſ. 37. Videbatur, numero 16. volum. primo.

39 Sensu etiam percipitur, † quòd paria quoque sunt aliquem esse confessum, & haberi pro confesso, vt per Bald. in tract. de statutis, in ver. contumax, nu. 3. & ita obseruatur in Regno, quòd vbicunque quis recusaret declarare se hæredem, vel vti depositionibus testium, ad eius instātiam examinatorum, & sic in similibus, interponitur decretum per iudicem, seruata forma regiæ pragm. quòd habetur, haberique debeat recusans, prout sibi deterius erit, & tunc non potest aliter se fundare in ipsis depositionibus testium vllo modo: & ita sæpe sæpius iudicauit in varijs causis; & obseruauit Sacra Regia Audientia Barensis, in anno 1589. & seq.

Expectandum hoc etiam est, quòd paria quoque sunt iurare, vel per se non stare quominus iuret. l. remittit, ff. de iure dotium. Bald. in tract. de statutis, in ver. iuramentum, nu. 23.

Proponendum est etiam innumeris fortunæ
40 telis, † quòd paria sunt similiter oculum alicui effodere, atque eruere, vel ita & taliter illum impedire, atque adficere, quòd inde non videat, teste Bald. in tract. de statutis, in ver. oculus, numero secundo. quoniam vtroque casu dicitur oculus orbatus, atque destructus, prout contingere vidimus hac nostra misera, & omninò calamitosa tem pestate artificio inhumano, & penitus barbaro Regem Tunetanum vtroq; orbatum oculo à pro prio filio: & vidimus etiam, de currēti anno 1586. Ioan. Baptistam Florauantem, in patria nostra, inquisitum de afferta suspensione crumenarum in furcis, existentibus in Ciuitate Aquilæ, de mandato D. Gubernatoris tunc Prouincialis vtroque oculo

bculo mediantibus ferris acutis, atque ardentibus percussum, & orbatum, prout hodie ita miserrimam ducendo vitam quotidie mortem clamitat.

Indicandum quoque est, quòd paria sunt itidem subhastatam esse rem, & praeconizatam, vt meminere Dioclet. & Maxi. Impp. in l. edicto. C. si aduer. fisc. restitu. postu. & Iodocus Damhouderius in tract. de subhastationib. capit. primo, nume. 24.

41 Conuenitque etiã cum praesenti materia, † q̃ nullum & modicum: & sic parum & nihil aequi-
parantur. cap. licet causam, de probat. cap. re ve-
ra, de consecr. distin. 11. Riminal. iun. consi. 440.
Circa rixam, sub num. 16. & seq. volu. 4. Barbat.
consi. 74. Scripsit, num. 1. volu. 4. Caepha. consi.
370. num. 67. volu. 3. Menoc. consi. 311. num. 17.
volu. 4. Glo. in cap. cedere, in ver. nec praeterit, 31.
distin. Ias. in l. sciendum, col. 3. & seq. ff. qui satisd.
cog. vbi hoc adducit ad varias & vtiles quaestio-
nes, Simon de Pret. consi. 9. Domina Pacifica, nu.
4. volu. 1. vbi ex communi omnium opinione fir-
mat, quòd paria sunt, in casu auth. praeterea, C.
42 vnde vir, & vxor, † dotem nullam adesse, vel par-
uam, quae non sufficiat ad alimenta vxoris super-
stitis, & ita consuluit etiam Barba. consi. 74. Scri-
psit, num. 1. volu. 4. Menoc. consi. 433. Cum prae-
stantissimo, num. 1. cum alijs seqq. volu. 5. Celsus
Hugo consi. 4. num. 11. cum seq. vbi meminit de
communi, D. Vincen. de Franch. decis. 348. nu.
1. Tiber. Decia. consi. 70. Et prima facie, num. 11.
& seqq. volu. 2. vbi num. 17. Concedit etiam me-
ritò quidem haeredem, indignum haereditate de-
functi euadere, ac reputari, si esset in causa, vt
vxor illius alteri seruire ad inopiam cogeretur, &
consi. 111. Decessit, nu. 13. & seqq. vol. 3.

Et vt perbenigna vtamur fortuna, spectandum
43 hoc quoque est, † quòd paria sunt etiam mor-
tuum quem esse, & viuere, sed repudiasse, vbicun
que in dispositione acquisitio consideraretur, vt
per Bart. in l. 1. §. qui habebat, num. 7. ff. de contra
tab. vbi constanter quidem concedit, & absque
scrupulo aliquo, quòd soror dotata excludi ne-
queat à statuto, vbi frater non possit, aut succe-
dere nolit, cui accedunt ibi Ang. & alij vnanimi
consensu omnes, Brun. in tract. statu. excluden.
femin. artic. 12. principali, quaest. 7. Corn. consi.
75. num. 6. volu. 1. & Dec. consi. 296. num. 5. Nam
paria vtique sunt non esse, vel esse, & non velle,
vt per Saly. in l. cum & minores. C. si aduer. rem
iudi. & in l. fin. §. cum autem, colum. fin. C. de
cadu. tollen.

44 Nec itidem abhorret ab his, † quòd paria quoque sunt nihil, & inutile: cum sanè haec inter se aequiparentur, & exequentur: & consequenter quidem, tam est quòd qui praeficitur, inutilis sit Ecclesiae: quam nullus praeficiatur, sicuti Alexander III. Antiocheno Patriarchae, lib. primo epistolarum decretalium, cap. inter corporalia, §. sed neque. de transla. episc. rescripsit.

Et sic nihil etiam, & inualidum aequiparantur. l. aut si nullum. C. de leg. haered. Caepha. consi. 370. num. 69. Craue. consi. 29. sub num. 8. lib. 1. & consil. 553. num. 6. 592. num. 12. volum. 4. ideo nihil facere dicitur, qui nulliter facit, idem Crauet. consi. 680. num. 2. volum. 4. & 853. nume. 3. volum. 5.

45 Nec dubito, † quòd paria sunt denique, bona non esse de territorio, vel esse, sed exempta, vt per Glo. in cle. 1. in ver. parte, de foro compe. Io. Pet. Surd. consi. 63. Contra, nu. 31.

Praeterea accuratè tractandum est etiam, quòd idem iudicandum venit de inimico praesumpto, quod de vero, vt per Bartol. in l. prima, in fine, C. de his quib. vt indig. & Gramm. consi. crimin. 58. num. 10.

Singularique studio hoc spectandum quoque
46 est, † quòd paria sunt similiter aliquid fieri tem-
pore inhabili, prohibitoque, & conferri in tem-
pus prohibitum. l. quod sponsae. C. de donat. ante
nup. Barb. consi. 45. Deum inuocent adiutorem,
col. pen. versi. praeterea faciat paria, vol. 3. Rodo-
ric. Suares in allegat. 19. ex duobus, sub nu. 3. Ri-
minal. iun. consi. 343. Cum R. D. num. 36. vol. 3.
& consi. 529. Primò, num. 1. & 46. & 49. vol. 5. vbi
hoc declarat. Et è contra paria sunt aliquid fieri
tempore habili, vel conferri in tempus habile. l.
in tempus, ff. de haered. insti. quamuis fiat tempo-
re inhabili. Ioan. Bolognett. consi. 3. num. 34. vel
itidem paria sunt, quid fieri tempore inhabili, vel
conferre in tempus inhabile. Riminal. iun. consi.
111. Proponitur, nu. 85. vol. 2.

Et ne studium inutiliter consumpserim, ani-
47 maduerte, † quòd paria porrò sunt etiam, man-
datum praecedere, vel ratihabitionem sequi, vt
per Odofr. in tract. de dot. restit. nu. 62. & est tex.
in cap. ratihabitionem, de reg. iu. in 6. & in l. fi. C.
mand. & ratio ea est, quoniam mandatum, & ra-
tihabitio non differunt, teste Curt. iun. consi. 63.
num. 7. & ita iudicauit alias sacra Regia Aud. Ba
rensis in anno 1589. in causa Magnificae Vniuer
sitatis Ruborum.

Imò paria etiam sunt aliquid non fuisse factũ, vel nullum habere effectum, vel aliquid factum esse, & fuisse reuocatum, ita Beccius consi. 6. nu. 3. & seq. vol. 1.

Paria quoque sunt ciuilem esse funditus extinctam per sententiam, vel nunquam fuisse natam obligationem, vt per Ang. in l. Iulianus, ff. de condic. indeb. quem ibi sequitur Ant. de Alexandro, col. 26. ver. & deinde ciuilis fuit extincta.

Nec non paria sunt, quòd actor non probet, vel eius probatio non concludat. Riminal. iun. consi. 232. nu. 14. vol. 2.

Prout paria tandem etiam sunt esse patronum, & haberi pro patrono, vt per Soci. in l. 2. §. patronum, nu. 1. ff. de in ius vocando.

Alios verò casus prope innumeros similium & dissimilium ex sacra Theologia collectorum discurrit, atque denudat non vulgari quidem anchora, necessarioque opportuno apparatu Ioannes Dadraeus in libro edito anno 1582. per totum, nuncupato Loci communes similium & dissimiliũ ex omni antiquitate tam sacra quàm profana collectorum.

ARGVMENTVM.

Obligatio facta die feriata penes acta, ex quo est voluntariæ iurisdictionis potest & debet exequi, nec per hoc redditur nulla.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio penes acta curiæ etiam die feriato in Dei honorem facta, paratam habet executionem, & num. 4.*

2 *Iurisdictio contentiosa iudicis ordinarij in requirentibus causæ cognitionem tempore feriato suspenditur: voluntariæ autem iurisdictionis acta valent tam de iure Canonico, quàm Ciuili, & quæ sint illa.*

Baldus, maximus Canonista.

Bartolus, Iuris lumen.

3 *Laudum arbitratorum die feriato validè profertur etiam de iure Canonico.*

5 *Testes iurantes die iuridico, licitè die feriato deponunt.*

6 *Iurisdictio iudicis ordinarij, in quibus solummodo propter ferias est suspensa.*

Federicus de Senis, maximus Canonista, celeberrimusque Doctor.

DECISIO XXXV.

1 OBLIGATIO † penes acta curiæ habet re ipsa suum vigorem cõtra obligatum, etiam si reperiatur facta, atque stipulata sub die feriato, in honorem Dei: & sic obligatus penes acta curiæ potest compelli ad illius obligationis obseruantiam, & contra eum executioni mandari: cum de iure habeat paratam executionem, per notata per Glo. in auth. generaliter, C. de episco. & cler. per Bal. Pau. Castr. Alexan. & alios vniuersaliter omnes in l. eum pro quo, ff. de in ius vocan. & per Canonistas in cap. si quando, ext. de offic. deleg. & firmat etiam Afflic. decis. 387. in princip.

Nec potest modo aliquo obstare, quòd isthæc obligatio sit facta, celebrataque die feriato in honorem Dei: quia cum obligatione dicatur, quòd talis sponte & cætera, penes acta curiæ personaliter constitutus confessus fuit se debitorem, ac dare debere tali eius creditori præsenti, & stipulanti ducatos centum, quos soluere promisit in tali ter-
2 mino sub obligatione bonorum: † certè licèt iurisdictio contentiosa iudicis ordinarij sit suspensa tempore feriato, in his quæ requirunt causæ cognitionem, & strepitum iudiciorum. l. dies festos, C. de ferijs, & c. fi. ext. eod. tit. nihilominus tamen ea, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, atque dependēt à partium voluntate, possunt dubio procul coram iudice expediri, etiam diebus feriatis in honorem Dei: prout sunt pacta, conuentiones, instrumenta, transactiones, & alia similia, vt est textus in l. actus omnes, vbi est casus, in fi. & ibi no. Bar. Bal. & magis clarè Alberic. de Ros. C. de ferijs, & idem Bar. in l. fi. C. eo. tit.

Nec itidem habet obstare, si fortè diceretur, quòd loquatur illa lex de pactis, & conuentionibus, quæ fiunt inter partes absque iudicis interuētu, & ministerio magistri actorum, vbi nulla deberent acta interuenire: quia pace aliorum dixerim, imò expressè ille textus declarat, quòd his, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, possunt acta tali die expediri, quod quidem planè ostenditur, probaturque: nam permittit ille textus fieri die feriato emancipationem, quæ nempe emancipatio indubitáter fieri debet coram iudice, actibus interuenientibus, & sic per notarium curiæ describi. l. emancipatione, C. de fide instrum. & l. Iulianus, C. de eman. libero.

Et ideo pacta, conuentiones, & instrumenta, obligationesq; inter partes tali die, etiam coram iudice possunt expediri, quia sunt voluntariæ iurisdictionis, ita Spec. in tit. de ferijs, §. 2. vers. quid si in ferijs ob reuerentiam Dei, per textum in d. l. actus, & Ang. in l. dies festos, C. eod. tit. in princ. vbi concedit, quòd transactiones, & pacta, aliįq; contractus fieri, ac celebrari possunt tali die, & sic generaliter loquitur, quòd quilibet cõtractus fieri, & expediri potest coram iudice, si tamen spectet ad voluntariam iurisdictionem: imò eatenus vera discernitur isthæc conclusio, quòd ea procedat absque scrupulo aliquo, non solum de iure Ciuili, sed de iure etiam Canonico, vt ea quæ extant voluntariæ iurisdictionis possint itidem coram iudice, sub tali die expediri, & valida sint, ita Bal. qui fuit maximus Canonista, in cap. conquestus, in ver. strepitus, col. 20. de ferijs, inferens ex illo textu affabrè quidem, quòd vbi non versatur strepitus iudiciorum possunt licitè expediri, etiā de iure Canonico, eandemque sententiam firmauit quoque Barto. lumen iuris, in l. diuus, ff. de ferijs, vbi refert non ab re, quòd feriæ sunt inductæ in actibus iudicialibus, sed quæ sunt voluntariæ iurisdictionis possunt expediri, per d. l. actus, quæ non repentur vllo modo à iure Canonico reprobata, quòd hoc sine difficultate de iure verisimum sit, tenuit Ant. de But. in d. c. conquestus, col. 3. volens, quod instrumentum, licèt sit actus publicus: tamen quia pertinet ad voluntariam iurisdictionem, licitè potest tali die expediri: & sic obligatio, quæ in ipso instrumento fit, & stipulatur, coram iudice, quia omnia in præsenti re loquuntur de his quæ fiunt coram iudice.

3 Et ideo † licèt arbitralis sententia non possit ferri die feriato in honorem Dei, ex quo redacta sunt arbitramenta ipsa ad instar iudiciorum: tamen laudum arbitratorum, quod vim transactionis obtinet, etiam tali die validè potest proferri, quia voluntariæ iurisdictionis extat, vt per Ancha. in d. c. conquestus, col. 3. vers. circa hoc etiam quæro, & per Abb. etiam ibi, col. 4. versic. nunc Glo. expeditus. vbi conclusiuè tenet, quòd huiuscemodi actus mero iure valet, nec per ius Canonicum reperitur annullatus, cum sit voluntariæ iurisdictionis. Ecce igitur, quòd ista est magis communis, & vera Doctorum sententia in vtraque censura scribentium, quòd possunt coram iudice expediri ea quæ spectant ad voluntariam iurisdictionem, non obstante, quòd sit dies feriatus:

ctus: vnde non immeritò quidem extitit in facti contingentia decisum in sacra Regia Audientia Terræ Bari, quòd obligatio, & promisio de soluendo debitum, sponte facta penes acta curiæ, etiam die feriato, ualet & tenet, habetq; uigorem suum, non obstante exceptione feriarum.

Nec obiectio postremò illa obstat aliquo pa-
4 cto, † quòd iuramentum nō potest in talibus diebus interponi, vt sit validum, vt in cap. 1. extra de fer. in fi. & in c. decreuit. 22. quæst. 5. quia respondetur, quòd licèt instrumēta publica habeant paratam executionem, ratione iuramenti, vt inquit Bar. in l. 2. in fi. cui inhærent ibi Pau. Castren. Alexan. Ias. & cæteri vniformi voto omnes, ff. de iureiur. idem Alex. in l. ait pretor, §. si iudex, in vltimo no. ff. de re judi. tamen ex quo nos sumus in obligatione facta penes acta curiæ, talis obligatio habet executionem paratam, etiam si nullum admodum interueniret iuramentum, quia actus recipit suum vigorem ex præsentia iudicis, & non à iuramento partis, secundum Bal. Pau. Castren. & Alex. in l. eum pro quo, ff. de in ius vocan. Afflic. decis. 30. Fuit dubitatum si iudex. vbi extitit decisum, quòd etiam pendente causa super habilitate iuramenti, talis obligatio sortitur executionem, ex quo habet paratam executionem, etiam nullo interueniente iuramento. & ita aliàs decisum extitit etiam in sacra Regia Audientia Terræ Bari. nec est dicendum, quòd loquatur de obligatione facta die non feriato: quia cum sit de his, quę spectant ad voluntariam iurisdictionem, merito quidem possunt tali die expediri ex allegatis.

5 Pro qua nempe sententia, optimè facit ēt, † q licèt testes nō posint diebus feriatis in honorem Dei iurare, vt deponant, cum sit actus iurisdictionis contentiosæ: nihilominus tamen si iurarent die iuridico, licitè possent deponere, & valeret eorum depositio, qua diceretur, actum fore priuatum, in quo interuenit præsentia iudicis, & ministerium actuarij, seu notarij, & tamen actus valet, & tenet de iure, attestante Glo. in Cle. 1. in Glo. prima, de offic. deleg. in Cle. & ita etiam firmant Ant. de Butr. Abb. Imo. & alij communiter omnes in c. fi. extra de ferijs. & mouentur, quia in huiusmodi depositione censetur expediri actus priuatus per iudicem, testem, & actuarium. Ecce igitur, quòd vbi expeditur actus priuatorum, etiam necessarius contentiosæ iurisdictionis tenet propter partium vtilitatem, quanto magis actus voluntariæ iurisdictionis.

Et ad rem, propositumque nostrum quàm cōgruentisimè facit, quod voluit Federicus de Senis, maximus Canonista, cōs. 11. Quæritur an sententia, & consi. seq. Conclusio allegata. in quibus quidem duobus suis consilijs ponit regulam in iu
6 re verisimam, † quòd iurisdictio iudicis ordinarij est propter ferias, etiam ad honorem Dei inductas, suspēsa solummodo in his, & circa ea quæ de necesitate ad sui esse, & sui substantiam requirunt causæ cognitionē, & iudicialem indaginem. vnde cū obligatio penes acta fiat à debitore sponte confitente, & voluntariè se obligante, certè secundum doctrinam memorati celeberrimi Doctoris, non est iurisdictio suspensa, sed potest legitimatio expediri. & ita in lucem adducit etiá practicari, necnon excommunicatio die feriato prolata valet etiam, & tenet per iura, & rationes, per eum allegatas.

ARGVMENTVM.

Baiuli & iudices qui cognoscunt de minimis caussis, possunt concludere facere in causis etiam minimis.

SVMMARIVM.

1 *Causa modici momenti summariè cognosci debet. & an in summarys procedatur ad diffinitiuam conclusione non facta. nu. 3.*

2 *Iudex in causis infra duos augustales in Regno oretenus procedere debet.*

4 *Iudex licitè potest compellere partem ad concludendum.*

5 *Vsurarum materia, & an illæ licitè petantur.*

6 *Iudex quid iudicaturus sit, per quācunque interlocutoriam propalare non debet.*

7 *Baiuli & iudices Curiæ Baiulorum; qui causarum ciuilium iudices sunt, de exceptione quæ criminalitatem saperet, incidenter cognoscunt.*

8 *Iudex causæ Ciuilis de crimine incidēter cognoscit.*

9 *Baiuli iudices si in scriptis procederent, a iure in processu requisitas solennitates sub pœna libræ auri seruare deberent.*

DECISIO XXXVI.

IN causa vertente inter A. & B. de Terra Terlitij, super petitione carelonorum decem, vt prætendebatur solutorum Castellano Terræ Baruli creditori pro ducatis decē debitis per ipsum B. conuentum in termino statuto inter partes non solutis, pro interesse ad rationem decem pro centenario. contigit emergenter hęsitari, ex quo cōuentus allegans petitionem actoris sapere vsurariā prauitatem, denegat velle in præsenti causa cōcludere, sub prætextu exceptionis oppositæ, an potuerit curia Baiulorum eiusdem Terræ Terlitij ad hoc de iure compelli.

1 Et attingēdo scopum veritatis, † & potisimum cum isthæc sit causa modici momenti carelonorum decem, quæ secūdùm terminos Regiæ pragmat. & auth. nisi breuiores, C. de senten. ex peric. recitan. & ibi notant scribentes, debet summariè, & ex non scripto cognosci, & iudicari, secundùm Barto. in l. mediterraneæ, per illum textum, C. de annon. & tribu. lib. 10. quem refert, & sequitur ēt Ias. in repet. l. admonendi, colum. 122. ff. de iureiur, dum examinat quæ dicatur causa magna, vel parua, & in quib. causis magnis non habet locum iuramentum suppletorium, & confirmat Anton. Corset. in tract. de minimis, colum. 3. & Afflict. in constitutio. Regni, dilationes, in tertio notab.
2 vbi † concedit, quòd in causis infra duos augustales, & sic infra tres ducatos, in Regno iudex debet procedere oretenus, & ex non scripto, & de

hoc

hoc extat etiam optimus quidem textus in Auth. de mandatis Principum, §. sit tibi quoque, collat. tertia, & ibi Bar. Glo. & alij omnes.

3 Dicendum, ac admonendum est, † quòd licèt huiuscemodi causa sit de sui natura summaria de modico inter pauperes agitata, & in causis ipsis summarijs possit iudex, si sibi videbitur, procedere ad diffinitiuam, conclusione non facta, vt probat tex. in clement. sæpe, §. & quia, in fi. de verborum sign. & tenet Bart. in extrauag. ad reprimendum, in ver. sine strepitu, & figura iudicij, in fine. & Paris de Puteo in tract. syndicatus, in ver. sententia, colum. 6. nihilominus tamen si iudici videtur tunc potest compellere, immo inuita etiā parte conclusionem facere, vt in casu nostro, vt concedit Card. in d. clem. sæpe, §. & quia, in 18. quæst. & Geor. Natta etiam in repe. ibi, in fine, super Gl. in ver. conclusione, per illū tex. ibi, si ei videbitur.

Et sic denique est in arbitrio iudicis concludi facere, aut conclusione ipsa prætermissa ad diffi-
4 nitiuam procedere, † quonia licitè potest iudex, & iure permittente compellere partem inuitam ad concludendum, vt concludit Bal. per complura iura per eum allegata in cap. primo, col. tertia, si de inuestit. inter dominum & vasall. lis oriat. in vsibus feu. pro qua quidem sententia est bonus tex. in Regno, in constitutio. vniuersis & singulis, vbi Imperator mandat omnibus & singulis iudicibus Regni, quòd in qualibet causa post publicationē factam, ac didicita testificata faciant infra biduū concludi, & partes renitentes puniri pœna emendationis expensarum, erogatarum occasione retardati processus, in tantum quòd qui omne dicit nihil excludit. l. Iulianus respōdit, ff. de leg. tertio.

Nec obstare videtur vllo quidē modo id quod scribit Afflict. in d. constitutio. vniuersis & singulis, in 4. not. & in decis. 272. & Maran. in trac. de iudicijs, in 4. par. dist. 9. sub nume. 18. & in 6. par. in 14. actu, sub num. tertio, quòd conclusio prætermitti potest, & ea omissa nullatenus vitiat processum, cùm non sit de substantialibus, quia re ipsa loquuntur iudice volente conclusionem tūc prętermittere, & non aliter.

Neque itidem obstare debet id quod ex aduerso pōderatur pro parte rei recusantis, quòd actor petens conclusionem, admitti non debet: cùm facta minimè releuet, ex quo petitio sua sapit vsurariam prauitatem, vnde non potest in causa obtinere, sicut neque admitti vllo quidem modo ad probandum quod probatū non releuat. l. ad probationem, C. de probatio. ca. cum contingat, ext. de offic. deleg. & c. per tuas, ext. de simon. quia respondeo, quòd tempore conclusionis faciendæ non est discutiendum, vtrum petitio actoris sit iusta, vel iniusta ad effectum retardandæ conclusionis: nam de hoc discutietur, & declarabitur per iudicem tempore sententiæ ferendæ, vtrum intentio actoris sit legitimè fundata petendo decem soluta creditori post terminum solutionis pro interesse ad rationem decem pro cētenario, & non loco vsuræ, an verò sapiat vsurariam prauitatem,
5 ita quòd reus veniat absoluendus, † cùm sit materia c. salubriter, & ibi Glo. & alij communiter omnes, ext. de vsur. in cap. conquestus, eodem tit. in l. socium qui in eo, in ver. non quasi, ff. pro socio, in l. 2. C. de vsur. in l. curabit, C. de actio. empti, & in l. prima. C. de summa Trin. & fide cath.

Quibus nempe in locis Doct. disputāt, vtrum vsura licitè petatur, si vt interesse qnidē petatur, affluenter per Bart. Alexan. Imo. & alios in l. insulam, §. vsuras, ff. solu. matrim. & in l. atqui natura, §. non tantùm, ff. de neg. gest. per Bal. in rub. C. de vsur. in 4. quæst. & in l. prima, colum. tertia. C. de summa Trinit. & in specie de fideiussore, qui pro correo obligato soluente creditori, an possit licitè, & iure suadente solutum repetere à debitore, licèt fuerit per vsuram, & illicitum lucrum extortum, fœcundè ad saturitatem vsque habetur per Ioan. And. in quæst. Mercuriali, quam posuit in regula, damnum, de regu. iu. lib. 6. & habetur etiam per Laurent. de Rodul. in repet. capit. consuluit, tam super rub. in 8. quæst. quàm in repet. e. in quæstio. 47. ext. de vsur. & notatur per omnes Docto. in c. peruenit, & in c. constitutus, ext. de fideiussor.

Sed cùm in præsenti casu agatur de conclusione petita facienda, vt possit de viribus exceptionis oppositæ discuti per iudicem, & iudicari, non sunt hæc præsentis speculationis, quia veniunt tēpore diffinitiuæ sententiæ declaranda post conclusionem factam, nam tūc iudex debet ad suam sententiam deuenire; quando partes nihil habēt quid vltra dicant, & sic postquā est à partibus cōclusum. tex. est apertus in c. iudicantem, 30. q. 5.

6 Præterea † iudex non debet per quancunque interlocutoriam propalare animum suum, quid sit iudicaturus, vt est notabilis text. in l. vbi, C. de fal. imò si apertè ante illam declarauerit potest licitè, vt suspectus recusari, quod sæpe contingit in iudicibus loquacibus, teste Io. And. in c. irrefragabili, §. excessus, ext. de offic. ordin. & Ias. in l. apertissimi, col. tertia, C. de iudic.

7 Et licèt † Baiuli, & iudices curiæ Baiulorum sint iudices causarum ciuilium, & non criminalium, vt per Afflict. in constit. iustitiarij de cætero, in 2. not. & in constit. per prouincias, in 9. not. tamen possent cognoscere incidenter quidem de exceptione, quæ saperet criminalitatem, vt sentit Bart. in l. hoc iure, §. fin. ff. de aqua quotid. & æsti. & Ale. in add. ad Bar. in l. interdum, §. qui fine, in
8 fi. ver. ff. de furt. volens, † quòd iudex causæ ciuilis cognoscit de crimine incidenter, pro qua quidē sentētia facit etiam tex. in l. fi. ad fi. C. vbi & apud quos, & in l. quotiens, C. de indic. tantoque magis, quia pro parte rei negatur solutio pecuniæ, & alia multa in facto consistentia.

9 Imò † si Baiuli procederent in scriptis, teneren tur profectò seruare solennitates, aliàs à iure requisitas in processu, aliàs absque dubitatione aliqua punirentur libra vna auri, vt habetur in constitutio. Regni, crebra nostrorum, per Afflict. in 4. not. vnde non immeritò certè Sacra Regia Audientia Prouinciæ Terræ Bari, ad quā extitit habitus recursus, iudicauit bene iudicasse ipsos Baiulos, circa conclusionem faciendam in pñti causa, & proinde rescribēdum pro executione decreti.

ARGVMENTVM.

Auditores Prouinciales, & Gubernatores vbi causas expedire teneantur, & propter aduocati absentiam induciæ sunt concedendæ, & absolutiones ratione pœnæ soluendæ, & compositiones cũ consensu thesaurarij faciendæ. Et quid in Auditoribus Rotæ Rom qui quidem ordinariam iurisdictionem habent in cognoscendo & delegatam in sententiando. Et an Auditores omnes in fine officij rationem reddere teneantur.

SVMMARIVM.

1 *Auditores Prouinciales, & Gubernatores non possunt domi causas expedire, sed illas tenentur expedire in Tribunali Regiæ Audientiæ, & in his quæ tangunt Regium Fiscum, quomodo debeant se gerere.*

2 *Sententia lata contra fiscum, absente eius aduocato, non valet, declaratur nu.3.*

4 *Indutiæ quando & quomodo propter absentiam aduocati concedantur.*

5 *Absolutiones & compositiones per iudices Vrbis, tam ordinarios, q̃ delegatos, quomodo faciendæ.*

6 *Iudicandi onus graue.*

7 *Auditores Rotæ Rom. in domo absoluunt, parte vocata, arrestant ipsam, recipiuntque testes affuturos: possunt præsentatum instituere, quamuis super præsentatione ipsa expedierint nouam prouisionem Papæ super qua minime literas expedierit, num. seq.*

8 *Auditores Rotæ Rom. habent iurisdictionem ordinariam in cognoscendo, & delegatam in sententiando.*

9 *Auditores omnes de sententijs promulgatis in fine officij non teneantur reddere rationem.*

10 *Auditores, & Gubernatores Prouinciales, quomodo possint remittere delinquentes, & cõtumaces.*

11 *Absolui quis non debet à iudice, nisi se constituat in carcere.*

12 *Pœnas inferre volens, quatuor considerare debet.*

13 *Purgatio fieri debet apud quos est infamatus.*

14 *Auditores tenentur residere in Regia Audientia, nec aliquis eorum discedere debet, nisi ex vrgenti causa, & cum consensu Gubernatoris, & reliquorum, nec aliqua tractare debet negocia quàm illa, pro quibus destinatur: quod non solùm procedit in Auditoribus, sed etiam in aduocato Fiscali in Regia Audientia Apuliæ, num.15.*

16 *Auditores dum destinantur pro aliqua vrgenti causa, & si non possint causas definitiuè terminare, & decidere, possunt tamen eas inchoare.*

17 *Argumentum à maioritate rationis in iure validum, & sic argumentum de maiori ad minus valet affirmatiuè, tam in fauorabilibus, q̃ odiosis.*

18 *Argumentum à simili valet.*

19 *Sententia lata in fauorem minoris indefensi, nullo interueniente tutore, vel curatore, valet.*

20 *Sententia lata in fauorem fisci, eo inaudito, sustinetur.*

21 *Statutum prohibens pupillum contrahere absque propinquorum consensu, non procedit quoties pupillus vtiliter contrahat.*

22 *Clericus licèt pactum facere nequeat absque prælati licentia, tamen si illud vtiliter faceret, valeret.*

23 *Auditores Regio Collaterali consilio prouidente, pro causis vtcunque arduis ab audientia recedere non possunt.*

DECISIO XXXVII.

1 AVDITORES † Prouinciales & Gubernatores non possunt expedire causas domi, sed illas tenentur expedire in tribunali Regiæ Audientiæ, & in his quæ tangunt regium fiscum, debent illum in omnibus audire, & omnes & quascunque causas, & decreta, tàm interlocutoria, quàm diffinitiua, & omnes prouisiones, in quibus aliquo quouis modo posset agi de interesse fisci, expedire tenentur, audito aduocato & procuratore fiscali, aliàs omnia acta, decreta, & prouisiones sunt ipso iure, ipsoque facto nulla, pragm.6. in casu 23. incip. item quod gubernator, & auditor pro tempore, in tit. de officio iustitiarij. Et hoc idem videtur firmare Glo. in rubr.
2 vt lite non contesta. asserens † sententiam contra fiscum latam, absente eius aduocato, non valere, & hoc idem concedit etiam Glos. in l. non intelligitur. §. diuus. ff. de iure fisci, quæ vtiliter hoc li-
3 mitat, non obtinere locum, † vbicunque sententia ipsa foret promulgata pro fisco, & ad eius fauorem, & concludit denique, ꝙ hoc idem procedit etiam in procuratore fisci.
4 Et hinc est, † quòd indulgendæ veniunt induciæ propter absentiam aduocati, secundùm Glos. in d. rub. vt lite non contest. vbi Doct. discurrũt, atque resoluunt, hoc esse arbitrarium, multis consideratis: verùm tamen si foret aduocatus ipse reuersurus de proximo, posset, & deberet concedi dilatio petenti. ita Bar. in d. l. sed si vnius, §. quod aũt, ff. de iniur. & l. obseruare, ff. de offic. procon. & l. placuit. C. de peda. iudi. in l. quidam, §. nihil, ff. de eden. & in l. longius, ff. de iudi. & facit tex. in l. cum antiquitas, C. de testam. & quod no. Bar. in l. 1. §. fin. ff. de accusat.
5 Necnon † absolutiones, ratione pœnæ soluendæ, & compositiones faciendę per iudices vrbis, tam ordinarios, quàm delegatos, faciendæ sunt etiam de consensu, & cum interuentu Thesaurarij generalis, & non aliter, cui itidem datur facultas deputandi iurisperitum, qui huiusmodi compositiones sollicitet, & referat, ita in Motu proprio 136. Pij Quarti, Exigit debitum Pastoralis officij.
6 Et de hoc mirandum quippè non venit, † quoniam onus iudicandi graue est, ita Hadrian. Papa in quodlibetis, quæstio. 10. colum. antepen. Aret. consi. 155. Periculosum, & Lucas de Pen. in l. fin. colum. pen. C. de ven. reb. ciuit. lib. 11. in tantum, quòd Auditores prouincioles in expeditione causarum, in tribunali, tenentur adhibere collegas. vt boni medici in cura ægroti.
7 Est bene verum, † quòd Auditores Rotę Rom.

in

in domo absoluunt parte vocata, arrestantq; partem, atque recipiunt etiam testes affuturos, vt per Bellamer. decis. 659. dicta compulsio, de ferijs, possuntq; iidem præsentatum instituere quamuis super præsentatione ipsa expediuerit nouam prouisionem Papæ, super qua literas minimè expedierit, vt per Pau. Emil. Verall. decis. 61. Auditor Rotæ, vbi innuit ita aliàs extitisse iudicatum in Rota Romana.

8 Et ratio † est: nam Auditores ipsi Rotę Romanæ habent iurisdictionem ordinariam in cognoscendo, & delegatam in sententiando. ita Rota decis. 594. in antiquis, Franc. in cap. 1. colum. 6. de rescrip. in 6. Pau. Emil. Verall. decis. 90. Capitulū, in 1. par. decis. 388. seu 5. processus factus ab excōmunicato, in 2. par. & decis. 72. in 3. par. quibus in locis patefacit ita decisum in Rota in facti contingentia.

Sed pulchrum est in præsentiarum disquirere,
9 num † Auditores omnes de sententijs promulgatis teneantur in fine officij reddere rationem: & partes in syndicatu contra eos habeant agendi actionem? & dic, quòd quilibet Auditor Commissarius electus debet suas iustificare sententias, nec valent partes tam in magna Curia Vicariæ, quàm in Regijs Audientijs Prouincialibus proponere querelas, seu petitiones contra alios collegas, sed contra duntaxat commissarios, vt in terminis consuluit Grammat. cons. crim. 54. In Christi nomine, & ita obseruatum extitit in facti contingentia, in anno 1584. in Regia Audientia Apuliæ, me assidente in ea tunc Auditore syndicatus D. Didaci Quesadæ mei collegæ, quem non immeritò quidem à DD. syndicatoribus vidimus statum tunc absolutum à querelis, & petitionibus aduersus eum propositis, super causis à me vti earum Cōmissario expeditis, & in Rota terminatis.

10 In tantum † quòd Auditores & Gubernatores prouinciales, minimè gentium possunt remittere delinquentes, seu cōtumaces, nec tractare de eorum remissione, nisi personaliter comparentibus principalibus inquisitis, vel contumacibus, & purgata contumacia, prag. 6. casu 25. inci. Item quod gubernator, nec auditores, in titu. de officio iustitiarij, & hoc idem disponitur in Motu proprio Pij Quarti 76. Ad perpetuam rei memoriam, Et si cuncta, ante finem.

11 Quod † absolui quis nō debeat à iudice, nisi se constituat in carcere, & consequenter, quòd banniti, & homicidæ prætendentes aliquem bannitum occidisse, vel quomodolibet præsentasse in curia, vel procuratorem, defensorem, vel quemlibet alium audiri, vel admitti non possunt, sed audiuntur in carceribus constituti, & non aliter.

12 Nam † pęnas inferre volens quatuor considerare debet, quæ Glo. in c. fi. de transact. tradit, atque discurrit his versibus.

Causa, locus, tempus, personaque consideratur
In pœnis dandis, vt eas Iudex moderetur.

13 Et hinc est, † quòd purgatio fieri dēt apud quos est infamatus, cap. ego Berengarius, in fi. ibi, vt ibi moriatur malum, vbi contingit, de consec. distin. 1. Purgauit ergo se Leo Papa cum 12. episcopis, 2. q. 4. omnibus, circa fin. Sixtus Papa purgauit se ipsum à falsa criminatione, in concilio. 2. q. 4. mandatis, attestante Io. de Capistrano in Speculo conscientiæ, in prin. num. 6. posito in primo tomo tractatuum, impressorum in anno 1584. & denique purgauit se Damasus Papa cum 42. Episcopis in Concilio, & sic purgatus coram superiori, sine litteris expurgationis non debet redire. c. quilibet, 8. quæst. quinta.

14 Sed in omnem euentum † Auditores tenentur residere in Regia Audientia, nec aliquis eorum discedere debet, nisi vrgenti ex causa, & cum voto Gubernatoris, & reliquorum, nec aliqua tractare debet negocia, quàm illa pro quibus destinatur, pragm. 8. ti. de offi. iustitiarij.

15 Quam † quidem prag. iussit obseruari sacrum Regium Collaterale Consilium, nedum per Auditores ipsos: sed etiam per aduocatum fiscalem in Regia Audientia Apuliæ, me assidente in ea Auditore, in anno 1583. mediantibus prouisionibus, & regijs litteris in Regia Cancellaria expeditis, & præsentatis in eadem Regia Audientia, quæ hodie conseruantur penes eius magnificum Secretarium.

16 Sed † isthęc pragmatica sincerè quidem intelligitur, & locum obtinet in causis sententialiter, diffinitiueque terminandis, ac decidendis, non autem in causis inchoandis; prout ita ipsam pragmaticam interpretando obseruaui aliquibus annis in Regia Audientia prædicta Apuliæ, dum accedebam per prouinciam, & prouincias Commissarius, per eandem Regiam Audientiam destinatus in aliqua particulari causa, & tempore at que durante tali commissione, si mihi porrigebatur aliqua querela, capta prius informatione ipsius querelæ vigore, expediebam citationem, & citationes ad informandum, contra accusatos, & delinquentes: & mouebar vtique ad genninam interpretationem huiusmodi pragmaticæ inducendam, modumque statuendum argumento à
17 maioritate rationis, † quod validum in iure reperitur, auth. multo magis. C. de sacrosan. eccle. & similiter ea regula quòd si alicui licet quod plus est, licet quod minus. l. nec in ea. §. ius occidendi, ff. de adulte. regula, cui licet, in 6. & Alex. consi. 87. col. 2. volu. 2. videlicet, quod si producta querela contra delinquentes alicui ex auditoribus, commoranti extra Audientiam commissario posset ipsos delinquentes capere apparentibus criminibus; tanto magis sibi licitum foret illud, quod esset minus: & sic relaxare citationes, & expedire etiam alias quascunque similes prouisiones. Quod quidem argumentum de maiori ad minus valet affirmatiuè, tā in materia fauorabili, quàm etiam odiosa, vt aperit Gozad. cons. 6. nu. 52.

18 Mouebar itidem argumento à simili, † quod quidem valet, & tenet, secundum Doct. in l. 1. ff. de offi. eius, & in l. idemque. ff. de legib. Glo. in l. 1. in ver. testari. ff. de leg. 3. & in l. 2. ff. de leg. 2. & Bal. in l. 2. col. 2. C. de patrib. qui fil. dist.

19 Quod † quemadmodum sententia lata ad fauorem minoris indefensi, ac nullo interueniente tutore, vel curatore, valet iuxta decisionem Rotę

Rom.

Rom. recitatã per Pau. Aemil. Verall. decis. 147. seu 34. Sententia quando est lata, in 3. par. & communem opinionem explanatam in Sylua communium opinionum, in opinione 718. num. 1. lib. 2.

20 ita † sententia lata ad fauorem fisci, eo inaudito, similiter sustinetur: nam alienam conditionem facere possumus meliorem, non autem deteriorem. l. soluendo. ff. de neg. gest. Nec non valet etiã acceptilatio solius pupilli, si in ea consequeretur liberationem. ita Glo. in l. 2. ff. de acceptilat.

21 Similiterque † statutũ prohibens pupillũ contrahere sine propinquorum consensu, non obtineret nunc quippè locum, si vtiliter contraheret absque eorum consensu, vt per Ange. & Imo. & vnanimi consensu omnes alios in d. l. 2. & per euo dem Angelum, consi. vltimo, & Baldum in l. 2. C. de seru. ero. se.

22 Et denique ad hoc idem propositũ, † licet clericus pactum facere nequeat sine prælati licentia: nihilominus tamen si illud faceret, & vtiliter quidem, absque dubio aliquo valeret, & teneret, secundum Io. And. in c. causam, ext. de iudi. & Do. in c. 1. post prin. de pact. in 6.

23 Cæterùm † per sacrũ Collaterale Consiliũ ad tollendum præsentes altercationes, & alias quam plurimas etiam similes, quæ quotidie oriebantur in regijs omnibus Audientijs Prouinciarum Regni super accessu, & accessibus, ex vrgentissimis causis occursis, Gubernatorum & Auditorum prouincialium per prouincias, in anno 1584. sancitè, & vtiliter sancita extitit continua residentia ipsorum officialium in locis solitis, & coosuetis residentiæ absque spe discessus, etiam pro causis vtcunque grauissimis, atque maximi etiam ponderis, adeo quòd ea in re quisque officium suum sedulò præstet, quo cultus iustitiæ deuotè exerceri, & ipsi officiales in residentijs, & officijs suis quieti, & sine impedimentis, cum fructu, ædificationeque populorum permanere valeant. est tamen bene verum, quòd in anno 1589. & sequentibus, nunquam vidi obseruatam pragm. hanc in sacra Regia Audientia Terræ Bari.

ARGVMENTVM.

Dilatio quinquennalis conceditur etiam ad instantiam debitorum; & coram quo peti debet: & qui possit concedere.

SVMMARIVM.

1 *Dilatio quinquennalis ad instantiam creditorũ pro maiori quantitate concurrentium debitori conceditur, vt alij quoque creditores concurrere cogantur.*

Vincentius de Franchis, solertissimus & velocissimus.

2 *Dilatio quinquennalis ad instantiam quoque debitorum rationabiliter conceditur.*

Franciscus de Valcarser Hispanus, expolitissimus & instructissimus, admirabili studio sinceritateque incredibili, caput Rotæ Audientiæ Terræ Bari.

3 *Iurans certo termino se soluturum, excusatur, periurusque non dicitur, si ob necessitatem non soluerit.*

4 *Iudicium ex actore, reo & iudice necessario constare debet, imò & testem requirit.*

5 *Debitor libellum pro quinquennali dilatione producit, alias ad cessionem admittitur.*

6 *Dilatio quinquennalis, debiti etiam pari quantitate inuenta, est concedenda.*

7 *Dilatio quinquennalis a solo principe in eiusque concistorio conceditur, alias sententia nulla redditur.*

8 *Causa concurrentiæ in quinquennali dilatione vbi cępta est terminanda, etiam quòd creditores remissionem petentes priuilegiati sint forique electionem habeant.*

DECISIO XXXVIII.

1 Dilatio † quinquennalis debitori conceditur ad instantiam creditorum concurrentium pro maiori quantitate, cumuloque crediti: in tantum quòd ea ipsa dilatio tunc elargitur, etiã reluctantibus, seu inuitis alijs creditoribus, non cõcurrentibus pro eorundem minori summa crediti, qui itidem eo casu condemnantur meritò quidem ad concurrendum, teste solertissimo, ac velocissimo D. meo Vincen. de Franchis, decis. 82. In causa Magnificæ Hippolitæ, num. 1. & seqq. vbi percommodè, & concinnè, more suo, memorat etiam, quòd quotidie in sacro Consilio conceditur talis dilatio, etiã quòd debitor minimè asserat velle cedere bonis.

Et licèt in eodemmet sacro Consilio consuetierit concedi dilatio ipsa quinquennalis ad instantiam creditorum, pro maiori concurrentium

2 quantitate: † tamen in Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ, & Comitatus Molisij, & in sacra Regia Audientia Terræ Bari, non semel tantùm dilatio isthęc quinquennalis extitit concessa quo que ad instantiam debitorum annis superioribus, me assidente in illis tunc temporũ auditore, quibus quidem dilationibus quinquennalibus ita rationabiliter elargitis semper partes ipsæ, & sic creditores non concurrentes condemnati modo, & forma, qua supra absque scrupulo aliquo acquieuere, & mouebar illis fælicissimis temporibus ad hoc stabiliẽdum, ex l. fi. C. qui bonis cedere poss. quæ conuenienter, fauorabiliterque disponit, quod si debitor velit, atque determinet bonis cedere, nisi sibi dilatio præmemorata quinquennalis ad soluendum concedatur: tunc nempe extat in electione creditorum dare dilationem istam: taliter quòd debitor in hoc iudicio discernitur actor, non autem creditor.

Et quamuis D. Franciscus de Valcarser, Hyspanus, tanquam caput Rotæ eiusdem sacræ Regiæ Audientiæ Terræ Bari in anno 1589. expolitissimus, & instructissimus, admirabili quodam studio, & incredibili sinceritate, tunc dubitasset mirum in modum circa hoc, allegassetque etiam obstitisse debitori agenti periurium, per eum incursum: nihilominus tamen eodemmet tempore extemplo tollebam, remouebamque huiuscemodi

modi obstaculũ duabus viuacissimis rationibus.

3 Primò, † quia debitor iurans certo termino se soluturum, excusatur profectò, si non valuerit soluere tunc, ob necessitatem, vel paupertatem, nec dicitur hoc casu periurus modo aliquo, ita Inno. Bald. Abb. Fely. & alij vniformi consensu omnes in c. querelam, per tex. ibi, de iureiur. idem Inno. in c. P. & G. ext. de offi. deleg. Guido Papę in trac. de appellationib. in quęst. 15. num. 22. Ioan. Ant. de Nigris in extrauag. vnica, num. 250. de vita, & hone. cleric. & pleniori cornu Seraphin de Seraphinis in tract. de priuilegijs iuramenti, priuileg. 74. num. 142. & Afflic. decis. 163. sub num. 4. & Vrsill. in addit. Afflicti, decis. 288. sub num. 7. & seq. vbi expeditè docet, planumq; facit ita etiam obseruari in praxi.

Secundò itidem hoc eodem impulsu agitatus enodabam præsentem difficultatem ista quoque

4 palpabili ratione: † quoniam iudicium debet necessariò constare ex actore, reo, & iudice. l. in tribus, & l. inter litigantes, & ibi Bar. & alij vniuersaliter omnes, ff. de iudi. & §. retinendæ, & §. plura, Instit. de interdic. Spec. in princ. post procęm. imò omne iudicium exigit, requiritq; etiam quatuor genera personarum, videlicet iudicis, actoris, rei, & testis. cap. forus, de verb. signifi. & c. nullus, 4. quæst. 4. vnde si dilatio isthæc quinquennalis ad instantiam creditorum duntaxat impartiretur, ipsi fungerentur tunc dilucidè quidem officio actoris, & rei simul & semel, & cōferrent beneficium quasi in inuitos contra omnia mundi iora. sed è diuerticulo denique in viam redeundo silicatam, animaduertendum est, quòd Rom. in terminis

5 decidit casum nostrum, consi. 439. † vt debitor libellũ producere debeat in iudicio, quòd eidem detur dilatio quinquennalis, aliàs admittatur ad bonorum cessionem, cui non immeritò quidem acquiescit Vrsill. in addit. Afflicti in decis. 288. nume. 3.

Imò hæc omnia extant ita verissima, vt ampli-

6 ficari in præsentiarum facilè possint, † vt locum obtineant, non modò vbicunque concurreret disparitas, & maior quantitas crediti eorundem creditorum concurrentium, sed etiam si concurreret æqualis quantitas, vt tunc benignior sententia admittatur: & sic pari quantitate debiti inuenta, similiter est concedenda dilatio ipsa quinquennalis, tex. est apertus in d. l. fin. §. si verò plures, C. qui bonis cedere poss. vbi Bart. Pau. Castr. & alij vniformiter omnes.

Sed præsens saxum ita reuolutum, iterum re-

7 uoluendum arbitror, † dum non vereor dilationem ipsam quinquennalem concedi non posse, nisi à solo Principe, & in eius consistorio. d. l. fin. in princip. ibi, cùm solito more à nostra maiestate petitur, prout hoc aduertere videtur nō quidem obscurè D. meus Vincent. de Franch. in præmemorata decis. 82. & licèt ab alijs inferioribus iudicibus aliquando huiusmodi dilatio cōcedatur: tamen talis sententia redditur nulla, & iniusta, tanquam lata contra legem.

8 Imò † petendo remissionem causæ tunc creditores non concurrentes ad iudicem eorum ordinarium, etiam quòd forent priuilegiati, & clerici, habenteróque itidem fori electionem, nullatenus audiuntur, & causa concurrentiæ debet terminari, vbi cœpta fuerit in eodem Principis consistorio, non obstante petita remissione, prout ita firmat Vrsill. in addit. Afflicti in decis. 380. num. 7. & seqq. vbi planè demonstrat ita aliàs obtinuisse in sacro Consilio, & ita iudicauit sacra Regia Audientia Terræ Bari superioribus diebus, ac etiam hodie quinto Decembris 1589. in causa aliquorum de ciuitate Ruborum, dum petita remissione per Magnificā Iuliam Gentilem de Terra Baroli, ad suum iudicem prouisum extitit me existente causæ Commissario, causam ipsam remanēdam in eadem sacra Audientia, & in ea procedendum, non obstante petita remissione.

ARGVMENTVM.

Instrumentum promissionis dotis non potest præsentari secundum formam ritus, quia non est liquidum, sed pactionatum.

SVMMARIVM.

1 *Dotis promissio tacitam conditionem habet, si matrimonium solenniter & legitimè sequatur.*

2 *Maritus pro dote agens matrimonium solenniter & legitimè contractum necessariò probare debet, & qualiter, nu. 5. & 6.*

3 *Dotis promissionis instrumentum quare non sit liquidum, nec executionem mereatur.*

4 *Iudex ex actis colligens, actorem sine actione experiri, ex officio, parte etiam non opponente illum repellit.*

5 *Matrimonium clandestinum censetur, nisi etiā probetur, in facie ecclesiæ tum desponsatione benedictioneque sacerdotali celebratum.*

7 *Contractu ex obligatorio, vt est dotis, non agitur, nisi conuenta prius adimpleta fuerint.*

DECISIO XXXIX.

INSTRVMENTVM promissionis dotis nō est omnino liquidum, sed pactionatum, & vltro citroque obligatorium: & eo magis, cum multa hinc inde in eo promitti soleant, & potissimùm vir consueuerit promittere, seseque obligare, legitimum contrahere matrimonium cum Sempronia per verba de præsenti, sacerdotali benedictione intercedente, & cum alijs solennitatibus à iure requisitis, quod quidem tenetur adimplere, etiam si expressè non conuenisset.

1 Et ratio viuax ea est, † quoniam dotis promissio habet in se tacitam conditionem, si matrimonium solenniter & legitimè sequatur, aliàs maritus agere nequit vllo modo, vt est casus in l. stipulationem, & ibi ad hoc illum textum notat Bartol. & in l. plerunque, §. si ante, & in l. in rebus, §. 1. ff. de iure dot. Marinus Freccia in tract. de præsentatione instrumentorum, in 7. par. quæst. 10. nume. 1.

Vnde

2 Vnde † maritus ipse agens pro dote, tenetur necessariò probare matrimonium solenniter, & legitimè per eum contractum, aliàs non auditur, prout decidit Bald. in l.1.col. penul. versi. quæro vtrum, C. de priuileg. dot. & in l.ab executione, col.fin. C. quor. appella. non recipian. & in l.2. in fi. versi. & pone, C. de execut. rei iudi. vbi profert
3 magnum quippe verbum, † huiusmodi instrumentum dotis non esse liquidum, nec executionem mereri, per tex. in l.talis stipulatio, ff. de iure dot. & huic opinioni, tanquàm sacrosanctæ, quòd instrumentum ipsum promissionis dotis liquidum minimè sit, nec aliter præsentari possit, secundum formam ritus. accedit etiam Marinus Freccia in tract. de præsentatione instrumentorum, secundum formam ritus magnæ curiæ Vicariæ, in 7. par. quæst. 10. & ibi Apostilla, & Prosper Carauita in ritu 167. num.5. & Ioan. Vincent. de Anna in sing.248. & ita non semel tantum in varijs, diuersisque iudicauit causis sacra Regia Audientia Barensis, in anno 1589. & sequenti.

Et ratio palpabilis posset assignari isthæc præsentis conclusionis, quia cum habeat in se dotis promissio conditionem expressam, aut tacitam à iure subintellectam, si matrimonium legitimè sequatur, vt supra, ante implementum conditionis, non est nata actio. l. cedere diem, ff. de verb. signific. & nemo sine actione experitur. l. si pupillus, §. videamus, ff. de neg. gest. & l. quotiens, §. item si, ff. de administr. tuto.

4 Imò † si iudex ex actis planè colligeret, quòd actor sine actione experiretur, teneretur tunc ac deberet ex officio, etiam parte non opponente, actorem ipsum repellere, vt per Glo. & Ias. cum alijs aggregatis per eum, col.4. versi. nota ergo diligenter istam glo. in l. vbi pactum, C. de transact. But. Imo. Fely. & alios vniformiter omnes in c. ex tenore, ext. de rescrip.

5 Nec † sufficit hodie probare matrimonium nudo consensu contractum, nisi probetur quoque, ante faciem ecclesiæ celebratum, cum desponsatione, & benedictione sacerdotali, ad effectum agendi pro dote: aliàs enim censetur matrimonium clandestinum, vt per But. in c. consultationi, ext. de spons. & in cap.1. & in cap. vir autem, de secun. nup. & est tex. etiam melior de iure in cap. Lotarius, circa medium, ibi, non fuisse vxorem legitimam, nuptijs per benedictionem sacerdotis celebratis, 31. q. 2. & in §. quantum verò, collat.6. in Auth. quib. mod. nat. effi. legit. sed non eundo per mendicata suffragia, hodie in regno reperitur hoc itidem planè decisum per constit. Regni, sancimus, positam sub rub. de matrim. pub. contrab. lib.3. vbi proles reputatur insuccessibilis, & mulier à receptione dotis excluditur, reputando illud clandestinum, & imperfectum.

6 Itaque ex his omnibus concludendũ est, † maritum agentem pro dote, ante quàm vxorem desposauerit, & subharrauerit ante faciem ecclesiæ, non esse audiendum, imò si per testes etiam probaretur, quòd sponsi dicerẽt ad inuicem, Vis me in tuam vxorem, & ille respondeat, Volo, & sic e conuerso, tunc hoc non foret matrimonium de præsenti, sed de futuro, vt firmat Afflic. cum alijs aggregatis per eum in d. constit. sancimus, col.2. versic. rursus quæro, vbi in medium reseruauit ita aliàs extitisse iudicatum.

7 Et sic denique apparet euidenter, † quòd contractus dotis fuit, & est vltro citroque obligatorius, & tunc re ipsa pars non admittitur ad agendum, nisi adimpleuerit prius & ante omnia conuenta ex parte sua, vt est casus in terminis in l. Iulianus, §. offerri, iuncta Glo. & in l. qui, ff. de actio. emp. imò agens ante implementum ex parte sua malè agit, venitque etiam repellendus, argu. iurium prædictorum, & eorum quæ discurrit Ang. de Aret. in §. actionum, super libello actionis ex empto, Instit. de actio. nec ante dicitur constitutus in mora, aut constitutus purè, nisi post implementum ex parte sua, qua quidem re adimpleta, mora ipso iure incurritur, teste Alexan. in l. quod te, col.4. ff. si cer. peta.

ARGVMENTVM.

Quæ debeat adimplere tutor antequam administret tutelam: Et non adimplendo remouetur vt suspectus: Et onus probandi quem esse suspectũ, spectat ad eum qui dicit, nisi in aliquibus casibus: tamen coniuncti pupillorum non remouentur, sed datur adiunctus.

SVMMARIVM.

1 *Tutoris cuiuslibet speciei requisita antequam administrationi se immisceat.*
2 *Tutor in iudicio tutorio nomine comparens absque tutelæ instrumento, ad litis contestationem admittitur, & illa facta, quid docere habeat.*
3 *Tutor si ante lit. contest. quòd tutor non sit opponatur, se tutorem probare debet.*
4 *Tutori salarium pro tutelæ administratione, cur non debeatur. fallit tamen, num.5. & 6.*
7 *Salarium Balio à principio administrationis à iudice moderatè taxatur.*
8 *Tutor si etiam quid minimũ expendat, rationabilem certamque causam illud habere debet.*
9 *Tutor rerum omnium pupilli inuentarium, rationumque librum conficere debet.*
10 *Tutoris hæres ad rationem reddendam tenetur.*
11 *Tutoris suspecti pendente duranteque causa, an administratio ipso iure interdicatur, vt nec exigere quidem possit.*
12 *Pupillus ab onere probandi suspitionem tutoris, decem in casibus releuatur.*
13 *Tutor consanguineus non remouetur, vt suspectus, sed adiunctus datur.*
14 *Tutori pauperi adiunctus datur, seu curator, non autem vt suspectus remouetur.*
15 *Curatori etiam suspecto adiunctus datur, non amouetur.*
16 *Tutori vt suspecto remoto, vel se excusanti legatum non debetur.*
17 *Tutor ex sua culpa remotus ex testamento commodum perdit: si autem per dolum infamis etiam efficitur.*

DECISIO XL.

1 TVTOR † cuiuslibet speciei, & sic testamētarius, legitimus, aut datiuus antequàm administret, necessariò tenetur nouem requisita obseruare, quæ recensuit Capyc. decis. 50. In causa Iacobi Luciani: quinque verò requisita necessaria fore, vt obseruet idem tutor antequam administrationi se immisceat, ponit Papiē. in sua pract. in forma libelli, quo agitur ad redd. rat. tutelæ, in ver. in suo vltimo testamento, nu. 8. Rom. denique, cons. 415. asseruit constanter quidem, quòd quindecim requisita incumbunt tutori, volenti administrare, in tantum quòd processus dicitur nullus, vbicunque factus sit cum tutore pupilli, qui non confecerat inuentarium, secundum decisi. Rotæ Rom. recitatam per Pau. Aemil. Verall. decis. 324. seu 2. Tutor non potest, in 3. par.

2 Vnde † si tutor compareret in iudicio, tutorio nomine, admittitur ad cōtestationem litis, etiam quòd non ostendat modo aliquo instrumentum tutelæ: sed facta litis contestatione, & præfixo ad probandum termino, conceditur vnus alius terminus ad probandum solennia, infra quem non admittuntur iura, & sic articuli tutorum, suorūq; principalium, nisi doceant de solennibus ipsis, vt expresse disponitur in Regno, in ritu 294. Item seruat ipsa curia, quòd cum aliquis tutor, vbi Carauita sub num. 3. planum facit d. ritum quotidie obseruari in Regno, prout ita re ipsa seruatur, quod quidem procedit de plano, dum tutor ipse esset actor, sed quando foret reus, & nollet docere de solennibus, posset nempè cogi tunc, captis pignoribus, ad ostendendum ipsa solennia, vt firmat Carauita in d. ritu 294. sub nu. 7. vbi deducit ita quotidie obseruari.

3 Cæterùm † vbicunque opponeretur ante litis contestationem, quòd tutor non sit tutor, tunc ipse ante litis contestationem tenetur hoc probare. ita And. de Iser. & Afflict. num. 3. & sequen. in constit. exceptiones, in titu. de non retar danda litis contestatione exceptiones obiectu, rubr. 22. libro 2.

4 Et licèt nouitati non studeam, † tamen in omnem euentum animaduertendum est, quòd tutori salarium nullatenus debetur pro tutelæ administratione, cùm eam gratis subire teneatur. l. à tutoribus, §. principalibus, ff. de administ. tut. & l. in eos, ff. de tut. & ibi Glo. Barbat. cons. 62. Saluatoris, sub num. 6. vol. 2. Menoch. cons. 228. Nos, nume. 8. volum. 3. & præsertim vbicunque illud salarium à principio tutelæ administratæ extiterit petitum, nec per iudicem stabilitum, vt per Do. Vincent. de Franch. decis. 122. In causa magnifici, vbi commemorat ita aliàs decisum extitisse in sacro Consilio, & sequitur Ioan. Botta, cons. 43. Quæritur, nume. 5. & Bertrand. cons. 68. Ad mihi propositum casum, sub nu. 3. vol. 5.

Et ratio ea est, quoniam munus personale gerit absque detrimēto sui patrimonij. ita Guido Papæ decis. 68. & D. Vincent. de Franch. in præmemorata decis. 122. num. 2.

5 Sed hoc claudicat, † vbicunque tutor ipse pauper foret, & aliunde se substētare aliter nequiret. l. 1. §. si pupillus, ff. de tut. & rat. distrah. & sic tutori constituitur salarium ex iusta causa, vt per Menoch. in d. consil. 228. nume. 10. & seq. & 40. & ita iudicauit aliàs, nō semel tantùm, sacra Regia Audientia Barensis, in anno 1589. in varijs diuersisq; causis, & casibus tunc occursis.

6 Claudicatque secundò, † si opus esset, vt tutor proficisceretur pro negotijs pupilli, l. sed si hæreditas, ff. ad exhib. tunc enim salarium posset à iudice & peti, & decerni. ita Pau. Castren. cons. 301. Ad benè examinandum, nume. 8. volum. primo. in antiq. & est text. in Regno, in constit. minoribus, de iure bali.

7 Vbi † necesse est salarium Balio à principio administrationis à iudice taxari, teste Capyc. in repetit. c. Imperialem, §. si quis infeudatus, in 5. not. de prohib. feu. alien. Nicol. de Neap. in d. l. à tutoribus, & Alex. ibidem in apostil. ad Bart. & D. Vincen. de Franch. in d. decis. 122. loquentes in baliatu, secundùm antedictam Regni constit. Illudq; salarium moderatè taxandum tradit Afflict. in d. constit. Minoribus, post num. primum, & etiam in rub. vers. sed per istam. Et hoc salarium à constit. ipsa Balio solui dispensatum, aliud non respicit, quàm onera, labores, & curam in administrādis bonis pupillorum, in vasallis regendis, & introitibus feudalibus augendis.

8 Est tamen bene verum, † quòd tutor quicquid expendit, etiām si minimum quippe sit, illud debet habere rationabilem, & certam causam, ex regula tex. in l. prima. ff. de tut. & ratio. distrah. Alex. cons. 182. volum. 2. l. apparitores, C. de exact. tribut. lib. 10. debetque itidem constare de persona, cui solutum sit. l. neminem, C. de suscep. & est tex. not. in l. si intra, C. de bon. proscrip. Natta consil. 574. & seq. vol. 3. & Rolan. à Valle cons. 72. vol. 2. sed ipsi tutori imputandum, ascribendumque re ipsa non est quantum dedit, si plus æquo dedit. l. officio, ff. vbi pupill. educ. debe. Barbat. consil. 02. Saluatoris, sub num. 6. vol. 2.

9 Et sic † tutor tenetur rerum omnium pupilli inuentarium, librumque rationum conficere, vt per Ang. consil. 175. Viso dicto statuto, Roman. cons. 425. Quoad primum, in quo quæritur, col. prima, vers. Quartò postquàm ordinati sunt, Dec. cons. 178. In causa, & cons. 192. In casu, Grat. consil. 25. In causa, vol. primo. Paris. cons. 84. Clarissime, num. 19. vol. 1. Soc. iun. cons. 148. In causa heredum, num. 6. volum. primo. Pau. Aemil. Verall. decis. 157. seu 3. Libros rationum suarum, num. 1. & seq. in 2. par. & est tex. in l. tutor qui reperto-
10 rium, ff. de admin. tu. † & tunc nedum tutor ipse, sed eius hæres tenetur indubitanter quidē ad reddendam rationem. ita Rom. cons. 413. Quoad primum, in quo quæritur an hæredes, sub nume. 2. Dec. cons. 110. Verè vt puto, post num. 7. & Pau. Aemil. Verall. cum cæteris aggregatis per eum in d. decis. 157. num. 2.

11 Verùmenimuerò animaduerte, † quòd tutoris suspecti causa pendente, debet ipsi tutori interdici administratio, & sic litis pendentia super suspi-

tione

tione hac tutoris impedit, vt interim ille tutor abstinere debeat ab administratione tutelæ. l. eum qnem, C. de suspect. tut. & §. primo, vers. si quis au tem suspectus postulatur, Instit. de suspect. tutor. vbi habetur, quòd donec causa suspitionis allegatæ finiatur interdicitur tutori administratio, & hoc idem, quòd tutor suspitionis causa durante non possit exigere, firmat Spec. in tit. de tuto. §. generaliter, ver. si autem nec potest gerere.

Et licèt tex. in d. l. eum qui, loquatur, atque disponat de interdictione iudicis: tamen Bald. ibi firmat, quòd ipso iure interdicitur administratio, stante pendentia suspitionis. verum text. videtur statuere inibi contrarium, & ita tenet etiam Bar. in l. decreto, ff. de excus. tut. sub num. 1. quòd interdictio, & prohibitio ipsa administrationis debet fieri per iudicem, & tunc datur curator, pendente causa suspecti tutoris, qui interim administret, secundùm Sal. in d. l. eum quem.

12 Et quamuis † regulariter probanda sit tutoris suspitio per fundantem se in ea: nihilominus pupillus ab onere probandi, in aliquibus casibus, ob præsumptionem pro eo facientem, releuatur. Et primò, vbicunque tutor in ius vocatus non compareat, seu copiam minimè faciat. l. decretationibus, §. sed si quis, C. de administrat. tuto. & in l. impuberibus, §. fin. ff. de excus. tut. sub num. 2. quòd in l. decreto, ff. de excus. tut. sub num. 1. ... Secundò releuatur etiam pupillus ipse ab onere probandi suspitionem, si tutor inuentarium non confecisset. l. vlt. §. fin. C. arbit. tute. & ibi Bart. Tertiò itidem, si pecunias superfluas in emptione bonorum stabilium minimè conuerteret. l. si ita, in prin. ff. de administ. tut. Quartò si tutor foret inimicus pupilli, vel parentum suorum. l. 3. vel 4. §. si tutor inimicus, ff. de suspect. tuto. Quintò si omitteret defensionem impuberum. l. impuberibus, §. fina. de suspect. tuto. & Spec. in tit. de reo, versic. item tutor. Sextò si aliàs in tutelis malè tutor ipse versatus fuerit. d. l. 4. §. aut ipse tutor, ff. de suspect. tut. & Bart. in l. tutor, §. nunc videamus, eodem tit. & in l. prima. §. item solent, colum. prima, ff. de offic. præfec. vrb. Septimò si mendosè asseruerit alimenta decerni non posse pupillo, & nihilominus de hoc conuictus reperiatur. d. l. 4. §. tutor qui alimenta. prout ita aliàs iudicauit in anno 1589. sacra Regia Audiētia Barensis, in causa tunc vertente inter quosdam de Terra Terlitij. Octauò si non pateretur contutorem administrare, remoueretur ēt tutor ipse, vt suspectus. l. actus, & ibi Barto. in fi. ff. de admini. tuto. & in l. prima, eodem tit. in princ. Nonò si tutor spontè se ingereret administrationi, suspectus quippè foret. l. scire, §. cùm reliquis, & ibi Bar. de tut. & cur. dat. ab his. Decimò tutor potest, & debet etiam pro leuissima causa remoueri. l. 3. in fi. de suspect. tuto. & Bald. in l. quæ fortuitis, col. 8. C. de pig. act.

13 Etsi † loco tutoris remoti detur alter tutor. l. licèt, & l. potuit, C. in quib. cau. habe. tut. da. & Spec. in tit. de instrum. edi. §. nunc verò aliqua, versic. si quid executor, tamē tutor consanguineus pupilli non remouetur aliter, vt suspectus, ne infametur: sed daretur vtique tunc adiunctus, l. si tutor, de suspect. tut. & l. eum quem, C. eod. tit. Gl. & Ang. Aret. in §. ostendimus, Instit. de suspect. tuto. Bar in l. quod si fortè, §. sunt quidam, in fi. quem legit in l. vero procuratori, ff. de sol. & in d. l. si tutor, in fine. Bertran. consil. 10. Excusso casu, nn. 6. & seq. volum. 5. Gozad. cons. 17. num. primo, & ita in facti contingentia iudicauit Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ, Comitatusque Molisij, sub die xv. Nouembris, in anno 1584. me existente in ea tūc Auditore, & causæ Commissario in causa Io. Bulsi tutoris testamentarij Nicolai Bosij sui nepotis, cui quidem Ioanni tunc extitit datus adiunctus, qui conficeret inuentarium, ac omnia alia solennia necessaria adimpleret, quæ omiserat adimplere prædictus Ioannes, dum egerat ferè vsque ad finem litis contra Andream Solomonichium, in eadem Regia Audientia pro recuperatione aliquorum bonorum prædicti pupilli.

14 Nec non † tutor pauper minimè potest, nec debet, vt suspectus remoueri, verum debet ei dari adiunctus, seu curator. l. pietatis, & ibi Bart. C. de suspect. tut. quod quidem verum est, nisi satisdederit. l. fin. C. de cur. fur. & Bar. in l. si quis inter, §. primo. ff. de excus. tut. & ita semper obtinui in practica aduocando, & cōsulendo, & iudicaui etiam quamplurimis alijs vicibus in varijs causis dum essem Auditor in Regia Audientia Apuliæ, in anno 1589. & seq.

15 Prout † curatores etiam si suspecti sint, dādus tunc est eis adiunctus, nec sunt aliter amouendi, vt aperit Menoch. consil. 345. Existimo, nume. 4. & 28. volum. 4.

16 In tantum † quòd in omnem euentum si tutor à tutela, vt suspectus remotus foret, vel se excusaret, legatum sibi factum nullatenus debetur, l. Nesennius Apollinaris, cum seq. ff. de excus. tuto. Bar. cons. 146. Ang. cons. 166. & Roma. cons. 235. l. tutor petitus, §. 1. ff. de excus. tuto. & l. post legatum, §. amittere, ff. de his quibus, vt indi. & l. quid

17 autem, in fi. de excusat. tuto. † vbi habetur, quòd tutor remotus, vt suspectus ex culpa sua, perdit commodum ex testamento.

Imò tutor remotus à tutela ipsa, propter dolū, efficitur etiam infamis, l. tutor, §. fin. & ibi Bart. & alij omnes, de suspect. tut. Io. Andr. in c. propter, de elect. in 6. in Nouella, Corn. cons. 175. volu. 2. Nam tutor non conficiens inuentarium, vel alia prætermittens censetur dolo facere, vt aperit explanatque Gozad. cons. 17. nu. 3. & 12.

ARGVMENTVM.

Agens ante diem est repellendus: & quando est apposita pęna in contractu, tūc soluitur, quando cum interesse concurrit.

SVMMARIVM.

1 *Libellus alternatiuus admitti debet, quando debitoris electio est.*
2 *Obligatio cum in diem, est certam, actio ante illam inefficax est.*
3 *Obligatio in obligationibus facti ad interesse succedit.*

H 2 *Cle-*

4 *Clerici ad pœnalem obligationem tenentur, vbi factum & non quantitas est in obligatione.*
5 *Pœna conuentionalis in vsurarum fraudem non apposita, sed interesse loco, quomodo exigatur.*
6 *Interesse ipsum in obligatione est in obligationibus facti.*
7 *Conductor si expensas fecerit, hæres fructuarius ad illas, & sic ad interesse nullatenus tenetur.*
8 *Conductori, mercedis remissio fit.*

DECISIO XLI.

POssessio dum petitur per Isabellam Cumanam, emenda, iuxta conuentionem dotalem, aut alia æquiualens illi, quæ præstabatur, pendente tempore dilationis datæ ad emendum. Prætermissa disputatione de
1 libello alternatiuo admittendo, vel non, † tum quia electio alternatiuæ erat debitoris, quo casu admitti debet absque difficultate aliqua, iuxta doctrinam Bart. Alex. & aliorum omnium in l. vbi autem, §. qui illud aut illud, ff. de verbo. oblig. & in l. 1. §. quod autem, ff. quo. lega. & per Fely. & Canonistas vniuersaliter omnes in c. tertio loco, ext. de appell. tum etiā, nam à parte non opponitur, quo casu libellus quantumcūque incertus procedit, vt per Alexan. & alios omnes in prin. in l. 1. ff. de eden.

Taliter quòd mulier ipsa malè agit in præsenti iudicio, & primò quoad possessionem emēdam,
2 quia † cum obligatio sit in diem certā, ante diem, etsi nata extet actio: tamen est non ab re inefficax; & ideo malè agitur, vulgata l. cedere diem, ff. de verb. oblig. & ante diem agens qua pœna plectatur, discurritur per Glo. & alios omnes in §. curare, Instit. de actio.

Quò verò ad similem possessionē eius, quam prius habebat mulier ista, concludendum est, ꝙ sine actione experitur, contra l. si pupillus, §. videamus, ff. de neg. gest. & l. quotiens, §. item si, ff. de administr. tut.

In tantum quòd non video qualiter æquipolleos sit in obligatione, vt possit agi ad æquè idoneum, licèt debitor volens promissionem per æquipollentiam debeat & teneatur præstare in æ-
3 quali bonitate: † tamen in obligationibus facti succedit obligatio ad interesse iuris dispositione. l. si quis, §. fin. ff. de re iudi. l. stipulationes non diuiduntur, & ibi Barto. & cæteri vniuersaliter omnes, ff. de verbo. oblig. ad quod equidem agi debet: verùm quia interesse est difficillimæ probationis, quę ideo prouida lex consuluit contrahentibus, vt ipsi, extincto interesse, apponant pœnam loco interesse, vt in l. fi. ff. de præto. stipu. & in §. fi. Instit. de verb. oblig.

4 Ad † quam quidem pœnam conuentionalem, vbi factum, & non quantitas est in obligatione, etiam clerici obligantur, secundum Abb. & alios omnes in cap. dilecti filij, col. 3. ext. de arbit. & faciunt etiam notata per Alexan. & cæteros omnes in l. stipulatio ista, §. alteri, col. 3. ff. de verb. oblig. Bart. & Moder. in l. cum allegas, C. de vsur. Inno. & alios Canonistas omnes in cap. aliam, de pœnis,
5 vbi firmat, † quòd huiusmodi pœna conuentionalis, si non est apposita in fraudem vsurarum, sed loco interesse, quod præsumitur, quando apponitur stipulationibus facti, potest in totum exigi, & sequitur Abb. in d. c. dilecti filij: tamen Hosti. & But. aliter asseruere, quòd exigitur quatenus cum interesse concurrit, quos sequitur Afflic. decis. 135. allegans ibi Ioan. de Anna. in cap. fin. de vsur. cum alijs similibus. vnde non immeritò sacra Regia Audientia Terræ Bari iudicauit conuentum in præsenti iudicio teneri ad interesse ipsi mulieri actrici, seu ad pœnam quatenus cum interesse concurrat.

6 Quoniam † in obligationibus facti, prout est in casu nostro, facere, & curare, quòd talis maritus teneat, & possideat talem possessionē per tot annos & cætera, ipsum interesse est in obligatione, secundum Glo. Bar. & alios vniformi consensu omnes in l. fi. ff. si quis in ius voc. non ierit, in l. stipulationes non diuiduntur, §. Celsus, ff. de verbo. oblig. & in l. si quis ab alio, §. fin. ff. de re iudi. vnde interesse tunc, vel pœna peti potest, habita consideratione de alternatiua ista, iuxta ea quæ habentur in d. l. fin. per Barto. & alios vniuersaliter omnes.

Nec obstare potest illa obiectio, ꝙ imò reus ipse conuentus ad interesse non teneatur, per dispositionem. l. si quis domum, §. 1. ff. locati, vbi clarè
7 ac distinctè deciditur, † quòd si conductor fecerit sumptus, hæres fructuarij nullatenus tenetur ad illas expensas, & sic ad interesse: quia respondeo, quòd ille textus loquitur de illo interesse, quod tacitè venit ex dispositione legis: nos verò loquimur in interesse promisso expressè per pactum, per stipulationem legitimam, atque solennem: & sic in diuersis terminis, ex quibus non infertur. l. fin. ff. de calum. l. Papinianus, ff. de minor. cum similibus. & ratio diuersitatis assignari po-
8 test isthęc satis commoda, & palpabilis, † quia conductori fit remissio mercedis, vt habetur ibi per Bart. igitur nihil mirum si ad interesse non tenetur: sed recipienti dotem non fit remissio oneris sustinendi matrimonij. Præterea in conductorem non transmittitur tantum ius, quantum in recipientem dotem: nam conductor vbi expedit locatori habere rem locatam, eijcitur de locatione. l. ædem, C. locati, cum similibus: sed dotans quantumcunque egeat re dotali, non reuocat.

ARGVMENTVM.

Maior pars Canonicorum facit capitulū: & ideo si litigatur inter Canonicos, procurator electus per maiorem partem debet habere expensas à capitulo.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum ibi esse dicitur, vbi maior pars Canonicorum interuenit pro actu explicando.*
2 *Idem de maiori parte iudicatur, quod de toto.*
3 *Procurator Capituli ille dicitur, qui à maiori parte est constitutus.*

Pro-

4 *Procurator constitutus à maiori parte Capituli, si verteretur lis, & quæstio inter Canonicos, & illos de Capitulo, super iuribus capitularibus, tūc in præsenti negotio deberet habere expensas à Capitulo, & sic erogare in lite ipsa expensas de bonis Capituli.*

DECISIO XLII.

1 CAPITULUM † ibi esse dicitur, vbi maior pars canonicorum interuenit pro actu explicando, ita Glo. in c.cum inter canonicos, in ver. capituli. de electionib.

2 Et ratio ea est, † quoniam idem de maiori parte iudicamus, quod de toto, l.omnes, §.Lucius, ff. quæ in fraud. cred. l.summa cum ratione, ff. de pecu. & l.nomen. §.filio, ff. de leg.3. vbi alienatio in fraudem creditorum ita locum habet respectu maioris partis, sicuti & totius. Et ita etiam iustus metus perditionis est in maiori parte, sicut est in toto, dicit alibi tex. in l.si vnquā. C. de reuo. dona.

3 Et † procurator capituli ille dicitur, qui à maiori parte capituli est constitutus, secundum Barba. in c.cum venissent, nu.10. per tex. ibi, de consti. & Glo. in d.c.cum inter canonicos, in ver. capituli.

4 Et hinc aduerte in actu practico, † quòd procurator constitutus à maiori parte capituli, etiam si verteretur lis, quæstio, & dissentio inter canonicos, & illos de capitulo super iuribus capitularibus, tunc in præsenti negotio sine dubio procul habere expensas à capitulo, & sic erogare in lite ipsa expensas de bonis capituli, ita Glo. in d.cap.cum inter canonicos, in ver. capituli, in fi. quam sequitur ibi Abb. & tuetur, sub nu.6. ver. nota singulariter. Et licèt Bertach. circa hoc, in suo repert. in ver. capitulum, in versi. capitulum dicitur esse, implicatè & obscurè videatur loqui: tamen ista discernitur pura veritas, & ita alias in facti contingentia secundum opinionem d.Glo. & communem iudicauit sacra Regia Audiētia Barensis ad fauorem Syndici electi ab Vniuersitate seculari.

ARGVMENTVM.

Capti ab hostibus hodie disponere possunt, nec potest adiri hæreditas captiui, nisi de morte sua plenè constet.

SVMMARIVM.

1 *Captiui hodie disponere possunt.*
2 *Hæreditas captiui, pendente captiuitate, per alium adiri non potest.*
3 *Hæreditas capti ab hostibus adiri non potest, vbicunque ignoratur an captiuus viuat, vel mortuus sit, & sic stat in suspenso hæreditatis aditio.*
4 *Vxor si captiua ducta fuerit non tenetur maritus ante naturalem eius mortem dotem restituere.*
5 *Bonis Captiuorum, fictè mortuorum, verè tamen viuentium, de curatore prouidendum est.*
6 *Captiui quemadmodum disponere possunt, ita etiam qui à latronibus capiuntur.*

DECISIO XLIII.

1 CAPTIVI † hodie disponere possunt, vt amplè demonstrat Guliel. Benedic. in repet. capit. Raynutius, fol.135. de testam. Et sic inducitur fictio legis Corneliæ: nam cū quis apud hostes moriebatur, quia in seruitute decedebat, non poterat relinquere hæredem: sed cum hoc plenum videretur iniquitatis, lege Cornelia inductum est, vt qui ita obijsset, ab eo tempore, quo captus esset, obijsse fingeretur: quo quidem tempore, cum fuerit liber, hæres tam ab intestato, quàm ex testamento, si quid ante captiuitatem forte reliquit, ex hac fictione habet. l.1. C. de captiuis, & de postliminio, & de redemptis ab hostibus. §.fi. Insti. quib. est permiss. fac. testam. & l.lex Cornelia. ff. de vulg. & pupil. Et ita iudicauit Regia Audientia Apuliæ, me existente in ea Auditore, & causæ Commissario, sub die 16. Ianuarij 1585. In facti contingentia ad fauorem Honoratæ de Vitis de Ciuitate Vestarum contra notarium Cesarem, & fratres de Procina, quæ quidem Honorata cum capta extitisset ab hostibus in anno 1554. simul cum Donato, & Nicolao Maria suis filijs, & recuperasset libertatem post mortem ipsorum filiorum, subsecutam penes hostes, petijt ab eodem notario Cæsare, & fratribus in eadem Regia Audientia restitutionem aliquorum bonorū occupatorum per Franciscum patrem prædictorum notarij Cæsaris, & fratrum post mortem Siluestri patris eorundem Donati, & Nicolai Mariæ: & cum fuisset oppositum, dicta bona spectasse ad eūdem Franciscum fratrem ipsius Siluestri, & tantū magis, cum decesserit idem Siluester, existentibus tunc in captiuitate antedictis suis filijs: tamen iudicatum extitit prædicta bona relicta in hæreditate patris restituenda fore matri, & sic ipsi Honoratæ, tanquam sibi ad libertatem restitutæ, obuenientia ex hæreditate filiorum, non obstante, quòd ipsi filij obierint in seruitute, & captiuitate. Et pro decisione ista est tex. formalis in §.1. circa medium, versi. licèt enim defunctus, & ibi Glo. in ver. parentibus, in fi. & in §.seq. in Auth. de hæred. ab intesta. vbi determinatur, filium familias habere hæredem, etiam ab intestato decedentem: sed si non extaret descendens, haberet vtique ascendentem hæredem, & sic patrem, aut matrem, aut alios parentes: ecce enim lege Cornelia fingitur, ab hostibus captum, ibique mortuum decessisse ea hora, qua captus fuit, licèt postea diutius vixerit: sed & iure postliminij fingitur ab hostibus reuersum, semper in Ciuitate fuisse, licèt apud hostes longo tēpore manserit, l.1. C. de postlim. reuer. l.in bello. ff. eod. tit. & §.si ab hostibus, Instit. quib. mod. ius pat. potest. sol.

2 Est bene verum, † quòd hæreditas ipsius captiui, pendente captiuitate, per alium adiri non potest. l.nec nos, & l.1. C. de capt. & l.illa institutio, §.1. ff. de hæred. instit.

3 Imò † adiri non potest hæreditas capti ab hostibus, vbicunque ignoratur an captiuus viuat, vel mortuus sit, d.l.nec nos, & ibi Doct. vniuer-

faliter: & consequenter non probata morte ipsius captiui per fundantem se in ea, semper præsumitur illum viuere, vt discurrit Gozad. consi. 68. sub num. 4.

Et sic stat in pendenti, & in suspenso in præsenti casu hæreditatis aditio, & immistio, & hæres etiam suus ante habitam notitiam paternæ mortis, non habet plenam administrationem: vnde neque valebunt contractus, quos gessit de paternis eo tempore, ita Doct. omnes in l. qui se patris, C. vnde liberi. & Bald. in l. apud hostes, C. de suis & legitimis.

4 Similiterque † si vxor captiua ducta sit, non tenetur maritus ante naturalem eius mortem, dotem restituere, l. si quidem. C. sol. matri.

5 Nec non † iubetur etiam huiusmodi captiuorum bonis, fictè quidem mortuorũ, verè tamen, & naturaliter adhuc viuentium, de curatore prouideri. l. 3. C. de postlim. reuer.

6 Et † quemadmodũ captiui disponere queunt: ita etiam, qui à latronibus capiuntur, cum liberi manent, testamentum facere possunt, l. qui à latronibus, §. 1. ff. de testam.

ARGVMENTVM.

Iudex potest concedere familiam ad associãdum pro capienda possesione vigore instrumenti vallati clausula precarij constituti etiam non citatis interesse prætendentibus, & non facit litem suam.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio quælibet per quam actori ius agendi non habere concluditur, & quòd sine actione experitur, litis ingressum impedit.*

2 *Actus facere vbi quis propria authoritate potest, tenuntamq; rei apprehendere virtute pacti in instrumento contenti à iureque approbati, si postulet à iudice familiam pro scandalis euitandis, parte etiam non citata, concedi debet.*

3 *Iudex si familiam pro scandalis vitandis concedat pro pacti executione parte non citata, an actus tanquam iudicialiter, vel extraiudicialiter factus teneat.*

4 *Iudex ea quæ in facto consistunt scire non p̃sumitur.*

5 *Iudex ex suo officio deseruiente actioni parti competenti aliquid verum esse, nisi allegetur, non præsumit.*

6 *Pactũ de capiendo, ingrediendoque propria authoritate, vbi cum constituti precarijve clausula appositũ est, pactum executiuum etiam contra tertium singularem possessorem non citatum negotioque non liquidato, cur exerceri possit.*

DECISIO XLIIII.

IN CAVSA vertente coram syndicatoribus ciuitatis Trani, inter venerabile Capitulum maioris Ecclesiæ eiusdem loci querelãte ex vna, & B. olim iudicem querelatum conuẽtum ex altera: quia pro parte ipsius iudicis syndicandi opponebatur tibi non competit ius agẽdi, ex quo sine actione experiris, & hoc in vim dilatoriæ, ad effectum impediendi processum, seu litis ingressum, instanter petendo super hoc incidenti ante omnia declarari, & ad vlteriora non procedi. Et pro parte eiusdem Capituli instabatur debere super contentis in querela procedi ad litis contestationem: inuestigandum venit vtrũ exceptio isthæc sit de impedientibus litis ingressum, vel tanquam peremptoria ad merita reseruanda.

1 In quo nempè hæsitationis articulo de iure concludendum est, † q; quælibet exceptio, per quam concluditur actori ius non competere agẽdi, & quòd sine actione experitur habet de sui natura impedire litis ingressum, iuxta doctrinã Bar. Bal. Alex. & aliorum omnium communiter in l. ait prætor, in prin. ff. de iureiu. idem Bar. in l. cum quærebatur, & in l. vir bonus, & sequitur etiã ibi Alex. ff. iudi. sol. & in l. si pupilli, §. videamus, ff. de neg. gest. & in l. mater, & ibi Bald. per illum, ff. de inoff. testam. & Abb. in c. exceptionem, col. 6. extra de exceptionib.

Nec aliter habet obstare, quòd isthæc exceptio peremptoria quidem sit: quia cùm in vim dilatoriæ opponatur, ad impediendum processum, talem dubio procul producit effectum impeditiuum, vt voluit Cyn. in l. prima. C. de lit. contest. Bart. & alij omnes in d. l. cùm quærebatur, & pleniori cornu Marian. Socy. in cap. 1. in 7. princip. artic. versic. secundò principaliter quæro, ext. de lit. contest.

Et insuper minimè dici potest, quòd per huiusce modi obiectum exceptionis lis haberetur pro contestata, quia esset hoc contra textum in cap. 2. de lit. contest. lib. 6. erit igitur non intempestiuè quidem impræsentiarum discutiendum ante omnia, vtrum verum sit prædicto venerabili Capitulo ius non competere querelandi contra ipsum olim iudicem pro eo quod concesserit familiam ad associandum quendam Ambrosium ad capiẽdum possesionem nonnullarum vinearum, quas memoratum Capitulum dicit ad se spectare, eodem met Capitulo non citato, neque audito pro suo interesse, illud de facto spoliando, prout in querela continetur.

In qua quidem speculatione, seu labyrinto diligenter rimandum, speculandumque est, q; Ambrosius ipse tunc comparens coram præfato iudice tempore sui officij, quoddam publicum instrumentum omni debita solennitate roboratũ præsentauit, cõtinens in effectu permutationem prędictarum vinearum, celebratum inter quendam Augustinum dominum earundem vinearum, à quo ipsum Capitulum prætendit causam habere, & inter eundem Ambrosium cum quadam quantitate vini, qui nempè contractus reperitur celebratus cum constitutione precarij, & potestate capiendi propria authoritate, & sine decreto curiæ, vt in instrumento præmemorato planè discernitur, petẽdo propterea ab eodem iudice pro euitandis scandalis familiam ad se associandũ pro dictis vineis ingrediendis authoritate instrumenti,

ti, quæ vtique familia per antedictũ iudicem extitit de plano concessa cũ commissione ad illum inducẽdum in possessionem prædictarum vinearum, parte cuius interest non citata, contra regulam l. de vnoquoque, ff. de re iudica. & l. nam ita diuus, ff. de adopt. cum simili. quodque an de iure fieri potuerit videamus. & certè omissis rebus leuioribus, atque nullius admodum ponderis, pu

2 to de iure dicendum, † quòd vbi quis potest propria authoritate actum facere, & tenutam rei apprehendere virtute pacti in instrumento appositi, & à iure approbati, iuxta ea quæ habentur per Bart. & Doct. in l. creditores, C. de pigno. si petat familiam à iudice pro euitandis scandalis, debet sibi concedi, vt probat tex. in l. cum domini horreorum, & ibi no. Bart. ff. loca. & in l. ait prætor, §. si debitorem, in fi. ff. quæ in fraud. credit. & Ang. in l. si ab arbitro, §. primo, ff. qui satisda. cogan. in quo quidem actu concedendæ familiæ ad illum associandum, & in possessionem inducendũ per iudicem, constito sibi de viribus eiusdem pacti, per inspectionem instrumenti, non est pars necessariò citanda, quia non expeditur aliter in figura iudicij, sed iudex se gerit tanquam merus executor pactorum. ista fuit originalis sententia Albe. de Rosat. in d. l. creditores, col. 2. & Saly. in 13. no. C. de pignor. quem refert, & sequitur Imo. in l. potuit, in pe. char. de loca. Alex. eminentiori fastigio, cons. 12. In causa & lite vertente, colum. 2. volum. 4. Ias. in l. 2. col. 70. C. de iure emphyt. & ita extitit aliàs in facti contingentia iudicatum in sacro Consilio, teste Affl. decis. 326. Fuit vocatũ in causa D. Catherinæ della Ratta. Vnde cùm iudex ipse concesserit familiam prædicto Ambrosio virtute pactorum in publico instrumento cõtentorum, parte non citata ad antedictas vineas ingrediendas ad aliquid parti nullatenus tenetur, vt licitè valeat querelã proponere, quia id quod fit legè permittente, pœnam non meretur. l. Gracchus, C. de adult.

3 Nec obstat, † quòd idem iudex in suo decreto, non modò cõcesserit familiam prædicto Ambrosio ad ipsum associandum pro scandalis euitandis, sed etiam eidem concesserit, vt se in possessionem inducat, & manuteneat, quia iudex talia committens pro executione pacti, parte non citata, ob hoc etenim non dicitur actus iudiciales facere, verùm extraiudiciales potius, etiam ꝙ committat nuncio, vt ipsum in possessionem inducat, non propter hoc non tenet actus tanquam iudicialiter factus, sed vti extraiudicialiter emanatus. ita in proprijs terminis in iudice sic committente, vt supra, tenet Spec. ex authoritate antiquorum, in tit. de pigno. §. primo, ver. quid si iudex, & Io. And. ibi in add. magna, in fi. ex authoritate Roffredi, asserens, quòd illud partis non interest, si quod pars fecisset iudex per nuncium faceret, & ista fuit sentẽtia Iacobi But. præceptoris Bar. in l. ne quicquam, §. vbi decretum, ff. de offic. proconsul. per notata per Glos. in §. multis autem modis, Instit. de liberti. quem sequitur ibi Bald. in 4. col. vers. sed dubitatur, dicens, notabiliter illum actum non posse dici prætorium, sed magis pacti executiuum, cùm non sit in forma prætoria parte citata, vnde si tali nuncio pars resisteret non incideret profectò in pœnam edicti ne vis fiat ei, nec potest aliter mulctari, quorum authoritate fretus Paris de Put. in tract. syndicatus, in ver. iudices pu ras debent habere manus, in fine, concedit in casu isto, quòd si iudex exequendo hoc pactum, parte non citata, daret tenutam, non teneretur postea in syndicatu, & sic loquuntur in iudice concedente tenutam, quod fieri possit, parte non citata, in vim executionis pactorum, non in forma iudicij, sed extraiudicialiter. quamobrem cum in casu nostro ab ipso iudice extraiudicialiter sit petita familia per prædictum Ambrosium ad se associandum in capiendo tenutam dictarum vinearum vigore instrumenti, & pactorũ contentorum in eo, illam executiuè concedendo, mediante antedicta commissione, non dicitur fecisse litem suam, vt in syndicatu teneatur.

Præterea præfatus Ambrosius in sua instantiã nullam admodum, nec tantulam quidem fecit mentionem de morte Paduani, & quòd possessio illarum vinearum esset penes prædictum Capitu-

4 lum, vt ex actis apparet, † & iudex non præsumitur scire ea quæ in facto cõsistunt, sed potius ignorare, vt inquit tex. in c. primo. de consuet. lib. 6. & in l. prima. C. quæ sit lon. consuet. quia merita causarum, partium assertione panduntur. l. si. C. si per vim, vel alio modo.

Igitur posito, quòd Capitulum debuisset citari, tamen in casu nostro si iudex de facti contingentia ignarus non decreuit Capitulum ipsum citãdum, de cuius possessione notitiam nullatenus habuerat, licèt pars malè nimirum egisset hoc tacendo, nihilominus non fuit aliter in dolo, nec in culpa, illud non citando, quia facti ignorantia, etiam prudentissimos fallit, vt ait tex. in l. 2. ff. de iuris, & fac. igno.

5 Et ratio palpabilis ea nempe est, † quoniam iudex non habet præsumere aliquid esse verum ex suo officio mercenario, deseruiente actioni, parti competenti, nisi ab ea allegetur. l. si adulterium cum incestu, §. idem Pollioni, & ibi no. Bart. ff. de adult. idem Bar. & alij vniformi concursu omnes in l. cum quid, ff. si cer. pet. Gl. & cæteri vniuersaliter omnes in clem. appellanti, de appellatio. quas ob res ex quo non fuit in dolo, neque in culpa nõ decernendo fore citandum possessorem, de cuius possessione probabiliter ignorabat, minimè gentium potest vllo quidem pacto condemnari, quia nemo sine culpa sua venit puniendus, vt in reg. sine culpa, de reg. iu. in 6.

Cæterum posito, quòd præmissa non procederent, verùm quòd iudex de noua possessione ipsius Capituli notitiam habuisset, vt si ex actis constaret, adhuc dici posset executa per eum extitis-

6 se legitimè emanata: † quia licèt quando in instrumento non extet appositum constitutum, neque precarium, licitum non sit vti pacto executiuo cõtra tertium non citatum, vt concedit Barto. & alij vnanimiter omnes in d. l. creditores, C. de pigno. & Ant. de Bu. & Canonistæ in cap. quia, de iudic. tamen vbicunque in instrumento reperiatur appositum

positum pactū de capiendo, & ingrediendo propria authoritate cum clausula constituti, vel precarij, vt in casu nostro, tunc pactum executiuum potest exerceri, etiam contra tertium singularem possessorem non citatum, & negotio non liquidato, quia ex quo creditor ciuiliter posidet potest ingredi, & insistere in sua possessione, & turbare naturaliter posidentem, per not. in l. clam posidere, §. qui ad nundinas, ff. de acquiren. possessio. ingressus enim, seu ingressio tali casu dicitur potius defensio, quàm occupatio. l. cum fundum, cum ibi not. ff. de vi, & vi arma. & ita notab. tenet Franc. de Aret. consil. 21. Si diligenter, & maturius, colum. penul. versi. circa secundum, & colum. fina. Socy. sen. consil. 82. Super quæstionibus, colum. penul. versi. quinta conclusio, volu. 3. Anto. Negusant. in tract. de pign. in 4. par. num. 21. & Afflic. in constitut. Regni, pacis cultum, colum. 8. versi. sed quid in constituto, num. 28. maximè cùm habita informatione de iuribus Capituli cœpit iudex de causa cognoscere, & ipsum admittere ad verificandum exposita, & fabricato processu, & instantia nondum finita promptus paratusque fuit iustitiam ministrare, & ita extitit post ductam controuersiam, & altercationem per plures horas in sacra Regia Audiētia Terræ Bari iudicatum, in Audientia ipsa bene iudicatum per prædictos Syndicatores, dum prouiderant obstante exceptione opposita in vim dilatoriæ ad impediendum processum incompetentiæ iuris, & carentiæ actionis, non esse vlterius super querela ipsa procedendum contra præfatum iudicem, & malè appellatum per dictum Capitulum, & consequenter non fore vlterius audiendum super deductis in querela: saluis tamen iuribus & actionibus competentibus, & quæ competere possent eidem Capitulo contra prædictum Ambrosium, tam super fructibus, quàm damnis etiam, & interesse.

ARGVMENTVM.

Cancellatio instrumenti probat debitum fuisse solutum: & quomodo sit facienda, & quando valeat.

SVMMARIVM.

1 *Cancellatio probat debitum præcessisse, & solutum esse. Fallit tamen, nu. 2. & 3.*
2 *Cancellatio instrumenti solutionem debiti non semper necessariò importat, sed cancellationis causa inspicienda est à tabellione in margine notanda.*
3 *Cancellationi iudex & testes interuenire debent, nec solus notarius sufficit, etiam in distractu.*
4 *Instrumentum aliquid in margine absque die & testibus scriptum continens, nihil probat.*
5 *Cancellatio contractus per alium notarium etiam fieri potest.*
6 *Instrumentum debiti integrum absque incisione, seu cancellatione penes debitorem repertum, cur plenè probet solutionem.*
7 *Cancellatio testamenti penes testatorem reperti per ipsum testatorem facta præsumitur.*

DECISIO XLV.

1 INSTRVMENTVM † cancellatum probat debitum præcessisse, & solutum esse. l. qui tabulas, & ibi Bar. & in l. fullo, §. qui tabulas, ff. de furtis, Bal. in rub. C. de fide instrum. col. 8. versi. iuxta hoc quæro, & pleniori apparatu in l. Barbarius, col. 10. versic. item scias, ff. de offi. prēto. vbi hoc probat etiam viua ratione. nam priuatio præsupponit habitum præambulum necessarium à natura. l. decem, ff. de verb. oblig. & cap. ad dissoluendum, ext. de despon. impube. & firmat etiam Bertachin. in suo reperto. in ver. instrumentum cancellatum.

2 Sed † isthęc cancellatio non semper necessariò importat solutionem debiti: vt pote quia limitatur atque restringitur, secundum causam ipsius cancellationis. l. cancellauerat, & ibi Barto. & in l. pluribus, ff. de his quę in testam. delen. Et ideo inspicienda meritò quippe est causa cancellationis, quæ debet à notario contractus annotari in margine contractus cancellati, ita Bal. in rubr. col. 7. versi. iuxta hoc quæro, C. de fide instrum. & hoc non sine misterio, ne inducta ad vnum finem, operentur aliud diuersum, contra mentem contrahentium.

3 Claudicatque † secundò etiam eadem conclusio, vt ea locum non obtineat, vbicunque cancellatio ipsa legitimè facta non foret. nam secūdum constit. Regni, instrumentorum robur, in cancellatione debent interuenire iudex, & testes: aliàs actus solius notarij est ipso iure nullus, per tex. in d. constit. instrumentorum robur, in fi. quæ quidem licèt loquatur in contractu: nihilominus tamen habet quoque locum in distractu, vt per And. de Iser. & alios omnes Scribentes ibi, & tantò magis, cum in iure regulariter verum discernatur, quòd iura loquentia in contractu, omni dubio procul sortiuntur etiam locum in distractu, per ea quæ cumulat Alex. in l. Pomponius, §. præ-
4 terea, ff. de acqui. possess. in tantum, † quòd instrumentum continens aliquid scriptum in margine sine die, & testibus, nihil probat, ita Barto. Pau. Castr. & alij vnanimiter omnes in l. si vnus, C. de testam. & Ioan. Vincen. de Anna in sing. 247. Instrumentum, vbi in fi. memorat huiusmodi opinionem extitisse, aliàs obseruatam. Et licèt aliàs repererim varias, diuersasque contractuum cancellationes, annotatas in margine protocollorū, aliquas sine causa, aliquas sine testibus, & aliquas alias simpliciter, & nudè, absque nomine, & cognomine creditorum cassantium, procuraui tamen semper earundem cancellationum annullationes, & irritationes. aliquando itaque vt aduocatus, & aliquando vt iudex ita iudicaui huiuscemodi cancellationes nullas, frustratorias, vanas, & inutiles, prout ita iudicauit etiam sub die nona Maij 1590. sacra Regia Audientia Barensis in causa non leuis vtique momenti ad fauorem Ma-

Magnificæ D. Liuiæ Rocchæ de ciuitate Ruborum contra Magnificam Flamminiam similiter Roccham.

Tertiò, & vltimò animaduerte tu Aduocate, & Iudex, ad explanationem omniũ pręmissorum
5 necessariam, † quòd cancellatio contractus non solet semper fieri per notariũ principalem in margine contractus: sed per alium notarium, non rogatum de contractu ipso debiti de consensu partium, taliter quòd remanet accensus primus contractus in protocollo, & solet sæpe sæpius contingere, quòd hæredes creditoris reperto accenso contractu ipso, & non cancellato agunt contra hæredes asserti debitoris, qui haudquaquam reperta cancellatione iterum coguntur ad soluendum, prout hoc non semel tantùm hisce oculis vidi, non absque dolore incredibili: vt re ipsa conficiar lacrimis, sic, vt ferre non posim. tamen vbicunque reperiri vllatenus nequiret cancellatio ipsa de debito, & constaret vtique de solutione per reales præsumptiones, vel per confessionem creditoris, seu per alias quascunque suas declarationes de cancellatione, tunc præsumptio, quæ videbatur oriri ex contractu antiquo, vel quasi, vel obligatione penes acta curiæ, tollitur dubio procul per istam vehementiorem præsumptionem, vt probat textus, & ibi Abb. Fely. & alij vniuersaliter omnes in cap. litteras, ext. de præsumptio. Cyn. & cæteri omnes in l. si cum dotem, §. transgrediamur, ff. solu. matrim. & Bart. in l. diuus, ff. de restit. in integ.

6 Et nihil mirum, † quoniam si instrumentum debiti integrum, absque incisione, seu cancellatione aliqua reperiatur, etiam penes debitorem, affert dubio procul tunc probationem plenam liberationis, & solutionis, vt per Imo. in l. Labeo, ff. de pactis, per textum in l. chyrographum, & ibi Glo. ff. de probat. & per Spec. io §. species, ver. violenta autem, de præsump. & per Ioan. de Grassis in tract. de arbore iudiciorum, in tit. seu rubr. de decem & octo speciebus probationum semiplenarum, in 12. specie, sub num. 2. vbi demonstrat etiam istam esse omnium communem opinionem. Et ratio ea est, nam instrumentũ, etiam quòd reperiatur cancellatum penes creditorem, præsumitur cancellatum de eius voluntate, teste Bart. & Bal. in d. l. Labeo, & Francisc. Cur. iun. in l.
7 fin. num. 16. C. de edic. diui Adria. tollen. † prout cancellatio testamenti reperti penes testatorem præsumitur facta similiter per eum, vt ostendit Bal. in l. si vnus, col. 2. C. de testam. & Bertachin. in suo reperto. in ver. cancellatio, in versi. cancellatio testamenti reperti apud testatorem. Est tamen bene verum, quòd si instrumentum debiti repertum quippe sit penes debitorem, vel creditorem incassatum, vel incisum, tunc affert solummodo semiplenam probationem, vt aperit Ioan. de Grassis in loco antesignato, num. 1. Et de hoc mirandum non est, quia instrumẽtum debiti cancellatũ debet restitui debitori soluenti, teste Spe. in §. 3. de instru. edi.

ARGVMENTVM.

Percutiens alapa & manu aperta, qua pęna puniatur, qua qui pugno siue baculo percussit, & qua qui armis, &c.

SVMMARIVM.

1 *Alapam manu vacua alicui inferens non tenetur pœna pecuniaria, sed exily.*
2 *Pœna minor imponitur percutienti manu vacua, quàm percutienti cum armis, expilantique barbam, & crines.*
3 *Cautio de non offendendo præstita non rumpitur per percussionem factam manu vacua in faciem alicuius.*
4 *Homines nil durius, & acerbius experti sunt, dum tractatur de illatione alapæ.*
5 *Honor is iactura maior quacunque pecuniaria pœna, æquiparatur vitæ: Et apud nobiles vita ipsa charior.*
6 *Alapa manu aperta illata clerico, dicitur leuis iniuria.*
7 *Iniuria leuis est aliquem baculo percutere.*
8 *Alapam inferens Potestati punitur pœna capitis, etiam tempore sindicatus, limitatur nu. 9.*
10 *Alapa illata militi reputatur grauior offensa, quã vulnus, & remedium super animorum reconciliatione in præsenti materia, remissiuè, nu. 11.*
12 *Nobilis à plebeio aggressus ad euitandum alapam, seu pugnum potest eum occidere.*
13 *Pugnus quandoque, considerata personarum qualitate, maiorem offensam infert, quàm gladius.*
14 *Ricardi Regis Angliæ à rustico incogniti hospitio excepti.*
15 *Domi suæ quis à quolibet etiam a Rege honorari debet, rexque appellari tenetur.*

DECISIO XLVI.

1 ALAPAM † manu vacua inferens, etsi inferat ob hoc atrocem iniuriam: tamen debet dubio procul pęna puniri pecuniaria, vt in cap. 1. de pace tenen. & ita Gramma. decis. 14. Carrer. in pract. crim. in tit. circa igitur tertium, num. 18. prope fin. d. tract. & ita iudicauit Regia Audientia Capitinatę Apulię, Comitatusque Molisij de mense Iulij, in anno 1583. me tũc in ea existente Auditore, & Commissario, in causa Paschalis Chiouitti de Gildone, qui dum intulerat alapam manu quidem vacua in faciem D. Ioannis Rubei clerici, & sacerdotis, fuit meritò vtique condemnatus ad exulandum ab ipsa prouincia per annos septem, vel ad illud exihum redimendum pro ducatis centum, quam quidem sententiam postmodum confirmauit digestè more solito sacrum Consilium.

2 Quod quippe probatur ea ratione, † nam minor pœna imponitur percutienti manu vacua, quàm percutienti cũ armis, & expilanti barbam, & crines, vt volnit post Ang. in l. geminæ, ff. arbo. fur. cęsa. Gramm. in constit. Regni, terminum vitæ, num. 6. lib. 1. & Carrer. in pract. crim. io tit.

circa

circa igitur tertium, nu. 18. circa fin. d. tract. cum barbam, vel capillos expilans teneatur pœna decem librarum parti, & viginti fisco. cap. 1. §. si quis aliquem, de pace tenen. in vsib. feud. vbi Afflic. Aug. Arimin. in addit. Ang. in tract. maleficiorum, in ver. sanguis exiuit, Rom. sing. 569. Expilans, Gramm. decis. 17. nu. 1. & seq.

Probaturque altera etiam ratione eadem met
3 conclusio: † quoniam percussio ipsa facta, etiam manu vacua, & aperta in faciem alicuius, adeò modica, & leuis iniuria reputatur, vt ob hoc nullatenus profectò rumpatur, nec intelligatur rupta cautio præstita de non offendendo, ita Franc. Hercul. cum alijs aggregatis per eum in tract. de cautio. de non offend. cap. 27. num. 20. & Nicol. Moron. in tract. de fide, treu. & pace, in 2. par. quæst. 56. per totam. Nam percussio ipsa manu vacua facta non dicitur aliter atrox iniuria, vt per Bal. in l. sed si, §. prætor, num. 1. ff. de in ius vocan. Lancellot. Conrad. in templo omnium iudicum, in tract. de duello, & pace, in 1. par. conclu. 17. sub nu. 18. & Nauar. in manuali confessariorum, tit. 27. de censuris, sub nu. 92.

4 Et licèt † homines nihil durius, acerbiusq; experti sint, dũ tractatur de illatione alapæ, & dum intueor Euangelium Ioannis, cap. 18. totus in luctu versor, & luctum nunquam intermitto, considerando Christum in eius acerbissima passione, in duobus actibus, grauem, acerbumque dolorem sustinere demonstrauisse, & porissimùm in horto, dum accessit Iudas ad eũ osculandum, cui respõdisse firmiter credimus, Amice ad quid venisti: & similiter in domo Annæ, dum vnus ex suis ministris, temerario ausu intulit eidem Iesu alapam, cui patienter responsum dedisse eodem met testimonio Euangelij asseueratur: Si malè locutus sum, testimonium perbibe de malo: si autem bene, quid me cędis? Vnde Iesus ex huiusmodi percussione summam traxit molestiam. & non mirum si talis iniuria nos mortales grauiter commouet omnes, & maximè perturbat.

Nam iste morbus in magnam adducit sollicitu
5 dinem, † cum tractetur de honoris iactura, qui nedum cuicunque pęnæ pecuniariæ, imò vitæ æquiparatur. l. iusta, ff. de manumi. vind. verum præfertur etiã, vulgata l. Iulianus, ff. si quis omis. cau. testa. & sic apud nobiles, milites, & honoris professores, honor vita charior est, vt eiusdem l. authoritate apertissimè demonstratur, & per Bero. consi. 161. Præsens, num. 1. & seqq. & consi. 173. Tota, nu. 7. & seqq. vol. 3.

Nihilominus tamen in omnem euentum sententiam prædictam promulgatam in eadem Regia Audientia, & in sacro Consilio rectam, & sacrosanctam opinor adhuc: accedit enim illud ad
6 animum meum sustentandum: † nam alapa, etiã manu apera illata clerico, dicitur leuis nempè iniuria, vt in terminis firmauit Lapus in allegat. 76. In nomine Domini amen, cuius opinionem expressè demonstrauit ibi, in addit. cum alijs aggregatis per eum Quintil. Mandos. & sequitur etiam Nicol. Moron. in tract. de fide, treu. & pace, in 2. par. quæst. 46. num. 10. & Nicol. Pignolat. in addit. Roma. sing. 710. Incidens in excommunicationem. Et hinc meritò concedit etiam Bal. in l. si quis in hoc genus, & in l. fi. C. de episco. & cler. quòd statutum, vel lex pnniens offendentem clericum, compræhendat solummodò inferentem ei atrocem iniuriam, nõ autem leuem. vnde cum in præsenti casu habeamus decisionem Doctoris in terminis, ea nempè, & absque scrupulo aliquo multum valet, vt per Gomes. super regu. de non tollen. iure quæsi. in quęst. 16. in fi. Simon de Prætis, consi. 79. Quamuis, num. 29. volu. 1. prout ita itidem iudicauit hodie 24. Mensis Iulij, 1590. sacra Regia Audientia Barensis in causa Magnifici Antonij de Elefanto de Barulo, inquisito de pugnis illatis in personam Reuerendi D. Francisci Antonij della Zecca sacerdotis.

7 Atque etiam † iniuria leuis est aliquem baculo percutere. Prosper Farinacius in suis quæstionib. & communib. opinionib. criminalib. quæst. 18. nu. 96. lib. 1. Et hinc est, quòd percussor cum baculo extitit aliàs cõdemnatus per sacrum Consilium, reformando sententiam magnæ curiæ Vicariæ, ad exulandum, teste Gramma. decis. 17. nu. 1. & seqq. Imò in huiusceinodi casu percussionis factæ cum bastono, seu baculo minimè gentium potest procedi ex officio, sed porrecto libello, vt per Ioan. Anto. de Nigr. in c. regni 140. num. 48. & ibi Apostil. & Carauit. in ritu 68. nu. 2.

8 Sed † alapam inferens Potestati punitur pœna capitis, ita Bal. in c. 1. §. iniuria, de pace iura. firm. in vsibus feud. Ias. in l. 1. C. de precib. imper. offer. Cotta in memora. in ver. potestas, in fi. & Gramma. decis. 36. Solon, num. 4. Nam pęnæ arbitrariæ propter excessum facinoris, extenduntur vtique vsque ad mortem inclusiuè, ita Glo. in §. in summa, Instit. de iniur. Imò propter emergentes casus licitum foret legem transgredi. Innoc. in c. 1. ext. de constit. Anan. in cap. inquisitionis, de accusat. Afflic. in consti. obseruent, §. eos, Ias. in l. qui iurisdictioni, ff. de iurisdic. omn. iudi. Fely. in c. ex literis, de constit. & Rolan. consi. 48. nu. 1. vol. 2.

9 Et idem similiter esset, † quando daretur alapa eidem Potestati, dum staret sindicatui, secũdum Ias. in l. principalibus, ff. si cer. pet. & in l. qui iurisdictioni, ff. de iurisdic. omn. iudi. Afflic. in consti. eos tamen, in 2. not. lib. 3. Maran. in disputatione 3. col. 7. Arnon. sing. 13. Cotta in memora. in ver. dignitas, in prin. in ver. potestas.

Verùm enimuerò alapam iudici non pro tribunali, sed in inferiori loco inferens, priuatis impulsus inimicitijs, pęna non est aliter mortis mulctandus, vt per Afflic. in d. constit. obseruent, §. eos, & Rolan. d. consi. 48. nu. 13.

10 Nec non † alapa illata militi reputatur etiã grauior offensa, quàm vulnus, & sic inter graues, militaresque viros, quis mallet lethale quidem accipere vulnus in rixa, quàm alapam, vt ostendit Petrinus Bellus in tract. de re militari, in 10. par. nu. 39. & 65. cum alijs seqq.

11 Vbi † similiter discurrit vtiliter, & commodè super remedio adhibendo super cõciliatione animorum in præsenti intricata re, & Lancell. Contad. in tract. de duello, & pace, in 6. par. conclusio:

sio.110. nu.3.& seq. & lucidius, apertiusq́; etiam Mutius Iustinop. in tract. de duello,c.16.lib.3.

12 In tantum, † quòd nobilis à plebeio aggressus ad euitandum alapam, seu pugnum, potest eum occidere, vt per Prosper. Pasethum consil. 202. Pro defensione, num.1. cum alijs seqq.& Bero. consi.173. Tota facti specie,nu.5.& seqq. volu.3.

13 vbi nu.32.constanter concedit, † etiam pugnum tunc maiorem, acerbioremq́ue inferre offensam, quàm gladium. nam iniuria grauior iudicatur,ex eo quòd ab obscuro in virum nobilem profertur, & in grauitate iniuriæ iudicanda, pęnæ magnitudinem inspici oportet: ex modo enim pęnæ, grauitas criminis æstimatur, vt grauius id sit, quod grauius coercetur. Crauc.consi.863. sub num.5. volu.5. Sed hic non otiosè quidem transeundum est, quòd hæc omnia ita explanata, non immeritò coarctanda veniunt, vbicunque inferretur alapa officiali iusta rationabiliq́; causa suadẽte: tunc.n. percussor ipse excusari posset,per notata Io.And. super Glo.in ver.Germanos,& Panorm. ẽt,col.7. in c.venerabilem,de elect.& Ant. Corset.in trac.

14 de potest.& excel.regia,q.18.† Quib.in locis affa brè quidẽ fabulam referũt de quodam rurali,qui Ricardum Regem Angliæ receptauit incognitũ, dũ in aucupatione, seu venatione sua, instante di scrimine tẽporis propter tempestatem perdiderat exercitũ suum: & cũ noluisset obedire rustico in lotione manuũ; vel secundum aliquos,dum Rex voluisset se præferre illi in mensa, dedit illi alapã, dicens, quòd quilibet est Rex in domo sua. Fertur etiam,quòd Rex postea ad palatium suum reductus fecit eundemmet rusticum inuitari, vt sic ipsum nolentem parere,verberari faceret: sed rusticus sagax & sapiens,in omnibus Regi obtemperauit, lauando manus in solio regali, sedendo & consimilia faciendo, prout Rex ipse faciebat, & sic Rex remansit intentione sua frustratus. vnde fertur etiam postremò ob hoc eidem rustico multa contulisse beneficia, & rationabiliter hoc Rex egit, cum innumeris fortunæ telis vita nostra exposita sit: & tantò magis, cum Rex qui of-

15 fensus alapa reperiebatur, certò sciebat, † quòd domi suæ propriæ à quolibet,etiam à Rege honorari debet; imò Rex pariter nominari (cum verè Rex, & Imperator sit) teneatur, vt in c.duo ista, 23. q.4. quem quidem tex. ad hoc allegat Panor. in d. c.venerabilem, col.7. & Ludou. Molina de Hisp. primogen.orig. lib.1.c.2.nu.24.fol.11.Imò in acerbiori,grauiorique tunc versor ægritudine, ac molestia,dum in occasionibus his ipsosmet intueor, varijs, diuersisq́; fluctibus nauigare, & in quampluribus versari periculis, prout experiẽtia, tanquam rerum magistra,hæc omnia plana facit.

ARGVMENTVM.

Victus victori quando est condemnandus in expensis tã in prima, quàm in secunda instantia.

SVMMARIVM.

1 *Victus victori ad expensas condemnatur etiam in interlocutoria sententia, atque in causa quoque appellationis, nume. 2. & 3.*

4 *Litigans in prima instantia victor, in secunda verò succumbens, an & quando ad expensas omnes & principalis,et appellationis causæ condemnetur,nu.5.& 12.*

6 *Litigans ab expensis excusatur, ad eius fauorem, dictum illustris Doctoris, seu iustam causam habens.*

7 *Litigandi iusta causa est,vbi singularis illustrisque Doctoris opinio,vel grauissimi viri consilium haberetur.*

8 *Litigans communem opinionem pro se habens,si succumbat,ab expensis excusatur.*

9 *Iudex secundum sui Magistri opinionem etiam contra communem iudicans,ad expensas in sindicatu non condemnatur.*

10 *Sindicatores iudicem sindicandum ad fideiussores præstandum de soluendis farciendisque querelanti expensis cogere tenentur.*

11 *Iudex in sindicatu ex primis actis sententia infirmata atque iniqua comperta, ad expensas & interesse condemnari potest.*

13 *Index malè iudicans, licèt eius sententia semel bis ne per appellationis iudicem sit confirmata,tempore sindicatus conuenitur.*

14 *Sententiam quis pro se obtinens in prima instantia, an acceptare teneatur, & quomodo possit etiam quod causa ex eisdem actis primis reuideatur,reuocata prima,in expensis condemnari.*

15 *Ignorantia iuris excusat vbi lex dubia admodum discernitur.*

16 *Ignorantia iuris etiam in maiori toleratur, atque excusat, cum de damno vitando tractetur.*

17 *Damno de vitando tractari dicitur,ubi lucrum iam quæsitum radicatumque amittitur.*

DECISIO XLVII.

1 VICTVS † victori condemnandus regulariter venit in expensis. l.properãdum, §.finautem alterutra. C.de iudic.c.finem litibus,de do.& contum. Lanfranc.in c.quoniam contra, §.expensæ,sub num.2.de probat. Papien. in pract.sua,in for.libelli, in actio.real.in gl. & expensis,sub num.1.& seqq.& Docto. vniuersaliter omnes, & præsertim Saly.nume.42. in d.l.properandum.

2 Quæ quidem † regula, quòd victus teneatur victori ad expensas eatenus vera est, vt amplificari meritò posset sortiri etiam locum suum, tam in diffinitiua,quã in interlocutoria sententia, vt per Sal. num.42. & Ias. in d.l.properandum, §.finautem alterutra, nu. 19. vbi ad lucem adducit istam esse communem omnium opinionem, & firmat etiam Spec.in tit.de expensis, §.finautem, ver.sed nunquid deficiens, & Io.Petr.Surdus consil.142. num.primo.

3 Ampliatur quoque † eademmet regula de plano,& sine scrupulo aliquo procedere,non solum in causa principali, sed in causa etiam appellationis. teste Pau.Castren.in l.destitisse,ff.de iudic. & Grammat. decis.83.

4 Cæterùm † isthęc regula ita amplificata, limitatur

tatur vtiliter,& necessariò quidem, vbicunque litigans obtineret in prima instantia, reportarétq; itidem ad eius fauorem sententiam, sed postmodum in secunda instantia succumberet, vt veniat condemnandus tunc ad omnes expēsas, tam causæ principalis, quàm appellationis, ita glos.in cap. omnino,2.q.1.& in d.cap.finem litibus, de dolo, & contum.Cyn.& Bart.in l.generaliter, C.de iureiur. Capella Tholosana,quæstio. 222. Item fuit quæsitum, vbi memorat indistinctè vidisse seruari hoc in curia Archiepiscopali, Gui. Papæ decis. 137.Sed quid dicemus,post prin. Ang. Aret.in §. primo,colum.pen.vers.quæro, vnus obtinuit, Instit.de pœna teme. litigan. Octauian.Vestrius, & Apostil.ibi in sua prat.lib.8.tit.de secunda,& tertia sententijs earumque prolatione, & fructuum, & expensarum condemnatione,col.6.& Neuiza. consi.81. Deum, sub num.21.vbi loquitur in casu statuti, disponentis victum victori condemnari in expensis, vt tunc minimè excusetur quis ex iusta causa.

5 In contrariam verò partem, videlicet, † quòd succumbēdo is qui obtinuit in principali debeat re ipsa absolui ab expensis propter iustam litigandi causam, quam habet ex prima sententia,inclinauit Ioan.And. in c.præteritę,de elect. Glos. in l.generaliter,§.primo,& ibi Sal.num.6. C.de reb. credit. Bar.in d.l.properandum, §.fin autem alterutra,& ibi Saly.sub num.43. Bal.in l.destituisse,ff. de iudicijs, Raphael Fulgos.in l.fin.de re iud.

Sed Innoc. in d.c.finem litibus, in ver. ex causa appellationis,Bart.in d.l.generaliter,& Bal.in d.l. properandum, §.fin autem alterutra,in hoc tenebroso, intricatoque articulo, pro attingenda veritate, conciliandaque etiam vtraque opinione Doctorum præmemorata,ita distinguere, & ambas opiniones conciliare videntur, quòd aut obtinens in prima instātia eius causa terminata quidem fit in secunda ex eisdem primis actis, & tunc rationabiliter condēnari debeat in expensis, aut ex alijs nouis actis,& eo casu nullatenus veniat ad ipsas expensas condemnandus, & ita in medium referauit iudicatum extitisse in curia Parlamenti Guido Papæ decis.137. Sed quid dicemus de expensis, vbi planè deducit etiam, istam esse cōmunem opinionem, & Capella Tholos. in d.q.222. post prin. & Dominus meus Robertus Lancello. in tract.de attentatis, & innouatis, in 3.par. c.31. de pœnis attentatorum,num.131.& seqq.vbi non immeritò concedit huiusmodi doctrinam ad materiam artētatorum adaptari non posse vllo quidem modo, & huicmet distinctioni accedit etiā Gui.Papę in trac.de appellationibus,q.40.nu.38. & Lanfranc. in d. c. quoniam contra,in §.expensæ,sub num.octauo, vbi assignat rationem,quòd ideò tunc victus condemnatur in expensis, quia errauit in iure.

Ipse verò secundùm Glo. Bar.Bal.Io.Andr.& aliorum illustrium Doctorum superius recitatam opinionem, quòd succumbens in causa appellationis,qui obtinuit in causa principali, etiā quod causa sopita sit ex primis solummodo actis condemnari nequeat in expensis,indistinctè arbitror communem, sacrosanctissimam, verissimamque in iure.

Et primò moueor ex illa Doctorum traditio-
6 ne,dum concedunt, † quem excusari posse à condemnatione expensarum, habendo ad eius fauorem dictum vnius dumtaxat Doctoris illustris, & consequenter excusatur litigans ab expensis,si haberet iustam litigandi causam, teste Ale.consi.37. in fi. vol.2.& cons.115.col.fi.vol.4. Bal.in l.generaliter,colum.3.& seq. C.de epis.& cler.Iasan d.l. properandum,in §.fin autem alterutra,& Cagno. in reg.qui alterius,num.25.ff.de reg.iu.vbi aperit istam fore omnium communem opinionem.

7 Et † iusta causa ipsa quidem foret,si haberet litigās opinionem singularis vnius illustris Doctoris pro se, & consequenter si vteretur alicuius viri grauissimi consilio, vt per Ancha. consi.123.in fi. Curt. cons. 19.nu.44. vbi ad lucem adducit istam esse communem, & firmat quoque Bald.in auth. generaliter. C.de episc.& cler. vbi ponit quatuor alios modos, quibus quis dicatur iustam habere causam litigandi.

Vnde si litigans vtendo cōsilio vnius excellentissimi Doctoris excusatur ab expensis, tanquam
8 habens iustam litigandi causam,† qua de re ad sui fauorem habens communem opinionem, & succumbens non debeat excusari,nullam reperio rationem,imò ex doctrina Ant.de Butr.& aliorum omnium in d. c.finem litibus, & Soc. in reg. 139. fallen. 5. habens communem opinionem excusatur quippè succumbendo ab expensis, tamquàm iustam litigandi habens causam.

9 Imò fortius † iudex motus ad iudicandum secūdùm sui magistri sententiam,debet excusari in syndicatu à condemnatione expensarum, licèt iudicaret cōtra communem opinionem,quia vt discipulus probabiliter sequitur opinionem sui Doctoris, vt firmat Panorm.in c.primo. de postulat. prælat. Soc.sen. cons.44. In præsenti consultatione, volum.primo. Ias.in l.interdum, in fine. ff. de verborum oblig.

Secundò moueor itidem ad hoc idem stabiliēdum, nullam habere actionem obtinentem in secūda instātia contra victum, cùm valeat contra iudicem malè iudicantem sua iura experiri, petēdo tempore sindicatus, non solùm expensas: sed dāna etiām, & interesse. Et casu quo tempore sindicatus sententia in prima instantia prolata,recognita non sit in secunda instantia, potest victus petere cautionem, præstandam per iudicem à quo, qui eam præstare dubio procul tunc tenetur de stando iuri, tempore sententiæ proferendæ in eadem secunda instantia, & eo quippe casu, reuocata sententia ipsa ex primis actis, tenetur iudex primus ad resarciendum damna, & expensas,& illas vidi solutas, tāquam Iudex, & Aduocatus varijs vicibus in facti contingentia,vt in c.cum ętern.,de re iud.lib.6.

10 Taliter, † quòd sindicatores pendente appellatione à sententia, quam querelans dicit iniquā cogere,condemnareque tenentur iudicem sindicandum, ad præstandum fideiussores de soluendis, ac resarciendis omnibus damnis, & expensis eidem

eidem querelanti, secundùm Bald.in l.filiusfamilias, ff. de iudic. & Amodeum Iustinum in tractã. sindicatus, sub nume.137.versicu. sed pone, quòd in causa sindicatus adhuc pendet appellatio à sententia.

11 In tantum,†quòd iudex ipse in sindicatu teneatur ad expensas tunc, si ex primis actis sententia infirmetur,atque iniqua reperiatur, imò condemnari debet etiam in sindicatu ipso, non solùm ad expensas, sed etiam ad interesse, vt per Bald. in l. fin. C.de pœna iud. qui malè iudi. & per Amod. in loco antesignato.

Imò hæc omnia eatenus vera discernuntur, vt iudice soluente in sindicatu parti læsæ, minimè repeti queat à parte, quæ lucrata est iniustè per sententiam iudicis,teste Spec.in tit.de expen.§.nunc videndum, ver.illud autem, & Bal.in addi.Specu. de expen. ver. possunt.

Retenta igitur opinione prædicta, ita robora-
12 ta, † quòd succumbens in secunda instantia ex eisdem actis condemnari ad expensas non posit, vbicunque reportauerit sententiam in prima instantia ad sui fauorẽ, respondeo non ab re in præsentiarum ad primum illud argumentum in contrarium adductum per aliquos Doctores in contrariam partem inclinantes in d.l. properandum. §.sin autem alterutra, dum concludere videntur, quòd obtinens ex prima non releuatur, cum illa victoria per appellationẽ extincta sit, illud haud quaquam obstare, cum obligatus quidem sit primus iudex vsque ad exitum causæ, ex quasi delicto, esto quòd iudex condemnans iniustè litigatorem, iniuriam illi indubitãter inferre videatur, c.illud planè,11.quæstio.3.& l.iniuriarum.§.item Labeo,ff.de iniurijs.

13 Et tanto magis, † quòd iudex malè iudicans, etiam quòd eius sententia semel, & bis fuerit confirmata per iudicem appellationis, posset absque dubio aliquo conueniri tempore sindicatus, & itidem si fuerit appellatum, & appellatio deserta reperiatur,vt per Ioan.Andr.in c.pastoralis, in fi. de offic.deleg. & in c.sæpè, de appellat. & Cataldinum in tract.de sindica. post prin.sub num.19. quæstione 26.

Nec itidẽ obstare videtur secundum argumentum eorundẽ Doctorum,scilicet quod iusta causa litigandi,quæ vrgebat ab initio motæ litis excusat,non autem illa,quam prætendebat per sententiam in secunda instantia contra se latam,quoniã illa sententia tunc apparet iniusta,cui quidem argumento adaptatur facilis, & commodissima responsio isthæc, quod semel iustum semper præsumitur iustum, & consequenter semel verum, præsumitur semper verum,attestante Glo.& Bal. in c.2.de pace iur.fir.

Sed vellem, ò Dij boni, aliquid discere in præsenti speculatione ab istis sapientibus, ita verita-
14 tem obtenebrantibus, † vtrum obtinens sententiam pro se in prima instantia,teneatur illam acceptare? Et cum fatuus etiam sciret responsum in re hac accommodare congruum, non mediocriter admiror dum habens sententiam, & præsumptionem in dubio pro se, quomodo posit, etiam quòd causa ex eisdem actis primis reuideatur reuocata prima sententia condemnari in expensis. nam non videtur dolo facere,qui vtitur iure suo, c.cum ecclesia,de elect. l.si donatarius, ff.de condi.ob caus.l.fistulam.ff.de seruit.vrb.præd.& l.nullus. ff. de reg.iu.

Postremò minimè obstare videtur illa ratio similiter in contrarium allegata,quod ideo condẽnatus victus victori in expensis,etiam quod victo riam reportauerit in prima instantia, ex quo erra-
15 uit in iure, † quia ab ignorantia ipsa iuris excusatur etiam quis vbi lex multum dubia discernitur. l.regula.ff.de iur.& fac.igno.Glo.in cap.vnico,de postulat.prælat.li.6. Abb.in c.fin.de constit.vnde stante conflictu opinionum in præsenti re, casus re ipsa dicitur dubius, & sic ignorantia hęc iuris excusat ab expensis.

16 Secundò † cum tractetur hoc in loco de damno vitando,animaduertendum est, quòd tunc iuris ignorantia toleratur, etiam in maiori, & sic re ipsa nemini nocet, excusationemq́ue præstat.l.iuris ignorantia, de regu.iur. & l.error,eodem titu. Alber.in l.omnes. C.de hęret. nume.3. & in l.sacramenta,nume.10. C.si aduer.vend. & in l.post venditionem,num.2.C.de pact. Bartho.Brixien. in tract.quæst.dominica.in quæstionibus veneriabus,q.17.num.3. Francisc.Porcell. in tract.de inuentar.cap.5.sub num.23.Curt.iun. in l.si quis id quod,nume.34. & sequenti. ff.de iurisdictio.omnium iudicum, & Laurent.de Pinu consilio 108. numero 13.

17 Et† dicitur indubitanter quidem de damno ipso vitando tractari, vbicunque omittitur lucrum, iam quæsitum, & radicatum, vt in præsenti casu, teste Bec.consil.42.num.22. & sequen.volumine primo,& ita allegatis aliàs in anno 1584.his rationibus omnibus per me, tanquam Auditorem in Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ, Comitatusque Molisij,dum in ea discutiebatur isthæc difficultas, extitit tunc ibi in maximis quidem laboribus iudicatum ad fauorem D.Camilli de Vrsellis: qui licèt reportasset sententiam ad eius fauorem, & reuocata reperiretur ex eisdem actis,tamẽ non fuit condemnatus in expensis,sed potius hac de causa absolutus.

ARGVMENTVM.

Acta debent scribi per Notarium actuarium; & scripta per officiales non valent, & sunt nulla.

SVMMARIVM.

1 *Acta vt valeant, quare Notarius regius scribere debeat.*

2 *Acta publica, & si de partium consensu & voluntate, non tenent per alium quam per actuarium scripta.*

3 *Legi actum ipso iure annullanti renuntiari non potest.*

4 *Iudex debet esse Notarius,vt acta per ipsum scripta valeant. Et quid in actis reciprocis coram priuato factis.*

5 *Iudex & si Notarius sit, an & quando acta penes se facta scribere possit.*
6 *Acta iudicij authoritate Iudicis per duos viros, seu tabellionem scripta, an & quando valeant: & quales viros iudex adhibere debeat, vt non puniatur, num. 7.*

DECISIO XLVIII.

1 DEBENT † acta iudicij à Notario Regio scribi, aliàs non valent, vt per Io. Ant. de Nigr. in c. Regni, item quòd prædicti officiales nullatenus, num. 9. & est tex. in ritu magnæ curiæ 159. item quælibet fideiussio, & firmat etiam Lel. de Zanchis in tract. de priuil. eccles. & de casib. reseruat. priuileg. 110. num. 1. & seq. vbi assignat rationem, quòd ideo hoc statutum extitit, vt tam in ordinario, quàm in extraordinario iudicio, iudex habeat semper notarium, veluti personam publicam, ne falsitas præiudicet veritati, & tãto magis, quoniam iudex sæpissimè in euidens partis damnum, aliqua iniqua dicebat & litigator veram negatiuam contra huiusmodi assertionem probare, ostendereque non poterat, & Natta meritò quidem hoc itidem amplificat
2 consi. 138. Magnifice, num. 23. volum. 1. † vt acta ipsa publica minimè teneant, scripta per alium, quàm per actuarium, etiam si illa reperiantur scripta de partiũ consensu, & voluntate, & hoc idem constanter quidem firmat etiam Bal. in l. in testamento, C. de testam. & in l. repetita, post Guil. de Cun. ibi, C. de episc. & cler. Alex. cons. 213. Viso, & oportunè, colum. 2. volum. 2. & Matthæ. Brun. 93. Non videtur, num. 7. vol. 1. & ita aliàs in causa non leuis admodum momẽti iudicauit sacra Regia Audientia Terræ Bari, dum commorabar in
3 ea Auditor in anno 1589. & nihil mirum, † quia legi, vel statuto renunciari nequit, quando lex ipsa, vel statutum annullat actũ ipso iure, vt per Alex. cum alijs aggregatis per eum, consi. 116. colum. fi. volum. 6. & per Matthæ. Brun. consil. 136. nu. 12. vol. 2. & eo magis, cum hæc omnia inducta quippe sint in fauorem publicum, quæ mutari nullatenus possunt, nec eis aliter renunciari potest. l. quod de bonis, §. fin. ad leg. Fal. l. ius publicum, ff. de pact. Ias. in authen. res quæ, colum. fin. C. communia de leg. Bar. & alij vniformiter omnes in authen. sed cum testator, C. ad leg. Falcid. & in l. nemo potest, ff. de leg. 1.
4 Imò † si acta ipsa scriberẽtur à iudice, deberet necessariò nempe iudex ipse esse notarius, vt acta per eum scripta valerent, ac tenerent. ita Io. Ant. de Nigr. in c. Regni, item quòd prædicti iustitiarij, & capitanei, num. 6. & Paris de Put. in tract. de syndicat. in ver. officium, num. 3. & quamuis Maran. in tract. de iudic. in decimo actu iudicij, nu. 19. asserat valere acta reciproca, facta coram priuato: nihilominus tamen Ioan. Ant. de Nigr. in d. c. item quòd prædicti officiales nullatenus, sub num. 9. penitus & omnino hanc sententiam, tanquam inanem, & prorsus leuem contemnit: imò magnum quoque profert ibi verbum, communem opinionem vigere contra Marant. vtpote quia nõ debet iudex vllo quidem modo acta scribere, sed magister actorum, teste Vincen. Maxilla super consuetud. Bari, in rub. de iudic. §. in scriptis, num. 4. vbi hoc vtiliter limitat atque interpretatur. & sic eadem sacra Audientia Barensis, in facti contingentia, in annomet memorato 1589. iudicauit etiam, declarando acta scripta per officialem, qui non erat notarius, esse nulla.
5 Et † quamuis iudex, etiam si notarius verè sit, non posset acta scribere, penes se facta regulariter: ex quo nemo quidem valet duplici fungi officio, teste Felyno in d. cap. quoniam contra, nu. 54. tamen re ipsa hoc claudicat pluribus in casibus discussis, atque secundè ibi per eũ absolutis.
6 Est tamen bene verum, † quòd acta ipsa iudicij authoritate iudicis de iure communi per duos viros, seu per tabellionem conscribi possent, & tunc indubitanter quidem facerent fidem. c. quoniam contra falsam, de probatio. & ibi Doct. & isthæc lex obseruatur quoque in Regno, & præsertim in locis, in quibus non reperiuntur notarij: tunc enim si supplicatur per ordinarios officiales ipsorum locorum in magna curia Vicariæ, seu in Regijs audientijs prouinciarum: consuetum nempe est ordinari, ac prouideri, quòd assumpto vno, vel duobus ad cõscribendum acta, procedãt in causis. cæterùm animaduerte, quòd tunc non posset ipsemet officialis alteri penitus extraneo hoc committere, vt voluit Innocen. in d. c. quoniam contra, cui ibi omnes accedunt absque difficultate aliqua. & ratio viuax & palpabilis ea est, quia ex quo iudex industriam personarum, & sic fidelitatem dnorum virorum, vel tabellionis elegerit, non censeretur aliter eis committere, tradereque authoritatem, vt alios eligat, nisi specialis iudicis authoritas interueniat, vt in c. fi. §. is autem, ff. de offic. deleg. & per Doct. omnes vniuersaliter in d. c. quoniam contra.
7 Sed † si iudex neglexerit formã d. c. quoniam cõtra, obseruare in eligendo notarium, vel duos idoneos viros conscribentes acta iudicij, tunc si aliquod dubium, difficultasque oriretur, nulla ad modum ipsi iudici adhiberetur fides super processu fabricato, nisi in quantum constaret per legitima documenta. imò index non habens penes se notarios, vel duos probos viros, ita conscribentes acta, per superiorem debita quidem pœna puniri deberet, vt disponitur in d. c. quoniam contra, in fi. cuius quidem textus vigore, aliàs sacra Audientia Barensis citauit ad querelam partis, ad informandum magnificum Capitaneum casalis Trinitatis super aliquibus obligationib. scriptis per eum penes acta curiæ, cuius causa extitit decisa in eadem sacra Audientia, sub die 26. Septembris 1590. vt ageretur, & procederetur in causa ipsa ciuiliter tantum. & similiter si pars eo casu, ex culpa, negligentiaque iudicis aliquod sen serit dãnum, teneretur omni dubio procul idemmet iudex illud de suo resarcire. ita Glo. in dicto c. quoniam contra, in ver. negligentiam, vniformi voto ibi ab omnibus approbata. Quodque cautè aduerte in practica, postquam hoc releuat in tribus, idest circa annullationem examinis, ac

depositionis cuiuscunque testis, atque alterius actus, & circa pœnam iudici imponendam, & recuperationem damnorum, & expēsarum. & cum viderim aliquos improbos iudices, ex sua ceruice, conscribentes acta: merito igitur, hisce oculis, non semel tantùm, illos vidi, in labyrinthum errons incidisse.

ARGVMENTVM.

Actor semper sequitur forum rei, & sic clericus debet conueniri coram iudice ecclesiastico. Fallit tamen in multis casibus. Et an Tertiarij seu Bizochi, vel Bizoche S. Francisci debeant gaudere priuilegijs Fratrum Minorum, & debeant conueniri coram iudice ecclesiastico.

SVMMARIVM.

1 *Actor debet sequi forum rei, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus causis, & etiam in pari priuilegio.*

2 *Ampliatur in causa matrimoniali, etiam quòd matrimonium sit alibi contractum.*

3 *Clericus tam in ciuili, quàm in criminali causa, & tam in actione reali, quàm personali debet conueniri coram iudice ecclesiastico.*

4 *Clericus agens contra laicum coram iudice laico potest reconueniri coram eodem met iudice, & talis reconuentio potest fieri super eadem re, & etiam super penitus diuersa, nu. 5.*

6 *Clericus in causa reconuentionali condemnatus per iudicem laicum, condemnationis exequutio debet fieri per episcopum ad requisitionem iudicis secularis.*

7 *Clericus pro quo laicus fideiussit, & pro eo soluit, potest per iudicem qui fideiussorem condemnauit cogi ad soluendum fideiussori, vel ad cauendum de indemnitate.*

8 *Clericus laudatus in authorem à laico coram iudice seculari tenetur defendere laudantem in foro seculari. Ampliatur ibidem, nu. 9.*

10 *Tertiarij ordinis S. Francisci, an sint personæ ecclesiasticæ, propriæque regulares dicantur, vt immunitatis priuilegijs gaudeant. Et quid in militibus tertij ordinis, nu. 12.*

11 *Beatus Ioannes Capistranensis tract. de excõmunicationibus, & cõsilium pro Tertiarijs cõscripsit.*

DECISIO XLIX.

1 ACTOR † debet sequi forum rei. c. sanè, extra de foro compet. l. in criminali. C. de iurisdict. omn. iudi. Socin. in reg. 10. Actor regulariter, Borgnin. Caualcan. decis. 2. num. 1. & decis. 20. num. 1. de iudicijs. Quintilian. Mandos. in tract. de inhibit. quæstio. 72. num. 19. Simon de Præt. consi. 206. obtinuit, num. 1. Menoch. consi. 322. num. 10. volum. 4. Quodque eatenus verum est, vt meritò quidem locum obtineat, vt actor ipse sequi forum debeat rei, tam in causis ciuilibus, quàm etiam in criminalibus. c. si clericus, & c. cum sit generale, extra de foro competen. & l. actor, C. vbi in rem act. exer. deb. Prout actor sequi tenetur forum rei, etiã quòd æque priuilegiatus sit cum reo ipso, esto quòd tunc de iure eorum priuilegia penitus conquassentur, teste D. Vincent. de Franch. decisio. 188. Vana, vbi memorat, ita decisum fuisse in sacro Consi. & sic etiam non semel tãtùm iudicauit Regia Audientia Apuliæ in anno 1583. & seq. me assidente in ea tunc Auditore.

2 Ampliaturq; † similiter eademmet regula procedere etiam in causa matrimoniali, vt actor sequi debeat forum rei, etiam quòd matrimonium sit alibi contractum. ita Put. decis. 62. lib. 2. & præsentem regulam, quòd actor sequi forum rei teneatur, limitat in octo casibus Soc. in d. regu. 10. per totam.

3 Amplificatur † denique isthæc regula extendere vires suas etiam in Clerico, vt is tam in ciuili, quàm in criminali causa, & tam in actione reali, quàm personali conueniri debeat coram iudice suo ecclesiastico, cum tunc quoque actor obnoxius sit sequi forum rei. c. cum sit generale, de foro competen. authen. statuimus, & ibi Docto. C. de episco. & cler. & in c. si diligenti, de foro competen. Rolan. a Val. consi. 23. num. 13. vol. 2.

4 Sed † hoc limitatur primò non sortiri locum, quando clericus ageret contra laicum coram iudice laico: tunc enim ille clericus posset dubio procul recõueniri coram eodemmet iudice seculari per laicum ipsum reconuentum. ita Glo. in c. 1. de mut. pet. Specul. in titu. de reconuent. §. nũc dicamus, num. 7. Bar. in authen. & consequenter, sub num. 19. C. de sent. & interl. omn. iud. Bald. in l. 2. §. sed si agant, de iudic. Gl. Hostien. Io. And. & Fely. num. 8. cum alijs seqq. in c. at si clerici, de iudicijs, vbi depromit istam esse communem omnium opinionem, limitatq; ibidem in 4. casibus, & Iaffred. Lanfranc. decis. 64. clericus agens, in prima centuria, Ant. de Matthæis Roman. in tracta. de iudicijs, in ver. Visis prorogationibus, nu. 62. Maran. in tract. iudiciorum, in quarta par. in 6. distin. iudiciorum, num. 44. Marian. Soc. in cap. 1. de annua petitione, & Ant. de Alex. in l. 2. §. sed & si agunt, ff. de iudic. & extat tex. in Regno in ritu 67. item quòd si clericus, & ibi Carani. num. 2. & ita extitit similiter decisum in sacro Consilio, teste Afflic. decis. 173. nu. 2. & ita obseruatur hodie indistinctè in practica in omnibus tribunalibus Regni, tam maioribus, quàm inferioribus, & huic opinioni assentitur quoque Lap. in allegat. 118. Quæritur, sub num. 4. vbi illam veram vocat, & communem etiam Quintil. Mandos. ibi in addit. in litera G. & Vrsil. in add. Afflic. in d. decis. 173. nu. 1. D. Vincent. de Franch. decis. 193. nu. 3. vbi nu. 4. cum alijs seqq. præsentem communem amplificat, ex decisione sacri Consilij, locum obtinere etiam vbicũque clericus ageret interdicto retinendæ, & laicus ipse proponeret iudiciũ proprietatis, & clericus tunc similiter aduersus interdictum ipsum retinendæ reconueniri queat.

5 Et reconuentio † hæc potest fieri tũc super eadem re, vt per Lap. in alleg. 7. num. 2. Abb. in c. 1. de mut. pet. ac etiam super penitus diuersa, attestan-

testante Maran. magno cum apparatu in tract. de iudi. in 4. par. in 6. distin. principali, nu. 5. cum alijs seqq. & ita aliàs, vt aduocatus vidi in varijs causis iudicari, & obseruari in Curia nostra Aquilana, & in magna Curia Vicariæ.

6 Cæterùm animaduerte, † quòd si in præsenti casu reconuentionis factæ per laicum clericus cõdemnatus foret, tunc licèt iudex secularis sit competens respectu cognitionis, & sententiæ: tamen executio sententiæ fieri debet per episcopum loci ad requisitionem iudicis secularis, vt per Ant. de But. & Maria. Soc. in d. c. 1. de mut. petit. & facit quod voluit Saly. in l. Episcopali, C. de episc. audi. & no. in cap. postulasti. de foro compet. & Vrsil. in addit. Afflic. decis. 173. num. 2. & ita vidi semper in decisiuis, actuque practico varijs in casis, & diuersis in locis obseruari.

7 Limitaturque secundò, † vt clericus pro quo laicus fideiusserit, atque pro eo soluerit, possit tūc per iudicem secularem, qui fideiussorem cõdemnauit cogi, & compelli ad soluendum fideiussori, vel ad cauendum de indemnitate, ita Bal. Ang. Pet. de Suaz. & vnanimi consensu omnes in l. fin. C. de vsur. rei iud.

8 Coarctatur † etiam tertio loco hoc itidem nõ procedere vbicunque clericus foret laudatus in authorem à laico coram iudice laico: tunc enim non posset aliter declinare forũ ex priuilegio suæ personæ. Verùm tenetur defendere emptorem in foro suo seculari. l. venditor. ff. de iudi. Vincen. Maxilla in consuet. Bari, in rubr. de authore laudato latè explicat, præsertim num. 13. & seqq. & Maran. in tract. iudiciorum, in 6. parte, de laudatione, in 5. membro iudicij, num. 6. per rationes ibi adductas per eum, Riminal. iun. cum alijs aggregatis per eum, consi. 422. Dominus Iul. num. 1. cum alijs seqq. vol. 4. vbi indicat istam esse communem omnium opinionem: licèt ibi, & malè contrarium firmauerit, & ostendit magistraliter quidem Anto. de Burgos in tract. de emptio. & vendi. in c. si venditori, num. 16. & seq. eod. tit. & Iaco. Nouel. in reg. 20. Iudex laicus non potest clericum iudicare, in 4. fall. tomo 2. & latè discurrit Floria. de S. Petro de Bononia super 9. lib. ff. in fi. vbi memorat istam esse magis communem opinionem, & Apostil. ad Ioan. And. in c. quoniam frequenter, in litera X. vt lite non contest. & ita secundum præsentem veritatem sæpe iudicaui, & vidi in practica obseruari pasśim ab alijs iudicibus: & sic magistraliter quidem firmauit etiam, & docuit de communi Gaspar Cabballin. in tracta. de euictionib. §. 3. num. 119. & seqq. vbi num. 124. firmat hoc habere locum etiam in fisco.

Sed vbicunque clericus nõ reperiretur author laudatus, verùm nominatus in iudicio, tanquam possessor, & dominus à primo conuento: tunc vtique nullam habet iuris hæsitationem, quòd iudicium in eum transfertur, & nouus debet offerri libellus, & iudicium tractari coram iudice ipsius clerici nominati in iudicio. tex. est in l. 2. C. vbi in rem actio, vbi Doct. vniformiter omnes, & cap. quoniam frequenter, §. quod si super rebus, ext. vt lite non contest. & eandem sententiam de clerico nominato in iudicio, quòd debeat remitti ad suum iudicem competentem, firmant etiam Innoc. in d. cap. quoniam frequenter, col. 5. & ibi Ioan. And. Anto. de But. Abb. & Imo. & Barba. vbi ad lucem adducit quoque istam esse omniũ communem opinionem, & Vinc. Maxilla, in d. rub. sub nu. 16.

9 Hæredi † etiam pupillo, vel pupillæ conuentæ pro contractu paterno, nõ licet declinare forum, propriumque priuilegium allegare, vt in ritu Regni 234. Item vbi pupillus, & ibi Carauita, nu. 1. cum seqq. & num. 3. recensuit hoc idem ampliatum, iudicatumque aliàs extitisse in vidua in magna Curia Vicariæ, prout idem tex. in dicto ritu 234. non absque leui certamine, atque discusśione amplificatus, extensusque etiam extitit sortiri quoque locum in virgine in sacra Regia Audientia Prouinciæ Terræ Bari, sub die 15. Nouembris 1588. me asśidente tũc in ea Auditore, quòd virgo vocata coram iudice ordinario, tanquam hæres patris non valet eo casu declinare forum eligereque Regiam Audientiam.

10 Nec non postremò non ab re quoque est, † quod Tertiarij, seu Tertiariæ, vel Sorores, vulgò nuncupatæ *Terzaruole*, seu *Bizoche*, ordinis Sancti Francisci regulariter non efficiuntur ullo quidem modo personæ Ecclesiasticæ, & consequenter minimè debent gaudere priuilegijs immunitatis, nec aliter habere fori electionem, vel eius declinatoriam; secũdum communem omnium in iure scribentium opinionem; quam citat atque insimul magno cum apparatu exornat magistraliter consulendo Io. Bolognet. cons. 22. Antiqua est quæstio, nu. 12. & Illust. D. Marcus Anton. Eugenius præceptor meus, consi. 26. In illa ardua, num. 15. & seq. volu. 1. vbi ingeniosè, realiter, & affabrè more solito, tollit omnia obstacula contraria, fateturque ita in facti contingentia obtinuisse, & eius consiliũ per Episcopum Asśisiensem executioni demandatum, & ita etiam iudicauit sacra Regia Audientia Terræ Bari, sub die 23. mensis Martij præsentis anni 1589. me asśidẽte in ea Auditore, & causæ Commissario in causa mota per Magnificam Beatricem Moscam viduam Ciuitatis Trani in eadem sacra Audientia contra Magnificam Vincentiam Moscam Tertiariam ordinis Sancti Fráncisci, à qua allegata declinatoria ad iudicem ecclesiasticum extitit iudicatum, ipsam causam remanendam, & terminandam in eadem met sacra Audientia, prout decreto huic tam sacrosancto, Vincentia ista statim acquieuit, quia mulieres Mantellatæ de tertio ordine Sancti Francisci non dicuntur propriè Regulares, cum non compræhendantur in dispositione odiosa facta contra regulares, & tanto magis cum illi propriè dicantur habere regulam qui profitẽtur tria substantialia cuiuslibet religionis approbatæ, videlicet paupertatem, castitatem, & obedientiam; alij vero licèt aliqua promittant, non dicuntur propriè habere regulam, sed potius quendam modum viuendi, licèt modus sit approbatus à Papa, vt discurrit Lelius de Zanchis in tracta. de priuilegijs ecclesiasticis, & casibus reseruatis, priuileg.

leg. 121. nu. 4. & seq. In contrariam verò partē, videlicet Tertiarios prędictos, tā clericos, quàm lai cos, tam virgines quàm viduas, tam solutas quàm coniugatas posse fori priuilegio gaudere, inclina-
11 uit† Beatus Ioannes de Capistrano optimis ratio nibus in tract. de excommunicationib. in casu 14. edito in anno 1584. in tomo 14. Tract. & ita etiā aliàs superioribus quidem temporibus consuluit idem Beatus Ioannes de Capistrano ad fauorem Tertiariorum ciuitatis Aquilæ, vt hisce oculis nō semel vidi eius consilium ab aliquibus Doctoribus subscriptum, quod nempè consilium conseruatur hodie in monasterio Sancti Berardini Ciuitatis nostræ Aquilæ, impressumq; est Venetijs anno 1580. vna cū suo tractatu de Papæ & Concilij, siue Ecclesiæ authoritate, post Speculū Clericorum, quod quidem Defensorium tertij ordinis D. Francisci, Auctor beatus inscripsit. Sed re ipsa opinio isthæc non posset in omnium euentum saluari, nisi in hoc vnico casu, teste Ioanne Bolognetto d. consi. 22. Vbicunque Tertiarij isti promitterent castitatem, & obedientiam in manibus superiorum suorū, atque certum modum in orationibus, ieiunijs, abstinentijs, confessionibus, & communionibus viuendi, & itidem retinendi domunculam, paruamque habitationem separatam à familia, simul cum aliquibus prædio lis: quam quidem speciem fatetur nunquam vidisse obseruatam D. Marcus Antonius Eugenius in d. consi. 26. num. 64. prout & ipse minimè vllo vnquam tempore illam receptam vidi.
12 Atque† etiā milites tertij ordinis Sancti Fran cisci nec in bonis, nec in persona gaudent priuile gijs eiusdem ordinis, quia istæ non sunt personæ ecclesiasticæ, suntque etiam Beccheti, habentes accidentia sine subiecto: Ideo nihil valet eorum habitus, est quædam apparentia in habitu, quam existentia, vt voluit etiam Sebastianus de Neapoli, in addit. noua ad Ioan. Anto. de Nigris in cap. Regni 200. num. 7.

ARGVMENTVM.

Prælatus non potest concedere subditis redimere punitionem, & sic recipere pecuniam pro pęna imposita pro peccato. Ponuntur tamen plures limitationes ad hanc decisionem.

SVMMARIVM.

1 *Pecuniam dare pro peccato commisso, tam in dante, quàm in accipiente peccatum est.*
2 *Vexationem redimere, quibus casibus permissum sit, & quibus non, nu. 3. 4. & 5.*
6 *Funerandi ius per laicum possideri potest.*
7 *Fructus decimæ, per laicos possideri possunt, & quare eis concessi, licèt ius ipsum decimarum eisdem locari nequeant.*
8 *Pensio absque simoniæ vitio per rectorem beneficij super cuius fructibus imposita fuit pro certis anticipatis pensionibus redimi potest.*
9 *Vexatione iudiciariam merè profanam in re materiali simpliciter consistentem: item extraindiciariam in speciali consistentem redimere licet, num. 10.*
11 *Vexationes quæ conditionibus quibusdam vexantis & vexati seruatis redimi possint.*
12 *Clericus super re spirituali transigens deponi non potest.*

DECISIO L.

1 DIci quidem potest hactenus, † quòd dare pecuniam pro crimine, peccato ve commisso peccatum est, tam in dante, quàm in accipiente. Vnde si prælatus iustè subditum puniret, puta pro adulterio publico, vel notoria fornicatione, vel concubinatu, & fuisset suspensus, depositus, excommunicatus, vel interdictus, siue aliqua alia punitione mulctatus, tunc vtique nō posset redimere punitionem, aut correctionem suam: quia talis vexatio dici non posset, & minimè liceret Episcopo oblatam pecu niam pro huiusmodi re retinere, quoniam censetur auctoritatem præstare, vt posset in tali malitia perdurare, & redimere huiuscemodi vexationē, foret potius perseueratio in peccato, & iniquitate, quàm alicuius licitæ, præmissæque rei redemptio. ideo secundum vtriusque iuris dispositionem puniretur, vt in cap. vt clericorum. de vita, & hone. cleric.
2 Cæterùm† vexationē ipsam redimi permissum est in aliquibus casibus infra exagitādis: & primò concludo ex dictis Doctorum in cap. dilectus, il secondo, & cap. ad aures. de symonia, quòd licitum est redimere vexationem, & soluere pecuniam, quando quis canonicè habeat plenum ius in beneficio, & reperiatur in possessione non pec cat. d. c. dilectus. vbi autem non haberet plenum ius in re, sed ad rem, puta in expectatiuis, non pos set quippe redimere vexationem suam. quinimò plus si haberet plenum ius in beneficio, & adeptus esset possessionem, & postea spoliatus de facto non posset redimere vexationem, nec etiam possessionem postea, quia tunc non tantùm redimo vexationem, sed etiam possessionem amissam recupero, secundum Innoc. in fi. Hosti. Ioan. Andr. & Ant. But. in d. c. ad aures, licèt Vgucius, vt refert Archid. in c. decimas, il secondo, 16. q. 6. tenuerit contrarium.
3 Sed† hæc opinio Innoc. & sequacium, ita retenta, tanquam sacrosancta, limitatur primò per Abb. in d. cap. dilectus, circa fi. vt non procedat, quando à potenti impotens aliter non poterat re dimere vexationem de facto, circa possessionem beneficij occupatam: tunc quippe datur licitè pe cunia pro recuperatione ecclesiæ de facto possessę, & occupatę: nam tunc verum est dicere, quòd redimitur vexatio facti, & non iuris, ex quo dans pecuniam prius possidebat illam iusto titulo, & istam limitationem amplectuntur Ioan. de Ana. & Fely. in prima fallen. in d. c. dilectus, vbi admonet cæteros Doct. omnes transire cum Abb. prout re ipsa eius opinio communis est.
4 Limitatur† secundò etiam, quando soluens succederet in possessionem potentis, & in eadem

tanquàm surrogatus spiritualia administraret.

5 Coarctatur † quoque tertio loco prędicta conclusio, vt vexatio iudiciaria pro re prosana, annexa tamen rei spirituali, possit redimi, etiam cum laicis: huiusmodi quippè ius possidere posset, cũ non sit merè spirituale, vt inquit Glo. in c. quanto, de iudi. sed ei annexum. Et similiter iuspatronatus, cap. de iure, de iure patro. ideò dicit Hug. quod eius causa annexa est spiritualib. causis: icircò spirituale censetur propter connexitatem: quia quæ religiosis adhęrent, religiosa sunt. l. quæ religiosis, ff. de rei vendi. & ex tali cohærentia

6 sumit suam naturam, c. super eo, de paroch. † Simile est etiam ius funerandi, quod potest per laicum possideri, l. 1. ff. de mort. inferen. & capitur ibi ius naturale, non spirituale, scilicet corpus inferendi in sepulturam: & ita intelligitur dictum Bernardi in d. c. quanto, in prima Glo. in fi. & tamen dominium sepulturæ non habet, §. nullius, Insti. de rerum diui.

7 Itidem † fructus decimæ possent per laicum possideri, secundum Ioan. And. in cap. decimas Deo. 16. q. 7. qui fructus laicis sunt concessi, vt ecclesiam defenderent, quod quidem de iure fieri posset. cap. 2. de loca. & conduc. Sed ipsum ius decimarum laicis locare non licet, vt no. Ber. in cap. exhibita, de rerum permutatio. in vltima Glo. vbi Anto. But. concludit, tenendam esse menti Glo. hanc, ex quo compositiones, quæ fiunt super decimis futuris sunt illicitæ, nisi fortè per Papam approbentur.

8 Nec non † pensio redimi potest per Rectorem beneficij, super cuius fructibus fuit imposita pro certis anticipatis pensionibus sine scrupulo, & vitio simoniæ, vt firmauit Hieron. Pau. in pract. cancel. fol. 48. si quidem pensionem redimere nil aliud esse videtur, quàm percipiẽdos fructus emere etiam ex præbenda, & beneficio emere licet, qui non sunt sacris adiuncti officijs, cum etiam à laicis haberi possint, vt habetur per Præpositum in cap. sed adhuc, 1. q. t. col. 1. in princ. maximè quia non sunt spirituali annexi, vt exprimit inibi Archid. si igitur fructus beneficij percipiendos, qui sunt de corpore beneficij emere licet, à fortiori redimere licebit pẽsiones super illis impositas, quæ sunt separatæ à corpore beneficij, auth. multò magis, C. de sacrosan. eccle.

9 Postremò † vexationem iudiciariã merè profanam, quæ consistit in re materiali simpliciter, vt sunt domus, prædia, possessiones, hæreditates, & similia, etiam redimere licitum fore arbitror, per argu. à maiori, cap. ex parte, il terzo, de decimis, c. quemadmodum, de iureiur. c. cum in cunctis, & ibi Glo. de elect. d. auth. multò magis, & l. militem, C. de procur. & ita aliàs declaratum extitit in Regia Audientia Apuliæ, in anno 1584. ad fauorem aliquorum Terræ Sancti Marci: quia si licet redimere vexationem rei merè spiritualis, à fortiori licet redimere vexationẽ rei merè profanæ, quæ constitit in re materiali simpliciter. Quod figuratum est in Abigail vxore Nabal Carmeli, qui erga Dauid vexationem huiusmodi redemit ducẽtis panibus, & duobus vtribus vini, & quinque arietibus coctis, & quinque sator polentæ, & centum ligaturis vuæ passæ, & ducentis massis caricarum, vt notatur primo Regum, c. 25.

10 Item † vexationem extraiudiciariam, quæ consistit in re spirituali, quæ concernit honorem, famam, vel infamiam, & crimina falsò obiecta, & præter veritatem, aut falsum testimonium, & similia redimere licet, arg. d. c. dilectus, & c. quæsitum, 1. q. 3. cum concordantibus, quia nobis necessaria est vita nostra, alijs fama. cap. non sunt. 11. q. 3. & idem dicitur in c. nolo, 12. q. 1. quod conscientia est nobis necessaria, & fama proximo; & qui fidens conscientiæ negligit famam suam, crudelis est. Et ratio est, nam famę amissio est maior, quàm amissio oculorum. l. infamia, C. de decurio. lib. 10.

11 Vnde † omnes istæ vexationes, quæ procedũt verè à natura ipsius licitè possunt redimi, si ex parte vexantis, & vexati fuerint conditiones seruatæ omnes illæ, quæ ponuntur per Doct. præcitatos, & per Glo. Ant. But. Abb. & alios in d. c. dilectus, & per Ioan. And. & Arch. in d. c. decimas Deo.

Similiterque redimens vexationem suam, elargiensque aliquod temporale, vt in beneficio sedatè, & quietè perseueret potest habere ius in eo.

12 Et † sic transactio super re spirituali, vel beneficio facta non est omnino simoniaca, sed videtur habere speciem simoniæ: in tantũ quod ob hanc transactionẽ clericus deponi non debet, sed transactio ipsa meretur irrita declarari, atque decerni, secundum Paris. consi. 30. In causa vertente inter priorem, num. 14. volu. 4. & Innoc. & alios omnes concorditer in c. constitutus, vbi etiam Abb. num. 3. de transact. acquiescendo huic sententiæ, profitetur eam communem esse: & ita in facti cõtingentia obtinui in anno 1574. in curia Episcopali Aquilana, super inquisitione formata ex officio, contra Reuerendum D. Fabium Attilium de Nouellis, qui licèt reperiretur conuictus de transactione facta super beneficio ecclesiastico, & consequenter de pactis illicitis, sed non continentibus re ipsa puram, veramque simoniam, appositis in ipsa transactione: tamen mediante meo patrocinio, discussa, trutinataque causa coram Consultoribus electis, idest D. Ioan. Vincentio de Martinis, & coram insigni D. Hieronymo de Rosis, Iurisconsultis clarissimis Aquilanis, & viris quippè ingenio adeò acri, ac multiformi, vt nati ad omnia dubio procul videantur, antedictus D. Fabius per eosdem Dominos Consultores absolutus extitit.

ARGVMENTVM.

Curatoris auctoritas non est necessaria, vbi tractatur de vtilitate minorum: & ideo lata in sui fauorem sine curatore valet.

SVMMARIVM.

1 *Sententia, cur in minoris fauorem sine curatore valeat, non autem contra.*

2 *Sententia ad fisci fauorem, eo inaudito valet.*

Pupilli

3 *Pupilli solius acceptilatio, ex qua liberationem con ſcquatur, valida eſt.*

4 *Statutum prohibens pupillum contrahere abſque propinquorum conſenſu, locum non habet vbi vtiliter contraheret.*

5 *Clerici pactum vtile, ſine prælati licentia, valet.*

DECISIO LI.

1 SENTENTIA † lata contra minorem ſine curatore non valet: ſed ſi foret ſententia ipſa promulgata ad fauorem ipſius minoris, tunc valeret, & teneret, etiam nullo interueniente tutore, vel curatore. l. de ætate, ff. de minor. l. ſi quis ex aliena, ff. de iudi. Creſcen. deciſ. 8. aliàs 181. nu. 9. de ſenten. & re iud. & deciſ. 9. aliàs 206. num. 3. eo. titu. c. cum dilectus, de in integ. reſtit. & §. vlt. 1. q. 4. Paul. Aemil. Veral. deciſ. 147. ſeu 34. Sententia quando eſt lata, in 3. par. vbi ita iudicatum extitiſſe in Rota Rom. patefacit, & ſequitur quoque Riminal. conſi. 101. nu. 10. volum. 1. & Anto. Cioſius conſil. 134. Multa, ſub num. 18. volum. 1. vbi hoc adijcit etiam, huiuſcemodi ſententiam minimè iniuſtam allegari poſſe. Et ratio ea eſt: quoniam minor pro maiori re ipſa habetur in ſentẽtia pro eo lata, vt per Cyn. Iaſ. & alios in l. non ideo minus, in prin. C. de proc. & eſt tex. l. neque. C. de contrah. ſtipul. & ita ex iſta ratione iudicauit Regia Audientia Apuliæ ad fauorẽ cuiuſdã minoris de terra Campi-Baſsi in an. 1583.

Et quemadmodum ſententia ad minorum fauorem promulgata redditur valida, etiam tutore
2 tunc, vel curatore non interueniente, † ita ſententia lata ad fauorem fiſci, eo inaudito, ſimiliter ſuſtinetur. nam alienam conditionem facere poſſumus meliorem, non autem deteriorem. l. ſoluen-
3 do, ff. de neg. geſt. † Nec non valet etiam acceptilatio ſolius pupilli, ſi in ea conſequeretur liberationem. ita Glo. in l. 2. ff. de acceptilat.

4 Similiterque † ſtatutum prohibens pupillum contrahere ſine propinquorum conſenſu, nõ obtineret tunc quippe locum, ſi vtiliter contraheret, abſque eorum conſenſu, vt per Ang. & Imo. & vnanimi conſenſu alios omnes in d. l. 2. & per eundem Ange. conſi. vltimo, & Bald. in l. 2. C. de ſeru. ero. ſe.

5 Et denique ad idem propoſitum, † licèt clericus pactum facere nequeat ſine prælati licentia: nihilominus tamen ſi illud faceret, & vtiliter quidem, abſque dubio aliquo valeret, & teneret, ſecundum Io. Andr. in c. cauſam, extra de iudic. & Dom. in c. 1. poſt prin. de pact. in 6.

ARGVMENTVM.

Sententia ſecunda contra primam quæ fecit tranſitum in rem iudicatam, non valet, niſi ex partium conſenſu prima remiſa fuerit, & tunc ſecunda valebit.

SVMMARIVM.

1 *Sententia contra rem iudicatam, quare non valeat. & num. 2.*

3 *Sententia contra ſententiam, qualiter de partium voluntate pronunciari poſſit.*

4 *Sententia nouem caſibus non valet, & quibus.*

5 *Sententia contra ſtatutum, in volumine ſtatutorum redactum promulgata, nulla eſt.*

6 *Sententia contra mortuum lata, ipſo iure inualida.*

DECISIO LII.

1 SENTENTIA † cõtra primam ſententiam, quæ tranſitum fecerit in rem iudicatam nullatenus valet. l. 1. C. quãdo prou. non eſt neceſ. & l. ſi vt proponis, C. de exec. rei iudic. & quamuis Bar. circa hoc diſtinguat in d. l. 1. & in l. nam & poſtea, §. ſi damnetur, de iureiur. nihilominus tamen contra Bar. eſt communis omnium ſententia, & Doct. vniuerſaliter omnes indiſtinctè concedunt, quòd non valeat ſententia contra rem iudicatam, vt per Alex. in d. §. ſi damnetur, Canoniſtas in c. inter monaſterium, de re iudi. & Ant. de But. conſi. 27. Viſis proceſsibus. col. 11. Lanfran. ab Oriano Brixien. in cap. quoniam contra, de probat. tit. de probationibus, num. 33. cũ alijs ſeqq. vbi hoc magiſtraliter & vtiliter quidem explanat atque explicat.

2 Et † ſententia contra ſententiam in rem iudicatam tranſactam, ideo non valet, vt in l. 1. C. quan. prouo. non eſt neceſ. quoniam videtur lata contra notorium iuris, quæ quidem præſumptio præſumit pro iudice, & pro ſententia in rem iudicatam tranſacta, per c. fi. de cohab. cler. & mulie.

3 Sed † vbicunque de voluntate partium iterum cognoſcatur, mediante compromiſſo, pacto, conuẽtione, aut alio quouis modo de iuſtitia, vel iniuſtitia ipſius ſententiæ, etiam in rem iudicatam tranſactæ, tunc poteſt dubio procul pronunciari ſententia contra ſententiam, ita Inno. in cap. cum dilecta, de reſcrip. Anto. de But. in cap. is qui, de ſponſa. & Ioan. de Amic. cum magna Doctorum caterua, relata per eum conſil. 26. col. 2. vbi planum facit iſtam eſſe communem opinionem, & conſi. 33. col. antepenul. ſub ver. nouiſsimè dico ex alia ratione, vbi etiam hanc communem citat, & pluribus rationibus tuetur, & ita iudicauit Regia Audientia Apuliæ in anno 1583. ad fauorem Magnificæ Vniuerſitatis Troiæ in cauſa tunc vertente inter eam, & aliquos ſuos ciues.

4 Nec † ſententia valet, neque tenet vllo modo in nouem alijs caſibus. Primò ſi non condemnat, vel abſoluit. Secundò ſi contra ſolitum ordinem iudiciorum. Tertiò ſi fuerit ſententia ipſa venalis. Quartò ſi contra res prius iudicatas. Quintò ſi contra ius ſcriptum. Sextò ſi contra ius litigatoris. Septimò ſi plures iudices dati ſint, & vnus tantum ex eis pronunciat. Octauò ſi propter infirmitatem ætatis reperiatur iudex inhabilis. Et nonò ſi contra ſtatutum legis modum mulctam irrogauerit, cap. ei qui, à §. diffinitiua quoque, vſ-
5 que ad §. ſunt etiam quorum, 2. q. 6. † Prout nulla dicitur etiam ſententia promulgata contra ſtatutum redactum in volumine ſtatutorum, vt per Alex. conſi. 81. volu. 2. & Pau. Aemil. Verall. deciſ. 265. ſeu 7. nulla dicitur ſententia lata, in 2. par. vbi

patefacit

patefacit ita extitisse decisum in Rota Rom. Sicuti † etiam sententia lata contra mortuũ, similiter dicitur nulla, & inualida ipso iure. l. de qua re, §. fi. ff. de iudi. & l. in summa, §. fi. ff. de re iudi. Pau. Castr. in l. si decesserit, num. 5. ff. qui satisd. cog. Ang. cons. 227. nu. 2. Capic. decis. 20. nu. 6. & 9. & Vant. in tract. de nullit. in tit. de nullit. ex defectu iurisdictionis, nu. 106. vbi assignat viuacem quidem rationem.

6

ARGVMENTVM.

Sententia per iudicem ad quem pro parte confirmari & pro parte nulla declarari potest. Et quo modo procedendum sit in causa nullitatũ per iudicem ad quem.

SVMMARIVM.

1 *Iudex appellationis ad quem nullitatis cognitio spectat, partim annullare partimque confirmare sententiam potest. latius tamen, nu. 14.*

2 *Iudex appellationis, seu aditus, ad iudicẽ a quo, nullitatem sententiæ remittere nequit.*

3 *Nullitas ex sententiæ lectura inspectioneque euidens, sententiæ etiam super executione lata prævalet.*

4 *Executor merus notoria sententiæ nullitate visa ac recognita superiori parere non tenetur.*

5 *Nullitas ex eisdem actis scaturiens executionem impedit, & quid aliud faciat.*

6 *Iudex ordinarius vbi sententiam nullam, puta absolutoriam protulisset, iterum iudicare posset contrarium, & sic condemnare.*

7 *Sententia nulla, non dicitur sententia.*

8 *Electio partis est iudicem a quo, vel successorem, vel superiorem adire, vbi sententia nulla lata est.*

9 *Sententia interlocutoria nulla, licèt diffinitiuæ vim habeat, appellatione non obstante, non nisi per iudicem qui eam tulit, reuocatur.*

10 *Sententia ex aliquo defectu nulla reperta per appellationis iudicem reformari nullaque declarari debet. nu. 11.*

12 *Papa de plenitudine potestatis sententiam latam à iurisdictionem non habente ratificat.*

13 *Appelletur si à sententia secũdum illam consuetam formam, Dico sententiam nullam, & si qua est appello, quæ quidem valet, appellatio principaliter & nullitas in consequentiam intentata videtur.*

15 *Iudex appellationis sententiam iudicis à quo super libello seu processu inepto iudicantis ita nulliter promulgatã retractare ac rectè aliaque via parti ius agendi reseruare potest.*

DECISIO LIII.

SENTENTIA in causa appellationis potest pro parte cõfirmari, & pro parte nulla declarari: † & sic iudex appellationis, ad quem spectat cognitio nullitatis, potest partim annullare sententiam, & partim illam confirmare, & consequenter prouidere sententiam fuisse nullam in vno capitulo, & in alio capitulo fuisse rectè iudicatum. l. Carmelia Pia, ff. de iu. patr. c. Raynutius, ext. de testam. & l. quædam mulier, & ibi Bar. ff. famil. erc. Lanfran. in c. quoniam contra, de probat. cap. 10. de interlo. & appell. sub nume. 34. vers. videmus ad propositum, & Vant. in trac. de nullit. in rub. quot, & quib. mo. nul. prop. poss. num. 113.

1

2 Et hinc est, † quod si iudex ipse appellationis, seu aditus determinaret, velletque nullitatem sententiæ ad primum iudicem à quo remittere, de iure non posset vllo modo, & sic, si nullitas colligeretur manifestissimè ex sententiæ tenore, posset iudex aditus, dubio procul, explosa ipsa sentẽtia, & non remissa aliter nullitate, penitus, & omnino executionem denegare, vt consuluit Rom. consi. 51. attentis his.

3 Et ratio ea est: † quoniã nullitas euidens, scaturiensque ex sententiæ lectura, & ex eius inspectione, prævalet sententiæ etiam super executione latæ. ita Glo. in c. & si non cognitio, 25. q. 2. & Imo. in Clemen. prima, col. 9. de re iud. vbi concedit

4 etiam, † quòd merus executor parere non tenetur superiori, visa, recognitaque notoria sententiæ nullitate, & hoc idem firmat Fely. in c. de cætero, num. 4. de re iud. & ibi D. Brunorus à Sole in add. cum alijs aggregatis per eum, & Marsil. in repet. rub. C. de probat. sub num. 180. & Fely. in suo repertorio, in ver. executor merus est ille, vbi illam regulam, quòd executor merus non teneatur admittere exceptionem aliquam, limitat non solùm in præsenti casu, non obtinere locum, vbi oppositũ esset de nullitate sententiæ: verùm etiã

5 in sex alijs casibus: † & consequenter nullitas ex eisdem actis scaturiens, impedit executionẽm, & facit vt quis audiatur non parito iudicato, & etiã si incontinenti doceatur de nullitate, vt per Francisc. Vegium cons. 47. Magnifice iudex, num. 8. & seq. vol. primo, & Paul. Aemil. Verall. decis. 264. seu 6. in 2. par. vbi facilè deducit ita decisum extitisse in Rota Rom. imò in Regno in magna Curia Vicariæ, & in cæteris omnibus supremis Tribunalibus, & in Regijs Audientijs, in quibus introducitur causa appellationis, & nullitatis, allegatis nullitatibus pro impediẽda executione sententiæ, consuetum est concedi terminum ad proponendum nullitates ipsas, quibus propositis, atque discussis prouidetur mediante decreto.

6 Sed aduerte, † quòd vbicunque iudex ordinarius protulisset sententiam nullam, tunc vtiq; iudex posset iterum iudicare, vt per Glo. in l. iudex postea quam, ff. de re iudic. & in l. si vt proponis, la prima, C. quomodo & quando iud. & Gui. Pa. decis. 462. vtrum iurisdictio ordinaria. ideoque si iudex promulgaret sententiam absolutoriam nullam, posset iterum tunc pronuntiare contrarium, & sic proferre condemnatoriam sententiam, secundum Bal. in finali l. C. de senten. quæ sine cer. quant. per tex. ibi, & Lanfran. in c. quoniam contra, de probat. cap. 10. de interlocu. & appella. sub nu. 32. vbi exprimit istam esse veritatem, & quæstionem hanc habuisse alias in facti cõtingentia.

7 Et de hoc propemodum mirandum non foret: † quoniã sententia nulla non dicitur sententia.

tia. l. diuus, ff. de teſtamento milit. Corn. conſi-
lio 125. lib. primo, & Bar. in l. ſecunda. ff. qui ſatiſ-
dare cogantur.

Contrariam verò ſententiam, & meritò qui-
8 dem videlicet, † quod in electione partis ſit adire
in præſenti caſu iudicem, qui iudicauit, ſeu eius
ſucceſſorem, vel ſuperiorem, firmauit Glo. in l. 4.
C. de accuſat. Barto. in d. l. ſi vt proponis, & in l. ſi
expreſsim, ff. de appell. Alex. in d. l. iudex poſtea
quàm, ſub num. 20. & Gui. Pa. conſ. 24. circa mate
riam proceſſus, ſub num. 6. vbi concedit, quòd de
nullitate cognoſcit iudex ordinarius, ſed interpo
ſita appellatione cognoſcit de nullitate ipſa iudex
ad quem, & ſic ille, qui obtinuit ſententiam nul-
lam contra ſe, poſſet nempe, ſi vellet, adire iudicē
ſuperiorem, vel illum, qui contra ſe iudicauit, &
concedit etiam Lanfran. in d. cap. 10. ſub num. 32.
uerſ. eſt tamen notandum, quod vbi iudex ordi-
narius, & Pract. Papien. in forma appellationis à
ſententia diffinitiua, ver. fuiſſe, & nullam, ſub nu-
me. 7. ex quo ſequitur, quòd ita deuoluit totā cau
ſam nullitas, ſicut appellatio, vt firmat etiam Fely.
in c. literis, num. 4. de offi. deleg. & iſta eſt veritas,
& ita quotidie iudicatur, & practicatur, prout ita
judicauit quoque ſacra Regia Audientia Baren-
ſis, de mēſe Iulij præſentis anni 1590. in cauſa Ma
gnifici Stephani Pedoni, & Ioſephi . . . de ci-
uitate Vigiliarum.

Quæ quidem vltima opinio, tamquam com-
9 munis, & in praxi receptiſsima, † limitatur vtili-
ter, ooo obtinere aliter locum in interlocutoria
nulla, quæ non poteſt aliter reuocari, niſi per iu-
dicem, qui illam protulerit, ita Inno. in c. dilecto,
de appellat. & Fely. cum alijs aggregatis per eum
in d. c. in litteris, num. 5. & pleniori cornu Capic.
deciſ. 1. ſub nu. 23. cum alijs ſeqq. vbi firmat quo-
que iudicem à quo poſſe ſuam interlocutoriam
ſimiliter nullam, etiam habētem vim diffinitiuę,
non obſtante appellatione, reuocare, vel iterum
iudicare, vt meminit ita extitiſſe deciſum in facti
contingentia in ſacro Conſilio ad fauorem Do.
Andreæ de Ebulo.

10 Vnde † introducta cauſa per remedium appel
lationis coram ſuperiore, ſi reperiretur tunc ſen-
tentia nulla, ex defectu iuriſdictionis, citationis,
ineptitudinis libelli, aut alterius cuiuſcunque ſi-
milis ſubſtantialis capitis nullitatis, eo caſu ſenten
tia ipſa per iudicem appellationis reformari ne-
quit vllo modo, ſed penitus & omninò declaran-
da foret nulla, ita Abb. Anchar. & Imo. in c. cùm
dilecti, per illum tex. de empt. & vend. Bald. in l. 2.
in 14. quæſt. C. de reſcind. vend. Alex. in l. poſtea-
quàm, ſub num. 23. ff. de re iud. Fel. in d. c. in litte-
ris, ſub num. 5. ver. tertiò declaratio eſt, Dec. nu-
me. 36. & Mantua, ſub num. 14. in rubr. ext. de ap-
pell. & idem Dec. conſi. 483. & Borgn. Caualcan.
deciſ. 25. nu. 9. de iudic. vbi memorat etiam ita in
anno 1560. in facti contingentia iudicatum exti-
tiſſe in Rota Florentina.

11 In contrariam verò partem, videlicet, † quòd
iudex appellationis ſententiam nullam ex quocū
que etiam defectu, & capite nullitatum confir-
mare, & reformare queat, firmat Glo. Bar. Bald. &
alij in l. 1. C. quando prouoc. Ioan. And. in c. 1. de
confirma. uti. vel inutili. Ale. cum alijs ſignatis per
eum, conſi. 79. perſpectis verbis, num. 1. volum. 2.
vbi prorūpit illam eſſe cōmunem opinionem, cui
tamquam receptiſsimę, & approbatiſsimæ aſſen-
titur etiam Vant. in tract. de nullit. in rub. quot, &
quib. mod. nullit. prop. poſſ. ſub nu. 112. & in rub.
de nullit. ex defectu proceſſus, nu. 8. Matth. Bru.
conſ. 95. Viſo proceſſu, ſub nume. 6. & conſ. 121.
In cauſa vertente, ſub nu. 1. cum alijs ſeqq. vol. 2.
& ita quotidie practicatur, prout ita iudicauit
Regia Andientia Apuliæ, in cauſa Magnificæ
Vniuerſitatis Terræ Cagnani, ad eius fauorem,
in anno 1584. Eſt bene verum, quod D. Borgn.
Caualcan. in d. deciſ. 25. num. 17. cum alijs ſeqq.
recitatis diſtinctionibus Doctorum, omnibus ſu-
per hoc traditis pro nauigatione in portu, ſuadet
(vt cautus Iuriſconſultus) recurſum ad Principē,
pro impetrando reſcripto ſuper delegatione prę-
ſentis cauſæ, ſanandiſque nullitatibus, quod nem
pe remedium tutiſsimū foret, dum Princeps hoc
agere vellet, ſed nunquam vidi conceſſum, prnut
12 tamquàm expertus loquor. Et licèt † Papa de ple-
nitudine poteſtatis ratificare poſsit ſententiam la
tam à iuriſdictione carente, ſecundùm Inno. in c.
prudentiam, de off. deleg. Fel. in c. ea, quæ, in fi. de
re iud in l. obſeruare, §. poſt hæc, ff. de offi. præſid.
& Marſi. ſing. 10. Tu ſcis quod exceptio, ante fin.
tamen fratus aliquando in doctrina iſta, & potiſ-
ſimùm tempore Pontificatus Gregorij XIII. an-
nis ſuperioribus decreui ſupplicationem porrige
re, pro ſanāda nullitate occurſa in cauſa matrimo
niali Ioannis de Roncetta Aquilani, introducta
tunc in Rota, ex defectu iuriſdictionis iudicis de-
legati à non habente iuriſdictionem extra Vrbē,
in caſſum laboraui, taliter quód in Rota ſenten-
tia iſthæc ex defectu proferentis extitit ex eiſdem
actis eo tempore declarata nulla, & inualida.

13 Et de hoc mirandum quippe non foret, † nam
vbicunque appellatur à ſententia ſecundum for-
mam ſolitam, & conſuetam, ideſt, dico ſentētiam
nullam, & ſi qua eſt appello: quæ quidem forma
valet, & ſubſtinetur, vt per Dyn. Bartol. & alios
omnes in dicta l. ſi expreſsim, ff. de appellationib.
& Pract. Papienſ. in forma appellationis à ſenten-
tia diffinitiua, verſ. & in quantum ſit aliqua, num.
tertio, vbi aſsignat rationem, & teſtatur de com-
muni, tunc licèt videatur primo intentata nulli-
tas, & ſecundó appellatio: nihilominus tamen ap
pellatio hoc caſu videtur principaliter intentata,
& nullitas in conſequentiam, ſecundùm Gloſ. &
Ang. in l. prima. C. quan. prouo. non eſt neceſ. &
Lanfran. in cap. quoniam contra, de probationi-
bus. cap. 10. de interlo. & appellat. ſub num. 33. in
fine. verſiculo, nota tamen vnum, quod vbi nulli-
tas deuoluitur.

Et ſic denique reducendo omnia prædicta ad
genuinam practicam quam ſimpliciſsimè, aduer-
14 te, † quód iudex appellationis (vt ratio expoſcit)
poteſt aliquando ſententiam nullam abſolutè &
ſimpliciter declarare nullam.

Aliquando verò ſi poſſet iuſtificari ſententia
nulla ex eiſdem actis: & ſic vbicunque etiam con-

ſtaret

staret iudici appellationis equũ fuisse sententiam, posset dubio procul illam confirmare, vt per Bar. in l. si vt proponis, la prima, C. quomo. & quando iud. & Alex. cum alijs consarcinatis per eum, consil. 181. in causa, & lite inter Petrum, num. 15. vol. 6. & Bero. consi. 19. in causa, de qua nunc agitur, num. 34. vol. 3.

Et aliquando sententiam nullam reformare, ratione suadente.

Et demum idem iudex appellationis pronunciare potest sententiam in vno capitulo nullam, in alio verò capitulo extitisse rectè iudicatum.

Sed omnia hęc de plano quippe sortirentur locum suum, vbicunque causa per iudicem appellationis terminaretur ex eisdem actis: at quotiescunque concederetur ad partis instantiam termi nus ad non posita ponenda, & non probata probanda, tunc iudex ipse appellationis posset indubitanter quidem prouidere bene, vel malè sentẽtiatum, vel bene, vel malè appellatum.

Cæterùm vidi casum nouũ in hac nostra tempestate decisum, dum introducta causa appellationis Laurentij Cappioni, de Castro Sancti Victorini Comitatus Aquilæ corã D. Antonio de Salijs iudice secundarum causarum eiusdem oppidi, qui reperta sententia nulla iudicis à quo, ex varijs defectibus substantialibus, declarauit de mense Maij 1586. sentẽtialiter, & diffinitiuè quidem nullam ipsam sententiam, & rescribendum eidem iudici grauanti, & suspectissimo, vt ritè, & rectè procederet in eademmet causa, à qua quidem sententia ita nouiter promulgata extitit tũc appellatum ad magnam curiam Vicariæ, in qua, cum adhuc pendeat appellatio, non timeo eam subsistere non posse.

Et ratio ea est, quoniam sententia isthæc tamquàm continens repugnantiam est ipso iure nulla, vt per Glo. in c. cum ergo, 11. q. 3. Bar. in l. duo, la prima, de re iudi. & in l. 1. C. de fur. & Io. And. in Mer. in reg. nullus.

Imò sententia ipsa ita, & taliter promulgata cõtra legem est similiter nulla, l. 1. §. item cum contra, ff. senten. sine appell. rescin. & Tiraq. in tract. de iure primogenior. q. 94. nu. 1.

Et eo magis discernitur nulla ipsa sententia, cũ iudex à quo dicatur functus officio suo, siue bene, siue malè iudicauerit, vt per Spec. de primo & sec. decre. §. 5. ver. sed quid si iudex.

In tantum, quòd iudex appellationis non potest aliter remittere causam ad se deuolutam ad primum iudicem inhibitum: sed secundum iustitiam causæ tenetur facere id totum, quod facere debebat primus iudex: quoniam ei succedit, vt confirmator, vel reformator, vt per Alex. consi. 164. circa dubitationem præmissam, num. 2. vol. 6. & Vant. in tract. de nullit. in rubr. quot. & quibus modis nullitas in iudicio proponi possit, nu. 3. & seq. Imò iudex ipse appellationis, etiã quòd reperiat sententiam nullam potest reum condemnare, si foret condemnandus, vel absoluere si esset absoluendus, vt demonstrat in proprijs terminis contra aduocatos, & procuratores cauillosos, Pract. Papien. in forma appellationis à sententia diffinitiua, ver. fuisse, & esse nullam, nume. 8.

15 Est bene verum, † quòd si iudex à quo pronũciaret, iudicaretque super libello, seu processu inepto: tunc iudex appellationis posset retractare sententiam ita nulliter promulgatam, & reseruare ius parti rectè agendi, & sic agẽdi alia via, vt per Bal. in l. 2. q. 14. nu. 18. C. de rescin. vend. per tex. in c. cum dilecti, de empt. & vendi. cuius opinioni accedit Panor. ibi, num. 4. Fely. & Dec. in cap. in litteris, in fi. de offi. deleg. Alex. consi. 53. Quæritur an stante nullitate, num. 15. & seq. volu. 5. & Cagno. in d. l. 2. sub num. 147. & seq. vbi meminit illam communem esse, licèt, & malè, ibi Arius Pinel. nu. 13. cum alijs seqq. firmauerit contrarium, & ita iudicauit etiam Rota Neap. teste Afflic. decis. 60. Notarius, quod absolui debeat reus non ritè, & aptè cõuentus: reseruato tamen iure actori agendi alia via sibi competenti, & sic aliàs semper iudicauit sacra Regia Audientia Barensis in varijs causis in anno 1589. & seq.

ARGVMENTVM.

Per sigillum appositum in scriptura præsumitur consensus illorum, quorũ est sigillum. Et quando sigillum vniuersitatis & aliorum probet.

SVMMARIVM.

1 *Sigillum in scriptura, domini sigilli factum consensumque arguit.*
2 *Mandatum ex sigillo probatur.*
3 *Fides vniuersitatis cum sigillo plenè probat.*
4 *Publica dicuntur non tãtùm instrumenta per publicum notarium confecta, verum etiam acta, quæ à priuatis personis à publico deputatis fieri solent, vt his plena quoque fides præstetur.*
5 *Sigillum vniuersitatis, actum legitimè de ipsius cõsensu celebratum præsumere facit.*
6 *Literis officialium, an & quando tanquam publico instrumento credatur, & quid in illis Principum atque Episcoporum.*

DECISIO LIIII.

1 SIGILLVM † appositum in aliqua scriptura arguit factum, & consensum eorum, quorum est sigillum. l. tribunus, §. 1. de milita. testam. Barto. in l. quæ dotis, in fi. ff. solu. matrim. & Anto. Gabriel. cum alijs amplè relatis per eum in conclusionibus communibus, lib. 1. tit. de præsump. conclu. 4. num. 1. cum alijs seqq. ex quibus facilè dignoscitur istam esse communem opinionem.

2 Et † quòd ex sigillo probetur mandatum, firmat post Innoc. in c. quoniam contra, de probat. Card. in clem. 1. in princ. de procur. & Anto. Gabriel. cum alijs signatis per eum in d. conclu. 4. nu. 30. ver. duodecimò amplia.

3 Vnde † fides vniuersitatis, in qua illius sigillũ appositum reperiatur, cumq; illud publicum dicatur, plenè probat, ita Bal. in l. si qua per calumniam, col. fi. vers. vltimò quęro. C. de episc. & cle.

Et

Et quòd sigillum vniuersitatis publicum, authenticumque sit, fertiliter ostendit etiam Carauita in ritu 277. sub nume.7. & ita aliàs iudicauit sacra Audientia Barensis, non semel tantùm, in anno 1589. in causis in ea tunc decisis.

4 Et de hoc mirandum quippè non est: † nam licèt instrumenta dicantur publica, quæ confecta forent à publico notario, l.comparationes, C.de fide instrum. tamen acta publica nuncupari possent etiam ea, quæ à personis priuatis deputatis à publico fieri soleant, vt per Dec. per tex. ibi in c. quoniam contra, sub num.33. de probat. vnde, cum tractetur de scriptura publica, ei plena nempe fides præstanda venit, ex testimonio omnium Doct. communiter in d.c.quoniam contra.

5 Imò † ex quo sigillum vniuersitatis facit præsumere actum legitimè de consensu vniuersitatis celebratum, afferenti contrariū incumberet tunc onus probandi, ita Abb. in c.vnico, nu.9. de syndico, & Dec. in c.post cessionem, sub num.10. & seq. de probat. vbi concedit standum esse litteris prædictis, donec contrarium probaretur.

6 Sed aduerte pro extricatinne omnium præmissorum, † quòd licèt litteris officialium fides adhibeatur, tamquam publico instrumento, secundū Glo. in d. cap.post cessionem. tamen communis schola omnium Canonistarum inibi videtur transire cum hac distinctione, quòd credatur litteris istis officialium de spectantibus ad suū officium, vel vbicunque de re leuis præiudicij attestarētur, pro vt firmat etiam Alex.consi.59. In causa appellationis propositæ, sub nu.1.& seq.vol.7. & consi. 206. Viso themate infrascripto, num.5. & Bal.in rubr.C.de fide instrum.col.penul. vbi concludit, quòd, si Priores Perusini scripturam sigillent, in qua contractus alicuius contineatur, nullatenus tunc probari contractum: sed solummodo præstari fidem huiusmodi litteris, etiam sine testibus de eo, quod spectaret ad sigillantis officium, & huic opinioni acquiescit etiam Hosti. & Fely.nu. 15.in d. c.post cessionem.

Prout literis etiam principū, ac episcoporum, suis ipsorum sigillis sigillatis, atque munitis habeatur, præstareturque fides, itidem in fauorabilibus: secus verò in preiudicialibus, vt latissimè per Bertran. consi. 198. Quoniam, num.15. volu.5. Vnde sigillo communis, vel alterius magni domini creditur. Ioan.Bertach. in tract.de episco. in 3. lib.1.par. nu.29. Quemadmodum sigillo episcopi, vt idem Bertach. in eodem loco, nu.30.

ARGVMENTVM.

Iniuria per interuallum certi temporis remissa censetur.

SVMMARIVM.

1 *Accusatio redditur suspecta si nimis tardè fuit proposita, & differens illam proponere longo tempore, est de falso suspectus, & præsumitur in dolo versari.*

2 *Arbitrio iudicis iudicandum est, vbicunque admittenda sit querela post longum temporis interuallum.*

3 *Iniuriatus potest querelam ex interuallo proponere vbi enorme patiatur damnum, vel vbi non est iudicis copia.*

4 *Actione iniuriarum agere nequit iniuriatus, si cessante quolibet impedimento querelam distulerit.*

5 *Querelam proponere differens per annum, præscribitur tunc actio tanti temporis taciturnitate.*

6 *Querelam, ac iniuriam remittens præsumitur in perpetuum remittere, non autem ad tempus.*

7 *Accusans prius lite postmodum contestata in pari causa, non accusatur ab alio, declaratur num.8.*

DECISIO LV.

1 ACCVSATIONEM, † seu querelam differēs proponere longo tempore, si postmodum proponeret querelam ipsam, vtiq; hoc longum silentium pareret suspitionem falsitatis. l.si quis forte, §.primo.ff.de pœn. Crauet.cōsil.75.nume.9. & Foll. in pract.crim. in rubr.item quod committit falsum, nu.18. & accusans tunc etiam re ipsa, præsumitur esse in dolo. ita Bald. consil.37.volum.1. & Io.Petr.Surdus, consil. 32. Quod Dominus, sub num. 10. & ita aliàs non semel tantum iudicauit sacra Regia Audientia Barensis in varijs causis in anno 1589. & seq.

2 Cæterùm † prēmemorata conclusio nō censetur ita simpliciter vera ex varijs diuersisque rationibus, quæ adduci facilè possent, & nūquam dubitaui hoc in arbitrio iudicis residere, prout ita semper in iudicando obseruaui, consideratis subtiliter impedimentis, & alijs omnibus circumstantijs, quæ potuerint accusatorem, & querelantem impedire.

3 Et hinc est, † quòd iniuria potest ex interuallo propulsari, si iniuriatus enorme quippe damnum patiatur, vel si non sit copia iudicis. ita Bart. in l. alius, §. bellissimè, quod vi, aut clam, & Alex. in l.3.§.si cum igitur, de vi & vi arm.

4 Sed † cessante impedimento tutius foret, vt iniurias ipsas statim, cùm illatæ sint per eum qui læditur, ad animum reuocare, aliàs agere non posset vllo modo iniuriarum actione. ita Iurisconsultus in l.non solùm, §.1.ff.de iniur.& Imperator in §.fin.Instit.eo.titu.

5 Vnde denique reducendo omnia præmissa, quàm simplicissimè fieri possit, ad genuinam, veramq; practicam, aduerte & conclude, † quòd si per annum taceret is, qui offensus foret, tunc indubitanter quidem deleretur iniuriarū actio tanti temporis taciturnitate, & dissimulatinne. l.si non conuicij, C.de iniur.& l.si vnius, §.si ante, & ibi Glos.ff.eod. & Felyn. in cap.dilecti, colum.6. de exceptio.

6 Et dato, † quòd querela ipsa proposita sit opportuno requisito tempore, tunc remittens querelam, & iniuriam istam, præsumitur dubio procul in perpetuum remittere, non autē ad tempus. §.fi.& ibi Glo.Instit.de iniur.& Alciat.in tract.de præsumpt.reg.3.præsumpt.36.nu.1.

Verùm

7 Verùm enimuerò† accusans prius, procurásq; litis contestationem, si postmodum superueniret alius in pari gradu, determinans similiter accusare, atque querelam proponere, non admitteretur vtique vllo modo. ita Saly. in l. qui de crimine, colum. 2. C. de accusat.

8 Est tamen bene verum, † quòd vbicunque à principio concurrerent plures prosequentes suã, suorumque iniuriam, qui reperiantur in eodem gradu, tunc nempe omnes simul admittũtur, nec vnus alium excludit, vt concedunt Barto. Alber. Ang. & alij vnanimi consensu omnes, per illum tex. in l. 3. §. si ad plures, ff. de sepul. uiol. Saly. in l. si accusatoribus, C. de accusat. & Ang. de Malef. in ver. nec non ad querelam. & ita post longam, ancipitemque altercationem aliàs iudicauit Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ, Comitatusq; Molisij, in anno 1584. in causa tunc vertente inter aliquos de Terra Vultorini.

ARGVMENTVM.

Successor vniuersalis tenetur stare colono, & ponuntur limitationes ad hanc decisionem.

SVMMARIVM.

1 *Hæres vniuersalis locationi sui prædecessoris stare tenetur.*
2 *Hæres factum defuncti, an & quando impugnare queat. Et quid in hærede hæredis. nu. seq.*
4 *Defuncti confessio eius hæredi præiudicat.*
5 *Defuncti factum & hæredis reputatur; & econtra.*
6 *Hæres præsertim filius cum defuncto præterquàm in societate & in vsufructu legato, vna atque eadem persona censetur, etiam quòd mendacium commisisset, de quo per hæredem redargui nequiret.*
7 *Hæres turpitudinem defuncti allegans non auditur.*
8 *Hæres defuncti facto etiam de hæreditate nihil habiturus stare debet.*
9 *Hæres actum maximè inualidum, & quando in legis fraudem alienatum foret, cui defunctus consentit, impugnare potest.*
10 *Hæres cum primam hæreditatem adit, cum defuncti colono quasi contrahere, eique locare dicitur.*
11 *Legatarius colono stare non tenetur.*

DECISIO LVI.

1 HAERES † vniuersalis stare, absque scrupulo aliquo, tenetur locationi sui prædecessoris, & sic obligatus est ad seruãdam locationem factam per defunctum. l. pro hæreditarijs, C. de hæred. act. & l. viam veritati, C. locati. cum alijs concordantibus vulg. & hoc ponit pro communi regula Guido Papæ, in decis. 480. locaui, & ita iudicauit Regia Audientia Apuliæ, sub die vigesimooctauo mensis Septembris 1583. me in ea existente tunc Auditore, & Commissario, in causa D. Fabritij Campanæ de Ciuitate Lucceriæ, qui tanquam hæres vniuersalis Cæsaris Campanæ vendiderat vineas hæreditarias, aliàs locatas per eundem Cæsarem, vt conductores earundem vinearum manutenerentur, conseruarenturque in possessione percipiendi fructus, durante locatione, & conductione non obstante ipsa venditione.

2 Quoniam † hæres ipse non potest impugnare factum defuncti. l. cum à matre. C. de rei vendic. Ias. in l. apud Iulianum, §. si cui, num. 8. ff. de leg. 1. Alex. consi. 88. num. 15. & consi. 195. num. 8. lib. 6. Ruyn. consi. 42. num. 3. volu. 5. Bertran. consi. 193. Christi, num. 134. vol. 5. Matth. Brun. consi. 60. In casu, de quo quæritur, num. 2. volu. 1. Riminal. iun. consi. 187. num. 45. volu. 2. consi. 259. Dubitatur, num. 54. volu. 3. & consi. 364. Accusati, num. 27. vol. 4. & consi. 499. Et in primis, num. 12. volu. 5. & consi. 552. Quæ proponuntur. num. 52. eod. vol. Ioan. Domin. de Anna in suo singulari responso feudali, posito in fine addit. Fabij de Anna ad Ioan. Vincen. de Anna, nu. 26. & Mandos. consi. 104. In causa Pisana, num. 8. vol. 1. Prosper Pasechus consi. 57. In causa Illustris, num. 10. consi. 116. In causa magnifici, nu. 3. & consi. 178. Pro resolutione, num. 12. Tiber. Decia. consi. 33. Et quia, num. 60. volu. 1. consi. 2. num. 82. & 146. vol. 2. consi. 55. Quæritur, num. 87. & seq. & 100. volu. 3. vbi vtiliter concludit, quòd hæres nunquam venire potest contra defuncti factũ, quando aliquid lucratur. Laur. de Pinu, consi. 96. nu. 22. Celsus Hugo, consi. 2. num. 2. Riminal. iun. consi. 37. num. 62. & 64. num. 16. volu. 1. & in nu. 17. firmat procedere etiam si pater disposuerit de re spectante ad filium, & in consi. 23. nu. 34. volu. 1. & ibi nu. 258. Limitat hoc in quatuor casibus, Thob. Non. consi. 2. consi. 5. num. 2. & consi. 39. nu. 3. Quod primò limitatur, si de re qua agitur non poterat defunctus ad libitum disponere, vt per eundem ibidem, num. 7. & in d. consi. 2. nu. 11. Secundò si per illud defunctus voluerit hæredem iure sibi debito fraudare, ibidem, num. 12. Tertiò si sit hæres cum beneficio legis, & inuentarij, ibidem, nu. 13. Quartò si non veniat, vt hæres, sed ex persona propria, ibidem, num. 14. & dicto consi. 2. num. 11. & consi. 39. num. 9. Quintò si actus à defuncto explicitus sit nullus, ibidem num. 8. Nec etiam hæres ipse tenetur approbare factum defuncti, quod ab eius potestate non pendebat, nec eius personam repræsentat in hypothecaria. Riminal. iun. consi. 94. num. 69. & 71. volu. 2. Imò potest contrauenire, quando tendit ad fraudandum hæredem legis beneficio. Ias. consil. 56. num. 18.

3 Et † etiam si hæres hæredis sit. Et itidem si proprijs iuribus nitatur, vt per Ceph. cons. 393. Consultus, num. 11. & seq. volu. 3. Licet, & malè Riminal. iun. consi. 569. Superioribus annis, num. 151. & seqq. vol. 5. firmauerit contrarium. Imò hæres, etiam in feudis hæreditarijs, confecto inuentario contra factum defuncti venire nequit vllo quidem modo, vt per Cur. iun. consi. 138. colum. 6. Grat. consi. 9. nu. 18. vbi meminit de communi.

4 Et sic denique † confessio defuncti, indubitanter quidem, præiudicat hæredi eius, vt per Rolan. consi. 72. sub num. 38. vol. 2. Ruyn. consi. 50. num. 13.

num.13. vol.1. vbi concedit, quòd confesſio defuncti cenſetur etiam confeſsio hæredis.

5 Et ratio viuax ea eſt: † quoniam factum defuncti, reputatur reipſa factum hæredis, vt per Glo. Bar. Bal. & alios vnanimi voto omnes in l.ſeruus, in princ.ff. de condi.fur.& factū hæredis cenſetur factum defuncti, Ruy. in repet.l.4.§.Cato. num. 116.ff. de verb.oblig.

6 Cùm † hæres ipſe ſit eadem perſona cum defuncto.§.1.Auth.de iureiur.à mor.præſt.Hieron. Gabriel. conſi.155. Paulus, num.4.vol.2. Aurel. Corbul.in tract.de cauſis quibus emphyteuta iure ſuo priuetur, de cauſa priuationis ob non ſolutum canonem, limitatio.20.num.5. Tibe. Decia. conſi.9. Tres, ſub num.1. volu.2. Cùm ſuccedat in vniuerſum ius eius.Thom.Doccius conſi.116. num.3. Dec.in l.edita,num.50.C.de edendo, Riminal.iun. conſi.562. Emanauit, num.39. & ſeq. volu.5. Vincent. de Anna in repet. conſtit. diuæ memoriæ,num.151.Corn.conſi.27.num.9.conſ. 122. num.9. vol.1. conſi.76.num.2.volu.2. conſi. 11.num.2.vol.4. Lauren.de Pinu,conſi.46. num. 6. Celſus Vgo, conſi. 22. ſuper controuerſia, nu. 2. & præſertim, vbicunque filius foret, teſte Neuizano, conſi. 20. ſub nu.29. Bertran. conſi.152. Ex proceſſu,num.6.& 15.volu.6. Quodque limitat,vtiliter quidem, in duobus caſibus, Hierony. Gabriel. conſi.43. Puto, num.1. & ſeqq. volu.2. Tiber. Decia. conſi.52. Circa,num.22. volo.1.& d.conſi.55.num.85. & ſeq.& 99. & ſeq.volum.3. Burſa.conſi.347. Viſis,num.38.& 43.volu.4. pro ut hanc eandem regulam, quòd hæres repræſentat defuncti perſonam, limitat etiam,primò,non obtinere locum in ſocietate, Corn.conſi.308.nu. 10. vol.1. Limitatque itidem, ſecundo loco,idem Corn.conſi.154.nu.6.volu.1. minimè procedere in vſufructū legato.

Sed hæredis, & defuncti perſonam eſſe vnam, & eandem, procedit re ipſa per fictionem: & hæres fingitur eadem perſona cum defuncto, Authen.de iureiur.in princ. Cæpha.conſi.393. Conſultus,num.142.volu.3.Bertran.conſi.161. Circa proceſſum, num. 16. volu.5. Menoch. conſi.444. Cùm interrogatus, nu.49.& ſeq.vol.5.

Etiam quòd mendacium commiſiſſet, de quo per hæredē redargui nequiret vllo modo, vt per Bar.in l.Lucius,ff.ſolu.matrim. Octauia.Cacher. deciſ.41.ſub nu. 10.

7 Et ea eſt ratio, † quoniam hæres allegans turpitudinem defuncti non auditur vllo modo,vt aperit Quintil. Mando.conſ.61. Meuius,nu.8.vol.1.

8 Imò † hæres ipſe ſtare deberet quoque facto defuncti,etiam quòd nihil foret habiturus de hæreditate, vt conſuluit Franc. Vegius conſ.30.ſub nu.8.vol.1. & Io.Pet.Sur.conſ.105. ex his,nu.40.

Vbi ex communi opinione, hoc vtiliter limi-

9 tauit, † quòd hæres poteſt impugnare actum,cui defunctus cōſenſit,& firmat etiam Matth. Brun. conſi.78. Viſa inueſtitura, num.2. 5.& 6. volu.1. & præſertim hæres contra factum defuncti inualidum venire poteſt, vt aperit Quintil. Mandoſ. in d.conſi.104. num.17. Cæpha.conſi.393. Conſultus, num.11. & ſeq.volu.3. vbi concedit hæredem facto defuncti contrauenire poſſe, quando aliquid in fraudem legis alienatum foret, & Tiber.Deci. etiam conſ.131.Quia contra ea,nu.29. cum alijs ſeqq. vol.3.

Et ratio huiuſcemodi regulæ palpabilis altera

10 eſt: † nam ſtatim, quòd hæres adiret hæreditatē, videretur quaſi cōtrahere cum colono defuncti, & ei locare, & conſequēter poſſeſsio ipſius defuncti,etſi nō tranſeat in hæredem: nihilominus vbicunque defunctus poſsideret animo ſuo, & corpore alieno, id eſt coloni: tunc enim per colonum continuantem poſſeſsionem nomine hæredis, ſibi poſſeſsio ipſa acquireretur, abſque aliqua alia apprehenſione, & ratificatione, & tanto magis quando appareret ſoluta penſio per colonum hæredi, vt firmat, & diſcurrit Rolan. à Valle conſi. 46. Quia in quacunque materia,nu.15. cum alijs ſequen.volum.2. vbi memorat iſtam eſſe communem opinionem, Bart.in l.qui vniuerſas, §.quod per colonū,ff.de acquir.poſſeſ.taliter quòd hæreditas adita ſine ſcrupulo aliquo fit patrimonium proprium hæredis, l.1. §. veteres, vbi Docto. ff. de acquir. poſſeſſ. & Dom. Vincen. de Franch. deciſ.92.num.4. & hæres conductoris eodem iure in conductione ſuccedit. Laur. de Pinu, conſil.119. num.9.

11 Eſt bene verum, † quòd legatarius non tenetur ſtare colono.l.qui fundum,& ibi Glo.Bart.& cæteri omnes, ff.loca. & Bertach. in ſuo repert.in ver.legatarius, verſi.223. Legatarius non tenetur ſtare, vbi hoc limitat locum non obtinere in duobus caſibus recitatis,& reſolutis per eum ibi.

ARGVMENTVM.

Arbiter compromiſſum acceptare tenetur, niſi aliquod damnum ſibi ex tali compromiſſo eueniret.

SVMMARIVM.

1 *Arbiter electus per partes, non acceptans compromiſſum, vbicunque din litigatum eſt inter eas, mortaliter peccat, quod intelligitur procedere in arbitro iuris, qui eligitur reſpectu ſuſpectorum, vt cogatur acceptare compromiſſum, nu.4. Idem procedit in arbitro ſtatutario, ex vi ſtatuti electo, vt poſſit compelli arbitrium acceptare, nu.5. Idem procedit in arbitris conſanguineis, vel affinibus ex forma ſtatuti electis per litigantes conſanguineos, qui poſſunt cogi compromiſſum acceptare, nu.6.*

2 *Litem eſſe malorum cauſam; ex litibus namque, & contentione, rixam naſci; vnde abſtine à lite, & minues peccata, nu.3.*

7 *Arbitri ſtatutarij, qui tenentur acceptare compromiſſum, ſi recuſarent poſſent compelli.*

8 *Conſanguinei, vel affines vſque ad quartum gradum conſanguinitatis, vel affinitatis, ſecundum ius ciuile computandum ex diſpoſitione Regiæ Pragmaticæ tenentur in conſanguineos, vel amicos compromittere, & electi in arbitros recuſari non valent.*

9 *Arbiter electus quoties ex electione damnum sentiret, compelli non potest, nisi resarciretur damnum, vel sibi à prætore remitteretur.*
10 *Nemo ad compromittendū cogi potest, tamen si partes diu litigassent, iudex tunc posset compellere. num. 11.*

DECISIO LVII.

1 ARBITER † electus per partes, cōpromissum non acceptans, vbicunque diu litigatum sit inter eas, peccat nempe mortaliter, secundum Soci. in l. quidam. col. 11. ff. si cer. peta. Card. & Fely. in cap. pastoralis, col. fi. de offi. deleg. Glo. in c. sicut. 11. quæst. 1. asserentem, quòd peccat ille, qui non assumit arbitrium, nec componit inter partes, & huic opinioni nituntur etiam Alber. in l. Labeo, §. tametsi. in princ. ff. de arbit. Ioan. Bapt. de Sancto Blasio in tract. de arbit. & arbitrat. quæst. 74. & Archi. & Præpos. in d. c. sicut, & ista est communis opinio, cui suffragatur ratio admodum fortis: si quidem arbiter ipse sciens ex litibus odia, dissidia, rixas, homicidia, falsa testimonia, & denique omnia mala oriri, recusat tam pestifero malo mederi, ac litigantes inter se componere, & ad veram concordiam adducere, peccat mortaliter.
2 Et hinc notatur primo Metaphis. † litem fore malorum causam: ex quo ex litibus, & contentione rixa nascitur, l. seruus verò, §. sed si aliqua. ff. de actio. & oblig.
3 Et dicitur Ecclesiast. 28. † abstine à lite, & minues peccata.
4 Cæterùm † isthæc opinio communis intelligitur cum grano salis, primò procedere in arbitro iuris, qui eligitur respectu suspectorum, vt cogatur acceptare compromissum, secundum Glo. in c. suspitionis, de offi. deleg.
5 Secundò † procedit etiā eadem sententia in arbitro statutario: & sic ex vi statuti electo, vt compelli queat arbitriū acceptare, vt firmauere Imo. & Barba. nu. 20. in d. c. suspitionis, & Fely. in d. c. pastoralis, in fi. de offi. deleg.
6 Tertiò † procedit quoque antedicta cōmunis conclusio in arbitris consanguineis, vel affinibus ex forma statuti electis per consanguineos litigantes, qui re ipsa, & sine scrupulo aliquo possunt cogi acceptare compromissum, vt voluit Bal. in l. 1. §. quamuis, per tex. ibi, ff. vbi pupil. educ. deb. Soc. in l. 1. col. 11. ff. si cer. pet. & Barba. in c. pastoralis, nu. 51. col. 10. de rescrip. & facit l. congruentius, C. de patr. potest.
7 Imò † si isti arbitri statutarij, qui acceptare tenentur compromissum, repudiarent, seu recusarent, nihil quippe agerent, attestante Bal. in l. non iustam, in fi. per tex. ibi, C. ad Trebell.
8 Quartò † sortitur etiā locum communis schola Doctorum in Regno Neapo. ex dispositione Regiæ Pragmaticæ, odia, quæ inter coniunctos, in amico electo per consanguineos, cum vigore ipsius Pragmaticæ consanguinei vsque ad quartum gradum consanguinitatis, & affinitatis inclusiuè computandum, secuudum ius ciuile teneantur in causis ciuilibus, vel mixtis compromissum facere in duos coniunctos, vel communes amicos de iure, & facto in procedendo, & in sententiando de iure tantum: & tunc in ipso compromisso necessario etiam amici tanquam electi per partes arbitri possent compelli ad suscipiendum compromissum.
9 Sed † isthæc conclusio ita enucleata limitatur non obtinere locum, vbicunque arbitro electo resultaret ex acceptatione compromissi incommodum, vel aliquod immineret damnum, quo nempe casu cogi non posset ad acceptandum arbitrium, nisi resarciretur sibi damnum, vel à prætore remitteretur: quia tunc compelli posset, aliàs secus, ita Bar. Imo. Alex. Barba. & alij omnes vniuersaliter in l. apud Iulianum. ff. ad Trebel. & præsertim Pau. Castr. ibi asserens, quòd hæc coactio, de qua supra, debet intelligi nisi aliquod interesse damni, vel lucri prætendat: nam tunc non cogitur, nisi conseruetur indemnis ab vtroque litigatore, quod tenet etiam Bar. & idem Pau. Castr. in l. filius. §. procuratorem. de procu. & ita aliàs iudicauit Regia Audientia Apuliæ in anno 1584. in causa tunc in ea vertente inter aliquos de Ciuitate Troiæ.
10 Et † quamuis regulariter nemo cogi possit ad compromittendum, teste Glo. in l. furti, §. iussu, & ibi Ang. ff. de his, qui not. infa. l. 3. ff. de arbi. Gul. & Bal. in l. stipu. C. de sena.
11 Tamen † hoc non procederet, vbicunque partes diu litigassent inter se: tunc enim iudex posset ipsas partes ad compromittendum compellere, ita Glo. in c. 1. ext. de mut. pet. quam ibi sequuntur Ant. de But. & Imo.

ARGVMENTVM.

Laudum, quando interuenit enormissima læsio, semper peti potest reduci ad arbitrium boni viri, non obstante iuramento & quacunque alia clausula.

SVMMARIVM.

1 *Pactum in compromisso, quòd nihil contra laudum allegari aut peti reduci ad boni viri arbitrium possit, etiam cum iuramento, quare non teneat.*
2 *Pactum in compromisso etiam iuramento firmatum de stando laudo quantumcunque arbiter de iure vnius dare, lædereque in maxima quantitate possit, quare ad boni viri arbitrium reducatur.*
3 *Læsus petere reductionem ad arbitriū boni viri, cautela verborum nulla impediens inueniri potest.*

DECISIO LVIII.

1 COMPROMITTENTES † faciēdo pactum in compromisso, quòd contra laudum non possit aliquid dici, vel allegari, aut peti reduci ad arbitrium boni viri, etiam cum iuramento, quia tale pactum videtur remittere dolum futurum, & inuitare arbitrum ad malè, & inique arbitrandum de iure, nihil agūt, teste Dyno & Ioan.

& Ioan. And. in reg. scienti, de reg. iu. lib. 6. Spec. in tit. de arbit. §. 1. versi. sed pone compromittens, Bart. & communis omnium Scribentium schola in l. societatem, §. arbitrorum, col. pen. ff. pro soc. & ita consuluit etiam Oldra. consi. 156. Primum de quo quæritur, & Soc. sen. consi. 24. Visis & maturè inspectis, col. 2. vol. 1. & ita iudicauit in facti contingentia sacra Regia Audientia Terræ Bari de præsenti mense Iunij 1589. in causa tunc vertente inter aliquos de Ciuitate Vigiliarum.

2 Imò vt loquar in fortioribus terminis, † etiam si in compromisso dicatur, quòd arbiter posit de iure vnius dare alteri, & lædere in magna, & maxima quantitate: & ideo promiserunt stare laudo, seu arbitramento cum iuramento, etiam si enormiter, vel enormissimè fuerit læsus, in ampla, & amplissima forma, nihilominus tamen semper potest pars, quæ læsa extitit dolo arbitri, vel arbitratoris ex proposito, vel re ipsa conqueri, & petere huiusmodi compromissum reduci ad arbitrium boni viri, non obstante tali pacto, etiam iuramento firmato, ita Innoc. Anto. de But. Imo. Abb. & alij vniformi voto omnes in c. Quintaualle, ext. de iureiur.

Et ratio ea est, quoniam illa verba censentur apposita ad captandum beneuolentiã arbitri sub

3 spe æquitatis seruandæ: & ideo † nulla admodum potest inueniri cautela verborum, quæ impediat enormiter læsum petere reductionem ad arbitrium boni viri, vt per Bal. in l. si vnus, §. illud, in fi. ff. de pact. Saly. in auth. sacramenta puberum, C. si aduer. venditio. Ang. in disputatio. sua, incipiente, duo adinuicem litigantes, Ancha. in alia disputatio. inchoante, C. laicus, & ita consuluit etiam Ant. de But. consi. 24. Quæstio hæc vulgata, Ange. consi. 172. Laudum arbitratoris, Pau. Castr. consi. 74. Quia frustra, & consi. 329. Præmitto, volu. 3. Ancha. consi. 208. In quæstione, Rom. consi. 90. Viso themate, Fulgo. consi. 224. Quoniam, Abb. consi. 44. In præsenti quæstione, Ioan. de Anan. consi. 16. Viso puncto, Soci. sen. cum alijs affluenter aggregatis per eum, cons. 85. Viso compromisso, volu. 1. vbi ad lucem adducit etiam, istam fore omnium in iure Scribentium communem sententiam, & Dec. etiam consi. 11. col. 6. & consi. 39. col. 3. & ita re ipsa, etiã infinitis propè cautelis adhibitis in varijs diuersisque compromisis, per 30. & vltra annos, quibus in hac legali palestra versor, nõ potui obtinere contrariũ.

Quæ quidem cõmunis ita explanata est adeo sacrosanctissima, vt sincerè procedat etiam, si laudũ arbitratoris foret expressè à partibus quoque approbatum, vt consuluit Dec. cons. 60. col. 3.

ARGVMENTVM.

Pœna conuenta inter partes, quando applicetur fisco, & quando potest exigi.

SVMMARIVM.

1 *Arbitri sententia super pœna etiam fisco applicanda non tenet, sed super alio firma remanet, compromissique pœna committitur.*

2 *Pacto si fiat inter aliquos, quòd offendens ad 100. vncias teneatur, quarum pars dimidia fisco detur, seu applicetur, altera vero parti læsæ; vnà pœna centum læso, an committatur fisco, vt illa exigi possit.*

3 *Pœna an fisco applicetur, vbi non apponitur cui illa detur.*

DECISIO LIX.

1 ARBITRI † sententia super pœna, non tenet modo aliquo, etiam si fisco illa applicanda sit: sed bene super alio sententia ipsa firma remanet, & compromissi pœna committitur. l. arbiter intra certum diem, & ibi Doct. ff. de recep. arb.

2 Cæterum † vbicunque actum foret inter aliquos, vt videmus quotidie de facto fieri, quòd si vnus offendit alium incidat in pœnam centum vnciarum, quarum pars dimidia detur, applicetur que fisco, & altera dimidia parti læsæ: tunc si vnus esset læsus pœna centum vnciarum, vtique non committitur fisco, vt eam ex illa promissione posit exigere, argumento d. l. arbiter intra certum diem, verùm in contrarium allegatur tex. in l. 1. ff. de iure fisci. ibi, vel pœnam fisco ex contractu priuati.

Ego verò sic distinguo, quòd aut nudo pacto conuentum sit inter partes, vt pœna fisco deberetur, & tunc nihil fisco ex illo pacto acquireretur: quia sicut vsura non potest deberi extra vinculũ stipulationis. l. 3. C. de vsur. sic nec pęna. l. seruus ea lege, ff. de ser. expor. & l. Titius, eodem tit. cum similibus, etiam à quocunque fuerit interpositũ pactum, siue priuata persona sit, siue publica: si autem stipulatio intercessisset, & tunc aut vnus priuatus promittit alteri, & nihil acquiritur fisco ex illo pacto, quia stipulari nemo potest, & ita intelligitur d. l. prima. aut tabellio stipulatur nomine fisci, & hoc casu acquiritur actio fisco, argumen. l. 14. si magistratus. C. de magi. con. & in Authẽ. de execu. & ijs qui con. & recon. in princ. & in finam qua ratione acquiritur actio priuato ex stipulatione tabellionis, eadem, & multo fortius fisco, & ita in facti contingentia, de præsenti anno 1589. iudicauit sacra Regia Audientia Barensis in causa quorundam de ciuitate Vigiliarum.

3 Sed aduerte, † quòd vbicunque essemus in casu, in quo non foret appositum, cui pœna applicanda esset, tunc profectò illa fisco in dubio applicari deberet. ita Barto. in l. 3. ff. de ter. moto, Spec. in titu. de accusat. §. 1. versic. sed quid si primo, Gomes. in Institu. de actio. in princip. num. 20. & Illustris Dom. Guhelm. Pontan. præceptor meus in l. viro, ff. solu. matrim. verùm hoc intelligendum venit cum grano salis, quotiescunque pęna ipsa deberetur, l. mulctam, C. de modo mulcta. vt pote quia si præstanda foret pęna ex contractu, tunc vtique parti aduersæ, obseruanti, indubitanter applicaretur, l. si quis maior, & ibi Bal. C. de transac.

ARGVMENTVM.

Præsumitur pro impetrante rescriptum siue priuilegium: & onus probandi contrarium spectat ad illum qui contra rescriptum, seu priuilegium venit.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum penes se habens, illud impetrasse præsumitur.*
2 *Instrumentum inuestituræ vbi penes hæredem inuenitur, illius scientia probata dicitur.*
3 *Testificata didicisse quis præsumitur, quando attestationes apud ipsum fuerunt.*
4 *Instrumenti tenorem scire præsumitur, quod penes se quis habet.*
5 *Actũ de quo mentionẽ facit quis scire præsumitur.*
6 *Supplicatio in dubio ad eius, cuius fauorem continet, instantiam impetrata præsumitur.*
7 *Probandi onus in alium transfert præsumptionem pro se habens.*
8 *Confessio in supplicatione facta plenè probat, vimq. iudicialis etiam habet.*

DECISIO LX.

1 HABENS † rescriptum penes se, præsumitur illud impetrasse, ita Ripa in cap. cum M. Ferrariensis, num.7. de constit. D. Vincent. de Franch. decis. 113. Sub die, nu.4. Aurel. Corbul. in tract. de causis quibus emphyteuta iure suo priuetur, de causa priuationis ob non solutum canonem, limitatio. 20. nume. 10. &
2 seq. vbi firmat etiam, † quòd vbicunque instrumẽtum inuestituræ reperitur penes hæredem, tunc illius dicatur probata scientia.
3 Et similiter, † quod quis præsumatur didicisse testificata, quando attestationes fuerunt apud ipsum, & sequitur quoque Tiber. Decian. cons. 24. Quæritur ergo, num. 97. volum. primo. & est tex. vbi Bal. in l. non ferendus, ff. de transactionibus,
4 quòd † quis præsumitur scire tenorem instrumẽti, quod penes se habet, & Cæphal. consilio 452.
5 Nulla, numero 36. volum. 4. Sicuti etiam † scire quis præsumitur actum de quo facit mentionem, vt prodidit Barto. Ang. & alij vnanimi consensu omnes in l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verbo. oblig. Alex. cons. 39. volum. 2. Pau. Castren. consil. 59. in 3. dub. volum. primo, Crauet. consil. 193. sub nume. 7.
6 Nec non † supplicatio in dubio præsumitur impetrata ad instantiam illius, cuius fauorem continet, atque concernit. ita Spec. in tit. de appellat. §. nunc breuiter, vers. quid si apparet. Oldrad. cõsil. 36. & Gomes. in reg. Cancell. in reg. de impetr. benefi. viuent. in q. 5. fol. 73. vbi profert magnum quippe, & vtile verbum, Dominos de Rota ipso præsente in multis causis sequutos fuisse opinionem istam.
7 Vnde † ei incumbit onus probandi, contra quem facit præsumptio, & sic præsumptio transfert onus probandi in alium. l. siue possidetis, C. de proba. & l. non est verisimile, ff. quod met. cau. Abb. in ca. is, qui. de sponsa. & Paris. consilio 80. num. 14. & seq. volum. primo, & cons. 160. nu. 27. volum. 4. Et exempla commoda, quando quis habeat præsumptionem pro se, & transferat probationem in alium, ex communi opinione Doctorum demonstrat Lap. in alle. 89. In Dei nomine, sub num. 17. circa fi.
8 Et de hoc mirandum non est: † quoniam confessio facta in supplicatione plenè quidem probat, atque vim etiam iudicialis cõfessionis habet, vt per Ias. in 4. not. & Curt. iun. in princ. in l. cum te. C. de transactio. Paris. cons. 115. Viso processu, num. 30. volum. primo, & Mar. Laud. ante omnes in tract. de Princip. in rub. de fisco, conclus. 87. & ita duabus quidem vicibus iudicauit sacra Regia Audientia Barẽsis in anno 1589. in causis aliquorum de ciuitate Monopolis, & de Terra Fasciani.

ARGVMENTVM.

Probatio in contrarium non admittitur contra præsumptionem iuris & de iure. Et quæ dicatur ista præsumptio. Et admittitur probatio cõtra eum per confessionem iudiciariam factam per partem: sed contra præsumptionem iuris tantum, admittitur bene probatio.

SVMMARIVM.

1 *Præsumptio iuris & de iure, quare probationes in contrarium non recipiat: & quando admittantur, num. 6.*
2 *Præsumptiones legum, lucidissima ad victoriamq; reportandam sufficiunt.*
3 *Probatio per iuris præsumptionem propria, imò veritas esse dicitur.*
4 *Præsumptio iuris & de iure, quæ dicatur.*
5 *Præsumptio iuris, & de iure dicitur etiam vbi lex super aliquo facto præsumit, atque disponit.*
7 *Præsumptio iuris & de iure per notorium maximè facti permanentis, vbi illud ex processu scaturiret, probationem in contrarium admittit.*
8 *Probatio per propriam confessionem cæteris efficacior.*
9 *Confessio partium præsertim emanata super quo partes ipsæ disponere nequeũt, licèt nullatenus probationem inducat: in actibus tamen indicialibus locum non habet.*
10 *Probatio contra præsumptionem iuris, & de iure, per fictam quoque confeßionem partis admittitur.*
11 *Præsumptio iuris, & de iure ad finem petendi restitutio. in inte. facile probationem in contrarium admittit.*
12 *Probatio contra iuris tantum præsumptionem indubiè recipitur.*
13 *Præsumptio iuris ab illa hominis, qualiter differat.*
14 *Præsumptio iuris vbi aduersus aliquem aliqua specie probationis contrarium non probantem vrget, is necessariò condemnatur.*
15 *Præsumptio iuris, quæ dicatur.*
16 *Inuentarium tutoris, iuris, & de iure præsumptionem*

nem nullatenus probationem contrariam admittentem, ad minoris commodum contra tutorem quare inducat.

17 *Mala fides in eo quoque, contra quem extat iuris præsumptio, præsumi potest.*

DECISIO LXI.

1 PRæsvmptio † iuris, & de iure regulariter probationem in contrarium non admittit. c. is, qui fidem, de sponsalib. l. fi. C. de arb. tuto. l. antiquæ. C. ad Velleian. l. prima. C. de rei vxor. actio. & l. sciendum, ff. de verborũ oblig. Iaf. conf. 11. num. 11. volum. primo. Bald. in l. filium, quem habentem, colum. pen. C. famil. ercisc. Pau. Aemil. Verrall. decis. 66. seu 2. hæres possidens hæreditatem, num. 6. in 2. par. Io. Pet. Surd. pleniori cornu, consilio 115. quo ad bona, nu. 12. Quintilian. Mandof. conf. 97. In causa domini Sil uij, num. 7. volum. primo. Gozad. consi. 13. nu. 24. Card. Alex. in d. c. is qui fidem, vbi hoc ponit pro regula, cum sex limitationibus, Fely. cum quinque, in c. quanto, de præsumpt. & Alciat. cum septem, in trac. de præsump. in 2. parte præsumptionum, num. 4. cum alijs seqq. omnibus. fol. par. 13. & Nicol. Euerard. cum duabus alijs fallentijs, in sua centuria, in loco, s. à verisimili, versic. præsumptio autem iuris, & de iure, vbi ponit etiam varia, diuersaq; exẽpla de iure Ciuili, & Canonico, de præsumptione ista iuris, & de iure. & ratio istius regulæ ea est, quoniam hoc casu, lex præsumit de facto, & statuit. allegarique potest etiam altera ra-

2 tio: † nam præsumptiones legum sunt lucidissimæ probationes, atque sufficiũt ad victoriam reportandam. l. omnes. §. Lucius, & ibi Glo. ff. de his, quæ in fraud. credi. Bart. in l. in illa stipulatione si calendis, circa fin. ff. de verborum obligat. & Glo. Bald. Saly. & alij omnes in l. si tutor petitus. C. de peric. tutor. & l. licèt Imperator, ff. de lega. primo. taliter, quod ex huiusmodi præsumptione is, aduersus quem vrget præsumptio condemnatur.

3 Quoniam † probatio facta per præsumptionem iuris dicitur propria probatio, vt per Abb. Arct. & alios vniuersaliter omnes in rub. ext. de prob. Imò etiam illud quod ad effectum attinet, præsumptio legis, dicitur esse veritas. l. fin. vbi Glo. & cæteri omnes, ff. de probat. Iaf. in l. 2. ff. de testam. milit. & Cassane. in consuet. Burgund. rub. prima. §. primo. num. 26. & sequen.

4 Et † præsumptio ipsa iuris, & de iure, ne ignoretur terminis præsentis speculationis, ea dicitur, de qua factũ est ius, & transit in statutũ legis. ita Bal. in l. siue, col. 11. de probat. & in l. fin. C. de hæred. instiu. & sic præsumptio isthæc resultat pro eo, quod ex forma statuti reprobari nequit.

5 Nec non † dicitur quoque iuris, & de iure præsumptio, vbicũque lex siue statutum super aliquo facto præsumit, & super præsumpto statuit, atque disponit, secundùm Azo. in summa de probatio. Ange. in l. non est verisimile, ff. quod metus cau. Bal. in rub. C. de probat. Gozad. consil. 13. nu. 25. Hierony. Grat. consil. 83. num. primo, volum. primo. Gasp. Caball. in tract. de euict. in §. 3. nu. 84. & facit Glo. & Bald. in d. l. antiquæ, & Curt. iuni. cons. 50. præsupponitur in facto, sub nume. 5. vbi affirmat istam esse cõmunem opinionem, & nullum habere contradictorem, & sequitur Alciat. in tract. de præsumptio. in 2. par. præsump. ferè in prin. num. 3. fol. paruo 15. vbi assignat rationem, quòd super huiusmodi præsumptione lex inducit firmum ius, & habet eam pro veritate: dicitur que etiam in quatuor alijs casibus præsumptio ipsa iuris, & de iure, vt indicat Io. Campeg. in tracta. de testib. regu. 439. quæ dicatur præsumptio iuris, & de iure, & Io. Pet. Surd. in d. conf. 115. nume. 11. cum alijs seqq. D. Vincent. de Franch. decis. 169. licitata, sub num. 5. cum alijs seqq.

6 Et licèt † præsumptiones præmemoratæ iuris, & de iure non recipiant probationes in contrarium, vt per D. Vincent. de Franc. in d. decis. 169. nume. 7. Crauet. consil. 622. num. 15. uolumine 4. tamen per confessionem partis, cuius interest, illæ admittuntur absque dubio aliquo. ita Glo. in authen. sed iam necesse. C. de donatio. ante nupt. & in l. in contractibus, §. illo. C. de non num. pecun. Innocẽt. in c. quia plerique, de immunit. ecclesiæ, Rom. consil. 359. num. 19. Bertach. cum alijs aggregatis per eum in suo repertorio, in ver. probatio per confessionẽ partis admittitur contra præsumptionem iuris, & de iure, Cæpol. in tract. cautelarum, caute. 7. hæres, num. primo. Ioann. Pet. Surd. consil. 60. in instrumento, num. primo. Rui. consil. 143. nume. 12. volum. 4. Bertran. consil. 43. num. 3. volum. 4. & conf. 18. num. 10. volum. 7. & Curt. iun. in d. consil. 50. sub num. 5. & consil. 17. licèt per celeberrimos aduocatos, nu. 12. vbi planum facit istam esse communem opinionem, & corroborat efficacissima ratione, & illam explanat etiam procedere Alciat. magno cum apparatu in tract. de præsump. in 2. parte præsumptionũ num. 7. & seq. in confessione iudiciali, non autem extraiudiciali, & ista est veritas, vt præsens opinio sortiatur locum in confessione iudicialiter facta, & nõ alia confessione extraiudiciali, & ita vidi in

7 practica semper obseruari: † prout præsumptio ipsa iuris, & de iure, admittit quoque probationẽ in contrarium per notorium, vt per Felyn. in d. c. quanto, colum. fin. de præsump. Innoc. in c. fraternitatis, de frigid. Roma. cõnf. 350. In casu propositæ consultationis, sub num. 19. vers. secundò fallit, vbi Horat. Mandof. in addit. in litera S, Grat. conf. 83. Punctus, num. 4. vol. 1. Gaspar Caballin. in tract. de euictionib. §. 3. num. 85. & seq. vbi explicat hoc de plano quidem procedere in notorio facti permanentis: & vbicunque etiam illud ex processu scaturiret, & ita iudicauit in causa nõ parui admodum momenti aliquorum de Terra Pali sacra Regia Audientia Barensis, in an. 1589.

8 Et ratio vltra alias præsentis communis assignari posset isthæc, † quoniam probatio per propriam confessionem, est verè, & indubitanter efficacior cæteris probationibus, teste Iaf. in l. cum te transegisse, C. de probatio. & Dec. in c. at si clerici, in princip. de iudic.

9 Et quamuis † partium confessio probationem nullatenus inducat, & præsertim si ea emanata sit

super eo, super quo partes ipsæ disponere nequeunt: tamen hoc non sortitur aliter locum in iudicialibus actibus, gestisque in iudicio. c.fin.de probat.& ibi Ant.de But. Abb. Francis. Are. Fel. & alij omnes, vbi vtiliter explicant, & discurrunt, & Roma. in singula.223. Tu scis quod confessio partium.

Imò procedit ẽt non solùm in cõfessione vera,
10 verùm etiam in confessione ficta, † vt per ipsam fictam confessionem admittatur probatio contra præsumptionem iuris, & de iure, secundùm Bar. in l.absentem, in fi.ff.de pœ. Franc. Aret. in c.proposuisti, col.4.de probat. Bertach. in suo repert. in ver. probatio per confessionem partis, admittitur contra præsumptionem iuris, & de iure, in fine. & Alciat. in d. tract. de præsumptio. in secunda par. præsump.num.5.& in aliquibus alijs casibus vtilibus declarat hoc procedere etiam Bertach. in loco antesignato.

11 Et si † præsumptio iuris, & de iure non recipiat aliter probationem in contrarium, nihilominus tamen ad finem petendi restitutionem in integrũ facilè ea admittitur. ita Cyn. in l.1. C. de condic. indeb. Ale. in l. Imperatores, de re iud. & in l.inter stipulantem, §.1.ff.de ver.obl. & Alc. in d.tract.de præsump. in 2.par.præsump.in princ.num.21.vbi innuit istam communem opin.

12 Contra † verò præsumptionem iuris tantùm admittitur, absque aliqua controuersia, probatio ipsa in contrarium. l.in liberæ, ff.de ri.nupt.l.etiam, ff.de donat. inter vir. & vxor. l.non est verisimile, & ibi Glo.ff.de eo, quod met.cau. & Gl.etiam, & omnes Canonistæ communiter in cap. si quis fidem, ext.de spons.& matrim.& Gl.& Legistæ omnes in l.siue possidetis, C. de probat. vbi traditur exemplum commodum, & quotidianum de huiusmodi iuris præsumptione, & in alijs etiam legibus Canonicis, & Ciuilibus citatis per Euerar. in d.loco, s. à verisimili, circa medium, sub. ver. præsumptio autem iuris similiter est duplex, & per Io. Campeg. in tract. de testib. regu.438. quæ, & quot sint præsumptiones iuris.

13 Et † præsumptio iuris (vt intelligantur veri termini) illa dicitur, quæ in lege scripta est: illa verò dicitur hominis, quæ scripta nõ est in lege, vt aperit Bal. in rub.ext.de præsump. num.3. Fel. in cap. quanto, col.2.de præsumpt. Menoch. cons. 260. num.19. volum.3.

14 Sed aduerte, † quòd is aduersus quẽ vrget hæc iuris præsumptio, nisi tunc contrarium probet, mediante aliqua probationis specie, condemnandus vtique necessariò venit absque dubio aliquo, vt planè demonstratur in iuribus præmemoratis, & per Ioan. Ant. Rub. cons.60. Circa casum, sub numero 4.

15 Et † ilthæc præsumptio iuris, illa dicitur, iurib. allegatis, super qua legislator animum applicat ex verisimili, transferendo tunc onus probandi in aduersarium, vt vbertim quidem demonstrat etiã Alciat. in d.tract. de præsump. in 3.par. præsumpt. ferè in prin.nu.1.cum alijs seqq.fol.par.27.

16 Et hinc est, † quòd tutoris inuentarium inducit dubio procul præsumptionẽ iuris, & de iure, nullatenus admittentem probationem contrariam, ad minoris commodum, contra tutorem. l.fi. vbi Doct. omnes, C.arbitr.tute. Borgnin. Caualcan. in tract.de tuto. & cura.num.66. Ioan. Bapt. Plot. in repe.l.si quando, nu.237.C.vnde vi. & ratio ea est: quoniam præsumendum syncerè quippe est tutorẽ ipsum scribendo, vel scribi patiendo contra se, donare voluisse, vt affabrè quidem probat Soc.consi.159.in princ. volum.2. & ante eum Salyc. in d. l.fin.

17 Prout denique † mala fides præsumi potest etiã in eo, contra quem extat iuris præsumptio, vt per Barto. in l.1. §.hoc interdicto, ff. de itin. actuque priu. Cyn. Bal. & alios in l.1. C.de seru. & aqua, & Bertran.consi.346.nu.16.lib.2.

ARGVMENTVM.

Aperiens literas alienas, qua pœna puniatur, & si est excommunicatus.

SVMMARIVM.

1 *Aperiens literas alijs destinatas, punitur per superiorem, & peccat mortaliter, sed non est excommunicatus, limitatur, nu.7. & 8.*

2 *Aperiens alienas literas easque mutans, seu abradens diceretur falsarius, sed si solum eas aperiret, & legeret puniretur pœna arbitraria.*

3 *Aperiens literas, & aduersario mittẽtis ostendens, incidit in pœnam falsi, & si alteri non ostenderet pœna stellionatus teneretur.*

4 *Literas alienas lacerans, vel comburens, dicitur quasi falsarius, & puniendus est pœna extraordinaria, & potest condemnari ad restitutionem omnium damnorum, & interesse, nu.5.*

5 *Falsarius dicitur qui literas mihi scriptas non dedit, seu consignauit, sed alteri tradidit, vel manifestauit.*

6 *Literarum transmissor potest accusare de falso eas aperientem.*

9 *Dominus, pater, & maritus possunt subditorum filiorum, & vxoris, respectiuè literas aperire.*

10 *Aperiens literas sibi consignatas, & alteri destinatas, illasque legens, actione iniuriarum tenetur, & per transmittentem potest ea actione contra ipsum agi.*

11 *Sigillum remouens ab alterius literis, de falso tenetur.*

12 *Literas alienas retinens dẽ mora tenetur, atque etiam ad interesse, si ex illa periculum contingat.*

13 *Aperiens literas alienas, quando non puniatur.*

DECISIO LXII.

1 APERIENS † literas alijs destinatas punitur per superiorem, & peccat etiã mortaliter, sed non est excommunicatus, vt quidam vulgares opinantur. Nauar.consi.33. Canonicus regularis, num.3. de senten. excom. lib. quinto, etiam si aperiret literas directas D. Papæ, ita Abb. in c.cum olim, il secondo, de offi.deleg.

in

in 2.not.num.2. Barthol. Fumus in sua sum. Armilla, in ver. falsarius, sub §.4. & in ver. literæ.

2 Cæterum aduertendum est, † quòd aperiens alienas literas, easque mutans, seu abradens diceretur quippe tunc falsarius. verùm vbicunque quis solummodo aperiret literas ipsas, atque legeret puniretur nempè pœna arbitraria, ita Innoc. in d.cap.cum olim, cuius opinionem sequitur ibi Fely.num.2. & Abb.nu.4. vbi exprimit communem fore, & huic distinctioni videtur accedere etiam Ioan. Baptista Palomba in tract. seu compendio, de regimine officialium, regula 3. num. 46. & Bart.in l.Titio, col.2.versi.venio ad secundam quæstionem, ff.ad municip. & in l.qui testamentum, ff.de fal.

3 Vbi concedit, † quòd aperiens literas ipsas, & aduersario mittentis ostendens, tunc incidat in pœnam falsi. Curt. iun. in l.2.sub num.56. C.de eden. si verò aperiret literas illas, vt ipsemet videret, & alteri non ostenderet, non incideret aliter in pęnam falsi, sed alia pœna extraordinaria stellionatus puniretur, & huic distinctioni Barto.inhæret Rom.consi.365.num.3. Abb.num.4. Bal. & Fely.in d.c.cum olim. Alex.in d.l.Titio, & Armilla in ver.falsarius, §.5. Bar. vbi supra, Ioan.Bertach.in tract. de episc.in 3.lib.in 1.par.sub nu.36. Tibe.Decia.in tract.Crimi.lib.7.c.17.nu.46. vbi diffusè tractat hanc materiam.

Et quemadmodum in casibus prædictis quis
4 potest pœna falsi puniri, † ita etiam lacerans vel comburens literas alienas, diceretur quoque qua si falsarius, & puniendus veniret pœna extraordinaria, secundum Abb. in d.c.cum olim, Bal. in c. olim. de rescrip. Bertachin. vbi supra, num.39. & Armilla in d.ver.falsarius, §.5.

Vbi concedit etiam condemnari ad restitutionem posse omnium damnorum, & interesse, & assignat rationem.

5 Et eo modo † dicitur falsarius etiam, qui literas mihi scriptas, & exaratas non dedit, seu consignauit, sed alteri tradidit, vel manifestauit, vt voluit Bal.in rub. C.de fide instrum. Bart.in d.l.qui testamentum. Glo.Bar.& Alex.in d.l.Titio.

6 Et sic denique † posset idem transmissor literarum accusare eundem aperientem literas de falso, vt in l.1.§.qui, ff.de fals. & l.si quis test. §.sed si quis tabulas, ff.ad leg. Aquil.

7 Sed isthæc † regula ita illustrata claudicat primò non fortiri locum vbicunque quis aperiret literas sui aduersarij, suspicando illas aliquam sibi non leuem perniciem allaturas: tunc enim aperiens non peccaret mortaliter, ita Armil.in d.ver. falsarius, sub §.4.post S. Antoninum relatum ibi per eum.

8 Claudicatque † secundò eadem regula, quando ex causa rationabili aperirentur literæ ipsę, quæ veluti ad detegendum proditiones, vel vbicunque aperirentur literę Vasallorum per superiores eorum, aut per patres literæ filiorum, seu per virum literæ vxoris suæ: tunc enim isti nullatenus peccarent, teste Armil.in ver.literæ, sub §.1.

9 Et ratio est, † quoniam prædicti omnes, idest dominus, pater, & maritus vtuntur in præsenti casu iure eorum: & sic nemini facit iniuriã qui suo iure vtitur.l.nullus, ff.de reg.iu. & l.1.§.idemque Marcellus, ff.de aqua plu.arcen.& c.cum ecclesia. ext. de elect.

10 Imò † aperiens literas sibi consignatas, & alicui destinatas, & illas legens, tenetur actione iniuriarum, & ea actione per transmittentem literas ipsas posset agi contra aperientem prædictum arg.l.primæ, §.si quis tabulas, ff.depositi.

Et quemadmodum aperiens literas alienas in-
11 cidit falsi pœnam, † ita remouens sigillum de alterius literis, similiter tenetur de falso, ita Barto. Bal.in l.Paulus, ff.de fal. Bertac.in tract.de episc. in 1.par.versi.vlterius quæro, num.36. vbi recensuit ita aliàs extitisse in facti contingentia quendam ser Girutium condemnatũ ob sigillum amotum per eũ de literis Cardinalis Firmani, & Hierony.Gig.in tract.criminis læsæ maiestatis, quęst. 20.nu.12.lib.1.

Imò hæc omnia eatenus vera discernuntur,
12 quòd † si quis literas alterius retineret, teneatur vtique absque scrupulo aliquo de mora, & si periculum ex mora contingeret, ad interesse.l.si. C. de fabricens. lib.12. Doct.in l.si procuratorem, ff. de procur.Ioan.Bertachin.in loco memorato, nu
13 me. 38. Aduerte tamen, † quòd aperiens literas alienas, licèt puniatur, vt ostensum est: tamen intellige hoc sanè si eis aliquid scriptum reperiebatur, quod re ipsa præiudicare posset scribẽti, aliàs secus, vt per Bal.in l.si binæ, de iniust.test. & Bertach.in dicto tract.de episc.in 3.lib. 1.par.sub nu. 38. vbi num.seq. limitat etiam hoc idem, vt quis minimè puniatur, vbicunque casu, & absque dolo nizam literarum fregisset, neque illas etiam aliter vidisset, Tibe. Decia.in tract.crim. lib.7.c.17. num.46. memoratque ita aliàs in contingentia facti respondisse, prout ita etiam extitit absolutus in sacra Regia Audientia Barensi, die 15. Martij, 1590. Scipio della Rossa, & Hector de Leo de Barulo, inquisiti de apertione literarum Iuliæ de Ciuitate Bari absque dolo, & animo videndi, & reperiendi literas eorum, existentes in plico eiusdem Iuliæ.

ARGVMENTVM.

Frater quando occidit aliquem quem videt rixari cum fratre, mitius punitur; nec frater rixans homicidij pœna tenetur: & de modo defensæ.

SVMMARIVM.

1 *Auxilians fratrem rixantem eum aggressum putans, si occidat aduersarium ordinaria homicidij pœna non tenetur, frater tamen qui rixam incępit de homicidio non punitur. nu.2.*

3 *Auxiliator condemnari potest, quamuis principalis absoluatur.*

4 *Rixantibus pluribus si quis interficiatur, ignoretur tamen à quo, rixæ auctor de homicidio tenetur.*

5 *Defensio in fratris auxilium, qualiter permissa.*

6 *Insultatus insultantem fugientem post insultũ consummatum*

summatum occidens, cur tanquàm homicida non puniatur.

7 *Insequens vulnerantem vulnere iam accepto, ad vltionem, non autem ad defensionem facere dicitur.*

8 *Occidens aliquem ad sui necessariam defensionem non tenetur.*

9 *Defensio probata censetur eo ipso quòd quis aliquē contra se cum armis venientem probat.*

10 *Insultatus cum armis, cum minis solis iniuria inferatur, non debet aliter percussionem expectare, imò ad sui licitam defensionem fecisse præsumitur insultantem incontinenti occidens.*

11 *Aggredienti factum non dolosum, licèt delictum præter eius propositum contra eum quem aggreditur sequatur, nulla pœna imponitur.*

12 *Occidens hominem animo non occidendi, absoluendus est.*

13 *Aggressorem suum ad sui necessariam defensionem interficiens, vti non tenetur, ita prouocatus lacessitusque ad iuris honorisque proprij defensionem impunè etiam coram rege iniuriam propulsare potest.*

14 *Infamiam vitare, honorique suo prospicere, vnicuique licet.*

15 *Inimicitia capitalis ex verbis contumeliosis oritur.*

DECISIO LXIII.

1 FRATER † incipiens rixam, & durante rixa ipsa, si superueniret alter frater, & auxiliando fratrem suum aggressum & non aggressorem, aduersarium occideret, non teneretur vtique pœna ordinaria homicidij, sed alia mitiori, cum errauerit in facto. ita Bald. in repet. l. rectè, num. 57. C. unde vi, Alexan. in l. si in rixa ff. de sicar. Felyn. in c. 1. colum. 7. de offi. & potest. iudi. deleg. Bertach. in suo repertorio, in ver. auxilium, in conclus. incip. auxiliator tenetur demum, Marsil. in l. nihil interest. nu. 13. ff. de sicar. & in pract. crim. §. constante. sub num. 46. & Foller. in pract. crim. §. penis debitis feriantur, nu. 67. & ista est concors, indubitata & communis omnium scribentium opinio, & ita vidi in facti contingentia iudicatum, seruatumque in magna Curia Vicariæ, & in sacro Consilio in causa D. Claudij de Auria, & D. Scipionis sui fratris de ciuitatē Luceriæ, in anno 1566. & sic iudicauit etiam Regia Audientia Apuliæ, in anno 1584. me assidente in ea tunc Auditore, & causæ commissario in causa illorum de Vitis de terra Campi-Bassi, condemnando Franciscum Festam eiusdem terræ ad remigandum pro annis quinque, dum ipse interfecerat duos fratres de eadem domo Vitorum, & inuenerat illos rixantes cum Iosepho eius patre, & viderat eundemmet Iosephum tunc in loco rixæ, & altercationis similiter vulneratū; quæ quidem causa extitit ita decisa tempore memorato, patrocinante ad fauorem prædicti Francisci eodem D. Claudio de Auria, quæ quidem sententia introducta causa mediātè appellatione in magna Curia Vicariæ, extitit nunc cōfirmata, & ita consuluit etiam in terminis Ioan. Petrus Surd. consil. 40. grauis, nume. 46. cūm alijs seqq.

2 Cæterùm aduerte, † quòd frater qui rixabatur eo tempore cū interfecto, licèt præbuerit ansam, & causam homicidio, non tenetur ob hoc ex homicidio fratris, secundum Bal. in d. l. rectè, num. 58. & in l. data opera, nu. 95. C. qui accus. nō poss.

3 Et de hoc mirandum non est; † quoniam auxiliator condemnari potest, quāuis absoluatur principalis. l. eos. C. de fur. Ange. post Barto. in l. is qui reus, de publ. iud. & Alexan. in l. adulter. §. 1. de adulte.

4 Sed † vbicunque plures interuenerint in rixa, & aliquis in ea interfectus reperiatur, & ignoretur, a quo, tunc ille teneretur de homicidio, qui reperiretur fuisse author, & inceptor rixæ, vt voluit Bal. in l. 1. colum. 6. vers. sed quæro qui dicantur principales. C. de seruis fugitiuis, per tex. in l. quoniam. C. ad leg. Iul. de ui publica. & sequitur Marsil. in pract. crim. in §. constante, fol. 16. nu. 77. vbi congerit alios eiusdem opinionis.

5 Et denique animaduerte, † quod defensio fratris permissa in auxilium fratris, seu alterius, intelligitur, intelligique debet permissa cum moderamine inculpatæ tutelæ, vt per Doct. vnanimi consensu omnes in l. vt vim. ff. de iust. & iu. & in l. 1. C. vnde vi, Grammat. consi. crim. 63. num. 2. vbi explicat quomodo hoc intelligēdum sit, & cons. 68. nu. 4. cum alijs seq. conclusionem hanc amplificat in tribus casibus.

6 In tantum, † quòd insultatus, insultantem fugientē post insultum patratum, & cōsummatum, occidens non debet puniri tanquam homicida: quoniam calore iracūdiæ, atque prouocatus hoc egisse censetur, ita Anto. de Butr. post Iacob. de Arena in c. olim, de restit. spol. & Franc. de Aret. consil. 34. Visis diligenter testibus, num. 4. & ita iudicauit Regia Audiētia Apuliæ in anno 1584. in causa Francisci Festæ de Terra Campi-Bassi, qui dum interfecisset vnum de domo de Vitis rixantem cum eius patre, & dum aufugeret post patratum homicidium, & insequutus extitisset per alterum fratrem interfecti, & ipsum similiter interfecisset, extitit tunc condemnatus per eandem Regiam Audientiam (vt supra) ad triremes Regias per quinquennium continuū: quæ quidem sententia, introducta postmodum causa per appellationis remedium in magna Curia Vicariæ, extitit in ea approbata, & confirmata, & ita memorat Clar. in pract. crim. in §. homicidium, similiter pluribus vicibus iudicatum in Senatu, homicidium hoc, etiam ex proposito apparens, in rixa tunc commissum dici, vbicunque aggressus prosequeretur iniuriantem, & occideret: ex quo videtur adhuc tamen durare calormet iracundiæ.

7 Et ratio efficax assignari posset isthęc, † quoniā minimè gentium dicitur ad defensionem facere, qui post receptum vulnus insequitur vulnerantē: cum is tunc hoc videatur ad vltionem facere, vt per Glo. in c. si perfodiens, de homicid. Cyn. Bar. Bald. & alij vnanimi consensu omnes in l. 1. C. vnde vi, Archid. in c. de his, 50. distin. & Carrer. in pract. crim. §. homicidium, il6. nu. 110.

8 Sed versa vice † occidens aliquem ad necessariam

riam sui defensionem, dum se defendit, non tenetur, quia non interficit, imò potius seipsum defendit, qui aggreditur interfectorem. ita Glo. in c. si quis propter necessitatem, extra de furt. Bal. in l. data opera, col. 4. C. qui accus. non poss. Bertran. consi. 146. Quælibet causa, num. 5. vol. 6. Anton. Ciosius consil. 117. Cùm respondendi, num. 15. cum alijs seqq. volum. 1. vbi varias assignat rationes, & Riminal. iun. consi. 440. Circa rixam, nu. 23. volum. 4. & consequenter defendit se re ipsa cum moderamine, qui nō potuit alio se tueri modo, quàm quo aggredientem occidit, vt per Bertran. consi. 128. Omissis, nu. 2. vol. 7.

9 In tantum, † quòd eo ipso, quòd quis probaret aliquem venientem contra se cum armis, censeretur absque scrupulo aliquo probata tunc defensio, vt per Bar. in l. sed etsi quemcumque, ff. ad leg. Aquil. per textum ibi, Simon de Prætis consi. 189. Indubitati, num. 9. vol. 1. vbi num. 14. firmat, & percutiens aliquem existentem in actu, & potētia offendendi, dicatur facere ad defensionē.

10 Et nihil mirum, † quoniam minis solis iniuria infertur, taliter quòd aggressus, & insultatus cum armis non debet aliter expectare percussionem, vt aperit Bertran. consi. 36. Quod prouidus, nu. 1. volum. 4. Et sic occidens insultantem incontinenti præsumitur dubio procul occidisse ad sui licitam defensionem, secundum Bald. in l. 2. per tex. ibi. C. de sicar. Ias. colum. 11. & alios vnanimi consensu omnes in l. vt vim, ff. de iust. & iure, vt idem Ias. vbi concedit etiam insultatum in dubio, absque dubitatione aliqua, præsumi homicidiū perpetrasse ad sui defensionem. & est tex. & ibi Bar. in l. si ex plagijs, §. tabernarius, ff. ad l. Aqui. Blanc. in pract. crim. in §. tertia pars defensionis, nu. 12. & sequen. sicuti firmat quoque Ange. Aret. in §. ius autem gentium, col. 2. Instit. de iu. nat. gen. & ciui. præsumi in dubio, atque iudicari in præsenti casu, homicidium potius commissum ad defensionem, quàm ad vindictam. & ita cōsuluit etiam Bertran. in d. consi. 146. num. 6. volum. 6. Dec. inter consi. crim. consi. 102. Diuino implorato, nu. 21. cum alijs seq. volum. 1. in fol. & Riminal. iun. consi. 359. Inquiritur, nu. 28. cum alijs seqq. vol. 4. vbi ponit etiam exempla cōmoda, quibus in dubio, quis præsumatur aggressus, atque prouocatus, & Riminal. in d. consi. 440. nu. 2. & seq. Nam armorum solus terror, arguit quem in vitæ discrimine versari, vt aperit Bertran. consi. 128. Omissis, num. 3. vol. 7.

11 Imò † vbicūque quis aggrederetur factū non dolosum, & delictum, tunc sequeretur in personā eius contra quem aggreditur præter propositum, & intentionem aggredientis, & huiusmodi delicto minimè quippe venit vlla pęna imponēda delinquenti. ita Io. Andr. in c. quod quis mandato, de reg. iur. in 6. in Mercur. in fi. & ita cōsuluit Marsil. cum alijs aggregatis per eum, consi. 67. Dominus Deus cęli, & terræ, nu. 55. Bero. consi. 178. In hac causa, num. 23. vol. 3.

12 Et ratio ea est, † quoniam occidens hominem animo non occidendi venit absque scrupulo aliquo absoluendus, ut per Dec. consi. 234. In effectu, sub num. 4. & Soc. iun. consi. 58. nu. 4. vol. 1.

13 Et † quemadmodum interfector interficiens aggressorem ad necessariam sui defensionē non tenetur, ita prouocatus, lacessitusq; ad defensionem proprij iuris, & honoris, impunè, etiam coram Rege, posset propulsare iniuriā, assererēq; cōtra aduersariū contumeliosum inferentemq; conuicium, Tu mentiris, vt planè disponitur, & recitatur in 3. lib. Regum, c. 3. vers. 16. cum alijs seqq. vbi discernitur, mulierem, cui ablatus, abreptusq; filius proprius extiterat, altera muliere aduersaria hoc negante, corā Rege Salomone, meritò cōtra illam, illud protulisse verbum, Tu mentiris. quem tex. allegaui aliàs in facti contingentia ex tempore ad fauorem D. Ioan. Baptistæ Pisiscelli in sacro Consilio, & hoc idē videtur firmare Lud. Ariost. super Orlan. Furioso, in Can. 46. stant. 107. dum ibi ita prorumpit.

Ruggier à quel parlar ritto leuosse,
E con licenza rispose di Carlo,
Che mentiua egli, e qualunque altro fosse,
Che traditor volesse nominarlo,
Che sempre co'l suo Rè così portosse,
Che giustamente alcun non può biasmarlo:
E ch'era apparecchiato à sostenere,
Che verso lui fè sempre il suo douere.

14 Idque ea viuaci ratione iustificari potest: † quoniam vnicuique licet infamię notam vitare, atque suo honori prospicere. Listi quidē, ff. de eo quod met. cau. c. Isaac, 42. dist. Bal. consi. 312. Visis actis, vol. 4. & in c. 1. de pace tenenda, Riminal. iun. consil. 468. Anno præsenti, nu. 58. cū alijs seqq. vol. 4. & tanto magis cū verba, quæ se tuendi gratia prolata extant, nullam admodum actionem iniuriarum pariunt, teste Rom. in l. pen. §. ex causa, nu. 4. ff. quod quisque iuris.

15 Et † est adeò vehemens, & atrox iniuria, quæ alicui infertur, mediantibus verbis cōtumeliosis, vt ex huiuscemodi iniuriosis verbis, indubitanter quidē, oriatur inimicitia capitalis, vt per Bald. Anchar. Anto. de Butr. Imo. & alios omnes, per tex. ibi, in c. veniens, de iureiur. Riminal. iun. cum alijs signatis per eum, consi. 364. Accusati, nu. 15. & seq. vol. 4. & doctrinam hanc, tamquam vsu, & experientia receptissimam, in practica vidi obseruari semper in diuersis tribunalibus maioribus, & minoribus per 30. annos, quibus in legali hac versor palestra, atque scientia, in varijs causarum decisionibus.

ARGVMENTVM.

Multa de obliuione & memoria; & quando præsumatur obliuio, & quando non.

SVMMARIVM.

1 *Obliuio, cur non præsumatur.*

2 *Obliuio in teste per biennij minorisque temporis lapsum præsumitur, cum etiam eius quod fecerit facilè quis obliuisci possit. Limitatur tamen, nisi sit verisimilis, quia testis tunc obliuiosus de falso puniretur, num. 4.*

Obli-

3 *Oblinio in teste non est lata culpa.*

5 *Oblinionis præsumptio, in facto proprio recenti, cessat.*

6 *Verisimilitudo maximi momenti, & effectus est, cognataque naturæ dicitur. nu. 7.*

8 *Liber rationum pro scribente etiam probat, vbi verisimilia contineret.*

9 *Verisimilitudo ad lites finiendas in probationibus, & præsumptionibus admodum considerabilis, tantæq; efficaciæ est, vt probandi contrariũ onus in aduersarium saltem transferat, nu. 10.*

11 *Oblinio in teste, iustus vt mortis, timor est.*

12 *Memoria hominis labilis.*

13 *Caluisius Sabinus quàm fragili fuerit memoria.*

14 *Messalę Cornini oblinio prodigiosa cum morbi diritate, vt suum nomen excideret.*

15 *Curio pater nulla fuit memoria.*

16 *Ioannes de Acugna, sanctæ memoriæ Episcopus Aquilanus, patriæ suæ ob decrepitatem immemor.*

17 *Traces infęcunda sunt memoria.*

18 *Memoria, nisi exerceatur, minnitur.*

19 *Memoria tam naturalis, quàm artificialis, iuri operam dantibus necessaria est.*

20 *Oblinio in omnem euentum per decenniũ inducitur.*

21 *Oblinio ex decem annorum curriculo præsumitur.*

22 *Testis se non recordari asserens aliter facto super quo deponit, non contrariatur, sed examinatur, cum simul stent, quod viderit, & tamen hodie lapsoque biennio non recordetur.*

23 *Testes de tempore interrogati, si se non recordari asserant, an de falso suspecti sint eorumque depositiones valeant.*

24 *Testis dubitatiuè, magisquàm affirmatiuè deponens, probat.*

25 *Oblinio in facto multum notabili, vt iniuriarum, diei Natiuit. Domini, mortis Papæ &c. ex antiquitate etiam, ac longinquitate temporis non præsumitur. num. seq.*

27 *Oblinio in facto alieno præsumitur.*

28 *Oblinio in pronocato lacessitoque iniuria non præsumitur. Limita tamen, si temporis diuturnitas pręsertim anno 10. post eã acceptam cucurrerit.*

29 *Oblinio etiã facti proprij cursu decennij inducitur.*

DECISIO LXIIII.

1 OBLIVIO † non pręsumitur regulariter, secundùm Bal. in l. cum alienam, col. fin. C. de lega. per l. magnam. C. de contrah. & committen. stipu. & Gui. Papæ decis. 127. In camera parlamenti, num. 4.

Et ratio est: quoniam memoria non est futurorum, nec præsentium, authore Aristot. lib. de memoria, & reminiscentia, sed præteritorum tantùm. vnde sensus est præsentium, spes futurorũ, memoria præteritorum.

2 Sed † hoc nõ sortitur aliter locum in teste examinato lapso biennio, cum obliuio per lapsum ipsius biennij, & minoris temporis pręsumatur in teste. ita Glo. in c. si testes, 4. q. 3. per l. si arbiter, de probat. & l. 2. §. sed quia, de vet. iu. enucl. Oldrad. consil. 183. num. 19. & sequen. Crauet. consil. 28. num. 4. volu. 1. Grammat. consil. crim. 42. & consil. 47. Subdens ibi, quod obliuisci quis facilè potest de præterito, etiam de eo quod ipse fecit, & in voto 36. nu. 1. cum alijs seqq. Corn. cons. 261. volum. 4. & sequitur Cęphal. cons. 77. num. 38. volum. 1. vbi ad propositum plura congerit, de teste obliuioso loquens. & Pau. Aemi. Veral. etiam decis. 279. seu 16. testis impugnans, num. 6. & seq. in 3. par. Vbert. de Bobio in tract. de positionib. nume. 38. Riminal. iun. cons. 344. Dubitatur, nu. 75. cum alijs seqq. volum. 3.

3 Et ratio ea est, † quia obliuio ipsa in teste nõ est lata culpa, teste Simone de Præt. cõs. 191. Quamuis Rugerius, num. 13. volu. 1. & Bal. in l. presbyteri, in fi. C. de epis. & cler.

Vbi vtiliter limitat præmemoratam commu-
4 nem locũ obtinere, † si obliuio verisimilis foret,
aliàs secus: imò si testis interrogatus tunc se non
recordari alicuius rei, de qua ageretur, quæ valde
verisimilis discerneretur, assereret, puniendus du
bio procul veniret de faso, secundum Bald. ibi, &
sequitur Alciat. in tract. de præsump. regu. 2. præ-
sump. 29. num. 4. Ioan. Bapt. Plot. cons. 60. num. 5.
Cęphal. cons. 428. In causa appellationis, nu. 40.
vol. 3. Pręsumiturque etiam in sene, cùm is natu-
raliter obliuiosus quippe sit, vt per Barbat. consi-
lio 89. Clementissimi, sub num. 4. volum. 4. Nec
facti egregij obliuionem præsumi, Menoc. in tra-
cta. de arbitrarijs iudic. quæstio. casu 26. num. 1. &
seq. lib. 2. cent. 1.

5 Nec non † obliuionis præsumptio cessat etiam in facto proprio recenti, cum tunc de gestis de recenti recordari pręsumatur absque scrupulo aliquo, vt aperit Cęphal. in pręmemorato consilio 428. num. 38. Tiber. Decian. cons. 62. Ex pręmissa, num. 67. volum. 3. Memoria enim præsumitur rei paulò antegestæ, Rimin. iun. cons. 228. nume. 71. volum. 2. Et verisimilitudo inter cętera, quæ allegari possent, hæc esset vna, vbicumque actus, super quo testis depositio expectaretur, gestus foret in aliquo famoso, notabilique tempore, & sic in festo Natiuitatis Domini, vel in die mortis Papæ, vel Imperatoris. tunc enim testis non potest obliuionem proponere in eius attestatione, vt admonet Io. Bapt. Plot. in d. consi. 60. num. 13. Menoch. consil. 263. Interrogatus, num. 14. uolum. 3.

6 Et hinc est, † quòd verisimilitudo est maximi momenti, & effectus, vt vbertim discurrit Marsil. in repet. rubr. C. de probat. col. 24. & seq. & singula. 298. Remotum, 342. Quando testis, & 396. Verisimilitudo.

7 Et finaliter † verisimilitudo dicitur cognata naturæ, teste Crauet. cons. 61. colum. fin. & cons. 75. num. 24. Bald. consil. 180. Mortuo filio, volum. 3. Matthæ. Brun. consil. 154. Duo videntur, nu. 50. & cons. 172. Super pręsenti, num. 10. volumine 2. Nicol. Ant. Grauatius cons. 82. IESVS, num. 49. inter cons. matrimonialia, volum. 1. Menoch. consilio 409. Propositis, nume. 79. volum. 5 Cæphalus cons. 455. Magnifici, num. 56. volu. 4. Rolan. consil. 1. num. 38. & 112. & cons. 11. num. 74. vol. 3.

8 In tãtum, † quòd liber rationum probat etiam pro scribente, vbicunque contineret verisimilia, vt prodidit Felyn. in c. 2. colum. 8. de fi. instrum.

Bal.

Bal. Alexan. & alij omnes in l. 1. C. de eden. Dec. cons. 596. num. 9. & Alexand. cons. 186. nume. 1. volum. 2. Et attenditur verisimilitudo ipsa, etiam in contractibus, vt per Barbat. cons. 56. Sapienter, num. 36. volum. 2.

9 Et ratio viuax ea est, † quoniam verisimilitudo ad lites finiendas in probationibus, & præsumptionibus, est multum considerabilis, teste Bal. in l. scripturæ, colum. 2. C. de fi. instrument. Aret. cons. 9. colum. 2. Cor. cons. 162. num. 5. volum. 1. cons. 245. num. 3. volum. 4. Barbat. cons. 7. Sapienter, num. 5. & seq. num. 16. cons. 25. Præclarè, nume. 10. cons. 47. num. 2. & cons. 56. Sapienter, nume. 36. volum. 2. Dec. cons. 100. colum. 4. Fely. in c. auditis, de præscript. Riminal. iun. cum alijs aggregatis per eum, consi. 362. Casus præsens, numero 19. volum. 4. consil. 379. nume. 27. & cons. 407. Narrant, num. 11. & 18. eodem volum. cons. 109. Quoniam statutum, nu. 2. 8. & seq. volum. 3. Neurizan. cons. 68. Deus noster, num. 29.

10 Imò † verisimilitudo ipsa sit re ipsa tam magnæ efficaciæ, vt saltem transferat onus probandi contrarium in aduersarium, vt per Cæphal. in d. cons. 455. num. 58. volum. 4.

Sed redeundo in præsentiarum ad institutum
11 nostrum, animaduertendum est, † quòd obliuio ipsa est iustus timor in teste, sicut timor mortis, vt voluit Innoc. in c. quoniam, vt li. non contesta. & Bal. in Marg. ver. testis, colum 16.

12 Cum † memoria hominis labilis quippe sit, vt per Vbert. de Bobio in tract. de positionib. numero 38. Iodocum Burgensem, in tractatu de subhastationib. quæst. 4. nume. 30. Corne. consil. 55. nume. 23. & cons. 257. num. 9. volum. 3. & ita meminit Iustinia. in l. 2. §. si quid autem, C. de vete. iu. enuclean. Riminal. iun. in d. cons. 344. nume. 77. Menoch. cons. 263. Interrogatus, num. 13. volu. 3. Bertran. consil. 266. Ex actis, num. 2. volum. 7. Barbat. cons. 75. Sapienter, num. 11. & cons. 89. Clementissimi, num. 4. volum. 4. Simon de Præt. consil. 129. ex facto, num. 2. volum. 1. scribit enim ad
13 propositum Seneca, † Caluisium Sabinum tam fragili, aut nulla potius extitisse memoria, vt illi modò Vlysis, modò Achillis, modò Priami nomen excideret, quos tamen nouerat optimè.
14 Plinius testatur † etiã prodigiosam Messalæ Coruini obliuionem fuisse, qui morbi diritate sui no-
15 minis oblitus est. † Curio pater tam nulla fuit memoria, vt olim totam causam in iudicio sit oblitus, Cicerone authore, & Menoch. in loco superius citato, num. 5. sicuti nostris quoque tempori-
16 bus, † interrogato aliquando Reuerendiss. Episcopo nostro Aquilano Do. Ioanne de Acugna, sanctæ memoriæ, de propria patria ob eius nempe senectutem, atque potius decrepitatem vidi ipsiusmet patriæ penitus immemorem.

17 Traces † quoque tam obtuso sunt ingenio, & adeò infecunda memoria, vt quaternariam numerando nequeant transcendere. Et hinc Donat. in Terentij Andria, in illis verbis, in memoria habeo, inquit, quòd plus est, quàm si dixisset, scio. Nã quæ scimus possumus obliuisci, quæ verò memoriæ commendamus, nunquam amittimus.

18 Nec non † memoria minuitur, nisi quis eã exerceat, teste Cic. de senec. & Fran. Petrar. de remed. aduersæ fortunæ, vbi vocat memoriam infidam: in qua verè fidendum nõ est: & sic tutissimè procedendo quis calculum secum ponere debet, & quod cras esset facturus, nũc faciat, cum tuta non sit dilatio, vt discurrit Petrarca in loco memorato, quoniam curriculum ipsum biennij naturali
19 ratione memorem immemorẽ facit. Vnde † qui iuri dant operam nonnihil proficua, necessariaq; his omnibus est memoria, tam naturalis, quàm artificialis, vt magistraliter discurrit Iodocus in tracta. de arte memorandi, Hierony. Rusciellius in tract. de memoria locali, & Iacobus Benaudus in addit. ad Ioan. de Terra Rubea, in tract. contra rebelles suorum Regum, in proœ. in glo. quoniam, sub litera A, prope fin. vbi quamplurimos refert, qui tenaci, profundaque memoria claruere. Ta-
20 liter, † quod in omnem euentum obliuio inducitur per decennium. l. si arbiter, ff. de proba. l. peregrè, de acqui. possess. & l. 2. C. de vet. iure enucl. Corn. consi. 179. num. 6. volu. 3. Simon de Prætis consi. 137. Fideicommissum, num. 125. volu. 1. Menoc. consi. 148. Craue. num. 18. & consi. 203. Quod, num. 4. volu. 3. Tiber. Decia. consi. 51. Et prima fronte, num. 135. volu. 2. Gozad. consi. 9.
21 nu. 35. vbi non obscurè quidem concedit, † obliuionem ipsam præsumi ex decem annorum curriculo, maximeque in implicito maximis negotijs, & Craue. consil. 338. num. 14. vol. 3. Sed hoc præsens negocium totum reponitur in iudicis arbitrio, Menoc. in tract. de arbitra. iudi. quæst. casu 26. nu. 1. & seq. lib. 2. cent. 1.

22 Præterea † testis asserens se non recordari, non vtique contrariatur, nec aduersatur aliter facto, super quo deponit, seu examinatur: stant enim hæc simul, quòd testis viderit, & tamen hodie, lapsoque biennio non recordetur, ita Alex. Stiaticus consi. 117. sub num. 34. inter consi. crim. diuersorum, volu. 1. vbi prorumpit istam esse communem opinionem, & Ferrantes Gargiareus in patrocinio 19. Non longior, num. 66. vbi planè quidem firmat, quòd obliuio præsumitur in teste spatio duorum, vel trium annorum. & licèt Ang. in l. si quis ex argentarijs, §. 1. ff. de eden. af-
23 firmet, † quòd si testes interrogati de tempore deponant, asserantque non recordari, illos esse de falso suspectos, & eorum depositiones non valere: nihilominus tamen eius sententia confunditur, & redditur inutilis ex præsenti opinione communi in contrarium apparente: sed ea posset facilè saluari, vbicunque testis deponeret se non recordari de eo, quod valde verisimile esset, quod recordaretur, vt per distinctionem Bal. in d. l. presbyteri, in practica tutissimam, supra conclusum extat, cuius quidem distinctionis vigore, ac realitate ita aliàs in causa quorundam de Terra Molæ in anno 1589. iudicauit sacra Regia Audientia Barensis.

24 Vnde † testis dubitatiuè deponens de tempore magis probat, quàm deponens affirmatiuè, secundum Alex. cons. 65. vol. 2.

25 Cæterùm præmissa claudicant, † non obtinere aliter

aliter locum in facto multum notabili: tunc enim obliuio non præsumitur, etiam ex antiquitate, & longinquitate temporis, vt per Abb. consi.41. co lum.3. vol.2. & Craue. consi.134. Scripsi aliàs, sub num.31. volu.1. conf.338. num.14. volu.3. & 930. num.8. volu.5. Menoc. consi.263. Interrogatus, num.14. volu.3.

26 Pro vt etiam† iniuriarum obliuio ex longi tem poris lapsu minimè præsumitur, vt per Octauian. Vulpellium in tract. de pace, & promissionibus de non offendendo, quæst.78. num.3. & sic vbi dies foret notabilis, vel famosus, puta dies Natiuitatis Domini, vel dies mortis Papæ, aut Imperatoris, vel factum esset quouis alio modo notabile, tunc nempe testes deponentes de die, lapso iam decennio, nó præsumuntur suspecti, arg. no. per Ias. in l. si res obligata, nu. trigesimoseptimo, ff. de leg.1.

27 Est tamen bene verum,† quòd in facto alieno, & sic non suo, regulariter præsumitur obliuio, vt per Bart. in l. qui fundum, §.2. ff. pro emp. inducta itaque huiuscemodi obliuione, non est, cur iudices aliquando frustra laborent in fluctuando, deterrendoq; homines à delicto, cuius iam amplius non meminere.

Interpretantur præmemorata omnia secundo loco non procedere etiam, vbicunque alicui foret illata iniuria: tunc quippe in prouocato, lacessitoque iniuria non præsumeretur obliuio ipsa. quodque probatur per Horatium lib. primo Carm. ita solita musa rutilantem, Siue puer furens impressit memorem dente labiis notam, hoc est tam vehementem, vt non facilè excidat memoria.

28 Verùm enimuerò† hoc non sortiretur locum, stante longo temporis curriculo post acceptam iniuriam: tunc enim temporis diuturnitas, offensionis obliuionem arguit, vt per Alex. consi.115. volu.4. Soc. iun. consi.103. volu.3. Octauia. Vulpell. in tract. de pace, quæst.47. num.3. & potissi-
29 mùm stante lapsu decennij: † nam per cursum ipsius decennij inducitur obliuio, etiam facti proprij, vt per Glo. Cyn. Bart. Bal. & alios vnanimi concursu omnes in l.1. C. de seru. fugi. Neuizan. consi.8. num.61. & consi.25. num.15. & consi.68. Deus, num.30. Simon de Prætis, consi.62. Suprascripti, num.6. volu.1. Bero. consi.189. In causa magistri, num.8. vol.3.

ARGVMENTVM.

Vidua, pupillus, & miserabiles personæ etiam in causis criminalibus fori electionem habent. Eodem quoque priuilegio vtitur virgo, & gaudent etiá senes decrepiti, & qui continuo morbo laborant.

SVMMARIVM.

1 *Vidua, pupillus, miserabilesve personæ etiam criminaliter delinquentes fori electionem habent, declinatoriam etiam post li. contest. ex capite saltem restitutionis opponere possunt.*

2 *Vidua, pupillus, aliique miserabiles, priuilegio l. vnicæ, C. quando Imperat. &c. renunciare non possunt.*

3 *Virgines in capillo, vel cælibem vitam ducentes fori electionem, quemadmodum & viduæ habent.*

4 *Senes decrepiti, infirmi cótinuoque morbo vexati, fori priuilegio gaudent.*

5 *Studentes eisdé priuilegiis, quibus miserabiles personæ, gaudent.*

6 *Miserabiles personæ non tantum fori priuilegio, verum etiam aliis 16. gaudent.*

DECISIO LXV.

1 VIDVA, † pupillus, vel miserabiles personæ, etiam si delinquerent, haberent re ipsa fori electionem, gauderentque priuilegiis l. vnicæ, C. quando Imperator inter pupil. vel vid. vel alias miserabil. person. cognosc. & consequenter possunt declinare forum in causis ipsis criminalibus, & pro delictis per eos patratis, ita And. de Iser. & Afflic. num.17. in constit. statuimus, lib.1. in rub. de offi. mag. iust. vbi Afflict. ipse, num.37. amplificat in tantum hoc procedere, vt valeant isti priuilegiati opponere huiuscemodi exceptionem fori declinatoriam, etiam post litem contestatam, saltem ex capite restitutionis in integrum, & ita iudicatum extitit, non semel tantum in variis causis, in Regia Audientia Apuliæ, in anno 1583. & sequenti, me assidente in ea tunc Auditore.

2 Nec non † viduæ ipsæ, & pupilli, aliæque miserabiles personæ huic priuilegio, eis à lege concesso renunciare nequeunt vllo modo, ita Natta consi.590. vol.3. post Glo. vniuersaliter ab omnibus receptam in d. l. vnica, in ver. excedere.

3 Similiterque† virgines etiam in capillo existentes, vel cælibem vitam ducentes habent fori electionem, gaudentque priuilegio viduarum, ita Docto. omnes vniuersaliter in l. vnica, & præsertim Azo ibi, num.6. & Fulgo. qui exprimit istam opinionem communem fore, C. quando Imperator inter pupil. & vid. vel alias miserabil. person. cognosc. & Guido Papæ, decis.566. Quia, num. 2. Ioan. de Neuizan. in silua nuptiali, lib.6. num. 30. Carraui. in ritu 19. num.21. & Couarr. in lib. practicarum quæstionum, cap.7. sub num.2. vbi meminit, semel vidisse ita iudicatum in prætorio Granatensi, & sic etiam ipse iudicaui in facti contingentia, pluribus vicibus in Regia Audientia Apuliæ, dum assidebam in ea Auditor, in anno 1583. cum aliis seqq. admittendo ad fori electionem nonnullas virgines, & ita vidi etiam obseruari per 25. & vltra annos in magna Curia Vicariæ, & in sacro Consilio in variis, diuersisque virginum causis, pront ita sæpè iudicatum in ipso sacro Consilio commemorat etiam D. Vincen. de Franch. decis.100. Viduam, num.1. & seq. licèt, & malè, And. Gaill. obseruat.1. nu.41. & seq. afferat contrariam opinionem veriorem.

Et de hoc mirandum quippe non est, nam vidua ad tempus videtur in misero, infelicique statu constituta, duráte præsertim viduitate: sed virgo,

go, & potissimùm ea, quæ cœlibem vitam agit, reperitur semper in misera vita inuoluta, taliter, quod arguendo ex identitate rationis, quod quidem argu. validum est in iure, secũdum Rotam Rom. decis. al. aliàs 331. de concess. præben. in nouis, & §. nos igitur, vbi Imo. & Abb. de confirm. vti. vel inuti. & in c. ad audientiam, in 1. no. de cler. non residen. virgo ipsa gaudere debet fori priuilegio, quemadmodum & vidua. Imò virgines eligentes vitam cælibem, tanquàm sponsæ Christi paupertati student. Nam virgo sponsa Christi omnia mundana spernit, exemplo Virginis, & solum quærit, & cogitat quę sunt Iesu Christi, 1. Corinth. Virgo cogitat quæ domini sunt, vt sit sancta corpore, & spiritu.

Et hæc omnia catenus vera sunt, vt non solum
4 vidua, pupillus, & virgo: † verum etiam senes decrepiti, infirmi, & continuo morbo vexati, atque oppressi gaudent fori priuilegio. ita Azo in l. vnica, nu. 7. C. quando Imper. inter pupill. & vid. vel alias miserab. perso. cogno.

5 Nec non † studentes etiã gaudent absque scrupulo aliquo omnibus, & quibuscunque priuilegijs, quæ concessa sunt miserabilibus personis, vt per Doct. omnes vniuersaliter in l. 1. ff. solu. matri. & Tibe. Decia. consi. 14. Dubitatur, nu. 12. cum alijs seqq. vol. 1.

6 Et † personæ ipsæ miserabiles, non tantum gaudent priuilegio hoc fori, sed gaudent quoque sex decim alijs priuilegijs discussis, & recitatis per Rebuf. in tract. de sent. proui. art. 3. glo. vlt.

ARGVMENTVM.

Consuetudo seruanda est, licèt sit contra legis intellectum, dummodo honesta sit, & non contra bonos mores.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo specialiter reprobata non valet, nec legem tollit.*
2 *Iudicandum in Regno primũ per constitutiones, deinde secundum consuetudinem.*
3 *Consuetudo interpretatiua etiam vero legis intellectu non obstante obseruanda.*
4 *Consuetudo duellum, lapidum atque pugnorum, perticarum & gladiorum ludum permittens homicidijsque causam præbens non valet, & Principes eam tolerantes peccant.*
5 *Duellum in terris suis concedentes, Imperatores, Duces, cæterique Domini temporales, priuilegio quocunque non obstante, excommunicati ipso iure sunt.*
6 *Consuetudo peccati nutritiua, corruptela dicitur, con suetudinisque nomen non meretur.*
7 *Consuetudo ebriosorum ab Augustino, quibus verbis damnetur.*
8 *Consuetudo percutientem, vulnerantem, seu occidentem in duello, ludoque lapidum & similium à temporali pœna, non autem à peccato & ab excommunicatione excusat.*

DECISIO LXVI.

1 CONSVETVDO, † vel statutum sunt leges posteriores, tolluntque iura communia anteriora, nisi à lege consuetudo ipsa reperiatur specialiter reprobata, per tex. in auth. na uigia, C. de furt. & in authen. cassa. C. de sacrosan. eccl. quoniam tunc consuetudo nõ valet, nec aliter legem tollit: & ideo consuetudo quæ fit contra Regni constitutiones, nullatenus valet. & ratio ea est, quia in proœmio cõstitutionum improbatur omnis consuetudo quæ sit contraria constitutionibus emanata, vel emananda, & necessa-
2 riò † in Regno iudicari debet primò secundum constitutiones, si extarent: secundo secundum rationabilem consuetudinem: tertiò secundum ius Longobardum, vbi illud viget, & obseruatur: quartò secundum ius commune, per tex. in proœmio consti. in fi. in const. puritatem, de sacra Baiu. præstantia, & in constit. vniuersis. quibus in locis And. de Iser. Affiic. & alij Doct. Regnicolæ, & Ca uens. in ritu 291. nu. 3.

3 Imò cõsuetudo † interpretatiua taliter operatur, vt non obstante vero intellectu legis, veniat obseruanda. ita Abb. in c. dilectus, num. 7. de con suet. Rochus Curt. in repet. cap. fin. de consuet. in præfat. num. 23. quæst. 4. Aldobrand. in §. ex non scripto, num. 19. Insti. de iu. nat. gen. & ciu. Aret. consi. 11. num. 5. latè Prob. ad Monac. in rub. de consuet. num. 26. & horum omnium author fuit Ant. Butr. in d. c. fin. num. 47. vers. ex his dicit Nicolaus de Martarellis, extra de consuetud. & ita aliàs extitit iudicatum in sacra Regia Barensi Audientia, in anno 1589. in facti contingentia ad fauorem magnificæ vniuersitatis Butigliani.

4 Sed † consuetudo permittens duellum, pugnam, pancratium, seu ludum lapidum, pugnorum, perticarum, & gladiorum, præbensque causam homicidijs, & nutritiua peccati, nõ valet modo aliquo, nec tolerari debet, tanquam illicita, & iniusta: & Principes qui eam tolerant, mortaliter peccare compertum est, vt per Spec. & Io. Andr. in addi. in ti. de accusat. §. 6. vers. quod etsi, & seq. & Bartholom. Brixien. in repert. suo, in ver. duellum, vbi memorat bis ita consuluisse & Regi Angliæ, & Hispaniæ vt duellum nullatenus permitterent: cum non obstante consuetudine ipsa, peccarent, & sequitur Ias. Claud. Aquens. & cæteri vnanimi consensu omnes in l. ex hoc iure, ff. de
5 iust. & iu. † Imò Imperatores, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites, & quocunque alio nomine Domini temporales hoc concedentes in terris suis, eo ipso sunt excommunicati, non obstante quocunque priuilegio, seu praua consuetudine, etiam immemorabili, vt disponit Concil. Trident. sessio. 25. super decreto de reformatione, cap. 19. Detestabilis.

6 Et ratio ea est, † quoniam consuetudo peccati nutritiua non dicitur aliter consuetudo, sed corruptela potius, vt inquit tex. in c. 1. de consuet. in 6. & est adeò peruersa, detestabilis, & impia consuetudo isthæc, vt nequaquam consuetudinis nomẽ mereatur: cũ sacris canonibus inimica quip-

pe sit, & iuri diuino contraria: & ideo seruanda non est. §. 1. in Auth. de testib.

7 Unde Aug. sermo. 231. de tempore, † damnãs cõsuetudinem ebriosorum arbitrantium non inducere peccatũ, ita religiosè meritò scribit. Cum fratres charissimi, ebrietatis malum sit graue vitiũ & Deo odibile, ita per vniuersum mundum à pluribus in consuetudinem missum est, vt ab illis, qui Dei præcepta cognoscere volunt, iam nec putetur, nec credatur, esse peccatum, in tantum vt in conuiuijs suis irrideant eos, qui minus bibere possunt, per inimicitiam amicitiam adiurare homines non erubescunt, vt potum amplius accipiant, quàm oportet. qui enim alterum cogit, vt se plusquàm opus est, bibendo inebriet, minus malum ei erat, si carnẽ eius vulneraret gladio, quàm animam eius per ebrietatẽ necaret. Et omnes ebriosi tales sunt, quales paludes esse videntur. quod enim in paludibus nascatur, non ignorat charitas vestra: totum quod ibi nascitur, nullum fructum habere cognoscitur. nascuntur ibi serpentes, sanguisugæ: nascuntur ibi ranæ, & diuersa genera vermium, quæ magis horrorem possunt generare, quàm aliquid ꝙ ad victum proficiat, exhibere. istæ enim herbæ, vel arbores, quæ aut in ipsis paludibus, aut circa ripas earum nasci solent, nihil vtilitatis habere videntur, in tantum, vt in annis singulis incendio cõcremẽtur, videte quod de ebrietate nascitur, igni præparatur; tales sunt, sicut iam dixi, omnes ebriosi, quoniam prandia ducũtur vsque ad noctem, quorum cęnas lucifer videt, qui stare non possunt, etiam cum videntur esse ieiuni, quorum sensus tardi, graues, obtusi, & quodammodo iam sepulti. denique in ipsa frequenter ebrietate, nec seipsos, nec alios recognoscunt, nec ambulare valent, nec stare, dicere aliquid, vel audire quod ad rationem pertineat, omnino non possunt: frequenter etiam vsque ad vomitum ingurgitare se non erubescunt, & ad mensuras sine mẽsura bibere: maiora enim pocula proponuntur, certa bibendi lege contenditur: qui poterit vincere, laudem meretur ex crimine: inde lites, & rixæ nascuntur, inde diuersis, & horrendis saltationibus membra torquentur, inde adulteria & nonnunquam homicidia perpetrantur. & quoties nimium potum accipiunt, tanquam in paralysim resoluit, dum suis pedibus ambulare non possunt, fędissima latera aliorum manibus portantur ad lectum, & est in illis oculorum caligo, vertigo, fatigatio, & dolor capitis, suffusio vultus, mẽbrorum omnium tremor, animæ, ac mentis stupor. in talibus impletur, quod scriptum est Prouerbiorum cap. 23. Cui væ? cui tumultus? cui iræ? cui rixę? cui sine causa vulnera? cui suffusio oculorum? nonne bis qui morantur in vino, & eis, qui inuestigant vbi potus sunt, & student calicibus epotandis? sed illi qui tales esse volunt, miserabiliter se excusare conantur, dicentes: magnum habeo amicum meum, si quoties illum ad cõuiuium vocauero, potum ei quantum voluerit ipse, non dedero, & non sit sibi amicus, qui te Deo vult facere inimicum, qui & tuus, & suus est inimicus: si & te, & alium inebriaueris, habebis hominem amicum, habebis Deum inimicum. Et ideo sapienter considera, si iustũ sit, vt te à Deo separes dum te ebrioso coniungis, ad extremum tu eum noli adiurare, noli cogere, sed in potestate illius dimitte, vt quantum sibi placuerit bibat, & si te inebriare voluerit, vel solus pereat, & non ambo pereatis. O' infelicitas generis humani, quàm multi inueniuntur, qui calicem dißimulant dare: nec attendunt, quia illud quod luxuriosis videntur ingerere, Christus pauperibus deberet accipere, qui dixit Matthæi 25. Quod fecistis vni ex minimis meis, mihi fecistis. Sed qui tales sunt, quando alios in nimio potu sepeliunt, pauperi eleemosynam petenti dicunt, Vade, vade in ante, & dabit tibi Deus, & vtique dum ambulauerit homo, ei daturus. quid est ergo quod dicit, Vade in ante, & dabit tibi Deus, nisi vade ad illum hominẽ qui habet Deũ, quia daturus est Deus? & sic ore suo ipse confitetur, apud se Deum non esse, quo inspirante, posśit erogare pauperibus. Rogo fratres charissimi, diligenter attẽdite, & videte, quia quando animalia ducuntur ad aquam, vbi saturauerunt sitim suam, etiam si supra aquam diutius teneãtur, repleta siti, bibere nolunt omnino, nec possunt. Considerent ebriosi, si non peiores animalibus iudicandi sunt: cum enim animalia amplius quàm eis opus est, bibere nolunt, illi & duplum, & triplum, quàm eis expedit, potum accipiunt, & vnde trium aut quatuor dierum rationabilem refectionem potuerant habere, vno die cũ grandi peccato cõtendunt perdere potius, quàm expendere, propter inuidiam, aut ebrietatem; atque vtinam potum tantummodo perderent, & non etiam ipsi perirent. & nonnullis interiectis scripturæ testimonijs ait: Ipsi qui contra coalumnam, & amicam suam ebrietatem loquentibus irascuntur, libera à nobis voce audiant, quia quicunque ebriosus pęnitentiam de ipsa non egerit, sed vsque ad mortem suam in ipsa ebrietate permanserit, in æternum profectò peribit, quia non mentitur Spiritussanctus per Apostolum, dicẽs primo Corinthiorum 6. Neque ebriosi regnum Dei possidebunt. & ideo quicunque sunt ebriosi melius faciunt, vt non nobis, sed sibi potius irascãtur, & cum Dei adiutorio de luto fecis se excutiant, vel de cloaca ebrietatis, dum adhuc tempus pęnitendi est, festinant quanta possunt celeritate, Deo auxiliante, consurgere, & totis animi viribus cum Propheta Psal. 68. supplicantes, Domino dicant, Eripe me de luto, vt nõ inhęream. & ibidem, Nõ me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum, nec vrgeat super me puteus os suũ. ebrietas enim quasi inferni puteus, quoscunque susceperit, nisi digna subuenerit pœnitentia, & emẽdatio fuerit subsecuta, ita fortiter sibi vendicat, vt eosdẽ ipsos de inferni tenebroso puteo ad charitatis, vel sobrietatis lucem redire sine pęnitentia non permittat. Sed hic ante omnia intelligere, & scire debemus, quia nõ vno die efficiuntur homines ebriosi, sed cum paulatim adiurantibus, & cogentibus crudelissimis inimicis, potius quàm amicis, per singulos dies singulos sibi, aut binos calices ad potum cõsuetudinarium addunt

at ibi

at ibi hoc in vsum miserint, ita eos ipsius ardor ebrietatis occupat, vt illos semper sitire compellat. Sed qui se de hoc malo desiderat liberare, quomodo sibi interuallo dierum potum addendo ad ebrietatis tenebras peruenit, ita paulatim subtrahendo ad sobrietatis lucem redeat. qui si semel totũ quod amplius accipiebat, subtraxit, vbi nimia siti cęperit exardescere, cum grandi amaritudine clamat; & dicit, malle se mori quàm sibi bibendi, vel inebriandi consuetudinem tollere: nec attendit quod tolerabilius erat illi in carne mori, quàm in anima per ebrietatem interfici. Et ideo vt nec ardorem nimium patiatur, & de tam graui malo, quod patitur, liberetur, sicut iam dictum est per interuallum dierum sibi aliquid de nimietate potus subtrahat quousque ad rationabilem bibendi cõsuetudinem redeat. qui hoc ita, vt diximus, per partes subducere voluerit, & de ebrietate liberabitur, & illam intolerabilem pœnam non patietur. ergo fratres charissimi, dum hæc suggero, me absoluo apud Deum, quicũque me audire contempserit, & ad bibendum pronus fuerit, vel in conuiuio suo alios adiurare, vel cogere voluerit, & pro se, & pro illis in die iudicij reus erit. Hæc Augustinus.

Sed vt redeat sermo noster vnde fluxit, aduer-
3 tendum est, † quòd licèt percutiens, vulnerans, seu occidens aliquem in huiusmodi ludis, excusetur à pœna temporali ob hanc consuetudinẽ, vt profusè discussimus, & determinauimus in Syl. communiũ opinionum, opinio. 231. Duellum, pugna, seu pancratium, lib. 1. tamen non excusaretur profectò à peccato, cum ipsa consuetudo, non solùm non excusaret peccatum, sed etiam ipsum peccatum aggrauaret, ut concludit, & probat Guil. Pepin in Euãgelijs quadragesimalibus, super Euangelio, Cum intrasset Iesus Hierosolymam, feria 3. post primam Dominicam quadragesimæ, col. 4. fol. paruo 36. & Discipulus in Sermone 30. finite vtraque crescere vsque ad messem, in litera E.

Imò isti certantes, dimicantes, seu pugnam committentes excommunicationis pęnam incurrerent, vt ex determinatione, decretoue eiusdem Concilij Tridentini facilè dignoscitur, in d. sessio. 25. cap. 19.

ARGVMENTVM.

Allegans turpitudinem suam non auditur, nisi animæ periculum immineret, etiam allleganti exceptionem contra regulam, ei incumbit onus probandi.

SVMMARIVM.

1 *Allegans turpitudinem suam non est audiendus, non tamen procedit vbi vertitur animæ periculum, num. 6.*

2 *Donare est perdere, maxime diuiti, si donans non sit Princeps, & furoris quædam species & prodigalitas, num. 3.*

4 *Donatio inter viuos, donatario conuenta non adimplente ipso iure reuocatur, si nõ erat donator alias donaturus.*

5 *Allegans turpitudinem sui authoris non auditur.*

7 *Pater vendens filium potest turpitudinem suam allegare.*

8 *Alleganti turpitudinem, quæ detecta reperitur, creditur.*

9 *Allegans turpitudinem suam contra Ecclesiam non auditur, secus verò in fauorem.*

10 *Alleganti specialitatem contra regulam incumbit onus probandi, & ratio quare, nu. 13.*

11 *Causa debet inseri, quando à regula receditur, vt actus iustificetur.*

12 *Victus quando ad expensas non condemnatur, causa inseri debet.*

14 *Regulæ sunt tenaciter attendendæ, nisi appareat in contrarium dispositio specialis.*

15 *Regulæ standum, donec probetur exceptio. Dicitur enim res certa pro eo qui habet regulam, & præsumitur pro regula, & fundanti in fallentia incumbit onus probandi.*

DECISIO LXVII.

1 ALLEGANS † turpitudinem suam, nõ est audiendus. l. mercedem. C. de condi. ob turp. cau. l. transactione. C. de transact. l. si creditoribus. C. de ser. pigno. da. manumis. & cap. inter dilectos, de donat. & ibi Glo. adducit alia iura concordantia, Thom. Ferrat. caute. 4. num. 5. Imo. in l. qui superstitis, ff. de acqui. hæred. & in cap. inter dilectos, num. 8. & 17. de donat. Alex. in l. iusiurandum, §. procurator, ff. de iureiur. Ioan. Maurit. Bolan. in tract. de testit. in integ. cap. 3. q. 4. num. 1. & seq. Tibe. Decia. consi. 18. Illustris, num. 189. volu. 1. & consi. 61. Non tenetur, num. 8. vol. 3. Corn. consi. 38. num. 14. vol. 1. & hoc procedit tam agendo quàm excipiendo. Ioan. de Imo. in c. cum super, num. 3. & 7. extra de conce. præben. & consequenter turpitudinem suam quis allegare non potest ad infringendam donationem, vt per Ioan. Francis. Paul. in trac. de visitatione, in 5. quęst. 2. par. num. 107. Anto. Ciosium consi. 19. nu. 12. vol. 1.

2 Quamuis † regulariter donare sit perdere, iactare, & dissipare suum. l. filiusfamilias, ff. de pact. & l. cum de indebito, ff. de probat. Bertran. consil. 193. Christi, nume. 122. volum. 5. consi. 157. num. 2. volu. 7. consi. 94. Quia post alia scripta, & consi. 122. volu. 8. & Pau. Castr. consi. 352. Curator datur, num. 5. volu. 1. Corn. consi. 36. num. 6. volu. 1. Dom. meus Marc. Anto. Eugen. consi. 3. num. 41. lib. 1. Maximè quando donaretur diuiti. Alber. in d. l. filiusfamilias, num. 9. ff. de donat. vbi hoc limitat nõ procedere in Regibus, & Principibus, quibus proprium est donare. Nam in cæteris ratio colligitur viuax ex textu Eccle. 33. literis aureis signando, teste Petro Gregorio Tholosano, Sintax. artis mirabil. lib. 23. cap. 6. de paterna in liberos œconomia, post princ. qui quidem textus sic inquit: Filio, mulieri, fratri, & amico ne des potestatem super te in vita tua, & ne dederis alij possessionem tuam, ne fortè pœniteat te, ne

fortè depreceris loco, quo ipsi te deprecari deberent: melius est enim, vt filij tui te rogent, quàm te respicere in manus filiorum tuorum.

3 Imò † donare est furoris quædam species, ita Socy.consi.73. num.18. volu.1. & est itidem prodigalitas etiam, teste Bertran. consil. 101. Super eo, num.5. volu.5. Beccius consi.41. num.19. & consi.52.nu.74.vol.1.

Sed hæc omnia limitantur vtiliter quidem nõ obtinere aliter locum, vbicunque donatio ipsa facta foret cum conditione hac, vt donatarius aliquid ageret, seu solueret ad vtilitatem donantis:
4 nam † donatio inter viuos reuocari potest, seu reuocatur ipso iure, si donatarius conuenta, & promissa non adimpleuerit, vt consuluit Bertr.consi. 333. Quamuis donationes, vol.8. & Nauar.consi. 1.nu. 18. de pact.lib.1.

Nam donatio facta alicui, vt aliquid faciat reuocari potest, vbicunque non erat donator aliàs donaturus: secus verò si discernatur, vel in dubio præsumatur fore aliàs donaturum, vt ita distinguendo firmat Alber. in l. si cum filiusfamilias, §. Titio decem, nu.1.ff.de dona.

5 Imo † allegans turpitudinem sui authoris, minimè tunc audiretur. l.filios. C.de reuoc. donat. & ibi Glo. Corn.consi.147. num.25. volu.1. nec turpitudinem suam allegans audiendus foret, etiam si hæres fraudem sui authoris detegere niteretur, vt per Corn.consi. 104.nu.5.vol.3.

6 Sed † hæc regula claudicat non procedere, vbi vertitur periculum animæ: tunc enim quis posset suam allegare turpitudinem, vt per Glo. in c.tertio loco, extra de probat. & in d.c.inter dilectos, & probatur in c.lator, & in c.consanguinei. de re iudi. vbi ponitur exemplum & traduntur per Docto. inibi aliæ limitationes, & Nauar.cum alijs iuribus per eum allegatis in consi.1. num.6.& 7. de corpo.vitiat.lib.1.

7 Secundò † claudicat etiam isthæc regula, vbicunque pater vendidisset filium: tunc quippe valeret allegare turpitudinem suam. l.1.& l.& si filium. C.de lib. cau. quod sincerè quidem admittitur fauore libertatis, vt per Glo.in d.l.1.sicut admittitur in l.interrogata. eo. tit. & de hoc mirandum non foret, quoniam admittitur pater ad allegandum, hoc casu, turpitudinem suam, nomine filij, cui præiudicare non potuit, & consequenter ad proponendum turpitudinem ipsam, quæ discernitur ipso iure nulla.

8 Tertiò † limitatur eadem regula, quando turpitudo reperiretur detecta: tunc enim posset allegari, vt per Doct.in varijs locis ex antesignatis, & per Franc. Vegium consi.15. In præsenti causa, num.2.vol.1: & sic turpitudo iam ab alio detecta alicuius tanquam spurij allegari similiter posset, secundum Barto. Pau. Castr. Ias.& alios vnanimi voto omnes in l.iusiurandum, §.procurator, ff. de iureiuran.

9 Quartò † coarctatur etiam, quòd licèt allegare nequeat quis turpitudinem suam, & pręsertim contra Ecclesiam: tamen secus esset in fauorem, vt per Glo. in cap.inter dilectos. extra de donat. Matth. Brun.consi.87. In causa, num.5.& 42.vol. 1.& latissimè per Riminal.iun. consi.62. Dubitatur, volu.1. vbi à num. 21. vsque ad 31. materiam hanc explicatam habes.

Quintò turpitudinem suam allegans in causa matrimoniali auditur, vt per Ioan. Andr. in cap. consanguinei, ext. de re iudi. & Cels. Hugon.consil.31. Pętrus, nu.9.

10 Nec non † allegTXT anti specialitatem contra regulam incumbit, etiam onus probandi: ex regula enim quis debet habere certam & fundatam intentionem. ita Bar.& Ias.in l.2.ff.si quis in ius vocat. non ierit. & in l.qui se patris, num.56. C.vnde liberi.

11 Et hinc est, † quòd quando à regula receditur, causa debet inseri, per quam actus iustificetur, vt est dictum notab.Innoc.in c.præterea, de dilatio. Oldr.consi.326. col.2.

12 Ideo † vbicunque victus non condemnatur ad expensas, quia est cõtra regulam, debet inseri causa, & allegari, ita Bald. in auth. generaliter. C.de episc.& cler. sequitur Dec. in cap.consuluit, il primo, de appell. & in l.14.not. C.de eden. & de regula hac vide quæ scribit Ias. in l.cætera.in princ. ff.de leg. & Ioan. Crot. in l.qui Romæ.§.duo fratres, col.19.ff.de verb.oblig.

13 Et † ratio, quare incumbat onus probandi allegTXT anti fallẽtiam, ea est, quia regula est de eo quod frequentius accidit. l.si suus, §.puto, vbi Glo. & Bar.ff.de hæred.instit.

14 Imò † regulæ sunt tenaciter attendendæ: nisi appareat in contrarium dispositio specialis, & sufficit vnicuique regulam habere pro se, vt per Ias. in l.fi.nu.14.C.de edic.diui Adria.toll.

15 Et sic denique † regulæ standum, inhærendumque est, donec probetur exceptio.l.1.ff.de testib. Glo.in l.omnis diffinitio, ff.de reg.iur. Barto.in l. ex quacunque, colum.1.ff.si quis in ius voc. non ierit, Craue.consi.25.num.8. Riminal.iun.consi. 234. Dominus Romanus, num.253.& seq.volu. 3. Ioan. Petr. Surdus cum alijs signatis per eum consi.20. Franciscus, nu.14. Cum res dicatur certa pro eo, qui habet regulam in sui fauorem, attestante Bart. col.1. & Ias.num.87. in l.post dotem, ff.solu.matrim. In tantum, quòd præsumitur pro regula, secundum Bar. in l.quoties, ff.si quis caut. & fundans se in fallentia, ei profectò incumbit onus probandi, vt per Bal. in l.si quis non dicam rapere, C.de episco. & cler. Riminal. iun. consi. 458. Ostendam, num.22.volu.4. Simon de Præt. consi.137. Fideicommissum, num.41.vol.1. Gozad.consi.50.num.10.

ARGVMENTVM.

Reo confesso debet dari breuis terminus aduersus confessionem, nisi essemus in capto in flagranti crimine, vel essemus in delicto notorio.

SVMMARIVM.

1 *Confesso aliqualis breuis terminus contra suam confessionem dari debet.& de ratione, nu.6.*

2 *Iudicis arbitriũ quantumcunque liberum, iuri æquitatique*

tatique

tatique consonum esse debet, nec sine legitimis indicijs ex eo quis torquetur.

3 *Iudex repertorum copiam non concedens, puniri potest.*

4 *Iudex plenum liberumque arbitrium habens in maleficijs, defensiones reo denegare nequit.*

5 *Bestijs ac animalibus brutis defensio competit.*

7 *Franciscus Carrafa primus inter alios Gubernatores prouinciales in Regno ad procedendum in modum libelli.*

8 *Reis in flagranti repertis, cum de facto puniri debeant, nulla defensio datur.*

9 *Latro, absque causæ cognitione, per Gubernatores prouinciales, sine repertorum defensionisque concessione, suspendi potest. Et quid in reperto in flagranti crimine, cum in atrocibus iuris ordo non seruetur.*

10 *Sententia & processus in notorijs, iuris ordine non seruato, etsi valeant, iudex tamen peccat.*

11 *Pronunciatio in notorijs non propriè sententia est, sed quædam iuris executio.*

12 *Criminosus notorius non appellat, sed lata sententia ad supplicium ducitur.*

13 *Reus criminis condemnatus non statim morti traditur, sed decem dies à sententia expectantur.*

14 *Notorium ordinem iuris non requirit.*

15 *Defensionibus suis, præsertim ante litis contestationem nemo renunciare potest. fallit tamen.*

16 *Termino sibi ad defensionem concesso in criminali, cur quis renunciare nequeat. ampliatur tamen & limitatur.*

DECISIO LXVIII.

1 CONFESSO † statim debet dari, concedique aliqualis breuis terminus aduersus confessionem suam, ita Maran. in tracta. de iudicijs.

Sed ipse in Regia Audientia Apuliæ asidens Auditor in anno 1585. & sequentibus, reis quibuscunque, tam sponte confessis, quàm alijs, mediante tortura, & consequenter confessis, etiam in tortura, illata ex præeminentia magnæ Curiæ Vicariæ, semper impartitus sui terminũ aduersus eorum confessionẽ, & confessiones, ad producendum quoque omnes & quascunque defensiones.

2 Et † si iudex habeat arbitrium, tamen illud debet esse iuri atque æquitati consonum. Riminal. iun. consi.88. nu.24. vol.1. etiam si illud habeat liberum, nõ tamen sine inditijs legitimis torquere poterit, idem Riminal. eod. consi. nu.30. tradidiq; insuper illis copiam, non solum suarum cõfessionum, sed etiam totius processus, & inquisitionis.

3 Nam † iudex non concedens copiam ipsam repertorum, puniri debet, vt per Marsil. consi. 56. num. 8. & 16. Giamma. voto 30. nume.20. Maran. in tract. iudiciorum, in 6.par.in 2.actu principali, num.329.

4 Et † quòd iudex habens plenum, liberumque arbitrium in maleficijs defensiones reo denegare vllo quidẽ modo posit, firmat Marsi. in l.vnius, §.cognitururum, num.47.ff.de quæst. Rolan.consi. 12. Vt ex themate, sub nu.45. vol.3. vbi patefacit

5 etiam, † bestijs itidem, & animalibus brutis defensionem competere, sicuti vidi contra varia, diuersaque animalia superioribus temporibus, tam in patria mea, quàm alibi formatas inquisitiones, & processus, & seruatis de iure seruandis illos sententialiter, & diffinitiuè terminatos.

6 Et † ratio quæ me adducebat ad hoc agẽdum, erat isthæc: quoniam confessio ipsa rei inquisiti potest reuocari per eum, vel per illius procuratorem, cum speciali mandato, asserendo huiusmodi confessionem manatam, extortamque formidine tormentorum, vt per Ancha.consi.24. Visa inquisitione formata, sub nu.4. vbi in facti contingentia ita obtinuisse recitat.

Imò dum commorabar in eadem Regia Audientia Auditor, de mense Aprilis 1584. & assumptus à D. Francisco Carrafa tunc Gubernatore prouinciali, tanquam delegato ab Illustrissimo, & Excellentissimo D. Prorege ad procedendum ad modum belli contra publicos latrones, disrobatores stratarum, & hostes suæ Catholicæ Maiestatis, assumentesque arma in campestria ad perniciem suorum vassallorum, vna die duntaxat, Angelo de Pucina Terræ Sancti Ioan. rotundi, & Donato Cestorino de Monderuino repertis, captisque in flagranti crimine, aggredientibus spoliantibusque homines iter facientes, intuli torturam, procuraui infra duas horas ratificationem confessionum, concessi terminum quatuor horarum eidem inquisitis ad se tuendos, publicationemque feci, ostendi informationes, & inquisitiones aduocatis & procuratoribus, & expedita denique citatione ad sententiam, ipsos reos condemnaui ad pœnam vltionĩ supplicij, prout die sequenti omnes prædicti condemnati extitere su

7 spensi in terra Foggiæ, † de ordine eiusdem D. Francisci Carrafæ, qui eius summo studio, & naturali solita vigilantia, in Regno primus fuit, inter alios Illustres Gubernatores prouinciales ad procedendum ad modum belli. vnde non immeritò decreuere superiores ipsam commissionem, & authoritatem Gubernatorum prouincialium procedendi ad modum belli perpetuò duraturã.

Et hoc statutum extitit per Principem, religio-

8 sè quidem, & ea ratione. † Nam reis repertis in flagranti crimine nulla debet de iure dari defensio, cum de facto puniri queant, secundum Glo. in l.ictus fustium, ff. de infam. cui innititur Rom. in repet.rubr. ff. de arbit. col.16. Bald. in l.vt vim, col.1. ff. de iusti. & iure, Fely. in cap. pastoralis, §. quia verò, sub num.15. versi. limita prædicta nisi reus esset repertus, de offi.deleg. & Afflic. in constit. iustitiarij non per Kalendas, nu.14.

9 Et consequenter † latro ex abrupto, nempè sine causæ cognitione per ipsos Gubernatores prouinciales, vel per alios quoscunque officiales specialiter ad extirpationem, & exterminationẽ delinquentium deputatos non aliter concessa ei copia repertorum, & defensionis, furca suspendi potest, ita And. de Iser. in constitu. pœnam eorum, qui contumaciæ, num.4. cum alijs seqq. versi. sed si ex abrupto confitetur quis de crimine coram iudice, Paris de Put. in tract. de syndicatu, in ver.

 latro,

latro, Lallus de Tuscia in constit. iustitiarij non per calendas, & ibi etiam Afflict. nu. 11. vbi concedit hoc indistinctè procedere in quolibet alio reo, comprahenso in flagranti crimine, vt ei tûc dari non debeat terminus ad faciendum, & proponendum suas defensiones, & sequitur Fely. in c. pastoralis, §. quia verò, sub nu. 15. ver. limita præ dicta, nisi reus esset repertus in flagranti crimine, de offic. deleg. In atrocibus enim re ipsa non seruatur aliter iuris ordo de necessitate, vt per Neuizan. consil. 68. Deus noster, nume. 22. cæterùm tutius foret tam latroni, quàm cuicunque alteri reo, in flagranti crimine deprahenso, ac etiam sponte confesso, vt concedatur aliqualis breuis dilatio, cum copia suæ confessionis, & totius inquisitionis, & quòd audiatur eius aduocatus an-
10 te sententiam in iure, & in facto. † Quia & si sententia, & processus formatus in notorijs, non seruato iuris ordine, valeat, & teneat, nihilominus iudex tunc peccaret, teste Io. Andr. in c. vestra, de cohab. cler. & mulier. & Inno. in c. tua, eodem tit. & ita firmat etiam Marsil. in singula. 511. notoria sunt magnæ importantiæ, post princ.

Vnde proferens tunc sententiam, statim illam
11 executioni demandare valet: † quoniam pronûtiatio in notorijs nô propriè sentêtia est, sed quędam iuris exequutio, secundùm Inno. in c. ex parte, il primo, ext. de verborum signific. & Marsil. in pract. crim. §. secunda, num. 47. & in rub. nu. 199. C. de probationib.

Et sic sententia ipsa lata in notorio crimine sta
12 tim mandatur executioni, † & criminosus notorius non appellat, sed statim lata sententia ducitur ad supplicium, & ad furcas, l. addictos, C. de epi. aud. & ibi Bal. Ang. Sal. Rapha. & alij omnes, & rationem assignat Marsil. sing. 659. notû satis.

13 Est bene verum, † quòd reus criminis condemnatus, regulariter non debet statim tradi morti, sed debent expectari decem dies post latam sententiam, vt per Bar. Bal. Ang. Saly. & cæteros omnes in d. l. addictos, Rom. in l. 1. ff. de re iud. Bald. Ang. & Io. de Imo. in l. qui à latronibus, §. 1. ff. de testam. & Fely. in c. quærenti, num. 3. de offi. delega. vbi tollit, remouetque omnia contraria, & commemorat istam esse communem opin.

14 Et sic † factum notorium non requirit ordinê iuris, c. super, de testibus, & cap. quoniam, de filijs presby. & Marsil. in sing. 659. satis notum in iure, Imò in notorijs frequenter quidem receditur à regulis iuris, vt per Marsil. in l. patre, vel marito, colum. 12. & in l. pe. col. 1. ff. de quæstionib.

15 Et † licet nemo possit renunciare defensionib. suis, & præsertim ante litem contestatam, secundum Glo. & alios omnes Docto. in l. pactum inter hæredes, ff. de pact. Paris de Put. in tract. syndi. in ver. latro, ver. quia supra, nume. 7. Marc. Mant. consi. 266. num. 4. & Io. Bapt. Palomb. in tract. seu compendio de regimine officialium, regu. 1. sub nume. 142. cum alijs seq. tamen Ias. sub nume. 13. cum alijs seqq. & d. l. pactum inter hæredes, hoc limitat, vtiliter quidem in sex casibus: sed vbicunque inquisitus, carceratusque reperiretur ita innocês, vt nulla egeret defensione, vel si foret ita côuictus, vt frustra laboraret in se tuendo, ex quo latro foret, tunc si renunciaret defensionibus pe nes acta, assereretque etiam nullam aliam haberé defensionem, & proinde côtentari causam expediri ex eisdem actis, posset iudex illam tuta conscientia terminare, vt aduertit Paris de Put. in loco prçcitato, & Io. Bap. Palom. in loco antesignato, & ita in facti contingentia aliàs infinitis prope vicibus in varijs, diuersisq; causis, vt Auditor obseruaui in sacra Regia Audientia Barensi, & in Regia Audientia Apuliæ annis superioribus.

16 In tantum, † quòd regulariter quis non potest defensionibus suis renunciare, & sic termino sibi concesso ad defendendum in causa criminali, ita Glo. in l. pactum inter hæredes, & legatarium, in versi. cùm liceat, ver. item pactum, ne quis se defendat in quæstione status, & ibi Bart. & Ias. ff. de pact. Marsil. in l. 1. §. fin. nu. 92. ff. de quæst. in prac. crim. §. examinanda, Bald. in auth. iubemus, C. de iudic. & in rub. ext. de pact. col. pen. vers. per pactum, Ang. in tract. maleficiorum, & ibi Aposti. in versi. qui iudex statuit terminum, vers. vltimo, Barbat. in c. significante, colum. 2. de appell. Fely. in c. quærenti, sub num. 4. versi. & ista fallentia, de offic. deleg. & in c. pastoralis, §. quia verò, sub nume. 15. vers. ad idem est glo. eod. tit. & Ioan. Bapt. Ferret. cons. 300. In causa Calistana, nu. 2. vol. 2. & istorum opinio digestè quidem communis est.

Et ratio percommoda assignari posset illthæc, quoniam nemo profectò reperitur, extatq; suorum membrorum dominus. l. liber homo, ff. ad l. Aquil. & Fely. in cap. pastoralis, §. quia verò, post prin. de offic. deleg.

Quæ quidem communis est adeò vera, vt meritò amplificetur etiam per Bald. in l. 1. colum. 15. C. de confess. & per Fely. in c. cùm venissent, col. fin. de testib. quod hoc verum sit, etiam si reus in huiuscemodi renûciatione apponeret iuramêtû.

Sed hoc re ipsa claudicat, vbicunque reus spôte confessus foret delictum: tunc enim potest rênunciare defensionibus suis, & valet renunciatio. ita Bal. in l. accusatoribus, colum. 1. C. de accus. & in l. fi. C. de dilat. & in l. 1. col. 23. vers. super quinto, C. qui accus. non poss. Marsil. in l. vnius, §. cogniturum, col. 12. ver. fallit tamen, de quæstion.

Limitatur etiam secundo loco eademmet communis sententia, vt reus ipse defensionibus suis renunciare nequeat, vbicunque pœna corporalis, vel sanguinis imponenda foret, aliàs secus, vt per Aret. consil. 146. colu. 3. Ias. in l. si quis in conscribendo, num. 18. C. de pact. Fely. in c. cùm venissent, col. pen. de testib. & Marsil. consil. 43.

ARGVMENTVM.

Clausula, appellatione remota, non pôt apponi nisi à Papa, vel Imperatore, & quid operetur.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, appellatione remota, ab inferiore à Papa, vel Imperatore, etiam per legatum de latere poni non potest, de ratione, num. 2.*

Clau-

3 *Clausula, appellatione remota, operatur vires suas, vt sententia mandari executioni possit, non obstante appellatione.*

4 *Clausula, appellatione remota, licèt in rescripto Principis operetur, vt censeatur sublata appellatio ad effectum suspensiuum, non deuolutiuum; tamen in literis conquestus, quæ per contradictas expediuntur, & in alijs rescriptis, quæ non conceduntur ex certa scientia, talis clausula nihil operatur.*

5 *Clausula, appellatione remota, non tollit appellationē, quam appellans offert incontinenti iustificare.*

6 *Clausula appellatione remota, operatur solùm respectu comprehensorum in rescripto, non autem respectu tertij non comprehensi.*

7 *Tertius pro suo interesse appellare potest à sententia lata contra alium, non obstante clausula, appellatione remota.*

8 *Statutum remouens appellationem respectu instrumēti confessionati, non censetur propterea remota appellatio respectu tertij pro suo interesse cōparētis.*

9 *Clausula, appellatione remota, licèt tollatur ius appellandi, tamen vbicunque sententia reperiretur euidenter, notorieq; iniusta, vel nulla, non intelligeretur mō aliquo remota nullitas, neq; appellatio.*

10 *Clausula, appellatione remota, non discernitur aliter contra ius in totum, cùm non auferat penitus appellandi facultatem, sed re ipsa admittatur appellatio ex causa.*

11 *Clausula, vt de nullitate dici non possit, declaratur.*

12 *Clausula in rescripto Principis, vt delegatus procedere queat denegata audientia, licèt tunc tollatur appellatio quò ad omnem effectum, etiam per viā querelæ, & recursus, tamen declaratur.*

13 *Clausulæ, appellatione remota, plurimi varijque effectus.*

14 *Clausulæ, appellatione remota, in rescripto inferioris à Papa, vel Imperatore apposita, non operatur tūc, tam de iure Ciuili, quàm Canonico remotionem appellationis.*

DECISIO LXIX.

1 CLAVSVLA, † appellatione remota, non potest poni per inferiorem à Papa, vel Imperatore, etiam per legatum de latere, vt per Glo. & Abb. in c. super quæstionum, de offi. deleg. Glo. in c. quò ad translationem, de offi. lega. Spec. tit. de leg. §. nune ostendendum, ver. 14. Bal. in rub. C. de prec. imper. offer. Saly. in l. fin. C. quor. app. non recip. Ang. Ale. & alij omnes iuris interpretes vniuersaliter in l. nemo potest, ff. de legat. 1. Marsil. cons. 49. num. 70. volu. 1. & Dec. in c. sicut Romana, num. 6. cum alijs seqq. de rescript. & in c. pastoralis, nu. 10. cum cæteris seqq. de app. vbi ampliat præsentem opinionem communem in tribus casibus, & communem re ipsa vocat Marcus Mantua, & sequitur in d. c. sicut Romana, num. 3. & seq.

2 Et ratio ea est, † quoniā tolli potest per Principem solum. l. 1. §. fi. ff. à quib. app. non licet, & l. 1. §. interdum, & ibi Bart. & omnes alij iuris interpretes, ff. quib. appellare non licet, & idem Bart. in l. fi. col. 1. C. de sent. & Spec. de appellationib. §. in quibus, & Dec. in d. c. pastoralis, nu. 10. de appell.

3 Et † isthęc clausula operatur vires suas, vt sentētia mandari executioni possit, non obstante appellatione. c. pastoralis. §. prætereà, de offic. deleg. Panor. in c. super eo, eodem tit. Doct. omnes in c. pastoralis, de appell. Hierony. Zannett. de differē. iuris Ciui. & Cano. nu. 98. cum alijs seqq. in prima differentia, & Concilium Tridentinum, 25. sessio. de regularibus, & monialibus, c. 13. vbi tradit facultatem plenissimam Episcopis componendi controuersias omnes de præcedentia, in processionibus publicis, tam inter regulares, quàm seculares ortas, omni appellatione amota, & nō obstantibus quibuscunque.

4 Et † præsens clausula, appellatione remota, licèt in rescripto Principis operetur, vt censeatur sublata appellatio ad effectum suspensiuum, non deuolutiuum, tamen in litteris conquestus, quæ per contradictas expedīūtur, & in alijs rescriptis, quæ non conceduntur ex certa scientia, talis clausula nil operatur, vt per Put. decis. 324. li. 2. & per Peregrinum Fabium decis. 5. aliàs 71. tit. de appel. & per D. Quintil. Mandos. in addi. Lapi, alleg. 121. sub littera F, vbi memorat ita aliàs obtinuisse in facti contingentia in Rota. quid igitur in rescriptis importet talis clausula, explicat Thom. Doccius consil. 166. num. 5.

5 Necnon † pręsens clausula, appellatione remota, minimè tollit appellationem, quam appellans offert incontinenti iustificaturum, vt per Gl. vniuersaliter ab omnibus receptam in c. suscitata, in ver. sententia, de in integrum restit. & quomodo tunc intelligatur huiusmodi probatio fieri incontinenti, & quo termino, atq; spatio, & dilatione, explicauimus cum suo cōmodo apparatu in decis. dictio, incontinenti.

6 Imò † clausula hæc, appellatione remota, operatur solùm respectu compræhensorum in rescripto, non autem respectu tertij, non compręhēsi: ita Pereg. decis. 3. lib. 2. & Lap. in d. allegatio. 121. quantum, sub num. 4. & ibi D. Quintil. Mandosius in additione, in litera G, cum alijs coaceruatis per eum.

7 Et † sic tertius pro suo interesse appellare potest à sentētia lata contra alium, nō obstante clausula, appellatione remota, vt per Bart. in l. 1. §. fin. nume. 4. ff. quib. appellare non licet, & per Doct. omnes, & potissimum Dec. num. 27. in capit. super eo, de offi. deleg. & præsertim ibi Siculus, vbi

8 concedit † etiam appellari posse per tertium ab executione instrumēti guarentigiati, licèt per statutum ab ea prohibeatur appellatio, & sic statutū remouens appellationem, respectu instrumenti confessionati, non censetur remota appellatio respectu tertij comparentis pro suo interesse, & facit Glo. in l. creditor. ff. manda. & no. Ioā. de Imo. in clemen. 1. de re iud. & Abb. & Dec. num. 29. in d. c. super eo.

9 Et † quamuis per huiuscemodi clausulā, appellatione remota, tollatur ius appellandi, tamen aduerte, quod tunc, nō obstante clausula hac, vbicunq; sententia reperiretur euidenter, notorieque iniusta, vel nulla, non intelligeretur modo aliquo remota

mota nullitas, neque appellatio. c. inter ceteras, & ibi omnes iuris interpretes, & præsertim Fely. de re iud. & Glo. in cap. ex conquestione, in ver. post appellationem, de restit. spol. Dec. cons. 49. præstantissime Doctor, num. 2. Vital. in tract. clausularũ, in ver. nil nou. nullit. penden. Philip. Fran. in c. dilecto, colum. 13. de appell. & Put. decis. 44. lib. 3. vbi firmat, quòd clausula, appellatione remota, nihil operatur, vbicunque quis notoriè grauatur, & sequitur Abb. cons. 44. colum. 2. volum. 1. & Capuraquens. decis. 33. appellatione remota, li. 1. vbi concedit, clausulam istam, appellatione remota, non remouere aliter appellationem, quãdo sententia foret manifestè iniqua, vel notoriè iniusta, & de hoc mirandum non est.

10 Quoniam † præsens clausula, appellatione remota, non discernitur aliter contra ius in totum, ex quo illa non aufert penitus, & omninò appellandi facultatem, cùm re ipsa admittatur appellatio tunc ex causa, vt discurrit Fely. in c. nonnulli, sub num. 17. de rescrip.

Nam clausula ipsa, appellatione remota, intelligitur sincerè quidem de friuola: secus si iuridica interueniat, quę nullatenus remota tunc videtur, vt per Ang. de Gambilionibus Aret. cons. 95. nu. 21. vol. 1. Iacob. Berretta cũ cumulo Doctorum congesto per eum cons. 61. Cum dispositio, nu. 5. vol. 1. Riu. consi. 1. nu. 16. vol. 4. & ita aliàs iudicauit Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ, in anno 1583. in causa tunc vertente inter aliquos de Terra Mottæ, & Sancti Marci.

11 Et † licèt hæc omnia claudicent non sortiri aliter locum, vbicunque extaret, reperireturque apposita altera clausula, quòd de nullitate dici non possit, tamen aduerte, quòd illa similiter recipit interpretationem, prout illiusmet clausulæ odor excitatissimus, substantia, & intellectus redundat, ex aurea decis. D. Oradini præcept. mei, 74.

12 Et † quamuis coarctentur etiam prædicta omnia minimè procedere, vbicunque apposita similiter sit in rescripto Principis alia clausula, vt delegatus procedere queat denegata audientia: tũc enim denegata audientia ipsa, penitus, & omninò re ipsa tollitur appellatio quò ad omnem effectum, etiam per viam querelæ, & recursus, vt per Ale. & alios indiscriminatim in l. 1. §. sublata, ff. ad Trebell. & Fely. in c. intelleximus, colum. 6. de iudic. nihilominus tamen Dec. nu. 14. & seq. & Marc. Mant. num. 8. in d. cap. sicut Romana, attingunt intimos, realesque sensus huiuscemodi clausulæ, taliter quòd non ita simpliciter, & ieiunè apud doctos viros, & in otio litterario versatos, & cõsummatissimos venit interpretãda isthęc clausula, & quælibet alia similis, vt iacet, ne iacturam animæ afferat, & denique nullam profectò incolumitatem obtineat. ideò cùm Princeps res suas, suorumque vasallorum satis aptas, explicatas, expeditas, optimè constitutas, & nullis difficultatibus implicatas tradiderit iudici, vt periculo, labori, & molestiæ nequaquam esse possint ei, meritò ergo iudex ipse tunc tenetur aperire aures, vt videat, & simul intelligat turbam Doctorũ magnam, quã dinumerare nemo potest, quæ ab vsu rerum imperita, & experientia, seu consciẽtia potius carens, sed solummodò fręta in crumena S. Antonini, in vltimum discrimen, in miserandum statum, & in hanc omnium deterrimam, omnibusque miserandam conditionem se, suosq; adduxit: itaque si ducem, auctorem, & moderatorem Deum, & legem habuisset, non ira grauiter errasset, ideò non mirandum est, dum hæc hac misera nostra tempestate siue oculis intueor, & ad memoriã reduco, totus in luctu versor, assidueq; fluunt ex oculis lachrimæ & comes mihi vbique luctus est.

13 Alios † verò quamplurimos effectus huiusmet clausulæ, appellatione remota, vtilissimos quidẽ discurrit pleno nempe cornu Philipp. Franch. in d. c. pastoralis, de appell. Lap. in allegat. 121. sub nu. 3. cum alijs seqq. Vital. in tract. clausularum, in ver. clausula, appellatione remota, Dec. in c. sicut Romana, num. 11. cum alijs seqq. de rescrip. & Ripa, nu. 3. & seqq. & Fely. in d. c. nonnulli, sub nume 17. & seq. de rescrip.

14 Et † licèt aliquando apponatur præsens clausula, appellatione remota, etiã in rescripto inferioris à Papa, vel Imperatore: tamen aduerte, quòd tunc illa, tam de iure Ciuili, quàm Canonico non operatur vllo modo remotionem appellationis, nisi interlocutoria, & præsertim si ex tunc foret friuola, & non aliter, vt per Glo. Bar. Saly. & alios omnes conformiter in l. fi. C. de senten. & interlo. om. iud. Hostien. in sum. de appell. Ant. de Butr. in d. c. pastoralis, Iaffred. Lanfran. cum alijs aggregatis per eum, decis. 463. Clausula, appellatione remota, Dec. in c. sicut Romana, num. 11. & seq. & Marc. Mant. nu. 6. de rescrip.

ARGVMENTVM.

Quod dicatur iustum pretium, & quomodo probatur iustum pretium, & valor rei. Et vtrum per alia instrumenta emptionum & venditionum possit probari iustum pretium.

SVMMARIVM.

1 *Pretium iustum & verum, quod sit.*
2 *Valor rei per vicinos qualiter probetur, & quomodo per testes. num. 3.*
4 *Res tanti valet, quanti vendi potest, regula, quomodo intelligatur.*
5 *Pretium rei per instrumenta venditionum pluries diuersis pretijs & temporibus factarum minimè probatur.*
6 *Valor rei per instrumenta non veterum emptionum probatur, sed de præsenti.*
7 *Valor secundum tempus præsens, non autem pręteritum probatur.*
8 *Valor beneficij de tempore impetrationis, non autem de antiquo probari debet.*
9 *Actori aliquid alleganti ad sui fauorem onus probandi incumbit, nisi pro eo præsumptio extet.*
10 *Præsumptionem iuris pro se habens, ab onere probandi releuatur, secus in præsumptione contra se.*

4.

DE-

DECISIO LXX.

1 PRetium † iustum, & verum illud dicitur, quod cōmuniter ab omnibus reperitur: nō autem ab vno, vel duobus emere volentibus, secundum Glo. Cyn. Barto.& alios communiter in l.2. C. de rescind. vend. Io. Campeg. in trac. de testib. reg. 321. quomodo probetur, in prin. Ang. Alex. Raph. & alios in l. qui Romæ. §. cohæredes, ff. de verb. oblig. & Papiens. in sua pract. in forma libelli in causa venditionis, in vers. seu §. Pro pretio florenorū centum, nu. 5. vbi aduertit insulsam, inutilemque fore illam testium depositionem, qui asseuerat, quòd ipsi tanti emerent rem, de qua agitur: quoniam depone re nempe tenentur, vt cōcludant, quod communi æstimatione tantum valet res ipsa: ex quo pretium iustum, & verum nuncupatur, quod communi æstimatione probatur iustum, teste Bal. in d. l. 2. colum. antepen. & fin. Et hinc est, secūdum

2. Bal. ibi, † quod valor rei probatur per vicinos asserentes, quod omnes cōmuniter emerent pro tanto, non quod ipsi emerent, & hoc idem firmat Barto. in l. filius, §. si quid alicui, in fi. ff. de leg. 1. Quare valor terrarum probari potest per testes asserentes articulum verum, quia vicini, ita Gom. in regu. 246.

3 Imò † valor probatur quoque, quoad effectum liquidationis fructuū per testes arrendatarios deponentes, quòd fructus tantum possunt valere, secus quoad effectum regulæ de valore. ita Cardin. Put. decis. 11. lib. 1.

Probaturque denique rei valor per testes, qui absque ratione deponerent, etiam non interrogati, vbicūque res esset talis, cuius valor etiā grossis cognitus extaret hominibus, vt frumentum. ita Bal. in l. solum. colum. 11. C. de testib. sed hoc procedit, vt testis probet, etiam si non interrogatus nullam assignet causam scientiæ, siue deponat super valore fundi, siue super valore aliarum rerum, vt firmat Fely. in c. ad aures, sub num. 17. vers. an autem tales testes debeant assignare causam dicti sui, de rescrip. Io. Campeg. in tract. de testib. reg. 321. in 3. ampliat.

4 Et licèt vera sit illa regula iuris, † quòd res communiter tantum valet, quātum vendi potest. tex. est in l. si seruus, la 2. in prin. & ibi Glo. in ver. conuenit, & Bar. in 3. notab. & alij vniuersaliter, ff. de cond. furt. & Ias. in §. plus aūt, nu. 11. Inst. de act. tamen ea non venit ita simpliciter, & nudè intelligenda, sed necessariò recipit vndecim interpretationes, & omnes quidem vtilissimas, quas discurrere, trutinareque videtur Bertach. in suo repert. in ver. res. & ibi Apostil. & vnam refert Papiens. in d. pract. in forma libelli, in causa venditionis, in ver. pro pretio florenorum centum, sub num. 5. & alterum recensuit Ias. in d. §. plus autem, sub num. 11.

5 Nec † pretium rei probatur per instrumenta venditionum pluries factarum diuersis pretijs, & diuersis temporibus. ita Bal. in l. 1. colum. fi. C. de sent. quæ pro eo, quod inter. profer. & ibi Pet. de Su. & in d. l. 2. & ibi etiam idem Bal. Quia ex temporis varietate variantur quoque rerum pretia. l. pretia rerum, ff. ad leg. Falc. Bar. in l. in confirmando, ff. de confirman. tuto. & in l. si quis adul. C. de adul. & Bald. in l. 1. in fi. C. de fruc. & li. expens. Et sic instrumēta ipsa de rebus vicinis, prædictarūq; rerum vicinarum minimè probarēt communem earumdem æstimationem, secūdum Cagnol. cū alijs coaceruatis per eum, in d. l. 2. sub nu. 233. C. de rescind. vend. vbi prorumpit istam esse communem opinionem.

Sed vbicunque instrumenta ipsa non de longinquo tempore præterito, verùm de proximo reperirentur celebrata, tunc non præsumeretur ad probandum valorē mutatus valor ipse modo aliquo:

6 † Et sic per instrumenta non veterum & antiquarum emptionum olim factarum: sed de præsenti, probatur dubio procul rei valor, vt concedit ita distinguendo Bal. in d. l. 1. seu vnica, nu. 64. C. de sent. quæ pro eo, quod inter. & faciunt notata in d. l. 2. C. de rescind. vend. & notata per Gl. Bart. Bal. & alios in l. ex persona. C. de probat. & ita in proprijs terminis consuluit Cephal. consil. 261. Magnifica, sub nu. 15. in fi. cum alijs sequen. vol. 2. & ita aliàs iudicauit sacra Regia Audientia Barensis in facti contingentia in causa quorundam de ciuitate Iuuenatij in anno 1589.

7 Vtpote quia † valor secūdum tempus præsens probatur: non autem præteritū, secundum Bar. in l. cum emptor, §. fi. ff. de dam. infec. & in l. non intelligitur, §. diui, ff. de iu. fis. Bal. in d. l. 2. C. de rescind. vend. Alexan. cons. 72. inspecto, num. 14. volum. 1. & Mis. decis. 283. vbi concludit in nota-

8 bili casu, † quod valor beneficij, debet probari de tempore impetrationis, nō de tempore antiquo, & sequitur etiam Ant. Ciofius consi. 28. Proponitur, num. 1. cum alijs seqq. volum. 1. vbi discurrendo super rescissione contractus, concedit læsum, seu deceptum, proponentem læsionem teneri necessario, & præcisè probare æstimationem illius temporis, quo contractus initus, celebratusque fuerit.

Et modum probandi valorē ponit vtiliter quidem Gom. in reg. 467. Et valor beneficij quomodo probetur, affabrè discurrit Guido decis. 25. Et valor secundum communem stylum Rotæ, quomodo etiā probetur, explanat, & resoluit Achil. de Grassis, decis. 333. & 16. alios modos, quibus probetur valor rei, discurrit Io. Campeg. in tract. de testib. reg. 321. Quomodo, per totum.

Et interrogatus à quodam Illustri meo cliente de mense Augusti 1582. vtrum instrumenta de emptionibus factis eodem ferè tempore, & loco vno pretio, & alia celebrata eodemmet penè tempore, & loco alio longè minori pretio venditionis rei fideicommisso subiectę per vnum ex fideicommissarijs non interuenientibus nec vocatis alijs cohæredibus, & fideicōmissarijs, factæ eidem emptori, probarent verum, & iustum ipsarum primo loco venditarum, & emptarum rerum valorem: respondebam, ut aliàs ad propositum probaueram, talem venditionem viliori pretio factam, fuisse fraudulentam, & instrumenta à principio confecta maioris pretij probauisse, & probare iustum,

stum, & verum rei pretium, non obstante confessione ipsius fideicommissarij contraria.

Nam cõfessio super valore, & iure alterius non præiudicat venienti ex iure proprio, sed requiritur plena probatio. ita Pereg. decis. 46. lib. 3.

9 Et quamuis † actori regulariter aliquid allegãti, proponentiq; ad eius fauorem incumbat onus probandi, secundum Abb. in c. constitutus, nu. 2. & ibi Apostil. cum alijs coaceruatis per eum; & præsertim dicenti, vel excipienti beneficium acceptatũ non cadere sub gratia expectatiua incumbit onus id probandi. ita Card. Put. decis. 259. lib. 1. nec non asserenti se nominatum incumbit etiã onus probandi priuilegium conferendi, ultra sex beneficia curata in nominatione, secundum Fab. decis. 28. lib. 2. tamen vbicunque præsumptio extaret prò actore, succumberet absque scrupulo aliquo reus, vt firmat Guliel. Redoanus in tracta. de spolijs ecclesiast. quæst. 9. §. quid dicendum in tanta contrarietate, nu. 1. cum alijs seqq.

10 Et hinc est, † quòd habens iuris præsumptionem pro se, semper releuatur ab onere probandi: verùm tunc iuris præsumptionem contra se habens, tenetur necessariò probare. ita Abb. & Fel. in d. c. constitutus, quorum opinionem asseuerat communiter receptam ab omnibus Hierony. Gigas in trac. de pension. ecclesiast. q. 9. num. 9. cum alijs seqq. vbi infert ad varios casus, & quæstiones vtiles, & necessarias: in tantum quòd actor habẽs iuris præsumptionem pro se, in eo quod allegat, transfert onus probandi in aduersarium, teste Felyno in c. 3. sub nu. 14. de probat.

ARGVMENTVM.

De declaratoria vsus, vel non vsus testium, quomodo sit facienda ad euitationẽ falsitatis. Et si debet & potest fieri in causis criminalibus.

SVMMARIVM.

1 *Testium super vsu, vel non vsu declaratio, quomodo facienda, ne producens faciat ipsos in falsi pœnam incidere.*

2 *Terminus partibus per iudicem statui debet, an vti velint testibus.*

3 *Testium super vsu tam in ciuili quàm criminali examinatorum, an quis declaratione facere teneatur.*

4 *Falsis literis, seu testibus vtens, quando puniatur & quando non, & nu. 6.*

5 *Testes falsum deponentes in criminali possunt nulla facta declaratione super eorũ vsu de falso puniri.*

DECISIO LXXI.

1 Declaratio † super vsu, vel non vsu testium, ad euitandum, ne producens faciat testes ipsos incidere in pœnam falsi, ita caute facienda est, quòd declarans dicat, nolo vti talibus testibus, quia non sunt aliter necessarij, ita Vrsillus in addit. Afflicti, in decis. 198. nu. 4. & facta huiuscemodi declaratione per producentem requisitum ad declarandum, declarando vt supra, nolle vti testibus, nec eorum depositionibus, non possent tunc ipsi testes accusari de falso, vt firmat, & amplè probat Cauensis in Pragm. Testem falsum, nu. 13. imo principalis etiam, qui produxisset in iudicio articulos, & testes falsos, & aduersario suo protestante tunc falsitatem, requirenteque declarationem fieri circa vsum testium renuntiando vsui eorundem testium, euitaret similiter pœnam falsi, ita Capic. decis. 67. in causa magnifici Annibalis, num. 7. cum alijs seq. Bal. in l. fi. C. si ex fal. instru. in fi. & Cauens. in d. Pragm. Testem falsum, nu. 9. vbi meminit ità communiter practicari in Regno, per tex. ibi, prout re ipsa hoc quotidie obseruatur.

Et ratio ea est: quoniam remoto vsu, per quem pœnæ adscribitur, remouetur quoque pœna vsus ratione incursa: quia omnis res per eas causas dissoluitur, per quas nascitur. c. 1. de reg. iu. in antiq. l. nihil tã naturale, & l. ferè quibuscunque, ff. eo. l. prout, ff. de solu. cũ his quæ habẽtur per Abb. in d. c. 1. & per Dec. & Cagn. in d. l. nihil tã naturale.

2 Et sic † non solum requiritur instantia partis in iudicio, vt eius aduersarius declaret an velit vti testibus, sed etiam debet sibi per iudicem stabiliri terminus ad declarandum, vt per Bar. in l. diuus, la seconda, ff. de fals. & Ang. Aret. in tract. de malefi. in ver. falsario, col. 7. ver. cautela est, Saly. in l. si falsos, C. de fal. & Scaglionem, in Prag. Testem falsum, col. 2. sub versi. declaratio debet fieri. Et ita in facti contingentia in causa vertente inter aliquos Terræ Mottæ in Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ, Comitatusque Molisij, in anno 1583. ex quo in ea non apparebat dilationis concessio, ad declarandum super vsu testium, acta extitere tunc declarata nulla.

Vnde, vt quis propter vsum testium puniatur, necesse est, quòd prius interrogetur, an velit vti testibus ipsis, & respondeat, quod sic, vt per Foller. in sua pract. in Glo. item quod commisit falsum, & ita obseruatur in practica.

3 Sed pulchrum est in præsentiarum disquirere, num † quis super vsu prædicto testiũ, tam in causis ciuilibus, quàm criminalibus examinatorum declarationẽ facere teneatur? & conclude, quòd in Regno extat Prag. Testem falsum, quæ atrestãte Ioan. Vincen. de Anna in allegatio. 2. in causa syndicatus, num. 1. cum alijs seqq. loquitur in causis ciuilibus, vt in illis quis obnoxius sit ad partis instantiam, & dato termino, declarare super vsu suorum testium, & scripturarum, vt per Cauens. Scaglion. & Gramma. ibi, & Afflic. decis. 189. In causis verò criminalibus non est aliter necessaria talis declaratio, & nunquam vidimus illam peti, nec fieri ad partis, vel fisci instantiam, pro ut de iure tunc facienda re ipsa non est, teste Ioan. Vincen. de Anna in d. allegat. 2. vbi recensuit ita in facti contingentia decisum extitisse in sacro Collaterali Consilio, & sic etiam de præsenti mense Februarij 1587. iudicatum fuit in Ciuitate nostra in Curia Reuerendissimi D. Archipresbiteri Sancti Pauli ad fauorem Reuerendi D. Siluestri de Sbalestra, Canonici dictæ Ecclesiæ, me patrocinante. Imò iudex inquirens ex officio minimè

possset

possèt huiuscemodi declarationem petere super
vsu testium, vel scripturarum, teste Claro post Ri
minal. citatum per eum in pract. criminali, in §.
falsum, sub ver. vtens dicto falsi testis, lib. 5. Est
bene verum, quòd Mediolani viget statutum im
ponens pœnam extraordinariam in criminalibus
producenti scripturas, illisque vtenti, teste Boss.
in pract. crimin. in titu. de falso, sub num. 115. &
seq. vbi concedit etiam, quòd producens testes,
vel instrumenta in criminalibus, potest abstinere
ab vsu, euitareque pœnam.

4 Quoniam † falsis literis vtens, non est culpan-
dus cognita falsitate, si postea non vtitur. c. dura
sæpe, de crimine falsi. & tunc falsitas testium pro-
ductorum, vt non noceat producenti, debet per
eum protestari, quòd aliqua falsitate vti non in-
tendit, vt per Corn. consi. 223. Videtur, vol. 2.

Et sic denique de iure communi talis declara-
tio fieri non debet, nec ad partis, nec ad fisci in-
5 stantiam in criminalibus causis: nam eo ipso, † quod
testes falsum in illis deponunt, possunt nulla fa-
cta declaratione super eorundem vsu puniri de
falso, nec non scienter vtens falso instrumento, te
netur etiam pœna falsi, vt per Ang. in Auth. de nõ
alien. §. quia verò, il terzo, col. 11.

Sed ne obscuritas, etiam tantula quidem rema
6 neat in præsenti re, animaduerte, † quòd omnia
hactenus discussa, ac trutinata, habent re ipsa lo-
cum, vt pœna euitetur super non vsu testium, &
scripturarum, protestatione, & declaratione fa-
cta, vbicunque vsus est simplex, & bona fide ema
natus: verùm vbi falsitatis fabricatio, vel instru-
ctio admixta extat, tunc nullatenus euitatur, etiã
si millies renunciasset. casus est in d. l. si falsos, vbi
concedit non immeritò quidem Cyn. & Saly. quod
si quis testes, vt falsum deponerent corruperit, li-
cèt postea ab vsu desistat, & illi expresè renun-
ciet, non ob hoc pœnam euitat, pro quo facit tex.
in l. 3. ibi, & siue impetrauit, vbi Glo. ff. quod quis
que iur. vnde si quis falsum fecerit articulum, vt
testem ad falsum deponendum induceret, vel te-
stem ad falsum instruxerit, vel falsam, aut ipse, aut
ab alio fieri fecerit scripturam, licèt postea eius
vsui renunciauerit, falsi tamen pœnam non eui-
tat: quia præter vsum, falsitatis instructio, ac fa-
bricatio adest, tex. est in d. l. si falsos, vbi Bar. Bal.
& cęteri vniformi concursu omnes, & facit etiam
alter tex. in l. si is cum quo, ff. de aqua plu. arcen.
& quæ scribit Afflic. in constit. qui falso.

ARGVMENTVM.

Multa de sterilitate anni, & quando venit facien-
da remissio propter sterilitatem.

SVMMARIVM.

1 *Annus sterilis, quando dicatur.*
2 *Conductores, an & quãdo receperint medietatem fru
ctuum, qui percipi consueuere, quid inspiciendum.*
3 *Colonus recipiens mutuo frumentum pro semine, te-
netur illud restituere, etiam quòd propter sterili-
tatem illud non collegerit.*
4 *Annus fertilis quomodo compensetur cum sterilita-
te anni præcedentis.*
5 *Annus lunaris, quis, annus solis, nu. 6. quot dies ha
beat, nu. 7. annus magnus, nu. 8.*
9 *Annus solaris habet dies 365. & sex horas.*
10 *Annus bissextilis, quare sic dictus.*
11 *Annus in iure sumitur ex 365. diebus, & sex horis.*
12 *Annus aliquando dicitur breue tempus, & aliquan
do multum.*
13 *Annus cœptus, quando habeatur pro completo.*

DECISIO LXXII.

1 ANNVS † sterilis dicitur, vbicunque non
recolligitur medietas fructuum solito-
rum, & consuetorum. ita Panor. & alij
omnes Canonistæ vniuersaliter in c. propter ste-
rilitatem, de loca. Io. de Amicis consi. 143. col. 3.
vers. nunc dico. vbi ad lucem adducit illam esse
cõem opin. & Neuiza. consi. 90. Nisi inseris, nu. 8.

Et licèt in contrariã partem, videlicet quòd re-
missio fieri non debeat, quando ex re conducta
non percipitur dimidia redituum, qui commu-
niter percipi consuenere, inclinare videatur Ri-
minal. iun. consi. 282. num. 42. & sequen. vol. 3. ta-
men ab ipsa communi tanquam æquissima & sa-
crosanctissima nõ audeo vllatenus recedere, quã
magno cum fastigio, & apparatu consulendo tue
tur Neuiz. in d. consi. 90. & pro ea iudicauit etiam
Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ, & Comita
tus Molisij in anno 1584. in causa tunc vertente
inter quosdam de Terra Apricenę.

2 Et † conductores, an, & quando receperint di-
midium fructuum, qui percipi consueuere, quid
inspici debeat, explicat Riminal. iun. in d. consi.
182. nu. 54. vbi nu. 55. cum alijs seqq. ponit etiam
commoda exempla.

3 Et inde est, † quòd colonus cui pro semine
frumentum datum est mutuo, tenetur illud resti-
tuere, & si propter sterilitatem illud non college-
rit, quoniam colonus tenetur semen de suo po-
nere, quod si periret periculo suo indubitãter qui
dem periret. c. sua nobis, & ibi Bal. in 3. notab. de
decim. Natta cons. 243. in prin. & ita consuluit cũ
quadam distinctione Iacob. Berret. consi. 35. Hic
casus, volum. 1.

4 Annus † verò fertilis, quomodo compensetur
cum sterilitate anni præcedentis, explicat cũ suo
apparatu Saly. in l. si vno, in prin. ff. loca. & in l. li-
cet, C. eod. tit. & ibi Bal. Guliel. Redoan. in tract.
de reb. eccles. non alienan. quæst. 8. rub. 1. remis-
sio, quibus casibus non fiat, nu. 6. Bero. cons. 140.
In causa conductorum, nu. 3. 32. & seqq. vol. 1.

5 Nec non † annus lunaris mensis est: quoniam
luna paulominus quàm mensem in Zodiaci cir-
6 cuitione cõsumit. † Annus verò solis dies 365. &
quadrantẽ cõtinet, quibus sol Zodiacum lustrat,
ita vt quarto quoque anno dies intercaletur. hic
ẽt magnus dictus est lunaris comparatione. Virg.
Interea magnum sol circumuoluitur annum.

7 Et † quòd vnusquisque annus habeat 365. dies
est tex. in l. dies, ff. de statu libe. in l. cum hæres, §.
Stichus, & in l. ita vulneratus, ff. ad legem Aquil.

8 Sed † annus magnus continet duodecim millia
quingentos, & quinquaginta quatuor annos so-
9 lares, vt testatur Cicero. † Annus autèm solaris
habet dies 365. & sex horas. l. ita vulneratus. §. æsti
matio, & ibi Gl. Bar. & alij omnes. ff. ad leg. Aquil.
Glo. in l. cum bissextus. ff. de verb. signif. & in l. 3.
§. minorem. ff. de minorib. & Ias. in §. rursus, num.
68. Instit. de actionibus. & sic anni solaris commu
nis conuolutio constat 365. diebus naturalibus &
sex horis: si bissextilis vno amplius addito singu-
los post quatuor annos, in anno diui Matthiæ mẽ
se Martij, vt commode discurrit Petr. Gregor. in
syntax. artis mirabilis, lib. 8. c. 43. de anno & ciclo
solari & indictione. & sic quatuor anni habent vl
tra ipsum numerũ dierum 24. horas quę coaduna
tę faciunt vnum diem, qui superabundat cõmuni
10 quarto anno. † Et dicitur bissextus, quia bis sede-
tur, & statur in vna littera Kalendarij, & hi duo
dies pro vno computantur, & interseritur quinto
die exeunte Februario, hoc est sexto Kalendas
Martij, & sequenti die debet uigilia Beati Ma-
thiæ celebrari. vnde versus,

Bissextum sexta Martis tenuere Kalendæ,
Postremoq; die celebrantur festa Mathiæ.

Ex Glo. cap. quæsiuit, de verborum significatio.
11 Et hinc est, † quòd annus in iure sumitur ex
365. diebus & sex horis. l. cum hæres, §. Stichus.
ff. de statu libe. Abb. in c. quærenti, vltimo no. de
offic. deleg. quæ quidem horæ simul in quatuor
annis inducunt vnum diem naturalem, qui voca-
tur bissextilis, teste Hierony. Zanet. de different.
iur. ciuil. & canonici, in prima differentia, nu. 152.
12 Et aliquando † annus ipse dicitur breue tempus,
secundum Glo. in c. vnico, de vita & honest. cler.
lib. 6. aliquando verò dicitur multum tempus, &
facit pro statutis, vt per Abb. in c. plerumque, in
13 primo no. de rescrip. † Qui quidem annus, vt om
nia hæc reducantur ad practicam, aduerte, quòd
si cæptus sit, pro completo vtique habetur fauore
filij, vbicunque sub certæ ætatis mentione, ipse
extitisset à patre ad hæreditatem suam per fidei-
commissum inuitatus. Vel quando annus cęptus
tendit ad fauorem publicum, habetur etiam pro
completo, vt per Bero. consi. 78. Etsi dubia, nu. 2.
5. & 8. volum. 2.

ARGVMENTVM.

Debitor decimarum non potest appellare à sen-
tentia contra ipsum lata ad effectum retardan-
dæ executionis: sic etiã in causa alimentorum.

SVMMARIVM.

1 *Appellare non potest debitor ad decimas condem-*
natus. Declara quoad effectum suspensiuum, non
autem deuolutiuum, nu. 2.
3 *Decimarum causa vbique summaria.*
4 *Exequutio sententiæ super præstatione alimentorum*
in futurum per appellationem non impeditur. se-
cus pro annis præteritis, nu. 5.
6 *Decretum commissariorum ex illa clausula, oneran-*
tes conscientiam vestram, apposita in commissio-
ne, per appellationem non impeditur.
7 *Episcopus, delegato Papæ negligente, vel doloso exi-*
stente, non posset se intromittere, sed ad Papam
esset recurrendum.

DECISIO LXXIIII.

1 APPELLARE † non potest debitor ad de-
cimas condemnatus, secundum Feder.
de Sen. consi. 81. in fi. & Canonistas om
nes in c. tua, il 2. per illum textum in fi, ibi, appel-
latione remota compellas, de decimis.
2 Quod † interpretatur de plano & absque scru
pulo aliquo procedere Rebuff. in tracta. de deci-
mis, quæst. 15. num. 21. quoad effectum suspensi-
uum, non autem deuolutiuum, & sic in præsenti
casu non appellatur ad effectum retardandi exe-
quutionem sententiæ, & ita iudicauit Regia Au-
dientia Apuliæ, me asidente in ea Auditore, &
causæ Commissario de mense Septembris 1583.
ad fauorẽ venerabilis capituli Terræ Vursarię cõ
tra vniuersitatem, & homines eiusdem Terræ, vt
sentẽtia super solutione decimarum aliàs per me
promulgata tanquam delegatum à sacro Collate
rali Consilio exequutioni demandaretur, nõ ob
stante appellatione, præstita prius cautione de re
stituendo in casu retractationis.
3 Et ratio ea est, † qm̃ contra debitores decima-
rũ proceditur summariè: cũ causa isthęc decima-
rum summaria quippe sit, qũocunque & qualiter
cũque oriatur differẽtia super decimis ipsis, cle. di
spẽdiosam, de iud. & ibi Card. in q. 12. cũ alijs seq.
4 Nec non † per appellationem minimè gẽtium
impeditur executio sententiæ super præstatione
alimentorũ in futurum, vt per Bar. & alios vnani-
mi consensu in l. Mela. ff. de alim. & cibar. leg. Bal.
Nouel. in tract. de dot. par. 9. priuileg. 7. Gramma.
consi. ciui. 146. & Paridem de Put. in tract. de sin
dic. in vers. expensæ. nu. 7. Paul. Aemil. Veral. de-
cis. 39. appellatio super alimentis, in 1. par. vbi assi-
gnat concludentissimas rationes.
5 Per † appellationem verò interpositam à sen-
tentia super præstatione alimentorum pro annis
præteritis debitorũ retardatur quidem illius exe-
quutio. ita Are. cons. 97. col. fi. Ias. cũ alijs aggrega
tis per eũ in l. de alimentis. col. fi. C. de transact. &
Alex. cons. 72. col. 3. vol. 5. & ita aliàs nõ semel tan
tùm iudicauit sacra Regia Audientia Barensis in
anno 1589. & seq. in causis, & casib. in ea occursis.
6 Nec itidem † decretum commissariorum vlla-
tenus impeditur per appellationem, & sic illud
excludit omnem, & quãcunque appellationem
per illam clausulam, onerantes conscientiam ve-
stram, appositam in commissione. ita Glo. in cap.
statutum. §. assessorẽm, in ver. relinquatur, de re-
script. in 6. Bald. in l. 1. colum. 1. versi. sed pone, C.
de reb. credit. & in l. 2. versi. item scias. C. de sent.
ex peric. rec. Roman. in rubr. de arbitr. col. 3. Soc.
consi. 60. Viso elegantissimo consilio, vol. 1.
7 Nec † Episcopus ordinarius loci posset se intro
mittere si delegatus Papæ foret negligens, vel do
losus, sed ad Papam recurrendum tunc esset, se-
cundum Abb. in c. fi. col. vlt. de rescrip. & in c. si-
gnificauit, in 2. notab. de offic. ordin.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Volente domino disponente; non habet locum pœna caducitatis.

SVMMARIVM.

1 *Caducitatis pœna non nisi domino volente ipso iure à lege imponitur.*

2 *Dominus vti ex post facto cõsentire potest, atque ideo quemlibet actum, per quem caducitatis & priuationis pœna imponitur, ratificare potest: ita econtra declarare.*

3 *Pœna conuentionalis extra iudicium promissa, quatenus interesse prætendit, per creditorem exigi potest. ampliatur tamen, nu. seq.*

DECISIO LXXIIII.

1 POENA † caducitatis imponitur à lege ipso iure, sed ita demum si dominus voluerit. ita Alex. consi. 173. circa fin. volum. 2. Ias. in l. 2. no. 5. C. de iure emph. Soc. iun. cõsi. 111. vol. 2. vbi num. 5. testatur de communi, Dec. consi. 146. dub. 2. Paris. consi. 1. vol. 2. Cæpha. consi. 135. num. 95. volum. 1. Staphil. de liter. grat. & iust. in ti. de ui, & effec. clausu. vers. successiuè, num. 5. & seq. fol. 72. Rolan. à Valle, consi. 57. nu. 9. & consi. 81. nu. 6. vol...

2 At † sicut dominus ex post facto potest consentire, & per talem superuenientem consensum, contractum alienationis, seu quemlibet alium actum, per quem pœna caducitatis, & priuationis imponitur, ratificare & approbare, vt per Andr. de Iser. in cap. 1. de proh. feu. alienat. per Feder. Afflic. decis. 286. Curt. iun. consi. 1. num. 16. Dec. consi. 144. colum. 1. Capyc. decis. 115. & Rolan. à Valle, consi. 2. num. 146. consi. 71. sub num. 16. & consi 97. dub. 1. volum. 2. ita etiam ecõtra ex post facto & quandocunque potest declarare consensum, & voluntatem suam, vt pœna caducitatis & priuationis locum habeat, vt idem operetur oppositum in opposito, quod operatur propositum in proposito. l. fin. §. si filius, ff. de leg. 3. auth. contra qui propriam. C. de non numer. pecun. & contrario. eadem est disciplina & ratio. l. & si contra, vbi Glo. ff. de vulg. & pupil. subst. & Octauian. Cacher. decis. 25. num. 16. Hæc enim est pœna legis, quæ absque hominis facto imponitur: sed tantũ in executione ipsius voluntas requiritur, & quia lex semper loquitur & omni tempore disponit. l. Arriani. C. de hæret. ideo semper & omni tempore potest hæc voluntas declarari, ad effectum, vt lex suam sortiatur executionẽ, quæ tunc demum fieri debet, vt de causa caducitatis & priuationis ex facto deducto, subsequuta declaratione, constare apparebit. Cùm igitur factũ probatum sit, ex quo resultat hæc pœna priuationis, & caducitatis à lege introducta, & quæ ex voluntate hominis declarata exequi debet: cõsequens est ex præmissis, vt quandocunque in processu fuerit declarata voluntas, executio ipsius legis iudicis authoritate, & sententia proferri debeat.

3 Imò † pœna conuentionalis extra iudiciũ promissa, & sic in contractu potest etiã exigi per creditorem, quatenus creditor ipse prætenderet interesse, & non vltra. ita Hostien. in cap. cum dilecti, de arbit.

4 Quodq; † ampliatur etiã per Inno. in c. suam, de pœnis, locum quoque obtinere, vt ipsa pœna exigi queat, etiam vltra interesse, prout hoc idem firmat Panor. in d. cap. dilecti, vbi subdit probari: quia pœna hæc apponitur ad puniẽdum promissores, pactis parere recusantes: & consequenter pœna extra iudicium, vbicunque in conuentione apposita extat, spectandum quippè nõ est modo aliquo, an tanti intersit: sed sincerè quidem, etiam si non tanti intersit, quod inter partes conuenerat factum gestumque fuisse: cum tam ciuili, quàm canonico iure peti posit, etiam quòd excedat interesse. l. 2. §. fin. iuncta l. seq. vbi Glo. Bar. & alij in l. stipulatio ista, §. alteri, ff. de verb. oblig. Abb. & alij Canonistæ omnes in d. c. dilecti, in 5. no. Ias. consi. 49. in prin. vol. 3. Inno. Abb. cæteriq; omnes communiter in d. c. suam, de pœn. & Glo. in §. alteri, Instit. de inutil. stipul. Hierony. Zanet. de different. iuris Ciuilis, & Canonici, in 1. differentia, nu. 268. Francis. Vegius consi. 68. nu. 160. cum alijs seqq. vol. 1. In tantum quòd pœna conuentionalis apposita in cõtractu iurato potest dubio procul excedere duplum etiam, vt indicauit cum magno quippe apparatu Francis. Vegius in d. consi. 68. num. 221. cum alijs seqq. & ita aliàs iudicauit Regia Audientia Apuliæ in causa vertente inter aliquos mercatores Venetos in an. 1584.

ARGVMENTVM.

In delictis semper cõsideratur animus delinquentis ad puniendum delictum.

SVMMARIVM.

1 *Animus delinquentis ex instrumenti qualitate armorumque delatione præsumitur.*

2 *Arma percutientis animum demonstrant.*

3 *Animum ex coniecturis præsumptionibusque probari: vnde ex sequentibus colligi animum in præcedentibus. num. 4.*

5 *Animi declarationem ad hæredes non transire, infertur ad libelli declarationem. nu. 6.*

7 *Occidens manibus, puta strangulando, homicidij pœna punitur. & quid de percutiente manu armata in capite.*

8 *Occidens manu vacua, an & quomodo puniatur.*

DECISIO LXXV.

1 ANIMVS † delinquentis præsumitur ex qualitate instrumenti, armorumq; delatione, vt per Gl. Bal. Præpos. & alios omnes in c. 1. §. mercator, de pace tenen. Bertran. consil. 112. Pro faciliori demonstratione, nu. 2. vol. 8. & tandem animus præsumitur qualis ex armis & loco percussionis. Rim. iun. cons. 88. nu. 42. lib. 1. proijciendo enim lanceas, & sagittas præsumitur

animus occidendi: secus si pugno, vel calce.l.diuus,ff.de sica.& l.si non conuicij, C.de iniur.c.significasti,il 2.de homi.Io.de Amic.cõſ.23.nu.13.

2 Et consequenter † animum percutientis arma demonstrant.l.1.ff.ad leg.Corn.de sica.Bal.& alij omnes in l.1.C.de emendat.seruo.Marsi.consi.7. num.44.cum animus & mens ipsa hominis inspicienda quippe sit in criminalibus. l.qui iniuriæ.ff. de fur. Dec.consi.487.nu.13.Cæpha.consi.76.nu. 28.vol.1.Nauar.consi.38.nu.3.de temp.ord.lib.1.

Et hinc est, quòd iniuria non dicitur aliter fieri, nisi animus atque consilium dehonestandi hominem, vel in euidentem infamiam eũ adducendi, interuenerit.l.illud, vbi Docto.omnes.ff.de in iur.& l.si non conuicij, C.eod.Ruin. consil.145. num.10.vol.5.& Dec.consi.478. nu.13.& 15.

3 Et † sic denique animus ex coniecturis,& præsumptionibus etiam probatur, vt per Pet. de Baisio in tract.de electio. in 3.par.cap.35.num.9.Innoc.& alios vniformiter omnes, in c.ecclesia,il 2. de electio.Menoch.consi.334. Cum causæ,num. 62. cum alijs seqq.vol.4.

4 Taliter quòd aduertendum est, † quòd ex sequentibus colligitur qualis fuerit animus in præcedentibus.l.sed & Iulianus,§.proinde.ff.ad Macedon. §.pauonum, Institu.de rer.diuis. Quintil. Mandos.consi.76. Spectabilis, nu.7.vol.1. Dec. consi.336.Bar.& alij in l.cætera,§.si.ff.de leg.1.Rimin.iun. consi.254. Prima, nu.28.vol.3. & consi. 496. Dicendum, num.23.vol.5. Hieron. Gabriel. consi.82. Ad decisionem, nu.15.& consi. 172. Puto sententiam, num.11. vol.2. Tibe. Decia. consi. 104. Circa primum, nu.4.& 16.vol.3.

5 Aduertendum denique est etiam, † quòd animi declaratio regulariter ad hæredes aliter non transit, vt per Barto. in l.inter stipulantem, §.Stichum.ff.de verb.oblig.

6 Et hinc est, † quòd hæres libellum propositum productumque per defunctum in iudicio nullatenus declarare valet, teste Glo. in l.Pomponius scribit, §.fin. ff.de rei vend. Ias.in l.inter stipulantem, §.1.colum.4.ff.de verborum oblig. Alexan. & alij vniformiter omnes in l.naturaliter, §. nihil commune, ff.de acq. poss. quibus in locis, non ob scurè quidem, referarunt istam communem opinionem fore, cuius rationem assignat viuacissimam Riminal. iun. consil.254. Prima considera tione, nu.37.cum alijs seqq.vol.3.

In tantum, quòd perstringendo sermonem no
7 strum vno verbo, concludendum est, † quòd occidens aliquem, etiam manu, videlicet, si fortè illum manibus ipsis strangulauit, tenetur pœna homicidij ordinaria.l.qua actione, post princip.ff.ad leg.Aquil.prout percutiens manu armata aliquẽ in capite, censetur etiã percutere animo occiden di, & puniendus est tunc lege Cornelia de sicar. secuto homicidio, vt per Francis. Aret. consi.146. Visa consultatione, nu.9.& seq. sicuti ad pœnam hanc cõdemnauit quendam rusticum Regia Au dientia etiam Capitinatæ Apuliç, Comitatusque Molisij in anno 1583. qui tunc percusserat suum inimicum cum manopola, quã secum deferebat pluribus percussionibus in capite illum vulneran do, ex quibus diem suum clauserat extremum.

8 Imò † occidens aliquem manu vacua, punitur itidem ac si gladio occidisset, dum dolosè hoc fecerit. ita Bald.in c.1.§.iniuria, in fi.de pace iur.firman.sed non punitur profectò tunc occidens pœna homicidij ordinaria, vt consuluit Fulgos.consil.134. Visis denunciationibus, Dec.consi.9. Et pro tenui facultate mea, sub nu.1.& seqq. Signorol. de Homode.consi.50.vers.hinc deduci videtur. & ita in facti contingentia vidi obseruatum Perusij superioribus annis, dum commorans ibi, studijs vacando, extitit cõdemnatus quidam iuuenis, qui tunc magistrum Octauianum pictorem, vno solummodo illato pugno in eius personam, interfecerat.

ARGVMENTVM.

Testis quomodo debeat deponere de fama publica, & vtrum testis de auditu probet.

SVMMARIVM.

1 *Testis de publica voce & fama deponens, eas probat, licèt in specie aliquos à quibus dici audierit non nominet. & an hoc verum etiam si non interrogetur, num.3.*

2 *Testis deponens se a pluribus audiuisse, an & quando probet.*

4 *Testis de auditu regulariter non probat, etiam si fama publica adiuuetur.*

5 *Testimonium de auditu, præsumptionem facit, vt onus probandi in aduersarium transferat.*

6 *Præsumptionem pro se habere in paribus probationibus plurimum prodesse ad reportandum sententiam in sui fauorem etiam in criminalibus.*

DECISIO LXXVI.

1 TESTES † deponentes de publica voce, & fama, licèt nõ nominent aliter in specie aliquos, à quibus audierint dici, tũc nihilominus intelligitur probata fama ipsa, vt per Aret.consi.73. diligenter, & maturè consideratis omnibus actis, col.5. versic.ad tertium igitur dubium nunc venio, & Cassad. decis.3. titu.de probat. Pau.Aemil. Verall.decis.289.seu 26.Testes si dicant, in 3. par. vbi enunciat ita iudicatum extitisse in Rota Rom.& Io. Bapt. Ferret. consi.296. In causa, nu.20. vol.2. & sequitur etiam cum alijs cateruatim adductis per eum Iaco. Beretta consi. 80.Si primum, nu.7.vol.1.

2 Et de hoc aliter mirandum non est: † quoniam testis asserẽs in sua depositione, se audiuisse à pluribus, licèt sit de auditu, probat, vt per Doct.vnanimi consensu omnes in cap.licet ex quadam, de testib. Grat. cum alijs signatis per eum consil. 27. num.14. vbi aperit etiam istam esse omnium communem opinionem, & Riminal. iun. consi. 163. Magnificus, num.88. & seq.vol.4. vbi probat, testes probare, deponentes de auditu, saltem à duobus, non autem ab vno.

3 In contrariam verò partem, videlicet, † quòd testis

testis deponens de fama, debeat nominare illos à quibus audiuerit, etiam si non interrogetur, debeatque asserere se audiuisse à maiori parte populi, inclinauit Bar. in l. de minore, §. plurimum, sub num. 21. ff. de quæst. Alex. consi. 357. num. 5. volu. 2. Iaco. Niger in l. 1. num. 38. ff. si cer. peta. Rimin. iun. consi. 360. In præsenti causa, nume. 99. cum alijs seqq. volu. 4. Prosper Pasethus consi. 110. In causa magnificorum, nu. 24. Simon de Pretis consil. 136. num. 30. volu. 1. Ruyn. consi. 68. sub num. 9. lib. 1. Rober. Maran. consi. 6. num. 5. & seqq. & Imo. in l. hæredes palam, in princ. ff. de testam. vbi perhibet etiam hoc communiter ab omnibus receptum esse. sed prima opinio Rotæ Rom. tamquam magis communis, & sacrosanctissima obseruatur quotidie in practica, vt aperui in Syl. in opinio. 898. nu. 5. lib. 3. & ita aliàs iudicauit in varijs causis sacra Audiētia Barensis in anno 1589.

4 Sed † regulariter testis de auditu non probat. l. testium, de testib. & c. ex quadam, de testib. Rom. sing. 345. Testimonium de auditu, & ibi Nico. Pignol. in addi. licèt in aliquibus casibus testis de auditu admittatur, recitatis per Ripā in l. 1. nu. 86. ff. si cer. peta. Monchad. in trac. Io. Crot. de testib. q. 1. nu. 366. Rimin. iun. consi. 363. nu. 121. vol. 4.

Imò testis de auditu, etiam quòd adiuuaretur fama publica, minimè probaret, vt per Alex. consil. 25. In causa, col. 11. vol. 4. Dec. consi. 154. Casus proponitur.

5 Est tamen bène verum, † quòd testimonium de auditu, huiusmodi præsumptionem, atque effectum operatur, vt onus quippè probandi contrarium, absque dubitatione aliqua, transferat in aduersarium, vt prodidit Arcbi. in cap. hoc videtur, 22. quæst. 5. Rom. sing. 345. Testimonium de auditu, Soc. iun. consi. 69. Pro dilucidatione, nu. 17. volu. 1. Cæpha. consi. 358. Præmittitur in facto, num. 33. volu. 3. Cur. sen. cum alijs aggregatis per eum consi. 69. Circa primum, col. 2. vbi vti liter quidem admonet hoc fore literis aureis signandum, & sequitur etiam Marsi. sing. 371. Testis de auditu, vbi post prin. profert magnum ver

6 bum, † plurimum quippè prodesse, habere in paribus probationibus huiusmodi præsumptionem pro se: cum tunc illius vigore, absque scrupulo, sententiam ad eius fauorem reportare valeat, tam in causis ciuilibus, quàm criminalibus, & sequitur quoque Matth. Brun. consi. 70. Super puncto, nu. 56. vol. 1. Licèt Rimin. iun. consi. 363. Magnificus, nu. 122. & seq. vol. 4. firmauerit contrarium, & consi. 299. In præsenti, nu. 35. & seq. vol. 3.

ARGVMENTVM.

Qui volunt deponere de centenaria, debent deponere vidisse per 40. annos possedisse, & audiuisse à maioribus de reliquo tempore.

SVMMARIVM.

1 *Testis super centenaria deponens, se vidisse aliquem per 40. annos semper possedisse, testificari debet.*

2 *Testes de visu deponentes quem per 40. annos possedisse, quomodo de residuo vsque ad 100. annos de auditu attestari debeāt: & quot nominandi sint, à quibus audierint.*

3 *Testes ad probandum, memoriam in contrarium non extare, quomodo deponere debeant.*

DECISIO LXXVII.

1 TEstes † super centenaria deponentes debent necessariò asserere, atque testificari vidisse Titium semper possedisse per 40. annos. ita Glo. in c. 1. de rescrip. in 6. Paris. consi. 104. num. 121. volu. 1. sed vtile valde, ac

2 omnino necessarium foret disquirere, † quomodo testes isti, qui de visu deposuerint per 40. annos, de auditu attestari debeant de residuo temporis vsque ad centum annos. & concludo, quòd testis super tali re deponēs, sufficit asserere à duobus saltem audiuisse. c. licet ex quadam, vbi Arct. de testibus, & consi. 73. diligenter, & maturè considerатis, col. 5. versic. sed ego adduco fortiorem, vbi hoc amplificat quoque procedere, vt testis de auditu deponens, teneatur expressè, etiam non interrogatus nominare duos testes, à quibus audierit, & adducit ibi rationem hanc, videlicet, vt appareat vtrum sua depositio habeat authores, sed Iacob. in l. si arbiter, ff. de probat. firmat sufficere ipsum testem in omnibus, & quibuscunque deponentem causis, vnum de maioribus suis nominare, à quo audierit, dum tamen dicat etiam, & ab alijs & cætera: in matrimonialibus verò causis arbitratur, duos fore nominandos per testem prędictum, & ita obseruatur quotidie in practica absque scrupulo aliquo, & sic aliàs iudicauit Regia Audientia Capitinatę, in anno 1583. in causa tunc vertente inter aliquos de Terra Ferrazzani.

3 Sed in omnem euentum † testes ad probādum memoriam in contrarium non extare, debent vti que deponere, quòd communis opinio est, memoriam non extare in contrarium, vt per Inno. in c. veniens. de verb. signi. Bar. in l. 2. §. item Labeo, ff. de aqua plu. arc. Alex. consi. 177. vol. 6. Hiero. de Mōnte in tract. finium regun. c. 52. nu. 3.

ARGVMENTVM.

Habentur pro repetitis testes mortui examinati coram incompetenti iudice in iudicio iudicis ordinarij.

SVMMARIVM.

1 *Testes coram incompetenti iudice examinati si tempore repetitionis mortui sint, pro repetitis coram suo habentur. limitatur tamen tribus casibus. num. 2. 3. & 4.*

DECISIO LXXVIII.

1 TEstes † coram incompetente iudice examinati, si mortui reperirentur tempore repetitionis eorundem, & repeti non possent, haberi deberent pro repetitis coram suo

 iudi-

iudice. per l.fin. C.de testib. vbi Pau. Castr.& alij omnes iuris interpretes,& cap.praesentata, ext.de testib.vbi Doct.& Foller. in pract.crim. in rub.& demum repetantur testes curiae,nu.6.

2 Quodque † claudicat primò locum obtinere, & absque scrupulo procedere, vbicunque consta ret de morte ipsorum testium, aliàs in dubio illi viuere praesumerentur.l.fi.C.de sacrosan.eccl.

3 Secundò † hoc idem sortitur locum suum, vt testes mortui,recepti coram iudice,tunc probent coram alio, quotiescunque ille secundus iudex succedit loco primi: secus verò si non succederet. Et ideò testes recepti in iudicio summario non probant coram ordinario, & ita procedit d.l.fin. C.de testib.& d.cap.praesentata, ext.eod. vt docet ibi Fely. nu.14. & seq.vbi etiam admonet, quòd debent esse recepti testes ipsi ab habente aliquam iuridictionem,& ita aliàs declaratum fuit in Regia Audientia Apuliae,in anno 1584.ad fauorem magnifici Hieronymi de Bosis, in causa tunc agitata cum eius cognato. Et inde est, quòd testes coram honestis personis, vel per syndicos recepti nullam quidem fidem facerent coram iudice, & antesignata iura non procederent, ita Fely. in d. c.praesentata, num. 12.

4 Tertiò † limitatur etiam eadem regula procedere quippe de plano in causis ciuilibus: non autem in criminalibus, teste Follerio in pract. crim. in rubr. & demum repetantur testes curiae, num. 6. Et hinc inoleuit practica, quòd inquisiti, vt plu rimùm consueuerint, vt causae celerius expedirentur, declarationem facere habereque testes curiae pro legitimè citatis, atque repetitis, praeter mortuos, & absentes: ipse verò raro, aut nunquam in defensionibus causarum suasi huiuscemodi faciē dam declarationem.

Et ratio, quae me adducebat ad hoc suadēdum erat: quoniam dum studuissem accelerare causarum finem, euadebam alter Athlas, in assumendo onus quippe intolerabile, in probando ipsorum testium mortem, & absentiam: vnde tutius esset iudicio meo, varijs ex causis, vt curia repetat, repetereque faciat testes suos: cum contingere saepe saepius posit, vt testes reperiantur partim mor tui,& partim absentes, taliter quòd tūc causae expeditio nullo modo retardatur, praetextu testium curiae non repetitorū, posset vigore Regiae Prag. vt per Gram.decis.28. Magnificus,num.6. & con sequenter ex difficultate repetitionis testium, vidi, vt Aduocatus, & vt Iudex, varijs in tribunalibus, maioribus, atque minoribus Regni, infiniti propè inquisiti absoluti.

ARGVMENTVM.

Semper praesumuntur contestes testes examinati super eodem facto, licèt vnus non faciat mentionem de alio.

SVMMARIVM.

1 *Testes in dubio contestes deque eodem actu deponere praesumuntur.*

2 *Testis aliquem contestem interfuisse deponens non probat, si ille non interfuisse deponat.*

3 *Testes idonei praesumuntur.*

DECISIO LXXIX.

1 TESTES † in dubio praesumuntur contestes, & de eodem actu deponere: & sic omnes testes si concordarent in dicto, super quo deponerent, quamuis aliter non appareret, quòd omnes eodem tempore praesentes fuissent: nihilominus in dubio contestes praesumerentur, vt firmat Alex. in l.2.in fi. C.de bon.poss. secundum tab. & consi.172.num.8.volu.2. Ioan. de Neuizan. consi.26. num.25. Curt. in tract. de testib. conclu.14. Marsi.sing.439. Pluralitas, post princ. Ioan.Petr.Surd.consi.44. Dubitatur, num. 9.& seqq.& vide Afflic.decis.198.& ibi Vrsill.in addit. Bar.in l.triticum, & alios inibi, & eundem Bart.in l.qui bis idem, & in l.scire debemus, ff.de verb. oblig. Et hoc eatenus verum est, sicuti concedit Craue.consi.78.num.9.& per Rolan.consi. 26.num.39. volu.3. quòd fieri debeat semper interpretatio, vt testes conformes quidem, & contestes sint, si congruè id fieri queat,& sequitur Riminal.iun.consi.325.num.1.vol.3. Simon de Pretis consi.164. Testamentum, num.3.volu.1. imò testes praesumuntur quoque contestes, licèt vnus eorum de alio nullam faciat mentionem, teste Bal. in d.l.2.nu.4. nam quilibet testis licèt vnicus nempe sit in suo sensu: nihilominus tamen in re testificata, alijs, contestis dicitur, sicuti prodidit Pau. Castr.in d.l.2.num.6. Craue.consi.78.nu.9. Simon de Pretis consi.16. Viso testamento, nu. 3. vol.1. & ita aliàs decisum extitit in anno 1583. in Regia Audientia Apuliae, ad fauorem Vniuersitatis Terrae Rotelli.

Prout denique testes etiā ad interrogata quoque praesumuntur respondere.§.1. Instit.de verb. oblig.& Ioan.de Amicis,consi.145. Omnipotentis Dei, num.8. Imo semper dicūntur contestes, licèt eorum depositio diuersa videatur in facto, dummodo tendat ad vnum finem, Laur.de Pinu in consi.153. num.23.

2 Caeterùm † vbicunque testis asserens in sua depositione aliquem contestem interfuisse, nō probat vllo quidem modo, si ille non interfuisse deponat, vt per Bal.in c.cum causam, col.3.ext.de testib.Gram.consi.26. In causa matrimoniali, nu.20. Alex.consi.91. Circa primum, col.fi.vol.4.

Et quemadmodum testes in dubio praesumun
3 tur contestes, ita pariformiter, etiam re ipsa, † testes idonei in dubio praesumūtur, vt per Bertran. consi.205. Paucis diebus, nu.26.vol.8.

ARGVMENTVM.

Dolus quomodo, & quando excusetur.

SVMMARIVM.

1 *Dolus & fraus non praesumitur, nisi probetur.*

2 *Dolum causa qualibet etiam minima, iniusta atque temeraria & fatua excusat.*

Causa

3 *Causa à dolo & pœna quem excusat, si ex ea motus appareat.*

4 *Doli & fraudis præsumptio 223. casibus capitur.*

DECISIO LXXX.

1 DOlvs † regulariter non præsumitur, nisi probetur. l. dolū, C. de dolo, & l. quoties, §. qui dolo, & ibi Doct. ff. de proba. & in l. prætor, §. Marcellus, ff. de iudi. c. sedes apostolica, in fi. & cap. ex parte, ext. de rescrip. Beatus Ioan. noster de Capistrano in Speculo conscientiæ, in 3. par. sub nu. 349. in fi. ver. aduertēdum est etiam, posito in 1. tomo Tractatuū, impressorum in anno 1584. Mar. Mant. cons. 266. nu. 33. & seq. Io. Pet. Sur. cons. 10. nu. 39. Cor. cons. 121. nu. 19. consi. 135. nu. 4. vol. 2. & cons. 242. num. 12. vol. 3. Ant. Ciofius cons. 117. Cùm respondendi, num. 12. volu. 1. & consi. 19. In causa, num. 5. volu. 2. & Bero. consi. 188. Vltra, nu. 7. volu. 3. pront itidem fraus minime gentium præsumitur, vt per Riminal. iun. consi. 152. nu. 66. vol. 2.

2 Adeò, † quòd in omnem euentum, quælibet causa, etiam minima, & iniusta, atque temeraria, fatua, seu bestialis excusat omni dubio procul à dolo ipso præsumpto. l. igitur, §. potest, ff. de libe. cau. l. plagij, la seconda, ff. ad l. Flauiam, de plagiarijs, & l. 1. §. fi. de abigeis, Pau. Aemil. Verall. decis. 108. seu 2. Scientia, nu. 3. in 3. par. Bertr. consi. 418. Vidi processum, in fi. vol. 4. & consi. 146. Quælibet causa, nu. 1. vol. 6. Bero. cons. 187. In præsenti causa, nu. 15. & seq. & cons. seq. nu. 10. & 11. vol. 3. & consi. 151. Ad fauorem, nu. 8. vol. 1. vbi hoc vtiliter limitar, Glo. communiter approbata in d. l. 1. in fi. ff. de abige. D. Marc. Ant. Euge. consi. 60. nu. 4. & seq. lib. 1. Beccius consi. 60. nu. 16. consi. 78. nu. 28. consi. 96. nu. 17. & consi. 104. nu. 9. vol. 1. Cassador. decis. 19. Item voluerunt, nu. 4. super regu. cancel. & decis. 2. sub nu. 5. de pensionibus, Io. Pet. Surd. consi. 86. Leuis, num. 22. Ant. Ciofius cons. 117. Cùm respondendi, nu. 13. vol. 1. Alex. cons. 106. nu. 14. vol. 3. vbi indicat istam esse omnium in iure scribentium cōmunem sententiā, &

3 Io. Pet. Sur. cons. 103. Duplici, nu. 4. † & causa ipsa excusat tū demū à dolo, & à pęna, si appareat, eum ex tali causa motū. idem Beccius in allegaio cons. 78. nu. 29. & ita iudicauit non semel tantū sacra Regia Audiētia Barensis, in anno 1589. & sequenti in varijs, diuersisq́; causis, in ea tūc decisis.

4 Sed † præsumptio ipsa doli, & fraudis capitur in ducentum & viginti tribus casibus, positis, atque discussis per Lucam de Penna in l. quemadmodum, C. de agric. & cens. lib. 11.

ARGVMENTVM.

Quando suspitio falsi habetur pro veritate, & quando non, ita quòd ex ea possit sequi condemnatio.

SVMMARIVM.

1 *Falsi sola suspitio pro falsitate & veritate habetur in crimine falsi atque in ciuilibus, nisi suspitio veritatis demonstratione diluatur.*

2 *Falsitatis suspitio, an & quando pro falsitate habeatur in ciuilibus vel criminalibus, etiam pro veritate, nu. 6. & 8.*

3 *Instrumentum de falso suspectum, quando nullatenus probet.*

4 *Falsitatis probatio suspitioque atque cōiectura, quando ex rasura scripturæ inducatur.*

5 *Instrumentum in ciuilibus nō nisi per duos testes omni exceptione maiores reprobatur, in criminalibus verò per tres.*

7 *Suspitio minus quàm præsumptio modicæ virtutis est in iudicando & decidendo, vt ex ea præsertim in criminalibus condemnari quis non debeat.*

9 *Falsitatis probatio ex præsumptione, quomodo concludere debeat.*

10 *Falsi in materia duæ præsumptiones sufficiunt, vt scripturæ non credatur.*

11 *Falsitas ne commissa sit, in dubio semper fit interpretatio.*

DECISIO LXXXI.

1 SVspitio † sola falsi pro falsitate, & veritate habetur in crimine falsi, nisi suspitio ipsa veritatis demonstratione diluatur. l. iubemus, & quæ ibi notant Doct. C. de probat. & c. in memoriam, 19. distin. vbi Archid. colum. fin. & Domi. de S. Geminiano, Bald. in l. si veritas. C. de fideicom. Specu. in titu. de instrum. edit. §. restat videre, in prin. Io. de Anan. in rub. & in c. licet. colum. pen. de crim. fals. Abb. per tex. ibi in cap. porrecta, extra de confir. vtili vel inuti. Alexan. consi. 77. In causa accusationis, sub nu. 6. volum. 1. Ias. consi. 148. nu. 2. Curt. Sen. consi. 73. super memorata facti narratione, sub nu. 33. Cur. iun. consi. 132. num. 10. Natta in add. ad Alexan. in d. consil. 77. num. 10. Dec. consil. 189. colum. 1. Paris. consi. 12. nu. 16. & consi. 88. volum. 3. & consil. 162. vol. 4. nu. 34. & Ferrant. Gargiareus consi. 126. Suasus, nu. 13. inter consi. crim. diuersorum, volum. 1. vbi asseuerat istam esse claram conclusionem, & auream, atque stupēdam prosert cum alijs signatis per eum Io. Pet. Surd. cons. 132. contra fratres, num. 6. & specialem Neuizan. cons. 8. num. 38. Beccius cons. 102. num. 6. & 44. vol. 1. Riminal. iun. cons. 27. nu. 1. cum alijs seqq. volum. 1. vbi hoc latè explicat: quod quidē habet locum etiam in ciuilibus, dicit Crauet. consi. 809. num. 20. volum. 5.

2 Sed præsens assumptum, † quòd suspitio falsitatis pro falsitate habeatur, non est ita simpliciter verum: imò in cōtrarium se habet veritas, & communis omnium opinio, cui innititur Afflict. in constit. Qui literas, in quarto no. Cæpol. cons. 21. colum. 8. Alex. consi. 74. colum. 4. volum. 1. & consil. 190. col. 1. volum. 7. Dec. consi. 101. colum. 1. & consi. 615. & in l. singularia, colum. pen. & ibi Purpurat. num. 107. ff. si cer. pet. Marsil. in rub. ff. de fal. Neuizan. consi. 68. Deus noster, nu. 34. & de communi hac meminit Soc. iun. consi. 45. nu. 8. vol. 3. Grat. consi. 60. nu. 16. volum. 2. & Iul. Clar. lib. 5. sententiarum receptarum, §. falsum, versicu. trita.

vbi studet præsentem ambiguitatem hac solidissi ma distinctione enodare, & extricare, quòd aut loquimur in criminalibus ad puniẽdum aliquem de falso,& utique tunc ad probationem falsitatis, non sufficerent vllo modo coniecturæ, nec suspi tiones: sed requirerentur probationes legitimæ, & quæ de necessitate cõcluderent,& ista est com munis opinio, vt efficax extat testimonium idem Soc.consi.39.num.44.vol.2. & Boss. in sua pract. in titu.de offic.corrup.iniust.iudic.nu. 14. & Ferrant. Gargiareus in d.consi.126.num. 9. cum alijs seq. vbi inquit illam non habere cõtradictorem, & apertius explicat Tiber. Decian. consi.100. Et quia,num.9.43.44. & sequen. volum.2. Aut versamur in ciuilibus ad elidendum aliquam probationem, & hoc casu talis suspitio pro veritate habetur, vt determinauit Rota Roma. teste Paulo Aemil.Veral.decis.4.in 2.par.Tiber.Decian.con sil.109. Et prima fronte,num.75.& seq.uolum.2. & ita explanatur concorditer per omnes Archidiaconi dictũ in d.c.in memoriã, & syncerè ista est omnium communis opinio,quòd suspitio falsitatis in causis ciuilibus pro veritate habeatur, sicuti non obscurè quidem deducit Io.Pet.Surd. consi.6. Vt dolum, nu.4.Io.de Anania,cons.49. Dubium de quo quæritur, & Ludouic. Bologn. ibi in addi.Soc.iun.consi.45.Multifariam, nu. 11. vol.3.Paris. consi.158.Si ius commune, num.33. volum.4. Dec. consi.189.Lætatus sum,colum.1. Cæphal.consi.338.Præsupponitur,nu.22.& consil.428. In causa appellationis, num.42.volum.3. Simon de Prætis consi.92. Quoniam,nu.5.vol.1. Riminal.iun.consi.554.Videtur,nu.10.volum.5.

3 & sic,† quòd instrumentum de falso suspectum nullatenus probet,attestante Curt.iun.cons.132. num.10.& consi.166.num.6. Iacob.Mandel. con sil.99.num.2.Iacob.Philip.Port.seu potius Anto. Gabriel.in suis cõclusion.lib.1.conclus.9.& Octa uian.Cacher.decis. 107.Quoniam, nu.7. & sequi tur Menoch.consi.42. Iuris elegans quæstio, nu. 33.volum.1.& Crauet.cons.134.num.26. vbi nu. 27.cum alijs seq. octo coniecturas ponit, quibus suspitio falsitatis apertè arguitur. & Cacher. in d. decis. 107. quam quidem communem explanat solummodo locum obtinere Mandel.in d.consi. 99. sub num.2. vbicunque suspitiones orirentur ex visibili vitio scripturæ, veluti ex cancellatione, aut abrasione, seu ex vituperatione in loco suspecto: non autem si aliunde prouenirent, scaturirentque suspitiones,idest extrinsecus, & huic opi nioni magistraliter quidem consulendo acquiescit etiam Io.Pet.Surd. consi.132.Contra fratres, num.61.& seq. & ita aliàs non semel tantùm iudi cauit in varijs diuersisque causis sacra Regia Audientia Barensis in anno 1589.& seq.

4 Nam † probationem falsitatis nullatenus indu cit rasura paucarum literarum, nisi ex huiuscemo di rasura sequeretũ æquiuocatio nominis, de quo dubitatur, & quòd in loco suspecto reperitur. c. inter dilectos,de fide instrum. Abb. in cap.fin.de crim.fal. & potissimum vbicunque rasura reperiretur in loco valde suspecto, induceretque æquiuocationem nominis, seu dictionis, quæ vertere deberet sapientis animum in dubitationem: tũc enim inducit dubio procul probationem,seu falsitatis suspitionem: nec sufficit in præsenti casu, quòd cuiuslibet animus in dubietatẽ inducatur, sed sapiẽtis animus dũtaxat, secundum Abb. ibi.

Est tamen bene verum, quòd rasura, seu alia suspitio falsitatis in aliqua parte instrumenti, vbicunque reddit totum instrumentum falsum, siue suspectum ad euitandum tũc suspitionem ipsam rasuræ, inoleuit hodie practica vniuersalis notariorum,vt in fine instrumenti, continuando se,faciant mentionem de rasura,seu interlineatura, vt per Bar.Alex.Ias. & alios omnes in l.si vnus, in fi. C.de testam. & Fely. in c.ex literis, de fi.instrum. Bertach. in suo repert. in ver. rasura in parte substãtiali,circa fin.nisi ex pręcedentibus,vel sequentibus, possit elici veritas eorum, quæ sunt cancellata,seu cassa: tunc enim non est aliter necessaria illa cautela, secundum Glo.Abb. & alios vniuersaliter omnes in c.cum venerabilis, in fi. de relig. domib. Cæterũ aduerte, quòd hic reperitur quę dam nubecula, quòd dum extitit præsens dubiũ trutinatum,exagitatumq; in Rota Rom. superioribus annis ad vtranque partem,vtrum rasura scripturæ induceret coniecturam falsitatis, non fuit illud tunc aliter decisum, ob difficultates occursas,vt in apertum,lucemque profert Paul.Aemil. Veral. decis.3. falsitas & delictum, num. 6. cum alijs seqq. in 2.par.

5 Et ratio ipsius communis ea est, † quoniam instrumentum vim duorum testium habet: & proinde id non reprobatur, nisi per duos testes idoneos omni exceptione maiores, vbi ciuiliter agitur: vbi autem criminaliter, requiruntur tres, teste Fely. in cap.cum Ioannes, de fide instrumen.

6 Vel denique † cõcludo illud dictũ Archid. in d.c.in memoriam, habere posse locum quantum ad capturam, carcerationem, & retentionem per sonæ,prout loquitur tex.in d.l.iubemus,non autem quoad condemnationem: cum in tali crimine fortiores requirantur probationes, vt per Bal. in l.iurisgentium, §.quod ferè, ff. de pact. Dec.in c.porrecta, de confirm. vti.vel inuti. Soc.iun. in d.consi.45.sub nu.11.volum.3.& firmat Dec.con sil. 175.nu.5. subdens, quod esset certè valde absurdum,vt quis pro suspitione deberet huiusmodi puniri pœna. & sequuntur quoque alij coacer uati per Iacob.Philip. Port. seu potius per Anto. Gab.in suis conclusio.lib.1.conclusio.9. licèt ibi, & malè, contrarium asserat.

7 Cum †suspitio minus sit,quàm pręsumptio,vt notat Bar.in l.admonendi,colum.6.ff.de iureiur. quem omnes Doct. ibi communiter sequuntur.

Et ideo innuit Bal.in rub.num.4.C.de probat. quod suspitio est modicę virtutis in iudicando,& decidendo. meritò itaque determinatur in l. absentem,ff.de pœn. quòd quis ex suspitionibus cõ demnari non debet,præsertim in criminalibus.

8 Et inde cõcludit Capic.decis.30.nu.4.&7.† ꝙ licèt suspitio falsitatis habeatur pro veritate: tamen firmat hoc non procedere,nisi tunc concur rat, interueniatque etiam aliqualis diffamatio, & sacrum Regium Consilium ibi in casu occurren ti su-

ti ſuper falſitatis ſuſpitione noluit diſcurrere ſu-
per condemnatione ipſius criminis, ad quam de-
ueniri non poterat de iure: ſed ſolummodo ſu-
per arreſtatione, num ob ſuſpitionem falſitatis in
quiſitus detineri in carceribus potuiſſet. & idem
firmauere Pet. Cyn. & alij vniuerſaliter omnes in
l. vbi. C. de falſ. Ioan. de Anania conſil. 49. Du-
bium, num. 2.

9 Et hinc eſt, † quòd probatio falſitatis non ex
præſumptione debet concludere, ſed de neceſſi-
tate tali modo, vt res aliter ſe habere non poſſit.
ita Grammat. conſi. crim. 19. & conſi. 33. Alexan.
Stiaticus inter conſi. crim. diuerſorum, conſ. 117.
Magnifice, num. 14. volum. 1. Bal. in l. Imperator,
colum. 3. ff. de ſtatu hom. & l. iuriſgẽtium. §. quod
ferè, ff. de pact. Alexan. conſil. 70. Viſo proceſſu,
colum. 2. & conſi. 74. Viſo teſtamento, volum. 1.
& Dec. in l. ſingularia, ff. ſi cert. pet. & conſi. 175.
& ita iudicauit Sacer Senatus Pedem. teſte Octa-
uiano Cacherano deciſ. 107. itaque conclude,
quod in cauſa falſitatis probationes ſunt omnino
neceſſariæ, teſte Dec. conſi. 175. num. 4. Anchar.
conſi. 23. & Fulgoſ. conſi. 173. in princ. cum in ta-
li cauſa, quis condemnari non debeat ex præſum
ptionibus: quia melius eſt nocentem abſoluere,
quam innocẽtem condemnare. l. abſentem, ff. de
pœn. & idem quoque tradit Veronenſ. conſi. 21.

10 Et tãtò magis, † cum in falſi materia ad plenam
probationem duæ ſufficiant præſumptiones, vt
ſcripturæ fides nullatenus adhibeatur, vt conce-
dit Io. de Anan. conſi. 49. Craue. 134. nu. 39.

Et inhærendo communi anteſignatæ, quòd ſu
ſpitio falſi non habeatur pro falſo, nõ videtur ob
ſtare d. l. iubemus, in cõtrarium allegata: vtpote,
quia ea loquitur in ſcripturis ſuſpectis, quarum
contenta probata aliter non fuerint, & nos loqui
mur in teſtibus, & ſic videtur expreſſè tex. ibi, &
in c. porrecta, extra de confirmat. vti. vel inuti. lo-
qui in ſcripturis, quarum contenta non proban-
tur, & ſunt ſuſpecta.

Quę quidem communis ſulciri poſſet ea ratio
11 ne, † cum in dubio ſemper ea fiat interpretatio,
ne falſitas commiſſa ſit. ita Cæpol. cõſi. 38. col. 6.
Grammat. deciſ. 26. nu. 12. Marſil. conſi. 21. col. 2.
& Soc. iun. 45. in prin. vol. 3.

ARGVMENTVM.

Quando infundatur anima tã in maſculo quàm
in fœmina: & qua pœna puniantur procuran
tes abortum. Et ſi ſunt puniendi medici, qui
cauſa valetudinis matris cauſant abortum.

SVMMARIVM.

1 *Anima infunditur in corpore inf. quadraginta dies.*
2 *Fętus animatus dicitur ſi ſit maſculus ĩ die 40. à cõce
ptione: ſi aũt fœmineus, in die 80. ab ipſo cõceptu.
Imò in nonagẽſimo, ſecundum Plinium, num. 4.
quarum neutram opinionem probat Auguſt. nu. 5.*
3 *Animam non infundi in conceptione, ſed poſt.*
6 *Animam non extra duce, neque cum ſemine infundi,
nec etiam, niſi formato corpore.*
7 *Animam Deus infundit in corpore organizato actio
ne parentum, & infundendo creat, in maſculo poſt
diem ipſam 40. à prima conceptione, in corpore
fœmellæ per octuageſimam: & de ratione, nu. 8.*
9 *Creationem corporis & mẽbrorum, propter animam.*
10 *Sixti V. conſtitutio contra procurantes, conſulen-
tes, & conſentientes abortum.*
11 *Abortui dans cauſam pro ſalute mulieris ab omni
pœna excuſatur.*
12 *Incumbendum eſt ei, ſecundum medicos, quod ma-
gis vrget, altero non neglecto.*
13 *Abortus cauſa inter alias, ingens dolor.*

DECISIO LXXXII.

1 ANIMA † infunditur in corpore infra
quadraginta dies, ita Bar. communiter
receptus ab omnibus in l. Diuus. ff. de
extraord. crimin. & Cano. in c. ſi aliquis, extra de
2 homicid. Et ſic † fętus animatus quidem dicitur,
ſi maſculus ſit, die ipſo quadrageſimo à cõceptio
ne: ſi autem fœmineus, die octuageſimo ab ipſo
conceptu, vt per Glo. in Clem. 1. in ver. ſimul, de
ſumma Trinit. in c. ſicut, de homicid. & Docto.
vnanimi conſenſu omnes in l. qui in vtero. ff. de
ſtatu homin. Petr. à Plaza eminenti nempè faſti-
gio, ſuoque neceſſario apparatu, in epit. cau. cri-
min. lib. 1. cap. 26. ſub num. 8. vbi infert etiam ad
3 quæſtionem quotidianam: attamen † anima ip-
ſa non infundit in conceptione, ſed poſt, ita Io. de
Graſſis in c. vnũ orarium, §. nomine, nu. 9. diſt. 25.
Plinius verò lib. 7. cap. 6. naturalis hiſtoriæ, teſta-
4 tũ reliquit ibi, † partum animatum eſſe in nona-
geſimo die, & in quadrageſimo in maſculo: & Ia
cob. Menoch. quoque in tract. de arbitrar. iudic.
quæſtionib. in caſu 387. num. 3. lib. 2. cent. 4. Sed
quicquid Plinius ipſe ſuadeat, non recedo aliter
à communi opinione recitata, quam mediãte ex-
perientia, tanquam rerum magiſtra, ſemper re-
peri veriſſimam.

5 Imò † Hieronym. in epiſt. 38. ad Anaſtaſ. vide-
tur ab vtraque opinione, prima & ſecunda ſupe-
rius diſcuſſa, penitus diſſentire, ita ibi ad vnguem
diſcurrens: nequit enim, quod alij aſſerũt, vt for-
matis in vtero corporibus, Deus quotidie faciat
animas, & infundat: alij factas, iam olim, id eſt
nunc, cum omnia Deus creauit ex nihilo: tunc
eas iudicio ſuo diſpenſat in corpore, & hoc ſen-
tijt Origenes cum nonnullis alijs ex Græcis.

Ego verò cũ hæc ſingula legerim, teſtor Deũ,
dico quia vſque ad præſens, certi vel definiti ali-
quid de hac quæſtione nõ teneo, ſed ipſi Deo re-
linquo ſcire, quid ſit in vtero, & cui ipſe reuelare
dignabitur: me tamen hæc ſingula & legiſſe non
nego, & adhuc ignorare confiteor, præter hoc,
quod manifeſtè tradit eccleſia; Deum eſſe, & ani
marum, & corporum conditorem.

Et licèt acerbè, acriterque me hæc Auguſtini
ſententia vexet, & premat: nihilominus tamen fir
miſſimis hodie cõſcientiæ præſidijs munitus, con
tra eandem etiam opinionem, cõſcientia ipſa me
fortem facit, & cõfirmat, imò validiorem quoque
denique reddit. Et ne qua diſcriminis ſcintilla re

linquatur,

6 linquatur, animaduertendum est, † quòd anima non extra duce, neque cum femine infunditur. c. quod verò non. 32. q. 2. & consequenter anima non infunditur, nisi formato corpore. c. quod ve
7 rò si. 32. q. 11. † cum organizato corpore actione parentum, Deus animam infundit in corpore ipso, & infundendo creat, & quidē in corpore maris post dies quadraginta à prima conceptione, in corpore verò fœmellæ, per octuaginta, teste Bartholom. Sybilla in Speculo peregrin. quæst. cap. 1. q. 5. c. decad. & Lel. de Zanch. in trac. de priuileg.
8 ecclesf. priuileg. 159. num. 3. † Et ratio viuax assignatur isthæc per Plin. & Domin. Tholosan. post Philosophos, super Leuit. cap. 12. Nam masculinus fœtus concipitur re ipsa ex semine calido in dextera parte matricis, quæ calida extat: fœtus nempe fœmineus, ex semine frigido in sinistra parte matricis, taliter quod frigidum, tardum est & pigrum in operatione sua, calidum verò velox: ideoq; virtus formatiua in vno semine, velocius & citius membra organizat & format quam alio.
9 Et † hinc est, quod creatio corporis & membrorum, est propter animam, teste Arist. lib. 11. De animalibus.

Cæterùm hodie isthæc speculatio paruam ad-
10 modum afferre cēsetur vtilitatē, † cum Sixtus V. in constitutione illa sacrosanctissima emanata in anno 1588. contra procurantes, consulentes, & consentiētes quocunque modo abortū, determinet, (diuino afflante spiritu) feriendos, puniendosq; ibi omnes, & quoscunque tam viros, quàm mulieres, varijs, diuersisque pœnis, etiam quòd fœtus fuerint immaturi, tam animati, quàm etiam inanimati, & ratio ea esse posset; quoniam infans in vtero, pro iam nato habetur. l. intelligendus. ff. de verb. signif. & Iaco. Nouellus in reg. 23. Infans, num. 1. & seqq. tomo 2. vbi hoc ponit pro regula, eamque cum magnō exornat apparatu. Sed expe
11 ditum est, † quòd abortioni causam dans pro salute mulieris, ab omni pœna excusatur. Soc. sen. in c. si aliquis, ext. de homic. Menoc. de arbit. iudi. quæst. lib. 2. casu 357. nu. 18. cent. 4.

Et licèt non desint, qui cōtrarium asseruerint, videlicet, istum ita canonicè agentem, puniendum fore mitiori pœna, arbitrio iudicis: nihilominus tamen primam opinionem Sociui, & sequacium veriorem, & humaniorem arbitror, dummodo hoc actum sit à medico pura conscientia, & secundum canones, & secundum eam in anno 1589. maturè quidem iudicauit in contingentia facti sacra Regia Audientia Barensis.

Nam vulgatissimū axioma est apud medicos, vt docuit Galen. 1. artis curat. ad Glauc. cap. 14.
12 Incumbendum † est ei, quod magis vrget, altero
13 non neglecto: † sed cum inter causas abortus, efficacissima sit ingens dolor, ad quem tollendum, nullum præstantius excogitari potest remedium, ipsa venæ sectione, vt monet idē Galen. 5. aphor. com. 23. at per venam adapertam, quamuis dolor tollatur, tamen fit & causatur abortus, ex Hip. 5. aphor. 31. ergo ad illud euitandum, hoc succedit & euenit, & dolor minimè tolerandus est in corpore, cum sit de prosternētibus virtutem, & morrem inducentibus. Cels. lib. 4. c. 2. Mulier etenim tenetur medicari, iuxta illud Ecclesiast. 38. Fili, in tua infirmitate ne despicias te ipsum; da locum medico, etenim illum Dominus creauit, & non discedet à te: quia opera eius sunt necessaria; Altissimus creauit de terra medicinam, & vir prudens non abhorrebit illam, & curans mitigabit dolorem.

Medicus autem quacunque recta, & iusta causa, etiam leui, in sua operatione, tutus existit in conscientia si abortus causetur ad vnguem: fœtus enim ita alligatur matrici in primis mensibus, sicut tenelli fructus arbori, in primordio sui esse: at his mensibus debiliter alligatur, quid tum si ex quacunque leui causa fit, & oriatur abortus? cum in nullo, præsertim morbo, minùs fortuna sibi vendicare, quàm ars posit, vt potē repugnāte fortuna, nihil medicina proficiat, ex Celso lib. 3. cap. 1. quid mirū si leuissima causa fiat abortus? cum ex tussi, ventositate, & apostemate causetur. Et si parens præcepto Eccle. 18. Ante languorem adhibe medicinam, quid si ex exhibitione pharmaci læ datur fœtus, & fiat abortus? Tolle enim (ex August.) voluntatem, & tolles peccatum: medici recta voluntas culpanda non est, cum peccati non extiterit auriga. Dato enim quod mulier vtero habens, febricitet, quid agendum? respondet Gal. pro febris curatione, 11. Meth. cap. 15. Saluberrimum esse in febribus venam incidere, non continentibus modo, verum & alijs omnibus; & nō solum phlebotomiam admittere debet, verum & pharmacum: nam alienum à natura debet educi, ex Gal. 4. de sanit. tuen. cap. 4. at pharmacum semper nocet prægnanti, teste Auerr. 7. collig. cap. 3. lædit embrionem, cum substātiam venenosam in se habeat, & facit malos humores fluere ad illum: tamen Hip. concessit illud, turgente materia. 3. aphor. 1. standum est peritis in arte.

Insuper testatum reliquit Hip. 5. aphor. 30. mulierem grauidam capi ab aliquo morbo acuto & febri esse lethale. 5. aphor. 55. at in morbis acutis eadem die est medicādum, iuxta eundē 1. aphor. 24. ergo necessitate cogente venit medicandum: si ex hoc sequatur abortus, quid medico tribuendum, cum secundum suos egerit canones?

Tandē ex erisipelate vterino mulier obire potest. 5. aphor. 43. ne autem mater pereat vnà cum fœtu, tenetur his vti remedijs, & è malis, minimis semper eligendum esse constat: minus enim malum est vnum mori, quàm duo perire.

ARGUMENTUM.

Multa dicuntur de nobilitate animæ, & quòd periculum animæ facit cessare cōsuetudinem, & ideo plurimum aduertendum est ad salutem animæ.

SUMMARIUM.

1 *Animæ facies, est conscientia: & sicut in conspectu hominum gratiosa est facies pulchra; sic in oculis Dei speciosa est conscientia munda, nu. 2.*

Anima

3 *Anima illa decora dicitur, in qua virtutum gratia, & diuinæ operationis effigies relucet.*
4 *Anima ficut est vita corporis, sic Deus est vita animæ.*
5 *Deus ficut omnem creaturam, sic anima omnem creaturam naturæ dignitate præcellit.*
6 *Anima omnis aut Christi sponsa, aut diaboli adultera. Anima igitur fœlix, quam Dei pietas respicit, humilitas subijcit, potentia reducit, obediĕtia conducit, perseuerantia perducit, deuotio introducit, & charitas vnit. nu. 7.*
8 *Anima suauissima, & saluberrima requies, quæ?*
9 *Animæ quinque habitus, quibus verum dici.*
10 *Intellectu nihil esse diuinius.*
11 *Animam quodammodo esse omnia, & corpore admodum preciosiorem, num. 12. cæteris præferendam, num. 13. & id quomodo intelligatur, ponuntur aliqui effectus, num. 14.*

DECISIO LXXXIII.

1 ANIMAE † facies est conscientia: & anima iusti est sedes sapientiæ. ita Aegid. Bellamera in Clem. fidei, de summa Tri
2 nit. & fide catho. num. 37. Sicut † enim in conspectu hominũ gratiosa est facies pulchra: sic in oculis Dei speciosa est cõscientia munda, secundum
3 Ioan. Chrisost. super Matthæum. Et † anima illa decora dicitur, in qua virtutum gratia, & diuinæ operationis effigies relucet. c. illa anima, de pœni.
4 distinc. 2. Et hinc est, † quòd sicut anima est vita corporis, sic Deus est vita animæ. c. porrò. §. resu-
5 scitatus, de pœni. dist. 1. Itaque † sicut Deus omnẽ creaturam, sic anima omnem creaturam naturæ dignitate præcellit, & de ipsius animæ dignitatẽ & prærogatiua, Stepha. de Gae. in cap. ad limina.
6 30. q. 1. num. 68. Omnis † autem anima, aut Christi sponsa, aut diaboli adultera est, ita August. su-
7 per Genesim ad litteram. Fœlix † igitur anima, quam Dei pietas respicit, humilitas subijcit, potentia reducit, obedientia conducit, perseuerantia perducit, deuotio introducit, & charitas vnit,
8 secundum August. de spiritu & anima. Et † hæc est animæ suauissima, & saluberrima requies, conscientia munda, quia secura sit beatæ animæ, culcitra conscientiæ puritas; capitale tranquillitas, opertoriũ securitas, vt in hoc interim strato dormiat delectabiliter, & fœliciter requiescat. ita Ber-
9 nardus sermone 106. Vnde † quinque sunt in anima habitus, quibus verum dicitur, videlicet, ars, scientia, intellectus, sapientia, & prudentia, secundum Aristo. lib. 6. Aethicorum. Et hinc Themi-
10 stius super cap. de anima, asserebat, † quòd intel-
11 lectu nihil diuinius. Et sic denique † anima quodammodo est omnia. ita Aristot. lib. 3. de anima.
12 Estque † etiam anima ipsa multo preciosior corpore. cap. cum infirmitas, ext. de pœnit. & remiss.
13 Ideo † non immeritò anima venit prǽferẽda quibuslibet rebus. l. sancimus. §. penul. C. de sacrosan. eccle. & sic anima omnibus rebus præponenda est. l. fin. C. ad l. Iul. repetun. Glo. in capit. sacræ, Instit. de rer. diuis. Anto. Ciosius consi. 5. Verba, num. 9. vol. 2. & consi. 38. num. 4. vol. 1. Riminal. iun. consi. 413. num. 48. vol. 4. Bertran. consi. 193. Christi, num. 125. vol. 5. Corn. consi. 246. num. 6. vol. 1. & consi. 320. num. 11. volu. 4. & Lauren. de Pinu consi. 69. num. 22. & consi. 141. num. 19. & Anchar. in cap. canonum statuta, num. 12. extra de constitu. Ioannes de Monte Sper. consil. 14. num. 3. volum. 1.
14 Sed † animam cęteris rebus præferendam esse, quomodo intelligatur, explicat Hippol. Rimin. in §. 1. sub num. 402. cum tribus alijs seq. Instit. de donat. & consi. 507. Diligentissime, nu. 42. vol. 5. Est tamen bene verum, quòd tutior pars eligenda semper est, quæ fauet animæ. c. iuuenis, & ibi Doct. de sponsalib. Neuizan. consi. 22. nu. 21. Riminal. iun. consi. 400. Post redditum, num. 132. volu. 4. & sic denique viam tutiorem eligendam, vbi agitur de periculo animarum, exploratissimũ est, vt per Bertran. consi. 385. Conuentio, num. 4. vol. 6. Corn. cons. 44. num. 7. vol. 2. Imò bonarum mentium est, peccatum vbi non est, peccatum ibi constituere, c. 1. de obseru. ieiun. & eatenus animæ saluti maximè prospiciendum est, vt periculum animæ faciat cessare consuetudinem, & multa alia, vt apertius demostrat Quintil. Mandos. in tract. de inhibitionib. q. 90. num. 2. prout non semel tantùm ita accuratè quidem in varijs diuersisque causis iudicauit sacra Regia Audientia Barensis in anno 1589.

ARGVMENTVM.

Quando vẽditur annuus reditus pecuniarius certus, & ad certum tempus, tunc censetur factus in fraudem vsurarum: & fructus percepti sunt computandi in sortem principalem.

SVMMARIVM.

1 *Emptio vera vbi est, commodum & incommodum etiam ante rei traditionem ad emptores pertinet.*
2 *Venditionis contractus fœneratitius iudicatur, cum emptor de lucro à principio certus est.*
3 *Redditus annui certi si emantur ad tempus certum, an & quando in fraudem vsurarum facti, illicitique censeantur.*
4 *Conuentio, quòd vnus pecuniam ponat, & alter operam, & recipiatur certa pars lucri, capitali semper saluo, iniusta est vsurariamque sapit prauitatem.*
5 *Conuentio si à principio fiat, quòd socer soluat quinque pro centenario, donec soluat dotem, illicita est, licèt fundi fructus pro dote non soluta pignoratos licitè retineat.*
6 *Conuentio creditoris cum debitore in casu à iure permisso, de certa pecuniarum quantitate annuatim soluenda, iniusta est.*
7 *Redditus annui vbi certi sunt in pecunia que numerata debiti de nouo inter partes determinati respectu debitoris contrahentis, contractus est illicitus.*
8 *Debitor vbi soluit pecuniam annuam respectu pecuniæ solutæ præstationem illam vsq; ad præfinitum tempus relinquere non potest.*

Vniuer-

9 *Vniuersitas seu municipium quascunque miserabiles personas in se comprehendit.*
10 *Læsio etiam non excedens dimidiam iusti pretij modo non sit minima, si inter personas beneficio restitutionis gaudentes accidat, causam rescindendi contractum dolo initum præstat.*
11 *Vsuram facere etiam pro captiuorum redemptione minimè licet.*
12 *Contractus illiciti ob bonum publicum, causasque pias, non faciendi.*
13 *Consuetudo cótractum aliàs illicitum, facit licitum.*
14 *Redditus annui & census ad rationē ducatorum decem pro centenario ex Bulla Nicolai V. qualiter permissi: & vtrum Papa dispēsare possit, quòd ex aliqua pia causa fœnerari liceat.*

DECISIO LXXXIIII.

VENDITIO certi annui redditus pecuniarij ad certum tempus facta, dici potest fęneratitia, simulata, atque illicita, & tanto magis, cum ex narratione casus, de quo agitur, colligatur, quod contractus iste continet certitudinem, tam respectu redditus annuorum ducatorum 1900. quàm etiam respectu temporis decem annorum. ex qua quidem duplici certitudine, contractus arguitur vsurarius, ita quòd stante petita, & obtenta absolutione à iuramento, & iuramentis in eo præstitis, facilè Magnifica vniuersitas Iuuenatij illummet cōtractum potuit rescindere, vel ab obseruatione eiusdem discedere, saltem prætextu enormis, vel enomissimæ læsionis, petendo mercatores emptores cōpelli ad relaxandum gabellas illis assignatas, & imputandum omnia recepta, ac exacta à redditibus ipsarū gabellarum in satisfactione, extenuationeq; debiti principalis, & capitalis recepti à prædictis emptoribus.

Et pro veritatis indagine, considerandum est, quòd licèt contractus præfatæ conuentionis fuerit celebratus sub titulo venditionis redituum gabellarum pro annis decem: tamen si rectè, diligenterque attendatur tenor eiusdem conuentionis, magis sapit naturā mutui ducatorum decem millium centum & decē, cum lucro ad rationem nouem pro cētenario, annuatim recipiendo, quā
1 veram & legitimam emptionem. † nam si esset vera emptio reddituum prædictarum gabellarum, pro annis decem, certè omne commodum, & incōmodum spectaret ad ipsos emptores. l. id quod post emptionem, ff. de peric. & commo. rei vend. & l. 1. C. eo. titu. etiam ante illius rei venditæ traditionem, vt probat tex. in §. cum autem, Institu. de empt. & vendit. & consequenter si in eodem decennio sequeretur maxima sterilitas, bellorū turbulentia, seu pestis, ita quòd gabellæ istæ venditæ non haberent redditus ascendentes ad ducatos mille & noningentos, huiusmodi damnum tunc omni dubio procul spectare deberet ad ipsos emptores: quia viderentur emere facultatē exigendi quasi aleam, vt patefacit Barto. in l. cotem ferro, §. qui maximos, ff. de publican. & nihilominus tamen si grauiter & maturè in casu nostro natura huius conuentionis & cōtractus inspiciatur, cōstitutum extitit, vt vniuersitas ipsa teneatur de proprio soluere, & supplere eandem pecuniarū quantitatem prædictis mercatoribus persoluendam, ad rationem ducatorum mille ipsius capitalis, & ducatorum noningentorum lucri cessantis ad rationem nouem pro centenario, ita quòd mercatores prædicti, qui soluerent quantitatem ducatorum decem millium infra terminum decem annorum reciperent eandem pecuniarum quantitatem, & debitum extingueretur: nec non & lucrum omnino certum, & indeficiēs, etiam quòd esset vltra redditus gabellarum, ascendens ad summam ducatorum noningentorum.

Quod quippe absque scrupulo aliquo fuit, & est contra naturam contractus veræ venditionis reddituum gabellarum, taliter quòd ob hoc contractus ipse emptionis arguitur fœneratitius. c. il-
2 lo vos, de pignor. † vbi contractus venditionis iudicatus extitit pignoratitius, ex eo quòd emptor certus erat à principio de lucro trium librarum, seu 60. solidorum conuentō, & tāto magis, quòd hoc erat contra naturam contractus emptionis. est tamen bene verum, quòd isthæc cōuentio potius sapit naturam mutui, quàm venditionis, & emptionis. nec est mirandum si in discussione nō fit de cætero mentio ducatorum centum & decem, primo loco positorum, vltra quātitatem ducatorum decem millium: quia licèt fuerint nominati in contractu: tamen rei veritate non fuere soluti per spatium annorum sex, iam præteritorum: nec secundum naturam, & formam prædictæ conuentionis, & contractus veniebant restituendi ipsis mercatoribus.

Præterea extitit conuentum inter dictas partes, quòd liceret ipsis mercatoribus, durante decennio, vendere gabellas antedictas in publicis subhastationibus, cum interuentu syndicorum, & electorū eiusdem vniuersitatis, & pretium emptionis earū demmet gabellarum recipere ab emptoribus in satisfactionem supradictorum ducatorum mille & noningentorum in quolibet anno: verùm si emptores fuerint inuenti esse non soluendo, vel quòd pretium emptionis nō ascenderet ad summam hanc, tunc & eo casu vniuersitas ipsa teneretur, & deberet de suo supplere, & satisfacere dictis mercatoribus. quæ omnia verè sunt contra naturam contractus veræ venditionis: sed magis tendit ad naturam mutui cū commodo, & vtilitate ad rationem ducatorū nouem pro centenario. quę nempè conuentio tanto magis continet læsionem, quia licèt in primo anno videatur facta computatio lucri ducatorū noningentorum, ad rationem nouem pro centenario: tamen in sexto anno completo, in quo sumus, restitutis ipsis mercatoribus ducatis sex millibus, cum lucro annuo prædictorum ducatorum noningentorum, ita quòd non supersunt ipsius capitalis, nisi tātùm & solummodo ducati quatuor mille sortis principalis, adhuc ipsi recipiunt eundem numerum, & quantitatem lucri ducatorum noningentorum, quæ quidem summa excedit dictum numerum solutionis nouem pro centenario, vt de se patet rectè calculando.

Nec

Nec yllo quidem modo habet obſtare, ſi forte
diceretur, quòd imo mercatores ipſi emerunt ab
vniuerſitate prædicta, redditus gabellarum duca-
torum mille & noningentorum annuorum pro
annis decem: & ideo voluerunt ex pacto, quòd
vniuerſitas ipſa suppleret, quando gabellæ nõ eſ-
3 ſent tãti redditus: quia reſpondetur, † quòd vbi-
cunque emuntur annui redditus certi & determi
nati, puta ducatorum centum ad tempus profe-
cto ſimiliter certum, & determinatum, puta pro
annis decem, & potiſsimum ſi conſiſterent in pe
cunia data, & recepta, tunc & eo caſu planè cõlli-
gitur, quòd etſi contractus ſit celebratus ſub figu
rato, & ſimulato titulo emptionis: tamen cenſe-
tur factus in fraudem vſurarum: & conſequẽter
illicitus, & à iure reprobatus. ita Io. And. in addi.
Spec. in titu. de vſuris, in tub. in add. magna, circa
medium, ibi, & aduerte, quòd hoc dubium, & re-
fert ſe idem dixiſſe in c. in ciuitate, in glo. magna,
extra eod. tit. & huicmet ſententiæ aſſentitur Io.
de Anan. in d. c. in ciuitate, col. 12. verſ. ſecundo
caſu principali, poſt Anchar. pręceptorem ſuum,
qui ponit rationem diuerſitatis, quãdo venditio
fiat ad certum, determinatumq; tempus, & quan
titatem, quare debeat magis cenſeri contractus il
licitus, factus in fraudem vſurarum, quàm ſi fie-
ret ad tempus incertum, & longum: quia magis
accedit naturæ contractus mutui, quàm veræ ven
ditionis, cum pecunia detur, & pecunia recipia-
tur in maiori quantitate, & in certo termino ſine
diſcrimine aliquo augmenti, vel diminutionis,
aut conſideratione expẽſarum, vel culturæ. quod
maximè procedit, vbicũque certi redditus emun
tur longè minori quantitate, quàm ſint ipſi red-
ditus, vt eſt in caſu noſtro, vt infra latius demon-
ſtrabitur. & in huiuſcemodi caſu, accedente lęſio
ne enormi venditoris, quando venderentur certi
annui redditus in pecunia, & ad certum tempus,
quòd talis contractus, cẽſeatur factus in fraudem
vſurarum, iſtam ſentẽtiam firmat Laurent. de Ro
dul. in repet. c. conſuluit, in 6. quæſt. col. 2. verſ. il-
lud autem benè ſatius & verius puto, extra de vſu
ris. vbi formaliter tenet, quòd vbi interuenit om-
nimoda certitudo temporis, & quantitatis, talis
contractus cenſetur celebratus in fraudem vſura-
rum. quæ nempe doctrina compertum eſt deci-
dere caſum noſtrum.

Nec huiuſmodi contractus poſſet aliquo mo-
do excuſari, per regulam c. nauiganti, extra eo. ti.
propter dubium & periculum damni, & lucri, ꝙ
ratione dubij cenſeretur contractus licitus: quia
ſi rectè conſideremus naturam memoratę cõuen
tionis, vbi fuit conuentum, quòd ſi redditus ipſa-
rum gabellarum, in biennio non aſcenderent ad
ſummam ducatorum trium millium & octingeo
torum, vniuerſitas prædicta haberet de proprio
ſtatim ſoluere, & ſupplere in pecunia numerata
reſiduum dictæ quantitatis non exactæ ab ipſis
gabellis, etiam ſi interueniſſent emptores pro in-
tegra quantitate, & illi infra hoc tempus efficeren
tur non ſoluendo, adhuc vniuerſitas ipſa deberet
ſupplere eandem quantitatem, ita quòd merca-
tores ipſi ſemper ſunt in tuto, & non poteſt ha-
bere locum diſpoſitio dicti capituli, nauiganti.

Et pro eademmet ſententia optimè nimirum
4 facit, quia videmus, † quòd ſi vnus ponat in ſo-
cietate pecuniam, & alter operam, & fiat pactum,
quòd recipiat certam partẽ lucri, & capitale ſem-
per ſit ſaluum, talis connentio, & contractus cen-
ſetur illicitus, & à iure reprobatus, ſapitque etiam
vſurariam prauitatem. ita Glo. in c. plerique, 14.
q. 3. quæ non obſcurè quidem concedit, ꝙ iſthęc
conuentio non eſt de iure valida, imò iniqua, &
iniuſta, per textum in l. 5. ff. pro ſociu. Imò plus di-
cit Bald. in l. 1. in 9. quæſt. C. pro ſocio, quòd iſte
contractus ſapit vſurariam prauitatem, ratione pa
cti, quòd capitale ſit ſaluũ: & ideo quicquid per-
cipitur ex eo extenuat ſortẽ, pro qua nempe ſen-
tentia Baldi eſt bonus textus in l. ſi non fuerit, §.
Ariſto, ff. pro ſocio, & hoc idem firmauit Io. Cal-
der. in repet. c. nauiganti, in 6. col. in 2. quæſt. extra
de vſur. Abb. in cap. per veſtras, colum. 2. extra de
donatio. inter vir. & vxor. & Anchar. etiam ibi,
in 12. notab. vbi dicit, ſed dubito in caſu illius ca-
pituli, vtrum pecunia debeat dari periculo mer-
catoris, vt ſi eam perdat, ſuum ſit periculum, ſi lu-
cretur det partẽ viro: & decidit concluſiuè, quòd
videtur iſta quodammodo vſura, poſtquã illa pe-
cunia non ſubiacet periculo, & conſequenter te-
net, quòd tale pactum, quòd capitale ſit ſaluum,
ſapit vſurariam prauitatem, & huicmet ſententiæ
aſſentitur etiam ibidem Præpoſitus, colum. 2. &
Saly. in authen. ad hæc, C. de vſur. eamq́ue itidem
planum facit eſſe ſequendam Ambroſ. de Vig. in
repet. c. ſalubriter, col. 12. extra de vſur. & ita con-
ſuluit quoque Rom. conſi. 237. Pro habenda ſub
ſtantia veritatis, colum. 2. ex quibus quidem ma-
nifeſtè colligitur, quòd conuentio hæc mercato-
rum taliter facta, quòd redditus debeant eſſe cer-
ti in certa quantitate, & tempore, & ꝙ ſupplean-
tur ab ipſa vniuerſitate, etiam ſi emptores gabel-
larum reperirentur non ſoluendo, quòd non fue
rit vera vẽditio, ſed ſapit naturam mutui cum lu-
cro annuo certo, & determinato: & ſic cẽſeatur
facta in fraudem vſurarum, per iura, & rationes
ſuperius allegatas.

Pro qua nempe ſententia percommodè facit
5 etiã, † quia licèt maritus licitè poſsit retinere fru-
ctus fundi pro dote nõ ſoluta pignorati, qui non
computantur, nec extenuant ſortem: tamen ſi à
principio conueniat cum ſocero, quòd donec ſol
uat dotem, ſocer ipſe ſoluat quinque pro cente-
nario, iſta conuentio eſt reipſa illicita, & à iure Ca
nonico reprobata, ſecũdum Ioan. And. & Card.
in c. ſalubriter, extra de vſur. & Ancha. cõnſi. 149.
In quæſtione quæ vertitur, colum. 2. vbi cõſuluit,
quòd ſi mulier ſtipuletur poſt ſolutum matrimo-
nium certam, & determinatam annuam pecuniæ
quãtitatem pro alimentis, donec dos reſtituatur,
iſta eſt illicita pactio, ratione certitudinis: quia
cenſetur facta in fraudem vſurarum, & præme-
moratam ſententiam Io. And. quòd maritus nõ
poſsit licitè ſtipulari quinque pro centenario, ſeu
aliam certam annuam ſummam, ex quo hoc ſapit
vſurariam prauitatem, refert & ſequitur Lauren.
de Rodul. in repet. c. conſuluit, in quæſt. 53. in fi.

extra de vſuris, vbi ponit rationem diuerſitatis., quare ſecus in fructibus fundi pignorati pro dote, per d.c. ſalubriter, quia fructus ſunt incerti, & ſubiacent iudicio fortunæ.

Quæ vtique ſententia roboratur ex doctrina Bal. in l. rogaſti, §. ſi tibi, colum. 2. verſ. quid ergo
6 ſi mutuo, ff. ſi cert. pet. volẽs, † quòd licèt aliàs vſura loco intereſſe, etiã de iure Canonico licitè petatur, & exigatur, per ea quæ habentur in c. conqueſtus, extra de vſur. per Glo. & Doct. in l. curabit, C. de actio. emp. & in l. 2. C. de vſur. & ſecundè conſuluit Alex. conſi. 220. Super titulo quæſtionis, vol. 2. tamen ſi creditor conuenerit cum debitore, quòd ſoluat in certo termino debitũ, & ſi non ſoluat in termino, quod det decem nomine intereſſe, & pro tanto dictum intereſſe nũc confitetur, & declarat, ac liquidat: nihilominus iſthæc conuentio ratione certitudinis lucri non valet, ſapitque vſurariam prauitatem, atque de iure reprobatur, ſecundum Bal. ibi, quem refert, & ſequitur Ioan. de Anan. in c. nauiganti, in vltima char. extra eod. titu. de vſur. Ecce igitur, ꝙ etiam in caſu aliàs à iure permiſſo ſi creditor cum debitore conueniat de certa pecuniarum quantitate annuatim ſoluenda, contractus ratione illius certitudinis redditur illicitus, & cenſetur factus in fraudem vſurarum, & pro iſta ſententia conſuluit Dec. conſil. 39. Iuridicam eſſe arbitror, col. pen. verſ. taxatio verò certa, & conſi. 116. In cauſa Aluiſij, col. fi. verſ. circa ſecundum dubium.

Præterea ex alio capite, ſeu fundamento antedictus contractus debet cenſeri etiam illicitus, & factus, celebratuſque in fraudem vſurarum: quoniam in eo extitit conuentum, ad inſtantiam eorundem mercatorum, quòd vbicunque redditus ipſarum gabellarum non reſponderent, ſeu non aſcenderent ad ſupradictã ſummam, & pecuniarum quãtitatem, annuatim ſoluendam, ꝙ vniuerſitas prædicta de proprio ſolueret & ſuppleret: prout in dicta conuentione & contractu clarè diſcernitur. Sed certum eſt, & in iure veriſsimum,
7 quòd † quotieſcũque annui redditus vẽditi ſunt certi, & in pecunia numerata, debiti de nouo inter partes, conſtituti, & determinati reſpectu perſonæ debitricis contrahentis, maximè ſi tales redditus non ſubiacent varietati fortunæ, nec periculo deteriorationis, ille contractus tunc redditur illicitus, & à iure reprobatus, & cenſetur factus ex intẽtione deprauata, in fraudem vſurarum, iſtam ſententiam tenuit originaliter Innoc. in c. in ciuitate, quem ſequuntur ibi Hoſtien. Anto. de Butr. Ancha. & alij vniformi conſenſu omnes, extra de vſur. & Lauren. de Rodul. in d. repet. c. conſuluit, in quæſt. 18.

Vbi erat caſus, quòd quædam domina dederat cuidam monaſterio centum cum pacto, ꝙ monaſterium ipſum ad vitam donatricis daret ſexdecim, & quòd poſt mortem extinguatur debitum, & centum ſint eiuſdemmet monaſterij, & ex iſta cauſa monaſterium obligauit certa bona, in quo quidem caſu Lauren. de Rondul. cõcludit, quòd talis cõtractus cenſetur illicitus, & quòd recipiens vltra ſortem tenetur ad reſtitutionẽ, ex dictis per Innoc. in loco antè ſignato. quod quippe tanto magis procedit, & locum obtinet in caſu noſtro: quia in venditione facta cum monaſterio prædicto licitum erat illi quandocunque in vita mulieris reſtituere illa centũ, & ſe liberare à præſtatione anuna: ſed in caſu, de quo agitur vniuerſitas ipſa, ſi vellet ante decennium reſtituere ducatos decem millia primo loco ſolutos, & ſe liberare ab annua præſtatione ducatorum noningentorum, mercatores ipſi hoc non permitterent, prout verè de præſenti requiſiti nullatenus permittunt.
8 Cæterùm compertum eſt, † quòd vbicunque debitor ſoluit aliquam pecuniarum quantitatem annuam reſpectu pecuniæ ſolutæ, non poſſet vtique illam præſtationem relinquere vſque ad certum, & præfinitum tẽpus, puta decem annorum, vt in caſu noſtro, talis cõuentio facit præſumi contractum factum in fraudem vſurarum, vt demonſtrauit Ant. de Ligna. in repe. c. ſalubriter, col. 24. verſ. quia ergo quotidie fiunt cõtractus, emptionum in fraudem, extra de vſur. vbi copioſiſsimè quidem enumerat omnes, & quaſcunque coniecturas, ex quibus contractus præſumitur factus, atque celebratus in fraudem vſurarum.

Præterea conſiderandum eſt itidem, quòd ſupradictus contractus veniret, eadem vniuerſitate inſtante, ex alio capite vigilanter reſcindendus, etiam ſi verè nõ fuiſſet celebratus in fraudem vſurarum. nam mercatores ipſi, facti veritate recognita, numerauerunt creditoribus vniuerſitatis memoratæ ducatos decem millia, quam pecuniarum quantitatem iſti mercatores habent recipere, & reimburſare, vt vtar verbis dictę conuentionis, infra terminum annorum decem, infra quem quidem terminum ipſorum annorum decem, vltra ducatos mille recipiendos in quolibet anno præfatæ quantitatis ſolutæ, mercatores recipere habent ducatos noningentos pro quolibet anno, quæ nempe ſumma aſcendit ad quantitatem ducatorum nouem millium. imò quod plus eſt eadem vniuerſitas licèt ſoluerit maiorem partem debiti principalis, videlicet in ſexto anno completo, in quo ſumus, reperitur ſoluiſſe ſex millia ducatorum; nec non & pro lucro ducatos quinque millia, & quadringentos: tamen adhuc in ſequenti anno, & ſeptimo poſt ſolutionem maioris partis capitalis habebit ſoluere vniuerſitas ipſa pro quatuor millibus ducatis reſtantibus, de redditibus ſuarum gabellarum ſimiliter ducatos noningentos; & ſucceſsiuè quolibet anno, licèt extenuet ſortem principalem in alijs ducatis mille de nouo ſoluendis, adhuc tamen pro lucro mercatorum habet ſoluere eandem pecuniarum quantitatem ducatorũ noningentorum: & quanto magis perſeuerat in obſeruatione conuentionis, tanto magis enormiter, & enormiſsimè læditur, habito reſpectu ad ſummam, & quantitatem capitalis recepti.

Vnde licitè poſſet petita, atque impetrata abſolutione, ſeu habilitatione à iuramento petere reſciſionem prædicti contractus, per ea quæ notauit Abb. in cap. 1. colum. 2. verſ. ſed quæro, quæ dicatur magna læſio, extra de in integ. reſtitu. vbi

ponit

ponit exemplum in contractu super viginti, & læsio in octo, vel in decem.

Quæ nempe sententia tanto magis procedit in casu nostro, vbi sumus in vniuersitate ciuitatis læsa, quæ vniuersitas vtitur omni dubio procul iure minorum, & gaudet beneficio restitutionis in in-
9 tegrum, ex eo, † quia vniuersitas comprehendit in se pupillos, minores, viduas, & alias quascunque miserabiles personas, vt per Bal. & alios communiter omnes, per illum textum in l. reipublicæ, C. ex quib. cau. minor. volentes obtinere locũ etiam in quolibet municipio. pro qua quidem sententia est bona Glo. in rub. C. de iu. reipublicæ, lib. 11. & ibi firmat Lucas de Penna, & in l. 3. cod. ti. Abb. in cap. 1. col. 4. vers. quo ad secundum, de in integ. restitu. & Afflict. in prælu dijs constitutionum Regni, in 5. quæst.

10 Sed planè credas, † quòd vbicunque sumus in personis, quæ gaudent beneficio restitutionis in integrum, si interuenerit læsio, etiam si non excedat dimidiam iusti pretij, verùm sit infra dimidiam, adhuc tamen talis læsio præstat legitimam causam reuocandi, & rescindendi contractum, dolo saltem re ipsa initum, & celebratum, etiam si non esset vltra dimidium, dummodo nõ sit minima, vt probat textus in l. scio, ff. de in integ. restit. & firmat Bal. in l. rem maioris pretij, in 2. oppositio. & Saly. in 3. oppositio. C. de rescin. vendi. Pantal. in repet. d. l. rem maioris pretij, col. 34. versic. secundo principaliter limitatur, & Anton. de Burg. in repet. c. cum dilecti, col. 5. & in repet. c. cum causa, col. 17. versi. decimosexto limita, ext. de empt. & vendit. restat igitur manifestè dicendum, quòd prædictus contractus, seu conuentio ex omni parte, vel omni capite veniat rescienden da, licèt sit factus, atque stipulatus sub imaginaria, ac velata venditione.

Verum enimuero duo sunt quæ re ipsa videntur posse excusare contractum ipsum in fauorem creditorum. Primò, quod sit factus, gestusq; propter publicam vtilitatẽ, videlicet pro redemptione antedictarum gabellarum obligatarũ alijs creditoribus, seu venditarum cum pacto de reuendendo, seu redimendo, vt in eo legitur: sed pro beneficio publico multa permittuntur quæ aliàs non permitterentur. Secundò per dispositionem Sedis Apostolicæ bonæ memoriæ Nicolai Papæ Quinti, permittẽtis in Regno posse licitè annuos census ad rationem ducatorum decem pro centenario: sed in ipso contractu præsupponitur fuisse conuentũ apparenter pro minori summa. Quibus quidem non obstantibus, prout nullatenus obstant, pro contraria opinione, tanquam sacrosancta, aliàs iudicauit sacra Regia Audientia Hydruntina. Et primò non habet obstare, quòd facta fuerit huiuscemodi conuentio ob publicam vtilitatem, & pro redimendis gabellis à credito-
11 ribus vniuersitatis: quoniam † etiam pro redemptione captiuorum à manibus infidelium minimè gentium licet facere vsuram, vt inquit tex. in cap. super eo, & ibi notatur per Glo. & alios omnes, ext. de vsu. quod quidem firmauit etiam Ambro. de Vig. in d. repet. cap. salubriter, col. 13. versic. ad sextum, ext. eo. tit. & Ant. de Burg. in repet. d. cap. cum dilecti, colum. 7. quamplurima ad hoc cumulando.

Pro qua nempe sententia facit itidem ad propositum, quòd non licet de iure committere minus malum, vt maius euitetur, teste Glo. communi omnium voto approbata, in 14. distin. in sum-
12 ma, & eandemmet sententiam, † quòd ob bonũ, commodumq; publicum non possumus, nec debemus facere contractus illicitos, in fraudem vsurarum, tenuit expresè Ioan. And. in c. peccatum, in 3. quæst. de reg. iur. in sexto, & Ioan. Bapt. Caccialup. de Sancto Seuerino in repet. l. cunctos populos, col. 17. C. de sum. Trini. & ita consuluit Ancha. consi. 243. Christianissimus, in fi. & seriosius Alex. de Neuo in suo consi. quod fecit contra Iudeos fœnerantes, in 5. & vlt. dubio, de quo meminit Afflic. in const. Regni, Vsurariorum, in 12. no tab. Ex quibus omnibus appatet euidenter, quòd etiam ob publicam vtilitatem, & causas pias, non excusantur, nec sustinentur illiciti contractus, facti in fraudem vsurarum.

Nec obstare vllatenus quidem videtur illa doctrina Rolan. consi. 75. vol. 1. vbi concedit, quòd emens à Sempronio mille redditum, quinque scutorum pro centenario annuatim, nõ dicitur committere vsuram. nam ibi, num. 44. interpretatur hoc procedere, si contractus iste frequentaretur in regione, & inter bonos, ac mercatores serua-
13 retur. & nihil mirum, † quia cõsuetudo facit contractum esse licitum, qui aliàs illicitus esset, vt firmat Bart. per illum textum in l. quis sit fugitiuus, §. apud Labeonem, de ædil. edi. Veronen. in proę. sui tract. simulat. prope fi. cum concor. de quibus per Alex. in d. §. apud Labeonem, & per Decium in consi. 170. col. penul. Sed cum in præsenti casu nullatenus probata extiterit isthæc consuetudo, ergo in allegato motiuo nullum potest fieri fundamentum.

Nec postremo suffragatur prædictis mercatori
14 bus, si pro parte ipsorum diceretur, † quòd ex dispensatione Sedis Apostolicæ, vigore bullæ Nicolai Papæ Quinti, incip. Sollicitudo pastoralis officij, vbi disponitur, quòd liceat habitantibus, & cõmorantibus in Regno emere annuos redditus & census, ad rationem ducatorũ decem pro centenario: quia respondetur, (prætermissa illa alta difficultate, vtrum Summus Pontifex posit ex aliqua iusta, piaque causa dispensare, quòd liceat fœnerari, maximè inter Christicolas, de qua est bonus textus in c. super eo, & ibi Scriben. communiter omnes, ext. de vsur. & plenè ac viriliter disputat Ioan. Bapt. Caccialup. de Sancto Seuerino in d. repet. cunctos populos, col. 22. versi. successiuè postquàm nulli Principi, & tangit Alexan. de Neuo in præmemorato consi. in vltimo dubio, de quo per Alexan. de Imo. in consi. primo, & in consi. 107. vol. 2.) quòd si verba, & mens dispositionis, seu dispensationis ipsius Pontificis bene inspiciantur, dicit expresè, quòd tunc demum tales contractus censentur permissi, si annualis præstatio, seu census non excedat decimam partem pecuniæ, seu pretij recepti. Sed in casu nostro, habita

bita ratione temporis prędictę conuentionis continuatę cum mercatoribus ipsis per annos sex iam completos, & transactos, compertum est, quòd hi mercatores percepere ex redditibus memoratarum gabellarum prædictæ ciuitatis ducatos sex mille capitalis debiti soluti, & super tertijs currẽtibus, seu lucro ducatos quinque millia & quadringentos: & tamen post dictam quantitatem receptam in anno sequẽti, & septimo, in quo sumus, licèt sint creditores in ducatis quatuor millibus debiti capitalis, nihilominus intendunt habere pro annali lucro ducatos noningentos, vtrũ hæc summa excedat numerũ decem pro centenario. quilibet sani capitis rectè calculando percipere poterit, quòd lucrum ascendit ad rationem ducatorum viginti duorum, tarenorum duorum, & granorum decem pro quolibet centenario: & cõsequenter non sumus in terminis dispositionis sedis Apostolicæ, sed in longè diuersis, ex quibus non infertur. l. Papinianus exuli, ff. de minor. cum similibus. vnde non immeritò quidem sacra Regia Audientia ipsa iudicauit, stante absolutione obtenta à iuramentis à Sede Apostolica, contractum istum rescindendum, tanquàm factum in fraudem vsurarum, atque continentem enormissimam læsionem ipsius Magnificæ Vniuersitatis Ciuitatis Iuuenatij: & ita audio hanc sententiam innocenter, & iustè confirmatam in sacro Regio Consilio.

ARGVMENTVM.

Debitor fructuum, tenetur soluere eos tempore, quo nascuntur: & debitor speciei & quantitatis, eodem tempore omnia soluere debet.

SVMMARIVM.

1 *Fructus dare tenetur tempore quo nascuntur ad eos obligatus.*

2 *Legatum tritici & vini in principio anni præstari debet.*

3 *Vir si vxori suæ quolibet anno frumẽti corbes aliquot & pecuniam leget, & frumentũ & pecunia eodem tẽpore, scilicet quo illud recolligitur, solui debent.*

4 *Legatum annuum solutum, mortuo infra annum legatario, pro rata temporis hæredibus testatoris non restituendum, sed penes legatarij hæredem totum remanebit.*

Vincentius de Franchis decoratissimus, Pręsidensque Regij Consilij Neapolitani ornatissimus.

5 *Legatum vini ex tali fundo colligendi minimè præstandum, nisi vinum ex illo fundo colligatur.*

6 *Dictio, ex, causam proximã immediatamq; denotat.*

DECISIO LXXXV.

1 OBligatvs † ad fructus, tenetur omni dubio procul tempore quo nascũtur, illos dare, ita Glo. & Bar. in l. Firmio, §. fi. ff. quando dies leg. ced. idem Barto. in l. si legatarius, §. 1. ff. de leg. 3. & Ang. in §. vt si ita stipuler, Instit. de verb. oblig. & in §. fi. de inuti. stipu.

2 Sed † legatum grani, & vini, peti, atque præstari quippe debet in principio anni. l. in singulos, & ibi Bar. & alij vniuersaliter omnes, ff. de annu. leg. & idem Bar. cõsi. 216. Adelandus, nu. 5. & perillustris D. meus Vincen. de Franchis decis. 155. Mortuus, nu. 1. cum alijs seqq. vbi commemorat, nu. 8. ita extitisse decisum in sacro Consilio, hoc annuum legatum soluendũ esse in principio anni.

Quodque eatenus verum est, atque de plano
3 procedit, † quòd legans relinquensque vir vxori
suæ quolibet anno ex tali fundo decem corbes frumenti, & decem libras, quòd tunc, quemadmodũ frumentũ solui debet eo tempote, quo illud recolligitur. d. l. Firmio, §. pater, ff. quãdo dies leg. ced. ita pariter pecuniæ eodemmet tempore erunt soluendæ, vt vniformis, non inuolutè quidem sit, esseque debeat determinatio, vt per Bar. in l. si legatarius, §. 1. ff. de leg. 3. Rom. consi. 231. Soc. iun. consi. 4. nu. 10. vol. 4. Ruy. cõsi. 98. nu. 18. vol. 1. cons. 76. nu. 9. & cons. 84. nu. 11. vol. 2. Cur. iun. cons. 5. nu. 6. & Matth. Brun. cons. 86. In quęstione. nu. 1. vol. 1. & ita aliàs iudicauit Regia Audientia Apulię, in anno 1583. in causa, tunc in ea vertente inter aliquas mulieres ciuitatis Lucenę.

Imò consuluit etiam idemmet Matth. Brun. in
4 loco antesiguato, † legatum ipsum annuum, solu
tum, deindeque mortuo legatario infra annum, non fore aliter vllo quidem modo pro rata temporis hæredibus testatoris restituendum: sed totum penes legatarij hæredem remanẽdum, vt ita firmat etiam, limatè quidem, idem decoratissimus D. Vincen. de Franchis, hodieque ornatissimus Præsidens quoque sacri Regij Consilij Neapó. in d. decis. 155. sub nu. 4. & seq.

Cæterum, vt scopum attingam præsentis speculationis, animaduertendum conducibiliter, ac
5 expeditè nempe est, † quòd huiusmodi legatum
vini, ex tali fundo colligendi factum, non venit vllo modo præstandum, nisi vinum ex illo fundo colligatur. l. quidam testamento, ff. de leg. 1. Dec. consi. 500. num. 15. Caualcan. in tract. de vsufru. mulie. num. 267. Pau. Castr. consi. 338. nu. 3. vol. 1. & Pet. de Benintend. decis. 4. Et ratio palpabilis ea est: nam dictio ipsa, ex, dicitur posita taxatiuè tantum, non autem demonstratiuè. Est nihilo
6 minus bene verum, † quòd dictio ipsa, ex, aliquan
do denotat causam proximam, & immediatam. l. non dubium, & ibi Bar. col. pen. & alij omnes, C. de leg. & Maran. consi. 3. nu. 25.

ARGVMENTVM.

Quando potest in criminalibus procedi contra minorem sine curatore, etsi cõfessio facta per minorem faciat inditium, & si potest puniri, & si minor potest donare, & quando petit restitutionem in integ. quid debeat allegare, & cui incumbat onus probandi.

SVMMARIVM.

1 *Minor 18. annis in criminalibus examinatus ex officio, indicium ad torturam facit.*

Minor

2 *Minor in causa criminali absque tutoris authoritate respondere non tenetur.*

3 *Minor sine tutore, seu curatore procuratorem constituere nequit.*

4 *Minor in Regno pro delictis, arbitrio iudicis, secundum iura regulando punitur.*

5 *Arbitrium iudicis secundum leges necessariò regulari debet.*

6 *Minor etiam post pubertatem de stupro puniri potest: Item de vsurarum læsæque maiestatis crimine.*

7 *Minor in delictis, an & quando pro maiore habeatur.*

8 *Sodomia quàm horribilis, & nefanda.*

9 *Acta quecunque in ciuilibus & criminalibus contra minorem indefensum sunt nulla.*

10 *Minor immobilia propter benemerita & cum iudicis decreto, an & quando donare possit.*

11 *Donare, nobilis liberalisque animi est.*

12 *Minoris in integrum restit. petentis libellus vt valeat, læsio allegari debet.*

13 *Minor rem cum fructibus petens in casu rescissionis contractus, an audiatur, si pretium cum vsuris offerat.*

14 *Minor restitui ad aliquem fundum volens, quare meliorationes emptori bonæ fidei prius soluere teneatur.*

15 *Minoris beneficium & ius, ad eius fideiussores, an transmittatur & cedi possit.*

DECISIO LXXXVI.

1 MINOR † decem & octo annis in criminalibus examinatus ex officio facit indicium ad torturam, ne probationis facultas angustetur, secundum Specu. in tit. de teste, §.1.vers.item excipitur, Glo.& Bal.in l.inuiti, ff.de testib. la 2.Alex.in l.fin.C.de his quib.vt indign. Fran.Brun. cum alijs congestis per eum, in tract.de indicijs, q.2.primæ par. nu.17. & seq.& Blancum in tract.de indicijs, nu.349.

2 Est tamen bene verum, † quòd minor in causa criminali non tenetur respondere sine authoritate curatoris. l.clarum, & ibi Docto. C.de author.præstanda.& tunc nõ dato curatore, processus redderetur nullus, vt per Io.Ant.de Nigris cũ alijs aggregatis per eum in capitulis Regni, in c. 146. Si iustè, nu.54.

3 Imò minor † sine tutoris, vel curatoris authoritate procuratorem constituere minimè potest. l. neque, C.de procuratoribus, & l.non eo minus, in fi. eod.titu. sed hoc non sortiretur locum, vbicunque abesset tutor, vel curator: tunc enim minor ipse valeret petere curatorem per procuratorem.l.2. §.pen. ff.qui pet.tut. & sic pupillus cum authoritate tutoris, vel curatoris procuratorem ipsum cõstituere valeret absque scrupulo aliquo, vt per Bar.in d.l.neque, Neuizan.cum alijs signatis per eum, consi.17.num.68.Prout denique minor ipse potest etiam cum iuramento constituere procuratorem ad causas, & lites.auth. sacramenta puberum. C.si aduers.vend.vbi Ias. & alij omnes, Neuizan.consi.70.Domine, nu.26.

4 Sed in omnem euẽtum † minor in Regno punitur iudicis arbitrio pro delictis patratis per eũ, vt statuitur in Prag.1.titu. de minoribus. Quod quidem arbitrium non ita ieiunè intelligendum est, sed potius secundum veros iuris tramites regulandum: cum pueri ex eorum delictis non debeant ita acriter puniri, sicut maiores, cap.1.& ibi
5 Abb.de delic.puer. Et consequenter † arbitrium iudicis debet necessariò secundum leges regulari, teste Dec.in cap.de causis, num.6.de offic.de leg.Rimin al.iun. consi.245. Dominus Annibal, nu.35.& seq.vol.3.

6 Immò † de iure communi, etiam minor, post pubertatem de stupro patrato per eum, similiter puniri posset, vt per Placentin.in tract.de accusatoribus, titu.3. sub nu.1. & sic minores in delictis tenentur vtique, sine refugio restitutionis in integrum. l.si ex causa, §.nunc videndum, ff.de min. & l. impunitas, C.de pœn.Bart. num.7. & alij vniuersaliter omnes in l.si quis in tantam. C.vnde vi. & quando minor adulterans puniatur, explicat, & resoluit Franc. de Caldas in l. si curatorem, in ver. aduersarij dolo, num.55.& seq.C.de in integ. resti.minor. prout etiam minores ipsi de crimine vsurarum puniri quoque debent, & possunt, vt consuluit Riminal.iun. consi.463. Vt dubitationes, num.54. & seq. volum.4. Ac etiam minores ipsi torquentur in crimine læsæ maiestatis.l.de minore, vbi Marsil.& alij omnes.ff.de quæstionibus. Foller.in pract.crimin.in rubr.Item commisit crimen læsæ maiestatis, num.6.& 104.in 1.par.2.par. Capyc.decis.130.Primum dubium, nu.55.

7 Et nihil mirum, † quoniam minor ipse in delictis pro maiore habetur. l.auxilium, §.in delictis. ff.de minor.vbi excipitur vnus duntaxat casus, videlicet, vbicunque miseratio ętatis ad meliorem, mitioremque pœnam iudicem adduxerit, & ibi Glo.Bar.Bald.Ang. & alij vniformiter omnes, & Bero. consi.173. Tota, num.37. volum.3.vbi firmat, quòd minori, etiam in delictis iura subueniunt, saltem vt iudex cum eo dispensare tunc queat, in minori quidem pœna. Et sic impubes, etiam doli capax, vbicumque de crimine puniri valeret, minimè tunc pęna mortis veniret puniendus, vt consuluit idem Bero. consi.65. Pluribus, num.138. & seqq. volum.1.

8 Imò teste Orig.Deuteronom. cap.13. † in crimine sodomitico, de quo vtinam sermo non haberetur, quia aer loquendo inficitur, secundum Bart. in l.cum vir nubit. C. de adult. qui quidem noluit legem illam meritò legere ob detestationẽ tam horribilis ac nefandi criminis, vbi & sic in d. cap.13.& habetur etiam in c.si audieris.23.q.5.in ipso crimine interficiuntur etiam paruuli, & cuncta quoque bona delentur vsque ad pecora, & vrbes succensas igne, Genes.19.cap.vbi de Sodoma & Gomorra, in quibus nedum crimen in personis excedentium, sed etiam innocentium, puta innocentium infantium, & in rebus eorum fuit iudicio Dei perpetuò vindicatum. Nam terra, vbi fuerunt illæ ipsæ ciuitates, igne, ac sulphure cum vrbibus & populis exusta perpetuam accepit damnationem: vt nunc quidem licèt appareat forma regionis, inuenitur tamen ipsa regio vacua, tecta

mari, pariter & deserta; vt primum exusta ignibus postmodum oppressa aquis in æternam damnationem communi pariter aspectu, attestante Orosio prima ad Augustinum, & Luca de Penna in l. 3. colum. 4. & seq. C. de exactorib. & executorib. lib. 12. sic & præterea interficiũt bruta, in quibus tamen ratio peccati non cadit, quia irrationabilia sunt, vt patet in c. mulier quæ accesserit ad omne pecus. 15. quæst. 1. nec aliter etiam excusantur propter innocentiam, aut ignorantiam paruuli in peccato contra naturam, cap. item in peccato. 2. quæst. 4.

9 Sed † quæcunque acta tam in ciuilibus, quam in criminalibus cõtra minorem indefensum sunt ipso iure nulla, iuribus triuialibus communibus, & Regni, et latissimè Io. Bolognet. consi. 3. num. 24. vbi fatetur, ita in facti contingentia obtinuisse in magna curia, sicque itidem iudicatum extitisse bannum, & foriudicationem contra minorem indefensum fuisse ipso iure nullam, & istam esse syncerè quidem magis communem opinionem, & ita decisum etiam extitit in sacra Audientia Bari, in anno 1589. ad fauorem cuiusdam iuuenis de ciuitate Monopolis. Et sic minor aduersus sententiam banni restituitur, Prosper Farinacius in suis quæstionibus & communibus opinionibus criminalibus. q. 11. nu. 32. lib. 1.

10 Verùm enimuerò † minor ipse rem immobilem donare nõ potest propter benemerita, etiam cum decreto Iudicis. ita Aret. consi. 24. & Anto. de Alexand. in l. fin. C. si aduersus donationem.

In contrariam verò sententiam, ꝙ minor, etiam absque iudicis decreto, valeat facere donationem rerum immobilium, ex causa remunerationis, inclinauit Rom. in l. si ante nuptias. ff. solu. matrim. Bertr. consi. 205. volum. 2. Marian. Soc. consi. 66. volum. 1. & Alcia. in l. creditores, ff. de verborum signif. & ista est veritas, quam fateor, fundatam reperiri in puris visceribus iuris, ponderando textũ à contrario sensu, qui hoc probat in l. fi. C. si aduersus donationem, & in l. non solum, in ver. multo magis, iuncto vers. & fine causa cognita, C. de prædijs minorum.

11 Et hoc mirandum quippè non est: † quoniam donare est animi nobilis, & liberalis proprium, sicuti prodidit Corn. consi. 36. num. 8. volum. 1. & consil. 186. num. 12. volum. 2. Anto. Ciofius, consi. 19. Ad consultationem, num. 4. volum. 1. vbi cõsuluit doctissimè quidem, donationem inter viuos factã validam fore, etiam quòd illa emanata sit erga donatarium, causa turpis effectus. taliter quòd beatius re ipsa est dare, quàm accipere. c. cum Marthæ. de celeb. miss. Neuiz. cum alijs aggregatis per eum, consi. 8. nu. 50.

12 Sed † minor aliquando petens restitutionem in integrum ad hoc vt restituatur in integrum, & valeat libellus, opus est allegare læsionem suam. ita Bal. in l. si. C. de in integ. rest. minor.

13 Imò † etiam minores petentes rem cum fructibus in casu rescissionis contractus, ita demum audiuntur, si pretium quippe cum vsuris offerant. l. vtere. C. de præd. minor. Fabian. de Mont. in trac. de empt. & vendit. in 6. quæst. principali, num. 28. vbi concedit, quod eo casu, emptor etiam debet consequi melioramenta, per tex. in l. intra vtile, §. in venditionibus, ff. de minor.

14 Imò itidem † minor si velit restitui ad aliquem fundum, tenetur etiam prius soluere meliorationes emptori bonæ fidei, l. intra vtile. §. vendentibus, ff. de minoribus. Et de hoc quidem mirandum non est: quoniam stante nullitate contractus, determinans minor ipse ab eo recedere, obnoxius nempe tunc est, restituere omnia aliàs recepta per eum, dummodò ad eius vtilitatem versa fuerint. l. prædiorum, in fi. vbi Doct. omnes, C. de præd. minor. Barto. Bald. & cæteri vniformiter omnes in l. 1. C. si aduers. credit. Dec. consi. 60. Socin. consi. 119. volum. 1. Et onus quippè probandi in præsenti re, ad aduersarium minoris, de necessitate spectaret. l. si prædium, §. emptor. C. de præd. minor.

Cæterùm hoc requisito non ostenso, atque re ipsa probato, minor potest dubio procul tunc recedere à contractu absque vlla restitutione acceptorum facta, teste Natta consi. 63. nu. 5. Rolan. consi. 60. nu. 38. vol. 4. Cæphal. consi. 207. nu. 37. & ratio assignatur in decis. 34. Paria sunt, vers. & cum latus campus.

15 Sed postremo † minoris beneficium ad eius fideiussores an transmittatur, vide Io. Mauntium affabrè, & subtiliter resoluentem, in tracta. de in integ. restit. cap. 14. est tamen bene verum, quòd fideiussor regulariter vti potest omnib. exceptionibus, quæ competunt principali. l. omnes, ff. de except. l. constitutionibus, vbi Bald. C. de vsur. Io. Pet. Surdus, consil. 20. Franciscus, num. primo. Verùm minor si obtineret restitutionem, & ea vellet vti, an eius fideiussor posset ex se impetrare, vide eundem Io. Mauritium discurrentem, & resoluentem in d. tract. de in integ. restit. c. 6. omnibus exceptio. Et an istud ius cedi possit, vide præ dictum Ioan. Mauritium in d. tracta. de restitu. in integ. cap. 17.

ARGVMENTVM.

Vbi sumus in casu dispositionis hominis verba debent intelligi de primo actu: secus verò, quando sumus in dispositione legis vel statuti.

SVMMARIVM.

1 *Verba in hominis dispositione, de primo actu intelligenda, & si actus non sortiatur effectum.*

2 *Verba legis cum effectu intelligi debent.*

DECISIO LXXXVII.

1 VERBA † debent intelligi de primo actu, vbicunque sumus in casu dispositionis hominis, etiam si ille actus non sortiatur effectum suum. l. boues. §. hoc sermone, vbi Tiraquel. ff. de verbor. signific. & l. dotis, l'vltima, & ibi Barto. ff. de iu. dot. secus verò si essemus in dispositione legis, quia intelligi tunc debet, vt actus toties repetatur, donec deducatur ad effectum. ista

est

est notabilis decisio Bal. & Alex. in l. veluti, §. hęc vox. ff. de edendo.

Vbi singulariter volunt limitantes regulam d. §. hoc sermone, quod si statuto cauetur, vt quædam causæ compromittantur, vt in Regno inter coniunctos per Regiam Pragmaticam, & facto compromisso expiret tempus, quòd ipsæ partes coguntur iterum compromittere, & totiens, do-
2 nec suum habeat effectum, † quia verba legis, vel statuti ita intelligi debent cum effectu, & firmauit etiam idem Bal. in l. fideicōmissa, §. si quis decem, ff. de legat. 3. & in l. qui per salutem, & ibi Ludouic. Roma. & Ias. ff. de iureiuran. & idem Ias. in l. duobus, §. si ei qui, colum. prima, & fin. eod. titu.

Ampliando Glo. ibi concludentem ad propositum, quod promittens inquisitum præsentare in curia, intelligitur de prima vice, licèt ille non fuerit ex illa præsentatione condemnatus, aut absolutus: & præsentatio ipsa nō habuerit consummatum effectum, quia verba legis, vel statuti ita intelligi debent cum effectu, prout hoc idem firmauit idemmet Bald. vbi multa alia similia, & faciētia ad præsentem indagationem & speculationem habes per eum, & Ias. & Alex. in l. diuortio, §. quod in anno, ff. solu. matrim. & Felyn. in c. 2. de treuga, & pace, & ita aliàs iudicauit sacra Regia Audientia Barensis, in anno 1590. in causa quorundam de Terra Rutigliani.

Ex quo commodè inferri potest, quod regula, quæ se habet, quod verba debent intelligi cum effectu. l. 1. §. hæc autem verba, ff. quod quisque iur. l. si per eum, §. edoceri, ff. ne quis eū. & c. perlatum, de cler. non residen. cum similibus, intelligi quippe debet in dispositione legis, vel statuti: non autem hominis.

ARGVMENTVM.

Clerici non debent vagari extra suam ecclesiam sine licētia sui superioris & cum causa: & tunc vtrum debeatur eis immunitas.

SVMMARIVM.

1 *Clericus extra ecclesiam cui seruire tenetur sine iusta causa, peregrinationis intuitu, absque prælati licentia vagari non debet, sed ex probabili necessariaque, puta voti adimplendi causa. nu. 3.*

2 *Episcopus dominicis solennibusque diebus in ecclesia diuinis officijs interesse debet: clerici verò quolibet die horis canonicis.*

4 *Clericus iusta causa cum prælati licentia peregrinans sub sedis Apostolicæ protectione est, nihilque contra eum est innouandum, nonnullisque priuilegijs gaudet.*

5 *Clericus iusta, rationabili, necessariaq; causa de sui prælati licentia absens, an & quando gabellæ immunitate tanquam præsens pro coniunctis familiaribusque suis gaudeat.*

6 *Distributiones quotidianæ pro victu clericis absentibus non competunt.*

DECISIO LXXXVIII.

1 Clericus, † & Canonicus, ecclesiæ, altari, ac Deo seruiens, nō debet liberè, passim, & indiscretè, sine iusta causa, peregrinationis intuitu vagari, absque licentia sui prę lati, & superioris extra ecclesiām, cui seruire tenetur. c. non oportet, de consecrat. dist. 5.

2 Cum etiam † Episcopus in dominicis, & solennibus diebus, teneatur in diuinis officijs in ecclesia interesse. c. Episcopus, de consecra. dist. 3. & Abb. in c. magnæ, colum. 2. extra de voto. alij vero clerici quolibet die horis canonicis debent interesse, per ea, quæ habentur in c. 1. extra de celebrat. missarum, & notat Glo. in ver. infirmitas, in c. vnico, de cler. non resident. lib. 6.

3 De † licentia tamen sui prælati, & ex causa probabili, & necessaria, puta voti adimplendi, benè potest & debet clericus peregrinari, vt dicto Prophetæ satisfiat, dicēti, Vouete, & reddite Deo vestro, Psalmo 115. & c. sunt quædam, 17. q. 1. Ecclesiastes, c. 5. vota mea Domino reddam. Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere. & Cice. lib. 2. de legibus, Cautè vota reddunto. & d. c. magnæ, extra de voto.

4 Imò † prædicta peregrinatione durante, clericus ipse est, re ipsa, sub protectione sedis Apostolicæ. c. si quis Romipetas, 24. q. 3. & c. innouamus, extra de treuga, & pace. Et donec clericus est in peregrinatione, contra eum nihil est innouandum, vt in c. vnico, extra de cleri. peregrinis. imo clerici ipsi peregrinantes gaudent etiam alijs multis priuilegijs, recitatis per Bened. Canoph. in repetitio. extrauag. ambitiosæ, de reb. eccles. alien. vel non, num. 78.

5 Sed pulchrum, & satis opportunum est modò videre, † vtrum clericus ipse absens, ex iusta, rationabili, necessariaque causa voti adimplendi, de licentia sui prælati, possit, ac debeat gaudere priuilegio immunitatis gabellę pro coniunctis, & familiaribus suis, qui eo pręsente consueuerunt gaudere immunitate eiusdem clerici. in quo nempè hę sitationis articulo, crederem de iure dicendum, quòd aut clericus habet familiam, puta famulos, matrem, & sorores pauperes, & alios coniunctos, quos alere consueuit, & teneretur, si præsens foret, alimenta præstare in domo sua, qui sub eius domo, & familia comprænhenduntur, secundum legis interpretationem, de qua in l. pronunciatio, §. familiæ, ff. de verb. signif. & in l. 1. §. familiæ, ff. de publi. & in l. ædiles, §. familiæ. ff. de ędilit. edic. & iuxta notata etiam per Nepotem à Montalbano in tract. de exceptionibus in vtroque foro, art. 19. num. 3. & seqq. & tunc vtique existimarem, q́ ista familia clerici deberet gaudere immunitate ista, argu. eorum, quæ habentur per Abb. & alios omnes in c. 2. extra de foro compet. per Glo. Archid. & cæteros omnes in c. clerici, 11. q. 1. & in c. ecclesiarum seruos, 12. q. 2. & ita aliàs decisum extitit in Regia Audientia Apuliæ, in anno 1583. ad fauorem familiæ cuiusdam clerici Lucerini. Quod syncerè quidem videtur procedere, etiam de mēte statuentium, modum, & mensuram prædictæ immu-

immunitatis gabellæ, qui vni sacerdoti concesse-
re, verbi gratia, tumulos duos fruměti pro quoli-
bet mense, scientes, quòd verè vnus sacerdos so-
lus nec tumulum vnum quidem fruměti pro quo
libet mense consumĕre posset: sed verisimiliter
habuerunt respectum ad familiam clericorum:
imò Regia camera ipsa consueuit expedire proui
siones ad fauorem clericorum pro solutione im-
munitatis frumenti, carnium, & aliorum his simi
lium, nō solùm pro familia eorundem, sed etiam
pro omnibus & quibuscuoque prædia ecclesiæ,
& beneficiorum suorum cultiuantibus. si verò ex
tent fratres, & alij coniuncti in domo paterna in-
simul cum suis vxoribus viuentes, commorantes,
& habitantes, qui realiter non sunt in potestate
clerici, nec de eius familia, sed de familia patris,
cùm communi patrefamilias de medio sublato,
quot capita exuberant, tot familias incipiunt ha
bere, vt dicit text. in d.l. pronunciatio, §. familia.
ff. de verbor. significat. & tunc crederem, quòd isti
coniuncti non possent petere immunitatem pro
seipsis clerico absenti competentem.

Et moueor ad hoc stabiliendum hac viuaci ra-
tione: nā ista verè & propriè possunt dici victua-
lia, quæ necessaria sunt ipsis clericis pro quotidia-
no victu. quæ quidem victualia absentibus cleri-
cis non competunt, vt inquit textus in c. de cæte
6 ro, extra de cleric. non residen. † & ideo quotidia-
næ distributiones, quę ipsis clericis pro victu quo
tidiano distribuuntur, absentibus minimè cōpe-
tunt, vt in c. vnico, de cleric. non residen. lib. 6.

ARGVMENTVM.

Omnis suspitio fraudis cessat, quando actus cele-
bratur cum authoritate & decreto superioris.

SVMMARIVM.

1 *Authoritas superioris, vel decretum vbicunque in-
terueniret, actus tunc diceretur legitimè celebra-
tus, & omnis suspitio fraudis cessaret, ampliatur
nu. 2. & de virtute decreti remissiuè, nu. 6.*
3 *Contractus dicitur palam & bona fide celebrari, vbi
in eo interuenit iudicis decretum.*
4 *Subhastationis solennitas tàm magna est, quod facit
cessare omnem & quancunque suspicionem frau-
dis. quod limitatur, nu. 5.*
7 *Iudicis iussu aliquem excusari: nam qui iudicis iussu
aliquid facit, non videtur de malo facere, nu. 8.*
9 *Possessor bonæfidei est, qui iudicis authoritate compa
rauit: & id tanto magis procederet, quanto in ip-
sa venditione legitima subhastationes interueni-
rent, num. 10.*
11 *Subhastationes firmant contractum, eique robur tri-
buunt.*

DECISIO LXXXIX.

1 AVCTORITAS † superioris, vel decretum
vbicunque interueniret, actus tunc di-
ceretur legitimè celebratus, & cessaret
dubio procul omnis suspitio fraudis. ita Dec. con
2 sil. 209. in casu proposito agebam, num. 2. Et † sic
decretum iudicis non solù tollit omnem & quan
cunque sinistram suspitionem, & consequenter
præsumptionem fraudis & doli. l. transactionem.
C. de transactio. & Capha. consi. 24. num. 25. vol.
1. sed facit etiam vt omnia, rite, rectè, & solenni-
ter acta præsumantur, secundum Spec. in titu. de
emp. & vendi. §. nunc dicendum, & Cur. iun. con-
3 sil. 67. col. 2. Imò † dicitur contractus celebrari pa
lam, & bona fide, vbicunque in eo interuenit iu-
dicis decretum. ita Barto. in l. frater à fratre. ff. de
condi. indebi. & Rolan. consi. 90. Primo quidem
aspectu, nu. 10. vol. 1.
4 Et hinc est, † quòd subhastationis solennitas,
tam magna est, quòd facit cessare omnē & quan-
cunque suspitionem fraudis, l. si quis. C. de re-
scin. venditio.
5 Quod claudicat, † nullatenus procedere, quan
do iudex foret amicissimus parti, secundū Gram
ma. decis. 103. num. 63.
6 Et † pro explanatione, & virtute huiusmodi
decreti, vide Ias. in §. quadrupli, Insti. de acti. Dec.
consi. 341. num. 12. & consi. 351. post num. 2. & 6.
Craue. consi. 114. nu. 2. Gramma. decis. 66. nu. 65.
& in d. decis. 103. nu. 65.
7 Sed aduerte, † quòd iussus iudicis aliquem ex-
cusat, l. quanquam autem. ff. de aqua plu. arcen. l.
si quis id, §. doli mali. ff. de iurisdict. omn. iudic. l.
furti, §. qui iussu, de his qui not. in fam. & l. 3. §. non
8 iure, ff. quod vi, aut clam. Nam † qui iussu iudicis
aliquid facit, non videtur dolo malo facere, quia
parere necesse habet. l. non videtur, §. qui iussu. ff.
de reg. iur. & l. si quis quasi, ff. ad Syllan. prout ita
aliàs in casu magni admodum momenti declara-
uit sacra Audientia Barensis ad fauorē cuiusdam
de Ciuitate Bari, in anno 1590. Itaque conclu-
9 de, † quòd qui authore iudice comparauit, bonæ
fidei possessor est, reg. iur. ff.
10 Et † eò magis hoc locum obtinet, vbicunque
in ipsa alienatione interuenirent legitimæ subha-
stationes, nam tunc non videtur vtique leuis so-
lemnitas subhastationis, secundum Glo. in Auth.
de fideiuss. §. 1. in ver. sumus, quam ad hoc propo
situm ponderat Bal. in l. ordo. C. de exec. rei iud.
11 Imò † subhastationes ipsæ firmant contractum,
eique tribuunt robur. l. fi. C. si propter pu. pen.

ARGVMENTVM.

Non debet condemnari qui præstat auxilium, ni-
si de delicto constet principalis.

SVMMARIVM.

1 *Auxiliator puniri non debet, nec vllo modo ad eius
condemnationem procedi, non constito de delicto
principalis.*
2 *Delictum vnius non est alteri imputandum.*
3 *Accessorium sequi immediatè suum principale, & nō
separari ab eo: & annullari accessorium destructo
principali, num. 4. idemque esse in accessorio acces-
sorij etiam si accessorium sit dignius suo principa-
li, num. 6.*

Instru-

5 *Instrumento falso iudicato, confessionem in eo factam annullari.*

DECISIO XC.

1 Auxiliator † non debet puniri, nec vllo modo procedi ad eius condemnationem, si non constet de delicto principalis, qui deliquerit. ita Alex. consi. 15. num. 55. vol. 1. Bar. in l. si is qui, §. si in Titium, ff. de fur. Ancha. consi. 216. in fi. Tancre. in suo compendio. rub. 9. quæst. hic duo, vel tres, Bal. consi. 229. verba inquisitionis, col. fi. vol. 3. Foller. consi. 138. nu. 14. inter consi. crim. vol. 1. in fol. Marsi. consi. 49. nu. 19. & videtur tex. in d. §. si in Titium, quam ignorare magnum foret dedecus, teste Boss. in titu. de delictis, num. 35. & 38. & ita aliàs iudicauit, non semel tantum Regia Audientia Apuliæ in anno 1583. & seqq. in varijs causis, in & tunc decisis.

2 Et ratio ea est, † quoniam delictum vnius non venit alteri imputandum. l. non debet alteri, ff. de regu. iur. Et altera ratio posset assignari isthæc satis

3 commoda: † nam accessorium immediatè sequitur suum principale, & non separatur ab eo. l. fin. & ibi Barto. in primo notab. & alij omnes, C. per quas personas nob. acqui. reg. accessorium. extra de regu. iur. in 6. Nauar. consil. 2. nume. 3. de his quæ vi. lib. 5.

4 Et hinc est, † quòd accessorium annullatur, destructo principali. c. si diligenti, de foro compet. & l. eos. & ibi Doct. C. de vsur. Abb. col. 3. & alij vniformiter omnes in cap. inter dilectos, de fide instrum. Dyn. in reg. accessorium, de reg. iur. in 6. & Bart. in l. 1. ff. de pecul. leg. & facit tex. quoque in l. fi. ff. de consti. pecu. quem magnifecit Bal. in l. si absentis. C. si cer. pet.

5 Quòd † si instrumentum iudicetur falsum, annullari tunc dubio procul confessionem in eo factam, quoniam accessorium sequitur, sortiturque naturam sui principalis. l. 5. C. depositi, l. cum principalis. ff. de reg. iu. l. hæres à debitore, §. quod stipulator, ff. de fideiuss. & d. reg. accessorium, & ibi Dyn. & Boer. in addit. Rom. consi. 330. sub num. 13. Marsi. sing. 17. Et accessorium.

6 Et † idem nempe est quoque in accessorio accessorij, cap. prudentiam. §. fi. & ibi Panor. de offi. deleg. ac etiam si accessorium sit etiã dignius suo principali. l. si non sint, §. peruenianius, ff. de auro, & argen. leg. Rom. consi. 130. sub num. 13. Marsi. consi. 125. Aeternæ lucis, num. 35. & d. sing. 17. ante fin. tamen est aduertendum quòd prædicta regula, quòd accessorium sequatur naturam sui principalis, non habet locum, quando est diuersa ratio inter accessorium, & principale. c. debitores. extra de iureiur.

Auxilium autem dicitur præstare, qui assistit vulneranti. Thob. Noni. cons. 101. num. 14. & ibi num. 15. cum alijs seqq. hoc limitat, & interpretatur in varijs casibus, & præsertim nisi à lege, non autem iuxta delinquentem fuerit, vel offendens, offensus, & astantes essent simul coadunati, vel ex alia causa armatus delicto astiterit.

ARGVMENTVM.

Legibus est iudicandum, & nõ exemplis, nisi tantum exemplo Principis. Et quando exempla declarent regulam.

SVMMARIVM.

1 *Exemplis non iudicandum. fallit tamen in exemplo Principis, & quando sumus inter diuersas personas, nu. 2. & alijs casibus, nu. 6.*

3 *Exemplum Principis pro lege generali in toto regno seruari debet, iusque facit quo ad omnes.*

4 *Casus in lege omissus si ex mente legis per expressa commodè comprehendi potest, operatur.*

5 *Casu in lege comprehenso alter occurrens, non idem. nec omnino aduersus per similitudinem expressè diffiniri potest.*

7 *Exemplo omnia planiora redduntur.*

8 *Exemplis docentes & legentes vti debent vt rem facilius intelligant & sentiant addiscentes.*

9 *Exempli causa Curia Apostolica præ cæteris à simonia abstinere debet. Et prælatorum exempla, quid faciant.*

10 *Exempli mali occasio euitanda.*

11 *Sententia secundum exempla, nisi Principis sint, ferri non debet.*

12 *Exempla licèt regulam non restringant, declarant tamen de quibus veniat necessariò intelligenda: faciuntque vt dissimilia sub ipsa dictoque generali non comprehendantur. nu. 13. & 14.*

DECISIO XCI.

1 Exemplis † non est iudicandum, sed legibus. l. nemo iudex, § non enim, in ver. non exemplis, & ibi Saly. & Doct. C. de sent. & interlocut. omn. iudi. l. rem non nouam, C. de iudi. §. omnis autem iudex, in Auth. de iudi. colla. 6. & §. 1. Instit. de offi. iudi. Spec. de disput. §. 4. Bal. in rub. C. quæ sit longa consuet. Iacob. Nouel. in reg. 21. Iudicandum, num. 1. & seq. tomo 2. vbi hoc ponit pro regula cum septem limitationibus, & cum nouem in reg. 76. Legibus, & non exemplis, num. 1. cum alijs seqq. Fely. in cap. 2. in princ. de præsump. Afflic. in consti. vt de success. col. 7. & Dec. consi. 420. nu. 9. Alfon. de Mendoza in tract. de benef. incompatibilibus, in 2. par. c. 5. num. 37. Ioan. Petr. Surd. consi. 34. Vectigal, num. 21. Ciofius consi. 106. Cum in causa, num. 10. volu. 2. Riminal. iun. consi. 307. Celebratum, num. 14. volu. 3. & consi. 509. Quod enim, num. 48. & seq. volu. 5. Menoc. consi. 326. Grauissimi ponderis, num. 26. vol. 4. consi. 344. Cum doctè, num. 38. eod. vol. Simon de Pret. consi. 105. Natalis, num. 23. Prosper Paseth. consi. 70. Pro solutione, num. 28.

2 Sed isthæc regula primo quidem loco claudicat, † non obtinere aliter locum in exemplo Principis. tunc enim, stante exemplo ipso Principis, secundum illud venit dubio procul iudicandum, cap. in causis. de sent. & re iudi. c. verum. extra de iureiur. & ibi Abb. sub num. 2. Bal. in l. nemo. C. de

de sent.& interloc. Soc.in tract.fallen.in reg.225. & Ioan.de Neuiz.in Sylua nuptiali, lib.5. sub nu. 62. Anto. Ciofius consi.142. Proponitur, num. 15.volu. 1. Alfon. Mendoza in d.cap.1. num.37. vbi loquitur in stylo Curiæ Romanæ, Riminal. iun. consi.398. De anno, num.23.volum.4. vbi limitat etiam procedere regulam hanc de plano quidem inter diuersas personas: non autem inter easdem.

3 Et † huiusmodi exemplũ Principis seruari debet pro lege generali in toto eius Regno.l.fi.C.de legib. & ibi Doct. vnanimi voto omnes, Iaf. in l. cum prolatis, de re iudi. & in rub.nu.5.ff.de constit.Princ. Fely. in d.cap.de causis, Ang. & Alex. col. penul. in l.1.ff.de ferijs, & idem Alex. consi. 160. num.9.vol.7. And.de Iser. in §.præterea, de capi. Corra. in vsibus feudorum, & Tiraquel.in tract. de iure primogen. quæst.40. num.162. In tantum quòd exemplum hoc Principis vim legis generalis obtinet, & ius facit quoad omnes.§.sed & quod Principi, Instit. de iure natura. gent. & ciui. & l.1. C.de constit. Princ. Neuiz. consil.36. Cor mundum, num.8. Et ita consului de præsenti mense Augusti 1586. ad fauorem Balthassaris Cornacchiæ de Ciuitella, dum ob præsentationem capitis, ad eius instantiam factam latronis famosissimi de prouincia Principatus, instabat penes D. Comitem Vgenti, tanquam tunc delegatum in prouincia Aprutina, contra deprædantes vastantesque prouinciam, & assumentes arma in campestria in vltimum omnium discrimen, & afflictionem, indultus largitatem pro delictis patratis ante emanationem illorum: tamen ex altero banno Regio publicato per D. Carolum Gamba corta similiter delegatum, & prædecessorem dicti domini Comitis ad fauorem delinquentium, vt ad præsentationem capitis alicuius ducis bannitorum de prouincia Aprutina, gaudere deberet indultu, etiam pro criminibus post manationem primorum bannorum commissis, vsque ad tempus prædictæ præsentationis, consului inquam, ob exemplum traditum in ipso banno, Balthassarem prædictum admittẽdum ad indultum, etiam pro alijs criminibus perpetratis vsque ad præsentationem dicti capitis bannitorum, & ita etiã iudicandum per alios iudices competentes in toto Regno, vt præsentans caput capitis, & ducis delinquentium gaudere valeat indultu, etiam pro criminibus vsque ad actualem præsentationẽ antedictam patratis, & ita iudicauit Regia Audientia etiam Apuliæ in anno 1584. in causa indultus cõcessi Matthæo Piccinellæ de Terra Sancti Martini, me tunc in eadem Aud. assidente Auditore.

Quæ quidem opinio facilè comprobari posset
4 hac palpabili ratione; † nam vbicunque aliquis casus in lege omittitur, eo quia ex mente legis per ea quæ expressa sunt commodè comprehendi potest, operatur.cap. nam concupiscentiam, extra de const.l.non dubium.C.de legib.l.1. ff.quod met. cau. & l.veteres. ff.de itine.actuque priuato.

5 Quoniam † vbi aliquis casus in lege cõprehensus est, si postea accidit alius casus, non comprehensus, puta propter imbecillitatem humani ingenij, arg.l.2.§.si quid. ibi, omniũ habere memoriam, & §.sed quia diuinæ.C.de veteri iure enucl. qui ne quidem est, cum eo qui lege comprehenditur, nec ab eo omnino diuersus, per similitudinem expressè diffiniri posse videtur, vt l.nõ possunt, & l.neque leges, ff. de legib. de quo nobis nunc dicendum incumbit.

6 Fallitque † eadem regula in quàmplurimis casibus: & sic casus ipsos, in quibus exemplis iudicari possit, ponit, atq; discurrit Soc. in reg.225. Neuiz.in Sylua nuptiali, lib.5. sub nu.62. & Bertachin.in suo repert.in ver.exemplar.vers.5.

7 Est tamẽ bene verum, † quòd omnia per exemplum reducuntur planiora: ita tex. in l. stipulatio damni infecti pertinet, in fi. ibi, Exempli gratia scriptum est, ff. de dam. infec. & sic exempla reddunt rem clariorem.l.prætor, §.Iulianus, ff.de col.bon. & ad declarationem ponuntur, Simon de Præt. consi.199. Postquã dubius, nu.20.vol.1.

8 Exemplis † vtimur in docendo, vt facilius intelligatur, quod dicitur, teste Aristo.lib.1.Priorum. Et hinc est, quòd legentes debent ire per exẽpla, teste Neuiza.in d.Sylua nuptiali, lib.5.colum.44. Exempla nõ ponimus, quia ita sint, sed vt sentiãt addiscentes.ita Aristo.lib.2. de cœlo, & mundo. Plebeia ingenia magis exemplis, quàm ratione capiuntur, secũdum Macrobium, Saturnaliũ, lib.7. Magis mouent exempla, quàm verba, teste Aristo.lib.10.Ethicorum.

In omnib. oportet imitari meliorem, vel quod melius est, attestante Aristo. lib. 9. Ethicorum. ob quod equidem asserebat Io.de Ana. in cap.in
9 ordinando, extra de simo. † quòd propter exemplum deberet Curia Apostolica præ cæteris abstinere à simonia.c.magnę, devoto. & c.in causis, de re iudi. Et ideo dicit tex. in cap. præcipuè, 2.q.3. scire debẽt Prælati, quòd si vnquam peruersa perpetrãt, tot mortibus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt. Vnde necesse est, vt tanto se cautius à culpa custodiant, quanto per praua, quæ faciunt, non soli moriuntur. & ad idem est aureus tex. in c.2. 30. q.5. vbi dicit Romanus Põtifex: Ad nostrum reatum tendit si paternarum regulæ sanctionum nobis consentientibus, vel negligentibus uiolentur. Accipere virtutes virtuosorum, beatissima est vita, secundum Aristo.lib.9. Ethicorum.

Nil agit exemplum, quod litem litè resoluit. ita Horat. lib. vndecimo, Satyra 3.

10 Et hinc est, † q; exempli mali vitanda est occasio.l.si quis aliquid, §.qui abortionis, in ver.cũm pessimi exempli, ff.de pœn.l.exemplo, C.de probat. Barb.consi.56. in Christi nomine, nu.4.vol.1.

11 Et sic denique † non debet ferri sententia secundum exempla, sed secundum leges, & Canones, nisi essent Principes, quia faciunt ius.l.fin.C. de legibus & constit. etiam si sententia lata sit à Principe sine scriptis. cap.institutionis, 25.quæst. 2. Et hoc verum est, cum inueniatur ius expressum, aliàs contra, cap.fin.vigesima distinctione. Et ratio ea est de exemplis, vtpote quia non debemus respicere, quod in tali loco fit, sed quod in eodem loco fieri debuisset.l.sed & licet. ff.de offi. præsid.

præsid. Et alibi ait Canon, quòd non est laudandum Hierosolymis fuisse, sed Hierosolymis benè vixisse, in c.gloria. 12.q.2.

12 In tantum,† quòd finaliter exempla nō restringunt regulam.cap.1.& ibi Abb.& alij,ne cler.vel mona.c.Romana,§.finautem,&ibi Gemin.de appel.lib.6.§.hactenus,Institu.de gradib.cognat.& ibi Docto.l.damni infecti stipulatio, in fi.ff. de dam. infec. Corn. consil.88. de subscriptione,& consi.195.Circa, volum.3.Glo.& alij in d.l.damni infecti quidam,Barbat.consi.59.à Ioue principium,colum.4. & consil.80.Illud referam, col.2. vers. est enim notissima iuris regula, volum.3. & consi.51.Scripsit,num.9.volum.1.Bero.consi.92. Quò ad primum,nu.7.volum.2.Neuiz.consi.56. Iustus,num.4.Cæpha.consi.356.Quæstio,nu.32. volum.3.Hierony.Gabriel. consi.34. Puto,nu.5. vol.2.& Mascard.in tract.de probat.conclus.666. num.32.volum.2.

13 Et † licèt exempla ipsa non restringant regulam, eam tamen declarant, de quibus veniat necessario intelligenda,d.l.damni infecti,§.Sabinus, & ibi Docto.l.prætor, §.Iulianus, ff.de coll. bon. Neuiz.in d.consi.56.sub num.4.Rimin.iun.consil.315.Quoniam dubia, num.19.vol.3.& consi.142.num.12.& consi.151.nu.26.vol.2.Hierony. Gabriel. consi.49. Præsupposito, num.9. volnm. 2.Cæphal. 487. Reuerendi, nume.54. volum.4. & Crauet.consi.544. num.20.volum.3.& Ruyn. in repet. l.quartę. §.Cato, nume.84. ff. de verborum obligat.

14 Et † quamuis exēpla regulam minimè restringant,faciūt nihilominus, vt dissimilia sub ipsa regula,dictoque generali non comprænhendantur, vt per Bero.consi.74.post consilium,nu.19.vol.3. Exemplis tamen iudiciorum vti, aduocati indocti est. Crauetta consi.592.nu.91.vol.4.

ARGVMENTVM.

Debet pœna pecuniaria puniri eximens captum per familiam Curiæ pro debito pecuniario vltra debitū & interesse partis, sed eximens condemnatum pro causa capitali vltimo supplicio punitur.

SVMMARIVM.

1 *Eximens pro debito captum e familiæ manibus, quomodo puniatur.*

2 *Suadens debitorem ad fugiendum, eique capturam exequendam notificans, ad debitum tenetur.*

3 *Eximens debitorem captum seu carceratum, satisfacere creditori tenetur etiam si exemptus iterum caperetur.*

4 *Eximens e iustitiæ manibus ad mortem condemnatum vel confessum seu conuictum de crimine, pœna capitis & sic læsæ maiestatis punitur.*

5 *Vxor maritum capitaliter condemnatum, dum Mediolani e familiæ manibus exemisset, non molestata.*

6 *Eximens iniustè carceratum non punitur.*

DECISIO XCII.

1 EXIMENS † à manibus familiæ, seu seruientium quarumuis curiarum captum per ipsos seruientes pro debito, debet condemnari pœna pecuniaria, curiæ applicanda, à qua eximitur captus, & cōdemnari similiter creditori ad solutionem debiti, expensarum etiam, & interesse, vt ita extitisse iudicatum in facti contingētia in Curia Delph.planum facit Gni. Papæ decis.579.Contingit,num.1.& seq.& Foller.cum alijs aggregatis per eum in c.Regni,item caueant iustitiarij, num.14. & Prosper Farinacius in suis quæstionibus & communibus opinionib. lib. 1. ti.4. de carceribus & carceratis, quæst.22.num.8. & seqq. Et quòd eximens captum de manibus familiæ alicuius curiæ, teneatur creditori ad debiti solutionem, videtur tex.in l.quoties, C.de exact. tribu.lib.10. & concedit Bal.in l.addictos, propè fin.C.de episco.audien.quòd eximens tenetur in præsenti casu, quemadmodum si fideiussisset in omnibus,& per omnia pro erepto ipso pro debito,& sequitur,& commendat Marsil.cum alijs signatis per eum in sing.137. In iure clarum est, & Iason in §.pęnales, num.102. Instit.de actio.& Prosper Farinacius in loco antesignato, nu.9. & seq. Et quamuis Glo. in d.l.addictos, videatur coarctare illum textum, vt locum dumtaxat sortiatur in eximente fisci debitorem: nihilominus tamen Glo.ipsa communiter reprobatur, vt patefaciunt ibi Bar.And.de Barulo,& Bal.circa fin. & cæteri omnes, qui vnanimiter concorditer,& cōstanter firmant d.l.addictos, loqui etiā in debito priuato. Et quòd eximens puniri queat itidem,alia pœna, vltra Guid.Papę in antesignata decis.597.concedit etiam Cæpol.consi.14. & Bosl.in sua pract.crimin.in tit.de captura, sub nu.15. Menoch.consi. 230.peracutè, nu.82. cum alijs seqq.volnm.3. Et hinc nota ꝙ discussa in Regia Audientia Apuliæ causa Petri Dies militis in castro Manfredoniæ, qui exemerat quendam Andræam à manibus famuli incogniti curiæ prædictæ ciuitatis Manfredoniæ captum pro debito priuato,& condemnatum per illam curiam ad remigandum per triennium,extitit sententia isthæc moderata in eadem Regia Audiētia,sub die 13.mensis Ianuarij 1584. me tunc commorante in ea Auditore, & causæ pręsentis Commissario,& cōdemnatus dictus Petrus ad exulandum per biennium. Et licèt in anno 1546. & sequenti qninque iuuenes nobiles Neap. in sedili portæ nouæ ciuitatis Neapolis,nō dum excedētes 16. annum exemissent à manibus familiæ magnæ curiæ Vicariæ quendam pauperem hominem captum pro debito, & Illustrissimus Don Petrus de Toledo iussisset,tres ex illis iuuenibus iugulari pro huiuscemodi causa, per quendam eius mancipium, & postmodum trahi eorum cadauera in platea castri noui per pedes, & in cappella etiam intus castrum prædictum: tamen in sententia hac, & condemnatione nullus meritò interuenire voluit ex iudicibus magnæ curiæ Vicariæ. Imò huiusmodi sententiam valdè seueram vocauit, narrauitque ob hoc propositam

extitisse

extitisse querimoniam cõtra prædictum Illustrissimum Don Petrum apud inuictissimum Carolum V. Alfonsus Vlloa in vita Caroli V. lib. 4. fol. 210. dum recitat nouitates occursas, vigore intuituque inquisitionis introducendæ in Ciuitate Neapolis, & huius sententiæ, ita & taliter in Regio consilio guerræ seuerè promulgatæ.

Imò hoc, quòd eximens captum pro debito à manibus familiæ teneatur ad ipsius solutionem,
2 eatenus † verum est, vt amplificari non intempestiuè posit locum obtinere, etiam contra suadentem debitorem ad fugiendum, vnde certiorans, notificansq; debitori, vt fugam arriperet tempore capturæ exequendæ, tenetur nempè ad debiti solutionem, quemadmodum debitor ipse, vt ita firmat cum alijs Illustribus Doct. coaceruatis per eum, Lud. Gomes. in §. pęnales, nu. 49. Inst. de act. & Marsil. in d. sing. 137. post princ. & Ancha. consil. 341. Viso themate, in fi.

3 Ampliantur quoque præmissa, † vt eximens captum, seu carceratum, pro debito priuato, teneatur solnere, satisfacereque creditoribus, etiam si exemptus iste iterum, & de nouo caperetur, atque carceraretur, secundum Saly. in l. admonendi. ff. de iureiur. & ibi Rom. col. 25. in repet. & eundem Saly. in l. in bonæfidei, col. 10. C. de reb. credit. & Ioan. Ant. de Nig. in c. Regni, incip. Item statuimus, fol. 14.

4 Cæterùm † vbicunque eximeretur à manibus Iustitiæ condemnatus ad mortem, vel confessus, siue conuictus de aliquo crimine puniri deberet eximens dubio procul pœna capitis: & sic læsæ maiestatis. l. cuiuscunque, ff. ad l. Iul. maiest. Boss. in sua pract. in titu. de captura, num. 16. & seq. vt cum suo necessario apparatu ostendit Prosper Farinacius in suis quæstionib. & commun. opinionib. criminalibus, quæst. 22. num. 1. & seqq. lib. 1. vbi tollit omnia obstacula contraria, & Clar. cum alijs aggregatis per eum in pract. crim. lib. 5. §. fin. quæst. 68. versi. eximens, vbi recensuit varios, diuersosque casus, in quibus per exceptionem hãc eximentes suspensi laqueo extitere, & fatetur istã esse communem opinionem.

5 Est bene verum, † quòd Clar. in d. pract. crim. lib. 5. §. fin. quæst. 29. col. 3. versi. quæro, refert casum cuiusdam mulieris, quę exemerat à manibus familiæ Curiæ, eius maritum capitaliter condemnatum, qui quidem casus, cum diu extitisset discussus, & trutinatus in Senatu Mediolanensi, Senatus ipse ob varias & horribiles dissentientiũ Doctorum procellas, atque difficultates hinc inde exortas, noluit aliter absoluere, nec condemnare mulierem ipsam, sed determinauit illam nõ molestandam, vexandamve, donec aliud per Senatum prouisum fuisset.

6 Sed † carceratum non iustè eximens, non punitur. l. 1. §. Ofilius, & ibi Bal. ff. ne quis eum, qui in ius, Ioan. de Amic. consi. 27. num. 29. Socy. in tract. cit. art. 34. num. 22. Ias. in d. l. 1. Marsi. in l. 1. nu. 16. ff. de quæst. Clar. vbi supra, versi. quid si ille, Alex. & Moder. vniformiter omnes in l. sed eximendi, §. item si quis. ff. ne quis eũ qui in ius voc.

ARGVMENTVM.

1 Pęnæ impositæ iniustè excommunicanti. Et quid debeat facere iniustè excommunicatus.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicans iniustè, ad quot pœnas condemnetur.*
2 *Excommunicatio meri imperij videtur.*
3 *Excommunicatio sine causæ cognitione emanare non debet, nec impetu fieri.*
4 *Excommunicatio multipliciter iniusta dicitur.*
5 *Excommunicationem iniustã patienter ferens, quantum mereatur.*
6 *Excommunicatio iusta, vel iniusta, semper timenda, ideoque non contemnenda etiam iniusta.*
7 *Excommunicatus iniustè pro absolutione dans pecuniam, simoniam non committit, sed recipiens: iniusta verò excommunicatione & suspensione vterque peccat.*
8 *Excommunicatus litigando non nisi absolutione impetrata auditur super iniusta excommunicatione: secus apposita excommunicatione nulla.*
9 *Absolutio ad cautelam expressionem causæ excommunicationis non requirit, fitque absque aliqua solemnitate diebusque feriatis.*
10 *Excommunicatus, an & quando appellare possit, eique audientia non denegatur, si agere velit.*

DECISIO XCIII.

1 EXCOMMVNICANS † iniustè multiplici plectitur pęna. Primò priuatus est per mensem ab ingressu Ecclesiæ, & punitur in communione aliorũ superioris arbitrio. Secũdò tenetur excõmunicato ad interesse, damna & expensas, c. sacro, de sent. excomm. Borgn. Caual. decis. 77. cum alijs ibi signatis per eum, nu. 57. in 2. par. Tertiò tenetur actione iniuriarum, c. illud, & cap. temerarium, 11. q. 3. Quartò tenetur pœna sacrilegij, c. non in perpetuum, 24. q. 3. glo. in d. c. sacro: & ita non semel tantum superioribus temporibus vidi varios iniustè excommunicantes ad has pęnas condemnatos.

2 Et hinc est, † quòd excommunicatio videtur meri imperij. ita Inno. in cap. transmissa. de elect. Spec. de iurisdict. omn. iudi. in verbo, significasti. cap. quod sedes. & ibi Abb. & c. pastoralis. & ibi
3 Abb. de offi. ordi. † nec debet emanari excommunicatio ipsa sine causæ cognitione, ita Abb. in c. si sacerdos, §. sed ego, de offi. deleg. Et sic excommunicatio non debet fieri impetu, sed cum deliberatione & causæ cognitione, c. si episcopus. & cap. seruetur. 11. q. 3. nam excommunicandus nemo quidem est, nisi trina præcedat re ipsa monitio, c. omnes decimę. 16. q. 7. c. de presbiterorum,
4 17. q. 5. & c. sacro, de sent. excom. Vnde † excommunicatio iniusta dicitur ex ordine, vbicunque ordine non seruato in sententia proceditur, d. c. seruetur. §. item sentẽtia. Nec non dicitur excommunicatio iniusta etiam ex causa, quãdo nullum subest crimen, sed solummodo propter odiũ iudicis

dicis, vel aliquem alium fauorem iustus damnaretur, c. non solum. §. aliquando. & c. quatuor. cum alijs quinque sequentibus, 11. q. 3. & excommunicationis iniustę quindecim modos enumerat Silvestrina in ver. excommunicatio, el primo, §. 1. quinque vero Dom. Soto in 4. sent. distin. 22. q. 1. art. 3. col. 2. ver. neque vero secunda. & Palud. di
5 stin. 18. q. 1. art. 4. Quare † excommunicationem iniustam patienter ferens, Ecclesiæ meretur coronam, c. & si. 11. q. 3. eique debet humiliter obedire, & sustinens humilitate excommunicationem ipsam, humilitatis meritum tunc excommunicationis damnum recompensat. Idem Dom. Sot. in 4. sent. d. distin. 22. q. 1. art. 3. col. 1. ver. & tunc est tertia conclusio S. Thomæ. Taliter quòd iniuste excommunicatus potest merito quidem etiã post eius mortem absolui, c. sane quod. 24. q. 11. & Couar. in rub. de pact. iu 6. in 1. par. §. 11. sub num. 8. vbi hoc explicat cum suo necessario apparatu.

6 Est tamen bene verum, † quòd excommunicatio iusta vel iniusta semper est timenda, cap. 1. 11. q. 3. & c. qui iustus. Et excommunicatio ipsa ideo contemnenda non est, quia non homo ligat, sed Christus qui hanc potestatem dedit & dignos fecit homines tanti honoris, c. nemo contendat. 10. q. 3. & Ioan. Chrisost. in epist. ad Hebræos.

Immo excommunicatus iniuste, si contemneret, ligaretur dubio procul apud Deum ex contemptu, secundum Abb. in c. ab excommunicato, de rescrip. & sic excommunicati peccant mortaliter, secundum Theologos communiter, 4. distin. 18. si contemnant, nec procurent absolui etiã si iniusta sit excommunicatio ipsa, modo non sit nulla ipso iure.

Sed excommunicatio iniusta regulariter, licet teneat quoad homines, tamen non tenet apud Deum, ita Abb. in d. capitu. ab excommunicato. Et isthæc excommunicatio quando non contemnitur non est eradicatio, sed disciplina, c. notandum. 24. q. 3.

7 Et hinc est, † quòd excommunicatus iniuste, simoniam non committit, si pro absolutione daret pecuniam, ita glo. in cap. dilectus, de simonia. sed qui reciperet tũc pecuniam ipsam, simoniam committeret: nam qui dat, nullum ius aquirit, verum dat vt ius aquisitum retineat vel redimat, quod licitum quippe est. arg. c. quæsitum est. 1. q. 3. & c. 1. de vsu. Si vero iuste quis suspensus foret, vel excommunicatus, eo nempe casu si pretium daretur, vt restitueretur vel absolueretur, simonia absque dubio aliquo committeretur ex vtraque parte, cap. nemo, de simo. c. nullus episcopus. 1. q. 1. c. ad aures, de simo. & c. non solum. 1. q. 3. & glo. in d. c. dilectus. & ita vidi in diuersis causis superioribus annis Romæ iudicatum.

8 Est bene verum, † quòd excommunicatus non auditur litigando super sua excommunicatione iniusta, nisi prius absolutionem impetret, cap. per tuas. & ibi Fely. de sent. excom: secus vero si opponat excommunicationem fore nullam: tunc enim absolutio ipsa necessaria non est, licet peti possit ad cautelam, d. c. per tuas. Borg. Caual. cum alijs signatis per eum, decis. 77. nu. 39. & seq. in 2. par. Bertran. consi. 2. Illud. num. 9. volum. 5. & ita alias in facti contingentia iudicatũ extitit in Rota Rom. teste Card. Puteo, decis. 96. lib. 2. Et tunc
9 petens † absolui ad cautelam non tenetur exprimere causam excõmunicationis. ita Rota Rom. decis. 6. item nota. tit. de sent. excom. in antiquis. Immo ista absolutio ad cautelam fit sine aliqua solennitate, vt per Host. in c. venientes, el secondo, §. fin. de testib. Borg. Caual. cum alijs aggregatis per eum in d. decis. 77. sub nume. 41. & seq. Potestque etiam fieri diebus feriatis, vt per eundem Host. in sum. tit. de fer. §. quid in eis. & de ista absolutione ad cautelam, plura alia quotidiana scribit Fely. pleno quidem cornu, in cap. apostolicæ, nu. 17. & seq. de excep. & excommunicationem contra se latam qui vult probare nullam, nõ sufficit probare quod sit iniusta, nisi quoque probet esse nullam. Masc. in tract. de proba. concl. 697. nu. 2.

10 Potestque † excommunicatus ipse appellare & prosequi appellationem & omnis legitima defensio sibi in iudicium reseruatur, capit. significauerunt, de except. quoniam nullus pluribus defensionibus vti prohibetur, l. interpositas, C. de transac. & licet in cap. in nomine Domini. 23. dist. dicatur, quòd excommunicato audientia denegetur, tamen excommunicatus ipse non obstante audientia denegata potest appellare, d. c. significauerunt. c. fi. de excep. Nam excommunicato non denegatur audientia absolutè si agere velit, e. intelligimus, de iudi. & c. cum inter, de except. sed dumtaxat vbicunque præcisè & absolutè audientia excommunicato denegatur, prout specialiter disponitur in d. c. in nomine Domini, & tunc in illo casu etiam appellatio prohibita videtur.

ARGVMENTVM.

Qui sint ipso iure excommunicati, & qui sint excommunicandi.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicari potest familia ob domini delictum.*
2 *Excommunnicationem tria præcedere debent.*
3 *Episcopi excommunicandi, ad Concilium vocati non venientes, vel illud impedientes.*
4 *Testamentorum executores negligentes, excommunicandi.*
5 *Incendiarij, hæretici, pluresque alij, excommunicandi.*
6 *Homicida excommnnicandi, & falsi testes.*
7 *Instituens hæredem hæreticũ excommunicandus post mortem, seque voluntariè occidens.*
8 *Sacerdos missam inchoatam temerariè non finiẽs excommunicatur.*
9 *Blasphemantes, per excommunicationem, sathanę antradi debeant.*
10 *Excommunicationẽ trina præcedere debet monitio.*
11 *Sortilegijs, diuinationibusque intendẽs, ipso iure excommunicatus est.*
12 *Ecclesiarum violatores, rerumque ecclesiasticarum raptores excommunicati sunt, Romipetasque spoliantes.*

Episcopi

13 *Episcopi mortui res pro successore integraliter seruandas, diripere præsumens, ipso iure excommunicatus est.*

DECISIO XCIIII.

1 EXCOMMVNICARI † potest tota familia propter peccata domini, §.1.& se-
2 quen. 24. quæst.3. † vnde excommunicatio nunquam fieri debet nisi alterum ex his tribus procedat, culpa, mora, vel offensa, ita Fely. in cap.2. colum.1. de testib. coge. & Conc. Triden. sess.25. cap.4. vbi disponitur excommunicari quem non debere nisi pro re graui, & in subsidium aliarum pœnarum,& ex iusta causa seruatis
3 seruandis. Nec non † excommunicandi sunt episcopi, qui ad Concilium vocati non veniunt,vel quia Concilium impediunt, cap. quoniam. & c. si quis. 18. distinct. cap. 1. 4. quæst. 5. & cap.cer-
4 tum.11.quęst.3.Item † excommunicandi sunt negligenter testamenta exequentes, cap. qui obla-
5 tiones. 13.q.2. Excommunicandi † quoque sunt incendiarij & pro pęnitentia vltra mare transmittendi, c.pessimam.23.q.4. sed hodie constitutione Pontificum sunt ipso iure excommunicati sic etiam & hęretici & plures alij,prout est videre in literis processus publicatis in die Cœnę Domini, & non tantum sunt hæretici & scismatici excommunicati, sed etiam quorum scripta heresim cōti
6 nent, c.sane. 24.q.11. Sunt † quoque excommunicandi homicidę & falsi testes, c.itaque. 24. q.3.
7 Post mortem † similiter excommunicatur qui hęreticum constituit hæredem, cap.sane profertur ante me. 24. quæst.11. ac etiam qui se voluntariè
8 occidit, cap.placuit.23.quæst.5. Est quoque † excommunicādus sacerdos qui missam inchoatam ex temeritate non finit, cap. nihil, in fi. 7. quæst.
9 1.Et demum † blasphemantes,per excommunicationem, sathanæ tradi debent, cap. Apostolicæ. 24.quæst.3.& cap.qui peccat. & ratio ea est, quoniam blasphemia veniam non meretur, teste Hiero. in epist.23.
10 Sed † excommunicationem trina debet præcedere monitio, vel vna cum interuallo, Dom. Soto in 4.senten.distinct.22.quæst.1.artic.2.colum. 4. & seq. versi.tertia conclusio, nullum censetur inobedientiæ peccatum. Est nihilominus bene
11 verum, † quòd excommunicati sunt ipso iure à canone, qui sortilegijs & diuinationibus intendunt, cap.si quis ariolos. cap.nemo oportet. cap. aliquanti.cap.fortes.cap.si quis clericus. & cap.au
12 gurijs. 26.quæst.5. Pari modo † sunt excommunicati violatores ecclesiarum & raptores rerum ecclesiasticarum,c.canonica. 11.quæst.3.& cap.si quis. 24.quæst.3. & sic etiam noua telonæ, imponentes,& clericos siue Romipetas spoliantes, c.si quis.& c.seq.24.q.3.
13 Itidem † excommunicatus est ipso iure, qui mortui episcopi res, quæ pro successore integraliter seruari debent diripere præsumit, capitu. illud. & capit. sequen. & capitu. hinc huius placiti. 12.quæst.2.

ARGVMENTVM.

Debet exprimi causa excommunicationis, quando impetratur rescriptum absolutionis à Papa: alias non valet. Et de excommunicatione sub conditione.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum simpliciter ab excommunicato impetratum est ipso iure nullum. fallit tamen in excōicato sub conditione quādo impetratum foret ab excōicato, vt causa Auditori Rotæ committatur. nu.7.*
2 *Iura loquentia de tollendo iure quæsito, de claro liquidoque intelliguntur.*
3 *Excommunicatio sub conditione ferri potest, nec vllatenus eum, nisi impossibilis sit, aduersus quem profertur, afficit.*
4 *Excommunicatio generaliter siue specialiter hoc modo emanata, qui hoc fecerit, excommunicatus sit, præmonitione præmissa fieri debet.*
5 *Excommunicatio ipso iure imposita declarationem requirit.*
6 *Excommunicatus ob præiudicij grauitatem, quomodo & quando citandus sit.*

DECISIO XCV.

1 RESCRIPTVM † simpliciter impetratū ab excommunicato est ipso iure nullum: & ratio ea est, quoniam excommunicatus impetrans rescriptum ipsum absolutionis à Papa, debet facere mentionem de causa excommunicationis,alias rescriptum censetur subreptitium, & non valet, c.dilectus, il primo, & ibi glo. Fely. & Doct. omnes de rescrip. & est tex. in c.super eo, iuncta glo.de cohabit.mulie.

Quod quidem limitatur non procedere in excommunicato sub conditione, secundum Anch. consi.158. Ex narratis, col.fi.& ad hoc facit, quod in alia simili quæstione scribit Aret. in l.substitutione. col.5. de vulg. & pupil. & sequitur Brun.
2 consi.1.col.7.& ratio est, † quia iura loquentia de tollendo iure quæsito, intelliguntur de iure claro & liquido, non autem de dubio, vt est conditionale, iuxta tex. in l.quemadmodum, §.idem Labeo, ff.ad l. Aquil. & tradit Pau. Castr. in l.hæredes palam, §.sed si notam, ff.de test. & ita alias decisum extitit in Regia Audiētia Capitinatæ Apuliæ in anno 1583. ad fauorem quorundam de Ciuitate Larini.
3 Et † quod possit ferri excommunicatio sub cōditione, est tex. in c.præterea, il secondo, de appell.& Card.in clem.2. de appell. Couar. in rubr. de pact. lib.6. in 1. par.§.10.sub num.4. quæ quidem excommunicatio sub cōditione vel die nullatenus afficit eum aduersus quem profertur, nisi dies vel conditio venerit, d. cap. præterea. & ibi Doct. Anch. consi.158. Quintil. Mand. de moni.
4 q.41. num.2. Est bene verum, † quòd excommunicatio sub conditione impossibili non afficit, id est vt soluat, qui non potest soluere, non remanet tunc quis excommunicatus, cap.quæstione. &

ne. & ibi glo. & Doct. de appell. & pleniori manu Couar. in repet. cap. alma mater, de sent. excom. Sed excommunicatio generaliter siue specialiter, hoc modo emanata, qui hoc fecerit sit excommunicatus, non debet sine præmonitione fieri, c. Romana, de sent. excomm. in 6. & consequenter moneri generaliter quis posset etiam ad finem excommunicandi, vt consuluit Bertran. consi. 101. Non est dubium, nu. 1. & seqq. vol. 8. vbi aperit verũ sensum d. c. Romana, §. caueant, ꝙ incertitudo personę est satis causa rõnabilis ad hoc agendum.

5 Et hinc aduerte, † quòd excommunicatio ipso iure imposita requirit necessario declarationem, cap. cum secundum, de hæret. in 6. & Alexan. in l. Imperator, de iure fisci. vbi adijcit quoque tũc re

6 quiri etiam partis citationem. † Immo excommunicandus ob grauitatem præiudicij personaliter citari debet, & cõsequenter antequam aliquis excommunicetur, oportet, vt necessario citetur & moneatur personaliter & non domi, ita Innoc. Hosti. & alij vniformiter omnes in c. fi. de eo qui mitt. in poss. ca. rei seru. Bal. in l. vt perfectius, col. 2. de annal. excep. Rom. consi. 482. sub num. 5. & ibi Hora. Mand. in add. in litera E. Rot. Ro. decis. 271. & decis. 367. in nouis. Ioan. Fab. in §. fi. Instit. de pe. tem. litig. Felyn. in c. cum sit Romana, nu. 13. & seq. de appel. Quintil. Mandos. cum alijs aggregatis per eum, de monito. q. 26. nu. 3. Borgni. Caualca. decis. 77. nu. 44. & 47. in 2. par.

7 Limitaturque † etiam ista conclusio in principio posita, secundo loco, vbicunque rescriptum impetratũ foret ab excommunicato, vt causa com mittatur Auditori Rotæ, quod quidem valet & tenet, quia censetur distributio causæ, ita Rota in antiq. de sent. excomm. decis. 11. & in no. de iudi. decis. 6. & de offi. deleg. decis. 13. num. 2. Domini. num. 18. Gomez. nu. 39. & alij vniuersaliter omnes in c. 1. de rescrip. lib. 6.

ARGVMENTVM.

Potest excommunicatus contrahere & testari, & matrimonium contrahere, licèt alia sacramenta non suscipiat.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus contrahere, testarique ac matrimonium contrahere potest.*
2 *Excommunicatus prædicationes audire potest.*
3 *Salutatio, resalutatioq; excommunicato prohibetur.*
4 *Excommunicatus an cum alio excommunicato communicare possit.*
5 *Excommunicatus in iudicio, cur contra alium licèt excommunicatum agere non possit.*
6 *Communicans cum excommunicato, peccatum mortale non incurrit.*

DECISIO XCVI.

1 Excommunicatus † contrahere potest, puta donare, & valet donatio, c. inter dilectos, de dona. similiterque potest alios contractus facere eadem ratione, teste Couar. in rub. de pact. lib. 6. in prima parte. §. 1. sub num. 9. & Panor. in cap. pastoralis, §. verum, cõlum. fin. de appel. vbi dicit communem fore omnium Doctorum opinionem, quòd excõmunicatus ipse contrahere, atque testari possit, & assignat etiam rationem in c. veritatis, col. 12. de dolo & contum. & Couar. de testa. in rub. in 2. par. nu. 18. in princ. & ita aliàs decisum extitit in sacra Audientia Barensi, in anno 1589. ad fauorẽ cuiusdam de Terra Cisternini. Nec non ab excommunicato licite debitum peti potest, c. inter alia, de senten. excom munic. Immo etiam excommunicatus ipse matrimonium contrahere potest, c. significasti, de eo qui duxet. in matrim. quam pol. per adul. Couar. de matrim. in 2. par. cap. 6. num. 3. licet alia sacramenta non suscipiat, cap. primo, qui cler. vel uo. ma. con. poss.

2 Potest † etiam excõmunicatus audire concionẽ, ac prædicationem, Dom. Soto in 4. sent. dist. 22. q. 1. art. 4. col. 9. ver. prædicatio autem, vt habe

3 tur in c. Episcopus. † Salutatio tamen excommunicato, aut resalutatio prohibetur, taliter quòd ipsum excõmunicatum nullatenus resalutare licet, nec si nos salutet, tesalutare etiam nutu inclinatoque capite, Soto vbi supra, col. 8. vers. interdicitur & aue, & ipso excõmunicato intrante ecclesiam dimitti debet incępta missa quoad ipse expellatur, si expelli nõ potest omnino dimittatur, si nondum consecratio sit facta, idem Soto in 4. senten. dist. 22. q. 1. art. 4. colum. 8. ver. hic autem interroget quis forte, quid si dum sacerdos celebrat, huiusmodi excõmunicatus ingrederetur ecclesiam, faciendum esset.

4 Et licet glo. in c. deuotam. 27. q. 1. teneat, † ꝙ excommunicatus possit communicare cũ alio excommunicato, tamen cõiter reprobatur ibi per Archidia. & alios Docto. omnes, & ob hoc dici-

5 mus, † ꝙ excommunicatus non potest agere in iudicio contra alium, licet excõmunicatum, & hoc confirmatur ratione: nã excommunicatus non vitãs excommunicatos peccaret quippe, c. illud dominus, de cler. excom.

6 Est bene verum, † quòd cõmunicans cum excommunicato, regulariter nõ incurrit peccatum mortale, ita Ioan. And. Panor. & alij communiter in c. sacris, quod metus cau. & Fel. in cap. à nobis, de except. In tantum quòd communicare cũ excommunicatis ex causa necessitatis atque inire fędus cum eo, non est prohibitum, c. si vere, de senten. excommunic.

ARGVMENTVM.

Debet carere ecclesiastica sepultura excommunicatus, nisi pęnituerit absolutusque fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatione quis citius moritur.*
2 *Excommunicationis pœna nulla maior in ecclesia.*
3 *Infirmitas corporalis sæpe ex peccato etiã prouenit.*
4 *Excommunicatus cur sepultura ecclesiastica carere debeat.*

5 *Excommunicati corpus in loco ecclesiastico tumulatum exhumari, proculq; ab ecclesia eijci debet.*
6 *Excommunicatum sepeliens est etiam excommunicatus.*
7 *Excommunicatus prope ecclesiæ cemiterium sepeliri non potest nisi in mortis articulo, & reconciliatus fuerit pœnitueritque in extremis confitendo, & etiam si Sacerdotis copiam non haberet. nume. 8. & 9.*
10 *Excommunicatus, in mortis articulo à quocunque absoluitur.*
11 *Excommunicatus ab homine non nisi ab excommunicante eiusve successore absoluitur.*
12 *Excommunicati assertio, quòd commodè Romam ire pro absolutione non potuerit, iudicis arbitrio relinquitur.*

DECISIO XCVII.

1 EXCOMMVNICATVS † propter excommunicationem citius moritur, c. episcopi, in fine. 11. q. 3. & sic excommunicatio est causa breuioris vitæ hominis, ita gl. in c. qua fronte, de appella. Barba. consi. 30. bene etenim, col. 2. versi. in tantum quod scriptum est, vol. 3. & hinc
2 est, † quod in Ecclesia, nulla reperitur maior pœna, quàm excommunicatio, cap. corripiantur. 24.
3 quæst. 3. & c. absit. 10. q. 3. † prout infirmitas corporalis sępe sępius prouenit etiam ex peccato, c. cum infirmitas, de pœnit. & remiss. Beatus Ioannes de Capistrano, solito stilo ferreo, in Speculo cōscientiæ in 3. parte, nu. 235. posito in primo tomo Tractatuum impressorum in anno 1584.
4 Et hinc est, † quòd excommunicatus ecclesiastica sepultura carere debet, nam excommunicatio ligat animam, & corpus, & priuat sepultura, c. à nobis, de sent. excom. & ibi glo. & Io. de Lig. in tract. de sent. exc. fol. 8. ver. cōsequenter quæritur.
5 Imo † si ipsius excōmunicati corpus tumulatum forte fuerit in loco ecclesiastico, exhumari procul dubio deberet, & procul ab ea ecclesia eijci, c. sacris, de sepul. & c. ad hæc, de priuil. Ioan. And. in c. quamquam, de vsur. in 6. & Card. in clem. 1. quę-
6 stio. 19. de sepul. & glo. ibi. In tantum, † quòd excommunicatum sepelientes sunt etiam excōmunicati, sic etiam præsentes sepulturę si autorantur vel cooperantur, & non aliter. ita Card. in Cle. 1. in 1. oppo. de bapt. per clemen. dudum, de sepul.
7 Immò † etiam excommunicatus minimè sepeliri posset prope cemiteriū ecclesiæ, secundum Abb. antiq. in d. c. sacris, & Bal. in Marg. in ver. excommunicatus, ver. 22.
8 Quod † quippe claudicat primò, vbicunque excommunicatus in mortis articulo reconciliaretur ecclesiæ, d. c. sacris, & sic vbicunque excommunicatus pœnituerit confitendo in extremis, licet non satisfaceret, posset indubitanter quidem sepeliri in Ecclesia, teste Abb. antiq. in cap. fin. de sepul. & Bal. in Marg. in ver. excommunicatus, versi. fin.
9 Fallit † secundò similiter, vt si excommunicatus copiam non haberet Sacerdotis, & procuraret tunc absolutionem à laico, vel ad Deum corde rediens contritionisque signa ostendens, foret absque scrupulo aliquo in ecclesia sepeliendus, c. à nobis, el 2. vbi Abb. Felyn. & alij, de senten. excommunic. & sic absoluto in extremis non debet sacramenta denegari ecclesiastica nec sepultura, c. patrochiano, de sepultu.
10 Et tanto magis, † cum excōmunicatus ipse possit dubio procul à quocunque absolui in articulo mortis, secūdum Abb. in c. pastoralis, §. præterea, in 1. nota. de offi. ord.
11 Est bene verum, † quòd excommuni catus ab homine nō absoluitur regulariter, nisi ab excommunicante vel eius successore, ita Abb. in c. 1. in rub. de senten. excom. & Card. Pnteus decis. 388. num. 5. lib. 2. vbi concedit etiam sententiam super excōmunicatione interlocutoriam fore: excommunicatus verò à iure pôt à quocunque absolui, vt per Abb. in d. c. pastoralis, §. præterea, in 1. no. Sed aduerte, quòd excōmnnicatus absolutus ab excommunicatione Papali, in vltimo vitæ spiritu per suum confessorem, si postea Dei benignitate cōualescat, tenetur iterum ire pro absolutione ad summnm Pontificem, tex. est in c. eos, de senten.
12 excom. lib. 6. Vnde attendendum est, † quòd excommunicati assertioni non creditur, quòd commode Romam ire non potuerit, vt absolutionem impetraret, vt per Menoch. de arb. ind. quæst. lib. 2. casu 436. num. 3. cent. 5. vbi num. 5. concedit, quòd iudicis arbitrio relinquitur quādo dicatur excōmunicatum commodè potuisse ire Romam pro impetranda absolutione.

ARGVMENTVM.

Absolutio ab excommunicatione est probanda, aliàs semper præsumitur durare excommunicatio. Et multa in multis alijs casibus de dictione, semel.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus semel, an semper in excommunicatione durare præsumatur, & vitari possit.*
2 *Excommunicatio etiam per absolutionis petitionem probatur.*
3 *Inimicus semel, semper præsumitur talis, nisi reconciliatio præsumatur.*
4 *Voluntas semel posita, semper durare præsumitur, nisi mutata probetur.*
5 *Dominus semel, vel possessor, semper idem præsumitur, nisi contrarium probetur.*
6 *Malus semel, seu criminosus semper malus præsumitur, nisi mutatus probetur, in eodem tamen genere mali, num. 8.*
7 *Criminosus semel, si probetur post commissum delictum per annos tres continuos laudabiliter vixisse, emendatus præsumitur.*
9 *Diues semel, semper idem præsumitur: sic etiam pauper, num. 13.*
10 *Libros, instrumentum, vel rationes qui semel penes se habuit, adhuc habere præsumitur.*
11 *Verum semel, semper idem præsumitur.*
12 *Approbatum semel, iam reprobari nequit.*

Furiosus

14 *Furiosus semel, præsumitur etiam in furore perseuerasse.*
15 *Exclusus semel, semper exclusus dicitur.*
16 *Absolutus semel, amplius molestari & iterum accusari non potest.*

DECISIO XCVIII.

1 EXCOMMVNICATVS † semel, præsumitur semper durare excõmunicatus, Mascar. in tracta. de probat. concl.705. num.8. volum.2.nisi absolutio probetur legitimo modo, ita Specu.de præscrip.in fi.& de senten.§.6.in ver. absolutione.& Couar.cum cæteris aggregatis per eum in rub.de pact.in 6.in 3.par.§.2.num.6.& facit regula, semel, de reg.iu.in 6.& bonus tex.in c. proposuit, de cler.excom.min. & Abb. in c.sicut à nobis,de senten.excom. in 1.nota. glo. & Abb. in c.proposuit, num.4.de cleri.excom.minis.Menoch.in tract. de præsumpt.lib.1.quęst.29.nu.19. & Mascar.in d.tract. de prob. concl.697. nu.3. & conclu.873.num.2.volum 2.& ita consuluit Roman.consi.387.In terminis propositæ consultationis, quòd semel excommunicatus semper debet vitari donec legitime probetur absolutio, & sequitur ibi D.Horatius Mando.in add.in litera B. Corset. in sing.in ver. præsumptio, il 1.regula est quòd semel malus, post princip. & absolutio ipsa probari posset etiã per testes, d.c.sicut à nobis, & præsertim vbicunque costaret de amissione istrumenti absolutionis,quia tunc sufficeret probatio per testes,c.cum in iure,de offi.delegati. prout in simili fuit decisum in Regia Audientia Apuliæ in anno 1584. ad fauorem quorundam de ciuitate sancti Seuerij, qui amiserant instrumentum crediti,& ita firmat etiam Suar.in alleg.13.In cau
2 sa quæ vertitur,num.10.† Et excommunicatio et probatur per petitionem absolutionis, Mascar. in tracta.de prob.concl.700.num.11.volum.2.& sic excommunicatio probatur per denunciationem ad effectum obtinendi absolutionem ad cautelam, idem Mascar. in d.tracta. de proba. conclu. 699.num.1.vol.2.

3 Et † sic in simili inimicus semel, semper præsumitur inimicus nisi probetur reconciliatio,secundum Innoc.in c.cum oporteat,de accus. quem sequitur Bal. in auth. si dicatur, C.de testi.Alexan. in l.3.ff.de testi.& Craue.consi.9.num.6. Ioan.Petrus Surdus,consi.40.Grauis, nu.3.& ista est concors & communis opinio omnium Docto.vt per Bald. in l.in ipsius,per tex.ibi, C. famil. ercifcun.

4 Et ratio ea est,† quoniam voluntas semel posita,semper præsumitur durare nisi probetur mutata,l.sancimus,ff.de testam. cap. maiores, §.fi.& ibi glo.in ver.perdurare,de baptis.& l.eum qui,ff.de probat.& l.Lucius,in fi. ff. de leg. 2. & Corset. in sing.in ver.præsumptio,il primo,post princ.

5 Similiterq; † semel dominus,vel possessor,semper præsumitur dominus vel possessor nisi contrarium probetur, l.siue possidetis, C.de prob. & c.præterea,el 2. & ibi Abb.de transac.& in c.cum inter Canonicos,sub num.7. circa fin. de elect.& Ant.Bard. in tract. de temp.vti. vel cont.cap.18. num.2.vbi num.4. explicat quomodo hoc intelligendum sit, & sic possessor præsumitur in possessione continuasse, & præsertim cum possidetur hodie etiam, vt per Iacob. Berret. consil. 89. Ex his,num.27.& sequen.volum.1.

6 Itemque † semel malus, semper presumitur malus,l.si cui,§.eisdem,ff.de accus.Reg.semel malus, de reg.iur.in 6.Corne.consi.146.nu.19.volum.1. & consi.101.nu.16.volum.2. Dyn. & Abb. in c. inter Canonicos,nu.7.de electio.vbi concedit,quod semel criminosus semper præsumitur perseuerare in eodem crimine,nisi emendatus probetur.

7 Sed aduerte,† quòd ad probandum semel criminosum reperiri mutatum, reuersumque ad meliorem frugem regressumque in viam & ad ingenium, sufficit triẽnalis temporis testimonium, & sic qui olim fuit male famę,vitæ,& qualitatis,pro bando post commissum delictum per tres annos continuos seu à tribus annis citra fuisse bonę vitæ & conditionis laudabiliterque vixisse, præsumitur emendatus atque purgatus,§. hinc autem nobis,in Auth.de mona.& ibi Ang.Bal.in l.non ignorabat,C.ad exhib. Cardin. Alexand. in c.leges,colum.fin.53.dist.Saly. in l.si minorem,col.2. C.de in integ.restit.minor. Imo.Fely. & alij in c. cum deputati,de iud.& Rom.consi.236.Præmissa consultatio, num.6.& D.Horatius Mand. cum alijs aggregatis in addi. ibi in litera E. Ant.Bard. de temp.vti. vel conti.c.18.nu.11.

8 Et regulam istam, † quòd semel malus semper præsumatur malus, limita vtiliter intellige que de plano procedere in eodem genere mali, secundum Barto.in l.Cassius,ff.de Senato. Innoc. in c. super his, de accus. Bart. & Io.de Plat. in l.athletas,per tex.ibi,C.de athle.Bal.& Io.de Imo.in l.fin.ff.de hær. instit. Alex.consi.5.In casu inquisitionis,sub num.3. Boer. in addi. Dy. in reg.semel malus,de reg.iur.in 6. in litera A. Ioan.Petr.Sur.consil.68. Quia,nu.12. Quint.Mando. consi.76. Spectabilis,nu.9.& sequen.volum.1. Menoch. consi.422. Cum falsi crimen,nu.124. & sequen.volum.5.& Marsi. sing.74. Tu habes regulam vulgatissimam, vbi tradit aliqua commoda exempla pro explanatione pręsentis speculationis,& Rimin.iun.etiam consi.360. In præsenti causa,num.3.& 68.volu.4.

9 & consi.334. Videtur,num.12.vol.5.Itidem † qui semel diues,semper præsumitur diues, l.ex perso-
10 na,ff.de probat. Et † qui semel libros,instrumentum vel rationes penes se habuit, adhuc illos habere præsumitur, Bero. consilio 19. In causa de qua nunc agitur, numero 21. volumine tertio.
11 Et † quod semel est verum,semper præsumitur verum, l.siue possidetis, & glo. in l.qui bona, §.si
12 quis stipulatur, ff. de dam. infe. † prout etiam semel approbatum,iam reprobari non potest,c.dilectissimi. 8.q.2. & cap.horrendus. 32.q.5. Beatus Ioan. de Capistr. in Spec. conscien. in 2.par. num. 93.posito in 1.tomo Tractatuum impressorum in
13 anno 1584. Et † qui semel pauper est, semper præ
14 sumitur pauper,l.non est,ff.de probat. † Et furiosus qui fuit semel, præsumitur etiam perseuerasse in furore,vt per Ioan. Petr. Surd. consi.89. Antonius, nu.29. Laurentius de Pinu, consi.61. nu.8.

O 2 Mascar.

Mascar. in tract. de proba. conclu. 825. nu. 8. cum alijs seqq. vbi hoc limitat in pluribus casibus. Nec
15 non † semel exclusus semper etiam dicitur exclusus, teste Bal. in l. in quibus, col. 2. C. de secun. nup. Dec. consi. 516. num. 17. Tibe. Decia. consi. 54. lu
16 ri, num. 37. cum alijs seqq. vol. 2. Et † absolutus semel amplius molestari non potest, Prosper Farin. in suis quæstio. & comm. opin. crim. q. 4. num. 1. cum alijs seqq. lib. 1. vbi hoc limitat in aliquibus casibus, neque igitur accusari potest iterum, Doc ci. consi. 167. num. 2.

ARGVMENTVM.

Excommunicatus priuatur muneribus & honoribus, & ponuntur aliæ pœnæ excõmunicatorum.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus, quando verè infamis sit.*
2 *Excommunicatus publicus, ad dignitatem laicalem non eligitur, nec iudex esse potest, ab agendoque, patrocinando & testificando repellitur.*
3 *Excommunicatus contra alium excommunicatũ tantum admittitur in testem.*
4 *Excommunicati procuratoris iam constituti gesta, parte etiam non opponẽte, nulla sunt: licèt ex post facto parte non opponente valeant.*
5 *Excommunicatũ alloqui, cũ eoq; vesci, quãdo liceat.*
6 *Excommunicatus salutari cur non debeat.*
7 *Excommunicato, debitor etiam iuratus, etsi vsurarum extortarum debitum sit, soluere non tenetur.*
8 *Excommunicatus notorius etiam appellans ab omnibus etiam priuilegiatis vitandus est.*
9 *Excommunicatus ad Papæ osculum receptus, absolutus præsumitur: nec si ei Papa scribat absoluitur.*
10 *Excommunicatum alterius episcopi subditum quilibet prælatus vitare debet; facereque vt à suis vitetur, cũ in vno loco excommunicatus, sit & vbique.*
11 *Excommunicato publicè intrante ecclesiam, omnes exire debent, etiam si diuina non celebrentur, nisi ob prædicationẽ audiendam, cum eis prædicari possit, elemosinaq; à prædicatoribus recipi, sub nu. 16.*
12 *Excommunicato episcopo clerici communicare non debent.*
13 *Excommunicatus contra fugitiuum debitorem cur agere possit.*
14 *Excommunicatus prælatus, vel alius beneficiatus, ratione suæ prælaturæ in iudicio agit.*
15 *Excommunicatus vnus ex duobus socijs si sit, alter societatem deserere diuidereque non tenetur.*
16 *Emere necessaria possunt ab excommunicatis per eorum terras transeuntes.*
17 *Excommunicatus occultus non est in publico vitandus, sed sciens tantum vitabit.*
18 *Excommunicatis qui sine culpa communicet.*

DECISIO XCIX.

1 EXCOMMVNICATVS † est verè infamis, c. infames. 6. q. 1. & Rom. post Bal. citatum per eum in sing. 675. An excommunicatus, Nepos de monte Alb. in tract. de test. nu. 40. quod sanè intelligitur, fortiturq; locum, vbicunque excommunicatio procederet ex causa famosa, alias secus, secundum Innoc. in c. testem, de testi. & sequitur Archi. in glo. summæ, 3. quæst. 1. Et
2 hinc est, † quòd excommunicatus publicus non debet ad dignitatem laicalem eligi, cap. venerabilem, de elect. Immo excommunicatus ipse publicus non potest esse iudex, c. exceptionem, in fi. de excep. & c. ad probandum, de sent. & re iudi. Et sic excommunicatus repellitur à tribus actibus iudiciarijs, scilicet agendo, patrocinando, & testificando, tex. est in c. decernimus, de sent. excomm. lib. 6. Nepos de monte Alb. in tract. de excep. in excep. contra aduocatos, art. 10. num. 10. Iacob. Egid. in tract. de testib. & eorum probatione. nu-
3 me. 9. Et † quamuis excommunicatus repellatur a testimonio, nihilominus tãtum admittitur contra alium excommunicatum, vt per Nellum de Sancto Gem. in tract. de testib. nu. 20. in ver. excommunicatus, num. 1.

Sed reducẽdo quamsimplicissimè omnia hæc
4 ad præsentem practicam, aduertendũ est, † quòd si quis cum esset excommunicatus constituatur procurator, gesta per eum nulla sunt, etiam parte non opponente: si vero constituatur & ex post facto excommunicetur, valent gesta per eum parte non opponente, vt per Fely. in c. post cessionem. Cuius opinionem sequuta est Rota Rom. teste Crescentio, decis. 223. & ita etiam iudicauit Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ in anno 1583. in causa quorundam Terræ Bonifri.

5 Et hoc ideo procedit, † quia cum excommunicato neque loqui, nisi quæ ad eandem excommunicationem pertinent, nec vesci licet: si quis enim cum eo aut palam aut secreto loquutus fuerit, statim cum eo excommunicationis contrahet pœnam, ita Isidor. & habetur in c. cum excommunicato. 11. q. 3. & hinc aiebat Hiero. vt recitatur in cap. resecande. 24. q. 4. quòd resecandæ sunt putridę carnes & scabiosę oues à caulis repellendæ, ne tota domus massa, corpus & pecora ardeant, corrumpantur, putrescant, & intereant: nam Arrius in Alexandria vna scintilla fuit, sed quoniam non statim oppressus est, per totum orbem eius flam-
6 ma populata est. Et † sic excommunicati salutari minime debent, cap. excommunicatos. 11. q. 3. ne per salutationem videatur eis aliquis consentire, arg. c. cum Adrianus. 63. distin. & vt facilius resipiscant cum viderint se contemni, cap. pia, de excep. & glo. in c. si aliquando, de sent. excom.

Et hoc ampliatur pluribus modis. Et primò,
7 quòd † excommunicatus adeo prohibetur ab hominum commercio & communione, quòd debitor suus nõ tenetur ei soluere quod debet, quamuis iurauerit soluere, ita glo. in c. nos sanctorum, 15. quęst. 6. & licet etiam sit debitum vsurarum extortarum, secundum glo. in cap. peccatum, de regul. iur. in 6.

8 Secundò ampliatur etiam hæc regula, † vt excommunicatus notorius etiam si appellet vitandus sit, c. peruenit, de appell.

Tertiò ampliatur quoque, vt excommunicatus debeat ab omnibus etiam priuilegiatis vitari, cap.

cap.cum & plantare, de priuileg. Est bene verum,
9 quòd † excommunicatus ad osculum Papæ receptus præsumitur absolutus, cap.cum olim, de priuil. cæterum si ipsi excommunicato Papa scribe-
ret, non ob hoc absolutus foret, cap. si aliquando,
de sent. excommu.

10 Quartò ampliatur similiter, † vt excommunicatum alterius episcopi subditum quilibet prælatus vitare debeat & facere, vt à suis vitetur, cap. curæ sit. 11.q.3. & ratio ea est, quoniam excommunicatus in vno loco per ordinarium est excommunicatus vbique, & sic per totum orbem, ita Abb. in c.ad reprimendam, in 2.not. de offi.ordi. Bart. in l.ex ea, de postu. Bal. in l.1.C.de hæred. institu. & Card. in clem.1.§.1.de pœni. & c.quisquis.4.q.5. Borgn. Caual. decis.77.nu.55.in 2.par.

Quintò ampliatur etiam, vt excommunicatus in dubio semper debeat citari, quia præsumitur semper pro iudice, c.per tuas, de sent.excom.

Sextò ampliatur eadem regula, quòd magis licet cum pagano communicare, quam cũ excommunicato, c.ad mensam. 11.q.3.

11 Septimò ampliatur etiam, † quòd excommunicato publicè intrante ecclesiam omnes debẽt exire, c.omnis qui. 24.q.1. & c.sicut Apostoli. 11.q.3. Nec licet ipsis excommunicatis videre corpus Christi, secundum Pet. de Pal. in 4. distin.18. sed pendente querela excommunicationis iniustæ, excommunicatus vitari non debet, Riminal. iun. consi.48.num.49.lib.1.

Neque debent excommunicati ad ostium ecclesiæ de foris auscultare diuina, cap.quod in te. de pœni. & remis. & c.quod non nullus, de priuileg. & licet excommunicatus non debeat ecclesiam intrare, etiam si ibi non celebreutur diuina, tamen fallit, nisi hoc fiat causa & intentione prædicationis audiendæ, qua quidem audita, statim exire tenentur, c.liceat. 1.q.1. & c.sicut.24.q.3.

12 Octauò ampliatur, † quòd excõmunicato episcopo clericis communicare minime licet, cap.miratus. 93.distinct.

Sed illhæc regula ita illustrata, & amplificata li
13 mitatur primò, † quòd excommunicatus potest
agere contra debitorem fugitiuum, quia hoc casu non agit voluntariè, verum stimulatur per fugam debitoris, ita Panor. in c.cum inter. col.3.de excep. excommunicatus enim ita demum prohibetur agere vel in iudicio stare, si voluntariè id agat, secus si coactè, vt probatur in cap.intelleximus, de iudi.

14 Secundò limitatur, † vt prælatus vel alius beneficiatus excommunicatus possit agere in iudicio ratione prælaturæ suæ, vel beneficij, quoniam tunc non agit tanquam prælatus, sed ratione publici officij, vt firmat Ant. de But. in c.nihil, col. penul. de elect. Panor. in c.veritatis, col.11.de dolo & contum. & Fely. in cap.intelleximus, circa fin. de iudi.

15 Tertiò eadẽ regula limitatur, † vt si fuerit vnus ex duobus socijs excommunicatus, non teneatur alter illum statim deserere nec diuidere societatem, secundum glo. in c.si vere, in ver.excommunicatorum, de sent.excom.

16 Quartò limitatur etiam, † vt ab excommunicatis possint emi necessaria à transeũtibus per terras eorum, d.c.si vere, & c.quoniam multos.11.q.3.

Quintò limitatur, vt prædicatores excommunicatis prædicare possint, ab eis elemosinas recipiendo, maximè si aliud non habent, c.cum voluntate, de sent. excom.

17 Sextò limitatur, † vt excommunicatus occultus non sit in publico vitandus, ita glo. in c.grauis ad nos, de sent.excomm. & sic excommunicatum occultum tantum sciens tenetur vitare etiã si sciens publicè eum excommunicatum, cap.si tantum, & cap.seq. 6.quæst.11.

18 Septimò † excommunicatis communicatur sine culpa propter spem correptionis, cap.antecessor. 10.quæst.3.

Octauò excommunicatis communicant sine culpa vxor, filius, seruus, ignorans & necessitatem patiens, c.quoniam multos. 11.q.3. & S. Thom. de Aquino, in 4. distin.18.

ARGVMENTVM.

Cedendarum mulier potest agere contra tertios possessores bonorum mariti, si alia bona mariti non extant pro dotibus suis, non obstante exceptione cedendarum.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio cedendarum mulieri dotem repetenti non obstat etiam ex facto suo iuribus suis vulneratis.*

2 *Possessorem contra tertium ementem rem mariti vbicunque ageretur, mulier si hypothecaria ageret pro dotibus suis, possessorque ipse offerat simulque petat vt mulier ipsa cedat, an cedere teneatur.*

DECISIO C.

1 EXCEPTIO † cedendarum non obstat mulieri repetenti dotem, etiam vbicunque ex facto suo reperiantur vulnerata iura sua. tex. est in l.iubemus, C.ad Velle. vbi mulier renunciauit hipothecæ quoad quasdam res sibi hipothecatas, per quam renunciationem sua hipotheca, suaque iura dotalia extant deteriorata, & tamen si agat contra obligatos ad dotem, non repellitur exceptione cedendarum, etiam si ageret contra fideiussorem. & de hoc mirandum non est, quoniam introductum hoc videtur speciale fauore dotis, vt nõ habeat locũ tex. in l.Stichum, §.creditor, ff.de solut. vt ita explicat Socy. consil. 200. Quoniam, lib.2. & Bero. consi.43. num.9. & consi.72. num.38. vol.1. vbi hoc interpretatur locum quidem sortiri, vbicunque non extarent alia bona mariti.

2 Immo aduerte, † quòd vbicunque ageretur cõtra tertium possessorem qui emisset rem mariti, si mulier ageret tũc hipothecaria pro dotibus suis, & ille tertius possessor offerat & simul petat, vt mulier ipsa cedat, non tenetur mulier cedere eo casu, nisi quatenus potest, in tantum, quòd si ex facto suo foret impedita, non ob hoc vtiq; impediretur

actione cedendarum, quin agere queat contra tertios possessores, & ratio ea est quoniam isti tertij possessores, non videntur contraxisse cum marito contemplatione rerum hipothecatarum mulieri, vt ita in terminis firmant atque explicant Bart. Bal. & Saly. in d. l. iubemus. & est de mente Bart. in l. stipulatus, §. r. de fideiuss. & sequitur Socy. d. consi. 200. col. 1. & seq. vbi respondet Spec. in tit. de renuncia. ver. sed pone, contrarium asseuerantí, quód contra eum Doc. omnes communiter firmant asseuerantque contrarium, & ita alias declaratum extitit in sacra Audientia Barensi in anno 1589. in causa tunc decisa inter aliquos de Ciuitate Vigiliarum.

ARGVMENTVM.

Non potest reus torqueri, neque condemnari, stante exculpatione offensi.

SVMMARIVM.

1 *Exculpatio offensi inquisitum adeo releuat, vt torqueri non possit.*

2 *Inculpatus non condemnatur, nisi crimine manifestè liquidato.*

DECISIO CI.

1 EXCVLPATIO † offensi, adeo prodest inquisito, eumque ita & taliter releuat & alia omnia inditia debilitat, vt illis mediantibus torqueri non posit vllo modo, ita Bar. in l. 1. col. fin. C. commun. de leg. & in l. si quis, in princ. ff. ad Syllan. Tiber. Dec. consi. 83. Delictum, nu. 20. vol. 3. Bertrazzo. consi. 113. nu. 7. & consi. 119. nu. 18. vol. 1. Io. Campeg. in tract. de testam. reg. 440. Quibus casibus nō posit nec debeat ad torturam iudex procedere, vbi ponit etiā tresdecim alios casus, in quibus quis torqueri nequeat,
2 nec † itidem condemnari potest tunc inculpatus, nisi crimine manifesto liquidato, ita Alexan. consil. 1. sub num. 16. volum. 3. & consi. 24. Animaduersis his quæ tam per testes, sub num. 15. Bald. & Ias. colum. fin. in l. 1. C. commu. de lega. & Marsil. cum alijs aggregatis per eum in singul. 22. Confessio offensi, ante finem. & ista est communis opinio, attestante Ias. in dicta l. 1. num. 10. & Ioan. Baptista Plo. consi. 110. nu. 1. inter Consilia criminalia, fol. paruo, vol. 1. & ita non semel tantum iudicauit sacra Regia Audientia Barensis in anno 1589. in varijs casibus tunc decisis.

ARGVMENTVM.

Valent cōtractus facti in ecclesia, sed nō laudum.

SVMMARIVM.

1 *Contractus facti in ecclesia valent & tenent, sed contrahentes peccant, & excommunicari possunt. nume. 2.*

3 *Arbitramentum in ecclesia factum non valet.*

DECISIO CII.

1 CONTRACTVS † facti, celebratique in ecclesia valent, & tenent. Glo. est communiter approbata in c. decet, in ver. processus, de immun. ecclesi. lib. 6. & latius dixi in opinione 166. Contractus, meæ Syluæ lib. 1. sed re ipsa peccant tunc contrahentes, vt probat ille tex. in ver. cessent in ecclesijs, qui quidem tex. prohibet contractus ipsos fieri in ecclesia, ergo contrauenientes peccant dubio procul. c. 2. cum Glo. de maior. & obed. & probatur quoque in dicto c. decet, in vers. ordinarij, iuncta Glos. in ver. compescant, & notatis etiam per Nauarrum in tractatu de Oratione, & horis Canonicis, capite 5. num. 35.
2 Quæ † concedit etiam huiusmodi contrahentes
3 excōmunicari posse. Est bene verum, † quód arbitramentum latum in ecclesia nō valet, secundum Bald. in l. nemo Apostolorum. C. de sacrosanc. eccle. & ita aliàs iudicauit Regia Audientia Apuliæ in anno 1583. in causa tunc vertente inter aliquos de Isernia.

ARGVMENTVM.

Ligantur successores Principum, & tenentur obseruare contractus factos per prædecessores: secus verò in gratijs factis: nam possunt successores reuocare.

SVMMARIVM.

1 *Contractus Principis factus sub nomine dignitatis ligat etiam successorem.*

2 *Princeps si recipiat pretium etiam si citatur verbo indulgemus, dicitur contrahere, & non priuilegium concessisse, quod potest reuocari: quem cōtractum nec ipse nec successor, qui etiam non sit hæres, potest reuocare, & si reuocaret, inferretur iniuria, quæ à Principe debet esse remota. nu. 3.*

4 *Princeps successor reuocando priuilegium ex causa concessum, committeret dolum.*

5 *Princeps vbicunque aliquid concedit, quod concedere potest, & aliquid recipit à concessionario, non dicitur gratia, sed contractus irreuocabilis.*

6 *Contractus initus cum dignitate seu nomine dignitatis, non alteratur per superuenientiam successoris.*

7 *Successorem posse reuocare factum prædecessoris, pro cedere solum in gratijs, & priuilegijs, non autem in contractibus celebratis inter dominum & subditum.*

DECISIO CIII.

1 CONTRACTVS † Principis factus sub nomine dignitatis ligat etiam successorem sicut ligat ipsum contrahentem: quia est eadem persona, licet successor non per hæreditatem, sed per electionem, vel alio iure succedat, ita Doctores communiter in cap. primo, de probationib. Cyn. Alber. de Rosa. & Bald. in l. digna

gna vox. C. de legib. & idem Bal. in cap. 1. de nat. feud. & in cap. 1. de feud. Mar. & in l. qui se patris, colum. 8. C. vnde liberi. versi. hoc scias. vbi conclu-
2 dit, quòd † si Princeps recipiat pretium, etiam si vteretur verbo indulgemus, dicitur contrahere, & non dicitur aliter priuilegium cõcessisse, quod reuocari potest: subditq́ue, quod nec ipse, nec successor, qui etiam non sit hæres, potest reuocare: ex quo ex huiusmodi concessione fuit ius quæsitum alteri, vt in l. prima, C. de præd. curial. lib. 10.

3 Imò † si tunc reuocaret Princeps contractum, seu priuilegium, ex tali reuocatione inferretur iniuria, quæ à Principe debet esse remota. l. ex facto, ff. de vulgari & pupil. & l. meminerint, C. vnde vi.

4 Nec non † Princeps successor reuocando huiuscemodi priuilegium ex causa concessum, committeret dolum, vt in l. cum mihi, ff. de dolo. vbi
5 Bald. concedit, quòd † vbicunque Princeps aliquid concedit, quod concedere potest & aliquid recipit à concessionario, ista non sit gratia, sed contractus irreuocabilis, & hoc idem videtur firmare Abb. Sicul. in cap. cum dilectus, in fi.
6 de ordine cognit. vbi concludit, quòd † contractus initus cum dignitate, seu nomine dignitatis non alteratur per interuentum successoris. cap. dilecti, de foro compet. & sequitur etiam Anchar. in c. quoniam, de conceß. præb. lib. 6. asserens ibi,
7 quod † successor potest reuocare factum prædecessoris, sed hoc procedere solummodo in gratijs, & priuilegijs: non autem in contractibus celebratis inter dominum, & subditum: eos enim superior ad libitum reuocare nequit. cap. 1. de probatio. Barto. in l. omnes populi, in fi. ff. de iust. & iu. cap. decet, de regu. iur. lib. 6. & cap. 1. de sepultur.

ARGVMENTVM.

Allegans simulatum contractum debet probare, & debet exprimere speciem simulationis.

SVMMARIVM.

1 *Simulationem allegans debet exprimere, & probare speciem simulationis, seu eius causam. & de ratione, num. 2.*

3 *Vituperationem generant, quæ in medijs conatibus ægra deseruntur.*

4 *Excommunicationis speciem exprimere debet de excommunicatione excipiens.*

5 *Aetatis minoris speciem exprimere debet in ea se fundans.*

DECISIO CIIII.

1 CONTRACTVM † simulatum allegans, vel excipiens, tenetur speciem certam, claramque simulationis, seu fictionis exprimere, aliàs non auditur. ita Barto. consil. 65. Petrus, & in l. post contractum, ff. de donat. Bald. in l. illud, quæstio. 7. C. de sacrosan ct. eccles. Bertran. consil. 259. Addendo, num. 59. volum. 7. Simon de Pretis consil. 520. Vt in præsenti causa, num. 42. volum. 5. Prosper Pasethus, consi. 45. In causa vertente, num. 55. Tiber. Decian. consil. 59. Quod igitur, num. 4. volum. 1. & consi. 62. Ex præmissa, num. 5. volum. 3. Barbat. consil. 76. Illud in medium afferam, colum. 1. versic. capio primum institutum dubium, volum. 3. Gozad. consi. 94. nu. 54. & Cæpol. in tract. de simulat. contract. in 3. casu, 26. præsumptio. nu. 89. vbi aduertit per doctrinam Baldi, & Barthol. de Sal. in l. ab Anastasio, C. mãdati. simulatio nâque non aliter opponi potest, nisi ipsius causa exprimatur. Crauetta, consi. 784. num. 56. volum. 4. & in specie exponenda non solum, sed & probanda. idem Crauetta, consi. 495. num. 4. & 27. vol. 3. & consi. 947. num. 16. volum. 5. tutius fore, partem necessariò debere instare pro declaranda specie simulationis: cum diuersæ quidem species simulationis [illegible]periantur: sed sacra Regia Audientia Bar[illegible] anno 1589. & seq. semper obseruauit [illegible] doctrinam præmemoratam tanquam [illegible] voto ab omnibus iuris interpretibus [illegible], vt proponens simulationem non alit[illegible] suapte natura, absque instantia aduers[illegible]
2 sua, audiendus non sit. Et ratio est † [illegible] stat per actorem, vel per reum de non pro[illegible]do iura sua, & perseuerat pertinaciter quidem in re confusa, inepta & dubia; taliter quod species simulationis cõtractus debet in libello super hac simulatione formato exprimi, aliàs libellus nullus foret, & ex illo agens succumberet absque dubitatione aliqua, vt aperit Bero. cõsi. 210. Comm, nu. 8. & seq. volum. 3. Vinc. de Anna in allega. 77. Mota lite, nu. 5. vol. 2.

3 Nam teste Casiodo. lib. 4. epist. 21. † vituperationem generant, quæ in medijs conatibus ægra deseruntur. imò secundum eundem, lib. 5. epist. 25. alacriter incumbendum est inchoatis, cum vicinitas perfectionis habuerit, spes effectus, tedium laboris excludit: magnum genus incitamenti est, credere, desiderata cõpleri. & hinc est, secundum Senecam Episto. 54. quod perseuerandum venit & assiduo studio robur addendum, donec bona mens fit, & bona voluntas est: nam attestante Bernar. in Episto. 539. absque perseuerantia, neque qui pugnat victoriam, neque palmam victor consequitur. Et denique aduertit Laertius Diog. de vita & moribus Philosophorum, quòd quicquid proposueris firmiter perseuerans, perseuera.

Et quemadmodum contractum simulatum allegans, debet speciem qualitercunque simulatio-
4 nis exprimere, alràs non admitteretur: † ita excipiens de excommunicatione, tenetur speciem ex communicationis exprimere, aliàs non auditur. c. 5. cum Glo. de excep. in 6.
5 Nec non † in minori ætate se fundans, debet similiter speciem minoris ætatis exprimere. c. in præsentia, extra de probat. Barto. in d. consi. 65. & Pau. Castren. in l. fin. colum. fin. C. plus val. quod agitur.

ARGV-

actione cedendarum, quin agere queat contra tertios possessores, & ratio ea est quoniam isti tertij possessores, non videntur contraxisse cum marito contemplatione rerum hipothecatarum mulieri, vt ita in terminis firmant atque explicant Bart. Bal. & Saly. in d. l. iubemus. & est de mente Bart. in l. stipulatus, §. 1. de fideiuss. & sequitur Socy. d. consi. 200. col. 1. & seq. vbi respondet Spec. in tit. de renuncia. ver. sed pone, contrarium asseueranti, quòd contra eum Doc. omnes commuoiter firmant asseuerantque contrarium, & ita alias declaratum extitit in sacra Audientia Barensi in anno 1589. io causa tunc decisa inter aliquos de Ciuitate Vigiliarum.

ARGVMENTVM.

Non potest reus torqueri, neque condemnari, stante exculpatione offensi.

SVMMARIVM.

1 *Exculpatio offensi inquisitum adeo releuat, vt torqueri non possit.*

2 *Inculpatus non condemnatur, nisi crimine manifestè liquidato.*

DECISIO CI.

1 EXCVLPATIO † offensi, adeo prodest inquisito, eumque ita & taliter releuat & alia omnia indicia debilitat, vt illis mediantibus torqueri non posit vllo modo, ita Bar. in l. 1. col. fin. C. commun. de leg. & in l. si quis, in princ. ff. ad Syllan. Tiber. Dec. cons. 83. Delictum, nu. 20. vol. 3. Bertrazzo. consi. 113. nu. 7. & consi. 159. nu. 58. vol. 5. Io. Campeg. in tract. de testam. reg. 440. Quibus casibus nō posit nec debeat ad torturam iudex procedere, vbi ponit etiā tresdecim alios casus, in quibus quis torqueri nequeat,
2 nec † eidem condemnari potest tunc inculpatus, nisi crimine manifesto liquidato, ita Alexan. consil. 1. sub num. 16. volum. 3. & consi. 24. Animaduersis his quæ tam per testes, sub num. 55. Bald. & Ias. colum. fin. in l. 1. C. commu. de lega. & Marsil. cum alijs aggregatis per eum in singul. 22. Confessio offensi, ante finem. & ista est communis opinio, attestante Ias. in dicta l. 1. num. 10. & Ioan. Baptista Plo. consi. 110. nu. 5. inter Consilia criminalia, fol. paruo, vol. 1. & ita non semel tantum iudicauit sacra Regia Audientia Barensis in aono 1589. in varijs casibus tunc decisis.

ARGVMENTVM.

Valent cōtractus facti in ecclesia, sed oō laudum.

SVMMARIVM.

1 *Contractus facti in ecclesia valent & tenent, sed contrahentes peccant, & excommunicari possunt. nume. 2.*

3 *Arbitramentum in ecclesia factum non valet.*

DECISIO CII.

1 CONTRACTVS † facti, celebratique in ecclesia valent, & tenent. Glo. est communiter approbata in c. decet, in ver. processus, de immun. eccles. lib. 6. & latius dixi in opinione 166. Contractus, meæ Syluæ lib. 1. sed re ipsa peccant tunc contrahentes, vt probat ille tex. in ver. cessent in ecclesijs, qui quidem tex. prohibet contractus ipsos fieri in ecclesia, ergo contrauenientes peccant dubio procul. c. 2. cum Glo. de maior. & obed. & probatur quoque in dicto c. decet, in vers. ordinarij, iuncta Glos. in ver. compescant, & notatis etiam per Nauarrum in tractatu de Oratiooe, & horis Caoonicis, capite 5. num. 35.
2 Quæ † concedit etiam huiusmodi contrahen-
3 tes excōmunicari posse. Est bene verum, † quòd arbitramentum latum in ecclesia nō valet, secundum Bald. in l. nemo Apostolorum. C. de sacrosanc. eccle. & ita aliàs iudicauit Regia Audientia Apuliæ in anno 1583. in causa tunc vertente inter aliquos de Isernia.

ARGVMENTVM.

Ligantur successores Principum, & tenentur obseruare contractus factos per prædecessores: secus verò in gratijs factis: nam possuot successores reuocare.

SVMMARIVM.

1 *Contractus Principis factus sub nomine dignitatis ligat etiam successorem.*

2 *Princeps si recipiat pretium etiam si citatur verbo indulgemus, dicitur contrahere, & non priuilegium concessisse, quod potest reuocari: quem cōtractum nec ipse nec successor, qui etiam non sit hæres, potest reuocare, & si reuocaret, inferretur iniuria, quæ à Principe debet esse remota. nu. 3.*

4 *Princeps successor reuocando priuilegium ex causa concessum, committeret dolum.*

5 *Princeps vbicunque aliquid concedit, quod concedere potest, & aliquid recipit à concessionario, non dicitur gratia, sed contractus irreuocabilis.*

6 *Contractus initus cum dignitate seu nomine dignitatis, non alteratur per superuenientiam successoris.*

7 *Successorem posse reuocare factum prædecessoris, procedere solum in gratijs, & priuilegijs, non autem in contractibus celebratis inter dominum & subditum.*

DECISIO CIII.

1 CONTRACTVS † Principis factus sub nomine dignitatis ligat etiam successorem sicut ligat ipsum contrahentem: quia est eadem persona, licet successor non per hæreditatem, sed per electionem, vel alio iure succedat, ita Doctores communiter in cap. primo, de probationib. Cyn. Alber. de Rosa. & Bald. in l. digna

gna vox. C.de legib.& idem Bal.in cap.1. de nat.
feud.& in cap.1.de feud.Mar.& in l.qui ſe patris,
colum.8.C.vnde liberi.verſi.hoc ſcias.vbi conclu-
2 dit, quòd † ſi Princeps recipiat pretium, etiam ſi
vteretur verbo indulgemus, dicitur contrahere,
& non dicitur aliter priuilegium cócesſiſſe, quod
reuocari poteſt: ſubditque, quod nec ipſe, nec
ſucceſſor, qui etiam non ſit hæres, poteſt reuo-
care: ex quo ex huiuſmodi conceſsione fuit ius
quæſitum alteri, vt in l. prima, C. de præd. cu-
rial. lib.10.

3 Imò † ſi tunc reuocaret Princeps contractum,
ſeu priuilegium, ex tali reuocatione inferretur in-
iuria, quæ à Principe debet eſſe remota. l.ex fa-
cto, ff. de vulgari & pupil. & l.meminerint, C.
vnde vi.

4 Nec non † Princeps ſucceſſor reuocando huiu
ſcemodi priuilegium ex cauſa conceſſum, com-
mitteret dolum, vt in l.cum mihi, ff.de dolo. ubi
5 Bald. concedit, quòd † vbicunque Princeps ali-
quid concedit, quod concedere poteſt & ali-
quid recipit à conceſsionario, iſta non ſit gratia,
ſed contractus irrenocabilis, & hoc idem vide-
tur firmare Abb.Sicul. in cap.cum dilectus, in fi.
6 de ordine cognit. vbi concludit, quòd † contra-
ctus initus cum dignitate, ſeu nomine dignitatis
non alteratur per interuentum ſucceſſoris. cap.di-
lecti, de foro compet. & ſequitur etiam Anchar.
in c.quoniam, de conceſſ.præb.lib.6. aſſerens ibi,
7 quod † ſucceſſor poteſt reuocare factum præde-
ceſſoris, ſed hoc procedere ſolummodo in gra-
tijs, & priuilegijs: non autem in contractibus ce-
lebratis inter dominum, & ſubditum: eos enim
ſuperior ad libitum reuocare nequit. cap.1. de
probatio. Barto. in l.omnes populi, in fi. ff. de iu-
ſtit. & iu. cap. decet, de regu. iur. lib.6. & cap.1.
de ſepultur.

ARGVMENTVM.

Allegans ſimulatum contractum debet probare, & debet exprimere ſpeciem ſimulationis.

SVMMARIVM.

1 *Simulationem allegans debet exprimere, & probare ſpeciem ſimulationis, ſeu eius cauſam. & de ratione, num.2.*

3 *Vituperationem generant, quæ in medijs conatibus ægra deſeruntur.*

4 *Excommunicationis ſpeciem exprimere debet de excommunicatione excipiens.*

5 *Aetatis minoris ſpeciem exprimere debet in ea ſe fundans.*

DECISIO CIIII.

1 CONTRACTVM † ſimulatum allegans, vel
excipiens, tenetur ſpeciem certam, cla-
ramque ſimulationis, ſeu fictionis ex-
primere, aliàs non auditur. ita Barto. conſil.65.
Petrus, & in l.poſt contractum, ff. de donat. Bald.
in l.illud, quæſtio.7.C. de ſacroſanct.eccleſ. Ber-
tran.conſil.259. Addendo, num.19.volum.7. Si-
mon de Pretis conſil. 120. Vt in præſenti cau-
ſa, num.42.volum.1. Proſper Paſethus, conſi.45.
In cauſa vertente, num.15. Tiber. Decian. con-
ſil.59. Quod igitur, num.4.volum.1. & conſi.62.
Ex præmiſſa, num.5. volum.3. Barbat. conſil.76.
Illud in medium afferam, colum.1. verſic. capio
primum inſtitutum dubium, volum.3. Gozad.
conſi.94.nu.54.& Cæpol.in tract.de ſimulat.con
tract.in 3.caſu, 26.præſumptio.nu.89. vbi aduer-
tit per doctrinam Baldi, & Barthol. de Sal.in l.ab
Anaſtaſio, C.mādati. ſimulatio nāque non aliter
opponi poteſt, niſi ipſius cauſa exprimatur. Cra-
uetta, conſi.784.num.16.volum.4. & in ſpecie ex
ponenda non ſolum, ſed & probanda. idem Cra-
uetta, conſi.491.num.4.& 27.vol.3.& conſi.947.
num.16. volum.5. tutius fore, partem neceſſariò
debere inſtare pro declaranda ſpecie ſimulatio-
nis: cùm diuerſæ quidem ſpecies ſimulationis re-
periantur: ſed ſacra Regia Audientia Barenſis in
anno 1589. & ſeq. ſemper obſeruauit ſimpliciter
doctrinam præmemoratam tanqnam [illegible] uni
voto ab omnibus iuris interpretibus receptam
vt proponens ſimulationem non aliter [illegible] ſia
ſuapte natura, abſque inſtantia aduerſari [illegible]
2 ſua, audiendus non ſit. Et ratio eſt † q[illegible]
ſtat per actorem, vel per reum de nōn proponen-
do iura ſua, & perſeuerat pertinaciter quidem in
re confuſa, inepta & dubia; taliter quòd ſpec[illegible]
ſimulationis cōtractus debet in libello ſuper [illegible]
ſimulatione formato exprimi, aliàs libellus nul-
lus foret, & ex illo agens ſuccumberet abſque du-
bitatione aliqua, vt aperit Bero.cōſi.210.Colum,
nu.8.& ſeq.volum.3. Vinc.de Anna in allega.77.
Mota lite, nu.1.vol.2.

3 Nam teſte Caſsiodo.lib.4.epiſt.21. † vitupera-
tionem generant, quæ in medijs conatibus ægra
deſeruntur. imò ſecundum eundem, lib.5.epiſt.
25.alacriter incumbendum eſt inchoatis, cum vi-
cinitas perfectionis habuerit, ſpes effectus, tediū
laboris excludit: magnum genus incitamenti eſt,
credere, deſiderata cópleri. & hinc eſt, ſecundum
Senecam Epiſto.14. quod perſeuerandum venit
& aſsiduo ſtudio robur addendum, donec bona
mens ſit, & bona voluntas eſt: nam atteſtante
Bernar. in Epiſto.139. abſque perſeuerantia, ne-
que qui pugnat victoriam, neque palmam vi-
ctor conſequitur. Et denique aduertit Laertius
Diog. de vita & moribus Philoſophorum, quòd
quicquid propoſueris firmiter perſeuerans, per-
ſeuera.

Et quemadmodum contractum ſimulatum al
legans, debet ſpeciem qualitercunque ſimulatio-
4 nis exprimere, aliàs non admitteretur: † ita exci-
piens de excommunicatione, tenetur ſpeciem ex
communicationis exprimere, aliàs non auditur.
c.1.cum Glo.de excep.in 6.

5 Nec non † in minori ætate ſe fundans, debet
ſimiliter ſpeciem minoris ætatis exprimere. c.in
præſentia, extra de probat. Barto. in d.conſi.65. &
Pau. Caſtren. in l.fin.colum.fin. C.plus val.quod
agitur.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Contractus celebrati tempore ebrietatis non valent, neque celebrati per metum.

SVMMARIVM.

1 *Hispanorum versutia in quo discernatur.*
2 *Contractus per ebrium factus valet ipso iure, licèt actione de dolo rescindatur.*
3 *Vendens per metum, etiam toto pretio recepto, actione quod metus causa retrahere potest, & quare, num. 4.*
5 *Contractum metu celebratum etiam iuratum, pecuniaque promissa soluta aut accepta, approbare nemo censetur.*

DECISIO CV.

1 VERSVTIA † Hispanorum discernitur, colligiturque in Glo. in l. dolum ex iudicijs. C. de dolo ma. in ver. conuenit, & præfe[illegible] in illis, qui inuitauerât Aldricum ad prand[illegible], [illegible] fideiuberet pro eis, vel rationes suas ac[illegible], & prębebât ei vinum album, quasi a[illegible] vino mixtam, vt sic inebriaretur.
2 Et hinc [illegible] ibi pręsupponit † valere contractum per ebrium, seu vinolentum factum ipso iure, licèt actione de dolo rescindatur, & adde Iacob. in l. fin. colum. pen. C. in quib. cau. in integ. resti. Rimin. iun. consi. 43. num. 45. volum. 1. & consi. 184. Postquam, nu. 2. & 22. volum. 2. alij verò vtuntur aqua candillata, vt decipiant, & inebrient in conuiuijs conuitatos, prout vidi quendam clericum tali versutia inebriatum renuntiasse superioribus annis vnicũ beneficium quod retinebat ecclesiasticum: & cæteros quoque inspexi ita inebriatos in varios laqueos incidisse ad perditionem æris & honoris.
3 Nec non † vendens rem suã per metum, etiam si pretium totũ recepisset, posset vtique per actionem quod met. cau. retrahere, siue metus ipse illatus ab emptore, siue ab alio illatus reperiretur, c. Abbas, & ibi Canonistæ, extra de his, quæ vi, met. ve cau. Alex. & alij omnes in l. si per vim. C. eod. ti. & l. non interest, & ibi Pau. de Cast. eo. ti.
4 Et ratio potest assignari isthæc, † nam nemo in commodum consequi debet ex eo quod inuitus facit. l. nam quod. §. qui compulsus. & l. si patroni, §. qui fideicommissariam. ff. ad Trebel.

Imò hòc catenus verum est, & de plano proce-
5 dit, † quòd in dubio etiam nemo censetur approbare contractum ipsum metu celebratum, etiã si postmodum pecuniã in eo promissam solueret, aut reciperet, & contractum istum seruare iurasset, ita Bal. Barto. & cæteri omnes vniuersaliter in l. 2. C. de his quæ ui, met. ve causa, & Aret. consi. 14. Viso, colum. 15. vbi in apertum, lucemque profert, istam esse cõmunem opinionem, & ita aliàs decisum extitit in Regia Audientia Apulię in anno 1583. ad fauorem cuiusdam Isabellæ, & eius filij de ciuitate Troiæ.

ARGVMENTVM.

Qui contradicit legi siue diuinæ, siue humanæ, peccat, licèt quidam contrarium putent de legibus ciuilibus.

SVMMARIVM.

1 *Legi seu eius ordinationi non obediens, mortaliter peccat.*
2 *Locans conducensque etiam cum iuramento, ecclesiæ res, seu loci religiosi, in eorum etiam fauorem, vltra triennium, mortaliter peccat, atque ipso iure excommunicatus est, nu. 3. & 4.*
5 *Papæ constitutioni præsertim prohibitiuæ contrauenien s, mortaliter peccat.*
6 *Legi tantum diuinæ, pontificiæque, non autem seculari, ciuilique contrauenien s, quòd mortaliter peccet, an verum.*
7 *Legis præcepto obtemperans, consultò agit.*
8 *Lex secularis, seu ciuilis, donum Dei est, ac diuino quodam motu manauit, diuinitusque per ora Principum promulgata, sacratissima dicitur, atque vt ipsam couderent Imperatores de cœlo constituti. & multa in legis Ciuilis commendationem, atque de eius proprietate & virtute, vsque ad finem.*

DECISIO CVI.

1 CONTRAVENIENS † prohibitioni legis, & sic nõ obediens legi, peccat mortaliter, quia omnis anima, quæ non paruerit Principi suo morte morietur. cap. 2. de maior. & obed. Et qui huic ordinationi resistit, ordinationi Dei resistit, cap. qui resistit. 11. q. 3. & hoc ponit pro regula Card. Albanus consi. 27. nu. 2.

Vnde reducendo hæc omnia ad practicam ad
2 uerte, † quòd locans res ecclesiæ, seu loci religiosi vltra triennium, peccat mortaliter, quoniam agit contra expressam prohibitionem Papæ, & Canonis, vt patet in extrauag. Pauli Veneti, iuxta tex. in c. 2. cum ibi no. de maior. & obed. & dicto c. qui resistit, & vtiliter explicat, atque declarat Corn. in sepet. auth. sacramenta puberum, in ver. contractus, C. si aduers. vend.
3 Imò † locans, contrahensque contra talem prohibitionem, ipso iure excommunicatur, vt in d. extrau. Pauli II. itaque faciens contra illam prohibitionem, & consequenter locans, conducensq; vltra triennium grauiter peccaret, nã absque graui, mortalique peccato quis non foret excommunicandus, c. nemo Episcoporum, cum ibi no. 11. q. 3. quinimò Episcopus non faciens illum Canonem extrauagãtis Pauli seruari, in periurium quidem incideret: nam Episcopus ipse sub vinculo iuramenti teneretur seruare, & seruari facere, ac defendere Canones summorum Pontificum, c. ego, cum ibi no. per Inno. de iureiur.
4 Imò † locatio ipsa de rebus ecclesiæ, etiam iurata, facta vltra triẽnium, minimè valeret, tanquã facta contra vtilitatem ecclesiæ: & in tantum hoc procedit, quòd si locatio hæc facta foret etiam in fauorem ecclesiæ, & loci religiosi, redderetur ip-

so iure nulla, vt disponitur in dicta extrauag. per totum, & de hoc mirandum non est: quia iuramentum tendens contra vtilitatem ecclesię, piję loci, non tenet, nec iurantem in præiudicium ecclesię ligat; imò illud seruans mortaliter nempe peccat: & sic ad illius obseruantiam nullatenus tenetur, c. sicut nostris, de iureiur. quia ibi concedit, quòd nullum iuramentum ligat prælatum in præiudicium ecclesiæ.

5 Et hinc cócludo, † quòd veniens contra Papę constitutionem & præsertim prohibitiuam, vtique mortaliter peccaret. tex. est, ibi in glo. & Doct. in c.2. de maior. & obed. Abb. Ant. Imola, & alij omnes in cap. si verò, & in c. cum contingat, de iureiu. & August. Bero. consi. 92. Circa dubia proposita breuius, num.2. vol.1. vbi admittit hoc communi voto à Doctoribus probari.

6 Et hoc, † quòd contraueniens legi mortaliter peccet, interpretatur Io. de Imo. in d.c. cum contingat, de iureiur. si sit lex diuina, vel Pontificis, non autem secularis, & ciuilis, & mouetur hac ratione, quia lex non potest alligare animam alicuius, c. decernimus, de iudicijs. Et etiam requiritur, quod sit tale præceptũ, quod sui natura obliget ad peccatum, vel quia quis in contemptum non obediat, vt idem firmat Imo. in c.2. vbi Fely. refert de maior. & obed.

Sed hoc falsum apparet: nam communis opinio est, quòd contraueniens prohibitioni legis, etiam ciuilis, mortaliter peccat. d.c.2. & probatur in c. solitæ, eodem titu. & in c. qui resistit, 11.q.3. & in c. Iulianus, 11.q.3. & ita firmat Card. Abb. & cęteri omnes in d.ca.2. & in c. cócupiscentiam, de constit. & Fely. in c. ecclesia sanctæ Mariæ, nu.37. cum alijs seq. eod. titu. vbi hoc ponit pro regula cum quatuor limitationibus, & Boer. quoque in decis. 1. num.73. cum alijs seq. & huic opinioni videtur assentire etiam cum quadam distinctione Couarru. in reg. peccatum, par.2. §.5. nu.2. & seq. de regu. iur. lib.6. & Card. Albano. in dicto consi. 27. num.2.

Quæ quidem opinio roborari potest pluribus
7 rationibus, & primò, † quia consultè agit, qui pręcepto legis obtemperat. C. de furt. l. inciuilem, & & l. filiæ licet, de colla.

8 Secundò etiam confirmatur, † quia lex secularis est donom Dei. l.3. ff. de legib. & leges ipsæ nobilissimos aperiũt thesauros, §. nos uerò, in proę. ff. nec non leges seculares dicuntur emanasse diuino quodam motu, & subtilissimo animo, l. fin. C. de præscript. lon. temp. & sic leges ciuiles diuinitus per ora Principum fuerunt promulgatæ, d.l. fin. vers. ideoque enim, & §. quia igitur, in princ. in Auth. de fide instrum. & c. nemo, 16.q.3. & leges ipsæ ciuiles sunt sacratissimæ, & ab omnibus sciri debent. l. leges sacratissimæ. C. de legib. ob hoc etenim Deus de cælo cõstituit Imperatores, vt leges conderent, §. quia igitur, in Auth. de fi. instrum. collat.6. c. quo iure, 8. dist. c. fin. 16. q.3. Fely. in procem. decret. Humanum, in princ. & in c. ecclesia in ijs, de constit. Abb. in cap. super, ne cleri. vel mona. & Bald. in consi. schismatis, col.1. Quare legum omnes serui sumus, vt liberi esse possimus, attestante Cicerone in orationibus: hoc enim vinculũ huius dignitatis, qua fruimur in repub. hoc fundamentum libertatis, hic fons æquitatis, mens, animus, & consilium & sententia ciuitatis posita est in legibus, vt corpora nostra sine mente, sic ciuitas sine legibus, suis partibus & neruis, ac sanguine, & membris vti non potest.

Et denique lex ciuilis, & Imperialis lux est, dirigens in iudicijs decernendis, vt in c. in istis temporalibus legibus, distin.4. vnde Prouerbiorum, cap.6. dicitur: mandatum lucerna, & lex. Proprium autem legis est, quod præcepit viuere secũdum omnem virtutem, & vnum quodque vitium prohibet, vt ait Philosophus in 5. Ethic. & concordat c. omnis autem lex, dist.3. & cap. facta sunt autẽ, dist.4. Et hinc est, quòd lex est sanctio sancta, honesta iubens, prohibensque contraria, l. nam & Demostenes, ff. de leg. cum ibi no. imo lex ipsa est commune preceptũ virorum prudentum consultum, delictorũ, quæ sponte, vel ignorantia coo trahuntur, coertio, communis Reipubl. sponsio. l.1. ff. de legib. quoniam, teste Cicerone in ueteri Rhetorica, nulla est lex quę aliquam rem inutilem, aut iniquã fieri velit, omnia supplicia, quę a legibus proficiscuntur, culpæ aut malitiæ vitandæ causa constitutæ sunt, hæc igitur Imperialis lux, & lex vetat, & prohibet vsuras, rapinas, furta, homicidia, falsa testimonia, iniustam occupationem alienæ rei, venena, diuinationes, & innumera alia vitia, sicut patet per totum ciuilis iuris corpus. Quia legis virtus, est imperare, vetare, permittere, & punire, l. leg. ff. de legib. proinde leges ipsæ nobis caræ esse debent, non propter literas, quæ tenues & obscuræ note sunt voluntatis, sed ob earum rerum, quibus descriptũ est vtilitatem, & eorum qui scripserunt sapientiam & intelligentiam. hanc autem lucẽ, & Imperialem legem peccatores odio habent, fugiunt, & declinant, furtum, rapinam, vsuram, & homicidia perpetrando, occupando alienas res iniustè, falsò testificando, & propinando venena. ò quot iniqua, & iniusta quotidie in curijs, & palatijs contra leges committuntur per munera, per preces, per meretrices, & lænones, & per humanos fauores, prout hisce oculis vidimus in hac nostra penitus misera & infęlici ætate, & quotidie videmus non absque fletu, & lachrimis, cinedos, proxenetas, speculatores, emissarios, delatores, calumniatores, & hisce similes in iudicijs, sententijsque proferendis in corijs Doctoribus quantumcunque illustribus præferri, & iudices male iudicando, sententias iniquas proferendo, & nigrum in candida conuertendo, exploratissimum extat, vnde clamat veritas, Ioannis 3. Venit lux in mondum, & dilexerunt magis tenebras, quàm lucem, erant enim eorum opera mala. omnis namque, qui male agit, odit lucem. Redeundo itaque sermo noster vnde fluxit, negari non potest, quin contraueniens legi ciuili dicatur contemnere, quando lex eius personam præcisè prohibet. l. non dubium, C. de legib. & l. quemadmodum, C. de agric. & censit.

ARGVMENTVM.

Multa de dictione, incontinenti, & quæ dicantur fieri incontinenti, & quantum tempus requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Incontinenti si quid probaturũ facturumve offerens, sufficit si intra triduum id adimpleat.*
2 *Incontinẽti probare dicitur, qui intra triduũ probat.*
3 *Defensio, quæ incontinenti ostendi atque probari potest, nunquam reiecta censetur.*
4 *Dispositio quęcunque defensionem ipsam reijciens, seu quamcunque aliam exceptionem, nunquam excludit quæ incontinenti probari possunt.*
5 *Incontinenti dictio, qualiter accipiatur, & eius significatus, remissiuè tamen.*
6 *Confestim dictio, à lege prolata, absque intermedio aliquo intelligitur.*
7 *Incontinenti in maleficijs, qualiter dicatur.*
8 *Incontinenti pactum appositum, qualiter dicatur.*
9 *Incontinenti fieri quid, qualiter dicatur.*
10 *Incontinenti per testes impleri probationem, modò vltra montes illorum productio non fiat.*
11 *Incontinenti fieri dicitur, quod eadem die fit.*
12 *Incontinenti actus facti, etiam diuersi, pro vnico habentur.*
13 *Incontinenti quæ fiunt, quando non censeãtur inesse.*
14 *Incontinenti quid fieri, & breui tempore post, paria sunt.*
15 *Incontinenti quando dicatur quid fieri, an iudicis arbitrio relinquatur.*
16 *Incontinenti, seu illico dictiones, trium dierum spatium importare.*
17 *Lex, seu consuetudo vbi non determinat, iudicantis religio supplere debet.*
18 *Arbitrium iudici concessum tanquam boni viri esse debet, vt illud causa cognita, & iusta quidem, exerceat.*
19 *Conscientiæ alicuius si quid remissum sit, ille leges transgredi non potest.*
20 *Iudex sententiam suam, etiam diffinitiuam, incontinenti reuocare potest.*
21 *Spoliatus non dicitur, incontinenti possessionem recuperans.*
22 *Dilatio alicui concessa quòd intra triduum compareat, si incontinenti comparet, finita est.*
23 *Dilationes, seu induciæ quibusdam causis prius consideratis concedendæ sunt.*
24 *Inquisitus offerens incontinenti capitales inimicos sibi testes probare, audiendus est: superſedendumque in tortura atq; in omni alio actu contra eum. Et an de stilo & consuetudine vniuersi status ecclesiastici contrarium seruetur.*
25 *Inimicitia capitalis, 18. modis probatur.*

DECISIO CVII.

INcontinenti dicitur fieri id, quod fit
1 infra triduum: † ideoque si quis incontinenti se offert aliquid probaturum,
vel facturum, sufficit si hoc probet, vel faciat infra triduum, ita Bal. in l. fin. C. de errore aduocat. Bartol. & alij vnanimi consensu omnes, in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudi. Ioan. de Amic. consi. 48. num. 3. & seq. Matth. Brun. consi. 167. Præsupponitur, num. 10. vol. 2. Simon de Pręt. consi. 151. Omnis, num. 69. volu. 1. & est tex. expressus in l. fi. C. de iudi. ibi, illicò autem, id est intra triduum, & sic tenet Iaco. Noue. in reg. 31. Iudex si non videt probationes rei, num. 3. tomo 2. Pau. Castr. in sing. 25. & Bal. in l. fi. C. de iudi. & ita obtinui in facti cõtingentia de mense Augusti, in anno 1586. penes Illustrem Comitem Vgenti, tunc Gubernatorem prouincialem, & delegatum, Cõmissarium que contra bannitos, & delinquentes in prouincia Apruntina, ad fauorem D. Antonij Pascalis
2 Aquilani. † Nam incontinẽti probare dicitur qui infra triduum probat. d. l. fin. C. de errore aduocat. l. fi. §. illico, & ibi Bal. C. de iudi. Matth. Brun.
3 in d. consi. 167. nu. 11. Quoniam † defensio quæ potest incontinenti ostendi atq; probari non censetur vnquam, nec vllo quidem modo reiecta, ita Fely. Dec. & alij in c. ex parte, il secondo, de offi. deleg. Abb. in c. super eo, in fi. eo. tit. & consi. 64. col. fin. vol. 1. Quodq́ue eatenus verum quidem
4 est, † vt quæcunque dispositio defensionem ipsam reijciens, seu quamcũque aliã exceptionem, nunquam excludere queat ea quæ incontinenti probari possent, vt per Abb. consi. 44. in fi. vol. 1. Soc. sen. consi. 3. in fi. volu. 3. Aret. consi. 75. in fi. Dec. consi. 424. not. 6. & in c. an sit, num. 2. de ap-
5 pell. † Et verbum incontinenti, qualiter accipiatur, explicat Alciatus in repet. l. 1. §. qui præsens, num. 28. & seqq. ff. de verbo. obliga. Et de hac dictione, incontinenti, eiusq; significatu, vide Bal. in l. fin. C. de iudi. Bar. & alios in l. 1. ff. ad l. Falcid. & eundem Bart. in l. idem est, §. cum igitur, ff. de vi, & vi arm. & Cyn. in l. bonæ, C. de pact. & in l. 1. C. vnde vi. Neurzan. consi. 56. Iustus, nume. 8. Corn. consi. 85. nu. 13. consi. 126. nu. 9. & consi. 288. num. 8. volu. 3. & quòd etiam ipsa dictio, incontinenti, eius natura, & effectus exponatur, atque intelligatur sine interuallo, Cels. Hugo cons.
6 119. Esset opus examine longo, sub nu. 3. † Et hoc idem concludendum est de dictione, confestim, vbicunque proferretur à lege, vt ea intelligatur absque intermedio aliquo. l. de pupillo, §. si quis ipsi prętori, ff. de noui ope. nunc. & ibi Ias. in prin. Celsus Hugo consi. 1. sub num. 52. & in d. consi. 119. sub num. 3.

7 Incontinenti † in maleficijs dicitur, quod fit vno impetu, licèt per horas duret rixa. l. quod ait, §. quod ait lex, ff. de adulter. & ibi Bar.

8 Pactum † incontinenti appositũ dicitur, etiam antequàm partes contractum habeant pro absoluto, & sic donec, & quousque contractus ambulet, & sit in fieri. ita Barto. & alij omnes, & præsertim Ias. nume. 23. in l. iuris gentium, §. quinimo, ff. de pact. vbi elucidat istam esse communem opinionem.

9 Incontinenti † quoque illud fieri dicitur, quod fit paulo ante, vel post id, de quo dispositum est. l. 3. C. de ædil. actio. & Bart. in l. bonæ fidei, C. de pact. & in l. contractus, C. de fide instru. & exemplum

plum congruum, & commodum tradit Ripa, in respon.143.col.11.& seq.

10 Ac † etiam per testes incontinenti probationẽ impleri, dum vltra montes modò testium productio non fiat. Crauetta consi.674. num.39. lib.4. vbi concedit, etiam hoc residere in iudicis arbitrio, & consi.etiam 507. nu.26.vol.3.& Mascar.in tract.de proba. conclu.687.nn.20. & seqq.vol.2.

11 Incontinẽti † similiter illud dicitur fieri, quod fit eadem die.l.continuus,ff.de verb.oblig. & l.ex
12 duobus,ff.de duob.reis. Et hinc est,† quòd actus facti incontinenti, celebratiq́ue, scilicet vnus eorum propter alium,etiam quòd sint diuersi, dicitur vnus actus,& pro vnico actu habentur, vt per Pau.Aemil.Verall.decis.307.seu 12.Pensio 600. ducatorum,in 2.par.vbi enunciat ita extitisse alias decisum in facti contingentia in Rota Romana, & decis.235.correspectiui,in 1.par.

13 Et hinc est,† quòd quę incontinenti fiunt,censentur inesse.l.petens, C.de pact.& l.lecta,§.dicebam,ff.si cer.peta. sed hoc non procedit,vbicunque esset quaestio momenti, vt firmat Bal. in cap. cum dilectus,de fide instrum. & Hierony. Buttigel. in repet. l.1.§.qui praesens, num.16. & seq.ff. de verb.obliga. Nec non ex his quae incontinenti fiunt praesumptio nascitur : in tantum, quòd celeritas actus inducit suspitionem fraudis, vt per Glo. in l.si ventri, §.eorum, ff.de priuileg. credit. & Corset.in sing. in ver.praesumptio, il terzo,vbi assignat commodam rationem, quòd illud quod fit incontinenti, praesumitur praeordinatum, atque praecogitatum.

14 Imò † paria sunt incontinẽti quid fieri,vel breui tempore post,ita Crauet.consi.156.col.penul. & seq. & Ias.in tract. de feud. 9.par. num.5. & est tex. in l.quod ait lex, §.fin.ff.de adult. ibi, videbitur occidisse.

15 Et denique † iudicis arbitrio relinquitur, quando dicatur aliquid incontinenti fieri, ita Bart. in l.si is à quo,vt in possess. leg. Pet.de Benintendis decis.83. Quidam de Argenta, nu.7. Alex.& Ias. nu.30. in l.4.§.condemnatum,ff.de re iudi. Francisc. Vegius consi.68.nu.61.vol.1. Neuizan.consi. 82. Dij,num.10. Ioan.Pet. Surdus,consi.99.Sententia, nu.40. Sed hoc non puto verum, cum de-
16 terminatum sit in d.l.fin. C.de iudi. † dictionem istam, illico,seu incontinẽti, importare trium dierum spatium, & ita consuluit Riminal.iun.consi. 585. Defuncto, sub num.67. & seqq.vol.5. & sic ostensa l.hac in Regia Audiẽtia Capitinatae Apuliae, Comitatusque Molisij,tã in causis,in quibus in ea procedebatur tunc ad modum belli, quàm in alijs quibuscunq; ordinarijs,semper extitit concessa dilatio dierum trium inquisitis ad faciendũ, proponendumque suas defensiones. Et hinc est,
17 quòd † vbicunque lex, seu consuetudo non determinat, tunc supplere tenetur iudicãtis religio, vt per Bal.consi.427.Quędam mulier nomine domina Amita, num.8. vol.5. vbi post Aristo. concedit, quòd rectè leges promulgandae, deberent omnia determinare,& quàmpaucissima committere iudicantibus.

Et licèt aliquando aliquid relinquatur iudicis arbitrio, tunc aduertendum est, hoc tunc intelligi cum grano salis, quòd concesso arbitrio, illud debeat esse iuri, & aequitati consonum, & regulari, secundum iuris, & legum regulas : aliàs procedendo ex sua ceruice iudex, vel secundum eius
18 conscientiã non valeret aliter quod ageret,† cum arbitrium hoc datum iudici, censeatur cõcessum tanquam bono viro,& non aliter, nec alio modo, vt illud exerceat causa cognita, & iusta quidem, ita Bal.in l.fi. C.de pęn.iud. qui malè iud. Odoff. in l.Labeo, §.haec clausula,ff.de arbi. Abb.in c.1. de delic.pu. Rom.consi.376.Quaesbo est,nu.7.& ibi Horat. Mand. in addit. in litera C, Dec.in l.1. num.96.C.de ser.fugit. Marsi. in pract. crimin.§. diligenter,num.24.& consi.63.nu.16. Ioan.Ant. de Nigris in cap.Regni,frequens,sub nu.34.cum alijs seqq. & Pet.de Benintendis,decis.31. Publicatum,sub num.1.2.& 7.Riminal.iun.consi.361. Postquam,sub nu.50.& seq.vol.4.

19 Imò † si esset aliquid remissum conscientiae alicuius,minimè potest ille tunc leges transgredi, vt per Bal.in sua disput.statuto cauetur,& Alex.pleniori cornu, consi. 218. Visis verbis dicti Grinoldi,nu.5.& seq.vol.2.

In tantum, quòd si committatur causa sola facti veritate inspecta intelligitur de veritate, cuius patrocinatur, ita Bal.in l.nemo.C.de sen.

20 Nec non aduerte, † quòd iudex suam sententiam, etiam diffinitiuam incontinenti reuocare posset, ita Glo. in c.praedicator, in ver. imò vero. 16.q.1.Ancha.consi.204. Iudex de iure iudicaturus,Bal.in l.non dubium,C.de legib. Card.consi. 31. Punctus,& Fely.in cap.qualiter,& quando,il primo, de accus. intelligens ibi incontinenti, antequàm diuerteretur ad extraneos actus, per tex. in l.1.§.1.cum materia,ff.de verb.oblig.

21 Prout postremò † spoliatus minimè dicitur,qui incontinenti possessionem recuperat, vt per Caepha. consi.460. Vt percipi, num.31. volu.4. Gozad.consi.86.sub nu.13.

22 Imò itidem † dilatio concessa, dataque alicui, quòd infra triduum compareat, si tunc incontinenti compareret, dilatio ipsa foret absque dubitatione finita, secundum Bart.in l.filia, §.alumno, ff.ad Trebell.

Est tamen bene verum, ad propositum, dum
23 tractatur de dilatione concedenda, † quòd dilationes, seu induciae indulgendae dubio procul veniunt ob absentiam aduocati, arbitrio iudicis, & nonnullis vrgentibus, necessarijsque causis prius cõsideratis, vt per Gl. in ver. aduocatus, & Doct. omnes in c.1. seu potius in rub. vt li.non conte.& potissimum dilatio ipsa dari, concediq́ue debet si aduocatus esset de proximo reuersurus, ita in l. sed si vnius, §.quod autem, ff.de iniur. in l.obseruare,ff.de offi.procon. in l.placuit, C.de peda.iud. in l.quidam, §.nihil, ff. de eden. & in l.si longius, ff.de iudi. & facit quod voluit idemmet Bart.in l. 1.§.fin.ff.de accusatio. & tex.in l.cum antiquitas, C.de testam.

Vnde reducendo ita demũ ad genuinum sensum, veramque practicam omnia praememorata,
24 inuestigandum est,† quòd testes receptos,seu re-

recipiendos

cipiendos allegans sibi capitales esse inimicos, offerensque in promptu, ac incontinenti inimicitiam probare, audiendus quippe est, & interim sit persedendum foret in tortura, & in quocunque etiam alio actu in causa contra inquisitũ, ita Bal. Saly. & alij vniuersaliter omnes in authen. si dicatur, C. de testib. Fely. in c. ex parto, col. fi. extra de testib. And. de Iser. & alij in constit. Regni, humanitate, & Gram. in voto 4. sub num. 28. & seq. Et quamuis D. Iosephus Ludouici in decis. Vmbriæ 86. in quadam causa attentatorum, nu. 12. & seq. in 2. par. asserat de stylo, & consuetudine in toto statu ecclesiastico non seruari præsentem practicam, & communem opinionem, & ita contra illam iudicasse in varijs causis Firmi, Maceratæ, Auximi, & in ciuitate Castelli: tamen in Rota Bononiensi de ditione ecclesiastica, reperio iudicatum secundum communem opinionem ipsam, attestante Petro de Benintendis decis. 7. Obijciebatur. sed nescio, quo spiritu, iudex etiam quòd posset, velit testes inimicos recipere, postquam hoc nemini proficuum esset: imò aliquando Principes consueuere ex processu informatiuo, nõ concessis aliter defensionibus, relaxare mãdatum de torquendo: taliter quòd si reperirentur tunc examinati testes capitales inimici contra reum inquisitum, ille tunc torqueretur ex mero dolo, imperitia, & malignitate iudicis formantis inquisitionem, qui in omnem euentum teneretur in foro poli, & fori ad rationem reddendam sui criminis.

Imò de hac eadem consuetudine contra præmemoratam communem meminit etiã idem Iosephus Ludouici in decis. Vmbriæ 73. Simon, nume. 8. cum alijs seqq. in ead. par. vbi explanat illam consuetudinem seruari in prouincia Vmbriæ, & Marchiæ Anchonitanæ, arbitrarique obseruari etiam in cæteris status ecclesiastici prouincijs, vbi itidem conatur tueri præsentem consuetudinem, tanquam optimam, duabus quidem rationibus. Primò, quòd contingere posit inimicum proferre posse ad fauorem inimici veritatem. Secundò allegare contestes nullatenus inimicos, qui forsan postmodum veritatem deponerent: sed huiuscemodi rationes de iure subsistere nequeũt modo aliquo: nam in dubio præsumitur totum contrarium, cum lex de inimico præsumat omne malum, iuribus triuialibus. imò secundum Menan.

Sermonem ab inimico nunquã putabis amicum.

Nec non secundũ eundem inibi, Inimicis non credens nunquam vtique officieris. neque inimicum amicum tibi existimo, vt per Pittacum. Et firmat Ouid. de remedio,

Cui malè fecisti, ne te commiseris illi,
Prætereunte malo, permanet ira mali.

In tantum, quòd Quintus Curtius Ruffus de gestis Alexãdri, ita affabrè scribebat, Sicut in corporibus ægris nihil quod nociturum est medici relinquunt: sic quicquid obstat imperio reciden dum est. parua sæpè scintilla contempta magnum excitauit incendium. nihil tuto in hoste despicitur: quem spreueris, valentiorem negligentia facias. sed qui præsentes metuunt, in absentia hostes erunt. Et sic isthæc quæstio vnico verbo, sed aureo quidem, terminatur per Cleobolum Philosophum, teste Laertio, de vita, & moribus Philosophorum, ita concludentem, quòd magis amicorum inuidiam, quàm inimicorum insidias canere debemus: illud enim apertum, hoc celatum est malum: nocendique fraus, quæ non speratur potentior est. Sed ad institutum redeundo satis diu hoc saxum voluo: & ita ex his in aliquibus causis, in quibus procedebatur ad modum belli, obseruaui prædictam communem, in Regia Audientia Apuliæ compluribus quippe vicibus, dum assidebam in ea Auditor, in anno 1583. & seqq. vidique etiam eandem communem aliàs obseruatam, me patrocinante coram aliquibus delegatis in regno contra delinquentes in causis nonnullorum clientulorũ, quos probata inimicitia testium contra eos receptorum liberaui à tortura.

25 Et † inimicitia ipsa capitalis 18. modis probatur, vt commodè quidem ostendit Ioan. Campeg. in tract. de testib. reg. 409. quot modis probetur quis inimicus.

ARGVMENTVM.

In defectu testium defertur iuramentum suppletorium, & quando istud iuramentum sit præstandum, & quot sint necessaria.

SVMMARIVM.

1 *Mutuum si per testes, qui numerationi interfuerunt probetur, quantitatem etiam ignorantes, mutuanti suppletorium iuramentum an deferri possit, & num. seq.*

2 *Iuramenti suppletorij requisita aliquot.*

DECISIO CVIII.

1 MVTVVM † vbicunque probaretur per testes, qui nũmerare pecuniam viderint, tunc & si quantitatem mutuatam determinatam ignorarent, posset nihilominus mutuanti, iuramentum deferri suppletorium, teste Cæpolla in trac. Cautelarũ, caut. 210. Aliquis, cui accedit Purpurat. in l. admonendi, ff. de iureiur. D. Pet. Foller. in add. Maran. in trac. Iudiciorum, in 6. parte ad secundam iudicij partem, actu 9. num. 21. & Iosephus Ludouici in decis. Vmbriæ 110. Gregorius, num. 1. & seq. in 2. par. vbi meminit ita bis iudicasse in casibus per eum recitatis, & præsertim vbicunque ageretur de re modica, & parua.

Sed istorum opinio mihi videtur nimis periculosa in practica, & in causis decidendis. Et ratio
2 ea est: † quoniam in iuramenti suppletorij delatione, nedum requiritur, quòd causa, de qua agitur, parua sit: verùm etiam deberent concurrere quinq; alia requisita copulatiuè, & nõ aliter, nec alio modo: aliàs iuramentum ipsum deferendũ non foret, vt discurrit, & probat Maran. in tract. de Iudi. in 6. par. ad secundam iudicij partẽ, actu 9. nu. 4. cum alijs seqq. & Foller. ibi in add. nu. 11. cum alijs seqq. & Docto. tam antiqui, quàm moderni,

dermi, in d.l.admonendi. Imò est adeo scrupulosa, & rancida isthæc opinio, vt si deferendum iuramentum foret in casu Cæpol. vt illud deferendum nullatenus suadeo: tunc prudentissimè procedendum, considerandumque esset, causam modicam, in qua iudex vellet iuramentum suppletorium deferre, intelligi secundum qualitatem personarum, inter quas ille versatur: nã causa vnius porcelli in rustico magna quidem dicitur, iuribus triuialibus. Vnde tutius esset iudicare secundum doctr. Bart. in d.l.admonendi, vt deferri debeat in præsenti casu iuramentum suppletorium, vbicunque vltra testes receptos super mutuo concurrerent etiam aliæ coniecturæ, & consequenter reperiretur re ipsa probatum in causa plusquam semiplenè, & ita iudicauit etiam sacra Regia Audientia Barensis non semel tantum in varijs, diuersisque causis in anno 1589. & seqq.

ARGVMENTVM.

Tacitè remitti potest iuramentum calumniç: sed si petitur est præstandum, & si non præstatur, sententia est nulla.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum calumniæ non petitum tacitè remitti potest: petitum verò & non præstitum reddit processum nullum simul cum sententia, super eo promulgata. illud ergo aduocati in fine exceptionis ab actore pstari petunt vt ulterius nõ instent, nu. 2. Et si in contrariũ extet consuetudo, nulla est, nu. 3.*

4 *Iuramentum calumniæ non omittendum tam ob communem opin. quàm ob Pragmaticam.*

5 *Statutum remittens iuramentũ calumniæ, non valet.*

6 *Iuramentum deferens periuranti, cur magis peccet quàm homicida.*

7 *Iudex credens reum debere falsum asseuerare, seu respondere, iuramentum ei deferre non debet.*

DECISIO CIX.

1 IVRAMENTVM † calumniæ quamuis tacitè remitti queat, si non petatur. c. 1. in fi. de iuram. calum. in 6. & Rota in decis. vltima, in titu. de iuram. calum. in antiquis: tamen si hoc iuramentum petitum quippe sit, & nõ præstetur, tunc totus processus vna cum sententia, super eo promulgata nullus est, vt à contrario sensu probat d. c. 1. in fi. & firmat Barto. in l. de pupillo, §. qui opus, ff. de ope. no. nun. Rota decis. 11. d. ti. & Soc. iun. alios congerens, cõsi. 59. col. 1. vol. 2.

2 Ideoque † aduocati, & procuratores debent esse cauti, vt in fine exceptionis incidenter ferè petant ab actore præstari iuramentum ipsum calumniæ, & vlterius non instent: nam eius omisio postea reddit nullum totum processum, ita Ias. in l. iusiuran. quod ad pecunias, §. quis iusiuran. nu. 3. ff. de iureiur. & Thom. Ferrat. in caut. 12.

3 Et hoc eatenus verum est, † vt si in contrarium fortasse adesset consuetudo, & communis practica, ea nulla, & inualida quippe foret, cum ad hoc processus, & sententia nulla & inualida redderetur, vt per Roma. singu. 428. Tu habes, & ibi per apostil. & Soc. iun. in d. consil. 59. in fi. vol. 2. vbi alios allegat, & latè insistit, & Hierony. Zanet. de differ. iuris Ciui. & Canonici, in 1. differ. num. 354. & sequen.

4 Et † licèt Vrsil. in addi. Afflic. in decis. 65. nu. 31. & seq. allegando Afflict. in præludijs constitu. in 12. quæst. & Parid. de Put. in tracta. de Syndicatu, in ver. sententia, num. 4. asserat iuramentum calumniæ posse omitti, etiam quòd extitisset petitum præstari à parte, & ita in practica obseruari. & licèt itidem Bald. in l. si post, sub num. 1. C. de euict. asseueret etiam huiuscemodi iuramentum non æstimari vnum obolum, ex quo litigãtes præseferunt contemptores Dei, & veritatis, & meritò dici posse (iudicio suo) iuramentum potius committendæ calumniæ, quàm euitandæ, quod deberet tolli ad euitandum tot periuria: nihilominus tamen toto tempore, quo versor in hac ciuili palestra, semper, quòd viderim, petij iuramentum calumniæ, semper inquam (vt Iudex, & vt Aduocatus) illud præstitum recolo, tam vigore primæ opinionis communis, quàm etiã Regiç Pragm. 7. Si reus, in antiquis, in tit. de ordine iudiciorum. vnde ex dispositione eiusdem Regiæ Pragm. reseruatis, seu reiectis exceptionibus oppositis, reus tenetur præstare iuramentum de calumnia, aliàs habetur re ipsa, prout sibi deterius erit: itaque non mirum erit, si processus, in quibus non reperiatur præstitum iuramentum calumniç petitum, annullantur simul cum sententijs prolatis: quia illæ sentẽtiæ proferuntur contra formã prædictam Regiæ Pragmaticæ, quæ reputat contumacem, & consequenter renuentẽ iurare de calumnia, pro confesso, & prout deterius erit ipsi contumaci.

5 Imò † statutũ remittens iuramẽtum calumniæ minimè gentium valet. ita Vinc. Maxilla, super consuetudinibus ciuitatis Bari, in proœ. nu. 215.

6 Est nihilominus bene verum, † quòd iuramentum deferẽs periuranti vincit homicidam, & longè magis peccat, quàm homicida: quoniã duas interficit animas, scilicet suam, & periurantis, tex. est notabilis in c. ille, 22. quæstio. 5. tangit Glo. in cap. 1. ead. causa, & quæstione, & in cap. presbyter. 15. quæstio. 5. & teneme nti perpetuò contra illos, qui dicunt, *Io la robba, & tu l'anima.*

7 Et hinc † iudex credens reum debere falsum asseuerare, ac respondere, non tenetur aliter ei iuramẽtum deferre, ne author periurij euadat, vt per Glo. Lallum de Tuscia, & alios in constitu. Regni, Partes, lib. 2. titu. de interrogandis litigatoribus à iudice.

ARGVMENTVM.

Non potest impugnans instrumentum eo amplius vti in sui fauorem, &c.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum productum pars impugnans, in eo se amplius fundare non potest, eiusque beneficium*

P perdit

perdit & commodum, num.5. Limitatur tamen multis modis, nume.3. Ampliaturque, numero 2.4. & 6.

DECISIO CX.

1 INstrumentum † productũ si per partem impugnatum fuerit, non potest in eo impugnans se amplius fundare, nec illo vllo modo iuuare, cum obstet sibi intẽtio exceptionis, & facti, & non debet commodum sentire ex eo quod nixus est impugnare. c.ex eo, de reg.iur.lib.6.Bart.in l.post legatum, num.6.ff.de his, quib.vt indig.Alexan.consi.209. In causa, & lite inter spectabilem virum, num.4.volum.7. Cagnol.in authen.ex causa, num.117. C.de lib.praeter.Dec.consi.317. sub nu.17. cum alijs seqq. vbi hoc non nihil declarat, & Pau. Castren. in l.cum
2 proponas, num.3.& seq. C.de pact. † vbi hoc amplificat locum sortiri, etiam per impugnationem, ob non obseruãtiam contractus, cui innititur, ibi Dec. nu.9. & ita vidimus obseruari quãpluribus vicibus in decisiuis in sacro consilio Neap. prout sic ẽt decisum extitit in sacra Regia Audientia Barensi non semel tantũ in anno 1589. & sequenti in diuersis causis in ea tunc occursis. Et ista regula est marmorea, & ab omnibus Canonistis, & Legistis communiter approbata. sed ea intelligitur procedere cum grano salis, secundum praememoratos Doctores, & alios vniuersaliter varijs in locis iuris nostri, vbicunque impugnans persisteret in impugnatione: tunc enim in actu impugnato
3 se fundare nequit modo aliquo. † imò ipsa regula ita explanata claudicat in octo casibus, quos longo, vtilique apparatu discurrit, & resoluit Felyn. in c.capitulum, nume.9. cum alijs seqq. de rescript. & vndecim limitationes tradit ad eandem regulam Iacob.Philip.Port. seu potius Anton. Gabriel. in suis conclusionibus, lib.5. conclu.1.& vnam refert Dec.in cap.at si clerici, num. 111. de iudic.

4 Ampliatur † quoque secũdo loco eadem communis regula, vt procedat etiã, vbicunque instrumentum productum in iudicio, pro parte approbatum, & pro alia impugnatum per producentem reperiatur, videlicet cū protestatione in forma in parte, & partibus, &c. tũc quippe idem producens non potest vllo modo super eo, quod impugnat se fundare, atque iuuare, ita Gl. & alij omnes vnanimiter, & concorditer in l.1.§. editiones, ff. de eden. & Grat. consil.101. nume.3.6. & 7.volum.1.

5 Et ratio ea est: † quoniam impugnãs instrumẽtum per ipsum productum, illius commodum atque beneficiũ perdit absque dubitatione aliqua. c.cum olim. & ibi Abb. & alij, de cens. Alexan. consi.209. In causa, & lite, in fi. & consi.sequen. num.3.volum.7.

Ampliaturque tertiò isthaec communis regu-
6 la, † quod Notarius rogatus de instrumẽto simoniaco, non potest se illo iuuare vllo pacto ad contrahentes. ita Mohedan. decis.168.

ARGVMENTVM.

Per instrumentum dotale non probatur matrimonium: nec dominium per instrumentum emptionis, &c.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum dotale, donationisq; propter nuptias, licèt cõtrahentes se coniuges nominent, deque matrimonio mentio in eo facta sit, non probat matrimonium.*
2 *Instrumentum emptionis, dominium non probat.*
3 *Instrumẽta antiqua & sola fama in antiquis probãt.*

DECISIO CXI.

1 INstrumentum † dotale, & donationis propter nuptias, licèt in eo contrahentes nominent se coniuges, & in eo itidem facta sit mentio expressa de matrimonio ipso, non probat aliter matrimonium. ita Hostien. Io.And.Bal.Ant.de Butr.Abb.col.3. vers.examinemus primò, & alij omnes in cap.illud, de praesumpt. Bar.in disputat.sua, exordiente, habens filium naturalem, Bald.in l.neque natales, col.fin. C.de proba.Rom.sing.438. Nunquid instrumentum, & Felyn.in d.c.illud.num.5. vbi prorumpit, quòd ista opinio est verior, quicquid quãdoque aliqui asseruerint, quorum dicta procedunt sincerè quidem, vbi inter ipsos cõtrahentes ageretur, de eo, quod principaliter tractatur in ipso instrumento, vt puta de ipsa dote, vel donatione propter nuptias recuperanda: quo verò ad praeiudicium tertij nunquam huiusmodi instrumentum probaret matrimoniũ, prout ita aliàs declaratum fuit in Regia Audientia Capitinatae Apuliae Comitatusque Molysij in anno 1583. in causa tunc decisa inter aliquos de Terra Vulturini.

2 Nec itidem † instrumentum emptionis vllatenus quidem probat dominium, secundum Alex. consi.202.num.1.volum.2.& vide Vrsil.in addi. Afflict. decis.40. num.2. Et quod per emptionis instrumentum nõ probetur dominium, nisi concurrat cum alijs adminiculis. ita Dec. consi. 428. in fi. Afflict. decis.22. sub num.4. & ibi Vrsil. in addi. num.13.

3 Sed † in antiquis per solam famam, & per antiqua instrumenta dominium ipsum probatur, vt firmat Dec.consi.42.nu.3.& consi.146.nu.12.

ARGVMENTVM.

Non admittitur in publicis iudicijs prosequendis procurator: nec procurator constitutus contra omnem personam agere contra vniuersitatem, & capitulum.

SVMMARIVM.

1 *Procurator non admittitur in iudicijs publicis prosequendis.*
2 *Procurator in iudicijs publicis prosequendis admittitur*

titur post conclusum in causa.

3 *Procurator admittitur in publicis iudicijs, quando extat consuetudo.*

4 *Mulier citata pro causa capitali potest per procuratorem comparere.*

5 *Illustres possunt per procuratores comparere in publicis iuditijs.*

6 *Consors, an admittatur pro consorte in criminalibus remissiue.*

7 *Procurator constitutus contra omnem personam non potest agere cōtra vniuersitatem, vel capitulum.*

DECISIO CXII.

1 PROCVRATOR † in iudicijs publicis prosequendis non admittitur, l.accusatore defuncto, §.sed crimen, ff.de publ. iud. & c.veniens, extra de accus.Marsi. in pract. crim. §.sequitur, post principium.

2 Sed † limitatur hoc primò, nisi post conclusum in causa, per tex.singu.in l.quamuis indubitati, C. ad leg.Iul.de adulter. quemad hoc refert Barba. in repet.c.pastoralis, extra de cau.propriet.& pos. & Corset.in sing. in ver.procurator, il 2. incip.licet quis in causa criminali.

3 Limitatur secundò, † nisi consuetudo esset in contrarium, secundum glo.in cap. cum homo ab homine, 23.quæst.5. & per Anto. Sicul. in rubr. de fideius.

4 Limitatur tertiò etiam † non procedere in muliere vidua vel maritata, nam in causa capitali citata potest comparere per procuratorem, ita constit. Regni, incip.generalia, & ibi Afflic. in 9.not. hoc firmat.

5 Coarctatur quartò † in causa illustrium, de quibus in §.in summa, Institu. de iniur.& in Authen. vt ab illust. & qui super eam, §.sancimus, & de ista limitatione facit vnum verbum glo. in d.§.ad crimen.in ver. iudicij. licet & malè Imo. ibi teneat contrarium.

6 Sed † an consors admittatur pro consorte litis in criminalibus, vide Felyn.in cap.cum M.col.4. extra de constitu.

7 Et † quemadmodũ procurator in iudicijs prosequendis non admittitur in criminalibus, ita itidem procurator constitutus contra omnem, & quancunque personam, non potest tunc vtique agere contra vniuersitatem vel capitulum, ita Bal. in rubr. C.ad Trebel. & in authen. item quicunque, C.de episco.& cler.& ibi Pau. Castr.Rom.in l.si quis mihi bona, §.seruus, ff.de acquir.hær. Iac. de sancto Georg.in l.collegium, C.de hæred. institu. Fely.in c.eam te.colum. 2. de rescrip. Dec.in l.si familia, ff.de iurisd.omn.iud.& Cassan. consi. 1. in 5. dubio, vbi hoc vtiliter quippe limitat & interpretatur, & ita aliàs in facti contingentia iudicauit Rota Roma.teste Gomes. in reg. de idiomate, quæst.2.fol.64.& seq. vbi profert istam esse communem opinionem, eamque plurimum declarat, & ita de currenti anno 1590. iudicauit sacra Audientia Barensis, ad fauorem Magnificæ vniuersitatis Monopolis.

ARGVMENTVM.

Iudex & officialis: item Gubernator prouinciæ, & Proconsul, quæ dona accipere possint, & quòd contenti esse debent stipendijs suis: quodque tradentes pecuniam iudicibus pro iusto iudicio non peccent.

SVMMARIVM.

1 *Iudex, seu iurisdictionem habens, non nisi esculenta & poculenta, quæ triduo consumantur, accipere potest. & quantæ summæ talia esse debeant. nume. 12.*

2 *Officialis, in Regno, tam Regij, quàm Baronalis, & ipsius vxoris & filij aut subditi atque familiaris alteriusque eius nomine, aurum, argentum, aut alias res etiam comestibiles recipientis pœna quanta sit.*

3 *Officiales vel iudices à litigantibus nullam pecuniæ quantitatem, vel aliam rem per eos, vel per alios mutuo accipere possunt, aliàs barattariam committerent.*

4 *Corruptio iudicis per singulares testes saltem tres bonæ famæ probari potest.*

5 *Corrumpere iudicem solo conatu quis non dicitur.*

6 *Fraus voracitasque præsumitur in officialibus Potestatibusque Terrarum terribilem vultum habentibus, qui plura mala sciunt, atque committunt quàm alij.*

7 *Officiales vltra salarium nihil ab vniuersitatibus recipiant: vniuersitatesq; ita soluentes puniuntur: esculenta tamen & poculenta, muneraque huiusmodi in salarij defectum accipiunt.*

8 *Accipere à sponte offerente licet, sed non à sponte soluente quod exigere non licet.*

9 *Gubernatores prouinciarum à sponte soluentibus per se, vel per alium donatiua, aut esculenta accipere possunt; non autem aliquem ad sibi conducendum frumentum, ligna, & similia compellere.*

10 *Oblata sponte recipiens in foro conscientiæ restituere non tenetur.*

11 *Pecuniam iudicibus tradens pro iusto iudicio non peccat.*

13 *Labor sine mercede & fructu esse non debet.*

14 *Officiales in Vrbe munera etiam à litigantibus absque simoniæ labe, modo nullam eorum occasione iniustitiam intulerint, accipere solent.*

15 *Delegatus, munus etiam denarij vnius recipere non debet, nihilque præter expensas petere.*

DECISIO CXIII.

1 IVDEX, † seu habens aliquã iurisdictionem, non potest accipere dona aliqua, nisi esculenta, & poculenta, quæ consumi possint per tres dies.l.plebiscito, ff.de offic.præsid.& l.solent, §.fi.ff.de offic.procons.& leg. Alex. consi.205.volum.2. Ang. in l.1. C.ad leg.Iul.repetund. Beatus Io.de Capistrano in Speculo conscientiæ, in tertia parte, sub num.15. posito in 1. tomo Tractatuum impressorum in anno 1584. Est bene verum, quòd isthæc donatio gratis facta obli

gationem minimè inducit in futurum, ex necessi tate, etiam si pluries ea fieret, vt firmat Bal. & Bologn. ibi in addi. in d. l. solet, per Glo. fin. inibi, in ver. qualitatem.

2 Officiales † verò in Regno, tam Regij, quàm Baronum, & eorum vxores, & filij, aut subditi, ac familiares, seu alij eorũ nomine recipere nequeũt vllo modo aurum, argẽtum, aut res aliquas cuiuscunque generis, etiam comestibiles, & minimas, sub pœna restitutionis rei donatæ cum duplo, atque suspensionis officij prima vice: secunda verò vice totalis priuationis eiusdem officij ipso iure.

3 Imò † sub eisdem pœnis officiales ipsi minimè possunt à litigantibus vllam pecuniæ quãtitatem per eos, vel per alios mutuo accipere, vt in Pragmat. 2. Quis nescit? in ti. de munerib. officialium. Et hoc idem statutum reperitur quoque de iure communi, ut iudex accipiens pecuniam, vel aliud nomine mutui censeatur barattariam committere, & puniri posit, teste Baldo & Salyc. in l. quisquis, C. si cer. pet. Paris de Put. in tracta. de syndic. in ver. multa, sub nu. 4. Prosper Paseth. consil. 182. num. 3.

4 Imò † cum hoc crimen corruptionis difficilis probationis appareat, eiusdem Pragm. dispositione, probari posset, etiam per testes singulares, ad minus tres, qui extent bonæ famæ, & opinionis.

5 Sed animaduerte, † quòd non dicitur quis iudicem corrumpere solo conatu, l. 1. §. qui iudicem, de falsis. Pau. Aemil. Veral. decis. 214. Statutum, num. 2. in 3. par.

6 Sed aduerte, † quòd de iure communi præsumitur fraus, & voracitas in officialibus, & præsertim in Potestatibus Terrarũ, qui habent vultum terribilem, l. neminẽ, C. de suscep. & arca. lib. 10. & inde est, quòd isti officiales plura mala sciunt, atque committunt, quam alij. ita Glo. in l. defensionis, in ver. obseruationem, C. de iure fisc. lib. 10. taliter, quòd hoc non tanquam præsumptio habetur, & reputatur: verum, vt Euãgelium ipsum, & sola manus Dei potest hoc obuiare, & cũ sciam quid scribam, de his hactenus.

7 Et consequenter † officiales ipsi in Regno contenti remanere debent suis salarijs, & stipendijs, nec aliquid vltra prouisionem nomine lucri, ac donatiui directè, vel indirectè ab vniuersitatibus recipere possunt, sub pœna suspensionis officij ipso facto, & vnciarum 50. cum reseruatione etiam pœnas ipsas augendi, & commutandi, vt in Prag. 1. in titu. de muneribus officialium. Imò eiusdem Pragm. dispositione etiam vniuersitates, seu priuati ciues ita soluentes incurrunt quoque pœnas vnciarum centum. Et ita videtur dispositum etiã de iure communi, vt iudex nulla ex causa possit aliquid accipere vltra salarium, vt per Prosperum Pasethum, consi. 182. Pro tollendis, nu. 5. & seq.

Aliàs in defectum salarij licitum, permissumq; est officialibus recipere munera, esculenta, & poculenta, & alia eiusdem generis, §. quapropter, in fi. in Auth. scriptum est exemplar, coll. 2. & Glo.

8 in d. l. plebiscito, in ver. poculentum. † accipere enim ab eo, qui sponte offert, licitum est. Io. Crot. in repet. c. in ciuitate, num. 49. de vsur. Sed accipi non potest à sponte soluente, quod exigere non licet. Franc. Niconit. in repet. c. quoniam contra, par. 2. num. 622. de probat.

9 Nec † denique Gubernatores prouinciarũ accipere valent etiam à sponte offerentibus per se, vel per aliam interpositam personã donatiua aliqua, aut esculenta, vel poculenta, nec aliquem cõpellere possunt ad sibi conducendum frumentũ, ligna, paleas, aut aliquid aliud pro eorum munitionibus, vt in Prag. 3. Gubernatores, in ti. de mu

10 neribus officialium. † Sed in foro conscientię, si quis etiam oblata sponte recipiat, quia nõ debuit propter suspitionem: tunc acceptum nullatenus restituere tenetur, vt firmat Lauren. Pet. de Colonia in Epito. Sacramentorum, in ti. à iudicibus secularibus, post princip. vers. si etiam oblata sponte recipit.

11 Imò † tradẽs pecuniam iudicibus pro iusto iudicio, minimè peccaret, vt per Glo. in c. qui rectè, 11. q. 3. Cottam in memoriali, in ver. iudicibus, in fi. & posset tunc pecuniam datam repetere, vt probat, & firmat Beatus Ioan. de Capistrano in Speculo conscientiæ, in 3. par. nu. 13. & seq. posito in 1. tomo Tractatuum impressorum in anno 1584.

Est bene quidem verum, quòd proconsul in sua prouincia, de iure communi, modestissimè nempè, posset capere munera. d. l. solet, §. non verò. & sic proconsul ipse, vt per tex. ibi, in recipiendis zenijs, supra omnia, debet adhibere modum, & mensuram: valde enim inhumanum est à nemine accipere, passim verò vilissimum est, & omnia accipere auarissimum, atque prohibitum, teste ibi Glo. in ver. auarissimum. Vnde obseruantem præsentes Pragmaticas, non vereor in catalogo Sanctorum describi posse, & præsertim ille officialis, qui ad illicitam rem, mediante pecunia, moueri, adducique non posset. meritò itaque Esa. cap. 185. vocabat beatum, qui excutiebat manus suas ab omni munere.

Cæterùm hoc de esculentis, ac poculentis malè quippe obseruari vidimus ab omnibus officialibus, maioribus, & minoribus, qui & si hæc recipere nequeant, vltra stipendia ipsis ordinariè sta-

12 bilita; † tamen omnes ipsi officiales se conformant, acquiescuntque dispositioni c. statutum, §. insuper, de rescrip. lib. 6. quòd iudices recipere valeant esculentum, poculentumque à partibus ipsis mera liberalitate oblatum, quod consumi paucis posit diebus, & præsertim, si ipsa esculenta, & poculenta toto anno summam aureorum cẽtum non excederent, secundum Glos. in c. non licet, 11. q. 3. & notata per Martin. Laud. de offic. domino. notab. 89.

Sed hæ leges emanatæ contra officiales nõ obseruantur culpa superiorum, teste Ludouico Gomes in regulis cãcellariæ, in reg. vtriusque signat. compen. quæstio. 16. colum. 14. vers. præterea, vt scopulum cauendum præcepit, fol. par. 84. qui deberent suos officiales prouidere de aliquo competenti, sufficienti, honestoque stipendio, atque salario: non enim iustum est officiales mendicare in opprobriũ suæ dignitatis. lex itaque abhorret sine præmio laboriosis officijs homines præfici,

fici, c. cum non deceat, de elect. lib. 6. Nam secundum Martial. lib. 1. ad Lucium Iulium,

In steriles campos nolunt iuga ferre iuuenci,
Pingue solum lassat: sed iuuat ipse labor.

13 Nec non † labor nō debet esse sine mercede, c. ibi adunati, 7. q. 1. c. charitatem, 12. q. 2. & §. ne autem, Auth. de ind. colla. 6. vbi dicitur, q̀ labor nō debet esse sine fructu, & ita Glo. in extrauag. 22. vna. de sent. exc. in ver. in hoc casu. qm̄ nemo cogitur vnquam stipendijs suis militare, vt per Pau. 1. Corinth. 9. Et consequenter, secundum Pau. ad Corinthios primæ, c. 3. vnusquisque propriā mercedem accipiet secundum suū laborem, & vt per Luc. 10. dignus est operarius mercede sua. Laborantes enim pro Ecclesia, stipendia debent accipere ab Ecclesia. c. ecclesiasticis, 12. q. 1 1. Vnde teste Cice. lib. 1. de Oratore, iustus, ac honestus labor, honoribus, præmijs, splēdore decoratur. Et denique, vt per Cice. lib. 1. de finibus bonorū, & malorum, post princ. quis nostrum exercitationem corporis suscipit laboriosam, nisi vt aliquid ex ea cōmodi consequatur? nā nemini officium suū damnosum esse debet, c. cū non deceat, de elect. lib. 6.

14 Sed in Vrbe extat obseruātia, † vt officiales soleant recipere munera, etiam à litigantibus, absq; labe simoniæ, & absque eo etiam, quòd ipsi remoueantur ab officijs, occasione prædictorum munerum, dummodo nullam ob huiusmodi munerum receptionem intulerint iniustitiam, teste D. Iosepho Ludonici in suis opinionibus, in opinio. seu conclu. vnica, de consuetudine, colum. 9. vers. infertur. 102. quod ex dicta obseruantia in tota Italia, vbi asserit quoque hoc tolerari tā Romæ, quàm in toto statu Ecclesię, in officialibus nō habentibus de publico salarium: verùm fatetur semper abstinuisse in omnibus suis officijs à muneribus, & religiosè quidem.

15 Est bene verùm, † quòd delegatus non debet recipere munus, etiam vnius denarij. ita Glos. in c. statutū, in ver. nullum munus, de rescript. lib. 6. & iudex ipse delegatus nihil potest, præter expensas petere, cap. cum ab omni specie, de vita & honest. cleric. & Beatus Io. de Capistrano in Speculo conscientiæ, in 3. par. sub nu. 15. posito in 1. tomo Tractatuum impressorum in anno 1584.

ARGVMENTVM.

Non præsumuntur facta, nisi probentur: sed hęc regula multas recipit limitationes.

SVMMARIVM.

1 *Factum etiam accidentale, eiusque scientia non præsumitur, nisi probetur. fallit tamen pluribus casibus, num. 3.*

2 *Accidentalia nullatenus præsumuntur.*

DECISIO CXIIII.

1 FACTVM † non præsumitur, nisi probetur, c. cum in iure, de offi. deleg. c. cum Ioannes, de fide instrum. l. quicumque, ff. de publiciana, l. in bello, §. facta, de capt. & l. verius, ff. de probat. Abb. in c. in præsentia, col. 3. de proba. & Corn. consi. 181. Visis, nu. 24. vol. 2. Simō de Pret. cōs. 129. Ex facto proponitur, nu. 34. & consi. 144. Bonifacius, nu. 18. & 27. volu. 1. Menoch. consi. 231. Præpositis, num. 25. volum. 3. Caualcan. decis. 53. Quidam, num. 1. in 2. par. Nauar. consi. 1. nu. 2. de præscrip. lib. 2. & est tex. ēt quòd scientia facti non pręsumatur, in c. pręsumitur, de reg. iur. lib. 6. quodque adeo verum est, vt meritò amplificari possit, obtinere locum suum etiam in

2 factis accidentalibus, ex quo † accidentalia ipsa nullatenus præsumuntur. ita Glo. in c. si fortè, in ver. sciente, de elect. in 6. & in l. si vero, §. qui pro qualitate, ff. qui satisd. cog. & Raphal. Cuma. in l. 2. §. 1. ff. de excep.

3 Sed † isthęc regula clandicat, non vno quidem pede, & sic in omnibus casibus præexistēte causa, vt (Deo annuente) aliàs plenissimo nempe cornu, prosequendo stylum solitum, & consuetum (ad cōmunem & publicam vtilitatem) explicabo. Et quod præsens regula vera quippe sit, nisi subsit causa vrgens præsumendi, voluit Abb. in cap. cum in cunctis, de elect. & in c. sicut, el 3. col. 7. de iureiur. per tex. in c. cum tu, de testi.

Secundò interpretatur etiam eadem regula, vt facta non præsumantur, nisi sint consueta. l. fi. C. de fideiuss. Bal. in rub. C. de fi. instr. col. 3. & Franc. Aret. in l. sed etsi, col. fin. de acq. hæred. & ita aliàs decisum fuit in anno 1589. ad fauorem vniuersitatis Turitti per sacram Audientiam Barensem.

Tertiò fallit, nisi aliquid sit publicum vel notorium. c. 1. de postul. prælat. & c. fin. qui matrim. accusa. possunt.

Quartò coarctatur hoc quoque, nisi aliquid fiat à consanguineo meo in fauorem mei: tunc enim hoc præsumitur factum me sciente, & consentiente. tex. est notabilis in c. constitutus, il 1. de testib. & ibi Panor.

Aliæ verò limitationes colliguntur ex notatis in reg. præsumitur, & ex doctrina Panor. in c. sæpe, col. 5. de rest. spol. Prout eadem regula coarctatur etiam postremò, quòd facta ipsa non præsumuntur, veram quidem fore, nisi in scriptura tale apponatur verbum, quòd de necessitate illud factum includat: tunc enim lex bene præsumit. l. sciendum, & ibi Ias. in 1. no. & alij omnes, ff. de verborum oblig.

ARGVMENTVM.

Hæres habet retentionem in legatis pro parte spectante ad Falcidiam, licèt legatarius efficiatur ipso iure dominus legati.

SVMMARIVM.

1 *Hæredes in Falcidiæ beneficio ipso iure creditores fiunt.*

2 *L. à Titio, dispositio in Falcidiæ detractione in re legata.*

3 *Falcidia facit vt rei legatæ dominium ipso iure in legatarium transeat, sed apud hæredem remaneat.*

DECISIO CXV.

1 Haeredes † in Falcidiæ beneficio dicuntur creditores. ita Gl. & cęteri Canonistę omnes in c. Raynaldus, ext. de testa. Legistę in rub. ff. ad l. Falc. & Ias. in auth. prȩterea, C. vnde vir, & vxor. & hoc adeo verum est, vt ipso iure fiant, euadantq́; creditores; cũ portio legis Falcidiæ remaneat apud hæredes. l. 1. §. si quis, ff. quorum leg. & etiam si res corporaliter insolidum penès legatarium translatæ fuerint, d. l. 1. §. si quis, & l. pen. C. ad leg. Falc. & l. hæres. ff. ad Trebel. & ita aliàs iudicauit Regia Audientia Apuliæ, in anno 1583. ad fauorẽ magnificorum hæredum Cæsaris Campanæ de Luceria.

Sed huic opinioni non nihil hoc obstare videtur, ꝙ legatarius effectus videtur dominus rei legatæ, cum fuerit res sibi legata penès ipsum ante mortem testatoris, & post mortem à die aditæ hæreditatis, eius dominium trãsierit in eũ recta via, & ipso iure. l. à Titio, ff. de furt. Et sic cum semel sit effectus dominus, amplius res ipsa legata euelli non posset. l. id quod nostrum, ff. de reg. iur.

Cæterùm præsenti obstaculo facilis adaptatur
2 rñsio: † nam dispositio d. l. à Titio, nullum obtinet locũ, quin hæres vellet in re legata detrahere Falcidiam: quia quoad ipsum hæredem nõ intelligitur legatarius effectus dominus, cũ habeat electionem, & arbitrium plenum detrahẽdi, in qua re voluerit, l. lineam margaritarum, ff. ad l. Falc. & ita restringit d. l. à Titio, Alb. de Ros. in d. l. lineã margaritarum, & sequitur ibi Pau. Cast. nu. 3. asse
3 rens, † ꝙ Falcidia facit, vt dominium rei legatæ non transeat ipso iure in legatariũ, sed remaneat apud hęredem, & est optimus tex. qui hoc probat in l. Plautius, ff. eod. & subdit Alex. in d. l. lineam, nu. 4. quòd cum Falcidia resecet ipso iure dominium rei legatæ, totum in legatarium transibit illud quod superest vltra Falcidiam.

Imò compertum est etiam legatarijs ipsis nullum competere ius offerendi pretium illius rei legatæ, in qua hæredes volunt Falcidiam, cum portio legis Falcidiæ penès hæredes ipso iure remaneat, d. l. 1. §. si quis, ff. quor. legat. & ipsi hæredes creditores reperiantur, vt supra ostendimus. Et sic aliud pro alio inuito creditore solui non posse indubitatum est, l. eum à quo, cum l. seq. C. de solutio. l. 2. §. 1. ff. si cert. peta. & auth. sed si aurum, C. de secund. nupt.

ARGVMENTVM.

Familiares episcopi tam in ciuilibus, quàm in criminalibus gaudent priuilegio fori, licèt multi multa dixerint.

SVMMARIVM.

1 *Familia episcopi in criminalibus atque ciuilibus causis fori gaudet priuilegio, vt coram seculari conueniri non possit. Ampliaturque in Vicarij familia, vt pro iustitię executione arma solummodo ferre valeat.*

2 *Familia clerici, sicut ipse, priuilegiata, vt fori priuilegio gaudeat.*

3 *Commensalis nullus præsumitur, nisi probetur.*

DECISIO CXVI.

1 Familia † episcopi fori priuilegio gaudet absque dubio aliquo, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus causis, quoniam non potest conueniri coram seculari, c. fin. de offi. Archid. Hosti. Ioan. And. Abb. & cæteri omnes, in cap. cum non ab homine, de iudi. Abb. Fely. & alij vniuersaliter in cap. 2. de foro compe. vbi idem Abb. elucidat istam esse cõmunem opinionem, Card. Alba. in lucubrat. ad Bart. in l. administratores, nu. 1. ff. de excus. tut. & Ioan. Ant. de Nigris, cum magna Doctorum Caterua allegata per eum, in extrauag. Clementis VII. contra clericos non incedentes cum habitu, & tonsura, de vita & honest. cler. nu. 21. vbi hoc ampliat procedere etiam in familia Vicarij ipsius episcopi, vt ea pro iustitiæ executione valeat ferre solummodo arma, & deducit istam esse magis communem opinionem.

2 Imò † clerici familia est priuilegiata sicut ipse, & consequenter familia ipsa clericorum gaudet etiam priuilegio fori, ita Glo. in c. clericum. 11. q. 1. Bald. & alij vnanimi consensu omnes in l. 2. C. de episco. & cler. & Maran. in tract. de iudi. in 4. par. distin. 11. num. 4. Quod quidem iudicio meo non sortiretur locum in conductitijs seruitibus qui pro pretio seruiunt clericis, vt no. ibi Archid. in cap. ecclesiarum seruos. 12. q. 11. & ita aliàs vidimus declarari in varijs causis. & facit quod no. Innoc. in c. significantibus. de offi. deleg. in familia tamẽ episcopi videtur speciale, quòd gaudeat priuilegio fori, d. c. fi. de offi. Archi. & Abb. in d. c. 2. de foro compet. col. 1.

3 Sed † in dubio nullus præsumitur commensalis, nisi probetur, vt seruat Rota Romana, teste Gomes. in reg. cancellar. de impetrantibus beneficia vacantia per obitum familiaris Cardinalium, q. 13. col. 4. ver. tamen est aduertendũ, fol. 115. & seq. vbi concedit etiam, quòd commensalitate semel probata, semper præsumitur illam durare, nisi contrariũ probetur, licet commensalis non semper comedat, sed est aptus comedere, Crescen. decis. 16. alias 224. de rescrip. nu. 2.

ARGVMENTVM.

Licèt de iure communi osculans mulierem puniatur iudicis arbitrio, tamen in regno punitur pęna vltimi supplicij.

SVMMARIVM.

1 *Osculans mulierem hodie in toto Regno mortis pœna punitur, de lege verò communi arbitraria.*

2 *Osculum luxuriosum extra matrimonium libidinis causa illatum, mortale parit peccatum.*

3 *Mulieres conuersatio & familiaritas perniciosa, ideoque vitanda.*

DE-

DECISIO CXVII.

1 Osculans † mulierem inuitam, extra ordinem, scilicet iudicis arbitrio punitur, l. 1. & ibi Glo. & Doc. ff. de extraord. crim. & per hanc Glo. communiter approbatam Neap. descripsit Regi Federico, cum casus Sarni contigisset, delinquentem perpetuo relegari debere, & iuxta bannorum facultatem etiam pecuniaria pęna mulctari, vt extat decis. Afflic. 276. & idem Afflic. in constit. si quis rap. in 6. quæst. vbi de mater. & Dec. in l. si fugitiuum, num. 45. C. de ser. fugit. Sed hodie osculantes mulieres, tam in Ciuitate Neapolis, quàm in toto Regno pęna mortis naturalis irremissibiliter puniri debet, & statim transactis tribus mensibus foriudicari, bannirique similiter possunt, & debent, nulla quidem aliqua alia dilatione expectata, ita Prag. 1. in tit. de osculantibus mulieres, & ita obseruauit aliàs Regia Audientia Apuliæ, in casibus occursis in anno 1583. & sequentibus.

2 Et de hoc mirandum quippè non est: † nam osculum luxuriosum, ac libidinosum datum illa tumq; extra matrimonium per osculantem principaliter causa libidinis, & ob delectationem sensitiuam inducit, paritque peccatum mortale, vt firmat, & probat Caiet. in summa, in ver. impudicitia, §. 1. Sylua nuptia. lib. 4. nu. 26. Ioan. Tabien. in sum. Tabien. in ver. osculũ, & Nauarrus in Manuali confessorum, c. 16. de sexto præcepto, Non fornicaberis, nu. 11. & seq.

Nec itidem mireris, quia tales osculantes primò transeunt in affectum cordis per praua desideria, deinde transeunt in effectum operis: prodijt
3 enim quasi ex adipe iniquitas eorum. † vnde vbicunque quis inciperet habere nimiam familiaritatem cum muliere, & signanter iuuene, tunc profectò de facili rueret in oscula, & amplexus illius, & denique in opus nefarium. Prouerbiorum capi. 6. Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, vt vestimenta sua non ardeant? & ambulare super prunas, vt non comburantur plantæ eius? sic qui ingreditur ad vxorem proximi sui, scilicet per nimiam familiaritatem, non erit mundus, supple ab opere malo, cũ tetigerit eam. quia ex tactu impudico, quod est inuitatorium ad luxuriam, facile oportunitate data, peruenitur ad consummationem operis: & sic exponit Nic. de Lyra illud verbum Eccle. 42. Melior est iniquitas viri, quàm mulier benefaciens: idest conuersatio cum malo viro est minus periculosa, quàm conuersatio familiaris cum muliere quantumcunque bona, pudica, & casta. summopere ergo debet viri vitare familiaritates alienarum mulierum: quia quàm perniciosa, & periculosa sit huiuscemodi familiaris conuersatio, optimè ostendit Hieron. in 3. par. epistolarum suarum, epistola 8. vbi scribit ad Oceanum de vita clericorum, in hũc modum dicens: Cũ proximat stipula incẽdit ignem: flammigero igne percutit fœmina conscientiam viri simul habitantis, exuritque montium fundamenta: idest deijcit viros magnos, & sanctos. Ego (inquit) dico tibi, si cum viris fœminæ cohabitent, nõ deerit viscarium Diaboli. ferreas etenim mentes libido domat. mihi crede, non potest toto corde cum Domino habitare, qui fęminarum accessibus copulatur. deinde subdit, quòd bonus honor est in ecclesia, si à consortio virorum fœminę longè sint. hæc ille. Et hinc est, quòd qui amat periculum, peribit in eo, teste Salomone.

ARGVMENTVM.

Aufertur hæreditas & prælegatum ab hærede nõ implente voluntatem testatoris, & transfertur in fideicommissarium: & antequàm priuetur hæres, est citandus, & quando est necessaria citatio, & quando non.

SVMMARIVM.

1 *Hæredi defuncti voluntatem non implenti vti indigno hæreditas aufertur, ac etiam prælegatum, nume. 3.*
2 *Hæres testamento contraueniens hæreditate priuatur, si testator hoc statuit, nec restitutionem in integrum habet, & si sit ecclesia.*
4 *Hæres præcepto testatoris expresso contraueniens in dolo est, quod ampliatur in prohibitioni tacita contrauveniente.*
5 *Hæres promissa per defunctum obseruare tenetur.*
6 *Hæres disposita à testatore non implens vt priuetur, personaliter à iudice citandus est.*
7 *Citatio vbicunque pars lædi potest requiritur, alias non valet actus, & quot casibus citatio partis requiratur.*
8 *Citatio partis etiam in notorijs, vt actus tam iudicialis quàm extraiudicialis valeat, requiritur.*
9 *Scripturæ omnes, instrumenta, aliaque probationes parte præsente, vel citata, vt probent, produci debent: earumque copia parti datur cum termino ad proponendum, nu. 10.*
11 *Citandus nemo est, si de eius pręiudicio non agatur.*
12 *Citandus non est aduersarium non habens: valet tamen actus tunc parte etiam non citata.*
13 *Citari non debet, qui contradicendo actum impedire nequit.*
14 *Testes examinari ac recipi possunt parte non citata, vbi causæ cognitio non requiritur.*
15 *Citatio partis non fit, vbi testis per iudicem repetitur ad eius dicti declarationem.*
16 *Citatio partis in interpretatione declaratoria priuilegij, non requiritur.*

DECISIO CXVIII.

1 Haeres † non implens voluntatẽ defuncti facit vt auferatur ei hæreditas, & consequenter nullum cõmodum hæres ipse ex testamento tunc cõsequi debet. c. Silnester, 11. q. 1. Glo. in cap. licet, extra de voto, Bal. consi. 356. vol. 4. Corn. consi. 99. vol. 1. & Cæpha. consi. 197. Postquàm, num. 50. cum alijs seqq. vol. 4. vbi solito stilo aureo demonstrat magno cum apparatu, hęredem fore indignum hæreditate, eaque priuari non adimplentem voluntatem, iussaque testatoris,

statoris, ac debere etiam accepta à testatore ipso restituere, & firmat etiam hoc idem consil. 563. Præsentium, num. 1. cum alijs seqq. eodem volumine quarto, Thob. Nonius consi. 28. num. 1. si tamen monitio de implendo præcesserit, ibidem, num. 3. & allegans non impletam, illud probauerit, ibidem, num. 2. mortuo tamen hærede omnis indignitas ex hoc capite censetur remissa, ibidem
2 num. 10. Et sic † hæres contraueniens testamento, priuatur etiam absque scrupulo aliquo hæreditate, si testator hoc statuit, vt per Alexan. consi. 138. nu. 11. volu. 1. & peccat etiam secundum Ias. in l. cum precibus, C. de impub. Franc. in c. si pater, col. 17. de testam. in 6. Tibe. Decia. consi. 39. Qua facti specie, num. 3. & seq. & 169. volu. 2. & non solum hæres non adimplens defuncti voluntatem priuatur hæreditate, sed minimè tunc habet restitutionem in integrum, etiam quòd sit ecclesia, vt consuluit Barbat. consi. 32. Illud in medium afferam, vol. 3.
3 Imò † tunc etiam hæres non implens testatoris voluntatē, meritò quidem priuatur itidem prælegato, vt ostendit ex communi omnium opinione, Riminal. iun. consi. 568. Domina, num. 2. &
4 seq. volu. 5. † Atque etiam hæres contraueniens præcepto testatoris expresso, scienter est in dolo. D. Marcus Anto. Eugen. consi. 56. num. 9. & 16. lib. 1. quodque amplificatur etiam locum sortiri in contraueniente prohibitioni tacitè ipsius testatoris, vt per Corn. consi. 140. colum. 2. lib. 2. & D. Marc. Ant. Euge. in d. consi. 56. nu. 17.
5 Et nihil mirum, † quoniam hæres tenetur absque scrupulo aliquo obseruare promissa, & conuenta per defunctum, tanquam eius personam repræsentans, vt aperit Bertran. consi. 181. Christi nomine, volu. 5.

Cæterum hæres in casu ipso contrauentionis non posset vllo quidem modo priuari directò, ita vt alius fieret hæres: Verùm enimuerò, ad hoc vt effectum haberet priuatio, interpretatur non immeritò priuatus per viam fideicommissi, vt consuluit Hierony. Gabriel. consi. 109. Scripturam,
6 num. 2. 7. & 20. vol. 2. † Et hæres non implens disposita per testatorem, vt priuetur, personaliter à iudice monendus, citandusque est, Riminal. iun.
7 consi. 67. nu. 25. vol. 1. Et ratio ea est, † quoniam citatio requiritur in vnoquoque casu, & sic vbicunque pars lędi potest, semper est citanda: aliàs actus non valet. c. primo, de cau. poss. & propriet. Barbat. consi. 24. Sapientissimus, nu. 16. consi. 27. Scripsit, num. 5. & consi. 45. Mandato, num. 9. volum. 2. Corne. consi. 247. num. 34. volum. 1. Rim. iun. consi. 31. num. 2. lib. 1. & in quolibet actu præiudiciali, consi. 6. num. 65. eodem lib. l. de vnoquoque negotio, ff. de re iud. & ibi Marsil. ponit, & discurrit, 9. fallentias. Imò 60. casus, in quibus requiratur citatio partis, & in sing. 30. & eandem regulam ponit etiam inferendo ad quæstionem quotidianam Afflict. in constit. Baiulos omnes, nu. 18. cum alijs seqq. & Guido Papæ, consi. 13. In causa, sub nu. 2. Tiraquel. cum 43. limitationibus intra cta. de rebus inter alios actis, à principio vsque ad finem. Pau. Aemil. Veral. decis. 375. seu 4. Priuatio nulla est, in 2. par. vbi concedit etiā in præsenti casu, non sufficere coniecturas, & ita extitisse deci-
8 sum in Ro. Rom. † Et citatio ipsa partis requiritur etiam in notorijs, aliàs actus non valet, vt per Glo. & Bald. in c. ad nostram, il 3. extra de iureiu. Matthæ. Brun. consi. 89. In causa nullitatis, nu. 1. volum. 1. & Barbat. consi. 24. Clementissimi, nu. 16. vbi hoc amplificat, non tantum procedere si actus iudicialis sit, verum etiam extraiudicialis. In tantum quòd regula constitutissima est, vt sit vnusquisque citandus ad actum sibi præiudicialem. Saly. in l. ad hoc, nu. 2. si min. se ab hæred. abstin. & in l. si ea, nu. 5. C. qui accu. non poss.

Et ideo scias vnum valde notabile in practica,
9 quòd † omnes scripturæ, & instrumenta, aliæque probationes produci debent, parte præsente, vel citata, aliàs non probant, vt voluit Bald. in l. iudices, de fide instrum. in l. sancimus, colum. penul. C. de iudi. & in l. si quando, C. de testibus, & no. in c. literæ, 3. q. 8. & firmat etiam Rom. consi. 519. sub num. 2. Marsi. sing. 81. Aduertas. Borgnin. Caualcan. decis. 21. In causa exequutionis, num. 79. Paul. Aemil. Veral. decis. 99. seu 3. Instrumēta producta, num. 1. in 2. par. & decis. 117. seu quarta, Sententia declaratoria, in 3. par. vbi patefacit, ita in facti contingentia iudicatum in Rota Roma. vnde non aliter confidens in productione instrumenti simpliciter facta in processu, non expedita prius partis citatione ad videndum illius præsentationem, cùm parte tunc opponente, iudex (vt ita pluribus vicibus iudicaui, & iudicari varijs de causis vidi) non tenetur instrumento producto absque partis citatione vllam fidē adhibere. quod equidem absque scrupulo, & de plano procedit, parte opponente, alioquin secus, vt per Doctores omnes vniformiter in authen. si quis in aliquo, C. de eden. & Paul. Aemil. Veral. in d. decis. 99. vbi enūciauit ita extitisse decisum in Rota Rom.
10 Et in tantum est hoc verum, † quòd fortius requiritur, vt detur etiam copia earundem scripturarum parti cum termino ad opponendum. ita Bartolus in extrauaganti, ad reprimēdum, in ver. de plano, Ang. Aretin. in §. appellantur, in fi. Inst. de except. Bald. in l. si quoniam, in fi. C. de testib. Rom. in d. consi. 519. sub nu. 3. & D. Hora. Mand. ibi, cum alijs compluribus coaceruatis per eum, in addi. in litera A, Marsil. in præmemorato sing. 81. post princ. vbi profert magnum verbum, ita aliàs obtinuisse penes peritissimos iudices, & Gomes. in reg. de anna. quæst. 4. vbi memorat, ita obseruari in Rota, & ista est veritas, & cōmunis omnium opinio, quam semper vidi in Regno, in tribunalibus maioribus, & minoribus obseruari, cui innititur etiam Borgnin. Caualcan. in d. decis. 21. num. 40.

Sed aduerte primò pro interpretatione præsen-
11 tis regulæ, † quòd quis citandus non est, vbicunque de eius præiudicio non agitur, iuxta tradita per Fely. in c. t. colum. to. de iureiur. Quintilian. Mandos. consi. 56. Tribus, num. 14. volu. 1. & Tiraquel. in tract. res inter alios acta, in limit. 70. versic. declara tertiò, vt procedat. vel vbicunque non infertur per aliquem actum, præiudiciū, vel modicum,

dicum, vt per Rotam, decis. 686. Dominus, in antiq. & Matth. Brun. consil. 92. Pro resolutione, num. 6. volum. 1. licet Quintil. Mandos. in tracta. de inhibitionib. quæst. 41. num. 3. asserat contrarium, quòd semper citandus sit qui lædi potest, et si actus non inferat præiudicium graue, vt quãdo absoluitur quis ab obseruatione iudicij citandus quoque sit, & firmat Camil. Borrel. in Prag. odia, §. 4. Glo. 4. num. 1. Bar. in l. Titia, col. 3. ff. de accus. & ita semper vidi obseruari in practica.

12 Secundò † quotiescunque quis nõ haberet aduersarium, minimè citatio tunc necessaria foret: valet enim actus eo casu, etiam parte non citata, teste Baldo in l. fi. col. 3. C. de re iud. Paul. Aemil. Veral. decis. 146. seu 1. Legitimatus fuit, num. 12. & seq. in 2. par. vbi concedit citationem non fore aliter necessariã, vbi de nullius præiudicio tracta-

13 tur, prout † citari minimè debet, qui contradicendo non potest actum impedire, vt per Ioan. Pet. Surd. cum magna Doctorum cohorte, consil. 1. num. 94. Quintil. Mandos. in d. consi. 56. num. 8. Ioseph. Ludouicum decis. Vmbriæ 96. Dominus, nu. 15. & seq. io 2. parte.

14 Tertiò † testes examinari, recipique possent, etiam parte noo citata, vbi nõ requireretur causæ cognitio, vt per Marsil. cum alijs aggregatis per eum in l. de vnoquoque, nu. 92. ff. de re iud.

15 Quartò † pars mioimè citatur, vbicunque testis per iudicem repetitur, ad eius dicti explanationem, atque declarationem, vt per Bald. in authen. sed hodie, C. de iur. calum. sed ego, vt iudex & aduocatus, ad cautelam, & ad euitandum altercationes, in varijs diuersisq; causis, semper super huiuscemodi repetitione, & declaratione, volui illam fieri, etiam parte citata, & quemadmodum citatio partis non requiritur super declaratione

16 depositionum testium: † ita itidem citatio ipsa partis, minimè requiritur in interpretatione declaratoria priuilegij, vt firmat Ruin. consi. 38. nu. 10. volum. 1. & habui aliàs in facto Romæ de præsenti anno 1588.

ARGVMENTVM.

Inducitur conditio per ablatiuum absolutũ prolatum à potente disponere, quæ conditio inducat forma, quæ seruanda, & ea oon seruata corruit actus.

SVMMARIVM.

1 *Ablatiui ubsoluti prolati à potente disponere inducunt dispositionem.*

2 *Ablatiui absoluti disponunt, etiam si referantur ad eos quos testator grauare poterat.*

3 *Ablatiui ubsoluti in vltimis voluntatibus aliquando habent vim dispositionis.*

4 *Ablatiui absoluti faciunt dispositionem, vbicunque important executionem circa rem, in qua inducitur fideicommissum, sed non quando important quandam denominationem personæ, conditionaliter prolatæ, quæ grauari non potest.*

5 *Ablatiui absoluti de sui natura important conditionem, quæ in forma specifica impleri debet, & vt plurimum in conditionem resoluuntur, quod ampliatur.*

6 *Ablatiui absoluti important conditionem, & sic formam inducunt. Quod non procederet, quando caderent super eo, quod esset certum in iure, & multipliciter declaratur, inferendo ad statutum, quòd stantibus masculis fœminæ excludantur, numero 7. & 8.*

8 *Ablatiuus absolutus, etiam si absolutè staret, non disponit.*

DECISIO CXIX.

1 ABLATIVI † absoluti prolati à potente disponere, inducunt dubio procul dispositionem, ita Roma. consi. 32. col. 3. Alexan. consi. 199. num. 5. vol. 2. Paris. consi. 23. num. 26. volu. 2. Soc. iun. consi. 4. num. 8. vol. 1. Matth. Brun. consi. 82. Super præsenti materia, num. 15. vol. 1. Riminal. iun. consi. 412. Testatrix, num. 13. vol. 4. & videtur tex. in l. fideicommissa, §. cum esset, ff. de leg. 3. vbi ideo ablatiui absoluti dispositiooem inducunt: quia verba executiua importata per ablatiuos ipsos, referuntur nempè ad eum, qui vult agere ex illa dispositione, alias secus.

2 Et hinc est, † quòd ablatiui absoluti disponũt, etiam si referantur ad eos, quos testator poterat grauare, secundum Barto. in l. 1. col. 1. C. quando non peten. par. in l. fideicommissa. §. cum esset, ff. de leg. 3. & in l. 2. §. fin. ff. ad Tertull. Bal. in rub. C. de instit. & substit. vers. extra quæro, Ruyn. consi. 75. Circa primum, num. 10. volu. 2. & consi. 160. num. 18. volu. 3. Alex. consi. 185. num. 18. volu. 2. Bernard. Alphan. in collectan. loco 869. & Fran. Vegium, consi. 74. nu. 250. vol. 1.

Ablatiui namque absoluti prolati ab eo, qui potestatem habet disponendi, ius inducunt fidei commissi. Cels. Hugo consi. 93. Tenor priuilegij, num. 5. & 21. vbi cum alijs aggregatis per eum limitat, hoc locum non obtinere vbicunque verba negatiuè conciperentur: tunc enim non disponerent dubio procul vllo modo.

3 Imò concedit quoque Bart. in l. ab emptione, ff. de pact. † quòd aliquando in vltimis voluntatibus habet ablatiui absoluti vim dispositionis, per d. l. fideicõmissa, §. cum esset, & in l. ratione. §. tam & si, ff. ad l. Falcid. Crot. consi. 49. nu. 24. Soc. iun. in l. Gallus, §. & quid si tantum, num. 98. ff. de lib. & posthu. Alcia. in l. 1. num. 4. C. de bon. poss. Cæpha. cooss. 196. volu. 2. & apostil. ad decis. Guid. Papæ 15. secundum stilum, sub litera, B. Et quamuis ablatiui absoluti prolati io testamento conditionem faciant, & disponant, quando proferuntur ab eis, qui disponendi facultatem habent, in rescriptis tamen secus, vt aperit Cels. Hugo consi. cõgestis per eum, con sil. 66. Visis puocto, & facti contingentia, nu. 12.

4 Nec non † ablatiui absoluti faciunt dispositionem, vbicunque important executionem circa rem, in qua inducitur fideicommissum: secus vero quando important quandam denominationẽ personæ conditionaliter prolatæ, quæ non potest grauari,

grauari, ex quo non extitit aliter honorata, iuxta l. ab eo. C. de fideicom. tunc enim dispositionem non inducunt, ita Bertran. consi. 250. Addendo, num. 7. cum alijs seqq. vol. 3. 2. partis, Rolan. consil. 51. num. 6. volu. 3. & Francis. Vegius consi. 74. num. 291. vol. 1.

5 Sed † de sui natura ablatiui absoluti important conditionem, Lauren. de Pinu consi. 58. num. 7. Purpur. consi. 30. num. 15. consi. 250. nu. 4. consi. 362. num. 14. vol. 1. consi. 443. num. 2. consi. 596. nu. 4. vol. 2. Bursat. consi. 246. num. 16. lib. 3. quæ quidem conditio absque dubio aliquo debet impleri in forma specifica, vt per Ancha. consi. 156. Propter tria, num. 2. Dec. in c. translato, nu. 3. de confir. vtili, vel inuti. Rolan. in tract. de lucro dotis, quæst. 506. num. 32. & consi. 65. nu. 23. & consil. 90. num. 10. volum. 3. Staphil. de literis gratiæ, & iust. de mand. de prouiden. fol. 34. sub versic. dubitatur, Pau. Aemil. Veral. decis. 150. num. 1. & seq. in 1. par. Cæpha. consi. 398. num. 2. consi. 446. nu. 9. volu. 3. consi. 588. num. 14. & consi. 604. nu. 26. vol. 4. Ant. Ciof. consi. 30. num. 1. & consi. 73. nu. 1. vol. 2. Marc. Mant. consi. 155. num. 5. & seq. & consi. 276. num. 16. & seq. Riminal. iun. consi. 276. Dominus Cæsar, num. 9. & consi. 232. In causa domini, num. 14. & seq vol. 3. Ioan. Petr. Surd. consi. 38. Renerendus, num. 22. & seq. Hierony. Gabriel. consi. 149. In specie proposita, num. 82. cum alijs seqq. vol. 2. Tibe. Decia. consi. 73. Circa primam, num. 27. & consi. 107. Quæritur, num. 1. & seq. volu. 2. Bero. consi. 187. In præsenti causa, num. 8. & seqq. volu. 3. Crauet. consi. 332. num. 4. lib. 3. Franc. Cosci. in repet. c. translato, num. 1. de constit. Ioan. Crot. in repet. cap. cum sit Romana, num. 57. de appella. & in c. appellationibus, num. 19. eo. tit. & Gammar. in rubr. de rerum permut. lib. 6. nu. 55. Matth. Brun. consi. 137. In casu, nu. 3. vol. 2. Neuizan. consi. 87. sub num. 6. qua forma non impleta corruit actus, Bal. in anth. matri, & auiæ, C. quan. mul. tut. off. fun. potest. Dec. consil. 11. num. 9. & consi. 446. num. 18. Nauar. consi. 13. num. 4. de sponsa. lib. 4. Et sic ablatiui ipsi absoluti, vt plurimum in conditionem resoluuntur, l. à testatore, ff. de conditio. & demonstra. & l. cunctis, ff. de vsur. Ioan. Vincen. de Anna, in allegat. 1. num. 5. Ruyn. consi. 50. num. 3. & 14. consi. 221. num. 3. volu. 3. & consi. 155. In casu proposito videtur, num. 3. vol. 5. Grat. consi. 6. num. 11. consi. 18. num. 17. & consi. 26. num. 38. consi. 127. num. 16. vol. 1. Gozad. consi. 73. num. 12. Alcia. consi. 3. Tam diligenter, & copiosè, nu. 21. tomo 3. lib. 8. Riminal. iun. consi. 321. Iusta, num. 21. volu. 3. Simon de Pret. consi. 94. Quæstio, num. 19. Menoc. consi. 127. Cum ex proposita, num. 51. & consi. 331. Et si per multa, num. 70. vol. 4. Soc. iun. consi. 66. num. 6. vol. 2. consi. 145. num. 1. volu. 3. Ioan. de Anania, consi. 68. Viso statuto, num. 2. Meno. consi. 38. Hac in proposita facti specie, num. 26. & consi. 69. Quæstionis, num. 72. volu. 1. Capra, consi. 61. num. 5. Cur. sen. consi. 49. Memoriæ recolendæ, sub num. 83. Cur. iun. consi. 77. Posteaquàm, num. 3. & consi. 119. num. 12. Bero. consi. 176. In causa illustris, num. 78. volu. 1. consil. 41. num. 3. vol. 2. & consi. 187. num. 8. vol. 3. Lauren. Syluan. consi. 49. Consultationibus, num. 29. Bertran. consi. 151. num. 10. volu. 3. consi. 23. Visis, num. 9. vol. 4. consi. 180. nu. 2. vol. 6. consi. 6. num. 4. vol. 8. Ioan. de Amicis, consi. 28. num. 4. Matth. Brun. consi. 114. num. 3. consi. 116. nu. 17. & consil. 137. num. 2. vol. 2. Francis. Vegius, consi. 3. nu. 48. & consi. 11. num. 3. vol. 1. Tiber. Decia. consi. 56. Præsupponitur, num. 35. volu. 1. & consi. 62. Et quanquam, num. 19. vol. 2. Cæpha. consi. 151. Cum in sententia, num. 1. consi. 559. Magnificos, nu. 1. consi. 588. Testatrix, num. 14. & consi. 604. Magnifica, num. 26. vol. 4. Ang. de Gambilionib. Aret. consi. 52. num. 46. & consi. 63. num. 20. vol. 1. Prosper Pasethus consi. 129. In causa nobilium, num. 5. Guido Papæ decis. 15. nu. 2. & seq. & hoc extendere propagareque videtur radices, & vires nempè suas, non tantùm in testamento, vt ablatiui absoluti in illo positi conditionē importent: sed etiam in contractibus, statutis, rescriptis, sententijs, & vniuersaliter in omnibus, & quibuscunque alijs similibus casibus, vt plerique ex memoratis, & antesignatis Doctoribus ita apertissimè demonstrant. Et faciunt ablatiui ipsi absoluti conditionem expressam, secundum Ruy. consi. 166. num. 2. vol. 3. & Neuizan. consi. 87. Matth. Brun. consi. 116. Perspecto, sub num. 17. vol. 2. Rimin. iun. consi. 276. Dominus Cæsar, nu. 7. & seq. vol. 3. & consi. 533. Petit, num. 1. & seq. volu. 5. Neuizan. consi. 87. Si prisci, sub num. 5. & seq. & conditionem cōtinent etiam suspensiuam, vt per Bero. consi. 29. Seruato, num. 1. & 19. volu. 2. atque diuersimodè ablatiui absolutè positi possunt considerari, & operari effectum, finemque suum, vt explicat Cur. sen. consi. 42. num. 23. Ioan. de Anania, cons. 68. Viso statuto, num. 2. Bartholom. de Saly. cons. 65. Casus, num. 3. cum alijs seqq. & Baglion. cons. 130. num. 32. inter consil. vltimarum voluntatum, vol. 1. Marc. Mant. cons. 25. num. 55. Et resoluuntur in conditionem, qua deficiente concessio cessat. Ioan. Bolognet. cons. 10. Spectabilis, num. 7. Et ablatiui ipsi absoluti tunc demum conditionem faciunt, si narrata constent, & sic facta approbatione & ratificatione. l. à testatore. ff. de condit. & demonstra. l. lite contestata. ff. de vsuris. l. euictis agris. ff. de euict. Crauet. cons. 355. Diuino, nume. 14. lib. 3. & cons. 949. Quia veritati, num. 22. lib. 5. vbi citat etiam alia iura concordantia, exprimitq; illa locum obtinere in cōtractibus atque legibus.

6 Quæ † quidem conditio, ne ignorarentur termini præsentis speculationis, importat formam, & sic ablatiui ipsi absoluti inducunt formam absque dubio aliquo. ita Dec. consi. 77. in princip. & consi. 466. colum. pen. Io. Bapt. Plot. consi. 30. nu. 63. Cæph. consi. 421. Verè, nu. 42. cum alijs seqq. volum. 3. quod vtiliter, & commodè nempè explanatur per Alexan. in l. 2. §. prius, colum. 2. ff. de vulg. & pupil. Curt. iun. consil. 119. Sacratissime, sub num. 12. Octauian. Cacher. decis. 164. Absolutis, nu. 12. Borgnin. Caualcan. decis. 21. In causa executionis, num. 4. & seqq. tit. de iudicijs, Pau. Aemil. Veral. decis. 150. nu. 3. in 1. par. Et aliquan-

do cau-

do causam finalem, teste Bertran. consil.173. Ex themate, num.15. volum.3.2. partis, Marc. Mant. consi.25. num.55.& Marin. Frec. in tract. de præsent. instrum. in 7. par. quæst.9. num.8.& seq.& aliquando futurum tempus respiciunt, & id quod ex sui natura est incertum. ita Cacher. decis.145. num.6.& sequen. Riminal. iun. consi.412. Testatrix, num.85.& seq. volum.4. Et sic ablatiui absoluti inducunt formam, & conditio formam. Albert. in repet. cap. quoniam, de hæret. lib.6. quæstio.5. num.3.

7 Cæterùm † præsens conclusio ita enucleata, & extricata non obtinet aliter locum, quando ablatiui absoluti caderēt super eo quod esset certum à iure: quia tunc nullatenus importarent conditionem, vt firmauit Rolan. consil.82. num.15. & seq. vol.1.& Grat. consi.103. num.15.& seq. vol.2. Prout minimè ablatiui ipsi absoluti conditionem important, vbicumque negatiuè reperirentur positi: quoniam statutum disponens non existentibus agnatis mater succedat: tunc enim illi ablatiui indiscriminatim quidem importarēt priuationem: cum in sensu quippè directo non possent includere in præsenti re agnatos, & sic dispositionem. l. adeò, §. quod si toto, ff. de acquir. rer. dom. Barto. in l.1. colum. fin. ff. de acquir. hæred. nec denique ablatiui absoluti cōditionem faciunt, quotiescunque non stant cōditionaliter, verum dumtaxat diem adijciunt, vt per Staphil. de literis gratiæ, & iustitiæ, de mand. prouiden. fol.34. sub versicu. dubitatur.

8 Nec † itidem regulariter ablatiuus absolutus disponit, etiam si ille staret absolutè, vt per Gl. Bar. Imo. & alios vniuersaliter omnes in l. Lucius, de hæred. instituen. & Grat. consi.82. num.13. vol.2. vbi memorat istam opinionem communem esse. Vnde ablatiui absoluti extantibus fratribus, vel filijs, licèt regulariter in conditionem resoluantur: tamen in huiuscemodi statutis dispositionē nempè faciunt, vt frater succedat, & sorori præferatur, quasi fauore fratris conditum sit statutum, vt firmauit Albert. Brun. in tract. de statutis, in art.12. nu.97. & ita aliàs iudicauit Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ in anno 1583. in causa tunc vertente inter aliquos de ciuitate Triuenti.

ARGVMENTVM.

De diuersis modis periurij, & quomodo puniantur periurantes.

SVMMARIVM.

1 *Periurium semper est mortale, deque eo plurimum Deus contristatur, cum ob illud ei fiat iniuria, nec absque dolo committitur, cum necessario illius incursus dolum requirat, nu.13.*
2 *Periurium, quomodo diffiniatur.*
3 *Periurus, quis dicatur.*
4 *Iurare contra veritatem tripliciter contingit.*
5 *Iurantes falsum scienter, periurij crimen incurrunt.*
6 *Iurans verum & licitum, sed sine causa, saltem venialiter peccat.*
7 *Necessitas à periurio excusat.*
8 *Iuramentum actus irritationem non inducit, sed operatur quòd contrauenients in periurium incidat.*
9 *Actus contra iuramentum gestus tam in temporalibus quàm spiritualibus, au teneat.*
10 *Iurans illicitum promissaque non obseruans, periurans non efficitur, nec promissum seruare tenetur, imò seruans mortaliter peccaret.*
11 *Iuramentum contra bonos mores, nullum est.*
12 *Periurio excusatur, qui credendi iustam habuit causam.*
14 *Iuramentum in duriorem exitum vergens non obseruandum.*
15 *Periurans solum Deum habet vltorem, vt à parte accusari, vel inquiri in iuramento conuentionali per iudicem ex officio nequeat.*
16 *Periurus Deum solum habet vltorem, si iuramentum alteri praiudiciale non foret, quod in contentioso tantum foro procedit, nu.17.*
18 *Periurus, quibus pœnis subijciendus.*
19 *Periurans testificando falsum in criminali causa contra reum, eadem pœna qua reus ipse tenetur. fallit tamen, si pro reo contra fiscum, falsum deposuisset, num.20.*
21 *Testis licèt scienter atque dolosè in criminali falsum deponens de eo quod esset extra articulos, qualiter puniatur.*
22 *Falsitas testis, notarij, vel alterius nemini nocens, extraordinariè punitur.*
23 *Testis falsum deponens in ciuilibus, l. Cornelia de falsis punitur.*
24 *Falsum deponens in foro contentioso etiam de damno ex suo testimonio contingente tenetur, mortaliterque peccat: in conscientiæ autem foro de falso testimonio.*
25 *Testis falsus in ciuili causa, pœna manus, perpetuique exilij ex Pragmatica punitur.*
26 *Vasallus fidelitatis sacramentum violans feudum amittit: Imperatori verò illud frangens periurus læsæ maiestatis fieret reus, sed non semper vita vel fendo priuaretur.*
27 *Periurium grauius efficitur ob rem iuratam sanctiorem, puta crucem consecratam, quàm non consecratam. Item ob personam in maiori dignitate quàm minori constitutam.*
28 *Periuri infames sunt, nobilitateque priuantur: & quando dignitatibus, & officijs, & quando non spolientur.*
29 *Periuri ab agendo, quando repellantur.*
30 *Veniens contra iuramento promissum non est audiendus, ab agendoque repellitur.*
31 *Debitori in mora constituto ob tempusq; soluendi lapsum periuro effecto absolutio regulariter non conceditur, & petita atque concessa eum non releuat.*
32 *Periurus parte non opponente audiendus est.*
33 *Periurus beneficia perdit legum omnium & statutorum, quibus standum esse alicuius iuramento caueretur.*
34 *Periurus de iure Canonico beneficio ecclesiastico dignitateque priuatur.*
35 *Beneficij collatio in periurum ipso iure nulla est.*
36 *Periurus ob sui odium ad iurandum alicuius rei probanda causa non admittitur.*

37 *Periurus in testem nõ admittitur tam in ciuili quàm criminali: nec amplius eius testimonium recipitur, etiam si cum tortura testificaretur. Et quid si pęnitentiam etiam in corde peregerit.*
38 *Periurus, de periurio vel eo mediante acquisitum, salua conscientia retinere nequit, & quibus pęnis puniatur.*
39 *Periurus quot annis pęnitere debeat.*
40 *Periurium adulterio maius, & homicidio, nu.41.*

DECISIO CXX.

1 PERIVRVS peccat mortaliter, † & sic per-
iurium, siue in affirmãdo, siue in negan
do in quacũque materia fiat, vel quibus-
cunque verbis, semper est peccatum mortale, c.
peruenit, il 2. de iureiu. quia Deus de periurio ip
so plurimum contristatur, l. qui relictũ, & ibi Bal.
C. de indic. vidui. tollen. Couarru. lib. 1. var. reso-
lut. c. 1. num. 6. Tiber. Decia. in tract. crim. de atro
citate periurij, c. 9. per totum, lib. 6. imò ob periu-
rium Deo fit iniuria, fitq; contra illud pręceptum
Leuitici: Nõ periurabis in nomine Domini Dei
tui. & præsertim cum periurium exploratum sit
non committi sine dolo. l. qui iurasse, io prin. ff. de
iureiur. & notat Bald. in l. obseruare, §. proficisci,
colum. 3. ff. de offic. procons. Alex. in l. videamus,
in princ. de in litem iuran. & consi. 92. volum. 1. &
Grammat. voto 10. nu. 24. & sequen. & istam opi-
nionem, quòd periurium semper sit peccatum,
amplexi fuere Sanctus Thomas in secunda secun
dæ, quæst. 98. art. 2. Bartholomæus Fumus in sum
ma Armilla, in verbo, periurium, §. 1. & seq. & Fra
ter Ioan. Tabiensis in summa Tabiena, in verbo
periurium, §. 2. & Afflict. in tract. de iure protho-
miseos, in §. 4. sub nu. 20.
2 Et aduerte, † quòd periurium, quod est peruer
sitas iuramenti, imò propriè falsum iuramentum
diffinitur à Magistro sententiarum, 3. lib. distinc.
39. & ibi à Sancto Thoma, art. 4. & à Baldo in l. fi.
C. de reb. cred. quòd est veritatis fraudolenta ab-
negatio, scienter facta, ad nequiter decipiendum
aliquem, affirmando mẽdacium cum iuramento.
Quod multoties accidit in emptione, & venditio
3 ne. In tantum, † quòd ille dicitur periurus, qui ne
gat ꝙ affirmauit, vel petit contrarium eius quod
fuit conuentum. l. si quis maior. C. de transact. l.
contra, ff. de legi. & l. qui fidem, ff. de transact. cir-
4 ca quod vtiliter notandum est, † quòd contingit
iurare cõtra veritatem tripliciter. Primò quidem
iurando verum, quod credebat quis esse falsum.
Secundò vero per oppositũ iurãdo falsum, quod
creditur esse verum. Tertiò autẽ iurando falsum
cum intentione fallendi. & tunc ita iurans verè
peierat, & est censendus perfectè periurus. & cir-
ca hoc, congruum exemplum tradi posset de Pe-
tro, de quo legitur Matthæi 26. quod cępit dete-
stari, & iurare: quia non nouisset hominẽ Chri-
stum, quem tamen optimè nouerat: & ideo pro-
priè periurus fuit. proinde istud obijci posset coo
tra multos, quibus non sufficit simpliciter, & nu-
dè mentiri, nisi etiam suum mendacium, median
te iuramento, confirment. & ex his patet, qoòd
illæ personæ turpiter se decipiunt, quibus licitum
fore existimant iurare falsum, aut negare verum
pro honore proprio tuendo, siue pro pace obti-
nenda, & impetrãda, siue vt quis se reddat indem
nem, & incolumem. nouerunt ergo omnes præ-
memorati, quòd eis licitum non erat in præmissis
casibus iurare.
5 Quioimmo † periurij crimen incurrunt iuran
tes falsum scienter, esto quòd non licet pro qua-
cũque causa, aut occasione scienter iurare falsum.
nam vt habetur in c. iuramẽti, 22. q. 5. hæc est cau-
sa institutionis iuramẽti, vt omnis iurans, ad hoc
6 iuret: vt quod verum est loquatur. † imò si quis
iuraret verum, & licitum, sed sine causa, vt puta
cum iuraret dicens: per Deum talis habet suauis
simum vinum totius ciuitatis, ex quo de eo degu
staui. vel si quis iuraret dicens: per Deum ego
fui in tali foro, seu emporio, & optimè gessi ne-
gotia mea: & sic de alijs: peccaret quippe tunc,
saltem venialiter, secundum Ray. in sua summa.
Propterea Ecclesiastici 23. nos admonet scriptura
dicens: Iurationi nõ assuescat os tuum, quia mul
ti casus in ea.
Et antedictam sententiam, ita stabilitam, cum
definitione tradita ipsius periurij, limitamus pri
7 mò, non procedere in casu necessitatis, † vt pote
quia necessitas excusat à periurio, c. si nulla, 23. q.
8. & c. breui, de iureiu. & c. presbyteros, 50. distin.
& notat Bartholomæus Fumus in summa Armil-
la, in verbo, periurium, sub §. 4. licèt ibi nihil alle-
get, sed tradat solummodò exemplum hoc, vt si
quis iuraret in primo loco, & cathedra non sede-
re, & postmodum precibus coactus sedeat, quòd
tunc ob hoc non efficiatur periurus.
Secundò coarctatur, limitaturque etiã eadem
8 opinio, † vt iuramentum non inducat irritationẽ
actus, sed tantum operetur, quòd contraueniens
incidat in periurium, c. vnico, de voto, in sexto, c.
sicut, & c. si inter, de sponsa. Glo. in c. fin. in ver. re-
uocatus, de procu. libro sexto, & Innoc. in c. dile-
9 cto, in verbo, statutum, de præben. vbi firmat, † ꝙ
in actibus temporalibus tenet actus gestus contra
iuramentum: exempli gratia si quis iuraret non
alienare librũ, & deinde illum venderet, licèt con
trarium asseueret in spiritualibus: sed tamen in
hoc vltimo dicto suo reprobatur per Io. Andr. &
cæteros omnes vniformiter, vt idem in spirituali-
bus sit, quod in temporalibus, vt actus scilicet in
vtroque casu valeat, & omnino substineatur: sed
contraueniens in periurium incidat; quod etiam
fusissimè explicat Pau. de Cast. cõsi. 339. incipien
te, dico non obstante iuramento, in antiquis,
& idem sentit etiam Imo. io l. cum uir. colum. 9.
de vsucapion.
10 Tertiò limitatur quoque antedicta opinio, † ꝙ
iurans aliquid illicitum, atque iniustum, & non
obseruans promissa, & contraueniens non effici-
tur periurus, nec tenetur sub peccato mortali pro
missum seruare, secundum Glo. in c. 1. 85. distinc.
& Nauarrum io suo Manuali, in c. 12. de secuodo
pręcepto, Ne iures in vanum per Dei nomen, nu.
16. imò peccatum quippe mortale incurreret hoc
seruãdo. vnde si quis iurauerit alicui delioqueoti,
scu

seu complici de nō propalando delictum suum, etiam illi, qui posset prodesse, & non obesse: uel non dare pauperibus eleemosinam, aut non profiteri monasticam religionem, vel in similibus casibus ita illicitè iurantes vtique nequaquam tenerentur talia iuramenta, aut similia seruare, sed potius statim infringere, §. non solùm, collat. 5. in Authen. de iureiur. à moriente præsti-
11 to propter mensuram substantiæ, vbi dicitur, † q̄ iuramentum contra bonos mores præstitum nullum est, & penitus vanum & frustratorium, & nō valet, nec tenet, vt est textus etiam in cap. non est obligatorium, de reg. iur. in sexto, & notat Arch. in c. quamuis, de pactis, in sexto, & Alexand. in l. alia, §. eleganter, ff. solu. matrim. & legibus expressum est illicitæ rei iusiurandum non oportere seruari, in authen. quod eis, C. de nup. & in d. c. quāuis, & notat Fely. in c. si verò, colum. 2. vers. in eadem glossa, de iureiur. & Ias. in §. item si quis, nu. 72. de actio. & scribit Isy. lib. 2. de synonimis, seu aliàs soliloquiorū, & similiter recitatur in 22. q. 4. in c. in malis. in malis inquit, promissis rescindatur fides, in turpi voto muta propositum. quod incautè uouisti non facias, impia est promissio, quæ scelere impletur. talè autem fuit iuramentū Herodis, de quo legitur Marci 6. quod iussit amputari caput Ioannis Baptistæ, ne scilicet violaret iusiurandum, quod præstiterat saltatrici puellæ. super quo inquit Ambros. lib. de officijs, quod Herodes saltatrici præmiū turpiter promisit, crudeliter soluit. turpe nempè est, quòd Regnū pro saltatione promittatur: crudele autem quòd Prophetæ mors pro iurisiurandi religione donetur. & ita aliàs huiusmodi iuramentum extitit in sacra Regia Audictia Barensi, in anno 1589. in causa quorūdam de ciuitate Vigiliarum, declaratum nullum, nulliusque roboris, & momenti.

Quartò claudicat etiam præmemorata conclu-
12 sio, † vt excusetur quoque à periurio ipso qui iustam causam habuit credendi, iuxta notata per Aret. consi. 189. nu. 8. Imo. consi. 6. num. 4. Cæph. consi. 407. num. 3. vol. 3. quodque probatur ea ra-
13 tione: † nā periurij incursus necessariò quidem requirit dolum, vt per Docto. vnanimi voto omnes in l. si quis maior. C. de transact. Ant. Gabriel. cum cumulo Doctorum, relato per eum, lib. 3. ti. de transact. conclu. 1. nu. 52. Grat. consi. 15. nu. 21. Bero. consi. 57. nu. 39. vol. 3.

Et hinc constituas denique regulam circa hoc,
14 videlicet, † quòd quotiescunque iuramentū aliquod vergeret in duriorem exitum, tunc minimè obseruandum fore determinat textus in cap. Dauid, 22. quæst. 3.

15 Quintò eadē præallegata opinio limitatur, † q̄ licèt periurus peccet regulariter, nihilominus peierans accusari à parte, vel inquiri in iuramento conuentionali de periurio per iudicem ex officio nequit modo aliquo. & consequenter aduersus eum, qui, delato ab altera parte sibi iuramento, deierat, nullo pacto potest agi criminaliter, quia peierās sui periurij solum Deum habet vltorem, l. 2. C. de rebus cred. & ita firmauere constanter Glo. & Ang. in §. item si quis, Instit. de actio. Bar. in l. de periurio, ff. de crim. stellio. Bal. & Ias. num. 57. & 63. in l. quod si differēte, ff. de dolo. Odofredus in l. seruus, §. fi. eod. ti. Glo. Bal. & Salyc. in d. l. 2. C. de reb. cred. & istorum opinio concors est, & communis, vt perhibet Cagno. in l. si quis maior, num. 127. C. de transact. licet ibi, & malè ab ea discedat, simul cum Iasone titubanter in l. si duo. §. fin. ff. de iureiur. & hanc sententiam communem videtur probare textus in l. 1. & 2. C. de rebus credit. & l. nam sufficit, ff. de dolo, & d. l. quod si differente.

Sextò potest sumi pœna de periurio, vbicunque in præiudicium alicuius ex deliberata mente quis deierasset, secus verò si in nullius præiudi-
16 cium: † & sic periurus habet solum Deum vltorem, quando iuramentum non foret alteri præiudiciale, vt puta si iurasset die Martis carnes nō comedere, quod iuramentum fuisset trāsgressus, ita tradunt Gl. in c. quicunque, 6. q. 1. Ang. in Auth. sceni. non sol. coll. 5. Hostien. in ti. de iureiu. nu. 7. Saly. & Bal. in l. 1. & 2. C. de reb. cred. Iacob. Aret. Faber, & Ias. in §. item si quis stipulante, Institu. de actio. Glo. in c. quicunque, 6. q. 1. Bal. Salyc. & Ias. in d. l. si duo, §. fin. ff. de iureiur. & Ruin. consi. 81. Visa, num. 9. vol. 4.

17 Sed † hoc procederet absque scrupulo aliquo in foro contentioso, secus autem in foro pœnitentiali, & ecclesiastico: quia ecclesia non est cōtenta vltione diuina, quinimò tāquam pia mater iudicium præueniēdo diuinum suos filios corrigit, ne anima eorū peccatis inuoluatur, vel in altero seculo pœnas peccatorum luat: nam bonum est in peccato cōdemnari, atque flagellari in delicto, vt cum hominibus flagellemur, ne cum diabolo, & Angelis eius flagellemur, vt scribitur in cap. serpens, de pœnit. distin. 1. & propterea voluit peccatorum quorumcunque in hoc seculo fieri pœnitentiam, vt c. non sufficit, & c. voluisset, dist. 1. de pœnit. per totum, & c. nouit, extra de iudic. & toto ti. de pœnit. & remiss. & per Scriben. ibi.

Cæterùm nostro proposito congruè conuenit in præsentiarum scrutari, quibus pœnis reus periu-
18 rij subijciendus sit. ideo aduertendum, † quòd quandoque grauius, quādoque leuius periurium coerceri solet, & Doctores sic distinguere solent, quòd aut quis iurauit per sacramenta scelerata, vt per capillos, vel per viscera, vel membra pudibunda Dei, & tūc vt blasphemator, puniri vltimo supplicio debeat, etiam si verum iurasset, vt quippe qui in contemptum Dei iurasse videatur, vt habetur in §. 1. & fin. in Auth. vt non luxur. contra nat. & tradunt Bald. & Salyc. in d. l. 2. C. de reb. cred. Ang. num. 10. & Ias. num. 580. in d. §. item si quis, Insti. de actio. vbi addit etiam huiuscemodi iuramentum per sacra illicita sapere hæresim, secundum Bald. in l. accusationem, col. 3. C. de accusat. aut iuratur per sacra licita, & tunc si falsum iurauerit, si quidem aliquem in contractu, vel negotio circūuenire, seu lædere uoluerit, crimine quippè stellionatus teneretur. l. fi. ff. de crim. stellio. vel actione de dolo. l. si legatarius, ff. de dolo. aut pro obseruatione alicuius contractus, quem obseruare demum contempsit, & hoc casu certæ pœnæ

per Arcadium, & Honorium fuerunt statutæ, de quibus in constitutione l. si quis maior, C. de tran sact. quod commodo contractus priuetur, & pœnam contractus luat, infamisq; fiat.

19 Item † aut quis peierat testificando falsum in aliqua causa, & tunc si in causa criminali, seu capitali contra aliquem reum deposuerit similitudine pœnæ, & eadem capitis pœna, qua reus, si reus probasset, puniendus fuisset, debet puniri, vt est tex. in Regno in Pragmatica nouissima, inchoante, Ferdinandus Aluares, disponēs, testem falsum testimonium dicentem in causis criminalibus, incurrere pœnam vltimi supplicij.

20 Sed † istbæc conclusio limitatur primò nō procedere, si pro reo quis in causa huiusmodi capitali falsum deposuisset contra fiscum eadem, similive pœna, qua reus fuisset puniendus, non deberet puniri. & sic eadem conclusio haberet quippe locum, si testis contra reum, secus si contra fiscum, quia tunc non puniretur pœna falsi, iuxta l. 1. ff. de fal. & ita in terminis tenuit Marsil. in d. l. 1. §. præterea, ff. de sicar. & ita determinatum fuisse Neapoli per magnā curiam Vicariæ scribit plu ribus probando Grammat. in voto quinto, & diffusius hanc quæstionem disputat Petrus Moncada continuando tractatum Croti de testibus, nu. 381. vers. sed iuxta prædicta, vbi denique inclinat in hanc partem. & reminiscor superioribus annis interrogatum extitisse circa hoc à procuratore fisci, & responsum illi ex tempore dedisse, quòd iudex, qui condemnauerat testem falsum ad triremes, fuerat nempè motus magna æquitate: nam poterat etiam eundem condemnare ad publicationem bonorum, iuxta l. 1. §. fi. ff. de fal.

Limitaturque secundò non habere locum ea-
21 dem conclusio, † si testis deposuisset de eo, quod esset extra articulos, vel capitula, vel extra causam siue de eo quod non noceret partibus, vel curijs in absoluendo, vel condemnando, etiam quòd falsum scienter, & dolosè deponeret, non teneretur quippe pœna prælibatę Pragmaticæ, seu statuti, vel iuris communis: sed alia mitiori pœna erit puniendus, vt ita in specie consuluit Bald. consi. 506. inchoante, cum peteretur, vol. 1. ad limitationem statuti Mediolanensis.

22 Et hinc est, † quòd falsitas, quæ nemini nocet, puniri non posset pœna falsi ordinaria, siue per testem, siue per notarium, vel alium fuerit commissa, & ista est communis opinio, attestante Soc. cons. 103. In facto, & cons. sequenti, vol. 1. & Alexan. consi. 145. Visis, vol. 1. & no. Ias. in l. si ex falsis, col. fin. C. de transact. Dec. cons. 103. nu. 143. & Grammat. decis. 43.

23 Si † autem testis falsum deposuerit in causa ciuili, puniretur quippe l. Cornelia de falsis, secundum Doct. præcitatos, & Bal. in l. præsbyteri, col. 51. C. de epis. & cler. & iuxta modum læsionis, & damni illati, vt concludunt Glo. Henric. Boich.
24 & alij in c. 1. extra de fals. In tantum, † quòd deponens falsum in foro contentioso, non solùm tenetur de falso testimonio: sed etiā de quolibet damno ex illo testimonio contingente, & peccat mortaliter, vt per Docto. præmemoratos, & per Glo. in c. presbyterum, de homicid. & in c. imputari, de reg. iur. lib. 6. & per Nauarrum in Manuali confessorum, cap. 17. §. 52. sub num. 133. in foro verò conscientiæ tenetur solummodo de falso testimonio, secundum communem opinionē omnium Canonistarum in c. 1. de custod. Eucharist. quam quidem communem sententiam sequuntur, & attestantur inibi Docto. & Corsetus in sing. in ver. testis, l'ultimo, incipiente, si aliquis dixit fal-
25 sum. † sed in Regno Neap. in ipsis causis ciuilib. falsus testis, antedictæ Pragmaticæ dispositione puniretur pœna mutilationis manus, & perpetui exilij, & diffusius de falsi testis pęna scribit Petrus Moncada, continuando tractatum Croti de testibus. num. 379. vers. octauo quæro, & Canonistæ in c. querelam, extra de iureiur. & Legistæ in l. qui nomine, ff. de fals.

Item continuando materiam ipsius periurij, sci
26 re oportet, † quòd vasallus fidelitatis sacramentū violans, amissione feudi mulctatur, vt per Glo. & Doct. in cap. 1. de no. forma fideli. & cap. 5. de forma fideli. in vsib. feud. Nec non sacramentum Imperatori datum per subditum, si frangeretur, periurus crimine læsæ maiestatis fieret reus, l. 2. ad legem Iul. maiest. & ibi not. Doct. & Bald. in §. in personam, Instit. de actio. Sed aduerte, quòd non semper pœna mortis puniretur, vel feudo priuaretur, vt per Craue. consi. 224. & sic de singulis casibus est dicendum, quòd prout in quaque re crimen atrocius est, periurium in ea re commissum, seuerius vindicabitur, variæq; pęnę in varijs periurij casibus pro facti qualitate imponentur, vt dixit Bal. in d. l. 2. C. de rebus cred.

27 Et † periurium etiam tantò grauius committitur, quanto illud propter quod iuratur, est sanctius, vt tradit Alcia. in rub. de iureiur. num. 32. & Hosti. in d. summa, vbi exprimit, quòd magis est puniendus, qui super cruce sacrata peierat, quàm qui super cruce non sacrata, vt per tex. in c. periurat, 22. q. 5. & c. mouet, eadem, quæstione prima. Fit etiam grauius periurium quo magis persona, quæ peierat est excellens, vel in maiori dignitate constituta, vt est tex. in c. cum quidam, & ibi Glo. & Doct. notant, extra de iureiur. quatenus ibi in episcopis, qui suum iuramentum sunt transgressi dicit Vrbanus Pontifex, tantò grauius esse vindicandum, quanto maiori præeminent dignitate, eorum exemplo facilius alij poterant ad similia prouocari.

28 Propterea † periuri sunt infames, secundū Bar. & Ang. in l. Lucius, ff. de infamibus, Abb. antiquum, in c. querelam, de iureiur. & Bal. in Marg. ver. periurium, vers. 15. Iacob. Nouel. in reg. 557. Periurus, tomo 2. vbi hoc ponit pro regula cum tribus ampliationibus & tribus etiā limitationibus, & vt infames ipsi periuri, primò à dignitatibus excluduntur, c. infamibus, de reg. iur. Glo. in c. 2. in ver. cunctis, 85. distin. & d. cap. querelam.

Secundò à dignitate, & officio deponūtur, vt per Bal. in d. l. 2. C. de reb. cred. nisi in sex casib. in quibus quippè nō cogitur quis seruare iuramentum, quibus potest absque absolutione contrauenire, nec officio, dignitate, vel bonis priuatur, vt

per Bal. in l.4.eo. titu. Et consequenter ob periu-
rium ipsum amittitur nobilitas.l.quoties. C.de di
gnitatib. & ratio ponitur in l.2.eo. tit. & in l.1.in
fi.C.vbi Senatores, vel Clarissimi.

29 Tertiò † periuri quandoque repelluntur etiam
ab agendo, vt voluerunt Glo. & omnes in c.dile-
cti, extra de excep. Spec. in tit. de excep.§.dicto,
Glo. in c.paruuli. 22.q.5. & Glo. penul. de purg.
cano. Ioan. Petr. Surd. cum alijs signatis per eum
consi.37. Viget,num.1. & vide per Fely.in c.dile-
cti filij,de excep.in princ. Ias.in l.si quis maior, C.
de transact. & Paris. consi.5. num.160. volu.4. &
consi.26. num.5.vol.3. vbi concludit, secundum
30 communem opinionem, † venientem contra id,
quod iuramento promisit, non esse audiendum,
& ab agendo repellendum, nisi absolutionem an
te impetrauerit, quod etiam firmat Ioan. And.in
c.debitores, de iureiur. Doct. & præsertim Fely.
in c.1.num.20. de iureiur. Feder.de Senis, consi.
301. Alex.consi.17.volu.2. Corn.consi.6. volu.1.
31 & Socy.consi.39. num.14.vol.3. † & sic huiusmo
di absolutio à iuramēto post periurium incursum
minimè peti posset: si quidem constituto in mo-
ra debitore, & effecto periuro ob tempus lapsum
soluendi non concederetur aliquo modo ei abso
lutio, & si extitisset petita & cōcessa, nequaquam
releuat absolutum, secundum Doct. præcitatos,
& Innoc. Ant. de But. Abb. & alios in d.c.debi-
tores, Ancha.consi.198.sub num.3. & consi.200.
sub num.4. Afflic. decis.31. sub num.1. & ista est
communis opinio, attestante Parisio in præallega
tis consilijs, Alex. in d.consi.17. sub num.3. Go-
zad.consi.69.num.21. & Fely. in d.cap.1.de iure-
iur. vbi meminit ita vidisse sæpissimè iudicari, &
eam limitat in tribus casibus, & sic in varijs, diuer
sisque causis iudicauit etiam, non semel tantum
sacra Regia Audientia Barensis in anno 1589.

32 Sed aduerte limitando præmissa, † quòd periu
rus audiendus est, si pars non opponeret, vt nota-
tur in l.nam & postea, in prin.ff.de iureiur. & in l.
fratris, C.de transact. Ias.in §.actionum, num.140.
Instit.de actio. & Craue. consi.199. nu.12.vol.1.
Gram. decis. ...

33 Quartò † periurus perdit beneficia omnium le
gum, canonum, & statutorum, quibus standum
esse alicuius iuramento caueretur, vt probat Ias.
in l.si duo patroni, §.fin.col.fin.ff.de iureiur. per-
ditque statim authoritatem sibi à populo conces-
sam de condendis statutis, nisi iusta causa sit in
periurio, vt tenuit Bal.in l.clari.C.de fideicom.

34 Quintò † periurus priuatur beneficio ecclesia-
stico, & dignitate de iure canonicó, secundum
Bal.in l.1.col.1. & in l.sequenti, circa princ. C.de
reb.cred. Doct.in c.cum non ab homine, de iudi.
Imo. in cap. postulasti, de foro compet. Abb. &
alios in d.cap.querelam, & Paris.consi.137.num.
23.volum.4.

35 Sextò † collatio beneficij in periurum homi-
nem est ipso iure nulla, c.cum in cunctis, §.fin. ex-
tra de elect. & tradit Abb. in d.c.querelam, & in
c.cum nostris, extra de conce.præb. & Ias.in d.l.si
duo patroni, §.fi.

36 Septimò † non admittuntur ipsi infames pro-
pter sui odium ad iurādum causa alicuius rei pro-
bandæ, vt per Craue. cons.6.nū.17.& per Pau.de
Cast.cons.463. vol.2. & per alios cateruatim per
nos adductos in Syl. cōmuniū opin.in opin.958.
incip. testis non potest esse periurus, nu.1.cū alijs
seqq. vbi hoc ampliatur, & fusissimè discurritur.

37 Octauò † periurus nō admittitur ad ferendum
testimonium, tam in causis ciuilibus, quàm in cri-
minalibus, nec amplius eius testimonium recipi-
tur, c. testimonium, & c.sicut, & ibi no. extra de
testib. Glo.in c.fi.de iureiur.in 6. & in l.2.§.Iulia-
nus.ff.de testib. & in l.qui cum vno.§.ignominia,
& ibi Bal.ff.de re milit. Ioan. And.in addit. Spec.
in tit.de teste, §.1.num.4. Rom. in l.2.col.9.ff.sol.
matrim. Bal.in auth.ei qui iurat, in prin. per illum
tex. C.de bonis authorit. iud.poss. S. Antoninus
in sua Summa, in 2. parte, cap.6.de periurio, col.
fin.sub versi.quantum ad quartam, Marsi.in sing.
273. Ias. num.117. Ripa, num.56. & Curt. & alij
in l.admonendi, ff.de iureiur.& Doct.omnes vni-
formiter in d.c.testimonium, & Ioan. Cephalus,
cons. 234. sub num.3. cum alijs seqq. volu.2. vbi
etiam consuluit, periurū ipsum nullo modo pos-
se in testem admitti, etiam si cum tortura testifi-
caretur, prout ita firmauit quoque in consi. præ-
cedenti 233.nu.7.& seq. In contrariam vero par-
tem inclinarūt Bar. in l.Imperialis, §.1. C.de nup.
& Bal.titubanter in Marg. in ver.testis, colum.11.
quòd periurus testis esse queat peracta pœniten-
tia. quorum quidem opinio procederet, etiam si
periurus in corde pęniteret, vt voluerunt Bal. in
Marg.in ver. crimen, versi.fin. & Lanfran. in cap.
quoniam contra, in ver.testes, & in ver.subseque-
ter, de proba. sed quicquid fabulentur Doct. isti,
non ob hoc auderem discedere à prædicta com-
muni sententia, quæ roboratur: nam talis testis ca
ret eo, quod est potissimum in teste, scilicet veri-
tate, quæ in teste deberet esse pura, & simplex. c.
pura, 3.q.9. ideo violato semel iuramento, quod
est confirmatorium veritatis, c.& si Christus, de
iureiur. remanet semper suspitio periurij, c.qui-
cunque, 6.q.1. & c.paruuli, 22.q.1. & violato in
vno officio, semper præsumitur defectus in eo-
dem.l.si aliquid, C.de suscep. & archarijs, lib.10.
secundum Doct. omnes in d.c.testimonium, ex-
cepto Zabarel.

38 Nonò † periurus salua conscientia retinere ne-
quit quod de periurio, vel mediante periurio ac-
quisiuit.c.si diligenti, & ibi Doct. de præscrip. Et
denique ipsi periuri puniuntur aliquibus alijs pę-
nis, congestis per Afflic.in d. tract.de iure protho
miseos, §.4.quæst.6. sub num.20. Soc.cons.7. col.
4. volu.3. & per Ias. in d.l.si duo patroni, §.fin.ff.
de iureiur.

39 Proinde cauendum suadeo à periurio, † quia
periurus tenetur, & debet facere pęnitentiam se-
ptem annis, d.c.quicunque, 6.q.1. Glo.& Abb.in
c.sicut, de testam. vbi exprimit, quòd pro crimine
isto potest durior imponi à sacerdote pęnitentia,
quàm pro alio peccato mortali, scilicet quòd bis
in hebdomada ieiunet, & tot pauperes alat. & de
40 hoc nihil mirādum est, † siquidem periurium est
maius adulterio, vtpote quia periurio ipso offen-

ditur Deus, & adulterio proximus, secundũ Car. in clem. 1. 13. q. de iureiur.

4 Imò † periurium, quo ad Deum optimum maximum, grauius crimen est homicidio, vt per Bartol. consi. 217. Ad declarationem, Craue. consi. 206. num. 18. volu. 1. Licèt mitius puniatur pęnitens propter nimiam Dei misericordiam, vt firmat Card. in d. clem. 1. §. fin. quæst. 14. de iureiur. ideo periurium ipsum non deberet quis incurrere modo aliquo pro temporali commodo, vt aduertit Spec. de actio. seu petit. §. 4. ver. quod si forte, & tex. in c. fin. 22. q. 1. imò potius omnia mala temporalia pati deberet, quàm malo animæ consentire, cap. suscepimus, de homic. & cap. ita ne, 32. quæst. 5.

ARGVMENTVM.

Quòd non debeat citari ad informandũ aliquis, nisi cęperit constare de delicto: sic etiam non debet capi aliquis, & de poena iudicum citantium & expedientium capturam absque quòd constiterit de delicto.

SVMMARIVM.

1 *Citatio ad informandũ hodie in Regno quomodo contra delinquentes expedienda relaxandaq; sit.*

2 *Proceditur ex officio contra reum in Regno, nisi pęna mortis naturalis, ciuilis, vel membri abscissio veniat imponenda.*

3 *Turbans aliquem absque vi & violentia super tenore querelæ ad respondendum citari debet.*

4 *Citatio ad informandum modici præiudicij dicitur, ad foriudicandum vero maximi.*

5 *Captura sufficientibus ad torturam inditijs non apparentibus concedi nequit.*

6 *Iudex temerè innocentem capiens puniendus, dubitans vero ne in sindicatu damnum patiatur debet cum satisdatione de parendo mandatis suis relaxare, num. 8.*

7 *Citatio vitiosa vbi inualida & nulla, contumaciam non inducit: nec valet processus in citati præiudicium fabricatus.*

9 *Iudex capturam denegans punitur, in sindicatuque conueniri potest; nec à parte in criminalibus ad delinquentis nisi prius reputati contumacis capturam cogitur.*

DECISIO CXXI.

1 CITATIO † ad informãdum non periudicem expediri, relaxarique non potest contra delinquentes hodie in Regno, nisi visa prius, diligentissimeque per eum etiam recognita informatione, & in causis pariter magni momenti criminalibus, in quibus inditia vrgeãt pro tortura inferenda, vt extat Prag. 39. Philippus, in titu. de offi. iustitiarij, seu magnæ Curiæ Vicariæ, in princ. vbi disponit, citationem ipsam relaxandam aliter nõ fore sine causa, sed potius mediante forma, admonitioneque tradita in alijs Regni iuribus.

2 Et de hoc mirandum profectò non est: † quoniam ex officio hodie regulariter in Regno minimè proceditur contra reũ, nisi in casibus, in quibus imponenda veniat pęna mortis naturalis, vel ciuilis, vel abscisio membri, vt in capit. Regni 235. vt delatas, vbi Ioan. Anto. de Nigris, sub nume. 4. & seq.

3 Est tamen bene verum, † quòd in alijs quibuscunque casibus leuioribus, & pręsertim super turbata possessione, absque vi & violentia occursa, turbans debet citari ad respondendum super tenore querelæ, contra eum propositæ, vt ita practicatur, & obseruatur quotidie in Regno ipso.

4 Et † quamuis citatio ad informandum expediri nequeat, nisi seruata iuris forma: tamen illa dicitur in omnem euentum modici præiudicij: citatio vero ad foriudicandum maximi, & irreparabilis pręiudicij, vt discurrit accuratissimè quidem more suo D. Vincen. de Franch. in decis. 329. Citato Antonio, nu. 6. in 2. par.

Et quemadmodum citatio expediri nequit, nisi prius cęperit de delicto constare, modo iam ex-
5 presso: † ita etiam captura pariformiter minimè contra aliquem delinquentem relaxanda est ad simplicem nutum accusatoris, cum tunc non apparentibus sufficiẽtibus ad torturam inditijs, concedi nunquam posset licentia, seu mandatum de capiendo, ita Archi. Ioan. And. Gemin. & cæteri vniformiter omnes in c. si clericos, per illum tex. de sent. excommu. in 6. Bal. in l. quod euitandi, in fi. C. de condi. ob turp. causam, Caraui. in ritu 39. Item quòd locumtenens dictæ magnę Curię, sub num. 10. & seq. & Ioan. Ant. de Nigris eminentiori fastigio & apparatu in c. Regni, subditorum nostrorum, sub num. 95. & seqq. vbi perhibet non absque fundamento istam esse communem omnium in iure scribentium conclusionem, & sequi tur etiam in cap. 140. ab illo inchoandum, sub nu
6 me. 37. & seq. † Imo iudex capiẽs temerè quidem innocentem puniendus dubio procul foret, ex rationibus adductis per Parid. de Put. in tracta. de syndicatu, in ver. captura, c. 1. num. 14. & cap. seq. num. 3. & firmat etiam Bal. per tex. ibi, in l. 1. C. de his qui latro.

Vnde ex his omnibus (ne incassum labore-
7 mus) resultat vtilitas isthæc, † quòd vbicunque citatio foret vitiosa, tunc absque dubitatione aliqua, vti inualida, & nulla non induceret contumaciam, vt concedit Nellus de Santo Gemin. in tract. de bannitis, in rub. quæ solennitates requirantur in banniendo, in 3. par. tertij temporis, nu. 2. Bal. in auth. si omnes, num. 8. C. si vt se ab hæredi. absti. vbi concludit, quòd vbicunque citatio foret vitiosa, minimè valeret, ac teneret processus in præiudicium citati fabricatus.

8 Cæterum † iudex faciens aliquem iniustè capi, ob quod equidem dubitet, ne aliqua sibi inferatur molestia in sindicatu, debet ad euitandũ tunc quamcunque vexationem relaxare eum cum satisdatione de parendo mandatis suis, vt firmat & insimul aduertit Soci. in l. fideiussor, §. si quis, nu. 5. ff. qui satisd. cog.

Et quemadmodum capiens innocentem puniendus

9 niendus est, † ita capturam denegans iudex, potest absque dubitatione aliqua similiter conueniri in syndicatu, secundum Soci. in l.plerique, nu. 18. ff. de in ius vocan. & Paridem de Put. in tract. de syndicatu, in ver.captura, c.2.sub num. 1.in fi. taliter quòd iudex ipse cogi non posset de iure vllo quidem modo à parte in criminalibus, ad capturam delinquentis, nisi eo prius solenniter reputato contumace, ita Bart. in l.consentaneum, C.quomodo & quando iudex, & Paris de Put. in loco antesignato.

ARGVMENTVM.

Non potest transigi super crimine adulterij, & multa dicuntur super crimine hoc.

SVMMARIVM.

1 *Adulterium maius est omnibus alijs criminibus, & super eo transigi non potest.*
2 *Homo alicuius honestatis debet potius pati mortem, quàm committi adulterium cum vxore.*
3 *Adulterium non dicitur alijs maius delictũ, nisi propter eius frequentiam.*
4 *Adulterij malum vincit fornicationem, sed vincitur ab incestu, verum horum omnium pessimum est, quod fit contra naturam.*
5 *Nati de adulterio non in fide stabiles, nec in bello seculari costantes.*
6 *Filij adulterorum in consumatione erunt, & ab iniquo thoro semen exterminabitur.*
7 *Filij adulteræ non tradent radices & rami eius non dabunt fructum.*
8 *Adulteriũ est de his, quæ sunt difficilis probationis.*
9 *Adulterium probari per introitum scholaris.*
10 *Oculus Dei omnia videt.*
11 *Adulteri ad adulterium occultandum frequenter solent inter se coniuges vocari.*
12 *Testes inhabiles admittuntur ad probandum adulterium, & alia delicta, quæ secreto fiunt.*
13 *Crimina omnia ex adulterio proficisci.*
14 *Vxor adultera præsumitur conscia de morte mariti. Et fugiens cum interfectoribus mariti facit magnam suspitionem etiam de delicto. nu. 15.*
16 *Affinitas inter mortuum, & inquisitum, respectu matrimonij tollit sinistram suspitionem, quæ ex parte fisci prætenderetur.*
17 *Adulterium coniux coniugi non opponit.*
18 *Maritus vxorem de adulterio accusare non potest, vbicunque eam adulterandam tradiderit.*
19 *Adulteriũ celans vxoris, patronus est turpitudinis.*
20 *Vxorem in adulterio perseuerantem retinens, fatuus est.*
21 *Vxor violenter oppressa, de adulterio per maritum accusari non potest.*
22 *Vxor de adulterio per maritum accusari non potest, vbicunque ignoranter cognita fuerit ab illo fraudulenter, quem suum virum credebat.*
23 *Adulterium non posset obijci vxori, quoties virum suum absentem putaret mortuum, & alij nupserit.*
24 *Maritus contra vxorem querelã non potest de adulterio proponere, cũ post ipsum recõciliata fuerit sibi.*

DECISIO CXXII.

1 ADVLTERIVM † malus est omnibus alijs
criminibus, super quo transigi non po-
test, vt l.transigere, C.de transac. & pro-
batur etiam in l.isti quidem, ff.de eo quod metus
2 causa. Vbi † homo alicuius honestatis, debet po-
tius pati mortem, quàm committi adulteriũ cum
vxore, facit ad hoc l.codicillis, §.matre, ff.de leg.
2.& sic scribit Isydorus in epistola elementorum,
Quid in omnibus peccatis est adulterio grauius?
secundum namq; in pęnis obtinet locum, quem
quidem primum illi habent qui aberrant à Deo
3 si sobriè vixerint. Sed † adulterium ipsum non di
citur maius delictũ alijs, nisi propter eius frequen
tiam, ita Abb. in c. at si clerici, §.de adulterijs, in 3.
not.de iudicijs. Est bene verum, secundum Au-
gust in lib.de adulterinis coniugijs, lib. 1.& habe-
4 tur in c.quemadmodum, 32.q.7. † quod adulte-
rij malum vincit fornicationem, sed vincitur ab
incestu: peius est enim cum matre, quàm cum alie
na vxore concumbere, verum omniũ horum est
pessimũ, quod contra naturam fit: vt si vir mem
bro mulieris nõ ad hoc concesso voluerit vti: vsus
enim naturalis si vltra modum prolabitur in vxo-
re quidem veniale peccatũ est: in meretrice dam
nabile: sed istud quod contra naturam est, execra
bilior fit in meretrice: verum execrabilius in vxo
re. tãtum enim valet ordinatio creatoris, & ordo
naturæ, vt in rebus ad vtendum concessis, etiam
cũ modus exceditur, longè tolerabilius fit, quam
in eis, quæ concessa non sunt vel vnus vel rarus
excessus.
5 Et hinc aduerte, † quòd de adulterio nati, nec
sunt in fide stabiles, nec in bello seculari constan-
tes, cap.si gens, 56.distin. Bal. in l. 1.col.3.C.de his
qui pęnæ nom. Tibe. Decia.consi.91. Considera-
tis, sub nu.21.vol.2.
6 Imò vt habetur Sapientiæ, cap.3. † filij adulte-
rorum in cõsumatione erunt, & ab iniquo thoro
semen exterminabitur, & si qui longę vitæ erunt
in nihilum computabuntur, & sine honore erit
nouissima senectus illorum.
7 Et dicitur etiam Ecclesiastici cap.23. † non tra-
dent filij adulteræ radices, & rami eius non dabũt
fructum, derelinquent in maledictũ memoriam
eius, & dedecus illius nõ delebitur, & agnoscent
qui derelicti sunt: quoniã nihil melius est, quàm
timor Dei, & nihil dulcius, quàm respicere in mã
datis Domini.
8 Verùm enimuerò † adulterium ipsum, est de
his quæ sunt difficilis probationis, iuxta notata in
9 c.literas, & in c.literis, de probat. Et hinc † per in-
troitũ scholaris probari dixit Bal. in l.natales. C.
de probat.in princ. Bart.& alij in l.capite quinto,
de adult.& Marsi.cum alijs aggregatis per eum in
rub.de probatio.num.8.& 238.& Foller.in pract.
crim. in ver.capiatur infor. sub nu.23.& seq. Vn-
de ad propositum dicitur Ecclesiastici cap.23.om
nis homo qui transgreditur lectum suum cõtem-
nens in animã suam, & dicens, quis me videt? te
nebræ circundant me, & parietes cooperiunt me
& nemo circumspicit me, quem vereor? delicto-

rum meorũ non memorabitur altissimus, & non to intellexit. Quoniam † omnia videt oculus illius, & oculi domini multo plus lucidiores sunt super solem, & circumspicientes omnes vias hominum, & profundum abyssi, & hominũ corda intuentes in abscõditas partes: domino enim Deo antequã crearentur omnia, sunt agnita: sic & post perfe-
11 ctum respicit omnia. Et inde est, † quòd adulte ri, ad occultandum adulterium consueuere inter se frequẽter, coniuges vocari, vt aduertit prudentissimè quidem Innoc. in c. ex parte M. col. fin. de
12 rest. spol. Et hinc est etiã, † quòd ad probandum adulterium, & cætera delicta, quæ secretò sui natura committuntur, admittuntur quoque testes inhabiles, vt est adulterare. l. ex consensu, §. super plagijs, C. de repud. falsare monetam, & venenare aliquem. ita Bal. in l. 3. C. de episc. aud. & Alexan. consi. 77. In causa accusationis, volu. 1. & sic aliàs iudicauit, non semel tantum sacra Audientia Barensis, in anno 1589. & sequenti, in causis in ea tunc decisis.

In tantum, quòd de muliere adultera, redeundo ad institutum nostrum, omnia mala præsumũ
13 tur: † quia ex adulterio omnia crimina proficiscuntur. ita Salyc. in rubr. C. de probat. cum alijs cõgestis per Nouel. in pract. in ti. de adult. in prin. Est nãque adulterium, maximũ delictum. Mich. Calido. in rub. de iudic. num. 56. & est detestabile in vtroque testamento. Stephan. de Gaeta in c. ad limina, 30. q. 1. §. 5. num. 220.
14 Imò † mulier adultera præsumitur conscia de morte mariti, vt vbertim post Barthol. Cæpol. & alios concludit Boer. in decisio. 262. nume. 9.
15 Prout † mulier cum interfectoribus mariti fugiens, de delicto tunc magnam inducit quoque suspitionem, vt per Alexan. de Neuo, consil. 17. Vidi quæ elegantissimè, num. 6.
16 Est bene verum, † quòd affinitas quæ reperiatur inter mortuum, & inquisitum, respectu matri monij, tolleret regulariter omnem sinistram suspi tionem, & præsumptionem, si qua prætenderetur ex parte fisci. ita Io. de Amic. cõsi. 122. nu. 31. & Modern. cõsi. 90. inter consi. crim. diuers. lib. 2.
17 Sed adulterium † in omnem euentum coniux coniugi non opponit, & sic vir non potest vxori adulterium ipsum obijcere, si ipse sit, reperiaturque in simili delicto, vt in c. intelleximus, de adul. & stup. & August. in lib. de adult. coniug. & habetur in c. indignãtur. 32. q. 6. vbi dicitur: Indignantur mariti, si audiãt adulteros viros pendere similes adulteris fœminis pœnas: cum tanto grauius eos puniri oportuerit, quanto magis ad eos perti net & virtute vincere, & exẽplo regere fœminas. Et hoc idẽ videtur asserere Aristoteles in lib. Eco nomicorum, quòd vir non debet iniuriari fœmi næ, ne fœmina iniurietur sibi: & iniuria est fœmi næ coire cum extranea muliere, & è conuerso. Vnde si mulier cognouerit sibi iustũ & fidelem virum, & ipsa etiam iusta, & fidelis erit. Et firmat etiam Augustin. in lib. de Sermone Domini in monte, & de verbis Domini, tractatu 48. & de decem Cordis, quod si quis fornicationis causa vellet abijcere vxorem suam, prius deberet esse à for nicatione purgatus & immunis: quod similiter etiam de fœmina.
18 Secundò † minimè vir accusare posset vxorem suam de adulterio, nec contra eam pro huiusmodi re querelam proponere, vbicũque ipsam vxorem tradiderit adulterandam. c. discretionem, de
19 eo qui cognouit consang. vxo. suæ. † Nam etiam adulterium cęlans vxoris, patronus est turpitudi-
20 nis, cap. 1. & cap. apud. 32. quæst. 1. Imò † vxorem perseuerãtem in adulterio qui retinet, fatuus est, c. 1. 32. quæst. 1.
21 Tertiò † nec accusari posset per maritum vxor de adulterio, vbicumque illa violenter fuerit oppressa. l. vim passa. ff. ad leg. Iul. de adult.
22 Quartò † vir non opponit adulterium vxori, quotiescunque ea ignoranter cognita fuerit ab il lo, quem credebat virum suum fraudolenter. arg. c. in lectum. 34. q. 1.
23 Quintò † adulterium ipsum obijci non posset vxori, quando illa autumans virum suum absentem mortuum esse, alij nupserit, c. cum per bellicam, 34. q. 2.
24 Sextò † vir querelam proponere cõtra vxorem nequiret de adulterio, si post adulterium reconci liauerit eam sibi, c. quemadmodum, de iureiuran. c. si illic. 23. q. 4. & Glo. in cap. intelleximus, de adulter. & stupro.

ARGVMENTVM.

Non debet aduocatus pro vili pretio aduocare, sed debet tenere competentiam, & multa alia requisita in aduocato.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus aduocans pro modico salario est vilis, & contemptibilis reputatur.*
2 *Aduocatus quæ circa competens salarium obseruare debeat.*
3 *Aduocatus plusquam latro reputaretur si recipiat salarium, & pro viribus clientulum nõ defenderet, & mortaliter etiam peccaret.*
4 *Aduocati perfidi nuncupantur non defendentes plena fide clientulos.*
5 *Aduocati bestiales merito vocari possunt, dum clien tulo victoriam promittunt.*
6 *Dubius est litis euentus.*
7 *Aduocatus sciens suum clientem iniustam fouere causam potest licitè aduersarium suum decipere.*
8 *Regula fallit, vbi suadet æquitas.*
9 *Carceratus iniustè, & postmodũ relaxatus, cũ pacto de redeundo, nõ tenetur aliter redire ẽt si iurasset.*
10 *Aduocatus quemadmodum ex causa potest decipere aduersarium, ita etiam ipsi aduocato minimè debet obstare pudor, vt susceptam iam causam tractu temporis iniustam repertam dimittat.*
11 *Aduocatus prius suo iure firmato, debet postea ius aduersarij impugnare.*
12 *Aduocatus miti relatione, non tumultuosa voce teuetur factum proponere.*
13 *Aduocatus non debet vti verbis procacibus, & improbis.*

Antiqui,

14 Antiqui, forensem eloquentiam, caninam facundiam nuncupabant.
15 Religiosorum aures non debent sustinere disputationes aduocatorum, & pugnas verborum magis ad subuersionem, quàm ad inuentionem veritatis aptorum.
16 Silentium etiam ipsum venale est apud causidicos, & lingua eorum damnifica.
17 Aduocatus non debet lucro, sed iustitiæ intendere.
18 Aduocatus iustus a nullo iniustas causas accipit: nec verba dare pro iustitia consistit.
19 Qui pecunia mediante ad illicitam rem adduci, & moueri nequit, in catalogo Sanctorum describi posset.
20 Beatus est, qui excutit manus suas ab omni munere.
21 Testis citius pretio, quàm prece corrumpitur.
22 Grauius punitur illud quod fit cũ pecunia, quã sine.
23 Pecunia si in aurem iudicis, vel aduocati susurret, vel vbi numus loquitur omnia prosternuntur.
24 Aduocatorum bonorũ vita melior esse debet, quàm Fratrum Prędicatorum, vel aliorum quorum vis religiosorum. Et ferè æquiparantur confessori Sacerdoti. Et reuelans parti aduersæ iura clientis sui, punitur pœna falsi.
25 Aduocatus debet ad sum finem respicere.
26 Prudentia in aduocatis, & prælatis est necessaria, & circa quid consistat, nu. 27.
28 Superbia, & ambitio tanquam ignis, & infernus in aduocatis fugienda.
29 Superbia, reproborum euidentissimi signum.
30 Superbia, omnis peccati initium, omnis mali radix, & omnium vitiorum regina.
31 Iurgia sunt semper apud superbos.
32 Superbiæ initium hominis est apostatare à Deo.
33 Superbire, est quasi supra ire.
34 Superbiæ septem proprietates.
35 Nabucodonosor propter superbiam mutatus in bestiam.
36 Ambitio est ad honores mundi sine suffragio temporis, sine merito laboris velle promoueri.
37 Per aduocatos importuna indulgentia in amicos, & affines, & consanguineos est fugienda. & isthac indulgentia quid sit, nu. 38.
39 Odium tanquã monstrum per aduocatos vitandum.
40 Amor, odium, & proprium commodum sæpe faciũt iudicem non cognoscere verum.
41 Timor seruilis, & potentiorum potestas contemnenda est per aduocatos, & quis sit talis timor, nu. 45.
42 Timidus in rebus dubijs nauta non erit.
43 Metus, cupiditas, & ægritudo sunt tres pestes quæ omnes homines sollicitant.
44 Timidus est, qui cuncta fugit, & formidat, nullique resistit.
46 Scientia in aduocatis necessaria est, & eius effectus. num. 47.
48 Scire est rem per causam cognoscere, & felix qui potuit rerum cognoscere causas, nu. 51.
49 Auicennam tria fecerunt errare.
50 Scientia, & intellectu quid melius, nisi Deus.
52 Ea quæ scimus, sunt minima pars eorum, quæ ignoramus.
53 Aduocatus quis esse non debet, nisi peritiam literarum habeat, quamuis sit peritus in exercitio.
54 Eloquentia sobria, & moderata in aduocato necessaria.
55 Rhetorica quid doceat.
56 Eloquens quis sit.
57 Memoriam in aduocato requiri: & quid sit, num. 58. Qualis fuerit in Hortensio, 59. In Mithridate, 60. In Iulio Cęsare, 61. In Themistocle, 62.

DECISIO CXXIII.

1 ADVOCATVS † aduocans pro modico sa-
lario, est vilis, & contemptibilis reputan
2 dus, c. 3. 3. q. 7. Nam † aduocatus ipse
debet seruare competentiã in salario, secundum
magnitudinem causæ, & laboris, & secundum facundiam suam, & fori consuetudinem, ita Placentin. in tracta. de iudicijs, de honorarijs aduocatorum, titu. 14. num. 2. & seq. & est tex. in l. quisquis vult esse causidicus, C. de postul. & c. si quis adeo, 3. q. 7. ibi, vt non ad turpe compendium, & stipendium deforme hæc arripiatur occasio: quia si lucro, pecuniaq; capiantur, veluti abrecti, atque degeneres inter vilissimos numerabuntur, arg. c. cõcesso, 12. q. 2. & c. de multa, in fi. extra, de præben. nam is gradus cæteros antecedat, quem stipendia longiora, & labor prolixior fecerant anteire. l. nemo, C. de offic. mag. offic. l. 1. §. in honorarijs, ff. de var. & extraord. cog. & c. miramur. 51. distin. vbi tex. Leonis Papæ dicit, merito patrum beatorum venerabiles sanctiones sacris administrationibus idoneos censuerunt, quorum omnis ætas à puerilibus exordijs, vsque ad perfectiores annos per disciplinæ ecclesiasticæ stipendia cucurrisset, vt vnicuique testimonium prior vita præberet, nec potest de eius prouectione dubitari, cui pro laboribus multis, pro moribus castis, pro actionib. strenuis, celsioris loci præmium debetur. Si enim ad honores mundi, sine suffragio temporis, sine merito laboris, indignũ est prouehi, & notari ambitus solent, quos probitatis documenta non adiuuant, quàm diligens, & quàm prudens habenda est dispensatio diuinorum munerum & cęlestium dignitatum.
3 Sed † si aduocatus ipse reciperet salarium, &
clientulum pro viribus non defenderet, peccaret mortaliter, & reputaretur etiam plusquam latro, c. irreligiosum, 87. distin. & à quibus alijs aduocatus abstinere, cauereque debeat, docet etiam Io. à Grassis in arbore iudiciorum, in 2. principali, de
4 radicibus arboris designantibus causam. † cõpertum namque est, aduocatos perfidos nuncupari, non defendentes plena fide clientulos, vt per B. Ioan. de Capistrano in Speculo conscientiæ, in 2. par. num. 55. posito in 1. tomo Tractatuum im-
5 pressorum in anno 1584. Imò † etiã bestiales merito quidẽ vocari possunt quoque aduocati promittentes victoriã clientulo: cum cauere debeãt tanquam ab igne huiuscemodi promissionem fa-
6 cere, † stante incerto, dubioq; litis euentu. l. quod
debetur, ff. de peculio. Io. de Grassis in d. arbore iudiciorum, in 2. principali, de radicibus arboris, designantibus causam, obligationẽ & actionem, nume. 15. & ita aliàs iudicauit Regia Audientia Apuliæ,

Apuliæ, in anno 1584. condemnando quendam procuratorem ad restituendum pecuniam acceptam iure reluctante à suo cliente de Terra Collis Torti.

7 Est tamen bene verum, † quòd aduocatus qui scit clientem suum iustam fouere causam, potest licitè decipere aduersarium suum, vt vincat, victoriamque reportet. Glos. est in c. dominus noster. 23. q. 11. Archid. in c. vtile. 22. q. 2. Felin. in c. afferte, in 1. no. de præsumpt. Io. Ant. Rub. consi. 13. Viso eleganti, nu. 11. & Alc. consi. 6. cum cau sæ læsæ maiestatis, nu. 3. tomo 2. lib. 7. Vrsil. in addit. Afflic. decis. 113. sub num. 4. Cotta in memo riali, in ver. dolum bonum, post medium. vers. &

8 dicit in proposito. Et sic ineptū quidem est, † non fallere regulam, si æquitas suadeat. ita glo. in Authent. vt sine prohib. matr. debi. Grammat. decis. 55. num. 4.

9 Nec non † licitum est etiā decipere illum, qui mihi iniuriam intulit. Exemplum, si iniustè detrusus extiti in carceribus, & post modum relaxatus cum pacto de redeundo: tunc ego non teneor aliter redire, licèt etiā iurassem. Glo. est notabilis, & communiter approbata in clem. pastoralis, in ver. per violentiam, de re iud.

10 Et † quemadmodum aduocatus ex causa potest decipere aduersarium: ita ipsi aduocato minimè obstare debet pudor, vt susceptam iam cau sam, cognita veritate tractu temporis, illam iniustam esse dimittat, prout in foro conscientiæ cau sam ipsam penitus, & omnino deserere tenetur, vt probat, & firmat Anto. Massæ Gal. in tracta. de exercitio iurisper. in 3. lib. nu. 13. & seq. & est tex. in l. rem non nouam. §. patroni, C. de iudic. quem vocat aureum Io. de Grassis in arbore iudiciorū. in 2. principali de radicibus arboris designātibus causam, sub num. 15. & hinc est, quòd aduocati partium ingressuri iudicium super iudicij fundamento, cū gerant pondus diei, & æstus, teste Spec. de aduocat. §. consequenter, aduertere debent.

11 Cæterùm † aduocatus debet primò ius suum firmare, ac stabilire, deinde ius aduersarij impugnare. ita Glos. in cap. Abbate, de senten. & re iudicata, lib. 6.

12 Et hinc est, † quòd aduocatus miti relatione, non tumultuosa voce tenetur factum proponere, c. duodecim, in fi. & c. seq. §. debet ergo. 5. q. 4.

13 Et consequenter † aduocatus ipse non debet vti verbis procacibus, & improbis. l. fin. §. in frustratorijs, C. de appel. imò aduocatus procax est infamis, c. infamis. §. tria. 3. q. 7. & nepos de Monte Albano in tract. de exceptionib. contra aduocatos, art. 10. nu. 7. Nam secundum Isydorum, lib. 3.

14 de summo bono, † antiqui forensem eloquentiam, caninam facundiā nuncupabant, eo quod causidici in certaminibus causarum, omissis, quæ agunt, veluti canes alterutrum se se lacerant, iurgiaque causarum ad iniurias suas commutant. Quare Bernar. ad Eugenium, lib. 1. c. 9. ita ad

15 propositum aiebat scribebatque: † miror namque quomodo religiosæ aures tuæ audire sustinent huiusmodi disputationes aduocatorum, & pugnas verborum, quæ magis ad subuersionem, quàm ad inuentionem proficiunt veritatis: nihil enim ita absque labore manifestam facit veritatem, sicut breuis, & pura narratio: præscinde ergo linguas vaniloquas, & labia dolosa claude, hi sunt qui docuerūt linguas suas loqui mendaciū, diserti aduersus iustitiam, eruditi pro falsitate sapientes sunt, vt faciant malum eloquentes, vt verū impugnent. Imò secundum eundem Bernar.

16 vbi supra, † apud causidicos etiam ipsum silentium venale est, ac lingua eorum damnifica, nisi funibus argenteis ligatur.

17 In tantum, † q aduocatus nō debet lucro, sed iustitiæ intēdere. c. infames, §. apud Vrbem, 3. q. 3.

18 Nam † iustus aduocatus, secundum Gregor. super Ezechielem, à nullo iniustas causas accipit, nec verba dare pro iustitia consistit.

Et hinc toto tēpore, quo versor (Deo annuēte) in hac legali scientia, asserere semper solitus sum, & in præsentiarum in præsenti speculatione, hoc

19 idem etiā repeto, † quòd in catalogo Sanctorum describi meritò ille posset, qui ad illicitā rem, pe-

20 cunia mediante moueri, adduciq; nequiret. † merito itaque Esa. cap. 185. vocabat beatum, qui excutiebat manus suas ab omni munere, & habetur etiam in c. sunt nonnulli, 1. q. 1. & declarat Gregor. in tracta. Euangeliorum, Guliel. Redoan. in tracta. de simonia mentali, cap. 7. num. 6. in 2. par.

21 Et inde est, † quòd citius corrūpitur testis pretio quam prece. c. pauper 11. q. 3. & apertius hoc explicat Isydorus in lib. 1. de summo bono. ita ibi asserens, quod tres sunt munerum acceptiones, quibus contra iustitiam humana vanitas militat: fauor amicitiarum, adulatio laudis, & corporalis acceptio muneris: facilius autem peruertitur animus rei corporeę munere, quā fauore, atq; laude.

22 Ideo † grauius punitur illud quod fit cum pecunia, quàm fine. l. Cicero. ff. de pœnis. & hoc facit, secundum Bar. ibi, contra assessores, qui accepto pretio aliquid faciunt, & de materia d. l. Cicero, vide c. 1. de homicid. & Ange. consi. 14.

Vnde secundum Allanum de conquestione,

23 seu complanctu naturæ, † si in aurem iudicis, vel aduocati susurret pecunia; Orphei lyra, carmen Amphionis, musa Virgilij, voce pecuniæ suffocantur. quid plura? vbi numus loquitur, Tulliani eloquij tuba raucescit; vbi numus militat, Hectoreæ militię fulgura compescuntur; vbi pugnat pe cunia, virtus expugnatur Herculea, numus vincit, numus regnat, numus imperat vniuersis. Iac. Benaudus in addi. Ioan. de Terra Rubea, in tract. cōtra rebelles suorum Regum, in 8. artic. 3. tract. in addi. in ver. rebelliones, sub li. pecunias.

24 Et quamuis non ignorem † officium aduocato rum meritorium, & vitam bonorum aduocatorum, etiam meliorem debere esse, quàm fratrum Prædicatorum, vel aliorum quorumuis religiosorum, teste Io. Bapt. Caccialupo cum alijs aggrega tis per eum in tract. de aduocatis, in 2. quæst. nu. 1. cum alijs seqq. Borgnin. Caualcan. decis. 33. Proponitur in facto, num. 21. & seq. in 1. par. Placent. in tracta. titu. 2. de aduocatis, vbi indicat quoque qui propriè dicātur aduocati, & Rolan. consi. 36. Illustris domine, num. 3. & seqq. vol. 3. tamen omnes

nes nos miseri,cũ in ijsdem fluctibus nauigemus,
eodemque iactemur vento,& eadem procella,pe
riculo, calamitate, atque fortuna periclitemur,
spectat nempe ad eam sapientiam,qua nos excel-
limus,solidam gloriam,non aliunde,quàm à vir-
tute pendere: & sic decet animum inducere, ve-
rum decus aduocatorum in varijs nempe virtuti-
bus situm esse. Et hinc non immeritò aduocatus
ferè æquiparatur Sacerdoti confessionem audien
ti, qui eam propalare non debet,vt per Spec.in ti.
de aduocat.§.nunc tractemus,Tiber.Decian.con
sil.93.Circa primum,nu.211.volum.2.Imò aduo
catus ipse reuelans parti aduersæ iura sui clientis,
punitur pœna falsi. l.1. §.is qui, ff.de fals. Rolan.
consi.36.nu.23.vol.3.

25 Primum † itaque aduocatus ad finem respice-
re suum tenetur, cuius gratia summi Dei proui-
dentia huiusce artis præsidium inter homines ma
ximè vigere voluit. facilè enim non alium esse in
telliget, quàm vt tenuiores à potẽtioribus defen-
dantur, vt vtar verbis Lancellotti Politi in tract.
de officio aduocati, post princip. Nam teste Gre-
gor.in pastorali,offerenda est eis consolatio,quos
caminus paupertatis excoquit. atque illis inferen
dus est timor, quos consolatio gloriæ tempora-
lis extollit.

26 Secundò † videtur etiam necessaria prudentia
in aduocatis, & in prælatis quoque.§.1.36.distin.
27 Prudentia † enim Doctorum, atque Pręlatorum
debet esse, non solùm in literarum peritia, sed ẽt
in negociorum secularium solertia, d.cap.1. & c.
ignorantia,38.distinc.& hinc conclude, quod se-
cundum Aristotel.in 6.lib.Ethicorum,impossibi
le est prudentiam non existere bonum. pruden-
tia enim sicut architector virtutũ est, vt per eun-
dem Aristotel. magnorum moralium lib.1. c.81.
imo teste eodem,lib.11.cap.8. dictorum magno-
rum moralium: Neque absque prudentia aliæ vir
tutes fiunt, neque prudentia perfecta est absque
alijs virtutibus: sed cooperantur quodammodo
ad se inuicem consequentes prudentiam. itaque
secundum Poggium,lib.11.de vita Cyri ex Zeno
phonte traducta,nullius virtutis vsum absq; pru-
dentia vtilem esse: nullosque quicumque hi fue-
rint ciues procul à prudentia posse neque publi-
cis,neque priuatis in rebus boni viri officium prę
stare, amicos quoque gratiores efficere, pruden-
tia, & vtiliores ministros. in tantum, vt concedit
Cicero lib.1.de diuinatione; prudentes possu-
mus dicere, id est prouidentes, & hinc firmabat
Martialis,lib.12.ad Bethim.

Qui sua metitur pondera ferre potest.

Et Iuuen. Satyra 10.

Nullum numen abest, si sit prudentia, sed te
Nos facimus Fortuna Deam, celoq; locamus.

Nam attestante Poggio,lib.4.de vita Cyri ex Ze-
nophonte traducta,sicut videtur esse fortissimus,
qui plurimos hostium pugnando ceperit,ita cum
id est persuadendum, qui plures in suam traxerit
sententiam, eloquentissimus, ac prudentissimus
extimatur.

28 Tertiò † in aduocatis vitanda est etiam super-
bia, & ambitio tanquam ignis & infernus: nam
teste Iacobo Canonicę cap.4.superbis Deus resi-
29 stit,humilibus autem dat gratiam. Itaque † eui-
dentissimum signum reproborum est superbia,
30 ita Greg.lib.34.Moralium. Cum † illa re ipsa om
nis peccati sit initium, vt per Iob 15. & Aug. su-
per Genesim,lib.11.imo radix quippe cuncti ma
li, & regina omnium vitiorum superbia est, atte-
stante Greg.lib.31. Moralium. Et de hoc miran-
31 dum non est:† nam inter superbos semper iurgia
sunt, Ecclesiastici cap.10. vbi exprimitur etiam,
32 quòd † initium superbiæ hominis est apostatare
à Deo,& no. Aug. super Psalmo illo, Et emunda-
bor à delicto maximo. Et sic ne ignorentur ter-
33 mini pręsentis speculationis,animaduerte,† q̃ su
perbire, est quasi supra ire. Prouerbiorum c.13.
34 Et consequenter † primò superbia est,alijs se prę
ferre,c.Constantinopolitana.22.distin. Secundò
varias opiniones ex scripturis sacris cõfingere. c.si
quis virorũ.§.item hęc scripsimus,30.dist. Tertiò
subditos non cũ beneuolentia, sed cũ asperitate
corrigere. c.licet nonnunquam, 45.dist. Quartò
arroganter alios instruere.c.hoc habet.46.distin.
& c.recedite.45.dist. Quintò occasione habitus,
vel religionis simpliciores quosque despicere.c.si
quis per superbiam. 30.dist. & c.vera iustitia.45.
distin. Sextò sine meritis præfici, vel ordinari vel-
le. c.si officia. 59.distin. Septimò officia alijs con-
uenientia vsurpare. c.quoniam. 10. distin. & cap.
35 Diaconi Ecclesiæ sint. 94.distin. In tantum, † q̃
Nabuchodonosor propter superbiam in bestiam
est mutatus.cap.miror.17.q.4. Nec non denique
fugienda est in aduocatis ipsis ambitio: nam per
ambitionem malo inchoantes principio, si mo-
res,& actus boni fuerint,difficile est vt bono per-
agantur exitu.c.principatus,& cap.nullus itaque.
36 prima,q.1.† & ambitio est ad honores mundi si-
ne suffragio temporis, sine merito laboris, velle
promoueri. 61.distin.c.miramur.in fi.

37 Quartò † fugienda est etiam per aduocatos ip-
sos importuna indulgentia in amicos, & alios af-
fines,& consanguineos,ne eorum contemplatio-
38 ne à tenore iustitiæ abstrahantur. Et † isthæc in-
dulgentia,teste Quintiliano,proprie est mollis &
delicata permissio, quæ summopere damnatur.
Nam secundum August.de ciuit.Dei,lib.15.om-
nis creatura cum bona sit, & bene amari potest,
& male scilicet ordine constito, male ordine per-
turbato. cui etiam non inconuenienter aptatur,
quod dicit idem August. de vtilitate credendi,
quod sordes animi sunt amor quarumlibet rerũ
præter animum,& Deum: à quibus quidem sor
dibus quãto quisque est purgatior, tanto verum
facilius intuetur.

39 Quintò † venit quoque odium vitandum per
aduocatos,tanquam monstrum. Nam secundum
40 Aristote.lib.1.Rethoricorum,† amor,& odium,
& proprium commodum sæpè faciunt iudicem
non cognoscere verum: & non solũ aperta odia,
sed etiam occulta vitanda sunt. Nam secundum
Senecam in Prouerbijs, peiora nempè sunt tecta
odia quàm aperta; in tantum quod odio debent
haberi peccata,nõ homines. c.duo.23.q.4.& Cas
siod. super Psal. illo, Perfecto odio oderam illos.
& sicut

& sicut, secundum Ioan. Chrysostomum super Matthæum, rex imagine sua honoratur: sic Deus in homine diligitur, & oditur. non potest hominem odisse, qui Deum amat: nec potest Deum amare, qui hominem odit.

41 Sextò † seruilis timor, ac potetiorum potestas contemnenda est itidem per aduocatos: nam timiditas in sapiente esse non debet, vt per Lactan. Firmian. diuinarum Insti. lib. 11. & concedit etiā
42 Plautus in Mustellaria, † quòd qui homo timidus erit in rebus dubijs, is nauta non erit. & firmat denique Cicero, Rheticorum nouorum lib. 11.
43 quòd † tres pestes sunt, quæ omnes homines sollicitant, metus, cupiditas, & ægritudo. satis enim fuerat dixisse metum, cupiditatem: quoniā ægritudinem cum vtraque re coniunctam esse necesse est. Et sic † timidus est qui cuncta fugit, & for
44 midat, nulliq; resistit, secundū Arist. lib. 11. Ethic.
45 Et † timor ipse seruilis stringendo clauum ex testimonio Greg. est in quo viuit peccādi voluntas.
46 Septimò † requiritur necessariò quidem scientia in aduocatis, qui cum aliorum duces sint eis scientia summæ necessaria est: nam teste Bernar.
47 lib. Meditationum, † scientia parit cognitionem amoris: amor frequentiam: frequentia familiaritatem: familiaritas fiduciam: fiducia facilem impetratorem. imo secundum Hugo. de instructione nouitiorum, via ad Deum est scientia quæ ad institutionem rectè, & honestè pertinet, est & disciplinæ bonitas, & beatitudo. per scientiam itur ad disciplinam, per disciplinam ad bonitatem, per bonitatem ad beatitudinem. Nec absurdum est in iudicando, & patrocinando simul, & semel habere theoricam, & praticam: cum secundum Aristotel. lib. 11. Methaphysicę, finis scientiæ speculatinæ sit veritas, praticæ vero opus. vbi concedit
48 etiam, † quòd tunc scire putamus, cum ipsas causas cognoscimus. Et hinc est, vt per Commen. su-
49 per 3. de cęlo, & mundo, † quòd tria fecerūt Auicennam errare frequenter in naturalibus: scilicet in experientia, & confidentia proprij ingenij, & ignorantia Logicæ.
50 Sed † quid ergo melius, teste Arist. in lib. de bona fortuna, intellectu, & sciētia, nisi Deus? multo melius, secundum eundem in epistola ad Alexandrum, est habere animam habentē scientias, quā habitu corporis videre bene indutum. Vnde ex testimonio efficacissimo Virgilij Georgic. lib. 2.:
51 *Felix, † qui potuit rerum cognoscere causas*:
Est tamen bene verum, secundum Themistium
52 super 2. de anima, † quòd ea quæ scimus, sunt minima pars eorum quæ ignoramus. necesse est denique intelligentem quemcunque phantasmata speculari, vt per Aristot. lib. 3. de anima. secantur enim secundum eundem scientiæ, quemadmodum & res, de quibus sunt scientiæ, & tunc scire putamus, cum ipsas causas cognoscimus. Vnde, tu aduocate, liga hoc digito, quod turpe est ignorare, quod scire cōuenit, cum profectò granis res sit ignorantia, & omnium malorum detestabilis
53 causa. † Et sic quis aduocatus esse non debet, nisi peritiam literarum habeat, quamuis sit peritus in exercitio. l. 1. §. aduocatus, ff. de varijs & extraordi. cogni. Nepos de Monte Albano in tract. de exceptio. in except. contra aduocatos, art. 10. num. 15. vbi adducit alia iura concor.

54 Octauò † necessaria est etiam in aduocatis moderata, & sobria eloquentia, teste Mar. in tracta. de tribunalibus vrbis, & eorum præuentionibus, capitu. 6. nume. 15. posito in fine decisionum Crescentij: & non ea quidem, quam Cicero in suis præceptis diuinis tradidit. nam teste Cicerone ipso in Oratione pro Archia, hæc studia adolescentiam agunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, aduersis solatium, & refugium præstant, domi delectant, foris non impediunt, pernoctant nobiscum, peregrinantur, &
55 rusticantur. † & Rhetorica ipsa, secundum Arist. lib. Rhetorices, docet vera, & iusta persuadere, & contraria horum fugere. & sincerè quidem
56 eloquens † est ille, qui scit parua submissè, media temperatè, magna granditer dicere; qui scit inuenire præclarè, enunciare magnificè, disponere apertè, & fucare varijs, vt per Cassiodor. super Psalmo 73.
57 Nonò † requiritur itidem memoria in aduocato: cum illa sit pars prudentiæ, teste Aristot. lib. de memoria, & reminiscentia: quia ad ipsam memoriam requiritur experimētum multorū, quod haberi non potest absque memoria præteritorū: quoniam, vt dicit Philosophus primo Metaphysi
58 cę, experimentum est ex pluribus memorijs. † Est autem memoria, vt per Ciceronem in Rhetoricis, per quā animus repetit ea quæ fuerunt. & hinc
59 Seneca scribit, † memoriam in Hortensio adeo excelluisse, vt non ad vsum modò sufficeret: sed in miraculum vsque protenderet: nam duo millia nominum recitata, quo ordine erant dicta referebat, ducentosque versus ab vltimo incipiens reci
60 tabat. † Mithridates etiam duarum, & viginti gentium, quas habuit sub ditione, linguas præcalluit earumque gentium viris sine interprete locutus
61 est, Gellio teste. † Iulius Cęsar eodem tempore quaternas dictabat epistolas; Plinius recenset cū
62 legere simul, dictare, & audire consueuisse. † Et Themistocles tanta fuit memoria, vt Simonidi artem memoriæ pollicenti dixerit se malle artem obliuionis, quod etiam meminisset quę nollet, & obliuisci non posset quæ vellet. ita Cicero 2. de finib. libro.

ARGVMENTVM.

Nihil operatur clausula apposita in sententijs per iudices reducendo ipsas ad formam statuti vel legis. Et de clausula generali, quando refertur ad specificata, & quando non.

SVMMARIVM.

1 *Clausula apponi solita per imperitos iudices in eorum sententijs, & præsertim in fine ipsarum; quatenus absolutiones, vel condemnationes reperirentur vltra, vel præter formam statutorum, illas annullamus, & ad eorundem statutorum formam reducimus, nihil operatur.*

Clau-

2 *Clausula generalis non refertur ad specificata tantũ, vbicunque in specificatis non fuit adiecta causa, sed generaliter intelligitur.*
3 *Species quando praecedit, & sequitur clausula generalis, quae potest circa alias species non expressas operari, nunquam restringitur ad specificata.*
4 *Clausula generalis intelligitur, vt inuerisimilia nullatenus comprehendat.*
5 *Clausula generalis, vel ex quacunque alia causa, non intelligitur aliter de futuro, sed de praesenti tantum: & ex ipsa peti potest restitutio in integrũ aduersus sententiam etiam transactam in rem iudicatam, propter instrumentũ nouiter repertum. nu. 6.*
7 *Breue apostolicum vbicunque quis praetendit & opponit vitio subreptionis corruere, stante quòd in supplicatione oblata summo Pontifici non fuisset expressum aliquid necessario exprimendum sustinetur, quoties Pontifex ipse suppleuisset in rescripto quod fuerat fortasse in supplicatione omissum.*
8 *Clausula apposita in rescripto Principis, videlicet (cũ alterius praeiudicio) debet intelligi de praeiudicio, quod de praesenti, non de futuro imminet.*
9 *Iura loquentia de soluenda gabella vel tributo, non intelliguntur de contractibus conditionatis.*
10 *Iura loquentia de filio instituto, non habent locum in filio conditionaliter instituto.*

DECISIO CXXIIII.

1 CLAVSVLA, † quae apponi solet aliquando per aliquos ineptos iudices in eorũ sententijs, & praesertim in fine ipsarum, quatenus absolutiones vel condemnationes reperirentur vltra, vel praeter formam statutorum, illas annullamus, & ad eorundem statutorũ formam reducimus, nihil operatur, ita Bart. in l. iudex, nu. 5. ff. de re iudi. Bal. in l. non dubium, col. 9. C. de legib. Saly. in l. ea quidem, col. 19. C. de accusat. Ang. in l. non quemadmodum, ff. de iudi. Alex. consi. 90. Ferè omnis vis, sub num. 2. vol. 1. & Iasfred. Lanfran. decis. 495. De nihilo, centuria 5.

2 Nec non † clausula generalis non refertur ad specificata tantum, vbicunque in specificatis non fuit adiecta causa, sed generaliter intelligitur: & sic clausula ipsa generalis plura continens ad omnia refertur, l. talis scriptura, ff. de leg. 1. & l. 1. C. de lib. prete. vel exhaered. Bal. in l. sub praetextu, versi. iuxta praemissa quaero. C. de transac. & Ioan. Vincen. de Anna, in allegat. 52. considerandum putaui, nu. 27. & seq.

Et facit ad hoc, quod scripsit Signorol. de Ho-
3 modeis, consi. 103. col. penul. † quòd quando praecedit species, & sequitur clausula generalis, quae potest circa alias species nõ expressas operari, nunquam restringitur ad specificata, & allegat l. doli clausula, ff. de verb. oblig. & l. legata, in prin. ff. de app. & l. ea tamen, ff. de leg. 3.

4 Et sic † denique clausula generalis sanè venit intelligenda, vt inuerisimilia nullatenus comprae hendat, ita Ioan. And. Archid. & alij omnes iuris interpretes in c. ei cui, de praeb. in 6. & Ioan. Vincen. de Anna in d. alleg. 52. nu. 28.

5 Et aduerte, † quòd clausula generalis, vel ex quacunque alia causa, non intelligitur aliter de futuro, sed de praesenti solũmodo, vt per Bar. & alios in l. qui Romae, §. duo fratres, ff. de verb. oblig. & Gui. Pap. decis. 229. Sed quid, si in dicta quietãtia.

6 Est bene verum, † quod ex dicta clausula petitur restitutio in integrum aduersus sententiam, etiam si illa transierit in rem iudicatam, propter instrumentum nouiter repertũ, vt firmauit Alex. & alij omnes iuris interpretes vniuersaliter in l. admonendi, ff. de iureiur. Bart. C. de sent. aduers. fis. latis, lib. 10. Inno. in c. vltra terminum, extra de testibus. & Iaffred. Lanfran. cum alijs aggregatis per eum, decis. 439. Repertio instrumẽtorum, cent. 5.

7 Sed † breue Apostolicum vbicunque quis praetẽdit, & opponit vitio subreptionis corruere, stante quòd in supplicatione oblata summo Pontifici nõ fuisset expressum aliquid necessario exprimendum, sustinetur, quotiescũque Pontifex ipse suppleuisset in rescripto illud, quod fuerat fortasse omissum in supplicatione, & praesertim cum dicatur in eo, Nos igitur donationes fundi, nuncupationes, vocabula, confines, censuationes, qualitates, quantitates, pertinentias, valores, & circunstantias, & instrumenti concessionis, seu aliarum scripturarum, huiusmodi poenarũ, conditionum, vel aliorum in eis contentorum tenores, cõtinentias, & formas, praesentibus, & pro plenè, & sufficienter expressis habentes, & attendentes, & caetera. Quae quidem clausula facit, ac si verè fuisset narrata cõcessio praemissa cũ omnibus: vbi enim requireretur specialis mentio, & derogatio, haec clausula suppleret. ita Bal. in c. cum dilecta, col. fi. de rescript. Fely. in c. nonnulli, col. 8. eod. tit. Bal. & Ang. in l. omnes, in princ. per illum tex. C. de praescript. 30. ann. Alex. in l. sed & si quis, §. quaesitum, ff. si quis caut. Ias. in l. fi. C. si contra ius, vel vtil. publ. & Bal. in ti. de pace Const. §. libellarios.

8 Est tamen bene verum, † quòd clausula apposita in rescripto Principis, videlicet (cum alterius praeiudicio) debet intelligi de praeiudicio, quod imminet de praesenti: secus verò de praeiudicio futuro quod non est de praesenti, quia illud non dicitur proprie praeiudicium. ita Rota Romana, decis. 20. Item supposito, col. 3. in titu. de praeb. quae aliàs secundum numerum est decis. 325.

9 Nec non † iura loquentia de soluenda gabella, vel tributo, nõ intelliguntur de contractibus conditionatis. ita Soc. in l. 1. col. 3. ff. de vulg. & pupil.

10 Parique modo † iura loquentia de filio instituto, minimè locum sortiuntur in conditionaliter instituto, vt firmauere Raph. & Alex. in l. si pater, col. 5. C. de instit. & substit.

ARGVMENTVM.

Iurisdictio secularis non prorogatur contra clericos, quamuis clerici consentiant: sed bene ecclesiastica contra laicos.

SVMMARIVM.

1 *Clericus, etiam volens, non potest se obligando iurisdictionem iudicis secularis prorogare, accedente etiam consensu episcopi, seu superioris.*

Iurisdictio

2 *Iurisdictio ecclesiastica, quare per laicum facilius prorogatur.*
3 *Clericus licèt in laicum consentire nequeat, tamen si non minuitur priuilegium clericale posset se submittere tunc consuetudini laicorum, & in laicum ipsum consentire.*

DECISIO CXXV.

1 CLERICVS † non potest se obligando iurisdictionē iudicis secularis prorogare, etiam volens. tex. est in c. si diligenti, de foro compet. Dominic. in c. si annum, §. si verò, col. fi. de iudic. lib. 6. Pau. Aemil. Veral. decis. 146. seu 1. nu. 5. in 2. par. Prosper Pasethus, consil. 23. In causa reuerendarum, num. 6. etiam de ordinatione episcopi, seu sui superioris. ita Glo. magna in c. significasti, eod. titu. & ratio est, vt asignat ibi Glo. quia priuilegium clericale est concessum or-
2 dini, seu collegio clericali. † Sed iurisdictio ecclesiastica per laicum facilius prorogatur: nam ad iurandum per laicum corā iudice ecclesiastico non requiritur licentia sui superioris, vt firmat Glo. in cap. significasti, de foro compet. & in cap. inolita, 11. quæst. 1.

3 Et † clericus licèt in laicum cōsentire nequeat: tamen vbicunque non minuitur priuilegium clericale, posset vtique se submittere tunc consuetudini laicorum, & in laicum ipsum consentire, vt per Abb. consil. 33. volum. 2. Paul. Aemil. Veral. decis. 149. seu 3. legitimare potest Imperator, nu. 9. in 2. par. vbi non obscurè quidem depromit ita extitisse iudicatum atque decisum in Rota Rom. prout ita decisum etiam fuit in Regia Audientia Apuliæ in anno 1583. in causa tunc vertēte cum quodam Canonico Lucerino.

ARGVMENTVM.

De prorogatione iurisdictionis triplici multa dicuntur. Et quando iurisdictio potest prorogari, & requirit consensum iudicis, & quando non requirit.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio tripliciter prorogatur.*
2 *Prorogatio de tempore ad tempus iudicis consensum exigit, nec in maius quàm triennij tempus fit.*
3 *Prorogatio de re ad rem consensum iudicis requirit: sed in illa personæ consensus partium sufficit.*
4 *Prorogatio de maiori ad minorem quantitatem fit, & econtra.*
5 *Iurisdictio vendi alienarique ac in perpetuum locari, præsertim in prælatum, non potest: fructus autem eius sic: illaque gratis concedi debet.*
6 *Pœna legis Iuliæ de ambitu in Principe pecunia mediante officia iurisdictionemque ad vitam concedente non cadit; & quòd ad hæredes etiam in dominium non transeat.*
7 *Ius alicui specialiter competens, numquam sublatum censetur.*
8 *Iura limitatoria, seu essentialia per legem nouam etiam clausulis in ea appositis, non obstantibus legibus, statutis, aut decretis, numquam sublata esse censentur.*
9 *Priuilegium secundum primi eidem concessi reuocatorium non censetur.*
10 *Priuilegiorum quantumcunque amplissimorum in delegatione, priuilegijs post concessionē in contractu deductis Princeps derogare voluisse non censetur.*
11 *Priuilegium in contractum transiens, per concedentem amplius reuocari non potest.*
12 *Ius specialiter alicui competens, licèt nunquam sublatum videatur, tamen ius alterius penitus exclusiuum iuris aduersarij pro sui iuris defensione quilibet obijcere potest.*
13 *Opponere de iure tertij, seu alienis se armis coadiuuare nemo potest: & præsertim de illo iure, à quo nullum ius habet, nu. 14.*

DECISIO CXXVI.

1 IVRISDICTIO, † prorogatur tripliciter, primò quidem de tem pore ad tempus. secundò de re ad rem. tertiò de persona ad personam, ita Glo. in c. P. & G. in ver. prorogatio, de offic. deleg. Lapus in allegat. 58. sub nu. 12. & seq. Ang. cons. 162. Petita, col. 2. vers. si enim error, & Abb. in d. c. P. & G. vbi non solùm discurrit, & tractat de speciebus istis: sed etiam vtiliter quidē de tribus alijs speciebus prorogationum, & Bal. quoque in Marg. in ver. prorogatio.

2 Et † prorogatio, quę fit de tēpore ad tempus, requirit consensum iudicis, vt voluit Bart. & alij communiter, in l. secunda, §. si iudex, ff. de iudic.

Sed isthæc prorogatio de tēpore ad tempus fieri re ipsa nequiret in maius tempus, quàm triennij. ita Glo. in d. §. si iudex, in ver. inhibita, ibi à Doct. vniuersaliter approbata.

3 Nec non † prorogatio de re ad rem similiter requirit cōsensum iudicis, vt per Glo. in d. §. iudex, in ver. inhibita, communi omnium voto ab omnibus approbatam ibi. secus verò foret in prorogatione de persona ad personam, in qua sufficeret consensus partium.

4 Cęterùm aduerte, † quòd prorogatio ipsa de re ad rem fit dupliciter, scilicet de maiori quantitate ad minorem, & econtra, teste Bal. in l. si qui ex consensu, colum. 4. vers. modo fit prorogatio, C. de Episc. audien.

Et quamuis multipliciter iurisdictio prorogari
5 queat, vt supra ostendimus: † tamen iurisdictio ipsa vendi, alienarique non potest, & præsertim per Prælatum, nec locari in perpetuum: quia grauarentur subditi: sed bene fructus ipsius iurisdictionis, & commoda eius possent alienari, & iurisdictio gratis concedi, vt firmat Io. de Lignano in c. fi. ne præla. vices suas.

Cęterùm hoc non procederet in principe seculari, nec in summo Pontifice: nam sicut in Papa non cadit simonia, recipiendo pecuniam pro col
6 latione beneficij: † ita in principe non cadit pœna l. Iuliæ de ambitu, vbicūque pecunia mediante concedit officia iurisdictionem habentia, teste Bar. in l. 1. ff. ad leg. Iul. de ambitu. & ideo potest

pet

per Regem, pecunia mediante, concedi iurisdictio ad vitam, etiam quod transeat ad eius hæredes, etiam in dominium, vt per Bar. in repet. l. Barbarius, ff. de offic. prætor. & consil. 258. super eo, quod quæritur. sed per alium vendi non posset iurisdictio, ita Bal. in c. 1. in fi. quæ sint regal. licèt in c. 1. §. ex eadem lege, de lege Corra. asserat, q; de cõsuetudine venduntur iurisdictiones, & consuetudo vincit legem.

Et quemadmodum iurisdictio ipsa alienari nõ
7 potest, † ita itidem ius alicui specialiter cõpetens nunquam censetur sublatum. l. decurionibus, vbi Gl. & alij omnes vniuersaliter, C. de silentiar. lib. 12. Glo. communiter ab omnibus recepta in §. prę terea, si quis infeudatus, vbi Bal. And. de Iser. Aluarot. Præposi. & alij Feudistæ, de prohib. feu. alien. per Feder. Cotta in memor. in ver. dos habet, Ias. in l. sicut certi, col. fin. C. de rescript. & in l. quod dicitur, in 2. no. ff. de verb. oblig. & ista est communis opinio.

8 Quoniã † iura limitatoria, seu essentialia, nunquam per legem nouam, etiam si in ea reperirentur appositæ clausulæ, non obstantibus legibus, statutis, aut decretis, sublata censentur, Auth. de hæred. ab intest. vbi Glo. & alij omnes, l. sciendũ, vbi Glo. Alex. & cæteri communiter scribentes, ff. qui satisd. cogan. & Roman. consi. 40. sub nu. 5. consi. 57. nu. 2. & consi. 322. sub nu. 2. vbi D. Horat. Mandos. in addi. in litera B. cum alijs coaceruatis per eum.

9 Et hinc est, † quòd priuilegium secũdum nunquam censetur reuocatorium primi, eidem concessi, ita Card. Put. decisio. 83. lib. 3.

Et eo magis, cũ lex generalis superueniẽs non comprehendat aliter personas generaliter, vel particulariter priuilegiatas, esto quòd tunc huiusmodi priuilegijs derogatum nequaquam præsumitur, vt concedit D. meus Orandinus decis. 125.

10 Imò † in derogatione priuilegiorum quãtumcunque amplissimorum non censetur principem voluisse vllo modo derogare priuilegijs post concessionem deductis in contractu, secundum Pereg. decis. 46. lib. 2.

11 Nam † priuilegium transiens in contractum, & conuentionem nõ potest amplius reuocari per ipsum concedentem: habet enim suã perfectionem incontinenti, cum peruenit ad notitiam priuilegiati, & est illi ius quæsitum, & cõcedens non est dominus, vt in c. 1. de concess. præb. lib. 6. & firmat Inno. & Abb. col. 8. in cap. nouit, de iudic. & Imo. in c. fin. de solut.

12 Et † licèt ius specialiter alicui competens nunquam sublatum videatur: nihilominus tamen ius alterius penitus exclusiuum iuris aduersarij, cuilibet illud obijcere permissum est, pro defensione iuris sui. ita Veronens. consi. Ciuil. 44. sub nu. 4. & Soc. in l. 2. sub nu. 6. & 10. de except. rei iud. & ita aliàs varijs quippe vicibus decisum extitit in Regia Audiẽtia Apuliæ in anno 1583. & sequenti in diuersis causis tunc in ea decisis.

13 Est tamen bene verum, † quòd regulariter nemo opponere põt de iure tertij, seu alienis coadiuuare se armis, vel alieno vti clipeo. l. cum seruus, C. de seru. fugit. l. loci corpus, §. competit, ff. si seruit. vendic. Barto. Soc. & alij in l. qui cum hærede, ff. de except. rei iudic. & Corn. consi. 92. lib. 4.

14 Et † præsertim tertij ius, à quo nullum ius habet, quis opponere regulariter non potest. l. loci corpus, §. competit, ff. si seruit. vendic. Bertran. consi. 429. Viso, & ponderato, nu. 13. volum. 4. vbi hoc limitat non sortiri aliter locum, vbicunque ille, qui de hoc iure opponit ius habet ab illo tertio: tunc enim potest quis opponere de iure tertij, à quo causam habet. ita Paul. Castrens. etiam in l. cum seruus, C. de seruis fugit.

ARGVMENTVM.

De testibus citatis vltimo die termini, & iuratis die sequenti, & examinatis admittendis ad probationem intentionis producentis tales testes.

SVMMARIVM.

1 *Testes in omnibus causis ciuilibus à partibus producti in terminoque citati possunt intra triduum immediatè post terminum iurare, ex ritu magnæ Curiæ Vicariæ, & nu. 6.*

2 *Ritus & stilus magnæ Curiæ Vicariæ, quibuscunque Curijs inferioribus Regni regula existit.*

Lucas de Penna Illustris inter Regnicolas supremæ authoritatis.

3 *Ritus magnæ Curiæ omnes alij inferiores iudices obseruare tenentur.*

4 *Ritum & consuetudinem ciuitatis obseruare debet Comitatus.*

5 *Magna Curia Vicariæ quod obseruat, totum Regnum seruare tenetur, stilusque Romanæ Curiæ ab omnibus pro lege obseruari debet.*

7 *Vsus causarum longæuus pro lege allegari potest.*

8 *Testes in termino non productos in promptu habens producensq; intra modicũ tempus post terminum audiri debet, si aduersarij ius non esset deterius factum.*

9 *Auditur quis semper post terminum, siue ad agẽdum, siue accusandum, siue testes inducendum, siue proponendum, siue ad probandum, vel aliud faciendum, quousque decretum interpositum fuerit eum cui terminus stabilitus fuit, esse contumacem & de cætero non audiendum.*

10 *Intentionem suam in termino probatorio si mulier non probauit, ad probandum de nouo non posita seu probata admittitur etiam per testes non productos in primo termino etiam contraria primis articulis partis aduersæ, ac multo magis ad examinandum testes in termino productos & citatos.*

DECISIO CXXVII.

CONTINGIT hæsitari in causa magnificæ mulieris L. mota contra magnificam Vniuersitatem Troiæ, vtrum testes citati ad eius instantiam, in penultimo die termini, & contumacia accusata contra eosdem testes, primo die inde immediatè sequenti, iurare, & deponere queant post terminum? Et quia Curia

Troiana determinauerat, mediante decreto ipsam mulierem admittendam ad probandum intentionem suam, per testes prædictos, extitit per appellationis remedium decisum in Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ, Comitatusque Molisij, malè appellatū per eandem Vniuersitatem, & bene iudicatum per curiam prædictam ad fauorem ipsius mulieris, causamque ad eandem remittendam.

Et licèt Vniuersitas opposuisset, quòd illi testes nullatenus iurare, nec deponere potuerāt, ex quo in termino non iurauerant: tamen quia decisio isthæc nullam habet iuris hæsitationem, vt vtar verbis legis, non est dubium, C. de legib. animad
1 uertendum est, † quòd pro decisione hac extat clarè, & in terminis ritus magnæ Curiæ Vicariæ 141. Item quòd in quibuscunque causis ciuilibus, disponens, quòd in omnibus causis ciuilibus testes producti à partibus, & citati in termino possunt iurare infra triduum immediate post terminum.

2 Et hinc exploratissimum quippe est, † quòd ritus, & stylus ipsius magnæ Curiæ Vicariæ dat normam, & regulam alijs omnibus, & quibuscunque curijs inferioribus in Regno, prout dictat c. Regni Reginæ Ioannæ, Legislatoris est proprium, compilatum in fine ipsorum rituum, in finalibus verbis, ibi, quæ normam alijs inferioribus debet existere. & ideo testatur supremæ authoritatis inter regnicolas Illustris D. Lucas de Penna in l. 1. col. 3. C. de profess. qui in vrbe Constan. lib. 12.
3 quòd † in Regno Apuliæ dici consueuit, quòd ritus magnæ Curiæ, idest magistri iustitiarij, tenentur omnes alij inferiores iudices obseruare, per tex. qui bene probat in §. fi. Insti. de satisd.

Pro qua quidem sententia facit etiam illud, quod voluit Glo. in l. ex ea causa, & ibi Pau. Cast. Alexan. & alij vniuersaliter omnes, ff. de postula.
4 quòd † ritus, & consuetudo ciuitatis, debet obseruari in Comitatu, qui ciuitati subijcitur, & alijs locis inferioribus. imo per textum in d. §. fin. exprimit Andr. de Iser. in constit. Regni, si quis in
5 posterum, col. 4. † quòd id quod obseruat magna Curia Vicariæ, debet absque scrupulo aliquo seruari in toto Regno, prout assentitur quoq; Spec. hoc idem, in tit. de teste, §. publicatis autem, versi. deinde ad requisitionem, quòd stylus Curiæ Romanæ debet ab omnibus pro lege obseruari.
6 Cum † igitur in casu isto testes citati extiterint in termino, potuere vtique iurare post terminū, infra modicū tempus, seruata forma d. ritus 141. nam cui dubium est, quòd si citentur testes in termino, & contumacia accusetur in primo die, quo regitur curia, post citationem, etiam si steterit per tres, aut plures dies, iurare tunc possent. & ita obseruat communis stylus, & obseruantia omnium curiarum Regni, vt hoc manifestissimū extat om
7 nibus iudicibus, & causidicis. In tantum, † quòd longæuus vsus causarum, pro lege allegari potest, teste Card. Floren. in clem. sæpe, §. quia vero, & Georg. ibi in repet. in 3. col. de verbo. signific. & Afflic. decis. 79. in fi. Quid igitur habet obstare, si penultimo die termini fuerint testes producti, & citati, & deinde in primo die, quo extitit recta curia, contumacia accusata? ego non video causam nullitatis allegatam ab eadem Vniuersitate subsistere, ex quo non est quid imputetur parti, cur testes non comparuerint, aut quare curia fortè occupata, minimè extiterit recta.

Cæterum, vt loquar in fortioribus terminis,
8 concedo, † quòd etiam si testes nullatenus in termino producti reperirētur, & mulier veniret post terminum, infra modicū quippe tempus, habens testes in promptu, illosque producens, ad ius tamen deberet profectò audiri, saltem de æquitate, si ius aduersarij non esset factum deterius. ita maximus practicus, & Doctor supremæ authoritatis in regno, And. de Iser. in consti. regni, in pecunia rijs, in princ. post Glo. ibi, in ver. ex iusta causa, & est tex. in l. mancipiorum. ff. de ope. leg.

Pro qua nempe sententia facit, quod voluit val de notabiliter Inno. in cap. cum in tua, extra qui
9 maio. accus. poss. † quòd semper quis auditur post terminum, siue sit terminus ad agendum, siue ad accusandum, siue ad testes inducendum, siue ad proponendum, siue ad probandum, vel ad aliud faciendum, donec & quousque fuerit interpositum decretum, illum cui extitit terminus stabilitus, esse contumacem, & de cætero non audiendum, & impositum sibi silentiū, cui quidem sententiæ Innoc. acquiescit Bal. in l. diffamari, C. de ingen. & manum. Saly. in l. si ea, C. qui accus. non poss. Ang. Imo. Alexan. & alij vniformi consensu omnes in l. quandiu, la grande, ff. de acqui. hæred. Ang. de Aret. in rubr. Instit. de exceptio. col. 18. Georg. Nat. in repet. clem. sæpe, in prin. col. 33. & in §. & quia, col. 11. super Glo. in ver. non obstante, de verb. signifi. Alex. in l. si insulam, col. 10. ff. de verb. oblig. & consi. 108. in fi. volu. 1. Lanfran. in repet. c. quoniam contra, in ver. testium depositiones, col. 14. extra de probatio. Ias. & alij omnes in l. 2. C. de eden. & Ioan. Bertachin. in tract. de episcopo, in 2. par. tertij libri, de causa formali, quæst. 21. & faciunt ea, quæ no. per Glo. & alios omnes, in l. si rem quam, §. fin. ff. de euictio. & sic, vt vides, ista est communis, concors, & vera omnium scribentium opinio, quòd solus lapsus termini ad probandum, sine publicatione in causa nullatenus impedit testium productionem, nisi fuerit re ipsa secutum decretum iudicis, quòd de cętero non audiatur, quod equidem indubitanter minimè apparet in præsenti causa. per quæ nē pe iura, ego plus practicaui, quòd etiam lapso ter mino, admittitur pars ad probandum, si ius aduersarij nō extat factum deterius, nec sit secutum iudicis decretum exclusiuum. meritò itaque secū dum terminos iuris cōmunis testes producti pro parte mulieris prædictæ, veniunt examinandi.
10 Sed vt ponam gladium ad radicem, † posito, quòd cęlum, & terra deficeret, pro ista muliere, & quòd in termino probatorio nullos admodum produxisset testes, nec aliquam probationem suæ intentionis fecisset, nonne saltem ex primo beneficio mulieribus à iure concesso admitteretur ad articulandum, & de nouo probandum non posita, nec aliter probata, etiam per testes non productos

ductos in primo termino, etiam de directo contraria primis articulis partis aduersæ, quantoque magis ad examinandum testes in termino productos, & citatos? certè sic, per ea quæ habentur in constit. Regni, obscuritatem, per And. de Iser. & Afflic. ibi, pleniori cornu, in 8. quæst. & decis. 89. & decis. 216. Quotidie habemus in facto, per Innoc. & alios Canonistas omnes in c. auditus, extra de in integ. restit.

ARGVMENTVM.

Potest per reum fieri reconuentio creditori tam coram iudice ordinario, quàm delegato, & debet fieri ante lit. contestationem de iure Ciuili, & de iure Canonico, potest fieri vsque ad sententiam.

SVMMARIVM.

1 *Reconuentio coram ordinario, seu delegato pro causa etiam diuersa ab illa cōuentionis per reum contra actorem sibi debitorem fieri potest.*
2 *Reconuentio ante lit. contest. de iure Ciuili fit: de Canonico verò ad sententiam vsque permittitur.*
3 *Reconuentio, species exceptionis est, atque etiam compensatio quædam.*
4 *Reconuentio contra actorem, etiam si à lite desisteret eique renunciaret, fieri potest.*

DECISIO CXXVIII.

1 RECONVENTIO † fieri potest per reum cō-
tra actorem sibi debitorem, tam coram
iudice ordinario, quàm coram delega-
to, etiam pro causa diuersa, separataque à causa
conuentionis. l. 1. §. fin. ff. quæ senten. sine appel. l.
cum Papinianus, C. de senten. & interlo. cum sua
materia, c. 1. & c. 2. vbi Docto. omnes, de mut. pe-
titio. & c. dispendia, §. fin. de rescript. lib. 6. Lap. in
allegat. 3. nu. 1. & sequen. & Soc. in tract. regu. fal-
len. 332. recōuentio actoris, vbi hoc ponit pro re-
gula cum 18. limitationibus, & consi. 167. non inu
tilis, in ver. circa tertiam, cum quinque vers. sequ.
volum. 2. & Maran. in tracta. de iudicijs, in 4. par.
2 dist. 6. num. 1. cum alijs seq. † Et de iure Ciuili re-
conuentio ipsa fieri debet ante litis contestatio-
nē: de iure verò Canonico vsque ad sententiam
fieri permittitur, vt firmat Prosdocimus de Comi
tibus, de differen. iuris Ciuil. & Canonici, nu. 76.
Hostien. in c. 1. de mut. petit. Saly. in authen. & cō
sequenter, C. de sent. & Zasius, consi. 22. cum il-
lustris, nu. 3. & 6. lib. 1. vbi non obscurè quidem
indicat istam communiorem esse opinionem, at-
que vtiliter illam limitat.
3 Et de hoc nō est quippe mirandum, † quoniā
recōuentio est species exceptionis, l. Papinianus,
§. si filius, ff. de mino. Bal. in l. si constat, C. de com
pensat. colum. 2. Soc. iun. consi. 34. nu. 2. volum. 1.
Ant. Ciofius, consi. 41. Quoniam, nu. 7. volum. 1.
Estque etiam reconuentio ipsa quædam compen
satio, vt per Paris. consi. 100. num. 32. vol. 2. Cano
nistas omnes vniuersaliter in c. 1. de mut. peti. Ti-
ber. Decian. consi. 99. Indubitati, nu. 2. volum. 2.
4 Imò † reconuentio ipsa fieri posset contra acto
rem, etiam si desisteret à lite, eique renunciaret.
ita Alex. in l. 3. ff. quod quisque iur. & Ioan. Andr.
post Specu. in titu. de reconuen. §. fin. & Maranta
in d. dist. 6. num. 46. vbi assignat rationem, & hoc
vtiliter quoque declarat, & ita aliàs decisum extitit in Regia Audientia Apuliæ, in anno 1583. ad fauorem D. Fabritij Campanæ.

ARGVMENTVM.

Nec Capitaneus, nec Syndici possunt refirmari, nisi à Principe, siue Baronibus ex causa. Et fideiussor pro primo anno, non tenetur pro anno refirmato.

SVMMARIVM.

1 *Refirmari quis, de iure cōmuni, non potest in officio.*
2 *Syndicus, præsertim vno tantum contradicente, pro alio anno refirmari non potest.*
3 *Refirmationes pro officialibus in annum sequentem in Regno, an ab eorum Baronibus, an a Principe concedi possint.*
4 *Officialis in officio refirmandus, an sindicetur.*
5 *Officiales omnes in Regno annales, & quomodo refirmentur.*
6 *Fideiubens pro officiali annali non tenetur amplius, si ille refirmetur.*

DECISIO CXXIX.

1 REFIRMARI † habens officium, seu vnum
honorem, non potest de iure communi
in ipso honore. l. diuus, ff. ad municip.
quod quidem claudicat in casibus inibi expressis
atque decisis per Docto. imò amplificatur etiam
eatenus verum esse, vt non solùm procedat in of-
2 ficiali iurisdictionem habente: † sed etiam in sin
dico vniuersitatis, vt is refirmari aliter non possit
pro alio anno in suo sindicatu, & præsertim vno
dumtaxat contradicente, vt per Io. Vinc. de An-
na in allegat. 15. in causa illustris, vbi in facti con
tingentia exprimit ita aliàs decisum extitisse in sa-
cro Consilio Regio.
Et licèt Carauita in ritu 295. nume. 6. conce-
3 dat, † quod refirmatio in officio fieri soleat, & possit
in Regno, & præsertim per Barones officialium
suorum pro anno sequenti: tamē opinio hæc mi
hi nullatenus arridet, cum barones cōcedere ne-
queant refirmationes ipsas officialium in officijs
modo aliquo, sed solummodo Princeps valeret
hoc agere. Et quòd hoc verum quippe sit, proba
tur in Prag. Regiæ dignitati, in fi. de sindicatu of-
4 ficialium, determinans ibi, † quòd officialis in of
ficio refirmandus numquam sindicetur, nisi vbi-
cumque in totū ab officio fuerit licentiatus. quæ
quidem Pragm. intelligitur sanè in officiali refir-
mādo à Principe motu proprio, vel à Baronibus
ex causa, & sic ob publicam vtilitatem, instanti-
5 bus vniuersitatibus, & non aliter. † Et quamuis in
Regno omnes officiales debeāt esse annales. cap.

Regni, incip. item quod prædicti Officiales, Iusti tiarij, & Capitanei, & Io. Ant. de Nigris ibi, & Ca rauita in d. ritu 295. sub num. 6. & Io. Vincen. de Anna in d. allegatio. 15. in causa Illustris Marchio nis, num. 3. & 5. tamen aduerte, quod D. Prorex Regni hoc inuiolabiliter obseruat, cum omnes commissiones, & literas patentales officialium cō cedat pro vno anno tātum, etiā Auditorum pro uincialium. Est bene verum quòd tacitè ipsis Au ditoribus concedit refirmationem pro altero se cundo anno: imò, me existente iudice in Ciuitate Therami, in anno 1560. motu proprio extiti ab Illustrissimo D. Duce de Alcala refirmatus, mediante noua commissione in officio pro altero secundo anno.

6 Et hinc est, † quòd fideiubens pro officiali annali, si ille finito anno cōfirmetur in officio, non teneatur aliter pro tēpore refirmationis, ita Marsil. in rub. de fideiuss. num. 94. & seq. per Glo. in l. damni infecti stipulatio, §. si is, qui vnas ædes, in ver. augeri, ff. de dam. infec. & Bal. in l. si cum Her mes, in princ. C. loca. & vide Carauit. in d. ritu 295. nu. 20. & sic aliàs decisum fuit per Regiam Audientiam Apuliæ, in anno 1584. ad fauorem fideiussorum Capitanei Terræ sancti Ioannis.

ARGVMENTVM.

Non potest Regnum diuidi de iure, licèt fuerit facta diuisio inter Regem Catholicum, & Regem Christianissimum de Regno nostro.

SVMMARIVM.

1 *Regna diuisionem non admittere.*
2 *Regnum melius regitur per vnum, quàm per duos.*
3 *Regni Neapolitani diuisio inter Catholicum Regem, & Christianissimum aliàs facta, lege reluctante.*
4 *Capta ab hostibus si postea per quemlibet recuperentur, ad priores absque noua concessione redeunt dominos.*
5 *Præscriptio nulla currit contra ius postliminij, vbi ampliatur.*
6 *Præscriptio agere non valenti minimè currit.*
7 *Præscribere volens de iure, credere debet ius illud ad se spectare.*
8 *Consuetudinem ad probandam, quæ necessaria sint.*
9 *Præscriptionem ad inducendam, quatuor concurrere debent.*

DECISIO CXXX.

1 REGNVM † proprium est indiuisibile. l. Imperialem, §. præterea ducatus, de prohi. feu. alien. per Feder. Cyn. in l. si viua matre, C. de bon. matern. & Bal. in l. hoc amplius, C. de fideiuss. Menoch. consi. 304. Cum hac, num. 10. volum. 4. & seriosius Bero. consil. 74. Et si in causa, nu. 22. cum alijs seqq. volum. 1. vbi hoc vtiliter quidem limitat in quinque casibus. Et ratio

2 est ea, † quia melius regitur Regnum per vnum, quàm per duos, teste Alber. de Rosa. in prima cō stitu. ff. vet. imò lex Euangelica dicit, Omne Regnum in se diuisum desolabitur, & domus super

3 domū cadet. † Et licèt facta extitisset diuisio Regni Neap. in anno . . . ex conuentione inter Catholicum Regem, & Christianissimum Regem: tamen hoc executum ex lege reluctante: conueneruntq; tunc Rex Catholicus Hyspaniæ, & Rex Ludouicus Francorum super diuisione ipsa Regni, vt prouincia Apuliæ, & prouincia Calabriæ esset Catholici Regis, & prouincia Terræ Laboris, & prouincia Aprutij esset Regis Francorum: postmodum verò orta differentia super prouincia Capitinatæ, an esset de prouincia Apuliæ, vel de prouincia Terræ Laboris, euaserunt tunc Reges ipsi inimici, & eorum exercitibus bellantibus propè Terram Cyrignolæ, exercitus Regis Catholici obtinuit victoriam, & habuit totum Regnum.

4 Vnde † si Rex tūc prouincias quæsiuerit, atque insimul donauerit postea suis Castra, & Terras, vt aliquando Galli egerūt in Regno Neapolitano, & in Ducatu Mediolanensi, si amisissent prouincias ipsas ita acquisitas, etiam longo interueniente temporis interuallo, possent vtique tūc dubio procul illi priores donatarij, & eorum hæredes iterum redire ad antiqua bona, vt per Petrinum Bellum in tract. de re militari, & bello, in 3. par. tit. 1. de postliminio reuersis, nu. 6. & huicmet opinioni, quòd bona ab hostibus capta, posteaque per quēlibet recuperata, ad priores dominos redeant, absque aliqua alia noua concessione, acquiescit etiam Roderic. Suar. in allegat. 8. Ex duobus, sub num. 10. & est tex. in l. si captiuus, §. expulsis, ff. de capti. & postlim. reuers. & faciunt notata per Afflict. decis. 403. Catholica Maiestas, & per Vrsillum ibi in addit.

5 Et hinc est, † quòd nulla admodum currit præscriptio contra ius postliminij. d. l. si captiuus, §. 1. Quodque amplificat etiam Petrinus in loco ante signato, in tantum procedere, vt domino in præsenti re competat quidem actio ad vendicādum, & recuperandum omni futuro tempore, non obstante quolibet antiquo, atque longissimo temporis curriculo.

6 Et ratio ea est, † quoniam non currit præscriptio non valenti agere. l. contra maiores, C. de inoffic. testam. & c. prima actione, 16. q. 3. in vltimis verbis. & ita mediante hac ratione aliàs iudicauit Regia Audientia Apuliæ in anno 1583. ad fauorem cuiusdam mulieris de Ciuitate Vestarum super recuperatione suorum bonorum, occupatorum durante eiusdem seruitute penes Turcas.

7 Et eo magis, † cum præscribere volens, de iure requiritur, vt credat illud ius ad se spectare, & pertinere, ita quòd aliquid faciat, vel non faciat, credens iure suo vti. ita Abb. consi. 105. volum. 1. & consi. 57. & consi. 94. vol. 2.

8 Sicuti † etiam ad probandum cōsuetudinem, oportet necessariò probare, quòd actuum multitudo esset facta ad effectum, finemque consuetudinem inducendi: aliàs consuetudo re ipsa nullatenus induceretur ex actuum multiplicatione, nisi probaretur animo illam inducendi, id actum esse, vt per Ias. in l. de quibus, num. 95. ff. de legib.

Roch.

Roch. Curt. in c.fi.sectione 4.nu.36. de consuet. vbi prodidit ita cōmuniter teneri,& Rolan.consi. 2.num.126.vol.1.

In tantum, quòd præscriptio nullatenus indu-
9 citur,nisi quatuor necessariò cōcurrentibus: † & sic ad inducēdam præscriptionem ipsam quatuor requirūtur,videlicet titulus,bona fides, traditio, vel aliquid aliud, quod loco traditionis habeat, & possessio continuata,vt probatur in l.2.in l.diutina, & in l.super longi, C.de præscript. Bart.in l. vnica,C.de vsucap.transfor. & quamuis Bal.in d. l. super longi, septem asserat requiri ad inducendam præscriptionem: tamen ea ad prędicta quatuor reducuntur.

ARGVMENTVM.

Licèt stetur laudo, & assertioni arbitri, tamen quando partes sunt grauatæ possunt peti reduci laudum ad arbitrium boni viri, & non tenentur compromittere qui habent sententiam vel instrumentum liquidum pro se.

SVMMARIVM.

1 *Compromissum cum clausula procedendi in scriptis & sine scriptis, operatur quòd de gestis coram arbitro stetur eius informationi.*
2 *Partibus acceptātibus laudum latū per arbitrum,de cuius compromisso nō apparet, valet tale laudum.*
3 *Partes possunt petere reductionē laudi ad arbitrium boni viri, non obstante pacto quòd non possit talis reductio peti, etiam si interuenerit iuramentum.*
4 *Iuramentum interpositum in compromisso de stando laudo, intelligitur si æquè iudicatum fuerit.*
5 *Absolutio debet peti saltem ad cautelam per petentem laudum reduci ad arbitrium boni viri.*
6 *Statutum disponens debere fieri compromissum inter litigantes,non procedit in habente sententiam vel liquidum instrumentum.*
Apocham habens fidem facientem, an ad compromittendum cogatur.
7 *Compromissum faciendum ex forma statuti, non procedit facta publicatione seu re liquidata.*
8 *Compromissum debet peti ante litis contestationem.*

DECISIO CXXXI.

1 COMPROMISSVM † cum clausula procedendi in scriptis, & sine scriptis, operatur quòd de gestis coram arbitro stabitur eius informationi, secundū Bar. Ang.& alios in authent. nisi breuiores, C. de sent. ex per. reci. Rom.sing.52. Ant. de But.in c.cum ad sedem,de restit.spol. Alex.in l.sciendum,colum.8.ff.de ver. oblig.& Ias.in l.admonendi,col.159.ff.de iureiur.
2 Sed † laudum per arbitrum, de cuius compromisso non apparet,latum partibus presentibus,acceptantibusq; expresse, vel tacitè valet: tūc enim ob hoc indubitanter quidem oritur compromissum,ita Ang.in d.l.sciendum, de verb.oblig. cuius opinionem amplectitur Soc.consi.220.vol.2. & consi.204.colum.2.volu.4.Afflic.decis.117.& ibi Vrsil.in addi. num.2. Alex.consil.84. num.2. vol.5.vbi fatetur illam communem,& Simon de Pre. etiam,consi.76. Dubium,nu.18.vol.1.
3 Et † licèt cōpromissum fecerint partes amplissimum, promiserintque stare laudo atque etiam iurauerint, possent nihilominus his non obstantibus partes ipsæ petere reductionē ad arbitrium boni viri.
4 Nam † iuramentum habet tacitam conditionem eo casu, dummodo fuerit ęquè iudicatum, ita Bal.in l.fi.C.de non num.pec. Io.de Imo.in c. Quintauallis, de iureiu.Io.de Monte Sper.in consil.30.nu.14.vol.1.
5 Sed aduerte, † quòd tunc debet peti absolutio à iuramento saltem ad cautelam, teste Bal. in d.l. fin. & vide circa præsentem materiam Dyn.illam explanantem in reg. scienti, de regu. iur. in 6. licèt dictus Ioannes de Monte Sper.in d.consil.30. nu.14. asserat non esse necessariam absolutionem iuramenti.
6 Aduerte etiam postremò,† quòd statutum disponēs,vt de qualibet causa vel lite partes debeāt compromittere in arbitros vel arbitratores, tunc si quis haberet sententiam, vel instrumentum liquidum,habensq; executionem paratam,nō posset aliter cogi ad compromittendum, ita Bart.in l.elegāter,ff.de cond.indeb. Capic. decis.48. Vbi ad lucem adducit ita in facti contingentia extitisse iudicatū in sacro Consilio,& Camil.Borrel. in Pragm. odia. §.2.glo.1. num.151.& 169. Anibal Troisi.in commen.super Pragma.odia litium,nu. 75. vbi cumulat multa iura & doctrinas. vtrum autem habēs apocham subscriptam trino teste & fidem facientem, possit cogi ad compromittendū,vide eūdem Anibal.Troi. in alleg.com.Prag. odia litium,nu.77.& Io.de Monte Sper.in consi. 25. vbi diffusè,volum.1.
7 Nec † compromissum ex forma statuti, potest attestationibus iam publicatis,seu re liquidata peti modo aliquo,ita Bald.per illum tex.in l.1. ff. de transact.& Alex. consi.82.colum.2. ver.secundò fortifico, vol.1. & Camil.Borrel. in d.Prag.odia. §.2.glo.2.nu.26.
8 Immo † cōpromissum necessariò ante litē contestatam peti debet,vt per Matth.Bru.consi.118. In causa appellationis, nu.7.vol.2. vbi nu.28.declarat vtiliter quidē,quo hoc procedat,& Camil. Borr.in d.Pragma.odia.§.2.gl.2.nu.25.& ita iudicauit Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ in anno 1584. in causa tūc vertente inter Magnificum Iulium de Querquis,& fratres de ciuit. Luceriæ.

ARGVMENTVM.

Quilibet præsumitur bonus, nisi contrarium appareat; & semel verum, semper habetur pro vero. Et quid de libris mercatorum.

SVMMARIVM.

1 *Bonus quilibet præsumitur, nisi probetur malus.*
2 *Bonus quilibet præsumitur, sed non optimus.*
3 *Bonus qui semel, semper præsumitur bonus.*

4 *Incendium, quando inhabltanter solent esse vigiler, eorum culpa non præsumitur.*
5 *Verum quod semel est, semper præsumitur verum.*
6 *Confessio mariti de dote recepta cõstãte matrimonio, in parte vera probata, præsumitur in totum vera.*
7 *Hæredem, vel executorem constito fideliter aliquam summam inter pauperer distribuisse, præsumi residuam summam erogatam & distributam.*
8 *Liber rationum continent plurer partitas in aliquibus ex illir verur repertur, in cæteris verus itidem præsumeretur, & probaret.*
9 *Liber rationum continens plura capitula probat pro & contra.*
10 *Libri rationum confessio diuidi non potest.*
11 *Liber rationum continent diuersa capitula propter officij vnitatem probat.*
12 *Libri rationum partitæ & computa, an possiut pro parte acceptari, & pro parte reijci.*

DECISIO CXXXII.

1 BONVS † quilibet præsumisur, præsumptione naturæ, nisi probetur malus. cap. fin. de præsump. & l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re mili. Pau. Castr. consi. 301. Ad bene examinandum, num. 4. Corn. consi. 121. num. 5. consi. 565. num. 60. vol. 2. consi. 28. num. 4. vol. 3. & consi. 176. num. 10. vol. 4. Riminal. iun. consi. 30. num. 26. lib. 1. D. Marcus Anto. Eugen. consi. 63. nu. 32. lib. 5. vbi nu. 33. & seq. concedit etiam diuitem minimè præsumi velle bona sua proijcere delinquendo. Paris. consi. 90. Vidi, nu. 5. vol. 5. Fortun. Garzia de vltimo fine iuris canonici, & ciuilis, sub num. 257. Quintil. Mandos. consi. 75. Multum, nu. 3. volu. 1. Nauar. consi. 1. num. 10. de vsu. lib. 5. Bursa. consi. 434. num. 52. vol. 4. Simoo de Præt. consi. 178. Inquisitus, nu. 8. vol. 1. & Felyio c. cum in iure, col. 1. de offi. deleg. vbi hoc ponit pro regula cum quinque limitationibus, & cũ sex limitationibus ponit etiam Alcia. in sract. de præsump. reg. 3. præsump. 2. nu. 1. cum alijs seqq. Tibe. Decia. consi. 62. Ex præmissa, nu. 73. volu. 3. Vincen. Maxil. super consuet. Bari, in rub. de immu. no. ciui. §. à seruitio. num. 25. & Soci. in tract. fall. reg. 39. Bonus. vbi istam regulam ampliat io duob. casibus, & in duobus alijs limitat Tiraq. in tract. de pœn. cau. 29. & varijs rationibus approbat Bertran. consi. 526. pro desensione, nu. 10. vol. 7.

2 Et † licèt quilibet bonus præsumatur: tamen non præsumitur optimus. ita Aret. in §. item verborum, Instit. de inotil. stip. Ang. in l. 2. §. diem, ff. quemadm. testa. aper. Alcia. in tract. de præsump. reg. 3. præsump. 2. nu. 9. & seq. vbi infert ad quæstionem, casumqne qnotidianum, & Ioan. Petr. Surd. consi. 68. in fi. Bertran. consi. 37. Pro declaratiooe, nu. 5. & 6. vol. 6.

3 Intantum, † quòd qui semel bonus, semper præsumitur bonus. l. non omnes, §. à barbaris, ff. de re mili. Tiraq. in srac. de præscrip. §. 5. gl. 2. col. 6. ver. sed quod in dubio. Ant. Ciofius, coosi. 6. nu. 12. vol. 2. & Marsi. sing. 74. Tn habes regulã vulgatissimam, in fi. vbi infert ad quæstionem quotidia-
4 nam, quòd † vbicuoque ortum foret incendium in aliqua domo, in qua cõnsueuere alias esse vigiles habitantes, vt tunc non præsumatur incendinm ipsum ortũ eorundem habisantium culpa.

5 Et consequenter, † quod semel est verum, semper præsumitur verum, ita Glo. in l. qui bona. §. si qui stipulatus, ff. de dam. insec. & l. siue possidetis. C. de probat.

6 Et hinc est, † qoòd vbicunque reperisur confessio mariti facta de dote recepta, constante matrimonio, tunc si probetur illa in parte vera, præsumitur dubio procul in tosum vera, vt per Glo. & Doct. omnes in l. 2. C. de non numer. pecu. & per Soc. consi. 82. col. 2. vol. 3.

7 Néc non aduerte, † qoòd apparendo fideliser per hæredem, vel per executorem testamẽsarium aliquam summam extisisse distributam, erogatamque inter pauperes, tunc totam summã residuam præsumitur illummet exequutorem erogasse, & distribuisse, ita Anch. consi. 436. in his dubijs decidendis. sub nu. 3.

8 Et † itidem liber ratiooum cõtinens quamplures partitas, si reperiretur, comprehenderetorque verus in aliquibus ex illis partisis, tuoc censeretur verus, probaretque etiam in omnibus alijs partitis, & consuluis Pau. Cast. consi. 305. Ad bene examinandum dubia, sub nu. 3. & seq. volu. 1. & Craue. consi. 558. Visis actis, nu. 6. cum alijs seq. vol. 5. vbi licèt citet Doct. cõtrariam partem firmantes: tamen ipse ibi innititur opinioni Pau. Castr. prout ita iudicauit sacra Regia Audiẽtia Barensis in causa aliquorum de Ciuitate Bari io anno 1589.

9 Et de hoc mirandom non foret: † quia & si liber ipse rasionum consineret diuersa capitula: tamen probaret pro & cõtra, ita Ang. in l. sumptus. C. de administr. sut.

10 Et ratio ea est, † quoniam coosessio in libro rationum diuidi non potest, vt per Alexan. in l. Publia. §. 1. in fi. ff. depositi.

11 Et sic † liber rasionis, etiam quòd contineas diuersa capitula, probat propter vnitasem officij, vt per Ang. in d. l. sumptus, & Cy. in l. lex quæ sutores. C. de iure delib.

12 Vode † partitæ, & computa in libris rationum an possint pro parte acceptari, & pro parte reijci, ita vt pro parte acceptata probent, pro parte vero non acceptata oon probens, vide Pereg. declarantem, & resoluentem, decis. 272. lib. 2. prout resoluis etiam Paris. consi. 90. nu. 15. vol. 1. cum alijs aggregatis per eum, vbi concludit, quòd liber rationũ, cum continet accepsa & dasa, si ille aduersus quẽ producitur, vult ei fidem præstari contra aduersarium, est fides etiam præstanda & pro eo.

ARGVMENTVM.

Non valet alienatio rei dotalis etiam facta per mulierem consentiense viro, nisi interueniat iuramentum: & alij casus, quibus possunt bona dotalia alienari.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei dotalis facta ab vxore, etiam de consensu viri, non tenet: si tamen apponatur iuramentum,*

tum, ipsa alienatio valebit, num. 2.
3 *Iudices seculares debent sub comminatione censuræ ecclesiasticæ obseruare iuramentum in alienationibus rerum dotalium interpositum.*
4 *Dispositioni iuris canonici, in materia peccati, etiam in terris Imperij standum est.*
5 *Alienatio rei dotalis in totum, vel in partem pro liberatione mariti vel alterius personæ necessariæ valet.*
6 *Appellatione necessariorum, veniunt omnes personæ coniunctæ.*
7 *Liberare aliquem à carcere, est quid pium, etiam si esset carceratus pro maleficio.*
8 *Dotis restitutio constante matrimonio, tribus ex causis fieri potest.*
9 *Alienationem rei dotalis ex quacunque legitima causa fieri.*
10 *Executor ad pias causas, potest soluere pro liberatione carcerati.*

DECISIO CXXXIII.

1 ALIENATIO † rei dotalis facta ab vxore, etiam de consensu viri, non valet, neque tenet, ita Cyn. Bar. Bal. Albe. Saly. & alij omnes vniuersaliter in l. si prædiũ. C. de iure dot. Hippol. Riminal. in rubr. Instit. quib. alien. licet, vel non, sub nume. 30. & Suarez in l. 1. in titu. 2. *de las arras*, nu. 51. & seq. vbi planè deducit istam esse communem opinionem.

Et licèt fundi dotalis alienatio non valeat, toto titu. ff. & C. de fun. dot. & tradit Hippol. Riminal. cum magno apparatu, in rub. Instit. quib. alien. licet, vel non, numero 1. cum alijs seqq.
2 Tamen † hoc limitatur primò non sortiri locum vbicunque in alienatione ipsa rei dotalis appositum reperiretur iuramentum: tunc enim apposito iuramento valet, & tenet alienatio isthæc, vt per Glo. in d. l. si prędium, in verbo, nihil interest, & in rubr. Instit. quib. alien. licet, vel non, in verbo, dotale prædium. cui assentiuntur omnes Doctores communiter ibi, vbi planè deducunt Moder. etiam istam communem opinionem fore, & Iaf. in auth. sacramenta puberum, nu. 34. C. si aduer. vendi. Hieron. Zanet. de differen. iuris ciui. & canoni. in 1. differentia, nu. 176. Quæ quidem communis reperitur dubio procul de iure canonico sopita atque determinata pèr cap. licet, de iureiu. in 6. vbi summus Pontifex mandat pro animarũ
3 salute, iuramentum † appositũ in alienationibus rerum dotalium obseruari etiam per iudices seculares sub comminatione censuræ ecclesiasticæ.
4 Et sic denique dubitandum non est, † quòd in materia peccati, etiam in Terris Imperij, statur dispositioni iuris canonici. authen. priuilegia, & ibi Glo. Bar. & alij. C. de sacrosan. eccl.
5 Secundò † claudicat nõ procedere, quotiescunque mulier alienaret, vel erogaret partem, seu totam dotẽ pro liberatione mariti, vel alterius personæ necessariæ. l. sed & si, & l. quamuis. sol. matr. vbi Vulpianus Iurecõsultus hæc formalia profert verba, Sed & si maritus ideo ex dote expendit, vt à latronibus redimeret necessarias mulieris personas, vel vt mulier vinculis aliquem de necessarijs suis vendicaret, imputatur ei id quod expensum est, & siue pars dotis sit, siue tota, actio dotis euanescit.
6 Sed aduerte, † quòd appellatione necessariorũ veniunt omnes coniunctæ personæ, vt per Bal. in l. 2. ff. de in ius vocan. & in d. l. sed & si, in prin.

Vnde redeundo ad propositum, institutumq́ꝫ
7 nostrum, † nota quòd liberare aliquem à carcere, est quid pium, etiam si esset carceratus pro maleficio, ita Bal. & Pau. Castr. in l. illud, C. de sacrosan. eccle. & idem Bal. in prin. & Alex. nu. 11. in d. l. quamuis, & Tiraq. in tract. de priuilegijs piæ causæ, in præfatione, versi. item relictum, & ita aliàs iudicauit Regia Audictia Apuliæ in anno 1584. in causa cuiusdam mulieris Terræ Sancti Iuliani.
8 Imò † restitutio dotis fieri potest constante matrimonio, tribus ex causis; ex causa inquam, necessitatis, pietatis, & vtilitatis; necessitatis, in alendo necessarios; vtilitatis, emendo prędium; & pietatis, liberando à carceribus, vt per Bald. in d. l. quamuis.
9 Et hinc finaliter conclude, † quòd fundus dotalis non solum pro assignatis causis alienari potest: sed etiam pro qualibet alia legitima causa, vt firmat Gram. consi. 127. nu. 9.
10 In tantum, † quòd executor ad pias causas potest soluere pro liberatione carcerati. ita apostilla ad Bar. in d. l. quamuis.

ARGVMENTVM.

Quod meretrix licèt remoueatur à muneribus & honoribus ex quo est infamis, tamẽ potest obtinere ius patronatus, non obstante quòd sit ius honorificum.

SVMMARIVM.

1 *Meretrix propter inhonestatem suæ vitæ dicitur infamis.*
2 *Meretrix potest aquirere ius patronatus.*
3 *Christianus quilibet est capax iuris patronatus.*
4 *Matrimonium contrahere & in ecclesia orare qui potest, acquirere ius patronatus potest.*
5 *Mulier siue sit honesta, siue non sit honesta, non prohibetur dotare & construere ecclesiam.*
6 *Spurius natus ex damnato coitu, non admittitur ad honores, tamen admittitur ad ius patronatus.*

DECISIO CXXXIIII.

1 MERETRIX † ob suæ vitæ inhonestatem dicitur infamis: taliter quod ob hoc à dignitatibus, & honoribus remouetur. l. 2. C. de dignit. lib. 12.
2 Sed † si meretrix ipsa de meretricio quæstu facit elemosinam, seu construit ecclesiam, acquirit tunc absque scrupulo aliquo ius patronatus, vt per Glo. in ver. ex illicitis, & Archid. in c. non est putanda, 1. q. 1. & ità tam in Rota Rom. quàm in alijs supremis Regni tribunalibus, nostra tempestate vidimus decisum.

Et ratio

Et ratio ea est, quia licèt meretrix turpiter faciat, non tamen turpiter accipit. & ideo ad restitutionem non tenetur. l. idem qnotiens, ff. de con dict. ob turp. cau. & ita in proprijs terminis de meretrice firmat Roch. Curt. in tract. iuris patronatus, in ver. competens alicui, in prima quæst. col. 2. versic. sed hic suboritur quæstio accessoria. pro
3 qua quidem sententia facit, † quia quilibet Christianus est re ipsa capax iuris patronatus, per tex. in c. piæ mentis, & c. Fulgentius. 16. q. 7. Et cũ mulier quantumcũque meretrix Christiana nempè sit, meritò igitur ipsius iuris patronatus capax remanet. præterea Ioan. And. Anto. de Bui. Abb. & vniuersaliter omnes ibi, pro stabilienda opinio
4 ne hac, ponunt regulam, † quòd qui potest matrimonium contrahere, & in ecclesia orare, potest & ius patronatus acquirere, sicuti exprimunt in c. nobis, de iure patronat. Nec obstare potest, vllo quidem modo, quòd ius patronatus sit ins honorificum, vt in rub. eiusdem tit. dicitur per omnes, in eius diffinitione, & honores infamibus personis non competere, quia teste Rocho Curt. in d. tract. iurispatron. in rubr. illud inductum quippè est, & conceditur gratiosè principaliter in beneficium ecclesiarum, ne laici ab illarum ædificatione retrahantur, vt notatur per Abb. & alios om-
5 nes in cap. quoniam, eo. titu. igitur † sine sit mulier honestæ vitæ, siue inhonestæ, à constructione, & dotatione ecclesiarum non prohibetur, & in hoc vtique conditio fundatoris nullatenus attenditur, cum principaliter tractetur de beneficio ecclesiæ.

Comprobatur postremò opinio isthæc alia e-
6 tiam palpabili ratione, † nã spurius natus ex damnato coitu ad honores minimè recipitur, sed facti saltem infamia reputatur notatus, per ea quæ notat Azo in summa, C. ex quib. cau. iniur. irrog. & Scriben. omnes in l. nullum, C. de his qui not. infam. pro quo facit quod habetur in cap. cum in cunctis, & in cap. innotuit, de electio. & quod habetur in cap. si gens Anglorum. 56. distinct. & tamen à facultate acquirendi ius patronatus successione, constructione, vel dotatione non reputatur inhabilis, vt per Doct. in c. cum seculum, de iure patron. Gemin. Præpos. & Card. in cap. lege Imperatorum, 10. distinc. Roch. Curt. in d. tract. iuris patronatus, in ver. competens alicui, in 2. q. & ita consuluit Bald. consi. 323. Præmittendum est, colum. fin.

ARGVMENTVM.

Iudicandum non est secundum regulam, donec contrarium non probetur, vel nisi ad sui specialis decisionem.

SVMMARIVM.

1 *Regulæ standum, donec probetur exceptio, cum pro ea præsumatur, num. 2.*
3 *Regulam pro se habens, intentionem fundatam habere dicitur.*
4 *Regulas generales allegare, vbi decisio in terminis reperitur, refugium miserorum & pauperis Doctoris est.*
5 *Decisionem legis, vel alicuius Doctoris in terminis allegans, se tutissimum exhibet pro victoria obtinenda.*
6 *Iudex legis casum habens, per rationes & regulas incedere tenetur.*
7 *Pronunciandum secundum regulam in dubio.*

DECISIO CXXXV.

1 REGVLAE † standum, inhærendumque est, donec contrarium probetur: & sic donec probetur fallentia, seu exceptio. l. ab ea parte, de probat. Glo. in l. omnis diffinitio, ff. de reg. iur. Bertran. consi. 270. Cum aliàs scriberem, num. 1. volu. 4. & consi. 95. Cum aliàs, nu. 9. vol. 8. Bero. consi. 139. Illustrissime, num. 4. vol. 2. Grat. consi. 3. sub num. 29. & consi. 113. nu. 13. consi. 134. num. 26. vol. 1. Beccius consi. 93. num. 12. vol. 1. Ioan. Bolognet. consi. 13. num. 79. Cæpha. consi. 419. Clarissimus, num. 75. vol. 3. & consil. 117. Illustrissimis, num. 94. vol. 4. Meno. consi. 238. Dubia, num. 17. & consi. 251. Noua, num. 35. vol. 3. consi. 364. Hac in causa, num. 13. vol. 4. Hierony. Gabriel. consi. 102. Tres, num. 6. volum. 2. Incertus Author in tract. de crimine læsæ maiestatis, quæst. 1. reg. 3. sub num. 13. inter tractatus criminales.
2 Et nihil mirum, † quia præsumitur pro regula, secundum Bar. & Dec. num. 8. in l. 1. ff. de reg. iur. Cæpha. consi. 469. Præmissam, num. 4. vol. 4. Regulç enim iuris tenaciter reipsa obseruandç sunt, nisi in contrarium appareat specialis dispositio, ita Bertran. consi. 255. Existimo sub correctione, num. 2. vol. 6.
3 Taliter, † quòd regulam habens pro se, dicitur habere intentionem fundatam, vt firmauit Glo. in d. l. omnis diffinitio, ff. de reg. iur. Cæpha. consil. 346. Magnificus, num. 9. volu. 3. & consi. 451. Multæ, num. 299. volu. 4. Borgnin. Caualcan. decis. 2. num. 21. in prima par. Incertus Author in d. tract. criminis læsæ maiest. quæst. 1. reg. 3. sub nu. 13. Beccius consi. 1. num. 2. consil. 7. num. 17. consil. 20. num. 25. consi. 42. num. 13. consi. 89. num. 8. consi. 101. num. 41. vbi latè exornat, & consil. 103. nu. 8. volu. 1. Celsus Hugo consi. 123. nu. 1.
4 Sed † hæc omnia claudicant non obtinere aliter locum, vbicunque reperiretur decisio in terminis: tunc enim refugium miserorum, & pauperis Doctoris quippè foret, allegare regulas generales, teste Ang. consi. 14. Nos, col. 2. & ita iudicatũ alias extitit per Regiam Audientiam Apuliæ, varijs vicibus, in anno 1583. & seqq. in causis in ea tunc decisis. Vnde quilibet Doctor incitandus ad studia quotidie magis est, vt totam eius curam, operam, & industriam in perquirendis, inueniendisq; decisionibus in terminis collocare, con
5 sumereque debeat. † nam tutissimum se cõstituit pro victoria obtinenda allegans decisionem legis, vel alicuius Doctoris in terminis, vt discurrit cum alijs signatis per eum pleno cum apparatu Borgnin. Caualcan. decis. 15. Riccius, nume. 4. in 1.

6 in 1. par. † Vbicunque enim iudex habet casum legis, aut authoritates in indiuiduo non tenetur, nec debet vllo modo incedere per rationes, regulas, argumenta, & similia, teste Fely. in cap.cum in ordinem, col.4. de rescrip. & Caualcan. cum cæteris per eum aggregatis, decis.28. Fuit transmissa causa, num.16.& 31. in 1.par.& Balbat. consi. 37. Sapienter scripsit Propheta, num.40. volu.2. vbi concedit sufficere quidem maiorum authoritatem allegari, deficiente lege, quæ tunc habetur pro casu legis,& est tex. vbi Ang. in l.si idem cum eodem, ff. de iurisdic.omn. iud.

7 Tandem † in dubio pronunciandũ est secundum regulam, vt dicit Beccius in d.consi.89. nu. 8.volu.1. & regulæ iuris tenaciter inhærere debemus, nisi contrarium specialiter, & expressè inueniamus, Celsus Hugo consi.65. Ex processu, sub nu.10.vers.non obstat, quod supra,& cons.84. Parisius, num.4. sed vbicunque duarum regularum vna est permissiua, & altera prohibitiua, præfertur in dubio prohibitiua, vt cum suo necessario apparatu exemplificat regulam in vndecim vtilissimis casibus Iaco. Nouel. in reg.173. Regulæ, tomo 2. & sic aliàs declarauit Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ, Comitatusque Molisij in anno 1584. ad fauorem Hieronymi Columnæ de Ciuitate Sancti Seueri.

ARGVMENTVM.

Non potest diuidi vna causa coram diuersis iudicibus, nec pendente causa criminali intentari causa ciuilis contra eundem.

SVMMARIVM.

1 *Continentia causæ diuidi non debet coram diuersis iudicibus, & quare, nu.2. & 10.*

3 *Causa eadem diuersis respectibus in diuersis curijs tractari potest.*

4 *Causa à casu, quo venit, dicitur.*

5 *Causarum genera tria sunt. & itidem, nu.6.*

7 *Causa criminali pendente ad instantiam vnius coram vno iudice, non potest per eundem coram alio intentari ciuilis, & quare, nu.8.*

9 *Iudices diuersi super eadem causa impetrari non possunt, & secunda impetratio non valet.*

10 *L.nulli, C. de iudicijs, declaratur.*

11 *Causa expedita per iudicem, illa tunc ita sopita nullatenus remitti debet ad eundem met à quo extitit appellatum, nisi partes consenserint.*

DECISIO CXXXVI.

1 Cavsae † continentia diuidi non debet coram diuersis iudicibus, l.nulli, C. de iudi.& cap.1.& 2. de cau.possess.& proprie. Camil. Borrel. in Pragm. odia, §.2.glo.1.sub num.244.& seq. Dec. in c.sicut Romana, nu.42. de rescrip.& Ias.in d.l.nulli, in 11.not. vbi hoc ponit pro regula, cum sex limitationibus necessarijs, & septem ponit Menoc. in tracta. de arbit. iudic. quæst. in casu 371. num.1. & seq. lib.2. cent.4. & explicat etiam quę dicatur continentia ipsa causæ.

2 Et hoc, † ne contingat super eadem re, eodemque negotio ferri à diuersis iudicibus contrarias sententias, vt per Bero. consi.75. In præsenti causa, sub num.3. volu.3. & Afflic. decis.354. vbi sub num.6. huiusmodi regulam amplificat quoque, vt etiam nulla proposita, allegataque tunc exceptione de incompetentia secundi iudicis, processus fabricatus coram eo, minimè valeat, & sequitur Maran. dispu.6. sub nu.30. vbi dilucidat istam esse communem opinionem.

3 Est tamen bene verum, † quòd causa eadem diuersis respectibus in diuersis curijs tractari potest, §.præterea quia, in extrauag. Sixti IIII. Et potissimùm cum continentia ipsa causæ triplici respectu dicatur, vel respectu personarum, vel respectu subiecti, vel ratione actionis principalis, vt explicatur per Tiber. Decia. consi.98. Non potuit, num.10. vol.2.

4 Et ne ignorentur termini præsentis speculationis, animaduertendum quippè est, † quòd causa ipsa, à casu quo venit, dicitur, & est materia, & origo tuoe negotij, nedum discussionis, examine patefacta: quæ dum proponitur causa, dum discutitur iudicium, & dum finitur, dicitur iustitia. c.forus, de verb. signifi.

5 Et † causarum genera tria sunt, scilicet ciuilis, criminalis, & spiritualis, vt per Glo. in c.1. de collusione detegen.& Alex. cons.22. Causa, vol.1.& in l.postquam liti, col.1. C. de pac.

6 Et consequenter † causarum tria sunt genera, scilicet minima, media, & maxima; de minimis ita que potest iudex indistinctè cognoscere, & etiam de alijs delegare, & de medijs similiter: sed hodie non, nisi causa cognita: vt si propter publicas occupationes, vel pluralitatem causarum, causæ præesse non valeat: de maximis vero, nec olim, nec hodie potest delegari, nisi in casu l.1. ff. de eo cui mand. est iurisd.& vide Gl. in l.2. de ped. iud. quæ ponit huiusmodi terminos.

7 Redeundo itaque ad institutum nostrum, aduerte, † quòd pendente causa criminali ad instantiam vnius, coram vno iudice, non potest per eundem coram alio intentari ciuilis, vt per Put. decis. 228. lib.1. & ita alias iudicauit sacra Regia Audientia Barensis, in anno 1589. in causa tunc vertente inter aliquos de Terra Rutigliani.

8 Et ratio est, † quoniam videtur primus iudex ab alio impediri in cognitione causæ, dum de iure ille in ea non valet quouis modo se intromittere, secundum Glo. Bal. Ant. de But.& alios vnanimiter, in c.2. extra de offi. deleg. & Bero. consi. 73. num.4. vol.3.

9 Imò † diuersi iudices super eadem causa impetrari non possunt, & secunda impetratio minimè valet, vt per Abb. & alios omnes iuris interpretes in capit. cæterum, de rescrip. & Bero. in d. consi. 75. num.4.

10 Et ratio ea est: † nam d.l.nulli, locum suum sortitur in recurrēte ad diuersos iudices ordinarios, secundum Saly. Alex.& alios omnes ibi, & Afflic. decis.354. num.6. vbi nu.5.& 13. explanat quibus modis dicatur causæ continentia.

Imò

11 Imò † causa etiam expedita per iudicem, illa tunc ita sopita, nullatenus remitti debet ad eundemmet, à quo appellatũ est: nisi partes consenserint. c. accepta, de appel. Est tamen bene verum, quòd quandoque remittitur de matrimonio cõtracto contra interdictum ecclesiæ, cap. literæ, de matrim. contrah. cont. interd. eccle.

ARGVMENTVM.

Quando quis tenetur dare cautionem, intelligitur sine fideiussore, vel pignore. fallit tunc hæc regula in pluribus causis.

SVMMARIVM.

1 *Cautionis verbum, à lege ciuili prolatum, intelligitur sine fideiussore.*
2 *Cautio cum fideiussoribus maior est, quàm cum pignore.*
3 *Cautio intelligitur cum fideiussore, vbicunque persona esset suspecta.*
4 *Cautio in causa dotis, intelligitur cum fideiussore.*
5 *Cautio quotiescunque à lege vel alia dispositione requireretur sufficiens, & idonea, tunc debent dari fideiussores vel pignora.*
6 *Lex exigens sufficientem cautionem, tunc cautio ipsa intelligitur cum fideiussore.*

DECISIO CXXXVII.

1 Cautionis † verbum à lege ciuili prolatum, intelligitur sincerè quidem de cautione nuda, & simplici sine fideiussore, ita Bal. concludendo consi. 472. Super eo, vol. 3. & l. 3. & legendo in l. vniuersa, col. 11. C. de precib. Imper. offer. Dyn. idem Bal. Ang. Imo. & alij omnes in l. diuortio. §. interdum, ff. solu. matri. & Ias. in l. stipulationes aliæ, nume. 8. ff. de verbo. oblig. vbi prorumpit, illam esse communem opinionem. In contrariam vero partem & malè vide tur inclinare Bart. in d. l. diuortio, videlicet, quòd cautio, quando profertur à lege ciuili, vel prætoria, intelligatur cum fideiussore, & videtur etiam hoc probari in l. prætoriæ, ff. de prætor. stipulationibus, & in l. in omnibus. C. de iudi. sed idem Bar to. in rubr. ff. de in ius vocan. videtur mutare consilium in melius, concurrereque cum prima opinione communi, quod cautio dicatur, intelligaturque sine fideiussore, & sequitur Corset. sing. in ver. cautio, & ipsam communem fertiliter declarat, & Soci. etiam in reg. 43. vbi hoc ponit pro regula cum fallentijs.

2 Et de hoc mirandum non est; † quoniam cautio cum fideiussoribus maior est, quàm cum pignore, secundum Lucam de Penna, in l. quoties. C. de dignit. lib. 12. & Cassan. in consue. Burg. tit. des confins de plusieurs luz. §. 4.

3 Quæ quidem † cõmunis claudicat primò, vbicunque persona foret suspecta: tunc enim cautio intelligitur cum fideiussore, ita Bal. in l. sancimus, col. 1. ver. sed quid si verbum. C. de verbo. signifi. & Oldra. consi. 6.

4 Secundò † fallit in causa dotis, vt per Bal. Nouell. in tract. de dot. in 12. priuileg. 6. partis principalis, prout ita alias iudicauit in facti contingentia Regia Audientia Capitinatæ Apuliç in anno 1583. in causa cuiusdam de Terra Sancti Marci.

5 Tertiò † limitatur, quotiescunque lex, seu quæ uis alia dispositio requireret sufficientem, & idoneam cautionem: tunc quippè debent dari fideiussores, vel pignora. l. si mandato. §. fi. vbi Gl. & Barto. ff. mandati. Ang. in Auth. de executore, in prin. col. 7. & Corset. in d. sing. in ver. cautio, post prin. & no. in l. cautionis, de verb. signifi.

6 Quartò † coarctatur, quando lex exigeret sufficientem cautionem, quia tunc intelligitur cum fideiussore, secundum Spe. de contu. §. nunc dicamus, versic. sed nunquid excommunicatus, & in tit. de empt. & vendit. §. 1. versi. quid si actum, & Oldr. consi. 68. Beccius consi. 1. nu. 4. vol. 1.

ARGVMENTVM.

Qualiter puniatur contumacia tam de iure canonico, quàm de iure ciuili.

SVMMARIVM.

1 *Contumax præceptũ iudicis implere cõtemnens mortaliter peccat: & iudicium subterfugiens de iure suo diffidit.*
2 *Contumacia, grauissimum delictum; & quibus causis excusetur.*
3 *Contumax seu ob contumaciam inobediens excommunicari potest; & inobedientia maximum crimen est.*
4 *Contumax, infidelis dicitur, mendaciq; comparatur.*
5 *Contumax excommunicatur beneficij tantum reditibus ipso iure priuatus est: & an & ex qua causa post annum in contumacia perseuerans beneficio quoque priuari possit: & an suspectus de hæresi reddatur elapso anno quo in contumacia extitit, vt purgatio indici possit. nu. 7.*
6 *Contumax, quando excommunicandus sit.*
8 *Clericus citatus per laicum ignorantem eum clericũ, an effectus contumax mulctari possit ratione contumaciæ.*
9 *Contumax quis dicatur.*
10 *L. contumacia, de re iud. quomodo procedat.*
11 *Contumax verus, non autem fictus mulctari potest.*
12 *Contumax verus quis, & quis fictus; & quomodo verus à manifesto differat. nu. 14.*
13 *Citatio ad domum, quando sufficiat.*
15 *Citatus in domo excommunicari, an & quãdo possit.*
16 *Sententia non valet, si contra citatum domi non com parentem ad excommunicationis sententiam proceditur.*
17 *Contumacia, pro qua excommunicatio proferri solet, triplex est.*
18 *Contumacia vera & interpretatiua.*
19 *Contumax expressus dicitur asserens, nolo venire.*
20 *Contumacia præsumpta, quæ.*
21 *Contumaciæ criminalis & ciuilis materiæ.*
22 *Contumacia in ciuilibus non nisi parte instante & incusante incurritur.*

Contu-

23 Contumacia in criminalibus contra citatum accusari debet, alias quis contumax non reputatur.

24 Contumaciæ vltimæ accusatio, Curia pro tribunali sedente, in Regno & vbique de generali consuetudine Italiæ requiritur, siue ex officio, siue ad querelam procedatur.

25 Contumacia est delictum, & an sit delictum, vel culpa, num. 31.

26 Contumax multos offendit.

27 Confessiones per contumaciam inductæ, quid operentur, remissiuè.

28 Contumax si fuerit à iudice ignorante contumaciam condemnatus, vt contumax, talis cõdemnatio quid operetur.

29 Iudex an possit facere gratiam contumaciæ, & expectare citatum in die sequenti, remissiuè.

30 Contumax an, & quando audiatur appellans, & alia multa in materia, remissiuè.

32 Contumacia non prouenienis ex delicto, delictum non dicitur. Nec itidem contumaci potest mulcta imponi, quotiescunque non fuit causa retardãdi processum.

33 Contumax potest excommunicari, non tamen beneficio priuari.

34 Clerici ab episcopis, si fuerint contumaces, per excommunicationem corrigi debent.

35 Contumax verus non appellat, quod procedit quando quis fuerit contumax in nolendo iurare de calumnia. nu. 36. vel quando quis fuerit contumax in recusando respondere positionibus, & tunc appellabit, licèt pro confesso habeatur. nu. 37.

38 Rusticus contumax auditur appellans.

39 Spoliatus per contumaciam, debet reintegrari, & auditur appellans.

40 Contumax verus, quando non auditur appellans, remissiuè.

41 Contumax verus, quis, & quando pro confesso habeatur, num. 42.

43 Contumax quis dicitur tribus modis, est infidelis, & peccat mortaliter, & non debet audiri nisi prius solutis damnis, & expensis.

44 Citatus in causa criminali, & effectus contumax, an possit vigore constitutionis Regni condemnari in tertia parte bonorum mobilium, & an fisco instante in tertia parte nominum debitorum possit exequi, quod sic: contrarium tamen concluditur, nume. 45.

46 Nomina debitorum non computari inter mobilia.

47 Ordo iuris in exequendo.

48 Ordo quis in alienatione bonorum ecclesiæ, vel minoris.

49 Nomina debitorum appellatione hæreditatis, vel patrimonij contineri.

50 Legatum factum de omnibus bonis mobilibus, an cõprehendat nomina debitorum.

51 Papa concedens, beneficiatum testari solum de rebus mobilibus, an nomina debitorum comprehendantur, remissiuè.

52 Reus super aliquo crimine ad informandum citatus, secundum Regni practicam, & non comparens in termino, reputeturque contumax, condemnabitur ad tertiam partem bonorum mobilium, quæ est pena contumaciæ.

53 Citatus ad contestandum litem, & ad publicandum aliosque similes actus, & non compareat, in contumaciam actus, ad quem fuit citatus, fiet, nullam ob id pœnam incurrendo.

54 Citatus vt principalis ad deponendum per verbum credit, vel non credit, super aduersarij articulis & non compareat per tres citationes intimatas pro confesso in Regno declaratur.

55 Citatus ad declarandum an velit vti testibus & scripturis per eum productis, si declarationem recuset condemnatur. Et si testis falsitas notoria sit in processu ad partis querelam & contra testes & producentem de falso agi potest, nu. 56. Et de ratione, num. 57.

DECISIO CXXXVIII.

CONTVMACIA inducit peccatum mor-
1 tale: † & sic contumax, qui præceptum
iudicis implere contemnit, mortaliter
quippè peccat, ita Abb. in c. 1. col. 3. extra de iu-
dic. Ioan. Tabien. in ver. excommunicatio, il pri-
mo, sub §. 4. Bartholom Fumus in sum. Armil. in
ver. contumacia, §. 1. & Fely. in cap. ex literis, col.
fin. de constit. & in cap. testimonium, num. 25. de
testib. & in c. cum super, col. 11. de testib. cog. vbi
adijcit quoque, quòd tanto est maior, quanto ex
minori re surgit, auth: si omnes, cum ibi not. C. si
min. vt se ab hæred. absti. & Bart. in l. si eo tempo-
re. C. de remiss. pign. & sic contumacia est graue
peccatum, & non comparens in iudicio, ac iudi-
cium ipsum subterfugiens, de iure suo dubitat at-
que diffidit. c. sciendum. 8. q. 1. & c. Christianus,
11. q. 1. Alberic. in l. contumacia. §. contumax, nu.
6. ff. de re iudi.
2 Et huiusmodi contemptus, † seu contumacia
est delictum certè grauissimum, secundum Glo.
in l. si filius, ff. de interrog. actio. & Barba. in Ioan-
nina, col. 163. & est tex. in l. sancimus. C. de iudi-
cijs, Corn. consi. 184. nu. 4. vol. 4. Menoc. in tract.
de arbitr. iudi. quæstionib. in casu 153. num. 1. &
seqq. lib. 2. centur. 2. vbi congerit varias, diuersas-
que rationabiles causas, quibus contumacia ipsa
excusatur. Thom. Doccius, consi. 88. num. 5. vbi
num. 8. firmat etiam, quòd contumacia non no-
cet filio, ita vt peculio aduectitio priuetur. & ideo
3 inobediens † ob contumaciam, & sic contumax
ipse meritò posset excommunicari, vt per Glo. in
c. constitutus, de sent. excommu. lib. 6. Bal. in l. 3.
C. de procura. Caietanum in 4. sententiarum, &
summam Tabien. in d. ver. excõmunicatio, il pri-
mo, §. 4. & Fely. in cap. 1. col. 5. de iudi. vbi addit
etiam ad propositũ, quod antequam excommu-
nicetur quis ob contumaciam, debeat citari, imò
contumax ex sola contumacia in non comparen-
do posset excommunicari etiam ex causa ciuili: vt
pote quia maximũ nempè crimen est inobedien
tia, c. sciendum, 8. q. 1.
4 Et † contumax ipse dicitur indubitanter infi-
delis, vt per Abb. in c. 1. nu. 9. & seq. de iudi. & Ias.
d. l. sancimus, col. pen. & est tex. in c. si qui præsby
teri. 81. distin. & æquiparatur mendaci, vt per Al-
beric. in l. de ætate, nu. 5. ff. de interrog. action.

Et ta-

5 Et taliter † excommunicatus licèt non possit priuari beneficio, tamen redditibus beneficij est ipso iure priuatus, secundum Abb. in cap. pastora lis. §. fi. de appell.

6 Proinde † non esset excommunicandus contumax: sed ita demum si alias contra eum prouideri nequiret, vt per Glo. in c. contingit, de dolo, & contum. & in c. suæ, vt li. non conte.

7 Et † an post annum perseuerans in contumacia possit beneficio priuari, & ex qua causa, & an ipso iure sit priuatus, vide Abb. quamoptime declarantem, & hoc resoluentem in d. c. 1. num. 24. & seq. vbi de intellectu rursus, & cap. quicunque, 11. q. 3. planè, & enodatè per eum discutitur.

Et an excommunicatus perseuerās per annum in contumacia elapso anno reddatur suspectus de hæresi, & possit indici sibi purgatio, vide Maran. hoc explicantem in tract. de iudi. in 6. par. de contumacia. in 2. membro iudicij, nu. 33.

8 Et † an clericus per iudicem laicū citatus, ignorantem illum clericū esse, contumax effectus mulctari queat ratione suæ contumaciæ, vide D. Carauit. in ritu magnæ Curiæ Vicariæ 65. nu. 1. cum alijs seq. disputantem hanc quæstionem, & determinantem, ipsum clericum nequaquam mulctari posse ob contumaciam coram eo contractam, & meminit in facti contingentia aliàs extitisse decisum in sacro Consilio Neapo. Sed aduerte in practica, quod tunc clericus ipse necessariò teneretur comparere coram iudice seculari, coram quo contumax reperitur, ab eoque datur conceditur que terminus super remissione, & probato per eum clericatu, remittitur ad iudicem ecclesiasticum, prout ita obseruaui in Regia Audiētia Apuliæ existens in ea Auditor in anno 1583. cum alijs seqq. imo omnes ipsi clerici sponte, non obstante decisione præmemorata sacri Consilij, purgauere contumaciam in eadem Regia Audientia antequam auditi fuere super petita remissione.

9 Et † contumax dicitur ille, redeundo ad propositum, qui ternis edictis citatus est, vel vno peremptorio pro omnibus, & copiam sui facere contemnit, l. contumacia, & ibi Bar. Pau. de Cast. & Alexan. ff. de re iudi. Fely. & alij in c. 2. de accus. Natta in cle. sæpe, §. non sit, in ver. citationem, de verb.

10 signifi. & Dec. consi. 34. sub num. 2. † qui quidem tex. in d. l. contumacia, secundum Doct. ibi procedit quantum ad tres effectus, scilicet, vt procedi queat ad diffinitiuam sententiam, vel ad absolutoriam iudicij, aut ad missionem in possessionem ex primo vel ex secundo decreto, quæ grauis præiudicij procul dubio discernuntur: non autem quoad condemnationem expensarum, vel impositionem mulctæ, vbi sufficeret quippe vnica citatio, vt explicat Bart. Pau. Castr. & Alex. in vltimo no. in d. l. contumacia, & sic posset quis puniri vti contumax, & inobediens, quamuis non extitisset ter, aut peremptoriè citatus, sed vnica citatione, adeo quòd propter vnicam contumaciam inexcusabilis foret, secundum Bar. in l. vnica, §. ijs non videtur, ff. si quis ius dicenti non obtemp. cuius quidem sententiam ibi sequūtur & communem aiunt Alex. col. 1. Ias. & Curt. col. pen.

11 Cæterum aduerte, † quòd solummodo verus contumax, non autem fictus mulctari posset, vt voluere Bald. in l. in mulctis, C. de appell. Glo. & And. de Iser. in constit. Regni, rei vendicatione, lib. 1. Ang. consi. 8. col. pen. Alex. & communiter alij omnes in d. l. vnica, §. fin. ff. si quis ius dicen. non obtempe.

12 Et † is dicitur reipsa verus contumax, qui citatus, & vocatus personaliter non comparet, nec sui copiam facit congruo, debitoq; tempore, secundum Glo. & Ioan. de Imo. in l. ex consensu. §. fin. ff. de appell. Bar. in l. fi. col. 11. ff. de in integ. restit. Afflic. in constit. si quis post litem, num. 3. & seq. lib. 1. sub rub. 97. & Maran. in tract. de iudicijs, in 6. par. in tit. de contumacia, in 2. membro iudicij, nu. 8. & istam opinionem veriorem vocat Afflic. vbi supra, imo ex allegatis facilè communis discernitur; & facit l. contumacia. ff. de re iud. Pet. Royzius decis. 4. nu. 16. & seq. & 517.

Fictus autem contumax dicitur, vbicunque esset citatus ad domū, & dubitaretur an citatio ad eius notitiam peruenisset, ita Bart. in l. fi. col. pen. ff. de in integ. restit. Maran. in loco antesignato, sub nu. 8. & Dec. consi. 34. nu. 4. Corn. consi. 97.

13 num. 10. volum. 4. proinde † citatio ipsa ad domum ita demum sufficeret si copia personæ haberi nequiret, secundum Glo. & omnes Canonistas vniuersaliter, in cap. causam quæ, de dolo & contum. Innoc. in c. fi. de eo qui mitt. in poss. causa rei seruan. Bar. in l. 4. §. prætor ait, ff. de damno infec. vbi Alex. admonet istam esse communem opinionem, quam sequitur, comprobat, & citat Afflic. in constit. citationis literæ, num. 1. & seq. lib. 1. rub. 96. & notatur in d. c. causam quæ, & in l. 1. §. 1. ff. de lib. agnos. & tradit Soc. in tract. de citatio. art. 17. q. 11. versi. circa septimam.

14 Alteram † differentiam itidem inter verū contumacem & manifestum, ponit satis apertè Cardin. Zabarel. in clem. dudum, col. 4. versi. septimò quæro, de iudicijs.

Et quis dicatur verus cōtumax & fictus, discurrit quoque & magistraliter absoluit idem Cardi. Zabarel. in clem. si ante, col. 7. versi. nonò quæro circa opinionem Speculatoris, de dolo & contu.

15 Et hinc sequitur, † quod citatus in domo excō municari nequit modo aliquo, nisi probetur citationem ad eius notitiam peruenisse, secundum Rot. decis. 271.

16 Imò † si contra citatum domi non comparentem procederetur ad excommunicationis sententiam, tunc indubitanter talis sentētia de iure non valeret, neque subsisteret, per tex. in cap. sacro. de sent. excommu. & hoc fuit singulare dictum Innoc. in c. si aduersarius, de eo qui mitt. in poss. ca. rei ser. quod sequitur ibi Ant. de But. colum. 8. & Lanfran. in c. quoniam contra. in ver. citationes, col. penul. versi. quæritur vlterius. ideoque ad remouendum quascunque difficultates, & altercationes Doct. nō immeritò in archiepiscopali Curia Neap. olim fuit emanata constitutio sinodalis 57. in ordine, incip. porrò calumniosis anfractibus, & exinde ritus 17. in ordine incip. item citatus per nuncium semel, statuens, quod semel perso-

personaliter citatus, & bis domi, & non compa-
rens posit excommunicari, & ipsam Curiam ar-
chiepiscopalem Neap. recolo superioribus annis
aliquibus vicibus seruasse dictum ritum 17. & d.
constit. sinodal. 57. de qua meminit Afflic. in d.
constit. citationis litteræ, sub nu.3.
17 Et † isthęc contumacia, pro qua excommunica
tio proferri solet, est triplex, & sic ex triplici con-
tumacia quis excommunicari potest. vna quidem
est in non veniendo ad iudicium vocatus à iudi-
ce; altera cum citatus venit, sed non vult parere;
& illicentiatus recedit; alia verò & vltima est, vbi-
cunq; offensa manifesta est, & iussus à iudice non
vult se emendare, aut restituere, vt vbertim pro-
sequitur Card. de Tur. Crema. in c. episcopi, ante
fin. 11. q. 3. Hosti. vero in Summa de dolo & con-
18 tum. §. expediuimus, versi. quid sit, asseruit, † du-
plicem esse contumaciam, scilicet veram, & inter-
pretatiuam siue pręsumptam; veram, cum quis ci
tatus, & inuentus, nullum quippè habens impedi
mentum, dicit se nolle venire, vel veniens, & nul-
la suadente iusta causa, parere recusans, vel illicen
19 ciatus ante tempus recedens, † & tunc asserens no
lo venire dicitur expressus contumax, per constit.
Regni, post litem, & ibi Moder. in 7. not. alleg.
Bart. in l. fi. col. 2. versi. pro huius declaratione, ff.
de in integrum restit. subdens quòd iste, stante ta
li responsione, & ceruicosa prolatione verborũ,
non est vlterius citandus, remittentes se ad Card.
Zabar. in cle. si ante, quæst. 9. de dolo & contum.
& vide Bal. in l. sancimus, in princ. C. de iudic. &
20 Dec. in c. de causis, in 4. not. de offi. deleg. † præ-
sumptam vero contumaciam arbitratur ipsemet
Hosti. cum solenniter citatus, licèt non inuentus,
nec venit, nec sufficientem procuratorem desti-
nauit in termino statuto.
21 Et † de ipsa contumacia in criminalibus, vide
cap. veritatis, de dolo & contum. Et in ciuili, vide
in c. suæ, vt li. non contest. & in cap. prout, de do-
lo, & contum.
Sed contumacia ipso iure non datur ex officio
judicis: sed oportet quidem, vt pars illam requi-
22 rat: † & sic contumacia in ciuilibus causis nō in-
curritur, nisi parte instante, & incusante, l. prope-
randum, §. & si quidem, vbi Bal. & alij omnes, C.
de iudi. Bar. in l. si finita, §. Iulianus, num. 15. ff. de
dam. insec. Carauita in ritu 123. nu. 8.
Quodque eatenus verum est, vt amplificari me
ritò nempè posit, procedere quoque in crimina-
23 libus causis, † vt in eis contumacia accusari neces
sariò debeat cōtra citatum; aliàs iuris ordine non
seruato, nec accusata contumacia, reus ipse cita-
tus contumax reputari nequit vllo pacto, vt per
Bar. in l. consentaneum, in fi. C. quomo. & quan-
do iud. And. de Iser. in constit. in pecuniarijs, col.
3. Alex. consi. 100. Discussis, num. 3. vol. 5. Foller.
in pract. crim. in 1. par. 2. par. in rub. accusentur cō
tumaciæ, num. 9. Carauita in d. titu. 123. num. 4.
Matth. Brun. consi. 64. Causam præsentem, num.
33. volum. 1.
24 Et † accusatio ipsa conumaciæ requiritur de
necessitate, seu procedatur ex officio, seu ad par-
tis querelam: & ita seruatur in Regno, teste Ca-
rauita in d. ritu 123. sub nu. 5. sicuti hoc tanquàm
legem, vidimus in Regno, per 30. & vltra annos,
in tribunalibus maioribus & minoribus inuiola-
biliter obseruari. Imò itidem in Regno accusa-
tur vltima contumacia Curia pro tribunali seden
te, & non aliter, vt in ritu, obseruat ipsa Curia, &
in ritu, item seruat dicta Curia quòd illa dies. Et
isthæc contumacia, non solum in Regno, sed vbi
que etiam accusanda venit, de generali consuetu-
dine Italiæ, teste Afflic. in constit. pęnam eorum,
colum. 5.
25 Contumacia † est delictum, & punitur. l. con-
tumacia, & ibi Doct. ff. de re iudi. Capha. consi.
350. Quamuis, num. 29. & seq. vol. 3. Grat. consi.
100. num. 12. vol. 5. Corn. consi. 45. num. 1. vol. 3.
Franc. de Caldas in l. si curatorem, in ver. lęsis, nu.
13. C. de in integ. restit. min. vbi concedit etiam
minorem doli capacem contumaciam incurrere
absque aliqua exceptione, & dolo comparatur,
Ant. Tessaurus, decis. 265. Contumax, num. 1. &
seqq. vbi ponit aliqua incommoda ipsius contu-
maciæ, & vide constit. Regni, in tit. de pęna con-
tum. de materia contumaciæ. Non tamen ex sola
contumacia delictum probatur, neque pro con-
fesso contumax habetur iure communi. Craue.
consi. 654. num. 5. lib. 4.
26 Imo † contumax multos offendit, Glo. est in c.
1. de dolo & contum. in ver. nota insuper, taliter
quòd vbicunque contumacia ipsa habet superio-
ris contemptum, est re ipsa tunc dolus præsum-
ptus, vt per Aquens. in l. si mora, col. fi. ff. sol. ma-
trim. Capha. consi. 350. sub nu. 35.
27 Et † confessiones per contumaciam inductæ
quid operẽtur, vide Marsi. declarantem in pract.
crim. §. postquam, col. 8. & seq. & in l. vnica, num.
129. & seq C. de rap. virg. & Hierony. Gabriel.
consi. 167. Vt clarissimè, num. 52. cum alijs seqq.
volum. 2.
28 Et † quid si contumax fuerit, vt contumax con
demnatus à iudice, qui etiam contumaciam igno
rabat, vide Marsi. resoluentem in l. patre, nume.
46. de quæst.
29 Et † an iudex posit facere gratiam contuma-
ciæ, & expectare citatum in sequenti die, vide
Marsi. in l. quęstionis, num. 66. de quæst. & in l. in-
fans, num. 20. de sica.
30 An, † & quando contumax non audiatur ap-
pellans, & multa ad materiam non admittendi ad
agendum, vel appellandum, vide fertiliter per
Dec. consi. 34. per totum, & per Fely. in c. 5. col.
7. versic. fallit tertiò, extra de constit. Grat. consi.
500. nu. 2. cum alijs seqq. vol. 1.
35 Et † an contumacia sit delictum, vel culpa, vi-
de Feli. in cap. quæ in ecclesiarum, col. 2. extra de
32 constit. † sed contumacia non proueniens ex de-
licto non dicitur delictum, vt explicat Prosper Pa
sethus consi. 189. Pro resolutione dubij, num. 5.
& seq. Neque ipsi contumaci mulcta imponi po-
test, quando nō fuit causa retardandi processum,
vt per Hierony. Gabriel. in d. consil. 167. nume.
27. volum. 2.
33 Contumax † potest excōmunicari, non tamen
priuari beneficio, ita Abb. in c. 1. de iudi. in prin.

34 Et † sic contumaces clerici ab episcopis per excommunicationem corrigi debent. cap. contumaces. 50. distin. cap. si quis præsbyter. 7. q. 1. & cap. petimus. 11. q. 1.

35 Contumax † verus non appellat. l. ex consensu. §. fin. de appell. Sed Dec. consi. 34. concedit, quod licèt veri cōtumaces non appellent, tamen

36 habeat locum hoc, † quando quis fuerit contumax in nolendo iurare de calumnia, vt firmat Gl. & Bart. in l. creditor. §. iussus. ff. de appell. & Bal. in

37 l. 1. C. quorum appell. † vel quando quis fuerit cōtumax in recusando respōdere positionibus: quia tunc appellabit, licèt habeatur pro cōfesso, tenet Ioan. de Imo. in d. §. iussus.

38 Item † minimè hoc locum sortitur in casu rusticorum: quia iura non vendicant locum in rusticis contumacibus, concludit Pet. in cap. Nicolao, col. penul. de appell. Bal. & Ang. in l. vbi exigitur. ff. de eden.

39 Et ideo † si quis fuerit spoliatus propter huiusmodi contumaciam, debet reintegrari, vt ibi per Decium.

40 Et de materia, † quando contumax verus non auditur appellans, vide Afflic. in constitu. si quis post litem, in 2. not.

41 Contumax † verus est, qui personaliter citatus est, vel ad domum, peruenta tamen citationis notitia ad eum per propriam schedulam. D. Marcus Anto. Eugen. consi. 20. num. 20. alias est fictus, vt

42 ibi, num. 21. lib. 1. † Et contumax pro confesso ita habetur, si monitus est personaliter. Craue. con-

43 sil. 330. num. 10. vol. 3. † & contumax dicitur quis tribus modis, vt explicat Iacob. Butrig. in l. sancimus, colum. 1. C. de iudi. & est infidelis, & peccat mortaliter. Apostilla in loco præcitato in additione finali, & nō debet audiri, nisi prius solutis damnis & expensis, vt in Apostilla, vt supra.

44 Sed † citatus in causa criminali, licèt si nō comparеat, vigore cōstitutionis Regni, pęnam nouem vnciarum, debeat, & possit condemnari in tertia parte bonorum mobilium, tamen si condemnatus haberet debitorem in centum, fiscusque peteret tertiam partem illius debiti, posset tunc illam consequi, & recipere, arg. l. si fideicommissum. §. tractatum est, ff. de iudicijs, & l. 1. §. 1. ff. ad Trebel.

45 Sed † contrariū obseruaui in practica, assidens in Regia Audientia Apuliæ Auditor, in anno 1583. & seq. in varijs causis; & dum exposcebam audire rationem tunc ab Aduocato fiscali eiusdem Regiæ Audientiæ, nesciebat vllo modo assignare.

Vnde assignabam tunc hanc palpabilem ratio-

46 nem, † quod nomina debitorum non computabantur aliter inter bona mobilia, l. à diuo Pio, §. 1. ff. de re iudic. & ita firmat etiam And. de Barulo, quod non computentur, per l. si chorus, §. 1. de leg. 3.

Secundò quòd nomina debitorum nō sint mo-

47 bilia: † quia cum aliqua executio fiat, primò capiuntur mobilia, secundò immobilia, tertiò deuenitur ad nomina debitorū, l. à diuo Pio, §. in venditione. ff. de re iudi.

Tertiò inuenio, quòd ipsa nomina non sint

48 mobilia: † nam cum res minoris, vel ecclesiæ venditur, primò incohatur à mobilibus, secundò à nominibus ipsis, tertiò deuenitur ad immobilia, auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosan. eccle.

49 Ergo † nomina non sunt immobilia, sed appellatione patrimonij, vel hæreditatis continentur; vt in d. l. si fideicommissum, §. tractatum est, in fi.

50 Et ex hoc, † an nomina debitorum connumerentur inter bona mobilia, vel immobilia, infertur ad multa alia vtilia; verbi gratia, si alicui fuerint legata omnia bona mobilia, an veniant nomina debitorum.

51 Vel † si Papa concesserit testari beneficiatum solum de rebus mobilibus, istam quæstionem habuit in facto Pan. Castr. quam refert, & resoluit in l. quam Tuberonis, §. fi. ff. de peculio.

Sed ad institutum nostrum redeundo, aduer-

52 te, † quòd citato reo ad informandum in Regno super aliquo crimine apparente contra eum, si in tempore stabilito non compareat, remaneatque contumax, debet tunc cōdemnari ad tertiam partem bonorum mobilium, quæ est re ipsa pœna contumaciæ, vt disponitur in d. constit. pœnam nouem vnciarum.

53 Verum † vbicunque quis citatur ad contestandum litem, ad publicandum, & ad cæteros similes actus, & nullatenus compareat, tunc in contumaciam fieri solet ipsa contestatio, vel alius actus, ad quem citatio expedita reperitur, & non condemnatur aliter ad tertiam partem bonorum mobilium, ita Afflic. in d. constit. pęnam nouem vnciarum, vbi profert magnum verbum, ita vidisse seruari in contradictorio iudicio, prout ita seruatur in toto Regno absque scrupulo aliquo.

54 Est bene verum, † quòd quando quis citatur, vt principalis, & melius de veritate informatus ad deponendum per verbum, credit, vel non credit, super articulis per eius aduersarium productis, & non comparеat post tres citationes expeditas, & intimatas ad deponendum, in eius contumaciam in Regno declaratur, mediante decreto, pro confesso, & proceditur postmodum ad vlteriora in causa, & sic ad receptionem testium super articulis prædictis.

55 Et similiter, † quando quis citatur ad declarandum, an velit vti testibus, & scripturis productis per eum, & recuset huiusmodi declarationem facere, tunc in eius contumaciam condemnatur, & declaratur, vt deterius fuerit.

56 Et † eo quippè casu si falsitas testium foret notoria in processu, potest ad partis querelam procedi, agique de falso tam contra producentem, quàm etiam contra testes, vt ostendit D. Foller. consi. 140. num. 9. inter consi. criminalia, volu. 1. in folio, & ita vidi obseruari in practica, vt aduocatus, & vt iudex, quàmpluribus quidem vicibus.

57 Et † ratio posset assignari isthæc, quoniam stante oppositione & protestatione falsorum testium facta, & concurrente duritia producentis testes, persistendo in dolo, obstinataq; voluntate, quotidie vtendo testibus, seu scripturis falsis, venit producens ipse proculdubio puniendus pęna falsi, ita Cyn. & alij in l. si falsos. C. ad leg. Corn. de

fals. Gand. in tract. de fals. num. 5. & 11. Bonifac. de Vital. in tract. maleficiorum, in rub. de fal. col. 3. versi. item & in illo, & Ang. Aret. in pract. crim. de malefi. in ver. falsario.

Imo stante tunc notorietate facti, & sic falsorum articulorum, & testium scaturiente ex actis, quamuis renunciaretur vsui testium, producens ob hoc minime euitaret pœnam falsi, vt concedit Capic. decis. 67. num. 6. & Foller. in loco antesignato.

ARGVMENTVM.

Qui affectat titulum ad finem declinandi forum, dicto titulo non iuuatur.

SVMMARIVM.

1 *Titulum affectatum habere procurans, vt aliquem suo iure priuet, omnibus commodis affectatis excluditur.*

2 *Titulus putatiuus & ad præscribendum, & ad excludendum hæreditatis petitionem, ante præscriptionem completam sufficiens est.*

3 *Titulus præsumitur, vbi antiquissima immemorabilisque possessio probatur.*

4 *Solennitas extrinseca, cum in facto consistat, non præsumitur, sed probanda venit.*

5 *Præscriptionem ad iustificandam, titulum antiquamque possessionem probare sufficit, quando de modico tractatur præiudicio, & nu. 6.*

7 *Titulus proprius docendus est, vbi de ipsius probatione in beneficialibus ageretur.*

8 *Titulum auctoris iustificare successor non tenetur, vbi de ipsius successoris titulo tractatur.*

DECISIO CXXXIX.

1 TITVLVM † affectatum habere procurans ad effectum, finemque aliquem expellendi, atque iure suo priuãdi, frustra laborat, vt per Barto. in l. siue autem, §. si duobus, ff. de publiciana, & Felyn. in c. non debet, & sic in c. fin. sub num. 4. cum alijs seqq. de testib. vbi congerit vtiliter quidem quamplures alios casus similes, in quibus quis non releuatur, nec vllo modo iuuatur, mediante actione, præuentione, tutela, officio, accusatione, & titulo affectato, & procurato, & alijs similibus modis: cum affectans ipse remanere penitus debeat exclusus omnibus nempe commodis affectatis.

2 Est bene verum, † quòd titulus putatiuus est sufficiens, non solùm ad præscribendum, verum etiam ad excludendum petitionem hæreditatis ante completam præscriptionem. Glo. est ad huiusce modi propositum vniformiter ab omnibus approbata in l. fi. ff. de vsu. pro legato, in ver. post, cum qua concordant Alex. & Ias. prope fin. l. 2. C. de eden.

3 Sed titulus † ipse tunc præsumitur, vbicunque quis probaret antiquissimã, & immemorabilem possessionem, excedentem hominũ memoriam, ita Bar. in l. cum de in rem verso, nu. 2. ff. de vsur. Fely. in c. cum ex officij, de præscrip. & Ioan. Pet. Surd. cum alijs signatis per eum, consi. 94. Nulla, num. 53.

4 Et ratio ea est, quia titulus est quid facti, † & solemnitas extrinseca, quæ cum in facto consistat, non præsumitur, sed venit probanda, l. quæcunque, §. pen. ff. de publ. not. in l. sciendum, ff. de verbotum obligationib. & per Fely. in cap. de quarta, de præscr.

5 Et † licèt sufficiat allegare titulum, & probare antiquã possessionẽ ad iustificandam pręscriptionem, vt no. in Glo. in c. dilectio tua, in ver. offer-

6 re, 16. q. 3. Tamen hoc procedit, † qñ tractaretur de modico præiudicio, vt de seruitute imposita alicui rei, quæ facillimè præscribitur: sed quãdo tractaretur de magno præiudicio, vt de translatione dominij alicuius rei in alium, tunc non præsumeretur titulus emptionis, donationis, & similiũ ex lõga possessione. l. Celsus, ff. de vsucap. & l. nullo, C. de rei vend. Bar. in d. l. cum de in rem verso, & in l. 1. §. fi. ff. de aqua plu. arc. & in l. seruitutes, ff. de seruit. vbi concedit, quod in his, quæ sunt magni præiudicij non præsumitur titulus, vbicũque tractatur de acquisitione dominij, prout ita aliàs declaratum fuit per Regiam Audientiam Apuliæ, in anno 1584. ad fauorem magnificæ vniuersitatis Prædicatelli.

7 Cæterùm aduerte, † quòd vbicunque tractaretur de probatione proprij tituli in beneficialibus, tunc docendum quippe foret de proprio titulo ipso, ita Innoc. Io. And. Abb. num. 7. & alij in c. illud. de præsump. & Aegid. Bellam. decis. 645. Nõ obstante, post medium. vbi concedit quem teneri litteras proprij tituli ostendere, & tunc dubio procul præsumeretur verum habere titulum, si litteras ipsas haberet, & custodiret.

8 Verùm † vbi tractaretur de titulo successoris, tunc nempè successor ipse non teneretur iustificare titulum auctoris. ita Lap. in alleg. 89. In Dei nomine, sub nu. 15. vers. sed quidquid sit de hoc, in probatione proprij tituli, & Cassad. decis. 8. Super regu. & circa præsentem speculationem tituli quæ requirantur, ponit varias, diuersasque quæstiones, easq; resoluit vtiliter, & accuratè D. Quintil. Mandos. in addit. ad Lap. in d. allegat. 89. in fi. in littera l. ad quem, vbicunque tractaretur de titulo proprio, vel de titulo successoris in beneficialibus, pro exacta veritate penetranda, recurrendum foret tamquam ad portum claræ veritatis, & sic in omnem euentum titulus antecessoris leuiter probatur, vt per Paul. Aemil. Verall. decis. 238. data litterarum Alexandri, nu. 2. in 1. par.

ARGVMENTVM.

Subtilitas est vitanda, nec est disputandum de iuris apicibus in causarum decisionibus. Et duplex est subtilitas.

SVMMARIVM.

1 *Subtilitas penitus vitãda, & scrupulositas fugiẽda.*

2 *Iudex, constito de delicto, reiectis subtilitatibus tan-*

quam frustratorijs ad rei condemnationem procedere debet.

3 *Subtilitas nimia reprobatur, erroremq; quandoque causat, num.5.*

4 *Subtilitas duplex, irrationabilis, & rationabilis, num. 8.*

6 *Error manifestus est, sequi subtilitatem iuris, & aequitatem omittere.*

7 *Doctores aliqui & officiales nimia subtilitate quandoque falluntur.*

9 *Simplicitas duplex, contraria discretioni, & contraria dolositati.*

DECISIO CXL.

1 SVBTILITAS, † seu subtilizatio penitus & omnino est euitanda. l. sancimus, & ibi Bal. in princ. in 2. no. C. ad Trebell. Corne. consi. 237. num. 12. volum. 4. & Lap. in allegat. 89. in Dei nomine amen, num. 17. vbi concedit, in materia rescriptorum, & similium, cum in illis disputandum aliter non sit de apicibus iuris, propter vniuersale discrimen, subtilitatem ipsam fore euitandam, & Cotta in memoriali. in ver. apices, vbi explicat qui dicantur apices iuris, & Tiber. Decian. consi. 52. Primò, num. 10. vol. 2. vbi expreßè quidem firmat scrupulositatem fugiendam, præsertimque quando ad infringendas testantium volnntates de rebus suis tenderet, & consi. 63. Subtilißimis, nu. 31. & seq. vol. 3. vbi cõ-
2 cedit, † quòd index, constito de delicto, debet procedere ad condemnationem rei, reiectis subtilitatibus tamquam inutilibus, vanis, & frustratorijs, & ita non semel tãtum iudicauit sacra Regia Audientia Barensis in anno 1589. in casibus tũc in ea occursis.

3 Et ratio posset aßignari cõmoda isthæc: † quia subtilitas nimia reprobatur, secundum Specu. de denuntia. §. 11. ver. Euangelica, & de aduo. §. nũc de exordijs, colum. 8. ver. vel ita sunt nonnulli, & Glo. in l. si mulier, §. ex asse. in ver. subtilitatem, ff. de iure dotium, Tiber. Dec. in d. consi. 63. nu. 32.

4 Sed aduerte, ne erres, † qnòd duplex est subtilitas, teste Abb. in c. capellanus, nu. 5. de fer. vna videlicet ipsarum subtilitatum dicitur irrationabilis, vel superstitiosa, quæ ea est, vbicunque quis vult ita & taliter subtilizare, quòd seipsum nõ intelligit, & verba peruertit, & hæc nempè subtilitas reprobanda venit, l. fi. C. de leg. & cap. 1. §. Lippus, 49. distin.

Et ratio est, quia ob nimiam subtilitatem sæpè
5 erramus, † & sic subtilitas nimia quandoqne causat errorem, teste Baldo in l. precibus, colum. 6. C. de impub. & alijs substit. & in l. 2. colum. 2. in q. 4. C. de bon. pos. contra tab. per l. si seruum, §. sequitur, ff. de verb. obl. Decian. in d. cons. 63. nu. 33. &
6 consi. 84. Quod igitur, num. 30. vol. 3. prout † error manifestus est etiam sequi subtilitatem iuris, & æquitatem omittere, vt per Alex. in l. si seruũ, §. sequitur, ff. de verbor. oblig. Tiber. Decian. consil. 52. sub nu. 9. vol. 2.

7 Imò † quandoque aliqui Doctores, ne hebetes iudicentur, ostendunt se ineptè quidem subtiles, prout ita hac nostra misera tempestate obseruant sæpe sæpius aliqui officiales, non absque omnium leui derisione, sed isti nimia subtilitate falluntur. ita Specu. in procem. ver. cæterùm. subtilitates enim rigorosæ solent re ipsa iudicantium intellectum turbare, teste Cyno in l. ex persona, C. de probatio. Tiber. Decian. in dicto consil. 52. num. 6.

8 Alia † verò subtilitas dicitur, rationabilis, & necessaria, sicut quando ea adlubetur pro interpretatione iurium, & etiam extra iudicium ad veritatem eliciendam in foro animæ, quæ laudatur, prout ita distinctionem hanc tradidit Abb. in d. c. cappellanus, num. 5. & in cap. dilecti, de iud. & D. Quintilian. Mandos. in addi. Lapi, in d. allega. 89. sub nu. 17. in litera E.

9 Et quemadmodum duplex est subtilitas, † ita duplex est etiam simplicitas: quædam contraria discretioni, & hæc vtique reprobatur: quædam autem contraria dolositati, & hæc laudatur, de qua in Euangelio, Estote simplices, vt columbæ, & in c. si cupis, 16. q. 1. & ibi Glo.

ARGVMENTVM.

Donatio facta à Regibns & Principibus ex causa valet & tenet, nec per successorem reuocatur, sicuti non reuocatur lex condita per prædecessorem.

SVMMARIVM.

1 *Succeßor donationẽ prædecessoris remuneratoriam, reuocare non potest.*

2 *Constantini successores, priuilegium donationis factæ Syluestro Papæ, cum remuneratoria fuerit, reuocare non possunt.*

3 *Successor malè alienata per prædecessorem, reuocare potest, eique dominij defectus non obstat.*

4 *Successor etiam in prælatura, non hæres prædecessoris, contractum cum prædecessore legitimè factum ratum habere tenetur. Ampliaturque dupliciter, nume. 5.*

6 *Successor ratum habere tenetur priuilegium factum circa rem consuetam. Consuetumque tunc dicitur per binas vices, præsertim in Principe, cuius binus actus consuetudinem inducit, nu. 7.*

8 *Successor in dignitate, pacta prædecessoris, in cuius dignitate successit, reuocare non potest.*

9 *Successor contractum cum subdito suo, & suo prædecessore initum, reuocare nequit.*

10 *Successor donationem Regis donantis aliquid non tendens in magnam Regni diminutionem, reuocare non valet.*

11 *Successor licèt legem præcedentis, quæ sola Principis voluntate nititur, reuocare possit, pactum tamen in se consensum duorum habens, reuocare nequit, nume. 12.*

13 *Consensu duorum firmatum sola alterius penitentis voluntate non resoluitur.*

14 *Successor legem prædeceßoris positiuam licèt tollere possit, non item legem naturæ, sicut est lex contractus, & nu. 16.*

Fidem

15 *Fidem datam obseruare conuenit.*
17 *Successori fit iniuria, si ei priuilegium denegetur prædecessori concessum, quantumcunque personale, & ibi de ratione.*
18 *Successor particularis iuribus, quibus eius auctor, iuuatur.*
19 *Inuestitura prima in successorum præiudicium nullo modo alterari potest.*

DECISIO CXLI.

1 TExtus est † in l. Aquilius Regulus, de donat. vbi Aquilius ipse scripsit epistolam ad Nicostratum præceptorem suum & in epistola dixit, dono, & promitto tibi habitare in illo cœnaculo: quia eloquentia tua, me reddidisti meliorem: successor enim tūc Aquilij volebat reuocare donationem, & promissionem istam; sed dicit Iurisconsultus, quòd hoc non potest facere successor, & allegat rationem: quia illa promissio, & donatio fuit facta in remunerationem mercedis, quæ debebatur Nicostrato præceptori, qui eloquentia, & diligentia sua Aquilium reddidit meliorem, & ad hoc est bonus tex. in l. si pater, §. fin. ff. de donat. & per ista iura Barto. in
2 proœm. ff. orum concludit, † quòd successores Constantini non possunt reuocare priuilegium donationis factæ Siluestro Pontifici: quia illa donatio fuit remuneratoria, & allegat tex. etiam in l. sed si lege. §. consuluit, ff. de petit. hæred. & facit quoque text. in l. itemque, §. fin. iuncta l. si verò non remunerandi, in princ. ff. man. & ibi Glo. in ver. mandati. idemque determinat Bal. in l. si cum mihi, ff. de dolo, & istam conclusionem, sequuntur etiam cōmuniter Doct. omnes, Bertran. consi. 99. Multa sunt, nu. 3. vol. 6.
3 Est tamen bene verum, † quòd potest reuocare successor malè alienata per prædecessorem suum, & ei minimè obstat defectus dominij, vt per Paul. Aemil. Veral. decis. 245. Decisio Aegidij, nume. 2. in prima par. & Guliel. Redoan. in tracta. de rebus eccles. non alienan. quæstio. 5. rub. sed si locatio sit facta ad longum tempus, nu. 21. & seqq.
4 Necnon † successor etiam in prælatura, qui hæres non est prædecessoris, contractum legitimè factum cum prædecessore tenetur habere ratum, secundum Riminal. iun. consi. 341. Anno superiore, num. 54. volu. 3. Canonistas omnes vniuersaliter in c. fin. ne præla. vices suas, & in c. 1. de solut. vbi hoc etiam amplificant, procedere quoque in successore domini temporalis, licèt non sit hæres eius, & sic aliàs iudicauit Regia Audientia Apuliæ, in anno 1583. ad fauorem Reuerendi Archipresbiteri Terræ Vrsariæ. Prout hoc idem am-
5 pliatur etiam, † vt successor ipse in beneficio teneatur itidem stare locationi factæ per suum prædecessorem, quatenus ea facta reperiatur pro vtilitate ecclesiæ, vt aperit Glo. & alij Docto. vniuersaliter omnes in d. c. fin. Alex. consi. 160. volum. 6. Ioan. Bapt. Ferret. consi. 317. Super puncto, num. 1. volum. 2.

Et successor licèt nō teneatur seruare factum
6 prædecessoris per viā priuilegij: † tamen vbicunque priuilegium est factum circa rem solitam fieri, tenetur successor illud ratum habere, ita Bald. in l. mella, §. 1. ff. de alimen. & cibar. lega. Ang. de Perusio, in l. . . . C. quomodo & quando iudex, & Pau. Castren. consi. 85.
7 Et † consuetum tunc dicitur per binas vices, vt in l. prima, C. de episcop. audient. & præsertim in principe, cuius binus actus re ipsa inducit consuetudinem, vt voluit Glo. & Barto. in l. vnica, C. de superindictis, lib. 10. & Andr. de Iser. in cap. 1. in rubr. Episc. vel Abb. & hinc concludebat Bald. in l. 1. C. de constitu. princip. post Iacob. de Are. quòd recurrere in præsenti casu debemus ad consuetudinem principis, & eas trahere ad causas, licèt non sit ius scriptum.
8 Imò † successor etiam in dignitate, non potest reuocare pactum prædecessoris, in cuius dignitate successit, vt est text. & ibi hoc notat Bald. post Ioan. Andr. in cap. . . . extra de probatio. & notat Anchar. Card. Anto. Abb. & alij Scriben. omnes, & ante eos allegat illum textum. Cyn. quem sequitur Bald. & alij in l. digna vox, in vlti. colum. C. de legibus. & per illum text. aiunt om-
9 nes, † quòd successor non potest reuocare pactum, & contractum initum cum subdito suo, & eius prædecessore, & inferunt ad quæstionem, de qua ibi per eos, & hoc idem decidit Bar. in l. pro-
10 hibere, §. planè . . . vbi dicit, † quòd si Rex donat aliquid quod non tendit in magnam diminutionem Regni, non potest successor eius in Regno reuocare donationem, allegat text. in cap. sanè, de re iudic. lib. 6. & in cap. primo, de nat. feud. iuncto cap. nouit, extra de iudic. & ibi hoc declarat Bal. quòd si Imperator, vel Rex creat aliquem Ducem, vel Comitem, & inuestit eum de Ducatu, vel Comitatu: quia isthæc concessio est contractus, non potest neque concedens, neque successor huiusmodi cōcessionem reuocare sine culpa: & ob hoc concludendum est, quòd Imperator Federicus primus, qui creauit Commune Papię Comitem in certis Castris, & Terris, & ei contulit sub iuramento fidelitatis, quòd nec Imperator ipse, nec eius successor, sine culpa Communis Papiæ, potest reuocare successionem, & Bal. sequuntur omnes feudistæ communiter in dicto cap. primo.
11 Et † successor licèt reuocare queat legem prædecessoris, quæ nititur sola voluntate Principis, vt in l. digna vox, in fi. C. de legib. & in l. princeps, ff. eod. & in l. nam & magistratus, ff. de arb. & in l.
12 ille à quo, §. tēpestiuum, ff. ad Trebel. tamen † nō potest reuocare pactum, quod habet in se consensum duorum, vt in l. 1. §. pactum, ff. de pact. & in l. pactum, in prin. ff. de polli.
13 Et ratio ea est, † quia quod consensu duorum firmatur, sola voluntate alterius pęnitentis non resoluitur, vt in l. nihil tam naturale, ff. de regu. iur. & in l. Stichum, §. naturalis, ff. de sol. & est casus in l. de cōtractu. C. de rescin. vend. vbi propriè loquitur Imperator de contractu inito cū fisco, vt illum sola voluntas, & cōsensus ipsius fisci nullatenus resoluat cōtractū: aliàs sequeretur hoc incon-

ueniens maximum, quòd esset in sola potestate Principis resoluere omnem contractum: & sic Princeps auferret sibiipsi liberam facultatem con trahendi in commercijs hominum, quod absurdum foret, vt explicat Rom. consi.26. Pro declaratione eorum, col.11. & consi.351.

14 Et quamuis † successor possit tollere legem po sitiuam prædecessoris: non tamen legem naturæ, sicut est lex contractus, vt ait Iurisconsultus in l. 1. ff. de pact. in princ. huius enim edicti æquitas naturalis est, & nihil est tam conueniens fidei hu manæ, quàm pacta seruare. & inquit Bal. in d. l. 1.

15 in 1. apostilla ad tex. ꝙ Aristoteles scripsit, † ò Ale xander obserua fidem datam, & fœdera confirma ta: aliàs malus finis sequeretur, & reperitur dictũ Aristotelis in lib. qui vocatur Secreta Secretorum. & dicit Magister sententiarum, quòd Deus etiam obligatur ex promissione, & grauissimum est fidem fallere, vt in l. 1. in prin. ff. de constit. pecun. & potissimũ Regibus, quibus cõuenit illud verbum, Semel locutus est Deus. Et illud etiam, Quod scripsi scripsi. Et re ipsa Princeps non debet habere, nisi vnum calamum, & vnã linguam, & nõ plures linguas: scriptum est enim, Quę pro cesserunt de labijs meis, non faciam irrita. cum ergo Princeps ex contractu obligetur lege naturæ, quæ immutabilis est, vt Institu. de legit. agnat. tute. §. sed cum naturalia, cum similibus, huic legi obstringitur Rex, neque potest illam tollere, neque Senatus: quia cum obligationi obstringimur consensu, qui est de iure naturæ, hoc ius naturæ non potest tollere Rex, neque Imperator, neque Papa: nam non potest facere, quòd homo non sit animal rationale, quòd non moueatur affectu conuentionis, quòd non appetat tale alterum re linquendi, ac etiam pascere, & educare filios, & quòd non teneatur fidem seruare: quia hæc non tollunt Principis authoritatẽ, arg. l. 2. de vsufruc.

16 ear. rer. quæ vsu consum. † tollit ergo Princeps legem positiuam, & non legem naturæ, teste Bal. in d. c. 1. de nat. feud. quòd Deus non subijcit princi pibus legem contractus, & idem dicit Bal. in l. 2. col. 8. C. de seruit. & aq.

17 Est nihilominus bene verum, † quòd successori fit iniuria, si denegetur sibi priuilegium, quòd prædecessori concessum fuerit, licèt priuilegium fuerit personale: & ratio ea est, quoniam ex quo cõcessum extiterit priuilegium ipsum prædecessori, eadem ratione deberet etiam concedi successori. ita Glo. fin. in c. bonæ memoriæ, il 2. de postul. prælat.

Confirmatur quoque hoc idem alia ratione:

18 nam † successor particularis iuuatur quippè iuribus, quibus eius author. l. in omnib. officijs, §. non debeo melioris conditionis esse, & l. qui in alterius, §. fin. ff. de reg. iur. & c. is qui in ius, de regu. iur. lib. 6. Soc. consi. 82. Super quæstionibus, nu. 3. volum. 3. Aret. consi. 36. Casus talis est, num. 3. & consi. 112. Considerans, colum. 2. Crauet. in tracta. de antiq. temp. par. 1. num. 78. Rota Rom. decis. 1. aliàs 3. nota quòd successor, vt li. penden. in antiq.

19 Prout suadetur itidem tertio loco, † quòd prima inuestitura minimè posset vllo modo in præiudicium successorum alterari, vt per Bald. in l. 1. col. pen. C. quando non peten. part. Rom. consil. 315. In casu propositæ consultationis, sub nn. 1. vbi Horat. Mandos. cum alijs signatis per eum, in addit. in litera A. & Io. Pet. Surd. consi. 135. Non ignoro, num. 46.

ARGVMENTVM.

Licèt contractus, in quibus dantur animalia a soccida, sit ipso iure nullus, tamen transfertur dominiũ, & quæ actio oriatur ex dicto cõtractu.

SVMMARIVM.

1 *Dominium etiam quòd inualidus sit contractus accedente partium consensu, censetur in recipientem translatum, vt in specie ad restitutionem non teneatur, sed tantundem, & si de eisdem restituendis factum esset pactum, nu. 2.*

3 *Dominium in totum habere nemo desinit societatem contrahendo, cum resultet contractus innominatus do vt des, ad hoc vt dominium rei suæ in recipientem in totum translatum sit, nu. 4.*

5 *Animalia tradita in soccida vbi in totum transferun tur in recipientem, præscriptis verbis datur actio, non autem pro socio seu locati: & licèt sit contractus innominatus do vt des, oriaturque præscriptis verbis actio, assumit tamen nominati, cui ma gis assimilatur, naturam, nu. 6.*

7 *Societas ius quodammodo fraternitatis obtinet.*

8 *Dominium vbi in totum translatum est in recipientem, omne periculum ad eum spectat, regula quomodo procedat.*

DECISIO CXLII.

1 CONTRACTVS, † etiam quòd inualidus sit, vtrum dominium animaliũ, de quibus in præsentiarum agitur, accedente partium voluntate, & consensu, censeatur transla tum in recipientem? & primò considerandũ est in hac veritatis indagine, quòd in contractu ipso partes intendebant dominium eorundem anima lium in contractu nominatorum transferre in ipsum recipientem: ex quo poterat disponere tanquam verus dominus, & non tenetur in specie ad illorum restitutionem, sed tantundem in eadem bonitate, & qualitate: & sic recipiũt functionem in genere suo, sicut in mutuo, per ea quæ habentur in l. 2. §. 1. & §. appellata est, ff. si cer. pet.

2 Vtpote quia, † etiam si esset factum pactum de eisdem animalibus restituendis, ex quo penes recipientem remanet commodum retentionis medij temporis, fit quoque dominij translatio, ita Bart. in l. qui sic, ff. de solutio. & in l. si tibi, & in l. 2. in princ. ff. si cer. peta. per tex. in l. si tibi areæ, ff. de præscrip. verb.

Videamus igitur in hoc casu, ne sub æquiuoco laboremus, quis cõtractus intelligatur celebra tus sub tali forma. & certè vera societas dici non

3 potest, † quia societatem contrahendo nemo rei suæ

suæ dominium in totum habere desinit, vt inquit tex. in d.l.si tibi areæ, in prin.

4 Taliter † quòd resultat re ipsa contractus innominatus do vt des, ad hoc vt dominiũ in recipientem in totum translatum quippè sit, vt ait Ang. de Perusio, qui melius, ac plenius quàm alius, quem hucusq; ex scribentibus viderim in ista materia, in tract. de societate, in 2. par. de soccida, vel societate animalium, in 3. quæst. versi. tertio casu

5 quando dominium in totum transfertur. † vbi ponit casum vbicunque animalia tradita in soccida in totum transferuntur ad recipientem. Et quo quidem casu datur actio in præscriptis verbis, non autem actio pro socio, seu locati, per tex. vbi est casus, in præmemorata l.si tibi areæ, quem nempè tex. ibi Bart. & Bal. aiunt esse not. & perpetuò menti tenendum, quia quàm optimè docet differentiam inter contractum innominatum, & contractum societatis, & illummet tex. commendant ad hoc Doct. vniuersaliter omnes in l.si pascenda pecora, C.de pact.

Est tamen bene verum, secundum Ang. in lo-

6 co præcitato, † quòd licèt sit contractus innominatus do vt des, & oriatur actio præscriptis verbis: nihilominus assumit naturam contractus nominati, cui assimilatur magis, per regulam tex. in l.naturalis, §.pen. cum ibi no. per Glo. Bar. & alios omnes, ff. eo. tit. & consequenter, cum contractus memoratus in casu nostro assimilari aliter mandato nequeat, quia non gratuitum, ex quo tenetur recipiens soluere tot aureos annuatim, per tex. in d.l.si tibi areæ, & in l.1.§.si.ff.manda. non locationi, quia locator non transfert dominium in conductorem: non emptioni, cum nullum interuenerit pretiũ, imo tenetur reddere in eadem quantitate: non mutuo, quia tenetur vltra sortem aliquid annuũ soluere: non commodato, quia non gratuitum. & sic de alijs. remanet igitur conditionibus contractus prędicti bene inspectis, quòd societati soccidæ magis assimilatur.

Et ideo damnum, & lucrum debet esse commune absque scrupulo aliquo. l. Mutius, & l.si nõ fuerint, §. Aristo, ff. pro socio, & §.1. Instit. eo. tit.

7 Nam † societas ius quodammodo fraternitatis obtinet. l. verum, in princ. ff. eo. tit. & ita sentit Ang. in loco antesignato.

Sed huic sententiæ obstare videtur huiuscemo-

8 di obiectio, † quòd cum dominium fuerit in totum translatum in recipientem, omne admodum periculum deberet spectare ad dominum, & possessorem, per regulam text. in l. pignus, C. de pignor. actio. ad eum enim debet spectare periculum, cuius est dominium. verum enimuero huic considerationi responderi commodè quidem potest, quòd hoc procedit, vbicunque cum dominio tota vtilitas spectaret ad possessorem, seu quãdo ad tradentem spectat pars vtilitatis, & commodi, vt in casu nostro, sicut habet partem lucri, ita debet etiam habere partem damni, etiam si dominium esset in recipientem translatum, vt est casus notabilis, & singularis in l. Titius Sempronio, versic. sed nec ipsius, ff. de præscrip. verb. quem textum Pau. de Cast. dicit esse singularem, & nescire alibi, vbi pecuniæ dominium erat translatum in recipientem cum pacto de aliquid annuatim soluendo, & textus inquit, quòd oritur actio præscriptis verbis, quæ societati assimilatur. & ideo periculum etiam ad tradentem spectat, non obstante, quòd fuerit illius dominium in recipientem translatum, & eandem sententiam refert, & sequitur Ias. in l.si pascenda pecora, col.1. versi. etsi dicis dominium esse pastoris, C. de pact. & ita trutinata præsenti causa, non absque mediocri sudore, & reuolutione librorum, in Regia Audientia Apuliæ inter aliquos mercatores in anno 1583. extitit demum iudicatum in ea, dominium rei, da qua tractatur, & discutitur, translatum in recipientem extitisse, & nihilominus partem lucri, & damni spectauisse, & spectare ipsius soccidæ ad tradentem, & recipientem animalia.

ARGVMENTVM.

Si antequam quis torqueatur fit protestatio per fiscum citra præiudicium probatorum & confessatorũ nullum præiudicium infertur in probatis per torturam illata, & reus semel tantum est torquendus, nisi in grauibus delictis.

SVMMARIVM.

1 *Tortura illata reo licèt non fatenti, non præiudicat fisco, stante præsertim eius protestatione circa illa, de quibus reus criminis conuictus fuerat.*

2 *Reo semel & bis sufficienter torto non tantum vrgentia indicia, sed claræ probationes, quasi veræ non forent, eo durante in negando euacuatæ remanerent, & de ratione.*

3 *Tortura semel reo ex indicijs pendentibus illata, etiã leuis, non reiteratur, nisi noua superuenerint indicia, num.4.*

5 *Torquendi præeminentia, quam magna Curia Vicariæ ex processu informatiuo habet, & Audientia Barensis ex priuilegio, de vna tantum vice intelligitur.*

6 *Crimen quantumcunque enormissimum, solemnia indicia exigit.*

7 *Audientijs Regijs omnibus per Regni sacrum Consilium præeminentia torquendi ex processu informatiuo conceditur. Et quomodo Auctor, dum Auditor esset, ea vteretur.*

DECISIO CXLIII.

1 TORTVRA † illata reo, licèt tortus tunc non fateatur: tamen nullum inferret fisco præiudicium, stante præsertim illius protestatione circa ea, de quibus reus ipse criminis conuictus fuerat, ad tradita in c.cum M. Ferrariensis, vbi latè Ripa, extra de constit.

2 Sed aduerte, † quòd vbicunque reus ipse tortus foret semel, & bis sufficienter, tũc dubio procul, non solum indicia quæcunque, quæ vrgerẽt, sed claræ probationes etiam apparentes in inquisitione, quasi veræ nullatenus forent, cum durauerit reus in negando, illisæ, & euacuatæ penitus

rema-

remanerent, ita Alber. de Rosa. in l. edictum, ff. de quæstio. Arct. in tract. de malefic. in ver. comparent dicti inquisiti, & negauerũt, Cępolla consil. 32. Rustici Vicentini. vbi subdit ita vidisse obseruari Veronæ. Nam per huiuscemodi torméta, & perseuerantiam in negando delictum, etiam si contra inquisitum essent cócludentes probationes ad condemnandum, debilitatę, eneruatęque forent: & magis verum videtur, quia negatur per inquisitum magis scientem veritatem, & si deliquerit, quàm illud quod deposuerint testes, verba sunt Hippol. de Marsil. in sing. suo 262. quod potui nolui, & refert, sequiturque Gramm. consi. crim. 64. num. 10.

3 Sed tortura † illata semel alicui reo ex indicijs pendentibus, non potest aliter reiterari, nisi noua quippe indicia contra eum fuerint reperta, ita Dyn. in l. fin. C. de quæstio. Ioan. And. post Odofred. in reg. contractus, de regul. iur. & Bald. in repet. l. vnicæ, C. de confessis, & amplè discussimus in Sylua, in opinio. 1000. Tortura, lib. 3. Riminal. iun. eminenti quidem fastigio, consilio 395. In præsenti casu, nume. 32. cum alijs seqq. volum. 4.

4 Imò † etiam si reus ipse leuiter quidem fuerit tortus, nó posset iterum de iure torqueri, nisi alia noua superuenerint indicia, ita Bal. in l. 2. C. quorum appellat.

5 Et † licèt magna Curia Vicariæ per capitulum Regni habeat pręeminentiam torquendi ex processu informatiuo, & sic etiã sacra Regia Audientia Barensis ex priuilegio; tamen præeminentia isthęc intelligitur de vna vice tantum, non autem de iteratis vicibus, vt amplè firmat Gramm. consi. crim. 64. in fi.

6 Et † hoc procedit quoque in crimine exceptuato, & sic quantumuis enormissimo, vt in eo requirantur solemnia indicia, & sic priusquàm clarè constet de maleficio illæ solemnitates circa modum procedendi debent seruari, quæ requirũtur in cæteris criminibus non exceptuatis.

7 Est bene verum, † quòd hodie, cum concedatur etiam præeminentia per sacrum Collaterale Consilium Regijs omnibus Audientijs Prouinciarum Regni; ego, dum reperiebar Auditor Regiæ Audientiæ Apuliæ in anno 1583. & sequenti, vbicunque inferebam torturam ex præeminentia ex processu informatiuo, & in criminibus exceptuatis, nó procedebam aliter ad repetitionem torturæ: sed aliquando impeditus alijs negotijs, si reus tunc confessus foret, differebam vtique torturam ipsam propter imminentem necessitatem, cum expressa protestatione, regij fisci, illam cessantibus impedimentis continuandi, prout contínuabam torturam hanc: & sic mediante ista protestatione non iterabam torturam, verum illam continuabam: & ita audio obseruari etiam in magna Curia Vicariæ, & isthæc dicitur re ipsa vnica tantum tortura, & consequenter discernitur apertissimè continuatio actus: non autem iteratio.

ARGVMENTVM.

Potest quilibet etiam per carcerationem cogi ad exercendum officium publicum: sed officiales regij non possunt esse arbitri, nec aduocati.

SVMMARIVM.

1 *Officia acceptare quis cogi possit.*
2 *Nominatus ad officium statim appellare debet, alias illud recusare nequit.*
3 *Electus ad munus publicum, pecunia illud redimere non valet.*
4 *Delegatus Papæ delegationem non acceptans puniri potest.*
5 *Officiales Regij, arbitri, vel arbitratores, seu amicabiles cópositores, cuiuscunque conditionis sint, esse nequeunt. & quid de consiliarijs præsidentibusq; Regiæ Cameræ, & huiusmodi, nu. 7.*
6 *Fiscus inter duos priuatos iudex esse nequit.*
8 *Miles etiam pro patre & matre procurator esse nequit.*

DECISIO CXLIIII.

1 Officia † quis recusare non potest, ad quæ acceptandum potest cogi per bannum, & carcerationem, vt per Bertach. in suo Repert. in ver. officium, il primo, in versi. 13. Barbat. in c. 1. col. 4. de pos. Afflic. in constit. Regni, Magistri Camerarij, in not. 15. & Rom. sing. 185. Qua. vbi concludit qua pęna, etiam puniri posit.

2 Et hinc est, † quòd nominatus ad aliquod officium debet statim appellare, aliàs illud recusare non potest. l. hi qui ad ciuilia, C. de appella. Abb. consi. 47. nu. 4. & ita iudicauit non semel tantum Regia Audientia Apuliæ in anno 1583. & sequẽti, in causis tunc in ea decisis.

3 Imò † electus ad munus publicum non potest pecunia illud redimere. l. illud. C. de excus. mune.

4 Nec non † delegatus Papæ si nó acceptaret delegationem puniri posset, c. sciscitatis, & ibi Glo. de rescrip. & in cap. prudentiam, §. adijcimus, de offic. deleg.

5 Sed † officiales Regij, arbitri, vel arbitratores, seu amicabiles compositores alicuius causæ esse non possunt, cuiuscunque qualitatis, & conditionis existant, prag. 9. nihil, in 4. casu, in tit. de offi. iudicum, & aliorum officialium.

6 Similiterque † fiscus minimè inter duos priuatos iudex esse potest. l. 1. C. de iurisdic. omn. iudi. & l. 2. C. si aduer. fiscum. sed vbicunque controuerteretur de causa dependente à fisco ipso: & sic si quis emeret aliquam rem à fisco, & tunc super tali emptione contra emptorem insurgeret lis in suo foro, posset vtique emptor ipse declinare huiusmodi forum, & petere causam remitti ad Regiam Cameram Summariæ iudicem competentem, & tenentem locum fisci, vt per Anton. Capic. decis. 197. In causa, sub num. 2. & sequen. vbi ita alias vidisse iudicatum in sacro Consilio patefacit.

Prout

7 Prout etiam † officiales Regij omnes, & præsertim Consiliarij, Præsidentes Regiæ cameræ, iudices magnæ Curiæ, Auditores Prouinciarum, aduocati causarum cuiusuis personæ, cuiuscunque gradus, status, siue conditionis, & præeminentiæ fuerint, etiam si sit Rex, vel Regina, nullatenus esse possunt: alias priuantur officio, & incurrunt pœnam ducatorum mille fisco Regio applicandam. Prag.6. versi. item quoniam de iure, in tit. de offi. iudicum, & aliorum officialium, fol.185.

8 Nec † itidem miles potest esse procurator, etiã pro patre, & matre, vt l. militem. C. de procur. nec milites ipsi possunt esse alienarum rerum conductores, mandatores, nec fideiussores. l. milites. C. loca. secus vero est in re propria. l. qui stipendia. C. de procura. & l. filius, §. veterani, ff. de procur.

ARGVMENTVM.

Bona ecclesiæ alienata reuocantur, & maximè ex capite enormissimæ læsionis, & quæ debeant concurrere circa alienationem rerũ ecclesiæ. Et quid si emulatione in instrumento pretium sit oblatum.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei ecclesię facta laico debet reuocari, pręsertim mediante restitutione in integrum ex capite enormissimæ læsionis, quæ debet peti infra quadriennium à tempore celebrati contractus.*

2 *Alienatio rei ecclesiæ non fit, nisi duobus principaliter interuenientibus.*

3 *Alienationis rei ecclesiæ, quæ causa legitima, quæ solennitas, forma, & quid pro validitate ad hoc in ecclesiæ fauorem facta præsumatur, remissiuè. Sed non præsumitur vtilitatis causa factum, nisi probetur.*

4 *Alienatio rerum ecclesiæ fieri potest in eius vtilitatem, cum vtilitas necessitati comparetur.*

5 *Alienatio rerum ecclesiæ vbicunque fieret mediante causa, ac seruatis seruandis, & sic legitimis subhastationibus præcedentibus: tunc illæ non liberarentur plus offerenti, sed illi, qui iustum pretiũ obtulerit, compellitur eas ecclesia liberare.*

6 *Pretium iustum licèt illud sit, quod discernitur per subhastationem, tamen vbicunque mediante emulatione vel alia causa, & occasione simili in subhastatione rerum ecclesiæ oblatio facta esset per aliquem, quæ excederet iustum pretium: tunc si alia facta iusti pretij reperitur, ecclesia tenebitur iustum pretium offerenti liberare: quod cum non obseruetur, ab Auctore deploratur, nu.7.*

8 *Res ecclesiæ cum plus offerenti liberari debeat, quomodo intelligatur.*

DECISIO CXLV.

1 ALienatio † rei ecclesiæ facta laico debet reuocari. c. ad nostram. de reb. eccle. non alien. & præsertim mediante restitutione in integrum ex capite enormissimæ læsionis, quæ peti debet intra quadriennium à tempore celebrati contractus, vt vtiliter explanat Suarez in allegatio.21.nu.3.& seq.

2 Et sic, † quòd alienatio ipsius ecclesiæ fieri nequit, nisi duobus principaliter interuenientibus, videlicet solennitas, & iusta causa alienãdi, & istorum altero deficiente, contractus non tenet, ita Panor. per illum tex. in c. quæ in ecclesiarum, de constit. & ista est communis opinio, vt per omnes Doct. ibi, & præsertim per Moder. & per Bero. consi.88. In causa mota, sub num.10. volu.1. per Dec. consi.142. Pro tenui, nu.4. & Roderic. Suarez in allegatio.21.num.1. Pet. Ant. Angus. cons. 10.num.1. & seq. lib.7. Iodocum Damhouder. in tract. de subhastatio. c.1.nu.17.& nu.25. Matth. Brun. consi.23. Vltra, num.2. vol.1. Riminal. iun. consi.364. Accusati, num.55.& seq. vol.4. Simon de Præt. consi.38. Consultus, nu.13. vol.1.

3 Et † quæ sit causa legitima, ne ignorentur termini præsentis speculationis, tradit Glo. in summa 12.q.11. & Bero. consi.89. Viso puncto mihi exhibito, num.13. vol.1. & quæ etiam sit solennitas, & forma, ponitur in tex. in c. sine exceptione, ead. quæst. & causa, & declarat Panor. in c. nulli, de reb. eccle. non alien. & Bero. in consi.88. num. 39.& seq. & quid interuenire debeat, vt alienatio in ecclesiæ vtilitatem facta præsumatur, discurrit Suarez in alleg. 21. num.2. Nec præsumitur vtilitatis causa factum, nisi probetur, vt per Guido. Papæ, decis.151. Riminal. iun. cum alijs coaceruatis per eum, consi.187. In causa monachorum, num.

4 39. volu.4. † Adeo q̃ alienatio rerum ecclesiæ fieri potest in eius vtilitatem, cum vtilitas necessitati comparetur, ita Bened. Canoph. in extrauag. Ambitiosæ, de reb. eccle. alien. vel non, num.85.

5 Vnde † vbicunque fieret alienatio rerum ecclesiæ mediante causa, & interueniente iuris solennitate, & sic legitimis subhastationibus præcedentibus, tunc illæ non liberantur plus offerenti, sed illi qui iustum quidem obtulerit pretium, compellitur ecclesia res istas liberare. Glo. est in §. hoc ius porrectum. in ver. vt plus, 10. quæst.11. quam ait singularem ibi Archid. Abb. in cap. per tuas, de donat. & in cap.1. de empt. & venditio. & Rom. in sing.762. Tu scis, quod res ecclesiæ, & ibi Nicol. Pignolat. cum alijs aggregatis per eum in additio. vbi planè explicat istam esse communem opinionem.

6 Et † quamuis illud verè iustum pretiũ sit, quod discernitur per subhastationem. l. fi. §. penul. C. de iu. do. impe. auth. hoc ius porrectum. C. de sacro san. eccle. & l. officium. C. communi diuid. tamen vbicunque mediante æmulatione, vel aliquo alio respectu, causa, & occasione simili in subhastatione rerum ecclesię oblatio facta esset per aliquem, quæ excederet iustum pretium, tunc si reperiretur facta alia oblatio per alterum, quæ esset iusti pretij: ecclesia tenebitur offerenti iustum pretium rem suam liberare, non autem plus offerenti, vt supra ostendimus, & ita aliàs in simili casu iudicatũ fuit in Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ, Comitatusque Molisij, in anno 1583. in venditione facta per magnificam Vniuersitatem Terræ Ritiæ de suis pascuis.

Sed

7 Sed † hoc malè equidem obseruatur hac nostra penitus misera tempestate, tam per clericos, quàm per monachos, dum ad perniciem propriæ salutis locant officia, & prædia ecclesiæ, tali quippe pretio seu pensione insolita, & affectata, vt necessariò teneantur conductores ipsi officiorū pro soluenda huiusmodi pensione ad excoriandum miseros populos, & conductores prædiorum reducuntur ob hoc aliquando ad alienandum totam eorum substantiam, & aliquādo etiam ad ducendum miseram vitam in carceribus: sed cum sciam quid loquor, qui habet aures audiendi audiat, discatq; obseruare leges. & tanto magis, cum in subhastatione offerens plus iusto, non vt emat, sed vt alios inducat ad pluris emendum, tenetur dubio procul crimine stellionatus, idest pœna extraordinaria, iudicis arbitrio imponenda. l.3.§.itē si quis imposturam, ff. de crim. stellio. Inno. in no tab. suis, Iodocus Damhouder. in tract. de subhastationib. c.5. nu.10.

8 Est bene verum, † quòd licèt plus offerenti liberanda sit res ecclesiæ, tamen hoc locum sortitur, vbicunque plus offerret tempore subhastationis: secus vero si post alienationem rei ecclesiæ, seruata forma, & ex iusta causa emanata, alius veniret, & plus offerret, ita Bero. in d.consi.88. nume.45. volum.1.

ARGVMENTVM.

Furtum punitur etiam quòd res furata domino restituatur. Et quomodo procedendum, quando res furata reperitur penes aliquem. Et vtrū possit rei furatæ dominus accipere tantūndem de bonis furantis absque scrupulo.

SVMMARIVM.

1 *Fur etsi rem furatam domino restituat, actione tamen furti conuenitur.*
2 *Iudex pecuniam recipiens vt barattariam committat, licèt pœniteat, pœnam non euitat.*
3 *Fur non excusatur, si dominus postea dicat, consensu suo furtum factum.*
4 *Fur in quantum furatus est, de furto teneri dicitur.*
5 *Furans valorem vnciæ, in Regno, suspenditur.*
6 *Furti nomen incurrit, quantum parum quis abstulerit, & quæ sit ratio.*
7 *Furtum ab eo patratum præsumitur, penes quem furtiua res reperitur, nisi à quo emerit ostendat. Et quando iudicium ad torturam faciat, nu.8.*
9 *Furtiua re penes virum probum reperta, si ostendere nolit à quo rem illam habuerit, in commissi furti incidit suspitionem.*
10 *Fures nobiles de iure communi decapitantur, & non suspenduntur.*
11 *Probare quæ debeat is, apud quem furtiua res reperta sit, vt à se suspitionem tollat.*
12 *Suspitio mala penitus tollitur in bono viro.*
13 *Furtiuam rem scienter emens, pœna extraordinaria punitur.*
14 *Furtum committitur & si fur, cuius sit res, ignoret.*
15 *Occupatio bonorum alienorum, & vsurpatio occultatioque laudis aliorum & lucubrationum, laborum & vigiliarum cuiuscunque Scriptoris, quàm mala.*
16 *Baldus Bartolum redarguit, quòd Nicolaum de Mattarellis tacuerit, & tacentes Auctores taxantur.*
17 *Occultator laudis alienæ, furi par est.*
18 *Detrahere aliquid alteri magis contra naturam, quàm mors.*
19 *Fur nocturnus impunè occiditur, quamuis se non defendat, & quando diurnus, nu.20.*
21 *Spolianti re mea, nisi facultas eam recuperandi alia via sit, subtrahi res sua retinerique à me potest, donec meam rehabeam, & in foro etiā animæ tantum furari licet quantum alicui ablatum fuit: nec ad Episcopi literas monitorias subtractor se indicare tenetur, ne in pœnam l. si quis in tantam, incidat. Et quid si per indicem res furata recuperari possit: & si mors sequatur non sit irregularis.*
22 *Furtum non est debitum sibi ab inuito accipere, præsertim iudice seu iustitia deficiente: tunc enim quis propria authoritate ius dicere potest.*
23 *Hæres verus cum bona conscientia se hæredem probare non valens, res hæreditarias furari potest.*

DECISIO CXLVI.

1 FVR † etsi restitueret rem furatam per eum, domino: nihilominus tamen posset conueniri actione furti ad pœnam. ita Bar. in l. sed si vnius, §. si ea mēte, ff. de iniurijs, & l. qui ea mente, ff. de furtis, & ibi Alexan. & cæteri vniuersaliter omnes, & ita iudicauit Regia Audientia Apuliæ, in facti contingentia, in anno 1584. in causa Donati Flumari.

2 Nec non † iudex etiam pecuniam recipiens, vt barattariam committeret, nō euitaret quippe pœnam, licèt pœniteret. l. generaliter, §.1. de calum. & ibi Bal. vbi recensuit expreßè ita aliàs determinatum extitiße in facti contingentia, & sequitur hoc, & commendat Rom. in sing.328. Iudex capiens pecuniam, & sic iudicauit nostra tempestate magna Curia Vicariæ, & sacrum Consilium in varijs casibus, quos oratione mea non attingam.

Similiterq; pœnitere non licet notario, qui falsum instrumētum confecerit. imò si illo non vtetur, in pœnam falsi etiam incurreret.

3 Imò † fur ipse minimè postremò excusaretur, etiam si dominus diceret postea, fuit factum con sensu meo, nisi concurrant aliquę verisimiles conjecturæ. ita Abb. in c. dudum, de elect.

4 Sed † furem eum esse, & de furto dicitur teneri, in quantum furatus est. l. vulgaris est quæstio, ff. de furt. & hoc nempe magnum importat effe-

5 ctum, & maximè hodie in Regno: † nam si abstulerit valorem vnius vnciæ, suspenditur: aliàs verò non, vt extat c. Regni, ad hæc, & ibi Io. Anto. de Nigris. vnde si in aceruo esset furatus modium frumenti, & non plus, nō esset profectò fur totius acerui pluris valentis, quàm modium.

6 Est bene verum, † quòd furti nomen incurrit quantum parum quis abstulerit, c. fin. de pœn. & §. vulgaris, distin.1. Glo. in proœm. decreta. & in c. cum te, in ver. magna, de senten. & re iud. Bald. in l.1.

l. 1. §. de exercito. nau. caupo. stabul. Et nihil mi-
rum, quoniam modicum consideratur, vbi datur
opera, ansaq; rei illicitæ, & sic furto, & cõsequen-
ter eadem ratio est in modico, quæ est in toto, vt
per Docto. vniformiter omnes in §. gallinarum,
Insti. de rerum diuisio. Ias. in l. 1. num. 25. C. de iu-
re emphyt.

Et licèt præclaram, honestamque vitam res vti
7 lissimæ consequantur: † nihilominus tamen fur-
tiua res reperta penes aliquem, ab eo præsumitur
furtum tunc patratum, nisi nominet, & ostendat
à quo emerit. l. inciuilem, C. de furt. & ibi Raph.
Fulgos. Bal. in l. fin. ff. de hæred. institu. & Phocy-
des apertius hoc demonstrans, & ita inquiens,
A furibus, ne suscipias furtiuũ iuris depositũ: am
bo enim fures, & qui recipit, & qui furatus est. &
8 ista est communis opinio, † quòd res furata, reper
ta penes aliquem faciat contra eum inditium ad
torturam, quando concurrerent aliæ coniecturę,
Mascard. in tract. de probat. conclus. 1003. nu. 32.
volum. 2. vel nisi doceat à quo illam habuerit, te-
ste Marsil. consi. 130. Conditor orbis, num. 37. &
sub num. 42. & sequen. Tiber. Decian. cum alijs
aggregatis per eum, consi. 83. Circa primum, nu.
78. cum alijs seqq. vol. 2. vbi hoc amplificat etiam
locum sortiri, vbicunque libri hæresis reperiren-
tus penes aliquem, vt is tunc hæreticus præsuma-
9 tur. † Vnde si res furata, etiam penes virum pro-
bum reperta sit, ipseque nolit ostendere certam
personam, à qua rem furatam habuerit, ob hoc in
suspitionem commissi furti incidit. ita Mascard.
in tract. de probat. conclus. 833. num. 8. volum. 2.
licèt hoc idem interpretetur in ead. conclus. nu.
6. & 9. Imò in Regno, non ostendens, probansq;
venditorem rei alienæ penes se repertæ habetur
indubitãter quidem, perinde ac si foret tunc con
uictus de vera scientia ipsius rei, tanquam furto
subtractæ, deberetque etiam condemnari ad tri-
remes Regias per decennium, si vir foret; sin au-
tem mulier, ad fustigandum, & exulandum pari-
ter per decennium extra Regnum, vt apertius di
sponitur in Pragm. 51. inter Pragmaticas ordina-
10 tas per Fabium de Anna. Est tñ bene verum, † q
de iure communi, fures si forent nobiles decapi-
tantur, & non suspenduntur. ita Abb. in c. pasto-
ralis, de offic. deleg. in vlt. no.

11 Et † quæ debeat probare etiam is, apud quem
sit reperta res furtiua, vt à se tollat suspitionem, vi
de Ias. explanantem, & resoluentem in l. in actio-
nibus, num. 40. ff. de in lit. iuran. Salyc. in l. fin. C.
de furt. Ange. in l. 2. eod. titu. Marsil. in §. diligen-
ter, num. 91. & 96. in sua pract. crim. & consi. 52.
& in sing. 392. Rom. sing. 323. Alexan. consi. 157.
volum. 2. & consi. 77. volum. 1. Imola in l. fi. de hę
red. insti. Bald. in l. dominus horreorum, ff. locati.
& vide etiam tex. in consti. Regni, peruenit, & ibi
Afflict. sub rub. de furt. & latrocin.

Et sic denique communis opinio hæc obtinet
re ipsa locum in homine malæ famæ, cõditionis,
& vitæ: non autem bonæ famæ. ita Marsil. cum
magna Doctorum caterua allegata per eum in d.
consi. 130. num. 43.

12 Quoniam † suspitio mala penitus quidem tol-
litur in bono viro. c. 2. de oper. no. nunc. Glo. in l.
Titio fundus, ff. de condit. & demonst. & in c. ex-
pedit, 12. quæstio. 1. & Barbat. consi. 65. Referam,
num. 3. vol. 4.

13 Cæterùm † vbicunque quis rem furtiuã, scien-
ter emeret, tunc nimirum nõ pœna ordinaria fur
ti, verùm altera extraordinaria puniendus foret,
vt consuluit Prosper Pasethus, consi. 186. In cau-
sa Marci, lib. 1. sed si ignoranter rem ipsam furti-
uam emit, vel in pignus recepit, à furti suspitione
abest. Mascard. in tracta. de probat. conclus. 831.
num. 18. vol. 2.

14 In tantum, † quòd committitur etiam furtum,
etiam si fur ignoret cuius sit res. l. falsus, §. qui alie-
num, ff. de furt. Riminal. iun. consi. 587. Cùm de
anno, num. 16. & seq. volum. 5. vbi d. textum limi
tat, locum non sortiri, vbicunque recipiens rem
iacentem in terra, illam ceperit, vt sit redditurus.

15 Et hoc non ab re † amplio procedere, locumq;
obtinere etiã, nedum in occupatione bonorum,
fortunarumque alienarum, sed in vsurpatione, &
occultatione laudis alienæ, & lucubrationum, la
borum, ac vigiliarum cuiuscunque Scriptoris in
arte, scientiaq; sua. Non ignoro etenim Plinium
Secundum ad Tytum Vespasianum, in proęmio
naturalis historiæ, in vers. proinde occupantibus
locum furto, sic scripsisse, Est enim benignum,
vt arbitror, vt plenum ingenui pudoris fateri, per
quos profeceris, non vt plerique ex ijs, quos atti-
gi, fecerunt. & post pauca, Obnoxij profectò ani
mi, & infelicis ingenij depræhendi in furto mal-
le, quàm mutuum reddere. & refert Præposi. in
fi. commenti super 4. decreta. & Ias. in fine com-
menti in Insti. de actio. nu. 31.

16 Et hinc non immeritò quidem reperio, † Bal-
dum redarguisse Bar. in l. precibus, ex quo tacue-
rat Nicol. de Mattar. Imò vt fertiliter quidem scri
bit Eusebi. Cesa. in lib. 10. de præpara. euangelij,
c. de furtis, Tacere authores, & sibi adscribere lau
dem Scriptorum alterius vitiosum.

Prout religiosè quidem meminit quoque Bal.
in proęmio de feud. quòd ipse nullatenus taceret
eos, à quibus voce mortua didicerat, atque viua:
17 quia honor est in honorante. & addit etiam, † q
occultator laudis alienæ, furi par est. arg. l. hæredi
tatem, §. fi. ff. ad leg. Falcid. Et tacentes Authores
taxantur quàmplurimum per Iacobum Bonau-
dum in addi. ad Ioãnem de Terra Rubea in tract.
contra rebelles suorum Regum, in 4. artic. primi
tracta. in 8. conclus. in addit. decimumseptimum,
sub litera A. fol. 27. vbi assignat rationem istam,
quòd transiens tacito Authore, agit, sicut musci-
pula (vt dicitur) super prunas.

18 Cæterùm ad institutum redeundo, † detrahe-
re aliquid alteri, & alterius incommodo suũ com
modum augere, magis est contra naturam, quàm
mors, quàm dolor, & cætera, quæ possunt corpo-
ri accidere. ita Anchar. consil. 298. In territorio,
col. 2. & Cicero offic. lib. 3. c. 5.

Et hinc meritò est, q pro occisis in furto non
est orandum. c. fures, de furt.

Et hinc est etiam, q furti conscius, si non indi-
cat, est facti reus. c. qui cum fuere, de furt.

In

19 In tantum, † quòd fur nocturnus impunè oc-
ciditur, quamuis se nõ defendat, vt per Bertrau.
consi.1.num.3. volum.8. & consequenter furem
interficiens de nocte impetentem ad nihil tene-
tur, secundum Scotum in 4. senten. distinct. 15.
quæstio 4. Maur. Anton. Berardutium in sua Co
rona confessorum, titu. de restitu. propter dam-
num in persona, vers. qui interficit furem de no-
cte, fol. paruo 154. vbi assignat viuacem nempe
20 ratiunẽ: † imò ampliat hoc vtiliter quidem, pos-
se etiam occidi furem diurnum pro defensione
bonorũ, vbicunque sine illis viui nequiret, prout
quis potest licitè etiam furem occidere, noctur-
no quidem tempore ipso, ex causa furti commis-
si in re etiam parui valoris. Imò itidem si in peri-
culo perdendi bona nullatenus reperiretur, vt vo
luit consulendo Alexan. de Neuo, consi.89. Vidi
processum, sub num. 1. cum alijs seqq. & ita aliàs
judicauit Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ,
Comitatusque Molysij de mense Augusti 1584.
in causa aliquorum de Terra Campi-Bassi.
21 Imò † si tu me spoliasti re mea, & mihi non est
facultas illam recuperandi alia via, possum tunc ti
bi furto subtrahere aliam rem, illamque retinere
quousque habeam rem meam. ita Bald. in l. 1. C.
de furt. Paris in tract. syndicat. in titu. de exces. ba
ron. c. 2. colum. 3. & fin. Docto. omnes in l. si non
sortem, §. centum, ff. de condic. indeb. Bertach. in
suo repert. in ver. furtum, vers. 3. & seq. & Afflict.
in procem. constit. Regni, colum. 8. & 25. no. in fi.
vbi etiam dicit à Rege, & in consti. pacis cultum,
colum. 10. vers. 11. & sic licitum est, etiam in foro
animę, tantummodò furari quantum alicui furto
ablatum fuit. ita Abb. in c. perlatum, de his quæ
ui, met. cau. & Alciat. consi. 6. Cum causa læsæ ma
iestatis, nu. 4. cũ alijs seqq. tomo 2. lib. 2. vbi post
alios Theologos, citatos per eum, cõcedit etiam
quòd si tunc per Episcopum concessæ fuerint lite
ræ monitoriæ non teneatur subtractor huiusmo-
di rerum se ipsum indicare. Imò furans in casu
isto minimè puniretur, nec incideret in pœnam
l. si quis in tantam, C. vnde vi, vt per Alex. consi.
135. col. 1. vol. 1. Io. Ant. Rub. consi. 13. Viso ele-
ganti, sub num. 9.
Sed quid si possem per iudicẽ recuperare rem
meam, & subtraho illam, vel aliam rem, vide Af-
flict. resoluentem in const. violentias, col. 2. vers.
sed hic quæro, & Marsi. in sing. 177. in fi. vbi et fir
mat, quod si mors sequitur, nõ efficit irregularis.
22 Imò † furtum non est accipere ab inuito sibi
debitum, cap. non sanè, 14. quæst. 5. quodque de
plano procedit deficiente iudice, aut iustitia. tunc
enim potest quis propria authoritate sibi ipsi ius
dicere, sicuti prodidit Inno. in c. olim causam, de
restit. spol. Glo. in c. iusgentium, 1. dist. & in l. nul-
lus, de iudic. Abb. in c. 1. de dolo, col. 1. Alex. cõs.
135. Io. Ant. Rub. in d. consi. 13. nu. 8. & est tex. in
l. si alius, §. bellissimæ, ff. quod vi aut clam. & hinc
23 est, † ꝙ verus hæres, qui cũ bona conscientia pro
bare nequiret se hęredẽ, posset tunc vtique res hę
reditarias deprędari, aut furari, vt per Bal. Ias. col.
5. & alios vniuersaliter omnes in l. t. C. de testam.

ARGVMENTVM.

Si pater substituit filio clerico in sacris constitu-
to, quando vitietur fideicommissum.

SVMMARIVM.

1 *Pater si substituat filio laico, si sine liberis decesse-
rit, &c: & ille sacerdos vel monachus fiat, talis
conditio reijcitur tãquam matrimonij spiritualis
impeditiua. Et quid si substituat in sacris constitu
to, si sine liberis simpliciter, vel sine liberis legi-
timis, num. 2. Et quid tertio si sacerdoti, si deces-
serit absq; filijs de suo corpore descendentib. nu. 3.
Et quid denique, si filio in sacris, si decesserit sine
filijs legitimis & naturalibus de suo corpore de-
scendentibus, an vitiet fideicommissum, nu. 4.*
5 *Sacerdos ex dispositione Pontificis filios legitimos &
naturales habere potest.*
6 *Impossibilitates quatuor dari, naturæ scilicet, iuris,
perplexitatis, & facti.*
7 *Impossibilitas in vltimis voluntatibus adiecta circa
dispositionem, eam vitiat: sed si per conditionis
modum adijciatur, non per modum principalis di
spositionis non vitiat dispositionẽ, sed conditionem.*

DECISIO CXLVII.

1 PATER † si substituat filio layco, si de-
cesserit sine liberis, &c. tunc si ille fiat sa
cerdos, vel si ingrediatur monasterium,
nunquid illa conditio reijciatur, tãquam directè,
vel indirectè impeditiua matrimonij spiritualis?
Me remitto in præsentiarũ ad ea quæ latè haben-
tur, & commodè etiam discurruntur in c. in præ-
sentia, de probatio. ad Ange. consi. 80. & ad alios
alibi. & Ioan. de Monte Sper. consi. 1. vol. 1.
2 Aliquando verò † pater ipse substituit filio in
sacris constituto cum conditione, si decesserit si-
ne liberis simpliciter, vel sine liberis legitimis: &
in hoc nempe casu, non reijcitur conditio modo
aliquo, quia intelligitur dubio procul de liberis le
gitimis, scilicet de ecclesia. §. sed & hoc præsenti,
in Auth. de sanctiss. episc.
3 Aliquando autem † substituit sacerdoti idem-
met pater, si decesserit absq; filijs de suo corpore
descendentibus, & tunc profectò huiuscemodi
cõditio reijcitur absque difficultate aliqua, & nõ
valet fideicommissum, quoniam inuitaret filium
ad fornicandum: & si non facit, grauat eum fidei
commisso: taliter quòd meritò quidem nullum
redditur, vt per Bar. & alios vniformiter omnes in
l. hæredibus, §. 1. ad Trebel. & de his etiam tracta-
ri minimè oportet, quia non tangunt aliter ca-
sum nostrum.
4 Aliquando denique † pater substituit filio in
sacris, cum conditione, si decesserit sine filijs legi-
timis & naturalibus de suo corpore descendenti
bus: & hic est casus noster, in quo quęritur, an ta
lis conditio vitiet fideicommissum? Et videtur di
cẽdum quòd non. Et moueor quia, aut dicemus
huiusmodi conditionem fore possibilem, ex eo
5 quia † sacerdos ex dispensatione Pontificis potest
habere

habere filios legitimos, & naturales, vt concedit Ripa in l. ex facto, §. si quis rogatus, ff. ad Trebel. & tale fideicommissum valet & tenet: quia non est ista hæc cōditio turpis, nec inuitat ad delinquendum, nec impedit matrimonium spirituale, cum illud tunc iam contractum reperiatur. aut verò dicimus eam conditionem imposibilem esse, vti
6 dependentem à Principis voluntate, & tunc † ex quo dantur quatuor imposibilitates, scilicet naturæ, iuris, perplexitatis, & facti, secundum Glo. in §. imposibilis, ff. de hæred. instit. communiter
7 ab omnibus ibi approbatam, constanter dico, † quod vbicunque imposibilitas extat adiecta principaliter circa dispositionem, semper vitiat ipsam dispositionē, vnde definietur imposibilitas in hoc casu, ac si dixisset testator, volo quòd filius meus præsbiter suscipiat liberos legitimos, & naturales de suo corpore, & cætera. talis enim imposibilitas quę supponitur, vitiaret vtique dispositionem. ipsam, & nihil valeret. quando verò imposibilitas adijciatur, non per modum principalis dispositionis, sed per modum conditionis, prout in casu, de quo agitur, dū dixit testator, substituo si decesserit sine liberis legitimis, & naturalib. de suo corpore: tūc quia sumus in vltimis voluntatibus, siue huiusmodi cōditio imposibilis, adiecta quidem sit institutioni, siue legato, siue substitutioni, vel fideicommisso, non vitiat modo aliquo dispositionem: sed ipsa conditio tunc vitiatur, & remanet pura institutio, siue legatum, siue fideicōmissum: quoniam re ipsa pro nō scripta habetur, ac si dixisset, sacerdoti substituo talem, cum ipse decesserit. tex. est in d. §. imposibilis, vbi firmat hoc Aret. bene ponderando præsentem distinctionem, post Imo. in l. 1. num 9. ff. de condi. inst. & commodius pleniori nempè cornu prosequitur Gul. de Ben. in repe. c. Raynutius, de testam. in ver. reliquit, nu. 12. & seq. & præsertim, nu. 15. vt sic cōcludamus, huiusmodi sacerdotem substitutum sub tali conditione, quæ dicitur imposibilis, haberi pro purè substituto, prout aliàs, in contingentia facti, ita iudicatum extitit in Regia Audientia Apuliæ in anno 1584. in causa tunc vertente inter aliquos de Terra Collis-torti.

ARGVMENTVM.

Confessio dotis receptæ non nocet creditoribus etiam quòd iuramentum interuenerit, nisi spatium annorum decem interuenisset.

SVMMARIVM.

1 *Confessio de dote recepta cōstante matrimonio, etiam iurata non nocet creditoribus, tam præsentibus, quàm futuris; quod ampliatur, nu. 2.*

3 *Confessio dotis receptæ constante matrimonio, stante lapsu decem annorum à die constitutæ hypothecæ operatur tantum, quantum vera dotis solutio in præiudicium mariti, & creditorum, maximè futurorum. Amplia eam præiudicare, non solùm hæredibus mariti, sed etiam tertio possidenti, & fisco. num. 4.*

DECISIO CXLVIII.

1 Confessio † de dote recepta, constante matrimonio, etiam iurata, nō nocet creditoribus, tam præsentibus, quàm futuris, vt per Bald. Nouel. in l. 1. num. 198. & 205. ff. solu. matrim. Crauet. consi. 102. Rubeum, consi. 119. Couarru. in suis resolutio. lib. 1. cap. 7. Cæph. consi. 61. num. 22. volum. 1. Matthæ. Brun. consi. 71. In causa inter magistrum, nu. 1. cum alijs seqq. volum. 1. Gozad. cum suo apparatu, consi. 28. Videtur prima facie, num. 17. & seqq. & Anton. Gabriel. in suis conclusio. in 3. ti. de donat. conclu. 3. nu. 4. & seq. qui omnes concedunt istam esse communem opinionem, eamque amplificant, non
2 solùm † procedere in confessione mariti facta de dote recepta, mediante iuramento promissorio, seu obligatorio, sed mediante etiam iuramento assertorio, & sequitur quoque explicando terminos præsentis speculationis Beccius, consi. 79. Breuiore stylo, num. 8. volum. 1. & Roland. consi. 93.
3 Viso instrumento, nu. 34. vol. 1. Sed † vbicunque confessio dotis, constante matrimonio, facta foret, stante lapsu decem annorum à die constitutæ hypothecæ, & confessionis prædictæ, operaretur tantum, quantum vera dotis solutio in præiudicium mariti, & creditorum, maximè futurorum, vt per Alex. consi. 90. volum. 3. Afflict. decis. 402. col. 4. Gozad. consi. 42. col. 3. & Rolan. consi. 85. Domini Georgius & Baptista, nu. 42. vol. 1. & consil. 74. Quæstio, vol. 4. vbi nu. 10. dilucidat istam esse communem opinionem.
4 Imò † ipsa confessio tunc non solùm præiudicat hæredibus mariti: sed etiam tertio posidenti, & fisco, & in vtroque casu depromit istam esse communem omnium opinionem, & ita iudicasse Rot. Ro. Paul. Aemil. Veral. decis. 196. Confessio dotis receptæ, in 1. par. & ita decisum aliàs extitit in Regia Aud. Apuliæ in anno 1583. in causa tūc vertente inter aliquos de Terra Sancti Martini.

ARGVMENTVM.

Confessio extraiudicialis de aliquo crimine facta facit inditium ad torturam, & aliquando est sufficiens ad condemnationem.

SVMMARIVM.

1 *Confessio extraiudicialis de aliquo crimine facit sufficiens inditium ad torturam contra confitentem: siue cōfessio fiat in criminalibus parte absente, seu præsente, alium non operatur effectum, quàm inditium ad torturam, nu. 2.*

3 *Confessio extraiudicialis facta de aliquo crimine corā sacerdote & alijs testib. operatur, vt confitens ipse dicatur publicus reus criminis ita confessati.*

DECISIO CXLIX.

1 Confessio † extraiudicialis facta de aliquo crimine inducit inditium ad torturam contra confitentem sufficiens. ita Bart. & Alex. post princ. in l. capite quinto, ff. de adult.

adult. cũ alijs coaceruatis per Marsil. in sing. 310. & per Clar. in pract. §. fi. quæst. 21. vers. confessio. vbi meminit istam esse communem opinionem, prout docuimus fertiliter quidẽ in Sylua, in opi. 138. num. 5. & seq. lib. 1.

2 Quę † nempè communis procedit indistinctè quidem, siue confessio fiat in criminalibus, parte absente, seu præsente, vt ea tunc non operetur alium effectum, quàm inditiũ ad torturam, vt voluit Rota decis. 182. Quod licèt cõfessio, in ti. de confess. in nou. & Imo. in c. at si clerici, de iudic. vbi planum facit, istam esse communem opinionem, quam sequitur, & approbat Fely. in c. si cautio, sub num. 24. sub vers. quarta declaratio, de fi. instrum. & ita decisum extitit, varijs quippe vicibus in sacra Regia Audientia Barensi in anno 1589. & sequentibus, in casibus, & causis in ea tunc occursis.

3 Sed † vbicunque confessio extraiudicialis facta foret de aliquo crimine, coram sacerdote, & aliquibus alijs testibus, tunc ea dubio procul operaretur hunc effectum, vt confitens ipse dicatur, dicique possit publicus reus criminis ita confessati, teste Abbate, consi. 2. col. 1. vol. 2. Fely. in cap. auditis, col. penul. de rescript. & Soci. consi. 127. colum. 2. vol. 3. vbi docet istam esse communem opinionem.

ARGVMENTVM.

Potest vicinus pro tuitione suæ domus diruere domum vicini, si ignis sit immissus in domum vicini.

SVMMARIVM.

1 *Vicinus potest destruere domum vicini orto igne in domo sui vicini, dummodo non interueniat dolus & iniuria.*
2 *Nauta potest incidere funes anchorarum alterius nauis in quos incidit vi ventorum, & non tenetur vl lo pacto.*
3 *Voluntas coacta, licèt sit voluntas, non est propriè voluntas.*
4 *Coactè quæ fiunt, quem effectum sortiantur, remissiuè.*
5 *Coactè quod fit, an dicatur fieri voluntariè.*

DECISIO CL.

1 Vicinvs † incendio orto in domo sui vicini, posset dubio procul destruere domũ ipsius vicini proximioris, si timeret, quod incendium ad eius domum deueniret. l. 3. §. quod ait prætor, ff. de incen. rui. naufra. & tunc stante destructione hac facta sine dolo malo & iniuria de domo vicini ædium suarum defendendarum causa, nec de dolo, nec actione l. Aquiliæ tenetur, l. si quis fumo, §. 1. ff. ad l. Aquil. & ita alias decisum extitit in Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ in anno 1583. in causa quorundam de
2 Terra Bonifri, prout † minimè tenetur quoque qui nauis suæ explicãdæ causa funes anchorarum nauis alterius in quos vi ventorum se impegerat præcidisset, l. quemadmodum, §. item Labeo, ff. ad l. Aquil. & sic primus ob deiectam domum, nec secundus ob præcisos funes vllatenus tenetur teste Petro Roiz decis. 3. num. 207.

3 Et † licèt voluntas coacta, voluntas sit, vt per Dec. vbi multa fundit, in l. 4. col. 1. ff. de regu. iur. notat. in l. si mulier, §. penul. ff. quod metus causa. Neuiz. consi. 208. De propositis, num. 35. volu. 3. & per hoc deberet vicinus & incisor funium teneri, tamen ista voluntas coacta non dicitur propriè voluntas, vt ostendit Ioan. Crot. in repet. l. sciendum, nu. 48. ff. de verb. oblig.

4 Et † quem effectũ sortiantur quę coactè fiunt, vide Marsi. declarantem in l. 1. §. præterea, num. 11. ff. de quæst.

5 Et † an quod fit coactę, dicatur fieri voluntariè, vel sponte, vide eundem Marsi. explanantem in d. l. 1. §. fin. nume. 86. & facit quod voluit Ang. in Auth. de tabell. in fi. quòd mulier corrupta auro & pecunia, censetur inuita adulterium commisisse, & videtur tex. ad propositum in l. 1. §. persuadere. ff. de seruo corrup. & in l. 1. C. de rap. virg.

ARGVMENTVM.

Clerici in sacris constituti possunt esse tutores; sic etiam possunt procurare pro miserabilibus personis.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotes tutelam etiam testamentariam miserabilium personarum, cum sit pium opus, non aliarum, subire possunt, & nu. 6.*
2 *Causa finali legis cessante, debet necessariò & legis dispositio cessare.*
3 *Causa impedimenti vbi cessat, & legis tutelæ administrandæ prohibitio cessat.*
4 *Clericus etiam in sacris constitutus pro orphanis, viduis, & miserabilibus personis postulare aut procurare potest, licèt in curia seculari generalis procurator canone generali prohibeatur, ne a celebratione diuinorum retrahatur.*
5 *Clericus licèt in foro seculari pro omnibus procurare inhibeatur, ad vnam tamen causam licitè procurare potest.*
7 *Clericus in sacris licèt sub pœna mortalis tutor dari nequeat in testamento, vel per iudicem cogi etiam suorum propinquorum, volens tamen esse potest.*

DECISIO CLI.

1 Clerici † in sacris constituti, seu sacerdotes, possunt de iure, tutelam subire miserabilium personarum, etiam testamentariam, cum opus hoc pium quidem sit, teste Glo. communiter approbata in cap. peruenit, in ver. tutelas, in fi. 86. distinc. cui facilè assentiuntur Archid. & Abb. in cap. ex parte, il secondo, extra de appellat. col. fi. Glo. in cap. generaliter, 16. q. 1. Spec. in titu. de tutore, §. generaliter autem, versi. item opponitur contra tutorem, quòd est episcopus,

pus, in fi. allegando ibi not. in cap. peruenit, & in c. 1. & feq. 87. dift. nec non & text. in l. Orphanotrophos, C. de epifc. & cler. quorū nempè fententiam habet naturalem iuris faporem: nam fub ea videlicet ratione, & caufa clericus in facris conftitutus à tutela teftamētaria, & datiua prohibetur, ne à diuino feruitio, occafione ipfius tutelæ retrabatur, vt probat tex. in cap. fi. 88. diftin. & iu auth. præsbyteros, C. de epifc. & cler. fed in tutela miferabilium, non modò non retrahitur à Dei feruitio clericus: imò tunc re ipfa miniftratur, vt iu iuribus allegatis per Glo. præcitatas.

2 Et † fic ceffante caufa finali legis, ceffare debet etiam neceffariò quidem legis difpofitio. l. adigere, §. quamuis, ff. de iure patron. & c. cum ceffante, extra de appellat. quod maximè procedit vbi nihil aliud veniebat expediendum per ipfum tutorem, quàm actum alienationis pro alimentis pupilli, qui mendicare compellebatur, aut fame potius confumeretur, & ideo nihil mirū fi in præfenti cafu ceffat penitus & omnino impedimentum dininorum.

3 Et † quòd vbicunque ceffat caufa impedimenti, ceffet etiā prohibitio legis, tutelæ adminiftrandæ, eft cafus in proprijs terminis in l. generaliter, & ibi Bar. Bal. Pau. Caftr. & diffufius Alberic. de Rofa. qui ponit doctrinam de quatuor caufis ceffantibus, C. de epifc. & cler.

4 Pro qua quidem fententia facit;† nam licèt clericus prohibeatur effe generalis procurator in curia feculari, ne retrahatur à celebratione diuinorum ex tali procuratione, vt in c. facerdotibus, & ibi ad hoc no. Ancha. illum tex. extra ne cler. vel mona. nihilomiuus tamen pro orphanis, viduis, & miferabilibus perfonis poffet tunc pro eis omni dubio procul poftulare, aut procurare clericus, etiam in facris conftitutus, non obftante ipfa canonis generali prohibitione, vt probat tex. in c. 1. & ibi Abb. & Ancha. extra ne cler. vel mona. & in c. 1. & fi. extra de poftulan.

5 Præterea † licèt clericus prohibeatur in foro feculari generaliter pro omnibus procurare fub eadem ratione, ficut in tutela, ne à diuino feruitio, & celebratione diuinorum officiorū retrahatur: tamen ad vnam caufam licitè procurare poteft, tefte Innoc. in c. 1. extra de obligat. ad ratio. Archi. in c. peruenit, 86. diftin. & in cap. Cyprianus, 21. q. 3. Federic. de Senis, confi. 263. Abb. iu cap. noftra, de procurat. & in cap. per venerabilem, in 1. not. qui filij fint legit. Rom. fing. 275. Tu fcis, & Felv. in c. decernimus, in prin. extra de iudi.

Ecce igitur, quòd vbi ceffat caufa finalis prohibitionis, ne clericus habeat procurare in foro ciuili, ceffat & ipfius legis prohibitio, puta ad vnam
6 caufam tantum: † ita & multo fortius in hoc cafu, vt in proprijs terminis eft cafus apertus in d. c. peruenit, 86. diftinct. vbi quo ad tutelam excipit caufam orphanorum, viduarum, & fic miferabilium perfonarum. iu tantum quòd ifthæc opinio abfque fcrupulo aliquo difcernitur cōmunis, & ea mediante, non femel tantū extitit in facto iudicatū in Regia Audientia Apuliæ, in anno 1583. & iu facra Audiētia Barenfi, in anno 1589. Et nihil mirum, quia tuitionem impendi pupillis, & egenis ipfe Deus iufsit. c. defenfionis, 87. diftinct. imo ad tutelæ egenornm fufceptionē clerici per epifcopum etiam cogi poffunt, capit. decreuit. 88. diftinctio.

7 Et † quamuis clericus etiam in facris conftitutus ordinibus tutor dari nequeat in teftamento, & dans peccet. d. c. Cyprianus, & ibi Glo. & Aret. confi. 26. col. 5. verfi. circa fecundum dubium. & iudex minimè cogere valeat clericum ipfum ad fubeundum acceptandumque tutelam, etiam legitimam fuorum propinquorum: cum actus ifte fit merè voluntarius, nec foret curandum de competentia iudicis ecclefiaftici, qui etiam fi vellet ipfum clericum vllatenus compellere nequiret: tamen volens clericus poteft illam tutelam tunc fubire, vt eft tex. in l. generaliter, & in auth. præsbiteros, ibi pofita, C. de epifc. & cler. Ioan. Anto. de Nigris cum alijs aggregatis per eum in extrauag. vnica, fub num. 92. de vitā, & honeft. cleri. & Borgnin. Caualcan. in tract. de tutore, & curatore, in cap. t. num. 288. & faciunt etiam not. per Glo. & Pau. Caftr. in d. auth. præsbiteros, per Aret. in §. item maior, fub num. 3. Inftit. quib. mod. tute. finit. Bar. confi. 143. Paulus, vol. 1. & Bertran. confi. 116. num. 1. vol. 2.

ARGVMENTVM.

Venditor licèt fecerit pactum quòd non teneatur de euictione, tenetur tamen ad pretij reftitutionem.

SVMMARIVM.

1 *Vendens iure crediti, ad pretium faltem reftituendum tenetur, licèt non ad euictionem, nifi quatuor concurrant. & quid fi expreßè pactum fit quòd nō teneatur de euictione, nu. 2.*

3 *Pretij ad reftitutionem quandoque conuenitur quis, licèt vigore pacti de euictione non teneatur.*

DECISIO CLII.

1 VENDENS † inre crediti, licèt de euictione non teneatur, faltem tenetur ad pretij reftitutionem, vt per Alex. cum alijs aggregatis per eum in l. emptorem, §. qui autem, in addit. magna ad Bar. circa medium, ff. de actio. empti. vbi planè quidem oftendit, quòd creditor vendens iure crediti, fi in eo non concurrant illa quatuor, de quibus per Glo. & Doct. in l. t. C. credito. pigno. non tene. in Glo. fin. quòd habeat potiora iura, cum alijs ibi connumeratis, eft in eodem ftatu, in quo reperitur qui vendit iure proprio: quia de euictione tenetur. imo plus dicit ibidem in præcedentibus verbis, poft Bart. & loqui-
2 tur in fortioribus terminis, † quòd etiam fi creditor feciffet pactum expreffum cū emptore, quòd de euictione non teneatur, adhuc tamen euictione fecuta, licèt non teneretur ad alia incommoda, & damna, teneretur nihilominus ad ipfius pre-
3 tij reftitutionem, † nifi expreffè fuerit cautum, quòd

quòd ad eiusdem pretij restitutionem non teneatur, per tex. in d.l. emptorem, §. qui autem. vbi est casus in terminis, quòd licèt in venditione fiat pactum, quòd de euictione non teneatur venditor: tamen si res ex causa vendicetur de præterito, non poterit effugere, euitareque pretij restitutionem, & rationem ponit ibi Vlpian. Iurisconsultus, ex mente Iulia. quia bona fides nō patitur, vt emptor rem amittat, & venditor pretiū retineat. ecce igitur quòd habemus casum, quòd licèt quis non teneatur de euictione vigore pacti, ad pretij tamen restitutionem rectè conuenitur. nam tale pactum non operatur, vt impediat pretij recepti restitutionem, vt concedit ibi Bart. per illum tex. & eandem sententiam tenuit Glo. Bal. & alij in l. non dubium, C. de euictio. & idem Bal. in l. 1. col. fi. versi. secundo quæro, C. de peric. & commodo rei vend. Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de empt. & vendit. §. fi. in princ. Dominus Vincen. de Franchis decis. 239. nu. 3. & ista opinio communis est, secundum Alex. in loco antesignato, & ita aliàs iudicauit Regia Audiētia Apuliæ in anno 1584. ad fauorem magnifici Ioannis Bernardini Scaslæ de Ciuitate Luceriæ.

ARGVMENTVM.

Computus, quomodo reddendi, & quę requirantur. Et vtrum recipiendo literas censeatur approbare omnia contenta in eis, si non contradicat.

SVMMARIVM.

1 *Computus, quomodo faciendus, & ratio reddenda, nume. 2.*
3 *Computus acceptari de iure, quando dicatur.*
4 *Rationem reddere debenti duo iniungi videntur.*
5 *Rationis reddendæ cōditio, quatuor de iure includit.*
6 *Listam dare, non est computum facere.*

DECISIO CLIII.

1 COMPVTVS † de iure fit arbitris, calculatoribusque inter partes electis ad calculandum, & computandum data, & recepta hinc inde, ita vt deductis deducendis appareat euidenter quid reliqui sit debendum, vt probat tex. in l. sicuti libertas, & ibi Barto. Imo. Pau. Castr. & alij vniuersaliter omnes, ff. de condit. & demonstra. & est tex. quoque ad idem clarus in l. si quis dicat, in fi. ff. de manumissio. in l. si purè, ff. de fideicom. liber. & in l. vix certis, & ibi Bald. & Ang. not. ff. de iudi. quæ quidem iura dubio procul probant euidentissimè, quòd vbi venit ratio reddenda, & computus faciendus, eligi debent calculatores ad computandum, & calculandum data, & recepta: & consequenter conuentioni huic de computu faciendo, non est modo aliquo satisfactum, nec cōuentio impleta, ob hoc, quòd solum tradidisset listam ipsius computus. & licèt lista computus tradita extitisset: non tamen posset dici rationem fuisse positam, & computum factum, nisi discutiantur, & calculentur inter partes ipsas omnes partitæ cum arbitris electis. l. cum seruus ita liber esse iussus fuerit, ff. de condi. & de-
2 monstra. vbi dicitur manifestè, † quòd qui habet rationem reddere, si tradat rationum libros, non dicitur aliter impleuisse cōditionem rationis reddendæ, nisi reuideatur, calculetur, & discutiatur. ibi, dum dicitur legendas offerre rationes primū, deinde computandas, vt explorare possit computationes, probè, an improbè referantur accepta, relata rectè, an non rectè. & rursus circa fin. ille autem vtique assolebat nō sic seruo suo ostendenti reliquas rationes subscribere, vbi nō immeritò
3 pondera verbum ipsum, subscribere, † quòd tunc dicitur computus acceptari de iure vbicunq; subscribitur, sed ita vt legeret, examinaret, & exciperet. probat itaque tex. ille notabiliter, quòd non dicitur ratio reddita, nec computus factus exhibēdo listam, seu etiam librum rationum, nisi calculetur, discutiatur, ac computetur, rectè, an non rectè scriptum sit. & per illummet tex. dicit Gl. in l. cum testamento, in ver. quasi purā, in princ. C. de
4 testam. manum. † quòd duo videntur iniungi illi qui rationem reddere debet, quòd instruat dominum, & computet cum eo. & pondera verbum computet cum eo, vnde fieri debet calculatio cō-
5 piuus cum eo. & hinc est, vt infert Bal. ibi, † quòd conditio rationis reddendæ quatuor de iure includit, scilicet codices edi, calculum poni, reliqua reddi, & culpam purgari, & ita aliàs iudicauit Regia Audientia Apulię, in anno 1584. in causa tūc in ea vertente inter aliquos mercatores Venetos.
6 Imò ist hæc sententia, † quòd dare listam nō sit computum, seu calculum facere, cōprobatur per doctrinam Cæpollæ in cautela 25. Pone quòd filius, vel seruus, in fi. vbi expressè concedit, quòd licèt aliàs recipiens literas, si non cōtradicat à principio tempore receptionis illarum, censeatur approbare, & ratificare contenta in eis, per tex. in l. filiusfamilias, & per not. ibi per Doct. & maximè Pau. Castr. ff. ad Maced. & Bar. in l. Titia, ff. de const. pecu. nihilominus tamen si in ipsis literis contineatur computus, & in fine dicatur, quòd remanet debitor in tanta quantitate, recipiendo huiusmodi literas, & non contradicendo, non videtur debitum acceptare, nec præsumitur tacitè confiteri, imo potius illud agere, vt valeat calculare, & discutere, an rectè computatio facta sit, per tex. in d. l. si seruus, ff. de condi. & demonstra. & sequitur Ias. in repet. l. admonendi, col. 73. versic. & nota, quòd ille qui simpliciter acceptat, ff. de iureiur.

ARGVMENTVM.

Sententia non valet, nisi proferatur die assignata in citatione, non obstante quòd fuerit appositum in citatione, cum continuatione dierum, & horarum.

SVMMARIVM.

1 *Sententia die assignato in citatione, vel immediatè sequenti non lata absque noua citatione, est nulla.*

Actus

2 *Actus si post diem in citatione deputatam fiat, nullus est.*
3 *Citatio ad sententiam etiam apposita clausula, cum cõtinuatione dierum & horarum sequentium, non arctat, & nulla est, nisi die sequenti proferatur. nume. 5.*
4 *Citatio non continens tempus certum, nulla est.*

DECISIO CLIIII.

1 SENTENTIA † non lata in die stabilito in citatione, nec in die immediate sequenti, de iure certè alio die proferri minimè potest absque noua citatione, alias omni dubio procul foret ipso iure nulla, vt inquit tex. in l. cum eo die, secundum vnum intellectum, quem sequuntur Barto. Pau. Castren. & alij vnanimiter omnes ibi, C. quando prouoc. non est necess. nisi ad diem ipsum immediatè sequentem, vt supra, iudex expectando contumacem, gratiam illi conferendo protelauerit sentẽtiæ promulgationem, per ea quæ habentur in c. consuluit, extra de offi. deleg. quibus quidem diebus elapsis, ad hoc vt possit ferri valida sententia, est omnino necessaria noua citatio.

2 Et ratio ea est: † nam actus qui debet fieri vno die deputato in citatione, si non fiat, sed post, dicitur factus parte non citata, & ideo nullus. l. fi. §. fi. vbi hoc no. Bar. ff. quod vi, aut clam. sequiturq; etiam Bal. in l. fi. col. 3. vers. modò hic vlterius, C. quomodo & quando iud. Alex. in l. si finita, §. Iulianus, colum. 16. vers. in quantum Baldus, ff. de dam. insec. & Anto. de Butr. & cæteri Canonistæ vnanimi consensu omnes in c. cum dilecto, colum. 3. vers. oppono quòd citatus, extra de dolo & contum.

3 Et † licèt in citatione ipsa ad sententiam apponatur clausula, cum continuatione dierum, & horarum sequentium: tamen quo ad sentẽtiam proferendam, vt quilibet palpare potest, huiusmodi citatio non procedit, tanquam vaga, & incerta, quæ non continet diem certum proferendæ sententiæ, vnde non tenetur citatus quolibet die, & hora commorari, permanereque in Curia, sed debet esse certus de die sententiæ proferendæ, aliàs citatio non arctat, per textum in l. aut qui aliter, §. 1. ff. quod vi, aut clam. vbi Bart. expressè concedit, quòd citatio debet continere tempus certum, & determinatum, aliàs nullatenus valeret, neque teneret, per quem quidem textum dicit Bartolus met in l. liber homo, §. decem hodie, ff.
4 de verb. oblig. † quòd citatio, quæ non continet tempus certum, atque etiam determinatum, est inualida, & nulla re ipsa de iure, & sequitur Marian. Socin. in tract. de citatione, in 19. art. 107. q. & Georg. Natta in repet. cle. sæpe, §. & quia, super glo. in ver. ad id, de verbor. signif. vbi similiter firmat, quòd citatio ad audiẽdam intentionem Curiæ, tanquam incerta, & vaga minimè valet vllo quidem pacto, per iura, rationes, & authoritates per eum ibi assignatas, & per Io. de Anan. in c. ad petitionem, col. 5. de accusat.

5 Vnde † cum pro scopo habuerim regulam d. l. aut qui aliter, §. 1. mihi ante oculos hoc proposito, quòd practica Modernorum de iure, ac ratione congruere, atque procedere nõ possit, qui certè in hanc incidendo foueam, dies in citatione contentæ, addunt quoque clausulam istam cum continuatione dierum, & horarum. de qua nempè practica meminit Bal. in l. si quando, colum. 2. C. de testib. & in cap. fin. quo temp. miles, in usib. feud. & Felyn. in cap. 2. colum. 9. extra de testib. quia si proferatur sententia in alio die, quàm deputato, diceretur vtique lata parte legitimè non citata, cum inualida absque dubitatione discernatur per textum, iuncta doctrina Bar. probatissima superius allegata. & sic denique isthæc citatio ad sententiam pro singulis diebus & horis, tanquam incerta, & quandam seruitutis speciem inducens dicitur nulla, atque penitus inualida, & tunc si sententia non proferatur die sequenti, verùm in alijs diebus sequentibus, merito quidem nulla dici potest, prout ita decisum extitit in Rota Romana, teste Crescentio decis. 10. aliàs 290. citatio ad sententiam pro sequenti die, num. 1. & seqq. titu. de dolo, & contumac. & ita non semel tantum iudicauit Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ, Comitatusque Molysij in varijs, diuersisq; causis in anno 1583. & sequen. me assidente in ea tunc Auditore.

ARGVMENTVM.

Quod non transferatur dominium rei venditæ nisi integro pretio soluto. Et quod valet pactum quod non soluto pretio possit venditor propria authoritate ingredi rem venditam. Et potest alijs vendere, nec per hoc tenetur venditor primo emptori, qui non soluit pretium de euictione.

SVMMARIVM.

1 *Vendita res emptori debetur, si precium conuentum integrè solutum, vel aliter satisfactum sit.*
2 *Contractus ex partium voluntate legem accipiunt.*
3 *Venditoris pactum, quòd alteri res non vendatur, aliàs sit inempta ad ipsumque reuertatur, validum.*
4 *Pactum quòd venditori liceat precio non soluto domum venditam propria authoritate ingredi, illamque alienare, ac pro se in solutum retinere, an valeat, & num. 7.*
5 *Venditor ob precium non solutũ ingrediens rem venditam reputatur creditor priuilegiatus, & potior alijs quantumcunque anterioribus. fallit tamen in dote, num. 6.*
8 *Vendendi ius habent ex causa debiti semper vendere potest etiam si pro parte solutum sit: nec maior oblatio venditionem impedit, nisi integrè soluatur, num. 9.*
10 *Emptor de euictione non agit, si ex sua quantuncunque minima culpa causetur, vbi ponuntur exempla.*
11 *Loquentis persona in generali sermone excipitur.*

DECISIO CLV.

1 VEndita † re, ita demum acquiritur em-
ptori irreuocabiliter quidem, si pretium
conuentum fuerit solutum, vel aliter sa-
tisfactum, l. quod vẽdidi, & l. ut res, ff. de contrah.
empt. nec sufficit partem illius tunc soluisse, nisi
integrè soluatur, vt probat tex. in l. quaodin, C. de
distrac. pig. & in l. tutor, §. Lucius, ff. de vsuris.
Et licèt poßit vẽditor habere fidem de pretio:
tamen poteſt etiam in ipsa venditione certam le-
2 gem imponere, variaq; itidem pacta facere. † con
tractus enim ex ipsa partium voluntate legem ac-
cipiunt. l. in conuentioolbus, in prio. ff. de verbo.
oblig. l. si ut certo, §. nunc videndum, & ibi notat
Bal. ff. commo.
3 Exempli gratia, † si paciscatur venditor, quòd
res alteri non vendatur, aliàs ex nunc sit inempta,
sed ad ipsum venditorem reuertatur, quod nem
pè pactum valet, & tenet, per ea quæ notat Bart.
& Bal. in l. ea lege, C. de condi. ob cau.
4 Vnde † cùm in casu nostro interuenerit pactũ
quòd liceat venditori, pretio non soluto, domum
venditam ingredi propria authoritate, & illam
alienare, vel pro se in solutum retinere, discutien
dum venit, vtrum huiuscemodi pactum de iure
valeat, & teneat, ita quòd licitè potuerint vendi-
tores pactum hoc exequentes, procedere ad alie
nationem domus prædictæ. In qua vtique specu
latione omni prorsus dubio remoto, concluden-
dum est, quòd tale pactum de iure validum di-
scernitur, ac rem ipsam pro debito taliter obliga-
tam afficit, quòd licitè poteſt illam ingredi, & alie
nare, per textum in l. creditores, vbi est casus, &
ibi notat Bar. Bald. Ange. & alij unanimi consen-
su omnes, C. de pignor. & in l. si pignoris, vbi de
hoc est textus clarus, & ibi Docto. C. de pignor.
actio. Glo. in ver. sine iudice, in l. extat, & ibi Bar.
Alber. & alij omnes, ff. quod met. cau. & Afflict.
in const. Regni, Pacis cultum, in 2. no.
5 Quodque † maximè procedit in casu nostro in
venditore ingrediẽte rem venditam ex causa pre
tij non soluti. nam lex facit, & reputat illum cre-
ditorem in hoc potiorem: & ideo priuilegiatum,
quòd cunctis præferatur alijs creditoribus, quan-
tumcunque anterioribus, vt probat textus in l. li-
cet, C. qui potior. in pigno. habean. prout illum
textum allegat ad hoc Alber. de Ros. post Vber.
de Bobio in l. si fundum, ff. qui pot. io pig. habeãt.
& firmat Specu. in titu. de oblig. & solut. §. 1. vers.
sed quid si primò obligatur, & vers. quid si vendi
di fundum, & Cæpol. in cautela 169. Si quis pri-
mò obligauit.
6 Sed hoc regulariter procedit, & verũ est, † præ
terquam in dote: tunc enim mulier ex speciali
priuilegio dotis præfertur venditori, per ea quæ
adduxit Ioan. Campegius in tract. dotis, in 4. par.
quęst. 8. & ita firmauere etiam DD. de sacro Con
silio, teste Afflicto, decis. 306. Vir & vxor vendi-
derunt, & Cæphal. consi. 131.
Quæ quidem sententia habet re ipsa iuris ratio-
7 nem. † nam videmus, quòd mutuans pro conser-
uatione, & reparatione rei, præfertur alijs credi-
toribus in ipsa re, quia illam actualiter, & realiter
cõseruat, vt dicit textus in l. interdum, ff. qui pot.
in pigoo. habeant. quantoque magis debet præ-
ferri qui vendendo rem ipsam in esse deductam
assignat emptori, quam sanè non poßideret, nisi
sibi venderetur, meritò alijs omnibus quoad ean
demmet rem venditam præfertur. quoniam plus
est rem non habenti exhibere, quàm habitam cõ
seruare. remanet igitur clarum, & expeditum, ꝙ
pactum factum in cõtractu venditionis de ingre-
diendo propria authoritate, & de vendendo do-
mum in casu pretij non soluti, de iure valet & te-
net: cuius vigore licitè potuerunt magnifici de
Buttunis de ciuitate Trani eandem domum ca-
pere, & ingredi, prout sunt ingreßi pacificè, &
quietè, & nemine resistente, illam alienando mu
lieri, de qua in processu, quæ deinde, & secundo
loco, titulo nouæ emptionis cępit iterum poßide
re domum prædictã iustè, & legitimè alienatam.
8 Nam † habens ius vendendi ex causa debiti,
semper poteſt illam vẽdere, etiam si foret sibi pro
parte solutum, donec fuerit integrè sibi satisfa-
ctum. casus est in terminis in l. quãdiu, C. de distr.
pig. ad idem est bonus tex. in l. solutum, §. si credi
tori, ff. de pignor. actio. & in l. hæredes, §. idem ob
seruetur, ff. fam. ercisc.
9 Nec † etiam oblatio maioris pretij debiti habe
ret ipsam venditionem impedire, nisi integrè sol
uatur, vt in dictis iuribus, & ponit clarè textus
in l. 2. in fi. C. debito. vendic. pigno. impe. no. pos.
Qua nempè muliere ex memorato titulo nouę
emptionis poßidente, quàmuis primus emptor
mouerit litem contra eam, litigando pro recupe-
ratione eiusdem domus, & minus iustè: tamẽ ob
hoc venditores prædicti minimè tenebantur ip-
sum emptorem defendere: quia domus ista exti
terat per eos, iuxta formam pacti, euicta, & alteri
alienata, iure suadente, ac permittẽte: vnde dam
num sentire non debent modo aliquo, per regu-
lam l. Gracchus, C. de adulter.
10 Et eo magis, † cum euictio causata perspicuè di
scernatur culpa, & defectu ipsiusmet emptoris,
pretium non soluentis: & tunc nemini profectò
dubium est, quòd si emptor sit in culpa, non agit
de euictione contra debitorem, vt probat textus
in l. si ideo, puta quia emptor absuit à iudicio, ff.
de euictio. & in l. emptor, C. eod. ti. & Gaspar Ca
ballinus in tracta. de euictionib. §. 5. nu. 89. & 56.
item si emptor præscribere, ac vsucapere potue-
rit, & non vsucepit culpa sua. l. si dictum fuerit, §.
si cum posset, ff. de euictio. & Gaspar Caballin. in
d. tract. de euictionib. §. 5. num. 29. necnon si ven
ditor admonuit emptorem, vt agat publiciana, &
emptor egit rei vẽdicatione, & succubuit. l. si ven
ditor. eod. ti. tunc enim venditor nullatenus tene
tur de euictione, teste Gaspare Caballino in d. §.
5. num. 63.
Et in tantum hoc verum est, & absque scrupu-
lo procedit, quòd etiam quælibet minima culpa
excludit emptorem ab euictionis victoria, puta si
malum, inexpertumque aduocatum adhibuit, se
cundum Glo. communi omnium voto approba-
tam in l. quod si nolit, §. mancipium, ff. de ædilit.
edicto.

edicto.& Gasparem Caballin. in d.§.5.nume.40.
Cum igitur euictio fuerit causata culpa, & de-
fectu ipsius emptoris pretium non soluentis, cui
dubium, quod non habet regressum contra ven-
ditorem? nam licèt defendere generaliter promi
serit emptorem ab omni persona: tamen hoc in-
telligitur, seruatis per ipsum emptorem de iure
11 seruandis,& sic pretio soluto. † & in illo genera-
li sermone excipitur persona loquentis. l.si mer-
cedem,§.fi.ff.de actio. emp. & l.qui insulam, §.fi.
& ibi Gl.magistralis,ff.locati,maximè in casu,per
eundemmet vêditorem expressè sibi per pactum
prouiso. Meritò itaque postremò extitit per sa-
cram Audientiam Terræ Bari,de anno 1589. em
ptor antedictus exclusus à iure euictionis.

ARGVMENTVM.

Debent semper portantes frumētum, vel alia bona vendibilia adire officialem siue datiarium, ne incidat in commissum, quamuis bona sint exempta a solutione gabellarum & sic priuilegiata.

SVMMARIVM.

1 *Portantes frumentum, vt à concussione deuetique pœna tuti sint, officiali notificent ad quam partē proficisci velint.*
2 *Portantes bona, ex quibus gabella soluatur, perquirant de gabellarijs, si culpam & fortè etiā dolum vitare volunt.*
3 *Portantes bona, etiam de quibus gabella non soluitur, ne in commissum incidant, gabellarijs assignare debent.*
4 *Initium vniuscuiusque rei gestæ considerandū & spectandum; principiumq; ipsum fine potentius est.*
5 *Principijs sublatis sequelæ omnes reformationesque tolluntur.*
6 *Principium tanto magis, vbicunque finis habet necessariam consequentiam ad illud.*
7 *Gabellam soluere non tenetur nauis ob tempestatem siue piratarum timorem ad portum veniens.*
8 *Nauta, præsertim sciens ac patiens, res penes se positas custodire tenetur.*

DECISIO CLVI.

1 PORTANTES † frumentum, seu bladum,
timentesque accusari de concussione,
seu deueto, possunt accedere semper ad
officialem loci, eique notificare ad quam partem,
vel territorium proficisci velint. nam hoc manise
stato tuti quippè sunt à quauis pœna, nec timere
vllatenus quidem valent de aliqua concussione,
vtcunque minima, quæ contra eos fieri possent,
ita Barto.in l.saluberrima, C.de itineris custodia,
lib.12. Suarez in allegat.18.in causa,quæ vertitur,
num.4. Corn.consi.109. num.12.volu.2. vbi fir-
2 mat,† ferentes victualia, seu alia bona, de quibus
soluatur gabella, operam nauari studio maiori,
obnoxios esse in perquirendo, vbi commoren-
tur gabellarij, aliàs non forent à culpa immunes,
& fortasse etiam à dolo, assignatque fortissimas
quoque rationes, & idem concedit pariter Ripa
in tract.de peste,in tit.de priuileg.contract. causa
pest.nu.14.& Craue.consi.115.nu.4.

3 Imò † si bona essent etiam ex priuilegio exempta,& de eis solui non deberet gabella, nihilominus tamen assignari deberent, atque recognosci, aliàs absque scrupulo aliquo inciderent in commissum.l.si interdum, §.diuus, & Bart. & alij vniuersaliter omnes,ff.de publican.Bal.consi.79.col. 2.vol.2. & Boss.in tit.de fraud. vectigal. num.10. & re ipsa hodie hoc iure vtimur in Regno, vt in Regia dogana assignentur bona quarumuis personarum, ac etiam quarumuis personarum, officialiumque omnium, atque aliorum priuilegium exemptionum habentium.

4 Et nihil mirum, † quia initium rei gestæ considerandum est, ita Glo. in cap.dudum ad audientiam, de elect. Et sic initium cuiusque rei spectandum est.l.Pomponius,ff.de neg.gest. & l.quid ergo, ff.de his qui nota.infa. in tantum, quòd actus hominis ad id quod principaliter ordinatur inspici debet, vt per Alex. consi.89. volu.4. Imo principium ipsum potentius fine reputatur, teste Riminal. iun. in coment. Instit. quib.alien. licet, vel non, num.346.

5 Et hinc est,† quòd sublatis principijs tolluntur vtique omnes sequelæ, & reformationes, prout ita voluit Bal.in l.1.C.de lati.liber.tollen. & Alexan.consi.24.col.8. & seq.vol.2.

6 Taliter,† quòd tanto magis principium, vbicunque finis habet necessariam cōsequentiam ad illud, vt discurrit Rimin.iun. in loco præmemorato, Instit.quib.alien.licet,vel non,nu.346.

7 Est tamen bene verum, † quòd nauis veniens ad portum propter tempestatem, siue timorem piratarum, non tenetur soluere gabellam, vt concedit Bar.in l.1.C.de naufrag.lib.11.

8 Et † nauta, magisterque nauis tenetur res penes eum positas custodire, & præsertim sciens, & patiens, cum is tunc videatur omnium ipsarum rerum in naui illatarum custodiam recipere, sicuti prodidit Pau. Castr.in l.1.num.4.ff.depositi, Bal. in l.1.§.fin.ff.nautæ, caupones, stabul. & pleniori cornu in casu proposito,& absoluto per eum Anton. Ciofius, consi.71. In facti specie, num.1.cum alijs seqq. vol.1.& ita iudicauit alias sacra Audientia Barensis, in anno 1589. ad fauorem cuiusdam mercatoris Veneti.

ARGVMENTVM.

Deficientibus alijs probationibus in criminibus obscuris, socij criminis admittuntur in testes contra socios.

SVMMARIVM.

1 *Depositioni stuprati in tortura emanatæ statur.*
2 *Socius criminis in delictis occultis admittitur, vt ad torturam indicium faciat.*
3 *Testi etiam vnico de facto proprio statur, si adminicula aliqua concurrant.*

4 *Iudex torturam adhibere potest, cũ de facto proprio, suique natura adeo occulto agitur, vt probationes aliæ haberi nequeant quàm mediante confessione stuprati, & num. 10.*

5 *Iudex in occultis, vt in adulterio, ad torturam & cõdemnationem pronior esse debet.*

6 *Fama cum adminiculis, in occultis, ad condemnationem sufficit: imo sola ob probationum difficultatem, vt in furto, plenè probat.*

7 *Fama sola, argumentisque solis vel coniecturis vehementiue opinione in occultis ad condemnationem deuenitur.*

8 *Testes in occultis, & quæ difficilis sunt probationis pro idoneis admittuntur, vt in nocturnis maleficijs, vel in multitudine, quæ admittunt leniores probationes etiam per coniecturas & quæ alias non admitterentur.*

9 *Sodomiæ in probatione præsumptiones etiam ad condemnationem sufficiunt.*

11 *Gabellæ fraudatio etiam per coniecturas probatur.*

12 *Contractus simulatio per coniecturas sufficienter re ipsa probata dicitur.*

13 *Testes in occultis omni exceptione maiores dicũtur. Item domestici & affines pro ijs, quæ in domo fiunt difficilisque sunt probationis pro idoneis admittuntur.*

14 *Coniecturæ & argumenta in criminibus occultis sufficiunt.*

15 *Coniecturæ in casu suspecto maiorem suspitionem inducunt.*

16 *Testes recepti lite non contestata, parteque non citata, in occultis delictis sufficiunt.*

17 *Testes criminosi participesque delicti in probationis defectum admittuntur.*

DECISIO CLVII.

1 DEPOSITIONI † stuprati emanatæ in tortura, de iure statur, fidesque adhibetur, ita Alex. consi. 63. vol. 1. post Barto. in l. eos, col. 2. ff. de fals. & Crauet. consi. 75. num. 30.
2 taliter, † quòd socius criminis in delictis, quæ occultè committuntur, admittitur, vt faciat indiciũ ad torturam, vt per Simon. de Præt. consi. 178. Inquisitus, nu. 18. vol. 1.

Et de hoc mirandũ quippè non est: quoniam stupratus, vel stuprata deponit in tortura ipsa de
3 facto proprio: † quo nempè casu regulariter creditur etiam vnico testi, si cum eius dicto concurrerent aliqua alia adminicula. l. quæro, de ædilit. edic. Soc. in reg. 422. Dec. consi. 34. num. 1. consi. 363. nu. 3. & consi. 650. num. 9. & Tiraquel. de retract. tit. 1. §. 1. glo. 14. nu. 46. & seq.
4 Imò † cũ agatur de facto proprio, & de sui natura taliter occulto, quòd de eo haberi nequeant aliæ probationes, quàm mediante confessione stupratæ, meritò igitur iudex tunc posset adhibere tormenta, prout sic in indiuiduo in stupro puerorum scribit Afflic. in constit. Legum asperitate, in fi. & Dec. consi. 363. In causa, quæ agitatur, nu. 1. Tiber. Decia. consi. 29. Iniustè, num. 35. cum alijs seqq. volu. 1. vbi loquitur in furto, cuius opinio
5 comprobatur ex regula generali, † quòd in occultis iudex debet esse pronior ad torturam, & condemnationem, vt post Bart. in l. 3. C. de episc. audien. concludit Alex. consi. 77. num. 8. volu. 1. & consi. 64. num. 5. eod. vol. exemplificantes hoc in adulterio, in quo & idem concedit Pau. Castr. consi. 348. in fi. vol. 1. licèt, & malè, Hippol. Riminal. sentiat contrarium, consi. 290. Eleganter, nume. 9. volu. 3.
6 Quinimò † in occultis delictis fama cum adminiculis sufficit ad condemnationem. c. præterea, de testib. Alex. consi. 66. in fi. volu. 3. & Ias. consi. 141. num. 4. volu. 4. Imò fama sola, stante probationũ difficultate, facit dubio procul plenam probationem, vt per Alex. consi. 53. volu. 2. Ias. Curt. sen. & alios in l. admonendi, ff. de iureiur. Neuizan. consi. 54. sub num. 13. Tibe. Decia. in d. consil. 29. num. 39. vbi loquitur in furto, ex sui natura difficilis probationis.
7 Et † quòd ex solis argumentis, ex sola fama, vel ex coniecturis, vel ex vehementi opinione in istis occultis deueniatur ad condemnationem, firmat post Bar. in loco præmemorato, Bal. in auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. But. in d. cap. præterea, Ias. in l. cum ca, colum. fin. C. de transact. & Marsi. in pract. crim. in prin. num. 13. & seq. Ioan. Campeg. in tract. de testib. reg. 398. ex quibus præsumptionibus, vbi non obscurè quidem cõcedit, iudicem, mediantibus præsumptionibus violentis, posse punire, condemnareq; delinquentem.
8 Et sic † denique in occultis testes admittuntur pro idoneis, vt traditur communiter per Doct. in locis memoratis, veluti in n alef icijs, quæ etiã perpetrantur de nocte, & probabiliter ignorantur, vel in illis, quæ in multitudine cõmittuntur, cum sint difficilis probationis, admittunt dubio procul probationes leuiores, etiam per coniecturas, vt per Glo. in l. si cum exceptione, §. in hac actione, in ver. ignorantiam, ff. de eo, quod met. cau. Rom. consi. 7. Visis necessarijs, sub num. 3. Alex. consi. 59. Visa facti, num. 1. vol. 2. & Ias. in l. si quis ex argentarijs, §. fi. de eden. vnde ob difficultatem probandi admittuntur in his casibus & similibus probationes, quæ aliàs non admitterentur. cap. veniens, il secondo, §. fi. de testib. & ibi Doct. & l. filium eum diffinimus, ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. Alexan. consi. 24. Animaduersis, num. 6. volu. 2. & Natta consi. 235. Superioribus, num. 9. volu. 2. Bero. consi. 213. In causa mota, num. 17.
9 volum. 3. Et in specie † in probatione sodomiæ, quòd sufficiant præsumptiones, etiam ad cõdemnationem, scribit Guido de Suzzarijs in tract. de indicijs, & tortura, par. 1. quæst. 4. num. 7. Et tanto
10 commodius hoc procedit, † quanto quòd alij testes in prædictis ex rei natura haberi nequeunt, nisi confessiones eorumdem delinquentium, vt ostendimus supra, & firmat Marsi. in l. 1. §. diuus, in fi. ff. de quæstio. & Afflict. in d. constit. Legum
11 asperitate. In tantum, † quòd gabellæ fraudatio probatur etiã per coniecturas, sicuti apertè ostendit Craue. consi. 115. num. 1. Alex. consi. 188. nu. 2. volu. 7. Simon de Pretis, consi. 55. Veram, num. 5. volu. 1. Prosper Pasethus, consi. 121. Circa proposita, num. 3. Grat. consi. 132. num. 9. volum. 1.

prout

12 prout etiam † simulatio contractus probatur per coniecturas, & tunc simulatio dicitur re ipsa sufficienter probata, vt per Bal. in l. multum interest. C. si quis alt. & in l. 3. C plus valere, Dec. consi. 123. num. 1. & Soci. consi. 18. num. 28. volum. 1. Matth. Brun. consi. 9 t. num. 8. vol. 1. Tibe. Decia. consi. 20. Et prima facie, nu. 25. & consi. 105. Prae supponitur, nu. 7. vol. 2.

13 Imò † testes in talibus occultis dicuntur omni exceptione maiores, ita Dec. consi. 342. num. 3. & sic testes domestici, & affines ad probandum ea quae in domo fiunt, & quae sunt difficilis probationis, admittuntur pro idoneis, sicuti prodidit Bal. in l. parentes. C. de probat. Pau. Grilan. in tracta. de relaxat. carcer. q. 3. num. 3. Ioan. de Amicis, consi. 53. colum. 4. Crot. in tracta. de testibus, sub num. 126. Bertachin. in tract. de episco. lib. 4. sub nume. 60. & Plot. in l. si quando, nume. 241. C. vnde vi.

14 Et hoc, † quòd in criminibus occultis coniecturae, atque argumenta sufficiant, discursum, & absolutum extat per Alex. consi. 98. Quoniam, nu. 6. volu. 3. Iaco. Mandel. consi. 83. Licet, nu. 11. Ioan. Pet. Surd. consi. t. nu. 39. & seq. Rimin. iun. consi. 433. Annis elapsis, nu. 7. cum alijs seqq. vol. 4. Neuizan. consi. 25. Quoniam saluos, nu. 12. cum coniecturae ipsae in praesenti casu multum operentur, cum difficilis nempè sint probationis. l. non om-

15 nes, §. à barbaris, ff. de re milit. † imò coniecturae tunc in casu suspecto inducunt maiorem suspitionem, vt per Bal. in l. 2. per illum tex. C. de collus. detegen. Pau. Aemil. Veral. decis. 235. num. 6. & seq. in 1. par. in tantum verum est, vt amplificari

16 meritò possit, † vt in ipsis criminibus sufficiant et testes recepti, lite non contestata, & parte non citata, ita Domin. in c. t. §. si. col. 3. versi. nota bene, quòd vbi, de homic. in 6. Dec. in c. in nomine Domini, nu. 18. & 27. de testib. Marsi. sing. 24. & Soc. vbi hoc aptè interpretatur, consi. 90. col. penul. num. 5. volu. 3.

17 Ex his itaque concludo, † quòd testes criminosi, participesq; delicti in testes, & pro testibus admittuntur in defectum probationis, vt per Abb. Fely. sub nu. 3. & alios in c. fi. de testib. cogen. vbi concedit etiam idem Fel. quòd hoc idem ita demum procedit, si voluerit ille, cui actus criminosus nocebat.

ARGVMENTVM.

Cessio iurium, quando censeatur simulata, & quando non. Et si cessionarius potest vti iure cedentis.

SVMMARIVM.

1 *Cessio iurium & actorum simulata praesumitur ex confessione cedentis facta de pretio recepto, nisi constaret de vera solutione, etiam si illa iurata foret, num. 2.*

3 *Cessio si fieret ex causa dationis in solutum & pro soluto creditori si fingeretur debitum, vbi non esset, an valeat, remissiuè.*

4 *Cessio si fieret ex causa donationis, pro qua aliquid clam recipiatur, non valet.*

5 *Cessio simulata praesumitur, si ei sit facta pro maiori pretio quàm res valeat.*

6 *Cessio magnae quantitatis, & summae, vbicunque fieret pro modica paruaque summa, tunc nullatenus simulata praesumeretur.*

7 *Cessio simulata praesumitur, vbicunque pretium numeratum incontinenti vel ex interuallo post cessionem clam restitueretur.*

8 *Cessio praesumitur simulata, si non appareat quo titulo facta fuerit.*

9 *Cessio actionum, in quibus casibus non praesumatur simulata, remissiuè.*

10 *Cessionarius ac singularis successor non potest vti priuilegio cedentis, quod procedit in priuilegio personali, num. 11. Limitatur etiam obtinere locum in successione voluntaria, nu. 12.*

13 *Cedi non potest ius congrui, & sic priuilegium, vicinis à statuto concessum, sed limitatur in quatuor casibus, remissiuè.*

DECISIO CLVIII.

1 CEssio † iurium, & actionum, simulata praesumitur ex confessione cedentis facta de pretio recepto, nisi cõstaret de vera solutione. ita Glo. in ver. specialiter. & Bald. in l. 2. colum. 11. C. ne liceat potentiorib. Barto. colum. 11. & Saly. in 5. quaest. in l. per diuersas, C. mandati, Abb. in c. fin. de alie. iud. mut. causa fac. & Caepol. in caut. 38. & Alex. consi. 36. volum. 2. & iudicauit aliàs Regia Audientia Apuliae, in anno 1583. in causa tunc vertente inter quosdam de Terra Ischitellae.

2 Imò † huiusmodi cessio minimè valet, nec tenet, praesumiturque simulata etiam si illa iurata foret. ita Doct. in locis antesignatis, Anchar. consi. 338. & Io. Bapt. Plot. in repet. l. si quando, sub nu. 431. circa fin. C. vnde vi. vbi elucidat istam esse cõmunem opinionem, illamq; procedere, vbicunque cessio haec ex titulo, causaque onerosa fieret, puta venditionis, vt tunc ea simulata praesumatur, ex eo quod cedens confessus sit recepisse pretium.

3 Nec non † si fieret cessio ex causa dationis in solutum, & pro soluto creditori, si fingeretur debitum, vbi non esset, vtrum valeat, discurrit, & resoluit Franc. Aret. consi. 96.

4 Similiterque † si fieret cessio ex causa donationis, pro qua aliquid clam recipiatur, & sic non sit pura, verum colorata donatio, non valet, & penitus inualida quippe est. ita Barth. Soc. consi. 135. Suprascripti, per totum, vol. 1.

5 Item † praesumitur quoque cessio simulata, si ea sit facta pro maiori pretio, quàm res valeat, & sic ipsa cessio non tenet, nec valet, nisi pro pretio, quod datum est. ita Bar. Bal. & caeteri Legistae cõmuniter in d. l. per diuersas, C. mandati, Innoc. Io. And. Ant. de But. & alij omnes Canonistae vniuersaliter in c. ex parte, de alie. iud. mut. cau. fac.

6 Sed † vbicunque cessio magnae quantitatis, & summae fieret pro modica, paruaq; summa, tunc

nempe

nempe simulata nullatenus præsumeretur. ita Spe cul. de cessi. act. num.6.

7 Præsumitur † etiam simulata cessio, vbicũque pretium numeratum incontinenti, vel ex interuallo post cessionem clam restitueretur, vt non obscurè concedunt Bar. colum.2. quæst.6. & Sal. in d.l. per diuersas, & Carauita cũ alijs coaceruatis per eum, in ritu 228. Item quod nullus priuilegiatus, num. 12. & seq. vbi refert aliquos alios casus, ex quibus colligatur cessio ipsa simulata, & Alexan. etiam in l.1. ff. de alie. iud. Marian. Socin. consi.18. Francisc. Aret. in l. si is, qui bonis, ff. de acquir. hæred. & Raph. Fulg. consi.179. col.4. consi. 205. & consi.217. & consi.239.

8 Cessio † itidem si non appareat quo titulo facta sit, præsumitur simulata. Menoch. in tracta. de præsumpt. lib.3. præsumptio.129. nume. 29.

9 Attamen † cessio actionum nõ præsumitur simulata in aliquibus casibus discussis per eũdem Menoch. in d. præs. 129. num.9. cum seqq.

10 Nec † cessionarius, ac singularis successor potest vti priuilegio cedentis. ita Bal. Nouel. in tracta. de dotibus, in 12. par. col.2. vers. quartò. & vide Afflict. decis. 74.

11 Sed aduerte, † quòd licèt cessionarius nõ gaudeat priuilegio cedentis, tamen hoc intelligitur, & procedit de plano in priuilegio personali, arg. l. si fideiussor, §. fi. de re iud. & l. quia personale, ff. solu. matrim.

12 Limitaturque † hoc idem obtinere locum in successione voluntaria: sed vbicunque cessionarius, cui foret facta cessio ex causa necessaria, tunc haberet absque dubio aliquo idem priuilegium, quod haberet cedens, aliàs secus, vt cõcedit Paul. Castren. consi.222. Super secundo puncto, vol.1. per ea quæ determinat Bar. in l. post dotem, circa fin. ff. solu. matrim. & in l.1. C. de priuileg. dot. Anton. Ciofius, consil.104. Quod priuilegium, sub nu.1. in 1. limit. vol.2.

13 In tantum, † quòd priuilegium à statuto concessũ vicinis cedi nequit vllo modo, vt per Cyn. Bal. Ang. & alios omnes vniuersaliter in l. ad officium, C. commu. diuid. Afflict. in tracta. de iure prothomiseos, in prin. num.43. Alber. in tract. de statut. in 1. par. quæst.89. Marsil. in sing.64. In multis partibus, in fi. & Anton. Ciofius in d. consil. 104. Vbi hoc vtiliter quidem limitat in quatuor casibus.

ARGVMENTVM.

Filij Doctorum de collegio debent gratis doctorari. Et Doctores & Procuratores debent gratis pro pauperibus patrocinari.

SVMMARIVM.

1 *Filius Doctoris profitentis & collegiati: item aduocati, cum ad doctoratus aduocationisque officium assumitur, gratis doctorari debet.*

2 *Aduocatus à paupere, vel ab alia miserabili persona pro suo patrotinio aliquid recipiens peccat in foro conscientiæ, declaratur remissiuè.*

3 *Aduocatus renuens gratis pauperi patrocinari, tanquã absconditor talenti Domini sui saluari nequit.*

4 *Notarij & Procuratores teneantur gratis pauperibus inseruire & pro suis laboribus, & scripturis exhibendis pecuniam petere nequeunt.*

5 *Medicus infirmos pauperes gratis curare tenetur.*

6 *Aduocatus nolens recusansque patrocinari in causa pauperis in extrema necessitate constituti, mortaliter peccat, sicut in alijs operibus misericordiæ, quod limitatur, nu.7.*

8 *Aduocatus dicitur aliquando in periculo reperiri.*

9 *Medicus sicut pauperi infirmo non subueniens homicida illius videtur, ita & aduocatus quasi aufert rem suam pauperi homini non conseruans eam cum possit.*

DECISIO CLIX.

1 DOCTORIS † profitentis, & collegiati filius debet gratis doctorari: & sic filij aduocatorum de collegio tẽpore quo adsumuntur ad officium, gradumque doctoratus, & aduocationis nil soluere debent. ita Glo. in ver. sumptibus, Bal. & Rom. num.4. in l. iubemus, per tex. ibi, C. de aduocatis diuer. iudicum, Bar. in l.1. nũm.8. C. de dignit. lib.10. Afflict. in tract. de iure prothomis. in rub. num.17. & alij aggregati per Ant. Ciofium, consi.158. Filius doctoris, num.1. cum alijs seqq. volum.1. vbi ita doctissimè consuluit: cui opinioni, tãquam sacrosanctissimæ libenter acquiesco, & crucior varijs premi hodie angustijs, vt potuissem aliquibus rationibus, legibus, & doctrinis illam stabilire: quamuis non dubitem stabilitam reperiri in præmemorato fertili consi. & sequitur etiam Fabius de Anna in addit. Io. Vincentij de Anna, in sing.408. vbi meminit ita in facti contingentia obseruatum in Collegio Neap. ad fauorem filij, & similiter exclusum nepotem collegiati à præsenti immunitate.

Et queadmodum filius Doctoris collegiati debet à Collegio gratis doctorari: ita itidem aduo-

2 catus † aliquid scienter accipiens à vero paupere, aliaque miserabili persona, occasione sui patrocinij, in foro conscientiæ peccat, secundum Alber. in l. nequicquam, §. fin. de offic. procon. & ibi Ias. in §. vbi decretum, colum.2. eiusdem l. Tiraquel. in tract. de nobilitate, cap.29. num.39. Cornel. Benincas. in tract. de paupertate, quæstio.7. in 1. speciali, num. 10. & seq. Rolan. à Valle, consi.36. nu. 17. cum alijs seqq. volum.3. & Caraui. in ritu 99. Item quòd in curijs ipsis fiat, nu.9. & seq. vbi hoc declarat, quomodo procedat.

3 Ideo † aduocatus renuens gratis pauperi patrocinari, saluari nequit, tanquam absconditor talenti Domini sui, vt firmat Gregorius super Homilia Matthęi decimoquinto, & ad patrocinium ipsum præstandum tunc compelli etiam posset per iudicem, teste Rimin. iun. consi.329. Dominus Alexander, nu. 16. vol.3.

4 Imò † hoc ampliatur procedere etiam in notarijs & procuratoribus, qui tenentur gratis pauperibus inseruire, & pro suis laboribus, & scripturis exhibendis pecuniã petere nequeunt, secundum Glo.

Glo.& omnes in cap.1.de fimo.Iaf.in §.tripli.col. pen.Insti.de act. Ripa in l.centurio,num.35.ff.de vulg.& pupil. Rotam Roma. decif.2. de constit. in antiq.Bar.& alios omnes & præsertim Alex.in l.argentarius,nu.4.ff.de eden. vbi perhibet istam esse communem opinionem. Riminal. iun. in d. consilio 329. nume. 17. & Cornel. Benincas. in præmemorata quæst.7. primi specialis, num.13.

5 vbi † hoc etiam ampliat procedere in medico, qui infirmos pauperes gratis mederi tenetur, & Andreas Gail. in obseruat. 43. de patrocinio ad uocatorum Cameræ, nu. 13.lib.1.

6 Et consequẽter † aduocatus nolens recusansque patrocinari in causa pauperis in extrema necessitate constituti mortaliter dubio procul peccaret: sicut in alijs operibus misericordiæ, vt per S. Thom. in 2.2. q.71.& Caiet. in summa ibi, & Andr.Gail.in d.obseruat.43.sub nu.14.& S.Dyonis. Carthus. in sum. fidei orthodoxç, tom.2.art. 130.sub §.1.vbi hoc limitat,declaratq; procedere,

7 vt † aduocatus ipse non teneatur semper causæ pauperum patrocinium præstare, sed solum conditionibus his concurrentibus videlicet, quòd il lis potissimè consulere teneatur, qui sibi pro locorum vel temporum,aut quarumlibet rerum necessitatibus astrictius quadam sorte iunguntur, non tenetur ciuitates, terras, vel oppida circuire, indigentes quærendo,vel tempore præoccupando: sed eis qui sibi occurrunt succurrere debet, si præsens adsit necessitas, & sequitur Ioan. Bapt. Caccialup.in tract.de aduocatis,in 3.q. nu.6.8.& 12.& Rim.in d.consi.329.nu.20.& ita aliàs decisum extitit in facti cõtingentia in Regia Audientia Apuliæ in anno 1583. doctrinas recitatas pro cedere cum conditionibus prædictis assignatis.

8 Vnde vides, † in quot periculis reperiatur miser aduocatus, quæ re ipsa nũquam numerari possent. non nè periculum vrget, vbicumque miserabilibus personis aduocatus non subueniat? qui bus tenetur ex lege Dei subuenire. vnde Esa.1. Subuenite oppresso, &c.

9 Et † sicut medicus pauperi infirmo potens subuenire, & non subueniens, homicida illius videtur: ita aduocatus, quasi aufert rem suam pauperi homini, cum non conseruat eam, cum possit. Quare Symmachus Papa afferere consueuerat, non grandis differentia, vtrum mortem inferas, vel admittas: mortem enim languentibus proba tur infligere, qui cum possit,non excludit.

ARGVMENTVM.

Quæ dolo fiunt, nulla lege tenent: secus quando aliquis blandis verbis inducitur ad seruiẽdum Deo, dummodo non fiat ea intentione, vt religiosi succedant in bonis intrantis religionem: nam tũc priuantur successione, & si est licitum contrahentibus decipere se intra dimidium iusti pretij.

SVMMARIVM.

1 *Dolus delictum dicitur. Et quid aliud sit, & stellionatus crimine punitur.*

2 *Persuasio dolosa plus est, quàm violenta coactio; & ex persuasionibus præsumitur. Et adulterium vi committere dicitur data pecunia adulterans.*

3 *Dolosè inductus dici nõ potest, quo ad se verbis blandis ad Deo seruiendum inuitatus.*

4 *Religiosi auiditate patrimonij inducentes quem ad religionem, illo patrimonio priuantur. Et an talis professio valeat.*

5 *Dolus est cum aliena iactura lucrari, & quot alijs modis dicatur. & an & quãdo vitiet contractũ, nu.7.*

6 *Dolus velatus minor quàm expressus.*

8 *Contrahentibus licere se inuicem decipere vsque ad dimidiam iusti pretij, in foro conscientiæ non procedit: imò secundum aliquos peccari, & ad restitutionem teneri, num.seqq. Ampliaturque in bona fide contrahente ac deinde cognoscente proximum læsisse, num.14. contrarium tamen tenentes referuntur, nu.15.*

9 *Res prout est, non secundum præsumptionem hominum indicatur.*

10 *Iuris apices, vbi de salute animæ agitur, non attenduntur, nec in foro conscientiæ excusant.*

11 *Forum conscientiæ, quid.*

12 *Emptor contra seipsum iuris & de iure præsumptionem habet, ex quo læsus cum aliquis contractu extet ab altero contrahente deceptus doloque malo circumscriptus videtur.*

13 *Dolus præsumitur vbi læsio est enormis, nec per iuramentum tollitur.*

16 *Opinio in dubijs, per quam peccatum euitatur, tenenda: quæque pro animæ salute tutior est, attenditur.*

17 *Sanctorum dicta tanquam lex verè & certè attendenda, eorumque scriptis standum.*

DECISIO CLX.

1 Dolvs † dicitur delictum. tex.est in l.1.§. nũc tractemus, in ver.planè, ff.de tut.& ratio.dist.& in l.si ex causa, §.nũc videndũ, ff.de min.& in l.1.§.si apud, ff.depoſi.D.meus Marc.Ant.Eugen.consi.56.num.14.volum.1. & si quis non faciat id ad quod tenetur, dolus est. Beccius, consi.106.nu.9.vol.1.& cõsequenter dolus ipse dicitur re ipsa calliditas, fallacia, & machinatio ad circumueniendum, & fallendum alium adhibita.l.1.§.dolum, ff.de dolo.& dolus cum dicatur delictũ, puniri profectò debet crimine stellionatus, vt per Corne. consi.148.nu.19. vol.1.& consi.182.nu.2.vol.4.

2 Nam † dolosa persuasio plus est, quàm violenta coactio. l.3. §.si quis volentem, ff.de libero ho. exhi.& l.1.§.persuadere, de ser.corrup.& est Glo. etiam, quæ hoc adducit in c.certo. 12.quæstio.1. Sylua Nuptial. lib.4. nu.39. dolumque persuasio falsa docet. Crauet. consi.395. num.4. volum.3. Et ex persuasionibus præsumitur. idem Crauet. consil.727.nume.3. volum.4. & consi.763.num. 15. volu.5. ac etiam dolum committit qui contra legem prudens agit. idem consi.346. nu.7.vol.3. In tantum, quòd adulterans mulierem data pecunia, vi adulterium cõmittere dicitur, vt per Cyn. & Marsil.nu.15.in l.vnica, C.de rapt.virg. Ange. in

in Authen.de lenonib.§.fin.circa fin. Dec.consil.
170.Viso themate, sub nume. t. vers. vt in simili,
Sylua Nuptial.lib.4.num.41.& seq.Pet.Royzius,
decis. 5. nú. 290. & ita aliàs declaratum extitit in
Regia Aud.Apuliæ,in an.1584.contra quendam
mercatorem habitãtem in ciuitate sancti Seueri.
3 Sed † si quis inuitaretur ad seruiendum Deo
verbis allectiuis,seu blandis,nõ posset quippè di-
ci dolosè inductus, seu deceptus quò ad se: vtpo-
te quia dolus est machinatio fraudis tendens ad
deceptionem alterius.l.1.ff. de dolo, & Glo.in c.
scienti,de reg.iur. in 6.Abb. in c.in nostra, col.3.
de sepul.& facit tex.in c.constituit,20.q.3.vbi po
4 nitur casus singularis,† quod si religiosi auiditate
patrimonij alicuius inducãt eum ad religionem,
licèt teneat ingressus, priuantur tamen religiosi
patrimonio illius. ita Abb.in d.c.in nostra, col.3.
& illum tex.allegauit ẽt idem Abb.in c.in præsen
tia, col.3.de probatio. Et suis relinquitur hæredi-
bus,vt per Abb.& Fel.col.5. & alios omnes,in d.
c.in præsentia, Spec.in ti. de statu monachorum,
vers. vltimo. Bal.in authen. si qua mulier,col.fin.
C. de sacrosanc.eccles. Dominic.in c.non solùm,
colum.4.de reg.iur.in 6.Lap.in alleg.47.Quidam
iuuenis. Roman. in l.t. §.si stipulanti, colum.t2.
ff. de verb.oblig.vbi refert, se ita aliàs respondisse
Auditoribus Rotæ; imò mediante dispositione
d.c.in præsentia, meminit Io. de Terra Rubea,in
tract.contra rebelles suorum regum,in artic.3.ter
tij tractatus, in rub. tertium in quo consistit hæc
fidelitas, fol.58.& seq. pluries vidisse taxari men-
dicantes religiosos, & præsertim obseruantes: vbi
etiam rationibus & exemplis cõcedit etiam, vbi-
cunque interueniret dolus, qui re ipsa decipe-
ret quemlibet etiam prudentem, professionem
quoque tunc factam minime valere, nec tenere.
Et ratio posset assignari isthæc: nã dolosè frau
dolenterque agerent ipsi religiosi ita inducẽdo,
5 ac suadendo in alterius preiudicium,† cum dolus
profectò sit lucrari cũ aliena iactura,l.si quis man
cipijs,§.Proculus,ff.de inst.ita Bal.in l.Macedonia
ni,C.ad Maced.& ĩ auth.ad hęc,col.7.C.de vsur.
Imò verè dolus malus est malitia alteri damno
sa,prorumpensque in damnum alterius,vt voluit
Bal.in l. quæ fortuitis,col.3.C.de pign.actio. imò
etiam prout occurrit in pręsenti casu,dolus est ab
scondita mentis machinatio.l.fin.& ibi Bal.C.de
litig. Et dolus denique est quoque procurare, vt
egerint prædicti religiosi malis artibus,& colora-
tis suasionibus se hæredes institui ab alio, teste
Bal.in l.1.in fi.C.si quis aliq.test.prohib.
6 Est bene verum, † quòd dolus velatus minor
est, quàm dolus expressus, vt ex testimonio Bar-
thol.Soc.apparet in consi.118.Visis,vers.circa pri
mam,volum.1.& ideo vtcumque sit fraus,& do-
lus patrocinari prodesseque ipsis religiosis,& etiã
nocere simplicitati alterius non debet.c.sedes,de
rescrip.& l.1.ff.de dolo,& l. ex dolo, C.de leg.Do
lus autem bonus commendatur. Beccius, consi.
52.num.24.vol.1.
Vnde quemadmodum ob ingressum religio-
nis factum per inductum, suasumque dolosè ad
ingrediendum monasterium, priuantur religiosi
7 patrimonio illius,† ita dolus etiam vitiat contra-
ctum,l.eleganter,ff.de dolo, & l.si dolo, C.de re-
scind.vendit.quod nempè verum est, & procedit
de plano, nisi pars læsa velit stare contractui. d.l.
eleganter, & l.Iulianus, §.si quis colludente, ff.de
actio.emp.Bar.in l.in causę, la 2.ff.de minor.Glo.
in l.iurisgentium. §.prætor ait, de pact.& ibi Bal.
& Alex.qui idem tenent in d.l.eleganter.
8 Et quamuis † c.cum dilecti,& c.ad nostram,de
empt.& vend.disponant, atque permittant con-
trahentibus licere,licitumque esse se inuicem de-
cipere vsque ad dimidiam iusti pretij: nihilomi-
nus in foro conscientiæ dispositiones illæ canoni-
cæ non procedunt modo aliquo,secundũ S.Tho
mam in 2.2.q.77.art.1.Scotum in senten. distin.
15. quæst.2. art.2. conclusio.3. Gabrielem ibi in
eadem dist. q.10. art.2. conclus.2. Bernardinum
illum sanctissimũ patronum, & protectorem no-
strum, in suis sermonibus de Euangelio æterno,
Sermo.35. artic.1. cap.2. S.Antoninum in 2.par.
suæ sum.tit.1.c.16.colum.3. & S.Adrianum Flo-
rentinum in 4.sententiarum, in quæst. exordien-
te,consequenter quæro an indistinctè teneantur,
Ant.de Butr.& Henr.colum.pen.in d.c.cum dile
cti, Innoc.Ant.Abb.Io.de Anan.Fely.& alios in
c.in ciuitate,extra de vsuris,Archid. in c.si cupis,
16.q.1.Card.& Abb.in c.1.de empt.& vend.Bar
bat.in repet.c.Raynaldus,col.173.de testam.Cro
tum in c.2.in 1.no.de const.lib.6.Gomes. in §.su-
perest,num.54.Institu. de actio. & Io.de Lign. &
Calder.& Bero.sub num.69.in c. nauiganti,extra
de vsuris, adijcientes etiam ibi simul cum Bernar
dino in loco antesignato, nec in modica læsione
id procedere, & sic nonnulli alij Doct. existimãt
mortaliter peccare, & ad restitutionẽ teneri, qui
contrahendo notabiliter lædunt proximum, etiã
intra iusti pretij dimidiam,& præsertim Innocen.
Ant.& Abb. in c.quia plerique,de immunit. ec-
cles.Io. Calder.in c. fin.de vsuris, Ias.in §.sed istæ,
num.104. Inst.de actio.Dec.consi.t11.colum.2.
S.Thom.in 4.sententiarum,dist.15.q.3.artic.2.&
ibi Gabriel.q. 10.col.9. & Mai. quæst. 40. Adria-
nus quolibeto 6. art.3. Caietan. art.1. quolibeto
16.quæstionum,c.12.Dominic.Soto in tracta. de
iustitia,lib.6.q.1.art.1.Syluester in summa,in ver.
emptio.q.8.Io.à Medina,de restit.q.32.Alphon.
à Castro de potestate legis pœnalis,cap.10.fallen.
3.Fortun.de vlti.fine,illat.t7.Ant.Burg.& Anto.
Butr.in d.c.cum dilecti, & Bero. in d. c.nauigan-
ti, sub num.69. & ista est concors, communisque
opinio,attestante Gom. in c.2.num.5. de constit.
in 6.& Couar.in lib.2.variarum resolutionum,c.
4.num.11.cui accedit etiam Ang.de Clauasio in
summa Angelica, in ver. dolus, §. seu quæstione
emptio.sub §.7.& ibi Iaco.Vngarellus in scholijs
in litera D.vbi ipse Ang. concludit emẽtem rem
minus iusto pretio notabiliter & scienter, pecca-
re mortaliter: quia cum scienter proximum læ-
dat,& auferat sibi suum,videtur facere, agereque
contra præceptum Domini, Non furtum facies.
Et quamuis aliqui Doct. videatur aduersari huic
tam sacrosanctæ opinioni communi, & ipsimet
veritati,asserendo in contractu decipere,non esse
peccatum:

peccatum : tamen quicquid scribentes ipsi fabu-
lentur varijs in locis, ponendo conscientias con-
trahentium in magno discrimine, non foret quip
pe recedendum à communi memorata tanquam
verissima, & reprobante hanc dolosam deceptio-
9 nem : † quia in foro cõsciẽtiæ iudicatur res prout
est, & nõ secundum præsumptionem hominum.
c. humanæ aures. 22. q. 5. c. tua, & c. is qui. de spon.
cum ibi not. Nauar. consi. 31. nu. 4. de vsu. lib. 5.

Et tanto libentius concurro cum opinione ista
10 communi, quanto† quòd vbi agitur de salute ani
mæ, non attenduntur apices iuris, ita Archi. in c.
scriptum. 6. q. 3. quem commendat Dec. in c. cum
dilecta, de confirm. vti. vel inuti. & vlterius con-
cludit Bald. multum eleganter, in l. 5. col. 2. C. de
confess. quod apices iuris in foro conscientiæ non
excusant. Et sic subtilitas, seu subtilizatio in mate-
ria rescriptorum & similium, penitus & omnino
vitanda est, cum in illis non veniat aliter de apici-
bus iuris disputandum, teste Lapo in alleg. 89. In
11 Dei nomine amen, num. 17. † Forum enim con-
scientiæ, secundum Bal. in loco præcitato, est fo-
rum boni, & æqui coniuncti, quæ perfecta iusti-
tia requirit: ideo vocari debet tribunal veritatis,
non fictionis, & pro hoc facit tex. in l. 2. ibi, sed ex
conscientia. C. de fideicom. per quem tex. no. ibi
Bal. quod conscientiæ non conuenit de apicibus
iuris disputare.

Noua quoque, & non inelegant (vt opinor).
ratione isthæc opinio communis coadiuuaretur:
12 Nam † emptor ipse habet præsumptionem iuris,
& de iure contra se ipsum: ex quo læsus, cum ali-
quis contractu extet ab altero contrahente dece-
ptus, doloq; malo circumscriptus videtur. l. si de
meis, §. recepisse, & l. sed si in seruum, §. si quis iu-
dex. ff. de recep. arbit. Bart. in l. si societatem, §. ar-
bitrorum, eo. tit. Bal. consi. 213. Punctus talis, con
sil. 380. Præmitto, vol. 1. consi. 153. vol. 2. & consi.
55. vol. 3. Pau. Castr. consi. 174. Contra superius,
col. 1. volu. 5. & consi. 305. Notandum est, col. 2.
volu. 2. Ant. But. consi. 45. col. 2. vol. 4. Corn. con-
sil. 55. col. 4. lib. 3. & consi. 147. col. 2. Soc. consi.
263. col. 3. & 6. vol. 2. Ripa respon. lib. 3. de donat.
reuocan. c. 15. col. 3. & seq. Ruy. consi. 139. num.
13. consi. 120. nu. 19. vol. 1. & consi. 60. num. 19. &
22. vol. 3. Iaco. Mandel. consi. 77. nu. 23. & consi.
100. nu. 6. Soc. iun. consi. 148. nu. 47. vol. 1. Craue.
consi. 142. nu. 22. & Ceph. consi. 142. nu. 31. vol. 1.
13 Et consequenter, † vbi est læsio enormis, præ-
sumitur dolus. l. qui superstitis, C. de dolo, & ibi
Pau. de Cast. & alij, & Soci. consi. 220. versi. circa
secundam difficultatem, vol. 2. Rimin. iun. consi.
203. num. 109. volu. 2. Francis. Vegius, consi. 41.
num. 17. cum alijs seqq. volu. 1. vbi concedit quo-
que, dolum re ipsa minimè tolli per iuramẽtum,
sicut non tollitur dolus ex proposito: cum dolus
ex proposito, & dolus re ipsa, æquiparentur, & in-
dicat denique istam esse cõmunem opinionem.
14 Sed redeundo ad institutum nostrum, † amplia
tur vtiliter præmemorata communis sententia,
ita retenta adhuc obtinere locum, etiam si quis
bona fide existimans iusto pretio emere, aut ven-
dere, alterum etiam læserit intra dimidiam, secun
dum Scotum, in 4. sententiarum, distinct. 15. q. 2.
August. lib. 13. de Trinit. cap. 3. Ant. & Abb. in d.
c. quia plerique, de immuni. eccle. quæst. 9. Cor-
rad. in summa totius operis, de contrac. quæst. 57.
conclu. 5. Adrianus quolibeto 6. arti. 3. S. Anto-
ninus in sua sum. in 2. par. titu. 1. cap. 16. §. 3. Caie-
tan. in d. cap. 12. & Couarru. in præallegato lib. 2.
variarum resolutionum, cap. 4. sub num. 2. profe-
rens ibi istam esse communem opinionem, con-
cludensque, quod ille, qui bona fide contraxit,
& deinde cognouit re ipsa proximum læsisse, te-
nebitur ad huius læsionis restitutionem. Nauar.
consi. 20. nu. 10. de vsu. lib. 5.
15 Nec † desunt, qui contrariam sententiam existi
ment veriorem varijs in locis iuris nostri, videli-
cet, quòd emens, aut vendens rem non iusto pre-
tio absque dolo ex proposito, & sic ignoranter, si
ex interuallo scientia læsionis interueniat, nequa-
quam peccatum, & malam fidem incurrit, nec ad
restitutionem tenetur, & huic opinioni accedunt
omnes scribentes congesti per Couarru. eo in lo-
co, cuius & antea meminimus, & Bero. in d. c. na-
uiganti, nu. 73. vbi eam tuetur, & perhibet com-
munem esse. Et licèt articulus iste videatur tene-
brosus, & disputabilis, & quæstio isthæc plena sit
spinis, in qua certatim omnes ita variant, vt diffi-
culter eius rei exitum inuenire possim: Et licèt e-
tiam res dicatur dubia propter conflictum opi-
nionum, ex quo aliqui Doct. attestantur vnam
sententiam esse communem, & alij contrariam,
secundum Soci. in rubr. & in l. si fuerit, ff. de reb.
dub. tamen cũ prima opinio Scoti, & sequacium
inclinet ad animæ fauorem, eam tanquàm sacro-
16 sanctissimam amplector, & eo libentius, † cum in
dubijs tenenda sit illa opinio, per quam euitatur
peccatum, vt voluit Abb. in c. fi. de prescrip. & opi
nio hæc tanquàm tutior pro animæ salute atten-
di debet. cle. exiui, §. item quia, & ibi Card. de ver
bor. signifi. c. presbyteri. 48. distin. cap. iuuenis, de
sponsa. & c. 1. & ibi Glo. de seru. in ordi. fac. Alex.
consi. 73. in fi. volu. 4. & consi. 83. & Natta consi.
136. num. 10. vol. 1. sed si fortè iudex vellet secun
dum alteram periculosam opinionem cõtrariam
consulere, vel iudicare, non dubito se exponere
periculo mortalis culpæ contra propriam consciẽ
tiam in iudicando, atque mortaliter peccare, iux-
ta illud Ecclesiastici 3. Qui amat periculũ, peribit
in eo. ideo vt conscientia illæsa remaneat, curren
dum esse suadeo ad opinionem S. August. S. An-
tonini & sequacium tanquam ad portum claræ
17 veritatis, † cum dicta Sanctorum, tanquam lex ve
rè, & certè sint attendendæ, & eorum scriptis om
nino standum est. c. nonnulli, 16. q. 1. & cap. 2. de
cleri. non baptiz. tradit Abb. in c. cum sint, num.
2. extra de decim. & Legistæ omnes in l. 1. ff. si cer.
peta. vbi Cagno. nu. 163. admonet istam esse com
munem opinionem, & Maranta etiam in tract. de
iudicijs, in 3. par. num. 78. & seq. Et hinc non im-
meritò Constantinum Imperatorem respondisse
fertur cuidam obstinato, qui dictis Sanctorũ cre-
dere recusabat, Scalam pone in cœlum, ascende,
& securus fias.

ARGVMENTVM.

Non solum infertur iniuria per actum verberationis, verum etiam per actum propinquum, puta eleuando manum ante faciem minando verberari, & ideo potest agi actione iniuriarum.

SVMMARIVM.

1 *Actione iniuriarum quis agere posset, vbicunque non fuerit actu verberatus, sed solummodo manu eleuata in eum comminatum sæpius, & ex hoc attonitus, & perterritus, quasi vapulatus extiterit.*
2 *Legem, item apud Labeonem, ff. de iniur. non procedere de iure Regni.*
3 *Manum eleuans animo percutiendi, licèt non percutiat, videtur iniuriam inferre: ita etiam retinens equum fręno, quamuis equitantem non percutiat, dicitur iniuriã inferre, & personaliter offendere.*
4 *Pœna per solum, simpliciemque insultum incurritur, atque committitur.*
5 *Insultans, ac arma nudans, seu vrtans dicitur delinquere, & punitur lege Iulia de vi publica, etiam quòd is solus hoc perpetraret, non aliter ab alijs associatus.*

DECISIO CLXI.

1 ACtione †iniuriarum agere posset quis, vbicunque non fuerit actu verberatus, sed solummodo manu eleuata in eum comminatum sæpius, & ex hoc attonitus, & perterritus extiterit, quasi vapulatus. l. item apud Labeonem. ibi, si quis pulsatus quidem non est, ff. de iniurijs, quem tex. ait ibi notabilem Bar. Alexan. ad Bart. in l. respiciendum, §. de in litem, ff. de pę. Ias. in l. 1. §. fi. ff. quod quisque iur. Marsi. in l. is qui cum telo, C. de sica. & in singu. 535. & Guido Papæ, quæst. 12. & est tex. etiam in l. 1. §. hæc autem, C. de his qui deie. vel effude. & ibi Bal. & Corn. consi. 51. volu. 1. Matth. Brun. consi. 134. Plura, sub num. 2. volu. 2. Actio enim ipsa iniuriarum re ipsa etiam pro modica dari debet iniuria, vt per Ruy. consi. 81. nu. 2. vol. 4.

2 Sed aduerte, † d. l. item apud Labeonem, non procedere de iure Regni, secundum Arnon. in capito. 74. & ita bis iudicauit misericorditer, & benignè quidem, sacra Regia Audientia Barensis in varijs causis in anno 1590.

3 Et † quemadmodum eleuans manum animo percutiendi, licèt nõ percutiat videatur iniuriam inferre: ita etiam retinens equum fręno, quamuis equitantem non percutiat, dicitur iniuriam inferre, & personaliter offendere, vt ita firmat Octauian. Vulpellius in tract. de pace, & promissionibus de non offendendo, quęst. 92. cum alijs seqq. quibus in locis discurrit alios casus similes, & lo. Tabien. in sua sum. Tabiena, in ver. exconmunicatio, il 5. §. 3. 32. & 39.

4 Nec non † per solum, simplicémque insultum pęna incurritur, atque committitur, vt per Corn. in d. consi. 51. Quoniam insultus dicitur quasi in alium saltus, ita Bart. in l. respiciendum, §. delinquunt, ff. de penis, & Bal. in c. 1. quib. mod. feud. amitt. §. similiter.

5 In tantum, † quòd vrtans, vel insultans, & arma nudans, ac extrahens, dicitur absque scrupulo aliquo delinquere, & est delictum, quod re ipsa punitur lege Iulia de vi publica, etiam quòd is solus hoc patraret ab alijs non associatus, vt per Bart. Saly. & alios in l. si criminis, C. ad l. Iul. de vi publica. Gramma. in constit. Asperitatem, nu. 5. Carauita in ritu 68. Item seruat ipsa Curia, sub num. 3. Riminal. iun. consi. 286. Dubium, num. 7. volum. 3.

ARGVMENTVM.

Quando Doctor iuuenis sit præferendus seni. Et quomodo probetur quòd sit magis doctus, & quot testes requirãtur, & quomodo probetur doctoratus, & quis posit doctorari, & vtrum Doctori teneatur hospitari.

SVMMARIVM.

1 *Doctor iuuenis seni præferendus, si eo est doctior.*
2 *Labor maior, & stipendium facit anteire.*
3 *Testes quindecim iurati requiruntur ad probandam excellentiam præferri volentis alijs prioribus.*
4 *Aetas iuuenilis ad iudicandum non idonea.*
5 *Doctor pro Doctore se gerens, cum non sit, falsi pœnam incidit: sufficit tamen si per decennium sit Doctor reputatus, cum doctoratus per publicam vocem & famam probetur.*
6 *Aduocatus doctoratu, ob delictum priuatus, iterum non doctoratur: idem & in notario, nu. 7.*
8 *Doctor ob delictum priuatus, rescripto Principis mediante cum clausula derogatoria redoctorari potest.*
9 *Spurius, cur doctorari non possit, etiam si consuetudo in contrarium extet, nu. seq.*
10 *Spurius est infamis infamia facti, cum inhonesta tur pisque sit persona.*
11 *Doctor an hospitari milites teneatur.*
12 *Militari quando sit peccatum, & militiæ laus quæ.*
13 *Milites boni vltra stipendia nihil vsurpant.*
14 *Hospitari milites, cur quilibet teneatur, & quantam domus partem tradere debeat.*
15 *Militibus præter solam hospitalitatem, absque alimentis nihil præstandum, aliaque petentibus de facto resistere licet.*
16 *Doctori rationem naturalem allegare sufficit: iudexque tunc credere debet. fallit tamen.*
17 *Doctor quantumcunque magnus, dictum suum aliqua lege, aut authoritate, vel ratione probare debet.*

DECISIO CLXII.

1 DOctor †iuuenis, præferendus fóret seni, si eo doctior esset, Saly. in l. prouidendum, num. 2. de postul. & concedunt Docto. omnes vniuersaliter, tam antiqui, quàm moder. in l. cum quid, ff. si cer. peta. & tunc ait lex,
2 quòd † labor maior, & stipendium fecerit anteire,

ire,&c .vt in l.fi. C.de fide instrum. cap.miramur,
61. distinc. l.semper, C.de offi. mag. offic. l.2.C.
de sacrosan. eccle.l.vnicuique. C.de Tyro. & l.1.
& 2.C.de dignit. & hinc cooclud it canon, quòd
scientia, & sanctitate vocatur præsbiter, vt Abra-
ham,& non tempore,c.vlt.84.distin.concluditq;
etiam d. c.miramur, quòd non est dubitandum
de illo, cui pro laboribus multis, pro moribus ca-
stis, pro actibus strenuis, celsioris loci pręmium
decenter & stipendia iam debentur.

3 Sed aduerte,† quòd quindecim testes iurati re-
quiruntur ad probandum excellentiam illius, qui
vult alijs prioribus præferri,l.vnicuique, C.de ne
go.gest.vel C.de Tyro.itaque non proferamus le
uiter aliquando, iste est doctior illo.

Imò animaduertendum necessariò est etiam,
4 quòd † ætas iuuenilis ad iudicandum non est ido
nea, vt explicat Ioan. de Capistrano in Speculo
conscientiæ,in 2.par.sub num.126. posito in 1.to
mo Tractatuũ,impressorum in anno 1584. & in-
de meritò dicitur Moysi, Num.11. Congrega mi
hi septuaginta viros de senioribus Israel, quos tu
nosti, ꝙ senes populi sint, ac magistri, vt suppor-
tent onus tecum. quodque probatur etiam exem
plo iudicis omnium Christi, qui ad actus præla-
tionis non processit, nisi ætate perfecta triginta
annorum post baptismum, vt habetur Matthæi
4. & Lucæ 4.& ita de præsenti anno 1587.respon
di Serenissimo Regi, & Domino nostro Philip-
po,fidei defensori,interrogatus super reformatio
ne Regni Neap. non esse eligendos ad officia,ni-
si senes: & sic excedentes ætatem 30. annorum.

5 Et † quamuis Doctor falsum, seu pœnam falsi
incidat se gerendo pro Doctore,cum re ipsa Do-
ctor non sit.l.eos.§.qui se pro milite.ff.de falsis. ta
men si doctoratum probare nequeat per instru-
mentum,seu per testes,sufficeret vtique ostende-
re probareque quòd longo tempore, scilicet de-
cem annorum ita fuerit habitus, tractatus, & re-
putatus, vt firmat Pau. Castr. in l.si solemnibus,
in fi. C.de fide instrum. & sic doctoratus proba-
tur sufficienter quidem per publicam vocem, &
famam,vt per Bald. in l.prouidendum, C. de po-
stul. Pau. Aemil. Veral.decis.277. seu 1. Doctora-
tus expressus,nu.4.in 1.par.

6 Cæterùm † aduocatus priuatus doctoratu ob
delictum, nõ posset iterum intrando examen do-
ctorari,ita Bal.in l.2.de liber.& cor.liber.

7 Imò † hoc idem procedit, obtinetque locum
etiam in notario, secundum Glo. in Auth. de ar-
mis,in fi. quam allegat,sequiturque Bal.in rub.C.
de pen.iudi. & in l.mancipia.C.de ser. fugi. & Io.
de Plat.in l.iudices.C.de anno. & tribu. lib.10. &
est tex. in l.iudices,C.de dignit.lib.12.

8 Sed † si Doctor ipse ita priuatus redire determi
naret ad doctoratum, mediante rescripto Princi-
pis, tunc huiusmodi rescriptum surreptitium fo-
ret, nisi haberet specialem clausulam derogato-
riam,d.l.iudices, & aliarum legum specialiter pro
hibentium, vt concedit Ioan. de Plat. in d.l.iudi-
ces, & facit tex. iuncta Glo. in l.fin.ff.de offi. pro-
cur. Cæs.

9 Verum enimuerò in omnem euentum † do-
ctorari non potest spurius,vt concedit Pet.de An
10 cha. in cle.2.de magist.& Alex.in proę.Cod.† Et
ratio ea est, quoniam spurius est infamis infamia
facti, secundum Azo. in rubr.C.ex quib. cau. in-
fam.irrog. Tiber. Decia. consi.91. Consideratis,
sub num.21.volu.2. & non solum infamis,sed in-
honesta,& turpis persona dicitur etiam,vt per Be
ro.consi.23. Quòd electio, num.3. & seqq.vol.2.
ergo tanquam infamis repellitur à dignitate do-
ctoratus, & Azoni innititur Bal. in l.3.de libe. &
posthu.in l.generaliter,§.1.C.de instit. & substit.
sub condit. fact. & in l.bonæ fidei. C.de iureiur.
cùm Doctor non possit vllo modo esse infamis,
vt per Fely.in c.quando,num.1. extra de magistr.
Caualcan.decis.41. In quæstione, num.5. & licèt
collegia tribuant spurio gradum doctoratus, ta-
men tantum est Doctor, sicut asinus homo est,&
eandem opinionem comprobat, etiam si in con-
trarium vigeret consuetudo, Palcot. in tract. de
nothis, spurijsque filijs, cap.56. num.8. & seq. &
Apostilla ad Iacob.Butrig.in l.hæc quæ. C.de no
uo Cod. facien. vbi in versi. sexto quæro, vtrum
spurius possit doctorari, ad lucem adducit, istam
esse veritatem.

11 Nec † Doctor ipse tenetur hospitari, nec pro
armis scrutari potest,vt firmat Paris de Put.in tra-
cta.de syndi. in ver. Doctor. vbi refert, quendam
Capitaneum, ex quo coegerat, durante eius offi-
cio, Doctorem ad hospitandum,condemnatum
extitisse in syndicatu ad resarciendum, & soluen-
dum interesse illi Doctori. Et licèt per consuetu-
dinem generalem in Regno hodie hoc nullate-
nus obseruetur, cum ob Doctorum numerum
quippè infinitum derogatum sit eorumdem pri-
uilegijs, vt hospitari teneantur, teste Carauita in
ritu 166.Item quòd si qui debitores,sub num.30.
Et quamuis viderim etiam varias, diuersasq; pro-
uisiones, & rescripta expedita in Regia Camera
Summariæ contra miseros Doctores ad hospitan
dum illos cogentia, quæ qua ratione cõcessa sint,
& concedantur, nunquàm potui etiam maxima
adhibita speculatione, intelligere causam sufficiẽ
tem,quę tamen in Tribunali tam supremo & emi
neotissimo præsumenda nempè venit iusta, & ra-
tionabilis: in sacra verò Audientia Barensi aliàs
decisum extitit in anno 1588. Doctores Ciuitatis
Trani non teneri ad hospitandum.

Sed compertum est, milites his nostris calami-
tosis temporibus penitus iuris formam, & eorum
commissionis in suis hospitationibus conculca-
12 re: taliter † quòd militare licèt delictum non sit,
secundum Augu.de verbis Domini, tractatu 19.
& habetur,23.quæst.1.verum tamen propter præ
dam militare,peccatum est: nec remp. gerere cri-
minosum est: sed ideo agere remp. vt diuitias au-
geas, videtur esse damnabile: propterea enim qua
dam prouidentia militantibus sunt stipendia con
stituta, ne dum sumptus quæritur, prædo crasse-
tur: imo attestante Luca cap.3. Neminem concu
tiatis,neque calumniam faciatis, sed cõtenti esto-
te stipendijs vestris. Et Augu. in epist.5. super il-
lud Lucæ 3. ita scribit: Quibus stipendium pro-
prium sufficere pręcipit: militare vtique non pro-

hibuit. Et hinc est, secundum Aug. de diuersis Ecclesiæ obseruationibus, quòd apud veros Dei cultores, etiam ipsa bella, peccata sunt, quæ non cupiditate, aut crudelitate, sed pacis studio geruntur, vt mali coarceantur, & boni subleuentur, & sic militiæ laus, est summa communi vtilitati in-
13 tendere. cap. summa, 23. q. 1. † vnde denique milites boni vltra stipendia sua nihil debent vsurpare, cap. militare, 23. q. 1. & Natta consi. 83. Sentio, sub num. 6. vol. 1. debentque etiam aduertere ad scripta per Francisc. Petrarch. de remedijs aduersæ, & prosperæ fortunæ, vbi ita sæpè repetit: Gaudeo. Militari cingulo exornatus sum. Respódeo. Pauca tibi vitæ mala visa erát, nisi etiam militiam addidisses: qua & inqnietus semper, & periculo repositus: vel inglorius contemptui sis oportet.

14 Et hinc aduerte, † quòd vnusquisque tenetur hospitari milites, cum mnnus illos hospitandi patrimoniale quippè videatur, & sic onus patrimonij, & non personæ. l. 3. C. de muner. patr. lib. 10. & Alcia. consi. 105. Quæritur an facienda sit, nu. 3. tomo 3. lib. 8. & l. qui originem, §. eos milites, ff. de muner. & honor. in tantum quòd miles illustris debet habere medietatem domus, vbi hospitetur: non illustri verò militi debetur pro eius hospitalitate tertia duntaxat pars domus, & nihil amplius petere potest, ita Glo. in d. §. eos milites, in ver. quos.

15 Cæterùm † militibus nihil pręstandum est, pręter solam hospitalitatem, l. deuotum, C. de meta. lib. 12. & ibi Ioan. de Plat. & alij omnes, & consequenter vasalli tenentur solummodo in hospitalitate ipsa ad pręstationem domus sine alimentis, vt explicat in terminis Natta, consi. 83. Sentio, nu. 6. & consi. seq. nu. 1. volu. 1. imo militibus aliquid vltra hospitia quęrentibus licet resistere de facto. d. l. deuotum, vbi Bart. & alij vniuersaliter, & pleniori cornu Natta in d. consi. 83. num. 11. & seq. in tantum quòd hospites mali, qui res exportant hospitantium, sunt re ipsa sicut mus in pera, ignis in sinu, & serpens in gremio, qui malè remunerát hospites, c. ecclesias, §. ad hæc, post med. 13. q. 5. Itaque nos iacentes in mœrore, ac sordibus, profugium in nostris calamitatibus, ad diuinam pietatem habeamus, quæ tranquillitas absque dubio in nostris tempestatibus, & naufragium timentibus portus erit.

Sed ne discedas absque vtili, necessariaq; con-
16 clusione, animaduertendum est, † quòd sufficit per Doctorem allegari naturalem rationem: & iudex tunc debet credere, ita And. de Iser. in proœmio feud. col. pen. & refert Ias. in auth. si qua mulier, num. 2. C. de sacrosan. eccle. simile habetur in l. cui pacto. ff. de seru. exp. no. Pau. de Cast. in l. Clodius, num. 7. de acqui. hæred. sed limita hoc, vt per Bal. in l. generaliter, col. 1. C. de episco. & cleri. & vide in c. ratio, vbi Abb. extra de præb. & Ias. in l. quamuis, nu. 7. ff. de in ius vocan.

17 Nam † non creditur Doctori quantumcunque magno, nisi dictum suum aliqua lege, authoritate, vel ratione probet. Sim. de Præt. consi. 112. nu. 15. vol. 5. Tibe. Decia. consi. 6. nu. 33. & seq. vol. 5.

ARGVMENTVM.

Deducto ære alieno debetur quarta mulieri: sed si velit eam integram, tenetur ipsam accipere cum onere suo.

SVMMARIVM.

1 *Quarta mulieri debetur omni ære alieno deducto: & integraliter assignata creditoribus mariti proportionaliter respondere tenetur.*
Blasius de Marco, magnæ auctoritatis in Regno, Glossatorque iuris Longobardi.
2 *Bona intelliguntur, quæ deducto ære alieno superfunt.*
3 *Dos, & quarta super bonis viri prædefuncti si mulieri debetur, quæ velit primò quartã, deinde dotem detrahere, an audienda sit.*
4 *Bonorum vniuersitas aliqua vbi ex contractu debetur, semper intelligitur ære alieno deducto.*
5 *Dos, æs alienum dicitur.*

DECISIO CLXIII.

1 QVARTA † debetur mulieri omni ære alieno deducto: imò si integraliter extitisset ea mulieri assignata, teneretur tunc nempe absque scrupulo aliquo mulier ipsa, etiam creditoribus mariti, proportionabiliter responderе, teste Carolo de Tocco in l. si quis Longobardus, de his quæ à viro in vxorem dantur, in Longobarda, in 2. colum. vers. item quæritur an mulier, qui re ipsa, ibi loquitur de eo quod debebatur tempore constitutionis prædictæ quartæ, quę refert, & sequitur Afflict. in consti. Regni, mulier quæ dotarium, colum. pen. & Ioan. Ant. de Nigris in c. Regni 165. mulier dotarium, nu. 37. & huicmet sententiæ acquiescit etiam Blasius de Marco, vir ad modũ magnæ authoritatis, in Regno, Glossator iuris Longobar. in tract. de differentijs inter ius Longobardum, & Roman. in differentia 128. incip. item differunt, quia iure Longobardo, in 2. colum. vers. circa istam materiam, vbi formaliter ita discurrit atque concludit: Circa istam materiã est notandum, quòd cum maritus constituendo quartam vxori dicit, constituo, & trado tibi quartam in omnibus bonis meis, vel super omnibus bonis meis, vel omnium bonorum meorum, tam præsentium, quàm futurorũ, videtur excludi omne æs alienum. Et sic decisum extitit aliàs in Regia Audientia Apuliæ, in anno 1583. in causa exagitata inter aliquos de ciuitate Luceriæ.

2 Et ratio ea est, † quoniam illa intelliguntur bona quæ superfunt deducto ære alieno. l. fin. ff. de vsufruc. lega. l. bonorum, l. nihil aliud, & l. subsignatum, §. bona. ff. de verb. signif. l. non amplius, ff. de leg. 1. & l. cum emancipati, §. illud, ff. de collat. bonorum. in deductione ergo quartæ portionis facienda ab vxore mariti, hæres deducere potest æs alienum, quod deducendum foret ex iuribus allegatis; vel recipiet vxor quartam partem suam cum quarta parte oneris æris alieni, & respódebit creditoribus pro rata quartæ suæ, quod sanè certum est, vt patet ad literam in Auth. de nuptijs,

nuptijs, §. sic itaque, iuncta Glo. in ver. pura debiti, colla. 4. & in Authen. de exhib. reis, §. fi. in ver. si verò quis, & in l. 2. §. æquè ex diuerso, C. quan. & qui. quar. pars debet. lib. 10. in quibus quidem iuribus manifestè declaratur, quòd quarta bonorum mulieri, vel alteri debita, præstatur ære alieno deducto. & ita concedit etiam Blasius de Marco in loco antesignato, prout hoc idem conclusum extitit etiam in legitima filiorum, infra in decisio. 367. incip. Bona intelliguntur, quòd ea debeatur deducto ære alieno, præterquàm in statuto, de lucro dotis, quòd nullatenus includit legitimam. Et similiter in vsufructu omnium bonorum etiam patri, vel matri legato, vt minimè comprehendat legitimam.

Et pro eadem sententia facit id, quod voluit idemmet Blasius de Marco in præmemorato tracta. de different. inter ius Longobar. & Roma. in
3 differentia 122. col. 2. vbi notabiliter quærit, † quòd si mulieri debetur dos, & quarta super bonis viri prædefuncti, & velit primò detrahere quartam, & deinde dotem, an sit audienda. & concludit, & constanter quidem firmat, quòd non: quoniã primo loco deduci debet dos, tanquam debitum, & æs alienum, & deinde quarta, & basatura, seu donatio propter osculum. nam in dote mulier tractat de damno vitando, & in quarta, & donatione ipsa propter osculum de lucro captando.

Imò pro sententia ista facit etiam, quod voluit
4 Bar. in l. mulier bona, ff. de iure dotium, † quòd vbicunque debetur aliqua vniuersitas bonorum ex contractu, semper intelligitur, ære alieno deducto, per illum text. & per eundemmet tex. concedit quoque Io. Vincent. de Anna in allegat. 33. Hanc quęstionem, num. 13. in 1. par. quòd mulier tradendo, consignandoque in dotem omnia bona sua, intelligitur eo casu deducto ære alieno.

5 Et † quòd dos dicatur esse æs alienum, probat tex. in l. cum ab vno, in prin. ff. de leg. 2. & in l. fin. ff. de collatio. dot. & sic tanquam æs alienum venit deducendum ante quartæ deductionem, per iura superius allegata. igitur quarta ipsi mulieri debetur deducto prius omni ære alieno, & huicmet opinioni videtur assentiri Alber. in l. fi. C. de repudi. vbi dicit, quòd quarta, quæ constituitur mulieribus iure Longobardo viuentibus, de qua in l. 1. de his quę à viro vxor. dantur, exigitur sicut quarta, de qua in d. l. fi. de repud. quæ similiter debetur ære alieno deducto. & faciũt etiam ea quæ not. Sebast. Neapod. in consuetudine Neapolitana, posita sub rub. de iure quartæ, in glo. inchoante, ante quartæ constitutionem.

ARGVMENTVM.

Non probant testes deponentes per eundem & præmeditatum sermonem, nisi testes essent bonæ conditionis & famæ.

SVMMARIVM.

1 *Testificantes per eundem præmeditatumque sermonem non probant, quoniam præmeditasse sermonem, atque subornati & suspicione non carentes præsumantur, num. 2. Secus tamen, si bonæ sint famæ, & conditionis, num. 3.*

DECISIO CLXIIII.

1 Testes † deponentes per eundem, præmeditatumq; sermonem non probant. l. testium, ff. de probat. in princ. l. 3. ff. de testib. Barbat. consi. 11. Illud in medium afferam, num. 8. volum. 4. Dec. consi. 627. num. 3. Corne. consi. 43. num. 2. & consil. 102. num. 5. volum. 1. Alex. Stiaticus, consi. 117. Magnifice, num. 24. inter consi. criminalia diuersorum, volum. 1. in folio, & Io. Vincen. de Anna in allegat. 52. Considerandum, num. 39. & sing. 509. Io. Campeg. in tracta. de testib. reg. 224. Reprobãtur dicta testium, vbi præsentem regulam vtiliter quippe limitat
2 in 4. casibus. Et † ratio præsentis conclusionis ea est, quòd testes per eadem verba deponentes nullatenus probent, quoniam præsumuntur præmeditasse sermonẽ, atque subornati. l. 3. §. tu magis, & ibi Bar. in §. ideoque, ff. de testib. Specu. de teste, §. 1. vers. item quòd testes, Bald. in titu. de pace Constan. §. hæc sunt nomina, col. 1. Barbat. consil. 75. Sapienter, num. 9. vol. 4. Bero. consi. 97. Super dubijs, num. 1. volu. 3. vbi assignat rationem. Et sic denique testes ipsi testificantes per vnum, præmeditatumque sermonem suspitione non carent, vt prodidit Spe. in loco antesignato, & Ant. Ciofius, consi. 96. In lite, sub num. 14. volu. 1. Menoch. consil. 311. Contingit, num. 38. volum. 4. & in tracta. de præsumptio. lib. 2. præsumpt. 55. nume. 6. Simon de Pretis, consil. 200. Rerum, num. 2. volum. 1. Riminal. iun. consi. 483. Agit, num. 43. & 53. volum. 5. Corne. consi. 102. num. 16. volum. 1. Crauet. consi. 793. num. 13. & 821. num. 5. volum. 5.
3 Quæ † omnia de plano sortiuntur locum, vbicunque testes, ita per eundem meditatũq; sermonem deponentes forent suspecti: secus verò si bonæ famæ, & conditionis; tunc enim probarent, vt per Bal. in §. die Lunæ, in tit. de pace Constan. & Barbat. consi. 11. Illud in medium afferam, sub nu. 8. vol. 4. Bero. consi. 94. Visis capitulis, num. 1. & 12. volum. 3.

ARGVMENTVM.

Quando fit depositio recognitionis instrumenti, est necesse quòd testes sint periti, veluti Doctores, vel notarij, aliàs non probant.

SVMMARIVM.

1 *Testificantes se instrumentum vidisse, vt probent, duo requiruntur, & quæ.*
2 *Fœminæ apocham non probant, cum subscribentes se chirographo mares esse debeant.*
3 *Testibus illiteratis de mixto imperio deponentibus, non creditur.*
4 *Testibus peritis magis quàm alijs creditur.*

DECISIO CLXV.

1 Testes † deponētes se vidisse instrumentum, ad hoc vt probent, duo necessariò requiruntur: primò amissio originalis instrumenti: & secundò quòd ipsi testes sint valde periti, Mascard. in tract. de probat. conclus. 32. num. 29. volum. 1. vt notarij, & aduocati, alias nisi forent testes ita periti, eorum dicta, & depositiones nullam facerent fidem. ita Dec. consi. 82. nu. 3. & scribit Abb. consi. 98. volum. 2. quòd si testis asserat se literas nescire, non posse perfectè scire de scripturis. & opinioni huic facile assentitur et Barto. nu. 6. Dec. num. 28. Curt. iun. num. 24. Rimina l. col. 5. Aquens. col. 3. & Cagnol. num. 46. in auth. si quis in aliquo. C. de eden. qui omnes ibi indicant istam fore communem sententiam, Afflict. decis. 274. & ibi Vrsil. in add. nu. 1. Ioan. Pet. Surd. qui consi. 109. Inspecto, num. 13. omnia ad præsentem rem sic egregiè absoluit, vt nemo melius, singulari expressit, atque exornauit artificio: imò Io. Bolognet. in d. authen. si quis in aliquo, num. 35. curiosè quidem studuit probare sex requisita fore necessaria in præsenti quæstione, & tria Io. Bapt. Ferret. consi. 371. In materia, num. 1. & seq. volum. 2. quę re ipsa ad duo iam præmemorata requisita reducuntur, vt aduertit atque docet Io. Pet. Surd. consi. 144. Ex his, num. 1. & seq. prout ita declarauit sacra Audientia Barensis, in anno 1589. in causa magnificæ vniuersitatis Vigiliarum, non leuis admodum momenti.

2 Nec † similiter testes si sunt feminę probāt apocam. Mascard. in tracta. de probat. conclus. 110. num. 22. lib. 1. licèt ibi congerat Doctores contrarium asseuerantes. Nam testes subscribentes se chirographo, debent esse mares. Mascard. in conclus. 285. nume. 5. eod. volum. prout † etiam testibus illiteratis deponentibus de mixto imperio minimè creditur, vt per Ioan. Vincent. de Anna in allegatio. 52. Considerandum, num. 39. & in sing. 507. & sic etiam iudicauit Regia Audientia Apuliæ, in anno 1583. in causa tunc in ea trutinata cum magnifica Vniuersitate Sancti Seueri.

3

4 Et hinc est, † quòd testibus peritis magis credendum est, quàm alijs, vt per Card. in clemen. 1. quæstio. 13. de homicid. Bart. num. 8. & alios vniuersaliter omnes, in procem. florum, §. omnem, Alex. consi. 15. volum. 1. Rolan. consi. 30. nu. 26. volum. 3. Et ideo creditur testibus peritis, vt Doctoribus, vel notarijs, deponentibus cognoscere litteras notarij. Laur. de Pinu, consi. 25. nu. 5.

ARGVMENTVM.

Plus creditur duobus testibus affirmātibus quàm mille negantibus, quando negatiua est impossibilis, nisi de reo absoluendo tractetur.

SVMMARIVM.

1 *Testibus duobus affirmantibus magis quàm mille negantibus statur. Limitatur tamen quatuor modis, num. seqq.*

DECISIO CLXVI.

1 Testibus † duobus affirmantibus potius statur, quàm mille negantibus. ita Glo. in l. diem proferre, §. si plures arbitri, in ver. consenserunt, ff. de receptis arbitris, Alexan. in l. 1. §. si quis ita, ff. de verbor. oblig. & ibi alij Docto. Grat. consi. 93. nu. 2. vol. 1. Corne. consi. . . . num. 12. volum. 1. Iacob. Nouel. in reg. 214. Testibus. tomo 2. vbi hoc ponit pro reg. cum quatuor limit. Francisc. Curt. cum alijs aggregatis per eum in tract. de testibus, conclusio. 2. Francis. Hercul. in trac. quis teneatur probare negatiuam, sub nu. 151. folio paruo, 46. Iacob. Philip. Port. seu potius Anto. Gabriel. conclusio. 14. in prin. lib. 2. Anto. Ciofius, consi. 41. Quoniam, sub num. 15. vol. 1. Menoch. consi. 396. Respondendum, num. 18. volum. 4. Simon de Pretis, consi. 146. Processum, nu. 14. & consi. 171. Quæstio, num. 33. vol. 1.

2 Quæ † quidem opinio procedit primò de plano, si negatiua esset improbabilis, & sic de sui natura impossibilis, aliàs secus, secundum Bald. in l. cum hi, §. ciuiliter, ff. de transactionibus. & Soc. in c. proposuisti, de probat. Anto. Gabriel. in d. conclusio. 14. col. 1. vers. secūdò istud declarat ibi Bal.

3 veluti † etiam si negatiua ipsa caderet in sensum testium, eo nempè casu super ea deponere, iure quidem suadente, possent testes: vt puta si deponerent alimenta præstita non extitisse; vel aliquē tali hora, non commoratum in aliquo loco particulari: tunc proculdubio credendum potius foret testibus ipsis negantibus, quàm affirmantib. vt per Grat. consi. 93. num. 14. volum. 1. & Anto. Ciofium, consi. 1. sub num. 12. volum. 2. & hoc eo magis locum suum fortitur de plano, cum isti testes deponentes super negatiua verisimilia tunc deponant, vt per Aret. & Dec. nu. 9. in c. tertio loco, extra de probat.

4 Limitatur † secundò, nisi testes negantes deponerent pro reo: quia ad hoc, vt reus absoluatur, potius statur eis, quàm affirmantibus. ita Fely. in cap. exhęres, col. 2. vlt. no. extra de probat. Ias. in rub. de iureiur. Dec. consi. 273. Viso, colum. fin. & Corset. in sing. in ver. testis, incip. duo testes, Mathæus Brunus, consil. 181. In causa, sub num. 4. volum. 2.

5 Limitatur † tertiò, prædictam conclusionem locum sortiri in criminalibus, non autem ciuilibus causis: ex quo in causis ipsis tantum probant duo negantes, quantum duo affirmantes, iuxta Glo. in c. clerici, 81. distin. Anto. Gabriel. cum cumulo Doct. congesto per eum in d. conclusio. 14. col. 3. vers. quartò limita in criminalibus, de qua quid sentiant Doct. discurrit Ias. in l. vt vim, col. 2. ff. de iusti. & iu. & Dec. in l. in omnibus, num. 9. ff. de regu. iur. & istam eandem regulam interpretatur etiam Soc. fallent. 508. Abb. & ibi Apostil. in c. nostra, de testib. in fine.

6 Limitatur † etiam quartò, nisi testes deponerent negādo de re illa, quæ in sensum cadere posset: veluti si affirmaretur, præsens res nō valet decem: & alij testes, quòd sic: tunc vtique standum foret maiori numero testium: & si par esset numerus,

merus, præualeret indubitanter quidem hoc ca-
su, testimonium deponentium de minori, seu ne
gatiua, sicuti prodidit Specu. in ti. de homicid. §.
1. vers. sed pone, Anchar. in cap. 1. de arbit. in 6. &
Bal. in c. 1. de content. inter me, & dom. Francisc.
Herculan. in tracta. quis teneatur probare negati-
uam, num. 254. fol. par. 68. Anton. Ciofius, consi.
42. Quoniam lis, sub num. 6. vers. rursus facit, vol.
2. Neuizan. consi. 27. num. 20. Et declaratur etiam
per Rim. iun. consi. 226. nu. 22. vol. 2. & sic iudica
uit Regia Audiētia Apuliæ, in an. 1583. in causa
tunc in ea vertēte inter aliquos de Terra Mottæ.

ARGVMENTVM.

Maritus pro vxore, & econuerso non possunt te-
stificari, nisi adsit difficultas probationis.

SVMMARIVM.

1 *Maritus pro vxore, & econtra, non testificatur, li-*
cèt secundum aliquos arbitrarium sit. nu. 10.
2 *Maritus & vxor vnum corpus, vna anima, vnaque*
caro, & socij diuinæ ac humanæ domus, alterque
alterius infortuniorum particeps, nu. 4. & 7.
3 *Iniuria facta vxori, & viro facta dicitur.*
5 *Familiarium appellatione, vxorem contineri.*
6 *Correlatiuorum idem iudicium.*
8 *Maritus & vxor non censentur vna persona & caro*
quo ad ciuilem casum & bona temporalia, licèt
nulla coniunctio maior.
9 *Affines pro affinibus regulariter testificantur.*
11 *Familiares & domestici probant gesta domi, cum*
difficilis sint probationis.
12 *Testes inhabiles admittuntur, quando veritas ali-*
ter haberi non potest, modò alios defectus non pa-
tiantur.
13 *Veritas quando aliter haberi non potest, ab illis ha-*
beatur, qui inuiti ad testificandum non compel-
luntur.

DECISIO CLXVII.

1 TESTIFICARI † non potest maritus pro
vxore. ita Glo. in summa, 3. q. 5. & in l. 2.
C. de testib. Bar. in l. qui est, §. 1. ff. de test.
Grammat. decis. 34. num. 17. vbi testatur de com-
muni, & Hierony. Gabr. consi. 40. Pro vera, nu. 1.
& 4. volum. 2. vbi hoc etiam amplificat, vt testis es-
se nequeat vxor pro marito, quantumuis nobilis,
& optimæ vitæ sit, & sic vir pro vxore, nec vxor
pro viro idonei testes esse queunt, ita Soc. con-
2 sil. 17. Supradicta causæ cognitio, vol. 1. † Præser-
timque cum maritus, & vxor sint vnum corpus,
& vna anima, & vxor ipsa cum marito est socia di
uinæ & humanæ domus, vnum corpus & vna ca-
ro sunt. Io. de Villemati in repet. l. Diuus, nu. 86.
ff. ad leg. Cornel. de sicar. Signorol. de Homod.
consi. 63. num. 9. & seq. Christoph. Port. in rubr.
num. 4. Instit. de gradib. cogn. & Socin. vbi supra
subdit, quòd alter alterius debet esse particeps in
3 fortuniorū suorum. † Quinimò iniuria facta vxo
ri, dicitur facta viro. l. 1. in fi. & l. 2. ff. de iniur. & §.
patitur, Instit. de iniur. & Marsil. consi. 1. num. 18.
4 Et † quòd viri, & vxoris, à lege, vna caro, vnumq;
corpus existimetur, est tex. in c. ad Apostolicam,
de conuersio. coniug. & firmat etiā Cæphal. con-
sil. 416. Ioannes, nu. 36. volum. 3. consi. 577. Con-
sultationem, num. 18. volu. 4. Menoch. consi. 249.
Disputatio, num. 15. volu. 3. Io. de Terra Rubea,
in tract. contra rebelles suorum Regum, in art. 3.
tertij tract. col. 12. ver. caput eius, Ant. Ciofius, cō-
sil. 12. In facto, sub num. 1. vol. 2. vbi hoc quoque
5 addit, † familiarium appellatione vxorem etiam
contineri. In tantum quòd maritus, & vxor non
debent ad imparia iudicari: sunt enim correlati-
6 ua, † in quibus idem est iudicium, l. 1. C. de cupres
sis, lib. 10. & l. fi. de acceptilatio. Io. Ant. Rub. con
7 sil. 55. Visis pactis, nu. 1. Et tanto magis, † cū vxor
sit, vt supra, socia diuinæ, & humanæ domus, & se
cum est etiam diuini, atque humani iuris commu
nicatio, teste Simone de Pretis, cōs. 113. Iudicio,
8 nu. 8. volum. 1. Rolan. consi. 27. nu. 18. vol. 3. † Sed
maritus, & vxor non censetur vna persona, & ca-
ro, quo ad casum ciuilem, vel bona temporalia, vt
aperit Corne. consi. 313. num. 6. volum. 3. & nul-
la coniunctio maior mariti, & vxoris. Craue. con
sil. 977. num. 12. volum. 5.
9 Est tamen bene verum, † quòd affines, à profe
rendo testimonio, pro affinibus, regulariter non
repelluntur, sicuti explicat Bar. in l. qui testamen
to, §. per contrarium, ff. de testib. Glo. & alij vnani
mi concursu omnes in c. accedens, vt lite nō con-
test. Lanfran. in tract. de deposit. testium, in 1. cau
sa testim. num. 73. vbi quoque indicat istam fore
communem omnium opinionem.
Cæterùm redeundo ad institutum nostrum,
10 aduerte, † quòd licèt ostensum sit, in principio,
maritum nō posse aliter pro vxore testificari, nec
vxorem pro viro: tamen Spec. in titu. de teste, §.
1. vers. sed quid de vxore, & Abb. & alij in c. in li-
teris, de testib. & Franc. de Aret. consi. 61. In cau-
sa illorum, sub nu. 1. vers. item non obstat dome-
sticitas, constanter quidem firmant hoc fore arbi
trarium, inspecta qualitate ipsorum coniugum,
& difficultate probationis, tunc nāque probant.
ita Rober. Maranta, cū alijs notatis ibi per eum,
in consi. 20. num. 3.
11 Et nihil mirum, † quia testes familiares, & do-
mestici probant gesta domi, cum ea nempe sint
difficilis probationis, vt iudicauit Regia Audien
tia Apuliæ in anno 1583. in causa magnificorum
de Campana, & etiam Rota Roma. sub die 28. Ia
nuarij 1569. teste Sarmien. in suis decisionibus,
12 eodem anno collectis, post prin. † & tunc ex quo
veritas aliter haberi nequit, testes inhabiles admit
tuntur, vt per Riminal. iun. Instit. quib. alienare li
cet, vel non, num. 421. dummodo non patiantur
alios defectus, vt per eundem ibi, nume. 432.
13 Nam † quando veritas aliter haberi nō potest,
ab illis personis habeatur, quæ inuitę ad testifican
dum non compelluntur. Iaco. Nouel. in reg. 222.
Veritas, tomo 2. vbi ponit hoc pro regula, vbi eā
declarat & ampliat in vno casu, & in altero quo-
que limitat.

ARGVMENTVM.

Principalis offensus non potest deponere; & si deponit, non facit indicium contra reum, nisi sint alia indicia.

SVMMARIVM.

1 *Offensus principalis, etiam in mortis articulo, testis esse nequit.*
2 *Asserens se ab aliquo verberatum, tanquam inimicus non probat, nec ullum facit indicium, sed leuem præsumptionem.*
3 *Accusator & testis nemo esse potest.*
4 *Testis in causa propria nullus est idoneus.*
5 *Offensi inculpatio, an & quando faciat indicium ad torturam.*

DECISIO CLXVIII

1 Testis † non potest esse modo aliquo principalis offensus, & sic ille in testimonium nullatenus admittitur. l. omnibus, C. de testibus, & l. nullus, ff. eod. titu. & c. nullus, 4. q. 3. Specu. in titu. de teste, §. 1. vers. item quod est testis in re sua, Rolan. consi. 27. nu. 11. & seqq. volum. 3. & ita consuluit in specie Marsil. consil. 12. num. 3. & consi. 103. In præsenti casu inquisitionis, num. 46. & Grammat. consi. crim. 42. nu. 7. vbi ait id procedere, etiam in mortis articulo exi-
2 stente. Vnde † asserens aliquis se ab aliquo verberatum, tanquam inimicus non probat. Beccius, consi. 67. num. 16. volum. 1. sed in consi. 85. nu. 5. 9. & 16. eod. volu. dicit facere leuem præsumptionem, & quòd nullum faciat indiciū, tenet Thob. Non. consi. 101. num. 6.

3 Et ratio ea est, † quoniam quis non potest esse accusator, & testis, vt per Glo. in l. is, qui in iudicio, ff. de accusat. Gandin. in tract. maleficiorum, sub rub. qui accus. poss. colum. 2. Marsi. consi. 33.
4 num. 3. & seq. † & testis in causa propria nullus est idoneus. Rimin. iun. consi. 42. nu. 96. testem enim esse & principalem in causa, absurdum est. Mascard. in tracta. de probatio. conclus. 3. num. 3. & 15. volum. 1.

Et quamuis Ang. in l. si quis in graui, §. si quis moriens, ff. ad Syllania. & Quintilia. Mandos. consil. 70. Reuerendissime, num. 3. volum. 1. videantur inclinare in contrariam partem, concluden-
5 do, † quòd inculpatio offensi faciat indicium ad torturam: nihilominus tamen idem met Ang. in l. mater, C. de calumniat. reuocando iudicium in melius, constanter quidem firmauit, assertionem vulnerati modicam admodum facere suspitionē, nō autem indicium ad torturam, & sequitur Alexan. consi. 14. Ponderatis narratis, num. 5. & Bertran. consi. 137. volum. 2. & ita iudicauit sacra Audientia Barensis, de præsenti anno 1590. absoluendo quosdam de Terra Fasciani, imputatos solummodo à principalibus offensis. Et licèt ista sit indubitanter veritas: tamen hoc claudicat non procedere, concurrentibus alijs indicijs legitimè probatis: tunc enim huiusccmodi inculpatio induceret dubio procul indicium ad torturam sufficiens. ita Marsil. singu. 516. teneas perpetuo, & Dec. consil. 363. In causa, quæ agitatur, num. 2.

ARGVMENTVM.

Ex quo delicta commissa de nocte sunt difficilis probationis, testes deponentes se cognouisse delinquentem ad vocem, faciunt indicium ad torturam.

SVMMARIVM.

1 *Testis de crimine, de nocte commisso deponens, asserensque se cognouisse delinquentem ad vocem, facit indicium ad torturam.*
2 *Delicta commissa de nocte, quia occulta sunt difficilis probationis, probantur coniecturis, & leuioribus probationibus.*
3 *Coniecturæ, ac indicia sufficiunt in his, quæ sunt difficilis probationis.*
4 *Impuberes non examinantur, & examinati nullum faciunt indicium. in criminalibus tamen occultis duo tales delictum probant.*

DECISIO CLXIX.

1 Testis † deponens de eo, quod factum sit de nocte, si asserat se cognouisse delinquētem ad vocem, facit indicium ad torturam. ita Bal. in l. si non speciali, in primis verbis, C. de testam. Iaso. in l. non minore, in fi. C. de transact. Alex. consil. 24. Aduersus his, colum. 3. volum. 2. & consil. 99. Quoniam per excellentem, volum. 3. & Corne. cons. 10. Visa fuit primo aspectu, colum. 4. vol. 1. & alij signati in Sylua, in opinio. 950. Testis deponens de nocte, num. 5. lib. 3. licèt testes deponentes de actu nocturno regulariter non probent, nisi dicant quòd ibi erant luminaria. Rober. Maran. cum alijs ibi adductis per eum, consil. 20. nu. 2.

Et rationes huiusmodi conclusionis efficaces assignat Grammat. consi. crim. 1. num. 10. & seq.
2 vbi probat, † & concludit delicta cōmissa de nocte fore difficilis probationis, & inquisitionis, eaque raro reperiri sine tortura, & in illis itidē sufficere probationes per coniecturas, & sequitur Simon de Pretis, consil. 104. num. 16. & consi. 192. In causa homicidij, num. 17. vol. 1. Quintil. Mandos. consil. 70. nu. 1. vol. 1.
3 Et sic † in ijs, quę sunt difficilis probationis, sufficiunt indicia, & coniecturæ. l. nō omnes, §. à Barbaris, ff. de re milit. l. filium diffinimus, ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. l. si vicinus, C. de nupt. Cyn. in l. 1. C. ad leg. Cornel. de sicar. Bart. in fi. & Iaf. col. fin. in l. in illa stipulatione, ff. de verb. obli. idem Bar. & Ang. in l. si quis ex argentarijs, §. pen. ff. de eden. Pau. Castren. col. 8. & Franc. Curt. col. 30. & sequen. in repetitio. l. admonendi, ff. de iureiuran. & sic decisum extitit non semel tantùm in Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ, Comitatusque Molisij in anno 1583. & sequentibus,

tibus, in casibus tunc in ea trutinatis, atque terminatis.

4 Et hinc est, † quòd licèt testes impuberes examinari nequeant, imò examinati nullum admodum faciant inditium.l.maritus,& ibi Doct.ff.de quæstio. & Grammat. decisio.40. nihilominus tamen hoc claudicat non obtinere aliter locum in occultis: nam duo impuberes probant delictum in criminibus ipsis occultis. ita Alber. in l. in testimonium, de testibus, & Marsil. in l.de minore, nume. 25. de quæstio. in pract. §. diligenter, nume. 82. & in l. infans, sub nume. 37. C. de sicar.

ARGVMENTVM.

Debent recipi testes citati in termino elapso termino, & faciunt fidem: sic etiam instrumentum signatum per iudicem, nō tamen lectum probat.

SVMMARIVM.

1 *Testis in termino producti dictum, etiam post terminum audiri debet.*

2 *Instrumentum intra terminum productum per iudicemque assignatū, licèt non publicè lectum, etiam post terminum admittitur.*

3 *Testis iurans in termino, post terminum examinari potest. Limitatur tamen septem casibus, remissiuè.*

DECISIO CLXX.

1 TEstis † si productus in termino fit, etiā post terminum dictum eius debet audiri. arg. l.1. ff.nautæ, caupon. stabul. in fi. ibi, vtrum si nauim res immissæ ei assignatæ: hoc tamen ipso, quòd in nauim immissæ sunt, receptę videtur. sed hoc melius probatur in l.1. ff. de bon. poss. ex testam. mil. in fi. licèt Io. Campeg. in tract. de testib. reg.283. Testis examinatus, inclinare videatur in contrariam nempè opinionem, quòd testis examinatus, post terminum probatorium, non valeat, neque probet: sed in practica semper vidi obseruari primam sententiam tāquam sacro sanctissimam, & pro ea iudicauit èt varijs quippè vicibus, in diuersis causis, Regia Audientia Apuliæ in anno 1583. & sequenti.

2 Nec non † instrumētum productum infra terminum, & signatum per iudicem, non tamen lectum, in publico, debet admitti, etiam post terminum. facit in argumentum, d.l.1. ff. de bon. poss. ex testamen. mil. sed hoc melius probatur in l. quod si neque, §. materia, ff. de pericu. & com. rei vend.

3 Sed isthæc regula, † quòd testis iurans in termino, possit examinari post terminum, limitatur in septem casibus per Ioan. Campeg. in tracta. de testibus, regu.260. Statutus est terminus, prout hanc eandem materiam non vulgari quidem anchora attingit consulendo Io. Pet. Surd. consi.8. in iudicio.

ARGVMENTVM.

Testis voluntarius, & nimis velox ad deponendum, non probat, nec etiam testis pecunia corruptus.

SVMMARIVM.

1 *Testis sine interrogatione deponentis dictum, est nullum.*

2 *Festinatio nimia, temporisque celeritas suspitionem arguit.*

3 *Affectio testibus fidem minuit, à testimonioque repellit.*

4 *Testis corruptus deponens, etiam veritatem dicens, pœna falsi punitur, nec probat, nu.5.*

6 *Testis affirmantis se pecunia corruptum ad deponendum falsum confessio, danti pecuniam non nocet, sed accipienti.*

DECISIO CLXXI.

1 TEstis † deponens sine interrogatione, facit vt eius dictum sit nullum. arg. l.ait prętor, ibi, alioqnin facillimè quisque ad iusiurandum decurrens, nemine deferente iusiurandum oneribus actionum se liberabit, ff.de iureiur. & ita firmat Azo in summa, qui mouetur eò, quòd testis non debet esse verbosus. Et probatur etiam in l.fi. C.de precib. Imper.off. & facit l.s.& melius dicitur in l.non erit, in fi. cum l.seq. in princ. ff.de iureiur. vbi probatur, quòd debet respondere ad id, de quo petitum est, aliàs non valeret eius depositio, vt ibi, & ideo dicitur, testis iuratus, interrogatus, & examinatus. In tantum quòd testis deponens antequàm sibi lectus sit articulus, seu capitulum, non præsumitur tunc vllo

2 modo vera deponere: † quoniam nimia festinatio, atque temporis celeritas arguit suspitionem, vt per Archid. in c.qui ambulat.5.q.5. Rober. Maran. consi.6. num.42. Io. Hanniba. in l.post contractum, num.169. ff.de donat. cum ex præsenti cele

3 ritate atque festinatione † ostēdatur affectio quę dam manifestissima ad causam, quæ absque dubitatione aliqua testibus fidem minuit, ac eos à testimonio repellit. l.fin. C.de testib. Soc. iun. consil.88. nume.25. volum.2. Corn. consil. 232. nume.22. volum.1. Ioan. Bapt. Ferret. consi.55. nume.7.& seq. volum.1. & Grammat. consi. ciuili 41. num.7.

4 Sed † testis deponens corruptus, etiam si dicat veritatem, punitur pœna falsi, cum gratis deponere debeat. ita Bart. in l.1. in princ. ad leg. Cornel. de fals.& in l.diuus, colum. fin. ff.de re iudic. Abb. in c.licèt causam, de probat. col.5. Alex. Imo. & omnes communiter in d. l.diuus. Ias. & Paul. de Castro in l.idem si ob stuprum, §.si tibi, ff.de condict. ob turp. cau. & notatur in c.sicut, de testib. Aret. in tract. maleficiorum. in ver. falsario. q.8.& tex. in c.non sanè, 14.q.5.

5 Nec non † ipse testis corruptus pecunia, etiam proferens veritatem, licèt non euitet pœnam falsi, tamen minimè tunc probat. l.1.§.1. & ibi Bart. ff.de

ff.de fals.Inno. & alij in d.c.licèt causam, de probat. & ita aliàs iudicauit Regia Audientia Apuliæ, in anno 1584. in causa tunc decisa contra quosdam de Terra Palatæ.

6 In tantum, † quòd depositio, confesiioque testis affirmantis se pecunia corruptum ad deponendum falsum, non nocet vllo quidem modo pecuniam danti: sed solùm accipienti, vt aperit ex communi omnium opinione, Bursat. consil. 439. Tot contrarietates, nu.24.& seqq.vol.4.

ARGVMENTVM.

Multa de vno teste, quando probat, & quando non probat.

SVMMARIVM.

1 *Testis vnus in aliqnem à pœna excusando, magnum operatur effectum.*
2 *Testis vnus, quando plenè probet.*
3 *Testis vnius depositio vbi de alieno præiudicio non agitur, valet de iure canonico.*
4 *Testi vni cum fama creditur, sicut in arbitro, qui red denti rationem verisimilem etiam non concludentem credit: imo cum alijs adminiculis in criminalibus matrimonialibusque causis plenam probationem facit.*
5 *Testibus non iuratis creditur ob clausulam, sine iuris solennitate.*
6 *Testis vnius dicto in vigintinouem casibus creditur, per Nellum positis, remissiuè.*
7 *Testem per vnum concludenter re ipsa deponentem scientia probatur.*
8 *Scientia ex coniecturis verificatur atque probatur.*
9 *Testis vnicus plenè probat contra producentem.*
10 *Testis ab vno litigantium citatus, ad instantiamq; aduersarij examinatus, ab ipso primo producente non reprobatur.*

DECISIO CLXXII.

LEGE, vbi numerus, ff.de testib.licèt nō reperiatur casus, qui sit contentus vno teste, vt discurrit magno cum apparatu Riminal. iun. consi.237. Magnifici de Tassonis, num.59.cum alijs seqq.vol.3. & consi.554. Videtur,num.30.& seqq.volu.5. Bero.consi.96.Vetitur,num.9.& seqq.vol.3. Corn.cons. 160.num.4. volu.2. & cons. 127. num.10.vol.4. Menoc. cons. 431. Proposita facti species, num.6.vol.5. Rober.
1 Maran.consi.6. num.11. tamen † vnus testis operatur magnum effectum in excusando aliquem à pęna, de quo vide Marsi. sing.47. & Bal.in addit. Spec.in titu.de accusat. in 4.par. vers. penul. & vi-
2 de eundem Marsi.sing.212. † vbi ponit casum, in quo vnus testis plenè probat, adde not. in c.cum itaque, de consecra. distinc.4. & in c.multi, 2.q.1. Et ad tex.in d.l.vbi numerus, vide Alex.cons.18. vol. 1.& cons.70.vol.3.
3 Similiterque † testimonium, ac depositio vnius testis valet etiam, vbicunque non agitur de præiudicio alicuius, ita Glo.in c.nuper, & in cap.licèt, de testib.& in c.quanto, & ibi Domin.de Sancto Gemin.2.quæst.5. Abb.in c.proposuisti, col.2.de consecra.eccle. vel alta. Spec.in titu.de teste, §.restat, sub versi.hoc tamen fallit, & Fely. in cap.veniens, il primo, sub nu.18. versi.secundo in quantum, de testib. & hoc procedit de iure canonico, vt fides præstetur vnico testi, vbi non tractatur de alieno præiudicio, & præsertim quando quæritur num quis sit baptizatus, vel ecclesia consecrata, vel egerit pęnitentiam, vt per Hierony. Zanet.de differen.iuris ciuil.& canon.nu.276.
4 Nec non † vbicunque ex æquitate proceditur, creditur similiter vni testi, cum fama, sicut in arbitro, qui credit testi reddenti rationem verisimilem, licèt non concludentem, vt per Aret. cons. 60.col.4. prout etiam vnus testis cum fama, concurrentibus alijs adminiculis, facit dubio procul plenam nempè probationem in criminalibus, & matrimonialibus causis, ita Aret. cons.13. col.4. Pau. Aemil. Veral.decis.288.seu 25. Testis vnus, in 3. par. vbi enunciat, ita iudicatum extitisse in Rota Rom.
5 Item, † quando proceditur cum clausula, sine iuris solennitate: tūc clausula hęc operatur, quòd credatur, crediq; debeat testibus non iuratis, ita Bar.in l.filius, col.1. ff.de dona. & licèt Bal.in con trariam sentētiam inclinare videatur in l.milites, col.2.C.de testam. milit. & in l.præsbiteri, col.1. & fin.C.de episc.& cler. Riminal.iun.cum alijs signatis per eum in d. consi.237. sub nu.62. tamen opinio Bart. apparet atque discernitur verior, & substentabilior.
6 Alios † verò casus circiter vigintinouē, in quibus credatur dicto vnius testis, ponit atque discur rit Nellus de Sancto Gemin. in tract. de testib. in 1. par. in versi. sed an credatur testimonio vnius, nu.35. Io. Campeg. in tract. de testib.reg.197.
7 Prout † etiam scientia probatur quoque per vnum testem concludenter re ipsa deponentem, vt per Nattam consi. 231. num.2. & ratio ea est:
8 quoniam † scientia ipsa ex coniecturis verificatur atque probatur, attestante Abb.in c.quia vniuersitate, in vlt.not.de conce.præb. Craue.cons.193. num.7. Paris.consi.100.num.88. lib.1.& Cæpha. cons.314.nu.15.
9 Denique ad illum quoque me conferā, † quòd testis vnicus probat etiam, & plenè quidem, contra producentem, vt per Rom. consi.104.in fi. Bero.consi.96. num.11.vol.3. Soc.iun.consi.69.nu.2. vol.1. Cæpha.cons.141. num.16. Riminal.iun. cons.258. Fundata, num.14. vol.3. Simon de Prætis, cons.8.sub num.31.vol.1. Et in tantum hoc ve
10 rum est, † quòd licèt testis citatus sit ab vno ex litigantibus: tunc nihilominus potest etiam idem testis examinari ab aduersario, & ad eius instantiam, & non reprobatur aliter ab eo, qui illū produxit à principio, ita Glo.& alij vniformiter omnes in l.1.§.editiones, ff.de eden. Neuizan. consi. 47. Ipsius Christi, num.3.& ita decisum aliàs extitit in Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ in anno 1583. in causa tunc vertente inter quosdam de Terra Ferrazzani.

ARGVMENTVM.

De æquiparatione aui paterni & materni in successione nepotum, & quomodo intelligatur. Et quòd frater sine soror in successione sororis, siue fratris in bonis maternis non excludat patrem.

SVMMARIVM.

1 *Auus maternus in successione nepotis in quæsitis à matre & linea materna cum paterno concurrens, paterno præfertur, & econtra.*

2 *Frater vterinus præfertur consanguineo in quæsitis à linea materna, si defuncta persona fratres vterinos tantùm & consanguineos tantùm relinquat.*

3 *Frater defunctæ personæ concurrens cum patre legitimo & naturali in bonis etiam maternis, patrem ipsum non excludit.*

4 *Auus maternus concurrens cum patre defunctæ personæ etiam in quæsitis à matre, lineaq; materna, an excludat patrē, vel econtra in omnibus bonis.*

5 *Mater præfertur auiæ paternæ in successione filiæ pupillæ intestatæ in bonis à patre quæsitis.*

6 *Filius excludit patrem à luctuosa filij hæreditate.*

7 *Ratio, anima legis est, eamque vincit.*

8 *L. quod scitis. §. si autem, & §. exceptis, C. de bonis, quæ libe. dispositio exorbitans à communibus regulis iuris Digestorum, & Codicis, & anormala. & num. 13.*

9 *Patrimonium vnicum quilibet, nisi sit miles, habere præsumitur.*

10 *Patrimonium, seu maternum post aditam hæreditatem non censetur, sed filij hæredis.*

11 *Patruus & auunculus si in hæreditate bona materna sint, æqualiter succedunt, auo paterno & materno non existente personæ defunctæ.*

12 *Frater vterinus in quæsitis à matre vel eius linea in alijs transuersalibus lineæ maternæ, vel in quæsitis à transuersalibus eiusdem lineæ, consanguineo præfertur.*

DECISIO CLXXIII.

1 AVus † maternus, licèt vbicunque concurrit cum auo paterno in successione
nepotis, compertum sit, quòd in quæsitis à matre, & linea materna auus ipse maternus
præfertur paterno, & econtra, per text. in l. quod scitis, §. 1. secundum intellectum Glo. & Barto. C.
de bon. quæ liber. quem sequuti fuere idemmet Barto. Ang. Pau. Castr. & alij vniformiter omnes
in auth. itaque, C. communia de successio. Bart. Ang. Imo. Rom. & cæteri communiter omnes in
l. post dotem, in fi. ff. soluto matrim. & pro eadem sententia consuluit quoque Rom. cons. 40. Visis
& discussis, & Pau. Castr. in auth. post fratres, C.
2 de legitimis hæred. quemadmodum † si defuncta
persona relinquat fratres vterinos tantùm, & consanguineos tantùm, frater vterinus præfertur consanguineo in quæsitis à linea materna, per tex. in l. de emancipatis, §. exceptis, de legitimis hæredibus, cum ibi notatis per scribentes: nihilominus
3 tamen † si frater defunctæ personæ cōcurrat cum
communi patre legitimo & naturali, etiam in bonis maternis, non excludit vllo quidem pacto patrem ipsum: quia hoc non reperitur iure cautum, & erubescimus quippe cum sine lege loquimur. l. illud, C. de collatio. & §. consideremus, collat. 3. in Auth. de trien. & semis. imò contrarium probatur absque scrupulo aliquo in auth. defuncto, C. ad Tertull. & in corpore vnde sumitur, per generalitatem illius textus, qui generaliter disponit, quòd pater concurrat cum fratre in omnibus bonis defunctæ personæ, & dispositio d. l. quod scitis, §. si autem, tanquam exorbitantis à communibus iuris regulis, procedit solummodo in casu, de quo loquitur, vt infra latius demonstrabitur.

Ad quod dicendum, stabiliendumq; moueor:
4 nam videmus, † quòd si auus maternus concurrat
cum patre defunctæ personæ; etiam in quæsitis à matre, ac linea materna, non modò non excludit patrem, imò totum oppositum deciditur, quòd pater ipse, tanquam proximior in gradu, non solum non concurrit cum auo materno, sed etiam illum penitus excludit, in omnibus bonis, etiam ab ipsa matre quæsitis, sicut mater excludit auum paternum, etiam in quæsitis à patre, & linea paterna, vt decidit Matth. Matthæsil. in tract. de successio. ab intesta. in 2. par. dum loquitur de successione ascendentium, in 2. col. versi. clarius tamen distinguendo, in fi. per ea quæ not. per Glo. in d. auth. defuncto, in ver. gradus, quæ generaliter tenet, quòd pater excludit auum maternum in omnibus bonis, cui accedit ibi Bal. Pau. Castr. & Ange. & est similis Glo. etiam in Auth. de hęred. quę ab intesta. §. consequens, in ver. proximo, collat. 9. & pro hac sententia consuluit Alex. consi. 115. Ser Antonius Ioannis de Caputis, vol. 2. vbi mater cōcurrebat in hæreditate filij ab intestato defuncti cum auo paterno in quæsitis à linea paterna: & tamen consuluit per notata per Glo. in d. auth. defuncto, quòd mater præfertur auo paterno, & pro eademmet sententia consuluit etiam Pau. Castr. consi. 349. Visis statutis infrascriptis, col. 1. & Ioan. de Anan. cons. 73. Ex his quæ in facto, posito sub rubr. de successio. ab intesta. vbi
5 concludit, † quòd mater præfertur auiæ paternæ
in successione filiæ pupillæ ab intestato defunctæ in bonis à patre quæsitis, prout declarat ibi Ludo. Bolognin. in addit. & idem voluit in alio consil. 101. Visis, & ponderatis his, & Barba. cons. 50. Et quidem viso puncto, col. 1. vol. 4.

Itaque auus maternus licèt excludat auum paternum in quæsitis à linea materna, non tamen excludit ipsum patrem defunctæ personæ, imò
6 excluditur ab eo: † multoque minus filius exclu-
dit patrē à luctuosa hæreditate filij, quia hoc non reperitur iure cautum, ita Bal. Nouellus in tract. dotis, in 12. & vltima par. col. 34. versi. cum qua opinione Bart. vbi ex hoc reprobat dictum Ang. in d. auth. itaque, C. communia de successio. quæ quidem doctrina Bal. Nouelli, iuncta doctrina Matth. Matthæsil. decidit præsentem casum.

Nam si auus maternus, & sic pater mulieris, & dotans, à quo dos materna processit, non exclu-

dit

dit patrem defunctæ personæ, ex quo nulla lege
cautum reperitur, de quo magis videbatur dubi-
tandum, multo minus frater defuncti, seu soror,
& filia eiusdem patris, à qua dos non processit,
non excluderet ipsum à luctuosa hæreditate filij,
qui etiam secundum iura C. matri quoque præfe
rebatur. l. in successione. C. ad Tertull. quod qui-
dem argumentum de iure procedit, si de quo ma
gis videtur inesse, & non inest, ergo nec de quo
minus, per ea quæ habentur in cap. Romana, in
princ. de offi. ordin. lib. 6. in c. cum in cunctis, ex-
tra de elect. & in auth. multo magis, C. de sacro-
san. eccle. Quoniam in fratre defuncti, concur-
rente cum patre suo in luctuosa hæreditate filij,
cessat ratio, de qua per Bal. Pau. Castr. & alios in
d. l. quod scitis, vt patres inducantur ad filias do-
tandas: & ideo in ipsis dotibus debet alijs præfer
7 ri: † sed ratio legis, est anima legis, secundum Bal.
in l. si quis seruo, C. de furt. imò etiam vincit le-
gem; quia possumus attendere rationem, & face-
re contra legem, vt per Bart. in l. constit. ffotum,
vers. hæc autem.

8 Nec debet obstare dispositio † d. l. quod scitis,
§. fin autem, C. de bon. quę libe. secundum vnum
intellectum Glo. & Bat. quæ vult, quòd auus ma-
ternus in quæsitis à matre quo ad dominium præ
feratur paterno, & paternus quo ad vsumfructũ,
qui morte proprietarij non tollitur lege: quia tan
quàm lex exorbitans à communibus iuris regulis
non procedit, nisi in casu, de quo loquitur de auo
paterno, & materno, non autem de patre, & fra-
tribus defuncti. & quod d. l. quod scitis, exorbi-
tans quippe sit à communibus regulis iuris, mani
festè probatur: nam secundum iura Digestorum,
& Codicis, & secundum tempora d. l. auus pater-
nus in successione omnium bonorum nepotis,
tanquam agnatus præferebatur auo materno, tan
quam cognato, Instit. de legit. agnat. successio. §.
1. sicut pater præferebatur matri. l. 2. §. obijcitur,
ff. ad Tertull. & in l. 2. C. eod. titu. vnde cum d. l.
quod scitis, §. fin autẽ, introducat de nouo auum
maternum pręferri paterno in quæsitis à linea ma
terna, censetur in hoc exorbitans à communibus
regulis iuris Digestorũ, & Codicis, prout affabrè
quidem explicat Bal. Nouel. in tract. de dotib. in
8. par. col. 32. versi. insuper clarius vltra eos dico.

9 Præterea † quilibet censetur habere vnicum pa
trimonium. l. iuris peritorum, §. cum oriundus, ff.
de excus. tuto. nisi esset miles. l. si certarum, §. Iulia
nus, ff. de testam. milit. sed statuendo, quòd auus
maternus succedit in quæsitis à matre, vel eius li-
nea, & paternus in quæsitis à sua linea, facit cen-
seri eundem nepotem habere duo patrimonia cõ
tra communes regulas iuris. ad hæc si iste nepos
successit patri, & matri in bonis paternis, & mater
10 nis, † certè post hęreditatem aditam non dicitur,
nec censetur amplius patrimonium, seu mater-
num, sed filij hæredis, vt per Bar. in l. fi. ff. ad Ter-
tull. Glo. Alex. Ias. & alios vniuersaliter omnes in
l. eius qui, ff. si cer. peta. Glo. Bart. & cæteros om-
nes in l. 1. §. veteres, ff. de acqui. possess. bonus tex-
tus, qui allegari nõ solet, in Auth. de non eligen.
secun. nuben. in prin. & ibi illum textum multum
no. Ang. colla. 1. & ipsorum bonorum semel vni-
torum, secundum communes regulas iuris, non
debet induci separatio, seu separato, & diuerso iu
re censeri. l. sed si plures, §. filio, ff. de vulg. & pupil.
cum similibus. verum disponendo, quòd in hæ-
reditate, & successione eiusdem nepotis auus ma
ternus succedit in quæsitis à linea materna, & pa-
ternus in quæsitis à linea paterna, inducitur sepa-
ratio bonorum semel vnitorum, vt diuerso iure
censeatur contra communes regulas iuris: & ideo
censenda quidem est lex exorbitans, quæ debet
habere locum tantum in casu de quo loquitur, vi
delicet in auo paterno, & materno, & non in pa-
tre, & fratre defunctæ personæ.

Et diuersitatis ratio reddi potest, quia hæredi-
tas est magis debita ascendentibus, quàm collate-
ralibus defunctæ personę. & quòd tanquam exor
bitans debeat seruari in casu in quo loquitur, &
11 non in diuerso, apparet euidenter: † quia si defun
ctæ personæ non superest auus paternus & mater
nus, sed patruus & auunculus, si in hæreditate
defuncti sint bona materna, auunculus ipse tunc
non præfertur patruo, secundum dispositionem
d. l. quod scitis, sed æqualiter succedunt, iuxta ter
minos auth. defuncto. ita Pau. Castr. memorat cõ
suluisse in facti contingentia in auth. post fratres,
in fi. C. de legit. hæred. motus quia dispositio d. l.
quod scitis, tanquam exorbitans non seruatur, ni-
si in casu suo.

Et pro ista sententia bene facit quod voluit Lu
dou. Bologniti in tract. de successio. ab intesta. in
addit. factis ad tract. Matthæsilani, in 3. par. prin-
cipali, col. 7. vers. non sunt multi menses, vbi ex-
primit se consuluisse, quòd dispositio l. de eman-
cipatis, §. exceptis, C. de legitimis hæred. volens,
12 quòd † frater vterinus præfertur consanguineo
in quæsitis à matre, vel eius linea, in alijs transuer-
salibus lineæ maternæ, puta in matertera, vel in
quæsitis à transuersalibus lineæ maternæ, & ideo
si bona non forent quæsita à matre, & eius linea
ascendenti, sed à transuersalibus suæ lineæ, tunc
non habita consideratione vnde bona sint quæ-
sita coniuncti superstites succedunt, sola gradus
prærogatiua sociata, & idẽ voluit Matthæsilanus
in eadem 3. par. ver. secundo dubitari solet. & mo
13 uentur, † quia dispositio dictorum iuriũ est anor
mala, & exorbitans à cõmunibus regulis, & ideo
seruari in casu suo meritò censetur. & sic denique
decisum extitit in casu de quo agitur, vbi tracta-
tur de successione sororis, vt soror defunctæ per-
sonæ non excludat patrem, etiam in dotibus ma-
ternis, quia hoc non reperitur iure cautum.

ARGVMENTVM.

Potest probari captura possessionis, etiam per in-
strumentum capturæ possessionis gestum in il-
lo loco, quamuis possessio sit facti.

SVMMARIVM.

1 *Possessionis ingressus acquisitioque per instrumẽtum probari potest in loco apprehensæ possessionis factum,*

ctum, vel in quo dicitur, quòd cepit possessionem intrando, aperiendo, claudendo, &c.

2 *Nuncius per solum aspectum non transfert possessionem in creditorem, sed per actum verum ingressus facit verum possessorem.*

3 *Dominium transfertur in emptorem in pignore alienato in executione rei iudicatæ.*

DECISIO CLXXIIII.

1 POSSESSIONIS † ingressus, & illius acquisitio, tanquam actus magis facti, quàm iuris, probari potest per instrumentum factum, gestumque in ipso loco appræhensæ possessionis, vt probat tex. secundum vnum intellectum Glos. quem sequuntur Barto. Bald. Ange. Paul. Castrens. & alij vnanimi voto omnes in l. 2. C. de acquir. poss. tenet etiam Spec. in ti. de empt. & vendit. §. 1. vers. sed quid si instrumento, Barto. Alex. Imo. Ias. & alij vniuersaliter omnes in l. prædia, ff. de acq. poss. & Afflict. in constit. Regni, Circa violentiarum, in 5. not. in 11. quæst. vers. item potest probari, asserens ibi, quòd ingressus possessionis probari potest per instrumentum, in quo dicitur, quòd talis cepit possessionē talis domus, intrando, aperiendo, claudendo, & cætera, & ita iudicauit in facti contingentia Regia Audientia Apuliæ in varijs, diuersisque causis in anno 1583. & sequen.

2 Et ratio ea est: † nam nuncius ponendo in possessionem creditorem, saltem rei pignoratæ, iussu prætoris, licèt per solum aspectum non transferat possessionem: tamen per verum actum ingressus facit illum verum possessorem, vt concedit Barto. in l. 1. colum. 7. vers. sed quid si executor, Alexan. etiam, col. 23. vers. vlterius quærit pone, quòd executor, & alij vnanimiter, & concorditer omnes, ff. de acquir. poss. Bald. Paul. Castrens. & cæteri omnes communiter in l. non est mirum, ff. de pigno. actio. Anto. de Butr. Abb. & Canonistæ omnes in c. cum aliquibus, de re iud.

3 Et tanto magis: nam indubitati iuris est, † quòd in pignore alienato in executione rei iudicatæ, dominiū transfertur in emptorem, teste Glo. in l. id quod nostrum est, circa medium, ff. de regu. iur. per tex. in l. 1. & 2. C. debito. vendic. pigno. impe. non pos. & probat etiam tex. in l. qui à creditore, quæ est antepen. C. de distract. pignor. Dec. & Cagnol. in l. non alienat, ff. de reg. iur.

ARGVMENTVM.

Non prohibentur exceptiones oppositæ per debitorem per statutum, maximè quando excipit de noua conuentione, & petit examinari principalem vti legaliorem & magis veritatem scientem.

SVMMARIVM.

1 *Statutum respiciens executionem retractabilem, debet indifferenter executioni mandari.*

2 *Statutum prohibens contra instrumentum publicum exceptionem aliquam etiam legitimam opponi, sicut obstat excipere volenti, ita & agenti.*

3 *Doctoris dictum, secundum legem quam allegat, intelligi debet.*

4 *Statuto loquente per verba generalia, exceptiones friuolæ, & non aliæ prohibitæ intelliguntur.*

5 *Statutum nullas exceptiones legitimas excludit, sed tamen non probatas excludit.*

6 *Terminus ad probandum nunquam currit, donec respondeat interrogatus principalis vti legalior & magis instructus super allegatis.*

7 *Paria sunt in iudicialibus aliquid non esse, vel esse & non apparere.*

8 *Absentia absentis, conditionem præsentis in nullo deteriorem facit.*

9 *Absenti si mitti deberet pro responsione recipienda super positionibus partis, ipsius absentis expensis mittitur.*

10 *Statuto quantuncunque præciso & rigoroso facultatem excipiendi excludente, exceptio non intelligitur exclusa, quam quis per partis confessionem probare offert.*

11 *Debitor offerens probare allegata, si per partem aduersam negaretur, admitti debet.*

12 *Mandatum de comparendo personaliter in iudicio responsurus super partis positionibus, cur ius prouideat.*

DECISIO CLXXV.

STATVTVM super assistentia ciuitatis Iuuenatij non reijcit simpliciter exceptiones oppositas per debitorem, sed tantum non probatas, & declaratas infra decem dies, nec illas, aut alias in totum, verùm solummodo ad effectum, ne impediatur executio instrumenti, retractanda postmodum comperta iustitia, & veritate oppositæ exceptionis: & consequenter cessat illa difficultas, an per statutum tolli queat rationabilis exceptio, ac etiam iudicis officium. Et succedit illa decisio Ioan. de Imola in l. fin. ff. à quib. appel. non licet, relata per Felyn. in c. ex parte, el 2. col. pen. extra de offic. deleg. † quòd quan-
1 do statutum respicit executionem retractabilem, debet indifferenter executioni mandari, videatur in casu de quo agitur, non obstante allegata decisione, retardari executio quousque fuerit examinatus principalis ad probationem pacti de nō petendo vsque ad Natiuitatem Domini, quem examinari infra decem dies foret impossibile, cum sit extra Regnum: & sic hic est quærendum, dubitandumque, an conclusio isthæc limitetur vbicunque peteretur interrogari principalis.

Non me præterit enim, quòd doctrina Ioan. de Imola in d. l. fin. colum. pen. quam volui in fonte videre priusquam ad extricationem, atque resolutionem præsentis difficultatis me accingerem, non attenta relatione Fely. in c. ex parte, extra de offi. deleg. in fi. quia non reperitur fidelis relator, si rectè cōsideretur, non facit modo aliquo ad casum nostrum, nec meretur allegari in cōtrarium, nam doctrina Imolæ, vt manifestè ex eius verbis apparet, venit ad cōcordandum diuersitatem opinionum,

nionum, videlicet sententiam Bart. in l. 1. §. & par
ui refert, ff. quod vi, aut clam, in fi. & Bald. in l. 1.
quæst. 5. C. de condic. indeb. nam Bar. ibi in fi. te-
net, quòd si statutum mandet, quòd nulla exce-
ptio quantumcunque legitima admittatur con-
tra instrumentum, neque defensio contra instru-
mentum, tunc sicut non potest excipere, ita nec
officium iudicis implorare. vnde remedium est,
quòd soluat, & repetat, per ea quæ notantur in c.
debitores, extra de iureiuran. quia licèt statutum
prohibeat contra petentem excipere, non tamen
prohibet indebitè solutum repetere: ad hoc ete-
nim non se extendunt verba statuti, quæ sunt stri
cti iuris, & strictè quidem debent intelligi, præser
timque cum sit exorbitans à iure communi, per
ea quæ notantur in l. quicquid astringendæ, ff. de
verb. oblig. per Bart. in l. de quibus, ff. de legib. &
concludenter tenet, quod solutum vigore statuti
indebitè, potest postmodum exigi per condictio-
nem indebiti ex quadam iuris æquitate exceptio-
nis legitimæ non admissæ, & postmodum verifi-
catæ. Bal. tamen in d. l. 1. in 5. quæst. C. de condic.
2 indeb. firmat oppositum, † quòd imò si statutum
prohibeat contra instrumẽtum publicum aliquã
exceptionem, etiam legitimam opponi: tũc sicut
obstat dispositio statuti excipere volẽti, ita & mul
to fortius agenti, ex quo creditor probabit debi-
tum fuisse per instrumẽtum, cui opponi replican-
do non poterit vigore statuti, quam sententiam
sequitur Salv. in l. ita nobis, C. ad leg. Iul. de adult.
& sic concludunt quod solutum vigore præme-
morati statuti rigorosi non potest postmodum re
peti, per allegata per eos. vnde Io. de Imola ad so-
lutionem, & concordiam ipsarum opinionũ con
cedit, quòd si quidem verba statuti respiciũt exe-
cutionem ipsam, puta quòd instrumentum gua-
rantigiæ mittatur executioni, non obstante quali
bet exceptione, etiam legitima, quòd tunc solu-
tum vigore eiusdem statuti poterit repeti: quia li
cèt statutum faueat executioni, non tamen impe-
dit repetitionem per condictionem indebiti fa-
ciendam, & ita intelligit doctrinam Barto. in d. §.
& parui refert. si verò verba statuti respiciunt va-
liditatem ipsius instrumenti, puta quòd cõtra in-
strumentũ guarentigiatum non posit opponi ali
qua exceptio, seu defensio, etiã iusta, & tunc quia
dispositio statuti rigorosa, sicut obstat tempore
solutionis excipere volenti, ita & repetenti per cõ
dictionem indebiti, cum actori producẽti instru-
mentum non poterit replicari excipiendo, & sic
contra instrumentum ipsum nõ debet audiri, ne-
que agendo, neque defendendo, ex quo semper
viget tenor statuti, & ita intelligit doctrinam Bal.
& Salyc. in locis antesignatis, & cõsequenter Imo
la loquitur in casu Barto. quando statutum est ita
præcisum, & rigorosum, quòd prohibet omnem
defensionem, & omnem exceptionem, etiam le-
gitimam, cuius vigore debitor compellitur & in-
debitè soluere id, quod nullo modo debebatur.
3 Quoniam † dictum Doctoris debet intelligi,
secundum legem, quam allegat, vt per Barto. in l.
non solùm, §. si liberationis verba, ff. de liber. le-
gata. sed in casu nostro per statutum nullæ exce-
ptiones censentur prohibitæ, nisi tantum friuolæ.
4 Nam † vbicunque statutum loquitur per ver-
ba generalia; puta, nulla exceptione obstante, vt
in casu isto, tunc semper intelliguntur prohibitæ
exceptiones friuolæ, & non aliæ, per notata in l. 1.
§. interdum, ff. à qui. appel. non licet, cum simili-
bus, & sic decisio Imolæ non facit ad causam no-
stram, cum loquatur in terminis longè diuersis,
ex quibus non infertur. l. Papinianus exuli, ff. de
minor. nec vult Imola, quòd vbicunque executio
est retractabilis, instrumẽtum debeat indistinctè
executioni mandari, vbi statutum admittit iustas
exceptiones, quia hoc non dicit Imola, sed in præ
senti speculatione expressè statutũ admittit quas-
cũque exceptiones, & defensiones necessarias in-
fra terminum, prout ex verbis illius apparet ex-
pressè. imò iudex compellitur pro illis iudicare
si fuerit iustum instrumentum quantumcunque
liquidum. igitur sumus in terminis valde diuersis.
5 Etsi diceretur subtiliter ponderando, † q. nul-
las exceptiones legitimas excludit, sed tamen nõ
probatas, puta requirentes altiorem indaginem,
iuxta notata per Bal. in addi. Specu. in titu. de ap-
pellat. §. 1. vers. quid si iudex, relatum per Imo. in
d. l. fin. col. pen. & per Fely. in d. c. ex parte, col. fi.
respondetur tunc, quòd in casu nostro exceptio
pacti de non petendo, neque agendo, minimè di-
ci potest non probata, taliter quòd veniat ex-
cludenda.
6 Quia, † cũ petitum quippe sit interrogari prin
cipalem, tanquã legaliorem, & magis instructum
super positis & allegatis, donec principalis respon
deat, absque dubitatione aliqua nunquam currit
tempus probandi, vt probat textus, & ibi expressè
notat Bal. & Paul. Castren. in l. 1. C. de iur. calum.
eandemque sententiam, quòd nunquam currit
terminus ad probandum, prius quàm respondeat
positionibus, interrogatis, tanquam principalis,
expressè approbat Regia Pragm. in Regno, quin
ta dilatione, posita sub rub. de positio. & artic. &
respon. super eis, ibi, cum non conueniat dilatio-
nem ante responsionem currere, & cõsequenter
terminus probandi ipso iure non currit ante re-
sponsionem principalis.
Nec debet obstare si opponatur, quòd princi-
palis est extra Regnum, & ob hoc non potest in-
fra paucos dies respõdere, quia in actis causæ hoc
nullatenus allegatur à parte, & iudex tunc supple
re nequit ex officio in allegationibus facti, maxi-
mè cum non constet sibi, vt iudici, vt in l. 1. C. vt
quæ des. aduocat.
Præterea posito, quòd hoc allegetur à parte: ta
men ex processatis non constat. & tunc succedit
7 regula, † quòd paria sunt in iudicialibus aliquid
non esse, vel esse, & non apparere. l. in lege, ff. de
contrahen. empt. cum alijs vbertim ad hoc cumu-
latis per Alex. consi. 125. col. fi. vol. 4.
Imò etiam si legitimè hoc appareret, non de-
beret nocere ipsi reo in iudicio comparenti, imò
8 potius ipsi absenti, † quia absentia absentis in nul
lo quidem debet facere deteriorem cõditionem
præsentis, vt est casus in l. 2. §. defendi, ff. quib. ex
cau. in poss. eatur.

Imò

9 Imò itidem † si mitti deberet ad ipsummet absentem pro recipienda responsione super positionibus partis, puta si diceret procurator suum principalem impeditum in aliquo loco ab ipso iudicio valde remoto, tunc profectò mitti deberet ex pensis eiusdem absentis, teste Anchar. in c. statutum, §. insuper, de rescript. lib. 6. sub eadem ratione posita in d. §. defendi, & idem firmauere Bald. Ang. Alber. de Rosa. & alij vnanimiter omnes in l. si actor, ff. de procurat. & ita obseruatur in sacro Cōsilio, attestāte Afflicto decis. 177. Nobilis quidam, & in constit. Regni, Aduocatos, in 4. oot. & ita obseruat quoque magna Curia Vicariæ, prout habetur in ritu 169. Item si episcopus.

10 In tantum, † quòd per statutum quantumcunque præcisum, & rigorosum excludes facultatem excipiendi, nunquam re ipsa intelligitur exclusa exceptio, quàm quis offert probare per confessionem partis, per notata per Glo. & Bar. io auth. sed iam necesse, C. de donat. ante nupt. Imol. in cap. quia plerique, de immun. eccles. & per Anto. Butri. & alios omnes in c. his qui, extra de sponsal.

11 Nec nō denique † debitor ipse obtulit in prōptu probare allegata per eum in casu quo per partem aduersam negaretur, quo inquam casu, non obstante statuto prædicto debet admitti, per ea quæ notat Glo. ponderata per Abb. ad hoc in c. suscitata, extra de restit. in integ. quam refert, & sequitur cum magno apparatu Fely. in d. c. ex parte, in 7. fallent.

Et quæ maior probatio fieri potest incontinenti, quàm per confessionem partis, quæ licèt dicatur absens, eius absentia sibi, & non reo debet nocere per allegata, imò præsumitur factum in fraudem se absentando, ad hoc vt parti tollatur facultas probandi per confessionem principalis de ve-
12 ritate pacti melius instructi. † & ideo ius prouidet, vt fiat mandatum de comparendo personaliter in iudicio responsurus super positionibus partis, vt dicit Barto. in d. l. si actor, col. 2. per textum in l. fin. C. eod. titu. & sic finaliter extitit decisum in sacra Regia Audientia Terræ Bari, quòd doctrina Imolæ & alia omnia supra trutinata, atque discussa procedunt, vbicunque reus nihil habet probare per confessionem partis: sed si petat interrogari principalem super positionibus suis ad fundandam eius exceptionem, tunc donec principalis respondeat nō currit terminus decem dierum, nec dici potest non probatum, stante illius absentia.

ARGVMENTVM.

Legata domo, & post testamentum empta alia domo per testatorem contigua domui legatæ cedit legato, quando habet exitum & introitum per domum legatam: secus verò, quando non habet exitum & introitum.

SVMMARIVM.

1 *Domus noua empta, vel constructa, seu ædificium, domui legatæ vel solo cedit. & de ratione, nu. 2.*

3 *Legatum ampliatur & minuitur ex causa & coniecturata mente testatoris.*

4 *Domus appellatione, non venit viridarium, seu pomærium, aut aliud membrum, ad quod introitus exitusque non habetur.*

DECISIO CLXXVI.

Legatvm factum alicui in testamento per testatorē alicuius ex suis domibus, sed emēdo pōstmodum idemmet testator aliquam aliam domum ipsi domui legatæ vicinam, contiguam, atque coniunctam, ad quam daretur tunc aditus ex portis, seu ianuis camerarum domus ita legatæ, nouiter quidem constructis, & per easdem ingrederetur in prædictam domum nouam, & moreretur demum tractu temporis testator ipse, nulla admodum circa hoc facta per eum declaratione, deberetur dubio procul tunc, etiam cum altera domo empta, seu de
1 ouuo constructa, † & sic noua domus ipsa cederet legato prædicto, & ædificiū pariter in eadem domo empta factū cederet quoque solo, per tex. in l. seruum filij, §. si areæ, ff. de leg. 1. & in l. si areæ, ff. de leg. 2.

2 Et ratio ea est, † quoniam altera ipsa domus, de nouo empta, quæ erat separata, & in unum redacta videtur, & consequenter tanquam additamentum debet necessariò, & absque scrupulo aliquo cedere legato præmemorato, arg. l. si ex toto, ff. de leg. 1. & l. cum fundus, ff. de leg. 2. & est tex. in l. quod in rerum natura, §. si quis post testamentum, ff. de leg. 1. & l. prædijs. §. Titio, & §. balneas, & §. qui domum, ff. de leg. 3. & facit l. quod conclaue, in fi. & ibi notatur, ff. de dam. infecto. Cuman. consi. 41. n. u. 4. Paris. consi. 80. & Berous, consi. 44. in 3. dub. volum. 2. & ita vidi aliàs in facti cootingentia iudicatum, sub die 14. Nouembris, 1588. in Terra Corati, in causa compromissa inter hæredes Antonij Grifi, & suos nepotes legatarios: prout laudum hoc, tunc prolatum per D. Petrum Antonium Fortunatum de ciuitate Vigiliarum, & D. Ioāoem Antooium Sansonem de ciuitate Trani, viros grauissimos, primariosq; Iurisconsultos etiam in Prouincia Terræ Bari, extitit per ambas partes meritò quidem approbatum, & acceptatum. & tanto magis, cum pro huiusmodi decisione faciat tex. etiam clarus in l. si seruus plurium, §. fi. ff. de leg. 1. in Glo. consuetudo, idest consanguinitas: nā illi non solùm erant legatarij, & instituti: verùm etiam nepotes, quos io vita, & in morte prædilexerat testator. & ob hoc nōo immeritò Paris. consi. 13. num. 12. vol. 3.
3 ad lucem adducit, & constanter firmat, † quòd legatum ampliatur, augetur, & minuitur ex causa, & coniecturata mente testatoris, & allegat tex. in l. cum pater, §. dulcissimis, ff. de leg. 2.

Cæterùm cōpertum est, quòd vendita domo, non veniunt membra, quę nullum admodum habent introitum, & exitum ad domum ipsam alie-
4 natam, vtpote † quia domus appellatione non venit viridarium, ac pomęrium, aut aliud mēbrum ad quod noo habetur introitus, & exitus per eā:

X 2 sed

sed illi quidem domui tunc applicatur, vnde introitum, & exitum habet. casus est in terminis in d.l. quod conclaue, ff. de dam. infec. vbi Glo. in ver. binarum, Bar. & alij omnes.

Ex aditu enim iudicatur, an membrum cedat domui, vt probat tex. in l. prædijs, §. balnea, & ibi Bar. ff. de leg. 3. & idemmet Bar. & alij vniuersaliter omnes in l. fi. ff. de seruit. vrban. prædio.

ARGVMENTVM.

Quando in contractu est appositum pactum de apprehendendo possessionem authoritate propria cũ clausula precarij vel constituti, tunc potest exerceri pactum istud, vt etiam contra tertium singularem possessorem non citatum, & potest peti familia à Curia pro associatione ad capiendam possessionem, & debet dari etiam parte non citata.

SVMMARIVM.

1 *Pactum executiuum, quando exerceri possit contra tertium non citatum, si in instrumẽto precarium, vel constitutum non est appositum.*

2 *Creditor cum ciuiliter possideat ingredi, insistereque in sua possessione potest, ac naturaliter possidentem turbare.*

3 *Iudex committens nuntio, decreto mediante, vt aliquem in possessionem inducat vigore pacti, parte non citata actum vti extraiudicialiter manatum & non prætorium, sed pacti executiuum facit: & resistens non punietur, nec talis iudex tenutam dans in sindicatu teneretur, nu. seq.*

DECISIO CLXXVII.

1 PActo † executiuo, licèt vbicunque in instrumento appositum non extet constitutum, neque precarium, vti licitum non sit contra tertium non citatum, secundum Bar. & alios vniuersaliter omnes Legistas in l. creditores, C. de pignor. Ant. de Butr. & cæteros omnes Canonistas in c. quia, de iudi. tamen quando in instrumento ipso appositum reperiatur pactũ, de capiendo, & ingrediendo propria authoritate, cum clausula constituti, vel precarij; tunc pactum hoc executiuum, posset omni dubio procul exerceri, etiam cõtra tertium singularem possessorem, non citatum, & negotio non liquidato:

2 † quoniam creditor ex quo ciuiliter possideт, potest ingredi, & insistere in sua possessione, & turbare naturaliter possidentẽ, per not. in l. clam possidere, §. qui ad nundinas, ff. de acquir. poss. & ratio palpabilis ea est, quia ingressus, tali casu, dicitur potius defensio, quàm occupatio. l. cum fundum, cum ibi not. ff. de vi, & vi arma. & ita constantissimè quidem firmat Franc. de Aret. consi. 21. Si diligenter, & maturius, col. pen. & seq. vers. circa secundum, Soc. sen. consi. 82. Super quæstionibus, colum. pen. vers. quinta conclusio, volu. 3. Negusant. in tract. de pignorib. in 4. par. num. 21. & Afflict. in constit. Regni, Pacis cultum, col. 8. vers. quid in constituto, num. 28. & ita aliàs decisum fuit in sacra Regia Audientia Barenli in anno 1589. in causa tunc exagitata inter aliquos de Terra Sancti Nicandri.

3 Imò † iudex concedendo tunc mediatè decreto, vigore pacti in instrumento appositi literas nũcio executorias, vt ille Titium in possessionem induceret, & manuteneret, valeret vtique, & substineri facilè posset actus iste, tanquam iuridicus: quoniam iudex talia committens pro executione pacti, parte non citata, ob hoc nempe non dicitur actus iudiciales facere, sed extraiudiciales, etiam quòd committat nuntio, vt Titium ipsum in possessionem inducat: nec per hoc non tenet actus, tanquam iudicialiter factus, sed vti extraiudicialiter manatus. ita in proprijs terminis in iudice sic committente, vt supra, tenet Spec. ex authoritate antiquorum, in tit. de pignor. §. 1. vers. quid si iudex, & sequitur ibi Io. And. in addi. magna, in fi. ex authoritate Rofredi, dicens, quòd illud non interest partis, si quid pars ipsa fecisset, iudex per nuncium faceret, & ista fuit sententia Iacobi But. præceptoris Bart. in l. ne quicquam, §. vbi decretum, ff. de offi. procons. per not. per Glo. in §. multis autem modis, Insti. de liberti. cui inhæret ibi Bal. in 4. col. vers. sed dubitatur, asserens notabiliter illum actum non posse dici prætorium, sed magis pacti executiuum: cum non fit in forma prætoria, parte citata.

4 Vnde † si tali nuncio pars tunc resisteret, non incideret quippe in pœnam edicti, ne vis fiat ei, nec potest mulctari, quorum authoritate fretus Paris de Puteo in tract. syndicat. in ver. iudices puras debent habere manus, in fi. meritò quidem cõcludit, quòd si index exequendo pactum prædictum, parte non citata, daret tenutam, haudquaquã teneretur postea in syndicatu, & sic loquuntur in iudice concedente tenutam, quod fieri possit, parte nõ citata, in vim executionis pactorum, non autem in forma iudicij, sed potius extraiudicialiter.

ARGVMENTVM.

Iudicandum est secundum actitata & probata, & non secundum conscientiam iudicis. Et quid debeat facere iudex, quando videt aliquem indebitè condemnatum.

SVMMARIVM.

1 *Iudex secundum allegata & probata, omissa conscientia, iudicare debet. Et quid iudici hoc casu consulatur, nu. 3.*

2 *Io. Vincentij Canciani, olim iudicis magnæ Curiæ Vicariæ, exemplum quilibet iudex imitari debet, videns innocentem condemnatum.*

4 *Iudex, qualis esse debeat, & nu. 16.*

5 *Iudex magna deliberatione, magnoque conflictu diffinitiuam proferre debet sententiam.*

6 *Iudicis præcipitata voluntas, dicitur nouerca iustitię.*

7 *Celeritas vbi desideratur, omne subterfugium impedimentumque prohibetur.*

Iudices,

8 *Iudices, in quantũ possunt, fraudib. occurrere debent.*

9 *Fraudibus alicuius via aperiri non debet, vt ei prodesse commodoque cedere non debeant, imò ipsis obuiandum publicæ priuatęq; vtilitati conuenit, ne delicta remaneant impunita.*

10 *Posse illud dicimur, quod iustè, honestè, atque commodè possumus.*

11 *Iudicis boni lites dirimere interest.*

12. *Iudici commissum, vt omni coactione aliquem ad soluendum compellat, intelligitur salua municipali consuetudine.*

13 *Iudicibus grossis, causa subtiles quare non committenda.*

14 *Assiduitate bona ingenia fiunt, studiorumque sollicitudine etiam grossa efficacissima redduntur.*

15 *Doctor, pro recta iudicio proferendo, quanto librorum studio vti debeat.*

DECISIO CLXXVIII.

1 IVDEX † debet iudicare secundum allegata, & probata, licèt habeat conscientiam in cõtrarium. ita Glo. Abb. Fely. nu. 23. & alij in c. pastoralis, §. quia verò, de offic. delega. Bar. in l. illicitas, §. veritas, ff. de offi. præsid. per tex. ibi. Gemin. in c. 1. de senten. & re iudic. in 6. Ang. in Auth. de testib. in prin. Paris de Puteo in tract. de Syndicatu, in ver. an si iudex mandat aliquid non fieri, num. 5. & in ver. an iudex posit, vel debeat secundum conscientiam propriam iudicare, sub num. 1. Nauar. consi. 6. nu. 11. de tempo. ordi. & consi. 1. num. 2. de offi. iud. lib. 1. Didacus Couar. var. resol. qualiter iudex ex act. dice. deb. nu. 4. Anto. Ciofius, consi. 10. Excellentissime, nu. 2. volum. 2. Corne. consi. 273. num. 13. vol. 1. consi. 163. num. 3. volum. 2. & consi. 87. nu. 2. volum. 3. Laur. de Pinu, consi. 174. nu. 3. Riminal. iun. consil. 52. num. 82. volum. 1. Cassador. decis. 12. Obtinuit, nu. 8. super reg. cancel. Iacob. Nouel. in reg. 49. Iudex an debeat iudicare, secũdum conscientiam, num. 1. & seqq. tomo 2. vbi hoc ponit pro regula cum quinque limitationibus. Matthæ. Brun. consi. 122. Subtiliter, num. 1. & seq. vol. 2. Simon de Pretis, consi. 97. Pro redimenda, nu. 25. vol. 1. Paul. Castrens. in l. 2. num. 4. ff. de in lit. iuran. vbi tradit exemplum, quòd si iudex ad fenestram cõmorando videret Sempronium interficientẽ Maturinum, isque nũquam confiteretur, nec homicidium ipsum per testes probaretur, tunc non possit ad mortem illum condemnare, & fatentur in facti contingentia Azo. ita respondisse Potestati Bononiæ, per d. l. illicitas, §. veritas, & refert, & sequitur Dec. in l. bonorum possessio, in fi. lect. 2. C. qui admitti ad bon. poss. & Marsil. in sing. 549. Litigantes, post princ. & sic opinio isthæc communis discernitur, tam Canonistarum, quàm Theologorum, vt iudex secundum allegata, & probata teneatur innocentem condemnare, vel absoluere innocentem, omissa conscientia, & huic opinioni assentitur etiam S. Thom. in 2. 2. q. 67. art. 2. & q. 64. art. 4. & ibi Caiet. q. 27. art. 2. Io. Tabien. in summa Tabiena, cum alijs aggregatis per eum, in ver. iudicare. §. 6. & Barth. Fumus in sum. Armilla, in ver. iudicium, §. 36. quibus in locis iudicem aduertunt, vt tunc diuertere, abstinereq; debeat totis suis viribus à iudicando: sed si non posset, ex quo pars instaret pro sententiæ prolatione, tenetur vtique iudicare, secundum allegata, & probata, & nullatenus peccaret. Et licèt iudex abstinere aliter non possit, instante parte, à promulgatione sententiæ, in præsenti casu tamen prudentissimè quidem ageret iudex ipse, si illam non demandaret executioni, inconsulto Principe.

2 Vnde † quilibet iudex in huiuscemodi discrimine tenetur imitari exemplum D. Ioannis Vincentij Canciani, tanquam diligentissimi inuestigatoris veritatis, qui dum assidebat, superioribus annis Iudex magnæ Curiæ Vicariæ, condemnato in ea quodam innocente ad vltimi supplicij mortisque pœnam distulit per aliquot dies huiusmodi sententię executionem, & interim noua inuentione reperta, spiritu sancto duce, omnium admiratione detexit crimen, & captis reis, & subsecuta eorum confessione, illos damnauit, & innocentem aliàs condemnatum licentiauit, restituitque ad eius pristinam libertatem.

Vnde reducendo quàm simplicissimè hæc omnia ad veram, tutissimamque practicam, animaduerte, † quòd licèt iudex sub peccato quippè mortali teneatur condemnare eum, quem scit esse innocentem ad mortem, si haberet solùm probabilitatem de eius innocentia; tamen si haberet euidentiam de innocentia (vt supra ostendimus) Primò vti debet magna nempè diligentia, in examinandis seorsim testibus, & diligenter, si eos aliquo modo possit conuincere falsitatis. Secundò, si hoc quidem nõ prosit valeret iudex clanculum dimittere innocentem, vel concedere illi locum fugæ, si id sine scandalo fieri queat. Tertiò posset iudex publicè denunciare eius innocentiam. Quartò ex charitate debet deponere officiũ suũ, &, eo deposito, testari pro innocente: ad hoc tamen non tenetur ex iustitia, præsertim quia eius solius testimonium, non esset sufficiens ad eum liberandum. Quintò posset deponere officium in casu, dicens se nolle cognoscere eam causam. Postremò, si hæc fieri non possent sine scandalo, teneretur illum absque vllo peccato, damnare ad mortẽ. si tamen ille iudex esset iudex supremus, data partis satisfactione in pœna pecuniaria, vel aliquo alio modo, vt illi satisfaciat de crimine, de quo reus est conuictus, potest illum liberare, prout absolutus extitit quidam iuuenis, inquisitus de Terra Mirabelli, ad simplicem mei nutum, in anno 1583. me assidente tunc Auditore in Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ, & Comitatus Molisij, non quidem meo merito, sed potius D. Principis gratia, & suffragante etiã veritate, & fauente benigno animo ipsiusmet D. Principis, qui vt gratiosus sua benignitate, mihi potius, quàm hominum malignitati, & falsitati fidem præstare dignatus fuit.

4 Ex hinc est, † quòd iudicem conuenit esse rationis capacem, idest primò habere organa disposita ad audiendum: vtpote quia per illum sensum, obiectus primùm potẽtijs intellectus repræ-

sentatur: secundò debet esse dispositus ad cognoscendum, & intelligendum obiectum repræsentatum: tertiò ad reminiscédum, & operationem intellectus enunciandum, vt discurrit Vantius in tract. nullitatum, in ti. seu rubr. de nullit. sent. ex defec. iurisdict. ordi. nu. 134.

5 Et † iudex ipse cum deliberatione magna diffinitiuam debet proferre sententiam. cap. cum ad Thessalonicam, 11. q. 3. & ostendimus supra ampliori manu, in ver. deliberatio debet esse ieiuna, & firmat etiam Placen. in tract. de iudicijs & sententijs, num. 3. titu. 19. Pet. Royzius decis. 2. num. 82. & seq. & cum magno conflictu est proferenda, Maxilla super consuet. ciuitatis Bari, in rub. de
6 iud. in prin. nu. 7. † quoniam præcipitata voluntas iudicis, dicitur nouerca iustitiæ, secundum Card. in Clem. pastoralis, §. verum, in prin. de re iudi. & Marsil. sing. 680. Dicit vulgare prouerbium, Pet. Royzius decis. 2. nu. 92.

7 Est tamen bene verum, † quòd celeritas vbi desideratur, omne subterfugium, omnis dilatio, & omne impedimentum prohibetur, vt per Spec. in titu. de appel. §. in quibus, num. 10. Iasón l. 1. §. sed excipiuntur, ff. de ferijs, & Maran. in tracta. de iudicijs, in 3. par. sextæ par. princ. nu. 319.

8 In tantum, † quod in omnem euentum iudices debent obuiare fraudibus, & occurrere litibus in quantũ possunt, saluando stylum Curiæ ẽt, quantum potest. c. cum cessante, & ibi Doct. de appel. & Glo. in simili in l. de quibus, ff. de leg. quàm allegat Ang. in l. 1. de offic. asses. Ant. Cosius, consil. 101. Prima dubitatio, num. 5. volum. 1. Gaspar Caballin. in tracta. de euictionibus. §. 2. num. 9.
9 quoniam † fraudibus alicuius via aperiri non debet. c. fi. de renunc. in 6. Cagnol. in l. ea est natura, ff. de reg. iur. nec illi prodesse debent. Io. Bologn. consi. 10. num. 28. & illius commodo cedere, nec inde actionem consequi, vt planè quidem, & distinctè discurrit Riminal. iun. consi. 436. Proponitur, num. 33. cum alijs seqq. volum. 4. Tiber. Decian. consil. 23. num. 17. volum. 2.

Imò malitijs & fraudibus ipsis obuiari iura volunt, vt per Quintil. Mandos. consi. 66. Sanctissime, num. 5. vol. 1. Rimin. iun. in comm. Instit. quibus alienare lic. vel non, in princ. num. 473. & in §. 1. de donat. num. 837. & in princ. eiusdem tituli, nu. 1725. idque conuenit secundum eum ibi, num. 1726. tam publicæ, quàm priuatæ vtilitati, ne delicta impunita remaneant. c. vt famæ, de senten. excommunic. & l. ita vulneratus, ff. ad l. Aqui. Guliel. Redoan. in trac. de simonia mentali, c. 10. nu. 24. in 2. par.

10 Ex hinc est, † quòd illud dicimur posse, quod iustè, honestè, & cõmodè possumus. l. nepos Proculo, ff. de verbor. sign. & c. faciat, 12. quæstio. 2.

11 Itaque aduerte, † quòd boni iudicis interest lites dirimere. l. properandum, C. de iudic. & l. quidam, ff. si cert. petat.

12 Ideo collige practicam ex allegatis, † quod si committeretur iudici, quòd compelleret aliquem ad soluendum omni coactione, vt hoc tunc intelligatur salua municipali consuetudine, teste Alex. ad Bar. in l. missi. C. de exacto. lib. 10.

13 Imò etiam postremò † iudicibus grossis causæ subtiles non sunt committendæ, teste Maranta in tracta. de iudicijs, in 6. par. in 2. actu principali, num. 67. & Illustri D. Ranaldo Ridolphio præceptore meo, de rõne, & modo scribendi, fol. 4. in litera A. & Borgnino Caualcan. decis. 33. aliàs 4. nu. 23. in ti. de contract. Et ratio ea est; quoniam parum meruerunt, & non veniunt aliter præponendi, secundum Alex. in l. Centurio, num. 10. ff. de vulg. & pupil. substit.

14 Est tamen bene verum, † quòd assiduitas facit bona ingenia, secundum Rosariũ Busti, in 2. par. Sermo. 29. in litera D. de documentis datis scholaribus, fol. 278. Et ingenia grossa studiorum solicitudine redduntur efficacissima, vt voluit Bald. post Senecam, in præfatione Decreti, Fel. in rub. & in c. fi. de præscript. & Paul. Fuscus in tracta. de visitatione, & regimine ecclesiarum, lib. 1. cap. 17. num. 7.

15 Et vnico verbo sic habeto, † libros de manibus Doctorum nunquam deponendos, noctemque cum die legendo coniungendam: helluonem et librorũ esse: & denique legendi sitim nunquam extinguendam, pro recto iudicio proferendo.
Et cum nemini dubium esse posit, quin multa
16 mala pariat ignorantia, ideo concludo, † quod nullus potest esse iudex, nisi sit peritus, & cõsequenter cognoscens de causa debet esse prudens, & peritus, vt nõ solùm cognoscat merita causæ, de quibus est informatus, sed sciat etiã discernere quid habeat iudicare, vt discurrit, & firmat Io. de Capistrano in Speculo conscientiæ, in princ. num. 30. posito in tomo 1. tractatuum, impressorum in anno 1584. Et de hoc mirandum vtique non est: nam iudices imperitos instituere, valde periculosum est. c. monasterijs, 19. quæst. 3.

ARGVMENTVM.

Non probat depositio testis habentis interesse super aliquo negocio.

SVMMARIVM.

1 *Testis tractans de se exonerando, & deponens in causa in qua habet interesse, non probat.*
2 *Testis deponens ad proprium commodum, minimè probat.*
3 *Testes habentes interesse, non probant.*
4 *Testes deponentes in causa propria, non probant.*
5 *Testes renuntiantes eorum commodo, probant in causa propria.*

DECISIO CLXXIX.

1 TESTIS † tractans de se exonerando, deponensque de facto suo in causa in qua habet interesse, non probat, quia videtur deponere in causa propria, ita Bart. in l. deferre, §. item decreuerunt, ff. de iure fis. loquens in procuratore, Panor. in c. insuper, de testib. Anto. Imo. & Fely. col. fi. in c. cum à nobis, eo. tit. Afflic. in consti. mores dissolutè viuentium, ver. 12. Alexan.

xan.consi.107.num.4.vol.1. Corn.consi.145.nu.
1.vol.4.consi.130.num.4.vol.1. & consi.160.nu.
3.vol 2. Riminal.iun.consi.373. Super incendio,
num.29.vol.4.& consi.382. Narrat,num.3.consi.
441. Petunt fratres,sub num.54.&seq.eod.volu.
consi.315.Quoniam,num.5.&seq. volu.3. Bero.
consi.164.In causa cuiusdam,num.22.vol.3.Ioan
nes de Monte Sper.consi.244.nu.6.vol.1.

2 Nec non †testis deponens ad proprium com-
modum,minimè probat, ita Alex.consi.107.nu.
4.volu.1.Neuiz.cons.47. Ipsius Christi, num.12.
Corn.consi.145.nu.1.vol.4.

3 Et sic †testes habentes interesse aliter nõ pro-
bant, l.omnibus, & ibi glo.& Doct. omnes,ff.de
testib. Abb. Fely.&alij omnes in d.c.insuper, de
testib.Bal.& Alex.in l.si cui,§.fi.ff.de leg.1. Bar.&
cęteri omnes in l.si quis ita, ff.de reb. dub. Bero.
4 consi. 124 num.27. volu.1. † quoniam videntur
tunc in causa propria deponere, vt per Bal.consi.
227.vol.5.& Craue.cons.99.nu.2.

5 Est tamen bene verum, † quòd testibus renun
ciantibus eorum commodo, veluti recipienti ad
vsuram,& in alijs similibus casibus, fides præstan-
da est, vt per Bal. & alios omnes in l.dictantibus,
C.de testam. Fely.in c.personas, in fi. de test. Si-
mon de Prętis, consi.102. num.16. volu.1. & ita
alias iudicauit sacra Audientia Barensis, in anno
currenti 1590. ad fauorem egregij Horatij Pro-
speri de Busis de Ciuitate Vigiliarum.

ARGVMENTVM.

Pacta,quòd capitale semper sit saluum in societate animalium & in simili casu, non tenet, & est inualidum, & semper per recipientem animalia potest annullari.

SVMMARIVM.

1 *Pactum, capitali semper saluo, in societate animalium,& simili casu factum,nullum, illicitum, iniquumque reputatur,atque vsurariam sapit prauitatem, num.3.*

2 *Societas fieri potest vt lucri & non damni pars sentiatur circa mercimonia & non quo ad capitale.*

3 *Pacta contra naturam fraternitatis & æqualitatis debitæ inualida.*

4 *Fęnerari etiam pro redimendis captiuis non licet.*

5 *Dominium ex contractu inualido atque illicito, an transferatur in recipientem secuta traditione cum iuramento, & vtilitate pupilli, vbi distinguitur.*

6 *Contractu ex inualido, cui dolus causam dedit, sincerè dominium translatum dicitur.*

7 *Societas quamuis licitè contrahatur vbi vnus dat animalia ex parte sua, alter verò operas, tamen ob pactum saluo capitali per recipientem, illicita reputatur.*

8 *Alienatio rei ecclesiasticæ non seruata iuris forma est ipso iure nulla, si ecclesia velit.*

9 *Ecclesia concedente rem in emphiteusim debitis solennitatibus auth. perpetua, & similium iurium non seruatis, emphiteuta tenetur soluere ac si res ipsa solenniter concessa foret.*

10 *Pastoris de fraude & præiudicio opponere, esset quodammodo de iure tertij.*

11 *Tertij ius vbi est exclusiuum iuris partis, ipso volente, de iure tertij non consentientis non opponitur.*

DECISIO CLXXX.

1 PACTVM, †ac conuentio, quòd capi-
tale sit semper saluum in casu societatis
animalium, vel in alio simili, non valet,
neque tenet, imò iniqua atque penitus iniusta re-
putatur ab omnibus, vt per Glo. in cap.plerique,
14.q.3.per textum in l.5.ff.pro socio. imò plus di-
cit Bal.in l.1.in 8.quæst.C.eo.titu. quòd iste con-
tractus sapit vsurariam prauitatem: ideoque quic
quid percipitur de lucro extenuat sortem, cũ hu-
iusce pactum sit re ipsa, contra naturam societa-
tis, vt ibi per eum, & pro eademmet sentẽtia Bal.
est bonus tex.in l.si non fuerit, §.Aristo,ff.pro so-
cio. vbi apertè dicit tex. quòd societas est satis ini-
qua, vbi vnus patitur damnum, alter verò sentit
lucrum, & ideo nulla. nam si essemus in casu quo
etiam capitale foret deperditum in totum, vel in
partem, certè pastor ponens operas semper esset
in damno operarũ, & iuxta formam pacti, etiam
in damno capitalis, & ponens capitale nunquam
esset in damno,sed semper in lucro. & consequen
ter isthæc conuentio redditur satis illicita,& iniu-
sta, prout huicmet sententiæ acquiescit etiã Cal-
derin.in repet.c.nauiganti,col.6.in 2.quæst. extra
de vsur. vbi affabrè quidem respondet ad text. in
2 §.& adeo, Instit.de societ. vbi dicitur,† quòd po-
test fieri societas, vt quis sentiat partem lucri, &
non damni, vt ille textus locum commodum,con
gruentemque obtineat in lucro, & damno con-
tingente circa mercimonia, & non quo ad ipsum
capitale, eandemque sententiam Glo. Bal. & se-
quacium satis apertè firmauit etiam Abb. in cap.
per vestras,col.2.extra de donat.inter vir. & vxor.
tanquam verissimam, & respondet magis notabi-
liter ad textum in d.§.& adeo, Instit. de societ. vt
procedat in parte præstante operas, quemadmo-
dum in pastore, nam pastor semper deperdito ca-
pitali esset in damno operarũ, & si deperdat ope-
ras in totum, non est inconueniens pacisci, quòd
non contribuat in damno capitalis, sicut ponens
capitale minimè contribuit in damno operarum:
& ideo istud pactum nullatenus substineri potest
ex parte ponentis capitale, puta animalia, seu to-
tam pecuniam in societate, & eandem sentẽtiam
videtur amplecti etiam Ancha. in d. cap. per ve-
stras, in 12. not.vbi dicit, sed dubito in casu illius
cap.vtrum pecunia debeat dari periculo mercato
ris, vt si eam perdat suum sit periculum; si lucre-
tur, det partem viro: & ait, videtur ista quodam-
modo vsura, postquàm capitale non subiacet pe-
riculo. & consequenter assentitur, quòd vbi capi
tale est semper saluum,& dans capitale participat
de lucro, sapit vsurariam prauitatem, & refert, se-
quiturque inibi Præposit.in 2.col.& hinc Azo in
summa, in titu. C.depositi, col.2. versi.ille autem
modus, quem refert, & sequitur Glo. in l.si non
fuerit,§.societatem,ff.eo.tit. concedit non imme-

ritò

rito quidem, quòd cum societas sit quædam fra-
3 ternitas. l. verum, in princ. ff. eo. titu. † pacta facta contra naturam fraternitatis, & æqualitatis debitæ, sunt inualida. & licèt Abb. sibi ascripserit secũdam solutionem, & notabilem intellectum ad d. §. de illa, versi. & adeo, Instit. de societ. tamen illa, re ipsa fuit Goffre. in summa, in tit. de vsur. in c. fi. prout eum recensuit, eiusq; etiam opinionem laudauit, & approbauit Lauren. de Rodul. in repet. cap. consuluit, in tract. de vsuris, in 19. quæst. asserens quoque ibi, sententiam Azo. Accursij, Goffr. & sequacium, concedentium tale pactum esse inualidum, & contra naturam societatis, tanquam improbatum, fore ab omnibus tenendam, reprobata opinione Hosti. vti iniqua, & eandem sententiam cum solutione, & ponderatione allegata ad d. §. de illa, substentat atque tuetur Saly. etiam in auth. ad hæc, C. de vsur. eamque tenendam fore manifestat itidem Ambros. de Vigna. in repet. c. salubriter, fol. 12. versi. quarta conclusio, vbi congerit etiam alios eiusdem opinionis authores, & præsertim S. Bernardinum, protectorem nostrum, in sermo. de Euangelio æterno, in sermo. Iam fœtet, vbi plannm facit, tale pactum esse manifestè vsurarium, & ita firmat etiam S. Antoninus in tract. contra vsurarios, in quæst. 37. Inquirendum est etiã, & sic consuluit quoque Roma. consi. 237. Pro habenda substantia veritatis, col. 2. versi. secundò istud clarè deciditur, & istorum opinio extat re vera communis, tam Legistarum, quàm Canonistarum, teste Ioan. Lupi in repet. d. c. per vestras, in 6. not. lucrum honestum, §. 11. ampliari potest secundò, nume. 1. & seqq. fol. 255. & seq. vbi cum necessario fastigio huicmet sententiæ affert, atque anget commodum non mediocre.

Nec obstaculum illud foret in consideratione aliqua, dum allegaretur, seu quomodolibet proponeretur, quòd animalia, seu alia bona erant pupillorum, & minorum. & ideo licitè illa concedi potuissent ad soccidam saluo capitali, vt habeat
4 vnde pupillus viuat, seu alatur. † Quoniam etiam pro redimendis captiuis non licet fœnerari, vt no. in cap. super eo, extra de vsur. & idem concedit Abb. in d. cap. per vestras, colum. 2. quòd non licet mulieri pro conseruatione dotium, & viduæ dare pecunias dotales ad rationem decem pro centenario.

5 Cæterùm posito, † quòd isthæc conuentio sit illicita, & inualida, an nihilominus secuta traditione cum iuramento, & vtilitate pupilli, dominium sit ex contractu inualido translatum in ipsum recipientem cum pacto prædicto? & certè articulus iste mirabiliter, & præclarè deciditur per Bald. in l. vnica, col. 2. C. de suffra. vbi distinguit, aut peccat in causa intrinseca, ex quo contrahens contrahere nequit, quia extat persona inhabilis; vel illa res minimè reperitur in cõmercio nostro, & tunc haudquaquam transfertur dominium ipsum, per illum textum, & per text. in l. multum, cum ibi not. ff. de verb. oblig. si verò peccat in causa extrinseca, puta, propter dolum aduersarij, & hoc nempe casu transfertur dominium, ad quod quidem transferendum sufficit causa intrinseca, puta consensus tradentis. l. eleganter, in fi. ff. de dolo, vbi Glo. in ver. locum, cui accedit ibi Bart. per
6 illum textum, asserens, † quòd ex contractu inualido, cui dolus dedit causam, dicitur sincerè quidem translatum dominium, quod vtique dictum enucleatè sequuntur, & commendant Alex. Pau. Castr. Ias. & alij omnes vniuersaliter in l. 1. §. sicut vxori, ff. de acqui. possess. ita itidem in præsenti spe
7 culatione, † licèt societas licitè contrahatur, vbi vnus dat animalia ex parte sua, & alter operas, per ea quæ habentur in l. 1. C. pro socio: tamen ob pactum factum saluo capitali, per recipientem reputatur illicita, & dominium est tunc translatũ, non obstante pacto, maximè cum non appareat capitale consumptum.

Et tanto magis hoc procedit, vbi inualiditas cõsideratur propter interesse præstantis operas, & sic pastoris, quo quippe casu contractus diceretur dubio procul irritus, eo demum volente, per textum in l. Iulianus, §. si quis à colludente, ff. de actio. empti. & notatur in l. eleganter, in princip. ff. de dolo.
8 Nam † & alienatio rei ecclesiasticæ, non seruata iuris forma, est ipso iure nulla, ita demum ecclesia volente, & non aliter, secundum Anto. de Butr. & Imo. in c. si quis præsbyter, extra de reb. eccle. non alien.
9 Et ideo † si ecclesia concederet rem in emphyteusim, non seruatis debitis solennitatibus, de quibus in authen. perpetua, & in authen. si quis ruinas, C. de sacrosanc. eccles. & in capitu. vt super, extra de rebus eccle. non alienan. tamen emphyteuta ita teneretur soluere emphyteusim, sicut si extitisset concessa cum debita solennitate, vt probat text. in §. si vero, quem Angel. ibi ad hoc not. in Authen. de non alienan. collat. 11. pro qua quidem sententia facit text. in l. 2. ff. de lege commisso. & quod scribit Bald. in l. commissoriæ, in fine, C. de pact. inter empto. & vendito. & quæ habentur in l. si iudex, ff. de minor. cum alijs cumulatis per Fely. in cap. fin. colum. 5. extra de exceptio.
10 Maximè, † quia opponere de fraude, & præiudicio pastoris, esset quodammodo opponere de iure tertij, contra regulam l. loci corpus, §. competit, ff. si seruit. vendic. & in l. si quis emptionis, §. si verò nullum, C. de præscriptio. 30. annorum.
11 Et † vbicunque ius tertij est exclusiuum iuris partis tertio volente, tunc profectò regulariter de iure tertij opponi nequit, tertio non consentiente, vt dicit Barto. notabiliter in l. secunda, ff. de exceptio. rei iudic. per tex. in l. si ager vect. & in l. 2. C. de iure emphyt. in tantum quòd concludenter, constanterque dicendum est in casu, de quo agitur, per contractum celebratum, quòd fuerit partibus volentibus dominium translatum in pastorem recipientem, prout ita etiam decisum extitit in Regia Audientia Capitinatæ Apuliç, Comitatusq; Molisij, in anno 1583. in causa tunc vertente inter aliquos de Terra Sancti Martini.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Quòd affinitas dissoluitur per mortem alterius cõiugum in totum, præterquàm ad impediendum matrimonium ratione publicæ honestatis: Et propterea causæ, quæ ventilantur inter affines post mortem alterius coniugum, non debent compromitti.

SVMMARIVM.

1 *Affinitas etiã in materia fauorabili ob vxoris mortem inter virum & consanguineos vxoris, & consequenter inter generum & socrum dissoluitur, nisi ad matrimonia impedienda, nu.9.*

2 *Affinitate soluta priuilegium veniæ petendæ ob eam introductum cessare debet, & nu.7.*

3 *Statutum disponens quòd causa inter affines compromittantur, de durante affinitate intelligitur.*

4 *Socrus, vel socer verè ac propriè amplius non dicitur soluto matrimonio.*

5 *Causa inter priuignum & nouercam patre mortuo compromitti non debet, nec inter socerum & generum vxore mortua, nu.seq.*

6 *Admitti tanquam affinis volens ad beneficium in alterius præiudicium, matrimonio dissoluto admitti non potest.*

8 *Statuti beneficium, vt causa inter affines compromittatur, etiam muliere in viduitate perseuerante, implorari non potest.*

10 *Socrus à genero matrimonio, & affinitate durante absque venia in ius vocari non potest. Et an possit agi venia non petita, & priuilegia affinitate dissoluta remaneant, nu.12.*

11 *Socrus & nouerca, cum loco matris sint, venia non petita in ius vocari non possunt.*

DECISIO CLXXXI.

1 AFFINITAS † reperitur dissoluta re ipsa in ter virum, & consanguineos vxoris, secuta morte vxoris: taliter quòd ob mortẽ vxoris soluta est affinitas ipsa omni dubio procul inter virum, & consanguineos vxoris, & consequenter inter socerum, & generum, vt est tex. in l.cui eorum, §.affinitatis, ff.de postulan. nisi quo ad matrimonia impedienda, §.affinitatis, vers.socrum quoque, Instit.de nupt. vbi dicit textus, q ipsum dissoluta demum affinitate procedit. quæ quidem iura discernuntur canonizata in §. tria sunt, ver. affinitatis, 3.q.7. & ita concedit etiam Marc.Ant.Blanc. in tract.de compromissis, in 3. quæst.in ver.soluto matrimonio, vbi adducit quo que alia quàmplurima concordantia iura: imò hoc sic etiam ibi amplificat, vt minimè gentium compræhendantur prædicti, tanquam consanguinei, etiam si essemus in materia fauorabili, atque itidem si vidua ipsa semper permaneret in viduitate, ac denique etiam si extarent filij, & ita postremò declaratum extitit, in anno 1589. ad fauorem affinium cuiusdam forisdicati in sacra Audientia Barensi, & aliàs in magna Curia Vicariæ.

2 Vnde † si soluta affinitas appareat, cessare meritò debet priuilegium veniæ petendæ, intuitu affinitatis introductum, teste Glo. notabili, & singulari in l.sed hoc ita, §.succurrendum, ff. de re iudica. prout protulit etiam Bart.in d.l.cui eorum, §. affinitatis, quòd affinitas eatenus durat, quatenus durat matrimonium.

3 Et inde est, † quòd si staret statutum in ciuitate, vt causæ inter affines compromittãtur: prout hodie in Regno dispositũ extat per Regiam Pragmaticam; si matrimonio dissoluto morte vxoris contingat litem oriri inter quondam socerum, & generum, illa quippe causa tunc non debet compromitti, affinitate soluta: quia debet absque scrupulo aliquo intelligi illa durante. ita Bal. Paul. Castren. & alij vniuersaliter omnes in d.l.cui eorum, §.affinitatis, & idem Bald. & Salyc. in l.fin. C.de verbor. signific.

4 Vbi vtiliter nempe concedit, † quòd dissoluto matrimonio non dicitur amplius verè, & propriè socrus, cum filia mortua sit, quæ erat radix istius affinitatis. pro quo est optimus textus in l.3. §.fi. C.de donatio. inter vir. & vxor. vbi mortua vxore, nõ dicitur amplius socer, sed quondam socer. & huic sententiæ acquiescit, etiam non absque ratione Bal. in l.affinitatis, in fi. C.commun.de successio. vbi testatum reliquit, quòd mortua vxore sopita est affinitas quo ad omnia: præterquàm quo ad matrimonium impediendum, ex quo affinitas consumpta pro nullo habetur.

5 Et ideo † si quæstio vertatur inter priuignum, & nouercam mortuo patre, causa nõ debet compromitti, vt per Bal. in eademmet l.affinitatis, & Anchar. in repet. c. Canonum statuta, in 14. principali quæst. vers. quæro vlterius de verbo, cõsanguinei, de constit. concludentem ibi, quòd mortua filia verè, & propriè non potest amplius dici, & appellari socrus, dissoluta affinitate.

Et pro eadem sententia optimè quidem facit, quod voluit etiam Paul. Castrens. in l.rei iudica-
6 tæ, §.socero, in fi. ff.solu.matrim. † quòd si aliquis vult admitti ad aliquod beneficium in præiudicium alterius, tanquam affinis, matrimonio dissoluto, non debet admitti: quia censetur tunc dissoluta affinitas: vnde inter socerum, & generum, mortua vxore, causa non debet compromitti, vbi Alex. in finalibus verbis assentitur expressè, quòd textus in §.affinitatis, Instit.de nupt. solummodo procedit quo ad hoc, vt sciamus vtrum matrimonium contrahi possit: non autem quo ad alios effectus affinitatis: tunc enim dubio procul fortitur locum Glo. in d.l.sed hoc ita, ff.de re iudic.

7 Ex quibus omnibus patet, † quòd socrus dissoluto matrimonio nullum potest prætendere priuilegium, seu effectum ratione affinitatis, in præiudicium tertij, quanto magis petere nequit pœnam veniæ nõ petitæ à quondam socru, quæ tempore litis motæ non erat socrus, vt supra planè ostendimus, & eandem sententiam profert esse communem Alexand. in d. l. sed hoc ita, quam legit cum l.non tantum, præcedenti, colum. fin. vbi refert, quòd pro ista sententia, tanquam ma-
8 gis communi consuluit in casu fortiori, † si mulier perseueraret in viduitate, quòd adhuc minimè

mè posset implorare beneficium statuti, vt causa inter affines compromittatur, & cum eadem sententia transiuit Ias. cum alijs quàmplurimis aggregatis per eum in d. l. sed hoc ita, quam legit cum l. sicut autem, quæ immediatè illam præcedit, in
9 colum. fi. vbi finaliter concludit, † quòd omnes effectus affinitatis sunt sublati, affinitate morte soluta, præterquàm quo ad matrimonium impediendum, vt notat ibi per Gl. quam omnes aiunt singularem in iure: sed verè habet consimilem, videlicet in §. affinitatis, 3. q. 7. in ver. affinitatis, quæ vult, quòd defuncto altero ex coniugibus, dissoluta est affinitas quo ad omnes alios effectus prçter quàm quo ad matrimoniũ impediendum, ratione publicæ honestatis.

Et proinde protulit in proprijs terminis nostris Ang. de Aret. magister practicç, in §. affinita-
10 tis, Instit. de nuptijs, in vltimo not. † quòd licèt socrus non possit in ius vocari à genero sine venia. l. generaliter, ff. de in ius vocan. tamen illud re ipsa locum obtinet matrimonio, & affinitate durante: non autem eo finito morte vxoris, & eandem sententiã probat Doctor veritatis, Mar. Soc. in tract. de citatio. in 20. art. in 1. quæst. colum. 5. vers. vndecimò in nouerca. vbi ita discurrit, quòd pro ista opinione, quòd soluto matrimonio socrus possit conueniri venia non petita, est casus in terminis in l. de his, C. de furtis, sic illam subti-
11 liter inducendo; † nam socrus, & nouerca ideo non possunt in ius vocari, venia non petita, quia loco matris sunt, vt habetur in l. generaliter, ff. de in ius vocan. & in §. affinitatis, Institu. de nuptijs. contra quas quidem personas cum non detur actio famosa, & ideo agi debet venia petita, ad hoc vt prætor discernat ante citationem, vtrum actio intentata famosa sit, ne sigillet famam matris, socrus, seu nouercæ, quæ matris loco sunt.

12 Vnde ius non immeritò quidẽ introduxit, † ꝙ prius agatur, venia coram prætore petita, qui hoc discernere habet, vtrum venia sit concedenda, vel non, vt inquit textus in l. sed hac lege, §. prætor ait, ff. de in ius vocan. sed nos videmus, quòd contra nouercam, matrimonio dissoluto, lex permittit agi furti per pupillum, mortuo patre, & sic actione famosa, per textum in d. l. de his, C. de furtis. meritò igitur non est tractandum de venia. & ita refert idemmet Soc. tenere Odofred. in d. l. de his. Præterea soluto matrimonio dissoluta est affinitas, per iura superius allegata. Concludit itaque Soc. in loco antesignato, quòd in huiusmodi casu agitur, venia non petita. & sic per omnia præmemorata conuincitur de plano, & absque scrupulo aliquo doctrina Alex. in l. generaliter, ff. de in ius vocan. quod pace tanti viri dixerim, penitus falsa, & non vera discernitur, volentis, quòd affinitate dissoluta remaneant priuilegia introducta in reuerentiam socrus: quia est hoc de diametro quidem contra textum, & Glo. in l. sed hoc ita, ff. de re iudicata. & l. rei iudicatæ, §. socero, ff. sol. matr.

Quoniam, vt non conueniatur nisi inquãtum facere potest, est introductum in reuerentiam soceri: & tamen dissoluto matrimonio, cessat vtique priuilegium affinitate soluta, vt habetur in dictis iuribus, & sentit etiam Alex. in alijs locis supra allegatis, sibi contrarius, volens, quòd cesset omnis effectus affinitatis, prçter quàm quo ad matrimonium.

Præterea, quòd nõ conueniatur actione famosa, nonne est introductum in reuerentiam affinitatis? certè sic: & tamen ea soluta agitur actione famosa, teste Mar. Soc. in loco præmemorato.

Pro quo optimè facit, quia Gl. singularis, & cõmuni voto omnium approbata in d. l. sed hoc ita, planè explanat, quòd cessant omnia priuilegia, & fauores affinitatis. & isthæc sententia est re ipsa communis, vera, & concors omnium in iure Scribentium, pro qua aliàs consuluit idem Alex. vt ipse ibidem refert: maximè quia sumus in pœnalibus, vbi mitior sententia debet attendi: & vbi agitur de præiudicio alterius, nõ dicitur amplius, nec appellatur socrus, seu gener affinitate soluta, vt extat in iure demonstratum. & ita dum aliàs casus contingisset in Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ, Comitatusque Molisij in anno 1584. me assidente in ea tunc Auditore, & causæ commissario, extitit iudicatum, in socru, & genero, etiam filijs superstitibus, quòd dissoluta affinitate, venia non erat necessariò petenda: & ideo nul latenus incursam pœnam extitisse. & ita reperio superioribus annis decisum, etiam mediante decreto per D. Principem ciuitatis Melfitti, & eius dignissimam Audientiam, patrocinante tunc in causa illustre D. Archidiacono Antonio Sarraceno, primario ea tẽpestate in Regno Aduocato.

ARGVMENTVM.

Clausulæ insolitæ in instrumento faciunt censeri contractum simulatum.

SVMMARIVM.

1 *Pactis & clausulis insolitis fraudem contractumque simulatum præsumi, ac falsitatis suspitionem induci, præcipuè pluribus clausulis simul iunctis.*
2 *Insolita suspitionem pariunt, fraudemque arguunt.*
3 *Cautela nimia in contractu bonam fidem non affuisse ostendit.*
4 *Cautelæ insolitæ adeo fraudem arguunt, vt in contrarium probatio non admittatur.*
5 *Conuentio contra naturam contractus, simulatũ vsurariumque contractum arguit.*

DECISIO CLXXXII.

1 Pacta † insolita apposita in instrumento, & clausulæ similiter insolitæ, faciunt præsumi fraudem, atque contractum simulatum. c. ad nostram, de empt. & vendit. c. illo uos, de pignor. Bal. in l. si quis sub conditione, ff. de condit. instit. Cæpol. de simulat. contract. præsumpt. 48. Corn. consi. 193. nu. 9. vol. 4. Tiraquel. de vtroque retract. tit. 11. in præfat. num. 32. Barbat. consi. 70. Illud in medium referam, col. 5. vers. octauò, quòd ratificatio contractus absolutionis fuerit, & cõsi. 76. Illud in medium afferam, col. 2. vers.

vers. item emptio, & venditio potest fieri ad certum tempus, volu.3. & consi.6. Illud in medium adducam, nu.11.volu.4. Menoc.consi.422. Cum falsi crimen, num.109. & seq.vol.5. Marsi.in l.de minore, in princ.num.14. vel 24.ff.de quæstio. & Ant. Gallesi.in tract.de form. cameral.oblig. in 1. par.q.1.num.1. cum alijs seqq. Afflic. in tract. de iure prothomiseos, §.4.nu.18. Steph. de Federic. de interpret.iuris, in 3.par.num.28. Neuiza.consi. 34.In Christi nomine, num.26. Prosper Pasethus consi.118. In causa, num.2. Hierony. Grat.consi. 117.num.23.volu.1. Pactum igitur insolitum arguit simulationem. Riminal.iun.consi.226.num. 18.vol.2. Et sic clausula insolita suspitionem falsitatis inducit, vt per eundem Riminal. consi.196. num.77.vol.2. Et maximè si plures clausulæ insolitæ sint simul iunctæ. Boccius, consi.72.num.26.
2 vol.1.† Insolita etenim suspitionem pariunt. Crauet.consi.355.num.10.& consi.494.num.25.vol. 3.consi.854. nu.6. & consi.889.nu.7.volu.5. itaudem etiam ab insolitis, seu his argui, quæ præter morem fiunt, idem Crauet.consi.977.nu.6.vol.5.
3 Imò † nimia cautela arguit etiam in contractu non adfuisse bonam fidem, vt per Bald. in l.3.C. plus valere qnod agitur, Alcia. consi.18. Pacti ver ba, nu.16.tomo 3.lib.8.
4 Nec non † cautelæ ipsæ insolitæ arguunt etiam in tàtum fraudem, quod minimè admittitur probatio in contrarium, teste Marsi. in d.l.de minore, col.5. Neuiza.in d.consi.34.nu.27.
5 Taliter, † quòd conuentio contra naturam contractus, arguit contractum simulatum, & vsurarium: cum fraus re ipsa ex insolitis arguatur. l.si quis sub conditione, ff.de condit.instit. Alber.in l.dissolutè, C.de condic. ex lege, Alex.consi.46. col.2.volu.3. Cæpol.in tract.de simulat.contract. præsump.6. Riminal.inn. consi.338. Laurentius, num.42.vol.3. Ant. Ciofius, consi.97. Cum facti, num.7.vol.1. prout ita aliàs iudicauit Regia Audientia Apuliæ, in anno 1584. ad fauorem magnifici Iulij de Querquis de Lucena.

ARGVMENTVM.

Lęno & lęna puniuntur pœna vltimi supplicij, & tanto magis si est maritus lęno suæ vxoris.

SVMMARIVM.

1 *Mulier amasiam alicuius pecunia accepta recepias, an mortis pœna afficiatur.*
2 *Lęnones morte naturali puniuntur, licèt de consuetudine Hyspanica fustigentur.*
3 *Maritus semel adulterari vxorem patiens, lęno est, atque vti talis punitur, cum lęnocinium & adulterium pari pœna puniuntur.*

DECISIO CLXXXIII.

1 MVLIER † recipiens pecuniam, vt amasiam tuam in domo conducat, & recepter, punitur pœna capitali. l.1. ibi, corrū pti Comites vltimo supplicio afficiuntur, ff.de extraor.crim. & Rom.sing. ... sed Bologn. ibi in addit. dicit hoc non probare, verum solummodo lo qui in Comite, & nō in alio. sed quicquid ipse sua
2 deat, aduerte, † quòd lęnones, id est masculi, qui ob patratum lęnocinium in quacunque fœmina condemnandi veniunt mortis naturalis pœna, ita Beatus Ioan. de Capistrano in speculo conscientiæ, in 3. & vlt.par.nu.103. posito, in 1.tomo Tractatuum impressorum in anno 1584. Afflic.in cō stit. lęnas, Gomesius super l.80. Tauri, & est tex. in Auth.de leno.§.præconizamus, coll.3.& in Regno in prag. Desiderantes, in tit.de lęnonibus. Et licèt de consuetudine cōtrarium seruetur in Hyspania, vt lęnones ipsi cum mitra fustigentur, & flagellentur, attestante Gomes.in loco antesignato, & Iodoc.in sua pract. in c.89.nu.43. tamen in Regno, præmemoratæ Prag. vigore, lęnones vltimi supplicij pœna damnandi sunt, & præsertim vbicunque saltem prostituisset duas mulieres ad miseram vitam, vt videtur innuere tex. in d.prag. Desiderantes. Et eo magis hoc de plano procedit, quando maritus lęno suæ vxoris foret: tunc quippè puniendus ille veniret pœna mortis naturalis, vt per Afflic. in consti. mariti lęnocinium, & ita in facti contingentia iudicaui existens Auditor in Prouincijs Apuliæ sub die 2. Maij, 1583. contra Nicolaum Rubeum de Ciuitate Larini, condemnando eum pro lęnocinio commisso cōtra Cyllam eius vxorem, ad torturam, vigore in-
3 diciorum contra eum existentium. † Et tunc maritus vxoré adulterari semel passus, lęno quidem foret, & eo nomine puniri quoque, absque difficultate aliqua posset. l.mariti, §.qui quæstum, de adulte. Pet. Royzius, decis.4.num.120. Nam lęnocinium & adulterium pari pęna puniuntur. Saly., in l.castitati, nu.5.ad l.Iul.de adult.

ARGVMENTVM.

Maior fides adhibetur libris Regijs & Apostolicis quàm testibus. Et quādo libri mercatorum faciat fidem, & sic etiam scripturæ priuatorum quando sunt mortui.

SVMMARIVM.

1 *Libris Regiæ, Apostolicæque Cameræ fides plenissima præstatur.*
2 *Libro Baptismi Ecclesiæ parochialis super ætate fides adhibetur.*
3 *Libro patris super filiatione creditur, & in quo est scripta natiuitas filij probat filiationem, nu.14.*
4 *Instrumenta & testes licèt in probationibus parem vim habeant: scriptura tamen publica & fiscales testibus meliores, & magis probant. limitatur tamen, num.seq.*
5 *Libro officialis publici in forensis præiudicium nulla fides.*
6 *Probatio solutionis tributorum non fit per testes, sed scriptura requiritur, vt in libro soluentium tributa non descriptus non soluisse præsumatur.*
7 *Liber Thesaurarij fidem facit, & tanquam ad speculum veritatis recurritur.*

Solutio

8 *Solutio facta fisco per debitorem ex contractu, per testes etiam probatur, alias non, nisi per scripturam.*

9 *Probatio in antiquis quæ per instrumenta induceretur, præstantior & tutior quàm quæ per testes.*

10 *Literis episcoporum in pertinentibus ad eorum officium statur, sicut illis iudicis ordinarij, etiam testibus non subscriptis.*

11 *Libris mortuorum maxima fides præstanda, & mortuorum magis quàm viuorum scripturæ creditur; morsque magis operatur quàm iuramentum, atque pro defuncti scriptura præsumitur.*

12 *Libri mortuorum, præcipuè à bonis viris conscripti, semiplenam saltem inducunt probationem.*

13 *Libri priuatarum rationũ defuncti viri boni & valde fide digni, non tantum semiplenè, sed plenè etiã probant.*

15 *Aetas ex libro natiuitatis sufficienter probatur.*

16 *Pater & mater super filij ætate testificantur.*

DECISIO CLXXXIIII.

1 LIBRIS † Regiæ, seu Apostolicæ Cameræ fides plenissima est præstanda; secundum Rotam Rom. decis. 32. de præb. in antiq. Bart. in l. 1. ff. si cet. peta. Bellamé. decis. 9. & 675. & Paris. consi. 140. nu. 17. vol. 4. Prosperum Pasethum, cons. 94. Non existimabam, nu. 1.
2 Prout † fides præstatur etiam libro Baptismi Ecclesiæ parochialis super ætate, vt per Pau. Aemil. Veral. decis. 314. seu 4. Aetas probatur, in 1. parte; & ita aliàs iudicaui in varijs causis, & vidi etiam iudicari superioribus annis tam in negotijs ciuili-
3 bus, quàm criminalibus. † Et præstatur denique etiam fides libro patris super filiatione, secũdum Saly. in l. si minore, C. si in integ. restitut. & Pau. Aemil. Veral. cum alijs aggregatis per eum in d. decis. 314. nume. 3. & ita aliàs decisum extitit in anno 1583. in Regia Audientia Apuliæ in causa tunc vertente inter aliquos de Terra Collis-torti.
4 Et † quamuis instrumenta, & testes parem vim habeant in probationibus, l. in exercendis, & ibi Docto. C. de fide instru. & l. 1. eo. tit. Spe. in tit. de probatio. §. 3. & Canonistæ in c. quoniam contra, de probat. tamen ipsæ scripturæ publicæ, & fiscales melius probant, quàm testes, & eis plus creditur de tempore, ita Bal. in l. optimam, C. de contrah. & commit. stipulat. & Doct. in locis præallegatis, in quibus concedunt scripturam publicam, & fiscales libros vincere testes: & hoc probatur vltra Doct. præcitatos, per tex. in l. census, de probatio. vbi monumenta publica sunt potiora.

5 Sed † hoc vtiliter quippè limitat Alexan. consi. 68. sub num. 15. volu. 2. non procedere contra forensem, vt tunc libro officialis publici fides re ipsa nulla præstanda sit, ad præiudicium non subditi, dum in ipso libro scriberet collectam fuisse solutam per aduenam in territorio bona possidentem, & reassumit altiori fastigio Iaco. Berettæ consil. 88. Constitui, num. 19. vol. 1. Crauet. in tract. de antiq. temp. in 1. par. sect. exordiente, Quartò, num. 71. Antonius Ciofius, consi. 103. Quoniam audio, num. 1. & seq. volu. 1. Riminal. iun. consi. 432. Constare, num. 10. cum alijs seqq. volum. 4.

6 Imò † probatio solutionis tributorum, & sic canonis publici, fieri nequit vllo modo per testes, cæterum requiritur necessariò scriptura. l. 1. & ibi Glo. C. de apo. publi. lib. 10. & Ias. in l. 1. col. 56. vers. vltimò pro complemento, C. de iure emphyteu. vbi concedit etiam, quòd qui non reperitur descriptus in libro soluẽtium tributa publica, præ sumitur non soluisse, per tex. in l. 1. C. de extraor.
7 trib. lib. 10. † Vnde liber Thesaurarij fidem facit, & præsumitur verus, & ad eum recurritur, tamquam ad speculum veritatis, & idẽ dicitur de scripturis officialis fiscalis & massarij. Beccius, consi. 5. nu. 2. & seqq. vol. 1.

8 Est bene verum, † quòd solutio facta fisco per debitorem ex contractu, posset probari etiam per testes, aliàs non, nisi mediante scriptura, ita Bartol. in l. 3. in 3. not. C. de fide instrum. & iure hast. fisc. lib. 10.

9 Et sic denique † in antiquis probatio, quæ per instrumenta induceretur, præstantior, efficacior, atque tutior absque scrupulo aliquo foret, quàm ea, quæ per testes fieret, vt firmauere Glo. & alij vnanimi concursu omnes in c. tertio loco, de probat. Iacò. Berettæ, cum alijs cateruatim adductis per eum, consi. 89. Ex his, num. 2. vol. 1. Et hoc ea probatur ratione, quoniam hominum memoria labilis, vt per Bertran. cons. 161. Circa processum, num. 17. volu. 5.

10 Literis † etiam episcoporum statur indifferenter in his, quæ ad illorum pertinent officium. Celsus Hugo cum alijs congestis per eum, consi. 91. Duo sunt, sub num. 6. quemadmodum etiam literis iudicis ordinarij credẽdum est, etiam quòd testes in eis subscripti non sint, ita Iaco. Nouel. in reg. 80. Literis ordinarij, to. 2. vbi ponit hoc pro regula cum quatuor limitationibus.

11 Nec non † libris mortuorum etiam maxima fides adhibenda venit, ita Barthol. Soc. consi. 187. In controuersia, col. 5. versi. non parum adminiculatur, volu. 2. In tantum quòd scripturæ mortui re ipsa magis creditur, quàm viuorum, Riminal. iun. consi. 58. num. 30. volu. 1. vbi rationem assignat, & præsertim concurrente illius bona fama, vt per Bart. & alios vniformiter omnes in l. admonendi, ff. de iureiur. Tibe. Decia. consi. 85. Ex prædicta, num. 37. volu. 2. Riminal. iun. consi. 547. Et prima consideratione, num. 2. volu. 5. imò mors non minorem quippè fidem facit adhiberi libris ipsis, quàm iuramentum, secundum Pau. Castr. consi. 101. Ad bene examinandum dubia, num. 4. vol. 1. vbi concedit etiam post Bar. in d. l. admonendi, ff. de iureiur. præsumi quoque pro defuncti scriptura, & firmat etiam Alcia. in tract. de præsump. reg. 3. præsump. 4. nu. 7. Riminal. iun. consi. 379. Magnifici, nu. 24. & seq. vol. 4.

12 Et † libri ipsi mortuorum si quippè non plenè probarent, saltem semiplenam inducerent dubio procul probationem, & præsertim vbicunque illi à bonis viris conscripti forent, vt per Glo. in l. rationes, C. de proba. Bart. & alij omnes vniuersaliter, & potissimum Ias. num. 120. in l. admonendi, ff. de iureiur. Paris. consi. 7. num. 15. vol. 4. & Fely.

in cap.

13 in cap.1.nu.24. de fide instrum. Unde † liber priuatarum rationum defuncti viri boni & integræ famæ, facit semiplenam probationem, secundum communem opinionem recitatam per Beccium cum alijs signatis per eum, consi.47. In causa quæ agitur, num.13. volu.1. & saltem procedit quando defunctus probaretur valde fide dignus, & ibi quòd faciat plenam fidem, secundum Cumanum consi.137. & communem omnium opinionem.

14 In tantum, † quòd liber patris, in quo est scripta natiuitas filij, probat etiã absque scrupulo aliquo filiationem, vt per Bal. in l. neque natales, nu. 2. C. de probat. Saly. in l. etiam. ff. de probat. Paris. consi.10. num.58. vol.2. Ioan. Petr. Surd. consi. 1. num.52. Ant. Ciofius, consi.118. num.8. vol.2.

15 vbi concedit, † ætatem ex libro natiuitatis etiam sufficienter probari, Bal. in cap. ad hæc. de offi. deleg. Saly. in l. minorem, C. de in integ. restit. Ioan. Vincen. de Anna, sing.379. Pater scribit, vbi ita meminit decisum aliàs fuisse in sacro Consilio, in anno 1568. in facti contingentia ad fauorem minoris, & Simon de Prætis, consi.64. Præsupposita, num.1. vol.1. & Francis. Caldas in l. si curatorem, in ver. minoribus, num.33. & 35. C. de in integ. restit. minor. & num.12. & seq. vtiliter ponit alios modos probandi ætatem, vt per librum publicum, in quo describuntur, qui nascuntur, & per librum parochi, in quo describuntur omnes, qui ex lauacro fontis abluuntur, vt ibi, nu.37. & 38. & Lauren. de Pinu, consi.83. num.4. 10. & 13.

16 Et sic † quãdo tractatur de ætate filij pater & mater admittuntur in testimoniũ pro eis, secundum communem opinionem, quam allegat Iaco. Nouel. in reg.156. Pater licèt nõ possit esse testis pro filio, in fi. tomo 2.

ARGVMENTVM.

Potest fideicommissarius renunciare fideicõmisso futuro, & sic iuri futuro, & quando sunt plures fideicommissarij, quomodo facienda sit renunciatio, & vtrum vnus possit renũciare pro omnibus, & si potest fieri alienatio contra voluntatem testatoris prohibentis alienationem.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissarius fideicommisso futuro, cur renunciare possit.*
2 *Pactum contra testatoris dispositionem valet, illo, in cuius fauorem disposuit, consentiente.*
3 *Bona prohibita alienari, si contraueniendo prohibitioni testatoris debeant ad ecclesiam peruenire, illa repudiante alienatio firma remanet.*
4 *Fideicommissario vno rem prohibitam alienante, & pœna testamentaria non obstante, alteri fideicommissario ius quæsitum esset, apposita in testamento ad præiudicium etiam aliorum fideicommissariorum, nulla redditur.*
5 *Vtilitas mea vbi cum alterius commodo versatur, quo ad me tantum renunciare possum.*
6 *Alienatio rerum fideicommisso subiectarum valet.*
7 *Fideicommissarijs pluribus vocatis, cur omnes fideicommisso renunciare teneantur.*
8 *Alienatio prohibita, per alienantem ipsum reuocari potest.*
9 *Alienatio rei per testatorem prohibita, quousque valeat, quamuis nulla sit.*
10 *Alienatio in hominis fraudem reuocanda, in legis verò ipso iure nulla est.*
11 *Alienatio rerum prohibitarum in quàmpluribus casibus fieri potest, & quibus.*
12 *Fideicommisso per generalem cessionem, in qua nulla de fideicommisso mentio fiat, renunciatum non videtur.*

DECISIO CLXXXV.

1 FIDEICOMMISSARIVS † fideicommisso, quod sperat, absque dubio aliquo renũciare potest. tex. est in l. quoties, la prima, C. de fideicommis. Paris. consi.81. Consultus, num.45. volum.2. & Paul. Castren. consi.427. In causa, quæ vertitur, sub num.1. ver. nec obstat, volum.1.

Et ratio viuax ea est: quoniam fideicommissarius ipse, & quilibet alius potest fauori suo, & pro se introducto renunciare. l. Titio cẽtum, ff. de condit. & demonstr. Quia quilibet iuri suo potest renunciare. l. pen. C. de pact. & l. pactum, ff. eod. tit.

2 valet † enim pactum contra testatoris dispositionem, consentiente illo, in cuius fauorem disposuit testator, secundum Bart. in l.1. C. de pact. col. fin. & Docto. omnes in d. l. quoties, & in l. cum pater, §. liberis, ff. de leg.2. Cum grauatis ad inuicem si alter eorum absque liberis masculis decederet, huiusmodi fideicommissum ad inuicem remitti posset. d. l. pen. C. de pact. & l. de fideicommisso, C. de transact. Et tunc filij positi in conditione cõtrauenire nequeũt modo aliquo. d. l. vtpote quia filij non extant aliter vocati eo casu, sed positi potius extant in conditione; iuxta Glos. in l. Lucius, ff. de hæred. instit. & Pau. Castren. consi.14. Si contingat, num.2. vol.1.

Et hinc proferebat vtile verbum ad propositũ in practica, Ange. in d. l. quoties, in princ. per tex.

3 ibi, † quòd si contraueniendo prohibitioni testatoris, bona ipsa prohibita alienari debeant ad aliquam Ecclesiam peruenire, si Ecclesia tunc repudiaret, alienatio remaneret penitus firma, & efficax, & testatur inibi pluribus vicibus hoc Perusij

4 practicasse: sed † vbicumque vnus ex fideicõmissarijs alienaret aliquam rem alienari prohibitam, non obstante pœna in testamento, quòd tunc esset alteri fideicommissario ius quæsitum, apposita in ipso testamento per testatorem, & ad præiudicium etiam aliorum fideicommissariorum, nulla redditur, & penitus inualida. l. fi. C. communia de leg. Doct. omnes in l. filiusfamilias, §. diui. ff. de legat.1. Gram. decis.93. In causa, nu.31.

5 Nam † vbi versatur vtilitas mea cũ alterius cõmodo, & vtilitate, possum, quoad me dumtaxat, non quoad alium renunciare. l.1. C. commun. rer. & firmat Barto. in l. si quis in conscribendo. C. de pact. & Paul. Castren. in d. consi.247. sub num.1. vers. quando enim.

At vbi alienatio ipsa facta esset ab omnibus fi-
deicommissarijs, valeret absque dubio aliquo:
6 nam † alienatio rerum subiacentium fideicómis-
so valet, atque tenet, secundum Bart. in l. si locus.
ff. de relig. & sump. funer. vbi planè deducit istam
esse communem opinionem, & limitat, & sequi-
tur etiam eandem cómunem in l. seruo legato. §. 1.

Vnde ambulando in præsentiarum per viam
silicatam, euitandoque illam, quæ nuncupari so-
let ab omnibus diuerticulum, & semita tanquam
7 plena sentibus, & spinis, aduertendum est, † quòd
vbi plures reperiuntur fideicommissarij per testa-
torem in suo testamẽto vocati, tunc omnes tenen
tur renunciare fideicommisso: non autem vnus
pro omnibus. d. l. quoties, vbi Doct. hoc apertius
explanant.

Et ratio est, quia nemo plus iuris in alium trans
ferre potest, quàm habet ipse. l. traditio, ff. de acq.
rer. dom. l. nemo plus iuris, vbi Dec. Cagnol. &
alij. ff. de reg. iur. & c. nemo potest plus iuris, & ibi
Dyn. de reg. iur. in 6.

Imò tunc non solùm ille fideicommissarius, ad
cuius præiudicium facta extat alienatio rerum fi-
deicommisso subiectarum: sed etiam alienans ip
se in casu præsenti prohibito à testatore, stãte nul
litate alienationis, posset illam reuocare, eiq; con
trauenire, ita Bar. & alij vniuersaliter in l. post mor
tem, ff. de adop. & Grammat. cum alijs aggregatis
8 per eum in d. decis. 93. sub num. 2. & seq. † Et quod
alienatio prohibita possit reuocari per ipsum alie
nantem, firmat etiam Bal. in d. l. quoties, col. 1. per
l. iubemus, §. œconomus, de sacrosanc. eccles. & fa
cit. l. 1. de contrac. iud. l. fi. C. si maior fac. & l. cum
pater. ff. de leg. 2.

9 Et † licèt alienatio rei prohibitæ per testatorẽ
nulla sit ex allegatis: tamẽ ea valet donec, & quo-
usque fideicommissarius, de cuius interesse agi-
tur, non expostulauerit eam reuocari, vt firmat, &
probat D. Octauia. Cacher. decis. 49. Damnato,
num. 23. & seq.

10 Si quidem † alienatio in fraudem hominis fa-
cta venit reuocanda, quamuis alienatio emanata
in fraudem legis ipso iure nulla sit, tex. est in l. si li
bertus. ff. de iure patronat. Innoc. in c. Raynaldus,
de testam. & in c. fin. de acc. vbi concludit, quòd
quoad actus nullitatem, paria sunt aliquid agere
contra legem mortuam, vel contra legem viuam.
& sequitur Abb. in c. cum olim, col. 3. de arbit. &
sic alienatio in fraudem legis nõ valet, sed in frau-
dem hominis sic, licèt possit reuocari.

11 Cæterùm † alienare prohibitus, potest iure sua
dente, in quàmplurimis casibus impunè aliena-
tionem rerum prohibitarum facere. Et primò res
prohibita alienari, fideicommissoq; subiecta, alie
nari infallibiliter posset in causam dotis. auth. res
quæ. C. communia de leg. & ibi Doct. omnes, Ca
stren. consi. 15. Circa ea quæ superius, nu. 1. vol. 1.

Quæ quidem communis opinio sincerè venit
primò intelligenda, & eo grano salis, vt res sapida
euadat, vbicunque dos ipsa constituta sit congrua,
& non immoderata, & excessiua, vt concedunt
vnanimiter omnes in d. authen. res quæ, & Paris.
cũ alijs coaceruatis per eum, consil. 81. Consultus
quale sit arbitrium meum, num. 49. & seq. vol. 2.

Secundò non intempestiuè interpretanda fo-
ret eadem communis, vbi res ipsæ prohibitæ alie-
nari ob æs alienum, & sic ex causa necessaria vrgẽ
tique necessitate alienandæ venirent: tunc enim
non sufficit, vt sola hac ex causa procedi debeat
ad venditionem: sed opus quippè esset, vt consta
ret de ære alieno, & quòd creditores memorati a-
lieni æris realiter, & cum effectu instarent, inter-
pellarent, vrgerentque debitores pro eorum cre-
diti satisfactione. l. magis puto. §. nõ passim, vers. si
modo vrgeat creditor, aut vsurarum modus. ff. de
reb. eor. & l. ob æs. C. de præd. minor. & Bart. in d.
§. non passim, asserens quòd iudex necessario qui
dem habeat causę cognitionem, an creditor inste
terit, petieritque sibi solui, aliàs non foret sibi sol-
uendum, & sequitur Dec. consil. 403. sub nu. 17.
vers. secundo quantum ad interesse, & nu. seq. &
D. Octauius Simoncel: copiosissimè in tracta. de
decretis in contractibus minorum adhibendis,
lib. 1. ti. 1. nu. 35. cum alijs seq. vbi hoc vtiliter am-
pliat atque explanat.

Tertiò antesignata communis de plano proce
deret, & absque scrupulo aliquo, vbicumque res
ipsa vendita non reperiretur pro maiori pretio,
quàm necessitas vrgeret, atque requireret, etiam
si fieret alienatio in causam dotis, aliàs alienatio
redderetur dubio procul nulla, vt consuluit, stabi
li nempè veritatis fundamento, Dec. in d. consil.
403. & ita aliàs iudicauit sacra Regia Audientia
Barensis in facti cótingentia, in causa maximi qui
dem ponderis, super alienatione facta per vnum
ex fideicommissarijs, etiã pro causa dotis pro lon-
ge minori valore ipsius rei alienatæ, quam aliena-
tionem allegabam tunc nullam, & ad merum, pu
rumque creditoris obsequium emanatam, & con
sequenter in fraudem, & præiudicium alterius fi-
deicommissarij, & hodie constãter in eademmet
persistendo sententia, illudmet confirmo: sed plu
ra alia possent in præsenti casu commodè afferri,
quæ ad communem mortalium vtilitatem in me
dium explicabo in alijs Decisionibus.

Verùm nodum præsentis nauigationis stringẽ
12 do, aduerte, † quòd fideicommisso aliter renũcia
tum non censetur per cessionem generalem, in
qua nulla admodum mentio de fideicómisso fa-
cta extat, cum illa emanata præsumitur tunc ad
alium effectum. ita Bar. in l. qui Romæ. §. duo fra
tres, in q. 5. & 6. ff. de verb. oblig. Paul. Aemil. Ve-
ral. decis. 20. seu 2. Fideicommisso, in 2. par. vbi ait
ita decisum in Rota Rom. extitisse.

ARGVMENTVM.

Non potest constitui fideicommissum in contra-
ctu, neque per pactum induci, neque hoc pos-
set introduci per cósuetudinem. Et ponuntur
modi, quibus constituitur fideicommissum.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum in contractu non fit, neque hoc ex consuetudine introduci potest, nu. 4.*

Hæreditas

2 Hæreditas contractu, vel pacto non datur, cum pacta irreuocabilia sint, nu.3.

5 Fideicommissum inducitur quibuscunque verbis.

6 Fideicommissum inducitur ex tacita voluntate, coniecturis fulcita, quamuis verba sint defectiua.

7 Fideicommissum videtur inductum, vbi testator vult bona remanere in familia. Et vbi testatoris verba sunt geminata. Et vbi multa verba essent superflua in dispositione testatoris. Et per clausulã, de gradu in gradum, vel de hærede in hæredem. Et de antiquiore in antiquiorem. Et de masculo in masculum, & de vno in alium.

8 Fideicommissum inducunt verba enunciatiua.

9 Fideicommissum oritur, vbi ratio prohibitionis adducitur, quòd bona perueniant ad lineam masculinam, pro honore, & conseruatione familiæ.

10 Fideicommissum inducitur ex coniecturis, & tacita testatoris voluntate.

11 Fideicommissum ex cõiecturis, & præsumptionibus, si legitimæ sint, inducitur, verbis etiam reclamantibus.

DECISIO CLXXXVI.

1 FIDEICOMMISSVM † in cõtractu fieri non potest. ita Ruyn. consi.7. colum.6. vol.3. & Gerard. Mazol. consi.3. Robertus, num.11. in prima deca.

2 Nec † itidem hæreditas cõtractu, vel pacto dari potest vllo modo. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. l. pactum, quod dotali, C. de pact. conuen. l. hæreditas, C. de pact. Alex. consi. 83. Visa facti narratione, nu.15. volu.2. & consil. 24. num.4. volum.3. Bertran. consi.415. Controuersia, num.8. & seq. vol.4.

3 Et nihil mirum, † quoniam pacta sunt irreuocabilia. l. sicut, C. de action. & oblig. Rom. consil. 293. Præsupposito, in 1. dub.

4 Imò † neque videtur hoc vllatenus posse per consuetudinem introduci, vt valeat, teste Baldo in l.2. C. quæ sit lon. consuet. Alex. in d. l. stipulatio hoc modo concepta, & in d. l. pactum quod dotali, & ita iudicauit sacra Regia Audientia Barensis in anno 1589. in causa tunc vertente inter quosdam de Terra Rutigliani, non leuis momenti.

5 Sed † fideicommissum inducitur quibuscunque verbis in vltimis voluntatibus. l. etiam hoc modo, ff. de legat.1. Tiber. Decianus, consil.120. In causa vertente, num.1. volum.3. Bertran. consil.66. Punctus, num.5. volum.7. Gozad. consi. 102. num.1.

6 Nam † sola disponentis voluntas seruatur in fideicommissis. l. pen. ff. de leg.1. & in eis tacita voluntas sufficit, quę ex coniecturis colligitur. l. cũ proponeretur, in fi. ff. de leg.2. l. qui solidum, §.1. eod. titu. l. cum auus. ff. de cond. & demonstr. & l. licèt Imperator, vbi Bar. ff. de leg.1. Prosper Pasethus, cum alijs aggregatis per eum, cons.92. In causa magnifici, nu.2. Bertran. consil.22. Dubia, nu.6. volum.5. Gozad. in d. consil.102. num.3. & ex hoc iura dicunt, quòd in fideicommissis potius voluntas inspicitur, quàm verba. l. cum virum, C. de fideicom. & l.3. §. conditio, ff. de adimen. legat. & sic verba deseruiunt intentioni; & non econtra, D. Marc. Anton. Eugen. consi.53. num. 28. lib.1.

7 Et † primò prohibitio alienationis facta, eo quippe respectu; vt bona sint descendentium ex familia, probat, quòd inducatur fideicõmissum. l. codicillis, §. instituto, ff. de leg.2. vbi Glo. in ver. filijs, & in l. cum pater, §. liberis, & in l. peto, §. fratre, eod. titu. Cæphal. consi.544. Testator, num.1. & seqq. volum.4. vbi concedit etiam inductum fideicommissum, vbi testatoris verba sunt geminata. Et vbicunque itidem multa verba essent superflua in dispositione testatoris. Prout fideicõmissum censetur inductum quoque per clausulam, de gradu in gradum, vel de hærede in hæredem. Nec non vbicunque testator vult, quòd hęreditas ambulet de antiquiore in antiquiorem. Et denique quando hæreditas relinquitur de masculo in masculum, vel de vno in alium, vt per Cephal. eminentissimo quidem fastigio, consi.523. Dominus, nu.1. & seqq. vol.4.

8 Secundò † verba enunciatiua inducunt etiam fideicommissum. l. Pamphilo, in princ. ff. de leg.3. vbi Bar. & in l. fideicommissa. §. hæc verba, eod. ti. Prosper Pasethus in d. consil.92. num.14. Tiber. Decian. in d. consi.120. nu.3. Bero. consi.88. Post editum, num.5. volum.1. Gozad. consi.63. nu.14. & consi.102. num.4.

9 Tertiò, † vbicumque ratio prohibitionis adducitur, videlicèt, quòd bona perueniant semper ad lineam masculinam pro conseruatione ipsius, & honore familiæ: tunc ipsa ratio euidenter ostendit, quòd ex ea fideicommissum oriatur. ita Bart. in l. pater filium, §. fundum, in fi. ff. de leg.3. & sic consuluit etiam Dec. consil.38. Circa primum dubium.

10 Quartò † fideicommissum inducitur ex coniecturis, & tacita testatoris volũtate. l. hæredes mei, §. cum ita, vbi omnes, ff. ad Trebel. Bero. cum alijs aggregatis per eum, consil.78. In præsenti causa, num.13. volum.2. Rimin. iun. consi.23. num.93. volu.1. & sufficit nuda voluntas. l. pen. ff. de leg.1. Et in ipso fideicommisso attenditur potius mens, quàm verba, vt ostendit magno cum apparatu Ias. in l. tertia, colum. prima, C. de liber. præter.

11 Vnde † fideicõmissum inducitur ex coniecturis, licèt verba non videantur talem sensum recipere. Mascard. in tracta. de probat. conclus.775. num.106. volum.2. & ex coniecturis, & præsumptionibus, si legitimæ sint, vt in d. conclu. num.2. idem Mascard. affirmat.

ARGVMENTVM.

Filiæ maritatæ debetur legitima per patrem in bonis maternis.

SVMMARIVM.

1 Filia de bonis paternis à patre dotata paragium, seu legitimam in bonis maternis habere potest: in alijs verò à fratribus excluditur ex constit. Regni,

In aliquibus, quæ in vtroque parente procedit. & num. 9.

2 *Mulier vt ob dotem à successione repellatur, requiritur, quòd de bonis eius, de cuius hæreditate agitur, sit dotata.*

3 *Mater filios in potestate non habet, vt filius ab ipsa hæres institutus, extraneus hæres dicatur. numero 5.*

4 *Suitas, quibus competat.*

6 *Dos loco legitimæ succedit.*

7 *Pater naturalis filiam dotare, quæ ratione non teneatur.*

8 *Mater filiam dotare regulariter non tenetur, nec econtra.*

10 *Mater filium in bonis suis instituendo, conditionem quòd patri vsusfructus quo ad legitimam non quæratur, apponere non potest.*

11 *Legitima iure patriæ potestatis non debetur, sed natura.*

12 *Filij naturales tantum, patri nec cognationis, nec agnationis iure attinent.*

13 *Præteritio matris, non expressa causa, pro exhæredatione habetur.*

14 *Frater sororem egenam dotare cogitur, non autem ei legitimam, nisi turpi persona instituta, relinquere.*

DECISIO CLXXXVII.

1 FILIA † quantumcunque dotata à patre de bonis paternis, succedit stantibus masculis in bonis maternis quo ad paragium tantum: quod quidem paragium in filia dotata est legitima, ita quòd nihil aliud petere potest: sed in alijs, excluditur à fratribus, per dispositionem constitutionis Regni, In aliquibus, quæ secundum magis communem sententiam Doctorum, Sapientumque Regni procedit in vtroque parente: & sic etiam in matre, teste ibi Andr. de Iser. colum. 1. 7. & 10. & Afflicto in quinto not. in 11. quæstio. incip. vndecimò quæro, ecce quod frater, & colum. penul. in Glos. 2. & declarat Sebastian. Neapodan. in consuetud. Neapolitana, Si moriatur, in Glo. in ver. mater, & ita sæpè sæpius extitit declaratum, iudicatumque in sacro Consilio, prout attestatur Afflict. decis. 160. Aliud fuit dubium. Et licèt filia ipsa dotata quidem sit à patre: nihilominus tamen nullo vnquam modo excluditur à paragio in bo-
2 nis maternis: † semper enim, vt propter dotem aliqua repellatur à successione, necessariò nempè requiritur, quòd dotata sit de bonis eius, de cuius hæreditate agitur. ita Andr. de Iser. in dicta constitut. In aliquibus, colum. 8. & Afflict. in quarto not. in quæstio. 9. per textum in l. quoniam nouella, C. de inoffic. testam. & in l. prima, C. de legit. hæredi. idem Andr. de Iser. in cap. 1. colum. 8. versic. oportet ergo, de natura success. feudo. Bald. in l. prima, C. de legitim. hæredi. & Ioan. Bapt. de Sancto Seuerino in repetitio. l. omnes populi, in 6. quæstio. principali, in 17. dubio, ff. de iustit. & iure.

Cæterùm huic communi sententiæ obstare nonnihil videtur primò, quòd filia dotata à patre legitimam iure naturæ habere nequeat in bo-
3 nis maternis, ea potissimum ratione, † quoniam mater ipsa non habet alter filios in potestate. §. fœminæ, Institu. de adoptio. l. nulla, ff. de suis, & legit. & l. illud, §. ad testamentum, ff. de con. tabul. unde qui non habet aliquem in potestate, dicitur re ipsa extranea persona, §. extraneum,
4 C. de rei vxor. actio. Nam † suitas est ita nobilis, vt non competat, nisi liberis proximioris gradus, in potestate constitutis, secundum Docto.
5 omnes in l. qui se patris, C. vnde liberi. † Et ideo filius hæres institutus à matre dicitur esse hæres extraneus: bonus text. qui omnia hæc probat in §. cæteri, Institu. de hæred. qualit. & differen. itaque tanquam extranea persona filia haudquaquam debet habere legitimam, quia naturalis tantum, cum non nascatur in potestate patris, Institu. de nuptijs, §. fina. & de patria potest. in princ. & in Authen. quibus mod. natur. effic. legit. §. fin. minimè habet legitimam in bonis patris sibi debitam. text. est expressus, & ibi notat Bald. in l. fin. C. de natur. lib. & in authent. res quæ, quæstio. 5. C. communia de lega. & in l. humanitatis, colum. 8. vers. secundò uideamus de personis, C. de impub. & alijs substitu. & Aret. in §. fin. Institu. de exhær. libe. nec etiam habet aliquam bonorum possessionem, vt per Bald. in l. fin. colum. 3. vers. ex quo apparet, C. unde legit. pro quo facit Glos. notabilis, & reputata singularis in l. prima, in princ. ff. de bon. poss. contra tabul. Præterea & secundò præteritio matris habetur pro exhæredatione, vt in §. mater, Instit. de exhær. libe. quod non esset si filia haberet legitimam in bonis maternis, vt in paternis. l. in-
6 ter cætera, ff. de lib. & posth. Postremò, † quia videmus, quòd dos succedit loco legitimæ. l. quoniam nouella, & ibi Bald. & alij omnes vniuersaliter, C. de inoffic. testam. & idem Bal. in l. iubemus, col. 2. C. ad Trebel. & probatur, quia vide-
7 mus, † quòd pater naturalis tantum qui non debet legitimam filiæ per prædicta, minimè tenetur illam dotare. l. uxorem, §. pater naturalis, & ibi Glo. & Barto. ff. de legat. 3. & tenet Bald. in dicta authen. res quæ, in quinta quæstio. C. communia
8 de legat. sed † mater non tenetur dotare filiam regulariter. l. mater, vbi est casus, C. de iure dot. Gl. & Docto. in l. fin. C. de dotis promis. cum magis sit officium paternum. l. qui liberos, ff. de ritu nupt. quia nec econtra filius matrem. l. tutor secundum dignitatem, §. fin. ff. de administrat. tuto. & Bald. in l. si uincæ, C. de pre. lo. te. ergo nec mater tenetur filiæ legitimam præstare per superius allegata.

Sed retenta communi opinione in principio
9 posita, † quòd filia in bonis maternis habet legitimam, pro qua quidem extitit aliàs iudicatum in sacra Audientia Barensi, in anno 1589. in causa tunc vertente inter aliquos de ciuitate Monopolis, dic quòd pro eamet decisione est casus in §. 1. in Authen. de trien. & semis. colla. 3. & in Authen. vt liceat matri vel auiæ, in prin. coll. 8. bonus tex. qui allegari non solet, in auth. si qua mulier, C. de

C. de sacrosanct. eccles. & in §. aliud quoque capitulum, Authent. vt cum de appellatio. cogno. ad quod facit etiam id, quod voluit Barto. in authen. excipitur, C. de bonis quæ liber. & in tra-
10 cta. de duobus fratribus, colum. 7. † quòd mater instituendo filium in bonis suis non potest apponere illam conditionem, quòd patri non quæratur vsusfructus quo ad legitimam suam. & licèt Glo. in d. authen. vt liceat matri, vel auiæ, in prin. & Bal. etiam varijs in locis iuris nostri, firmauerit contrarium: tamen cum Bar. est communis opinio, attestante Alexan. in l. mulier, colum. 2. ff. ad Trebellian.

Nec obstat, quòd mater nō habet filiam in po-
11 testate, † quia legitima non debetur iure patriæ potestatis, sed iure naturæ, & secundum naturalem æquitatem, qua filij parentibus succedunt, c. ius naturale, & ibi notatur, prima distin. & l. scripto, §. non sic parentibus, ff. vnde liberi. quodque intellige sanè de iure naturali, non formali, quoniam potest per statutum augeri, vel minui: non tamen in tantum, quòd filius non habeat vnde se alat, secundum Bal. in l. fi. §. ipse autem, C. de bon. quæ liber.

12 Neque est mirandum, † si naturalis tantū non habet legitimam in bonis paternis: quia taliter nati non attinent patri, nec iure cognationis, nec agnationis. l. si spurius, & l. hac parte, ff. vnde cognati. & per Bal. in l. humanitatis, colum. 8. vers. secundò videamus, C. de impube. sed legitima est ius ab agnatione procedens, secundum Bal. in d. §. ius naturale.

Minus etiam obstat, quod de præteritione ma-
13 tris dicebatur, † quia hodie nō procedit, nisi fuerit expressa causa præteritionis, vt per Glo. & alios omnes in l. filiam, C. de inoffic. testam. per tex. in §. aliud quoque capitulum, in Authen. vt cum de appell. cognos.

Nec denique debet obstare quod proximè dicebatur, quòd dos succedit loco legitimæ: quia argum. rectè intuendo non procedit. videmus
14 enim, † quòd frater cogitur dotare sororem egenam. l. cum plures, §. pen. ff. de administrat. tutor. Glo. & alij omnes in l. non omni, C. eod. titu. & Barto. in l. 1. seu rub. colum. fin. ff. soluto matrim. & tamen non cogitur relinquere legitimam, nisi instituta turpi persōna. l. fratres, C. de inoffic. testam. cum similibus.

ARGVMENTVM.

Soror succedit fratri ab intestato, etiam quòd fuerit maritata à patre, vel à fratre de bonis paternis, quamuis bona paterna peruenissent ad fratrem.

SVMMARIVM.

1 *Filia dotata, bonis paternis cum iuramento renuncians, fratri ab intestato decedenti in burgensaticis etiam atque feudalibus succedit.*
2 *Filia bonis paternis renuncians, feudo, quod sibi post fratris mortem defertur, seu ad eam ex successione fraterna spectat, succedere non prohibetur, seu renunciasse non censetur.*
3 *Filia nō excluditur à successione patris dotantis eam de bonis matris, statuto stante, quòd filia à patre dotata non succedat.*
4 *Verba, dotata à fratre, ius important, non autem nudum ministerium.*
5 *Verba cum effectu accipienda.*
6 *Soror de bonis paternis dotata à fratre post patris mortem de bonis paternis & de paragio bonorum sibi competentium, à patre, non autem à fratre dotata censetur. ideoque ex causa huiusmodi dotationis à successione paterna, & materna, non autem fraterna, exclusa remanet, & nume. sequen. & 10.*
8 *Mulier vt per dotem à successione repellatur, requiritur quòd de bonis, de cuius agitur hæreditate, sit dotata.*
9 *Filia à patre maritata à successione patris excluditur: similiter à fratre maritata, nisi de bonis paternis eam maritasset.*
11 *Bona paterna esse desinunt, hæreditate paterna adita.*
12 *Soror licèt dotata sit à patre, vel fratre vtifilio & hærede patris de bonis paternis ex hæreditatio oriere, succedit tamen fratri, quamuis alia bona in hæreditate non essent, ab eis non excluditur, cum illa tanquàm fraterna capiat.*
13 *Filia dotata à patre in statuto, quòd stantibus maribus à successione repellatur, à fratris successione ab intestato non excluditur.*
14 *Soror dotata de bonis paternis etiam si infra tris hæreditate alia bona, quàm paterna non reperiantur, ad fraternam hæreditatem admittitur. Ampliatur tamen tribus modis, nume. 15. 17. & 19.*
16 *Probare quilibet tenetur quod est suæ intentionis fundamentum.*
17 *Soror dotata à patre succedens fratri ab intestato quo ad fraternam aliorumque transuersalium successionem dotem ipsam conferre non tenetur.*
18 *Collatio locum non habet, nisi de profectitijs prouenientibus ab eo, de cuius successione agitur.*
19 *Filia licèt vigore statuti inuitis fratribus aliquid ab intestato petere nequeat; in testamento tamen à dotante relictum licitè capit.*
20 *Filia successioni paternæ renuncians, si à patre instituta reperiatur, hæreditatem illam sibi quærere potest.*

DECISIO CLXXXVIII.

1 Filia † dotata à patre renuncians hæreditati paternæ, promittensque cum iuramento non habere regressum ad bona paterna, tunc fratre ab intestato decedente, posset omni dubio procul, succedendo, petere illa bona, tanquam fraterna, non autem paterna, filio per aditionē hæreditatis legitimè quæsita, renunciatione, & iuramento non obstante, prout ita cōsuluit Ang. consi. 52. Dominus, Rom. consi. 168. Circa primum, in quo quæritur, Barth. Soc. consil. 288. Circa primam quæstionem, in fi. volum. 2. &

& Bertr. consil. 396. Vidi casum, volum. 4. & firmat etiam Alex. Ias. & alij vniuersaliter omnes in l. s. §. veteres, C. de legit. hæred. Alber. Brunus in tract. de statut. quòd stantibus masculis, artic. 8. q. 18. nu. 77. cum alijs seqq. vbi planum facit, istam esse omnium in iure scribētium communem opinionem, & pleniori cornu etiam Octauian. Cachet. decis. 98. Ioan. Petrus, num. 21. & ita non semel tantum decisum extitit in Regia Audientia Apuliæ, in anno 1583. & in sacra Regia Audientia Barensi, in anno 1589. in causis tunc in illis occursis. & antesignata regula non tantum habet locum in surgensaticis, verum etiam in feudalibus,
2 vt † filia, quæ renūciauit bonis paternis, non prohibeatur succedere in feudo, quod sibi defertur post mortem fratris, Purpuratus, cū alijs per eum coaceruatis, in consi. 549. nu. 3. vol. 2.

Pro qua quidem sentētia optimè re ipsa facit, quod voluit Bal. in l. s. in quæst. 1. ff. de rerum diuis. quòd si filia renunciaret bonis paternis, non censeretur tunc vllo modo renunciasse feudo, quod postea ad eam spectaret ex successione fraterna. & sequitur Alb. Brun. in d. art. 8. q. 18. sub nu. 78. Comprobatur itidem istamet opinio ex doctrina Baldi in l. mater pro filia, in fi. C. de iure dotiū,
3 vbi expressè, constanterque firmauit, † quòd stante statuto, quòd filia dotata à patre non succedat, si pater tunc dotauerit illam de bonis maternis, nō excluditur modo aliquo à successione patris, propter bona materna in dotem recepta. Et similiter si statuto sit prouisum, quòd dotata à fratre nō succedat fratri, si frater dotauerit illam de portione sua paterna, hoc casu mulier minimè gentium excluditur à successione fratris.
4 Et mouetur Bal. ipse hac ratione, † quia verba prædicta, dotata à fratre, important ius: non autē nudum ministerium, arg. l. pater ex prouincia, ff. de manumis. vindic. & l. si res quas, ff. de iu. dot. & sic euidenter discernitur, quòd ob hoc quòd frater solo verbo afferat se maritare sororem de bonis paternis, illam nō excluderet à successione sua ab intestato, nisi verba, & effectualiter illam maritauerit, & dotauerit de bonis fraternis.
5 Verba † enim sunt accipienda cum effectu. c. prolatum, extra de cler. non residen. c. hæc verba, de peni. dist. 5. & l. si per eum, §. doceri, ff. ne quis eum qui in ius voc. & eandem sententiam Baldi, tanquam æquam, & iuri consonam sequitur Anchar. in repet. cap. Canonum statuta, in 14. quæst. principali, colum. 12. vers. prosequor nunc quædam dubia, extra de constit. Mar. Soc. consi. 121. Visa contingentia facti, volum. 1. & Io. Bapt. de Sancto Seuerino in repe. l. omnes populi, in 6. par. principali, colum. 16. vers. decimooctauo pone, ff. de iust. & iure.
6 Sed † vbicūque soror foret dotata à fratre post mortem patris de bonis paternis, & de paragio illorum bonorum sibi legitimè competentium, tunc absque scrupulo aliquo, ex quo bona paterna deuenerant ad fratrem uti filium, & heredem, cum onere dotandi sororem, per ea quæ notat Glo. Bald. & alij omnes in l. 1. C. de legiti. hæred. censetur dotata à patre, non autem à fratre.

7 Et ideo † ex causa huiuscemodi dotationis remanet exclusa filia à successione paterna, & materna, non tamen à fraterna, vt extat notabilis doctrina Baldi in d. l. s. C. de legit. hæred. quam tefert, approbatque Petr. de Anch. in repet. c. Canonum statuta, in 14. principali quæst. col. 52. vers. prosequor nunc quædam dubia, extra de constit. Maria. Soci. in præmemorato consi. 121. Caccialupus in repet. l. omnes populi, col. 2. versic. decimonono pone, ff. de iusti. & iu. & pleniori cornu, & magistraliter quidem, Ioan. Thom. Minad. in repet. constitutionis, In aliquibus, in textu, num. 61. cum alijs seqq. fol. 51. vbi sub num. 63. huiusce modi opinionem amplificat etiam locum obtine
8 re in Regno contra fiscum. † Semper enim, vt per dotem repellatur à successione, requiritur, vt mulier dotata quidem sit de bonis eius, de cuius hæreditate agitur, teste Aud. de Iser. in constit. Regni, In aliquibus, & in cap. 1. de natura successio. feu. & hoc idem expressè voluit Afflic. in d. constit. In aliquibus, in 9. quæst. ita ibi concludens ac
9 discurrens, † quòd si filia ipsa maritata quippe sit à patre, excluditur dubio procul à successione patris: si verò maritata sit à fratre excludatur à successione fratris: sed hoc claudicat secundum eundemmet Afflic. ibi, nisi frater maritasset sororem de bonis paternis, & ita re ipsa, attestāte Afflicto, præsumitur in dubio, ex quo illa bona transeunt in filium cum onere suo. Quatenus verò postmo-
10 dum infert eo in loco, † quòd si eadem bona paterna reperiantur in hæreditate fratris tempore mortis illius, quòd soror in illis non succedit, ex quo semel ab eis fuerit exclusa: sed tantum in bonis de nouo quæsitis, respondetur, quòd isthæc illatio sua nullatenus de iure procedit: imò contraria penitus & omnino discernitur his omnibus, quæ in loco antesignato in prima quæstione dixerat, nam repellitur ab illis bonis, tanquam paternis, & respectu hæreditatis paternæ: sed quando succeditur fratri ab intestato, licèt in eadem hæreditate reperiātur bona paterna, à quibus propter dotationem patris, vel fratris ex hæreditario onere paterno dotantis esset exclusa, tanquam paterna: tamen quia tempore mortis fratris, & hæreditatis aditæ illa bona censentur effecta fraterna, & proprium patrimonium, in illis quippè succedit, licèt dotata, vt supra docuimus, tanquam in bo-
11 nis fraternis: † quia post hæreditatem paternam à fratre aditā desinunt esse bona paterna, & vniuntur cum patrimonio filij, vt probat tex. in l. sed si plures, §. filio, ff. de vulg. & pupil. substit. in l. hæres per seruum, ff. de acqui. hæred. & in l. fin. C. de
12 inoffic. testam. † proinde licèt soror dotata extet à patre, vel fratre vti filio, & hærede patris de bonis paternis ex hæreditario onere: nihilominus tamen succedit fratri, quamuis non essent alia bona in hæreditate, quàm paterna, ab eis haudquaquam excluditur: quia capit illa, tanquam bona fraterna, vt decidit Bart. in l. fin. §. quando in pendenti, ff. ad Tertull. Bal. in c. 1. §. quin etiam, in tit. episco. vel abb. & Doct. vniformiter omnes in l. s. §. veteres, ff. de acqui. possess. & ibi præsertim Roma. Aret. Barthol. Soc. Alexan. & Ias. qui omnes aiunt,

tiunt, istam esse magis communem omnium opi-
nionem, cui accedit etiam Raph. Fulg. in l. quam-
quàm, ff. ad leg. Falci. idem Ias. in l. eius qui in pro-
uincia, §. quod si stipulatus, colum. 5. ff. si cer. peta.
proferens ibi non immeritò quippè, quòd ita mil
13 lies consuleret, & iudicaret, & † quòd filia dotata
à patre in casu statuti, quòd superstitibus mascu-
lis repellatur à successione, & hæreditate patris do
tantis, non excludatur aliter à successione fratris
ab intestato, firmauit etiam Georg. Natta in repe.
cap. quamuis, in 4. principali quæst. versi. quintò
quæro, de pact. lib. 6. And. de Iser. in c. 1. de natu-
ra successionis feudi, col. 6. Afflic. in d. constit. In
aliquibus, & ita etiam in terminis consuluit, quòd so-
ror minimè excludatur à successione fratris, Fran
cis. de Aret. consi. 61. Io præsenti consultatione,
col. 1. & penul.

Nec verum est vllo quidem pacto asseuerare,
14 quòd † si in hæreditate fratris extent bona pater-
na, quòd in illis, tanquam soror dotata de bonis
paternis excludatur: imò si in ipsa hæreditate mi-
nimè alia bona reperirentur, adhuc admittitur ad
succedendum, vt consuluit Francis. de Aret. in d.
consi. 61. In præsenti consultatione, col. 1. & pen.
Maria. Soc. sen. consi. 188. in fi. vol. 2. Benedic. Ca
pra, consi. 73. Punctus, in 2. dub. & Afflictus met
in d. constit. In aliquibus, in 8. quæst. in prin. meri-
tò itaque euidenter apparet, quòd futile penitus
sit illud quod ipse voluit inibi, in fi. quòd soror
succedens fratri, succedat solummodò in bonis
de nouo quæsitis, & non in bonis paternis; cum
bona paterna sint effecta reipsa proprium patri-
monium filij, & capiantur tanquam fraterna. Et
licèt perplexum aliàs me ostenderim in præsenti
speculatione, articuloque ita tenebroso in Sylua
communium opinionum, in opinio. 812. Statu-
tum excludens fœminas, num. 49. cum alijs seqq.
tamen in hac fęlicissima die, quinta mensis Augu
sti currentis anni 1589. in qua (Deo annuente)
expleuerim annum ętatis meæ quinquagesimum
septimum discurrendo, ac penetrando solito stu-
dio, atque vigilijs etiam dulcissimis pręsentem dif
ficultatem, constantissimè concludo ex allegatis
decisionibus, quòd soror ipsa venit admittenda
ad prædictam fraternam hæreditatem, etiã quòd
in ea non sint alia bona, quàm bona paterna.

15 Imò † hæc omnia eatenus vera sunt, vt meritò
amplificari etiã possent, procedere quoque, quòd
si frater solo verbo assereret in capitulis matrimo
nialibus se sororem maritare de bonis fraternis,
vt illam tunc nullatenus excluderet à successione
sua ab intestato, nisi verè & effectualiter illam ma
ritauerit, atque dotauerit de bonis fraternis. Quo
niam verba accipienda vtique sunt cum effectu,
vt supra ostendimus, num. 5. versi. verba enim. &
sic si dictum extitisset in capitulis ipsis matrimo-
nialibus, quòd frater sororem dotabat de bonis
paternis, maternis, & fraternis, si tamen nihil hoc
casu præstiterit in illa dotanda de bonis fraternis,
vt solo nempè verbo non censeatur exclusa mo-
do aliquo. Et ideo, vt possint consequi exclusio-
nis effectum, volentes succedere, tenentur proba-
re eandem mulierem dotatam extitisse, etiam de
bonis fraternis, cum hoc re ipsa & syncerè quidẽ
fundamentum eorum sit.

16 Et de hoc mirandum minimè est, † quia quili-
bet tenetur probare id, quod est suæ intentionis
fundamentum. l. si quis ex argentarijs, §. an vero
hæredi, ff. de eden. Bart. Alex. & alij vniformiter
omnes in l. non solum, §. sciendum, ff. de no. ope.
nuncia. & Ias. in l. si vero, §. qui pro rei qualitate,
col. 3. ff. qui satisd. cogan. & sic finaliter concluden
dum est, quod nisi constiterit aliter, quàm per nu
da verba promissionis, quòd soror ipsa fuerit do-
tata de bonis & rebus fraternis, haudquaquam
repellatur à successione fratris: cum dotata non
sit de bonis eius, de cuius hæreditate agitur effe-
ctualiter, sed tantum in casu, quo verè foret à fra
tre dotata.

17 Amplificantur secundò et præmemorata, † quòd
soror dotata à patre succedens fratri ab intestato
quo ad successionem fraternam, & aliorum trãs-
uersalium; minimè tenetur conferre dotem à pa-
tre receptam. ita Glos. in l. 1. in ver. dotatas, C. de
legit. hæred. quam ad hoc nonnihil ibi commen-
dat Bal. in prin.

Et facit ad propositum id etiam, quod voluit
idem Bal. in l. si emancipati, colum. 2. C. de colla-
18 tio. concludens ibi, † quòd collatio non habet lo
cum, nisi de profectitijs prouenientibus ab eo, de
cuius successione agitur; asseueransque denique
hoc esse menti tenendum.

19 Amplificantur † tertiò pręmissa, in tantũ quo-
que locum obtinere, quòd licèt filia vigore statu
ti, & sic constitutionis Regni, non possit inuitis
fratribus aliquid petere ab intestato: nihilomi-
nus tamen si in testamento aliquid sibi relinque-
retur à dotante, non prohiberetur vtique tũc ab
eo volente capere, quoniam potest testator de hę
reditate, quæ non est ipsi mulieri dotatæ debita,
volens aliquid sibi relinquere, & illa (licèt aliàs
dotata) licitè capit, propter testatoris volũtatem
quæ ab intestato aliquid vltra petere nõ poterat,
vt concedit Bal. in l. 1. C. de legit. hæred. Andr. de
Iser. col. 11. & Io. Thom. Minadous in 2. not. in d.
constit. In aliquibus, & ita consuluit etiam Alex.
consi. 131. Transmissum est ad me, vol. 1.

Pro qua quidem sententia facit congruenter
etiam, quod voluit Bar. in l. stipulatio hoc modo
concepta, ff. de verbor. oblig. quem sequuti fuere
20 ibi Docto. vniformiter omnes, † quòd licèt filia
renunciauerit successioni paternæ: tamen si repe
riatur à patre instituta, posset absque scrupulo ali
quo illam hæreditatem ex voluntate testatoris si-
bi quærere, à qua propter renunciationem repe-
riebatur exclusa.

ARGVMENTVM.

Semper veritas est inuestiganda, quærendo, opponendo, & disputando.

SVMMARIVM.

1 *Veritas, qualiter facilius inueniatur, & magis quærenda quàm pecunia.*

Veritas,

2 *Veritas, præsertim inter graues viros, semper vincere debet.*
3 *Veritas, iustitiæ mater, & multa in eius laudem.*
4 *Veritatem iudex labore & sudore inuenire potest, cum ad eam inuestigandam inuentus sit, eique inhærere debeat, atque eius sit oculus.*

DECISIO CLXXXIX.

1 VERITAS † facilius inuenitur quærendo, opponendo, & disputãdo, l. munerum, circa fin. ff. de mune. & hono. l. si pro fundo, C. de transact. l. Offilius, ff. de leg. 3. Nicolaus Ant. Grauatius, consi. 82. Iesus, nu. 2. inter cons. matrimo. lib. 1. Rolan. consi. 24. num. 1. volum. 3. Corn. consi. 5. num. 1. volu. 3. Riminal. iun. consi. 7. num. 6. vol. 1. & consi. 23. num. 257. vol. 1. Crauet. consi. 435. num. 1. vol. 1. & c. cum tantum valeat, de consecra. distin. 4. vbi ait canon, quòd alij habent prophetiam, alij habent discretionem virtutum, & sic de singulis virtutibus. In tantum, quòd secundum Ioannem Chrisostomum super Matth. non potest eis esse excusatio condemnationis ignorantia veritatis, quibus fuit inueniendi facultas, si fuisset quærendi voluntas. & ita non semel tantum iudicauit Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ in anno 1583. & seq. contra aliquos ineptos iudices: nã si veritas, salus, & vita cognoscentium se dicitur, magis quæri debet quàm pecunia. vnde auctore Lactan. Firmi. diui. instit. lib. 6. qui veritati studet, abijciat inimicas, & anxias voluptates, quæ animã sibi vinciunt, præferat vera falsis, æterna breuibus, vtilia iucundis; nihil aspectu gratum sit, nisi quod iustè, quod piè fieri videt; nihil auditu suaue, nisi quod animam meliorem, teque reddat, ex quo intonante Psal. 24. Vni
2 uersæ viæ Domini, misericordia & veritas, † quæ quidem veritas semper vincere debet, præsertimque inter graues viros, c. veritatem, 8. distinc. 1. in fi. C. de dedit. liber. toll. l. item legatum, ff. de condi. & demonstra. Rolan. consi. 15. nu. 3. & consi. 88. num. 1. volu. 3. Riminal. iun. consi. 285. Magni
3 ficus, num. 1. cum alijs seqq. volu. 3. † est enim veritas ipsa, iustitiæ mater, teste Bal. in l. nemo, per illum tex. C. de senten. Corn. consi. 239. nu. 6. vol. 2. Tibe. Decia. consi. 47. Multa, num. 25. volu. 1. Rolan. consi. 11. num. 2. consi. 47. num. 11. consi. 88. num. 2. vol. 3.

Sed veritas cum non defendatur, opprimitur, cap. error, 83. distin. non tamen in claris disputandum fore, Crauet. consi. 900. num. 16. volu. 5. attamen præualet eique cedunt omnia, Menoc. in tract. de præsump. lib. 1. q. 31. nu. 4. Quæ quidem veritas, vt per Lactantium Firmianum, diui. insti. ad Gen. lib. 5. licèt possit fine eloquentia defendi, vt à multis sępe defensa; & licèt itidem veritas ipsa non exigat fucamenta, teste Neuiza. consi. 40. In nomine, nu. 1. tamen claritate ac sermonis nitore illustranda, & quodãmodo differenda est, vt potẽtius influat in animos, vt sua instructa & luce orationis ornata. quid ergo telle eod. Lact. Firm. lib. 2. profuit te vidisse veritatẽ, quam nec defensurus es, nec sequuturus? quidque etiã Cicer. auctore lib. 1. de natu. deorum, in prin. tam temerarium, tamque indignum sapiẽnti grauitate, atque cõstantia, quàm aut falsum sentire, aut quod non satis explorare perceptum sit, & cognitum sine vlla dubitatione defendere?

4 Vnde † veritatem ipsam iudices facile inuenire possunt, vbicunque laborem, sudoremque suscipere volunt, vt tenentur, in Auth. iusiur. quod præst. ab his, in prin. & notat Neuiza. consi. 30. nu. 22. Et eo magis, cum iudex inuentus quippè sit, ad veritatem ipsam inuestigandam, tanquàm iustitiæ matrem, cui debet inhærere, vt per Corn. consi. 78. num. 51. vol. 3. consi. 197. num. 4. vol. 4. & totis viribus eam sequi, Lauren. de Pinu, consi. 34. num. 5. & 67. num. 1. Riminal. iun. consi. 15. num. 50. & consi. 77. num. 43. vol. 1. Cæpha. cons. 569. Magnificus D. Ludouicus, num. 7. & 8. volu. 4. vbi etiam, nu. 5. 6. & 29. alia multa fertiliter more solito scribit de veritatis prædictę substantia, & Corn. consi. 278. nu. 10. vol. 4. vbi profert magnũ quippè verbum, quòd veritas est iudicis oculus, cui pro posse debet inhærere.

ARGVMENTVM.

Ambulans per viam insolitam arguit suspitionẽ, & tenetur si damnum aliquod emergit.

SVMMARIVM.

1 *Via plana facilisque, per difficilem inusitatamq; non deserenda: & sic vsitatior & non alia attendi debet, cum insolitum iter suspitionem pariat.*
2 *Viam per suspectam eundum non est: in culpaque est, qui per loca suspecta iter faciens infestatur.*
3 *Via solita per insolitam & inusitatam non relinquenda, nisi illa magis tuta sit, vt iter consuetum metu hostium vel latronum dimittens excusetur.*
4 *Via media attendenda, mediumque eligendum.*
5 *Opinio media in dissensionibus magis amplectenda.*

DECISIO CXC.

1 VIA † plana, & facilis per difficilem, & inusitatam relinquẽda non est. §. his itaque, & ibi Doct. & præsertim Ange. vbi hoc notat contra muliones, nuncios, & barcherolos, Instit. de iust. & iure. & facit l. non nouam, C. de iudic. & in l. non solùm, §. 1. ff. de excus. tut. & l. 2. C. de cu. pu. lib. 12. & ibi Bar. & l. qua actione, §. 1. ff. ad leg. Aquil. & D. meus Ranaldus Ridolphinus in oratione pro pupillo, nu. 13.

Et sic via vsitatior, non alia attendi debet. ita Abb. in 3. quæstio. post Io. Andr. in c. cum venerabilis, de exceptio. & Io. Pet. Surd. consil. 52. nu. 28. nam iter insolitum, suspitionem parit. Crauet. consi. 400. nu. 55. vol. 3.

2 Nec † itidem per viam suspectam eundum est. l. eos, §. fin. & ibi Docto. ff. de fal. & Barto. in l. 5. in fi. ff. si quis caut. & hinc est quòd dicitur in culpa faciens iter per loca suspecta, si deprædatus extiterit, vt per Bald. consi. 395. Pro domino, sub nu. 7. volum. 2. Io. Pet. Surd. consi. 12. Præsens, nu. 26. & ita

& ita aliàs iudicauit Regia Audientia Apuliæ, Comitatusq; Molisij in anno 1583. condemnando tunc quendã mulionem de Terra Celentiæ.

3 Et † licèt via solita per insolitam deserenda nõ sit: tamen hoc, vbicunque via ipsa inusitata foret magis tuta, claudicat, l. fin. §. cum autem gemini, C. de iure delib. Lauren. de Pinu, consi. 141. nu. 10. & tunc dimittens iter consuetum metu hostium, vel latronum, vel alia simili iusta causa excusatur, secundum Saly. in l. 3. in fi. C. de naut. fœno. Ioan. Pet. Surd. in d. consi. 12. nu. 29.

4 Et hinc est, † quòd media via interdum attendenda est, iuxta illud, Medium tenuere beati; & iuxta illud aliud,

Dilige non alta, medium tum dilige semper.

Mediocritas itaque, teste Marco Tull. in lib. Officiorum, ad omnem vsum, cultumque vitæ transferenda est. in omni autem actione suscipienda tria sunt tenenda: primũ vt appetitus rationi pareant: quo nihil est ad officia conseruanda accommodatius, deinde vt animaduertatur quanta illa res sit, quam efficere velimus, ne vt maior, minorue cura, & opera suscipiatur, quàm causa postulet: tertium, vt caueamus, vt ea, quæ pertinent ad liberalem speciem, & dignitatem moderata sint. horum trium tamen præstantissimũ est appetitus obtemperare rationi. Est enim medium eligendum, vt patet in Auth. de Consuli. colla. 4. circa prin. ff. de offi. proconsul. l. solent, §. fi. & si pars hæred. pet. l. antiqui. Et hoc præcipuè habet locum in dissen-

5 tione opinionum: † opiniõ enim media tunc magis est amplectenda, cap. quærẽti, extra de offi. deleg. & Glo. c. scientes, de censibus, & in cap. 1. de offi. custo. Ancha. consi. 210. Ioan. Ant. Rub. consil. 105. Viso & diligenter considerato, nu. 2. Caue tamen, ne cuidam brocardio innitens decipiaris, vt ille, qui dispositi sunt, vt neque à dextris, neque à sinistris attingere quoquo pacto possent, quod videns, statim hæc carmina prompsit.

Errant qui dicunt, Medium tenuere beati:
Esuriunt, sitiunt: sunt extremo satiati.

Istud est vnum brocardicum de medio spectando. aliquando enim principium est attendendũ, aliquando medium. de hoc aliquid in c. dudum. 1. de elect. & in d. c. scientes.

ARGVMENTVM.

Quando extraiudicialis confessio plenè, vel semiplenè probet, vt ex ea sequi possit condemnatio confitentis.

SVMMARIVM.

1 *Confessio extraiudicialis inter alios in absentis fauorem facta saltem semiplenè probat. fallit tamen quinque modis, videlicet si cum causa, puta depositi facta sit, num. 2. si sit iurata, num. 7. item si facta in instrumento publico, nu. 11. item saltem de æquitate canonica, num. 13. item si geminata sit, num. 17.*

3 *Depositi causa adeo priuilegiata est, vt illud confitens nullatenus audiatur, nec pecuniæ non numeratæ exceptionem opponere volens, audiri possit.*

4 *Depositi in causa compensatio & reconuentio cessant.*

5 *Depositum executionem paratam habet.*

6 *Libellus & litis contestatio in depositi causa non requiritur.*

8 *Iuramento obligatio Deo acquiritur.*

9 *Iuramenti in materia iuri canonico standum.*

10 *Iuramentum indiuiduum est.*

12 *Instrumenta dotalia etiam inter alios celebrata probant, sicut verba enunciatiua.*

14 *Peccati de materia vbi agitur, iuri canonico statur.*

15 *Diuinum cur dicatur ius canonicum.*

16 *Papa promulgatum, Deus promulgare dicitur, ipsiusque Papæ interpretationi potius quàm magistrorum standum est.*

18 *Iterata valent, quæ alias non valerent.*

DECISIO CXCI.

1 CONFESSIO † extraiudicialis inter alias personas facta, in fauorem alicuius, tũc absentis, probat indubitanter quidem, saltem semiplenè. l. certum, §. si quis absente, de confess. l. fi. de interrog. actio. l. capite quinto, vbi Glo. & alij vniuersaliter omnes, de adult.

Quæ quidem regula licèt in iure verissima di-

2 scernatur, † tamen ea claudicat non vno tantum pede, prout inferius demonstrabitur. Coarctatur ergo primò regula ipsa, vt inducat plenam probationem, vbicunque confessio isthæc facta foret cum causa, puta depositi. l. Publia, §. fi. ff. depositi, l. cum de indebito, de probat. c. si cautio, de fide instrum. & ibi Doct. vniformiter omnes, & Papiens. in pract. infor. capitulorum quando testes producuntur ad æternam rei memoriam, in glo. habuisse confessus, & in forma libelli in actione hypothecaria, in glo. in deposito, & ex causa depositi, num. 6. & sic confessio simplex sufficit super deposito, ita Afflic. in constit. de caus. depos. rub. 33. num. 7. & Mascar. in tract. de probat. conclusio. 509. num. 2. vbi limitat hoc in duobus casibus, & planè probat d. l. Publia, §. fin. vbi planè dispositum discernitur, quòd notum faciens alicui, mediante epistola, habere se depositum, super quod sibi ipsi debentur decem, vt actio sibi tunc pro huiuscemodi re nullo modo nascatur, sed statur profectò eidem epistolæ in totum, & confessio hæc circa tale depositum plenam inducit probationem contra scribentem: & cõsequenter in casu hoc speciali depositi statur ad fauorem creditoris in vno capitulo, & in alio non: potestque confessionem hanc diuidere, & partem faciẽtem pro se solummodo approbare: licèt superioribus diebus, vna tantùm vice, non absque mediocri admiratione & excandescentia, viderim iudicare contrarium contra, & aduersus casum iuris expressum.

3 Et de hoc mirandum nempè non est, † quoniã causa depositi ita, & taliter in iure priuilegiata extat, vt confitens depositum nullatenus audiatur, nec audiri possit volens opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, vt per Bald. consi. 256. Actum fuit depositi, vol. 1. & consi. 270. Quidam

nomine legis proponit, in fi. eod. vol. & consi. 64. Tribus rationibus, Papien. in pract. in d. for. libelli in actione hypothecaria, in Glo. in deposito, nu. 2. Tiraquel. in tract. de retract. conuentio. §. 4. Glo. 6. nu. 8. & Moder. in l. 1. ff. de edeu.

4 Imò † in causa ipsa depositi cessat etiam compensatio, & reconuentio: quia nō debet vllo quidem modo ad perfidiam referri. c. bona fides, de posi. & l. si quis, C. depos. & regulariter coram iudice appellationis, teste Maran. in tract. de iudi. in 6. par. principali.

5 Taliter † quòd depositum ipsum, tanquam fauorabile, habet absque dubitatione aliqua executionem paratam, vt firmat Barto. in l. penul. C. de actio. vel depositi, Bal. in l. si quis, C. depos. Ang. Aret. in §. in bonæfidei, Insti. de actio. Ang. etiam

6 in d. l. penul. vbi itidem concedit, † quòd non requiritur libellus in causa ipsa depositi, nec litis cō testatio vllo modo, & sequitur Panor. in cap. quia propter, de elect.

7 Secundò † limitatur quoque eadem met regula, vbicunque confessio ipsa depositi foret iurata: tunc enim absque dubitatione aliqua plenam faceret probationem, ita Saly. in l. generaliter. C. de non numer. pecun. Bald. in l. rationes. C. de prob. in l. creditores. C. de fideicom. & in rubr. C. res inter alios acta. Bar. in l. ex hac scriptura. C. de probat. & in l. cum quis decedens, §. codicillis, ff. de leg. 3. & Canonistæ omnes vniuersaliter in c. si cautio, de fide instrum.

8 Et ratio ea est, † quia per iuramentum obligatio acquiritur Deo, cum in eum dubio procul illud principaliter dirigatur, c. quoties cordis, 1. q. 7. & cap. debitoris, de iureiur. & Ias. consil. 134. Quantum ad solutionem, num. 9. vol. 4. & eò magis, cum Deus vbique sit præsens, qui recipit vi-

9 ces partis. c. sicut, de electio. & sic demum † in materia iuramenti standum est absque scrupulo aliquo iuri canonico, c. 2. de iureiur. lib. 6. & per Legistas omnes in l. priuilegia. C. de sacrosan. eccle. Afflic. decis. 243. & 322. in tantum quòd isthæc limitatio sine discrimine procedit, & tantò magis,

10 cum † iuramentum ipsum indiuiduum sit, vt per Bal. in c. cautio, de offi. deleg. & consi. 10. volu. 1. Oldr. consi. 37. Cępol. caut. 53. & præclarissimum D. Vincentium de Franchis, decis. 173. Quando iudicis sententia, nu. 6. in prima par. Ias. in d. consil. 134. num. 25.

11 Tertiò † restringenda venit etiam regula prænemorata, vt re ipsa plenam probationem confessio depositi faciat, etiam inter alias personas, vbicunque confessio isthæc fieret in instrumento publico. tex. est in l. desiderium. C. depositi, & ibi Bal. & Saly. & ad adducta in contrarium per Ias. in l. admonendi, ff. de iureiur. respondetur affabrè quidem per Vrsillum in addit. Afflicti, in decis. 164. licèt ipsemet Ias. ibi se corrigat, asseueretque etiam textum hunc cordi tenendum fore, & illū non ita de facili tolli posse. imo mediante d. l. desiderium, consuluere Doct. Perusini: sicut à fortiori dicimus quoque de confessione facta in apocha parte absente, vt per Bal. in l. tale pactum, de pact. & consi. 380. vol. 5.

Et quemadmodùm instrumentū depositi in-

12 ter alios celebratum probat, † ita itidem instrumentum dotale facit fidem quoque: quia fauore dotium probant etiam inter alios instrumenta ipsa dotalia celebrata, sicut verba ennunciatiua, vt consuluit Bar. in consi. incip. Factum sic se habet, Titius, & Seius, Pau. Castr. consi. 82. in antiquis, & Alex. in l. admonendi, col. 14. versi. quæritetiā hic Bar. ff. de iureiur. & consi. 4. vol. 6.

13 Quartò † claudicat similiter regula antesignata, vt confessio hæc plenam probationem absque scrupulo aliquo faciat, saltem de æquitate canonica, vt per Ant. de Bnt. Ioan. de Imo. & alios vniformiter omnes in cap. si cautio, de fide instrum. Bal. & cæteros omnes in l. generaliter, C. de non numerata pecun. Francis. Aret. consi. 60. & 64. & Afflic. decis. 164. quod indiscriminatim quidem limitat omnia iura mundi.

14 Et tanto magis, † cū hic agatur de materia peccati, & sic de non soluendo, confitens ab alienum confessatum, per eum; tunc enim standum iuri canonico, vt firmat Glo. & Ioan. And. in mercu. in c. possessor, de reg. iu. in 6. & Canonistæ vniuersaliter omnes in c. si. de præscrip.

15 Imò nihil mirum, † si in foro animæ, seruandum sit ius canonicum, quia illud dubio procul diuinum dicitur, ex quo à diuinis scripturis extractum est, vt patet in c. qualiter; il secondo, de ac-

16 cusat. imò etiam † quicquid iuris Papa promulgat, Deus cuius Vicarius est, videtur promulgare. cap. 2. de transl. prælat. & finaliter potius standum interpretationi ipsius Papæ est, quàm magistrorum, vt per Hostien. in capit. nimis, de iureiuran. & Canonistas omnes in capit. 1. de iuramen. calum.

17 Quintò † fallit huiusmodi regula, vt confessio hæc, ita, vt supra emanata, vbicunque geminata foret, plenè vtique probaret, teste Barto. in l. cum scimus, C. de agric. & censi. lib. 11. Pau. Cast. in d. l. Publia, §. fi. ff. depositi. Rom. in l. si vero, §. de viro, ff. solu. matrim. & Fely. in c. si cautio, de fide instrum. quæ quidem confessio tunc obligat dubio procul ac si esset facta in iudicio, vt per Afflict. decis. 337.

18 Et ratio posset assignari palpabilis, † dum iterata valent, quæ aliàs non valerent. l. fin. C. si contra ius, vel vtil. publ. l. si mulier. C. ad Vellcia. & c. 1. §. fi. de plus peti.

ARGVMENTVM.

Vbicunque realis solutio est facienda, non sufficit facere depositum, quamuis depositum iudiciale obtineat vicem veræ solutionis.

SVMMARIVM.

1 *Deponens pecuniam, soluere non dicitur, nisi Curiæ stylus faciendi depositum aliter seruaret.*

2 *Depositum vbi de iure admittendum esset, si de parte debiti fieret, non releuaret.*

3 *Sententia lata super executione fienda solutis prius melioramentis de iure soluendis, executioni mandari*

dari non potest, etiam si fiat depositum, vel fideiussores de soluendo offerantur.

4 *Depositum iudiciale veræ solutionis obtinet vicem.*

DECISIO CXCII.

1 DEPONERE non est soluere, & sic † deponens pecuniam, seu rem aliquam, non dicitur soluere, ita Bart. in l. Litem, §. qui paratus. ff. quib. mod. pig. vel hypot. solu. secus verò, si vigeret in Curia, in qua ageretur, stilus faciē di depositum: tunc enim depositum factum haberetur loco solutionis, secundum stilum, vt per Io. Mohedanum, decis. 6. aliàs 285. Licèt in decis. sub nu. 1. ti. de exceptionib.

2 Sed † si in aliquo casu admittendum de iure foret depositum, tunc si fieret depositum ipsum de parte debiti, vtique illud nullatenus releuaret, secundum Bal. in l. pen. col. 11. C. de cond. infer.

3 Vnde ex his nota, † quòd vbicunque sententia lata reperiretur super executione fienda, solutis prius melioramentis de iure soluēdis, minimè posset exequi, etiam si fieret depositum, vel offerrentur fideiussores de soluendo, & consequenter si iudex in sua sententia dicat brachium militare concedendum, solutis prius melioramentis, non posset tunc fieri depositum vel præstari fideiussores; sed requiritur solutio pura, & adimplementum anterius, aliàs sententia ipsa non operaretur effectum suum, vt consuluit Paul. Castrens. consi. 270. Viso puncto suprascripto, num. 3. volum. 2. per tex. in l. cum seruus, in fi. ff. de cond. & demon. & hoc posset etiā commodè comprobari per scripta per me in Sylua communium opinionum, in opinione 418. Iudex nō potest, nu. 6. lib. 1. & ita aliàs iudicauit Regia Audientia Apuliæ in anno 1583. ad fauorē D. Antonij Spadefore, in causa tūc decisa inter eū, & quosdam suos aduersarios.

4 Est tamen bene verum, † quòd depositum iudiciale vicem obtinet veræ solutionis. l. creditor, & ibi Bar. & alij, C. de pign. Dec. consi. 449. nu. 9. Gram. consi. ciuili 107. nu. 14. Ant. Ciofius, consil. 47. Magnifice, nu. 3. vol. 1.

ARGVMENTVM.

Quando dictio, alius, sit relatiua, quando similitudinaria, & quando ponitur in substitutione, quid operetur.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, alius, sui natura est relatiua eius, de quo mentio facta est.*

2 *Rescriptum contra episcopum & quoscunque alios impetratum, etiam laicos comprehendit.*

3 *Filys filiorum in conditione positis, dictio alius, vel aly, non potest ad eos in dubio referri.*

4 *Dictio, alius, similitudinem vel casum similem denotat, licèt quandoque sumatur æquiuocè, vt similitudinem non significet.*

5 *Dictio, alius, clausulæ substitutionis adiecta, quid importet, remissiuè.*

DECISIO CXCIII.

1 DICTIO, † alius, de sui propria natura est dictio relatiua, & præsentatiua eiusdem qualitatis, cuius erat ille, de quo facta est mentio, vt in c. fin. in princ. de pact. in 6. cum ibi not. per Aret. in princ. Glo. & alios in l. non solùm, §. quæritur, in ver. cæteros, ff. de procurat. in c. sedes, de rescriptis. & in l. quidam relegatus, in princ. ff. de reb. dub. Aret. Ias. & Dec. in l. pen. C. qui admitti. in l. 1. C. de bon. poss. cont. tab. & Alexan. consi. 204. num. 4. volum. 2. Paul. Aemil. Veral. decis. 295. Pensio secunda, num. 1. in 2. par.

2 Imò † rescriptum impetratum cōtra Episcopum, & quoscunque alios, comprehendit etiam laicos, vt per Spec. in titu. de instrum. præsent. §. fin. vers. quod si quis, vbi Io. And. in add. & Paul. Aemil. Veral. in d. decis. 295. num. 6.

3 † Sed vbicunque filij filiorum positi reperiuntur in conditione, tunc dictio alius, vel alij, non potest aliter ad eos in dubio referri, vt per Ruin. consi. 181. Visis consilijs, volum. 2. Francis. Vegium, consi. 74. num. 275. & seq. volum. 1. vbi assignat rationem. & ita aliàs decisum fuit in Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ in anno 1584. in causa tunc vertente inter aliquos de ciuitate Manfredoniæ.

4 Est tamē bene verum, † quod dictio ipsa, alius, quandoque denotat similitudinem, vel casum similem, vt per Corne. consi. 102. num. 6. volum. 1. consi. 209. num. 21. vol. 2. & consi. 293. nu. 7. vol. 3. quandoque verò sumitur eadēmet dictio alius, æquiuocè, vt similitudinem nō significet vllo quidem modo, secundum Corne. consi. 158. nu. 3. & 10. vol. 1. & consi. 169. nu. 7. vol. 2.

5 Et † licèt dictio alius, similitudinaria sæpè sit, tamen si illa adijciatur clausulæ substitutionis, hoc modo, substituo alium, seu alios, quid importet, explicat Corne. consi. 182. nu. 6. vol. 2.

ARGVMENTVM.

Per perceptionem fructuum ex locatione probatur possessio, nisi tractaretur de factis antiquis, quia sine perceptione fructuum ex instrumentis potest probari.

SVMMARIVM.

1 *Probatio possessionis etiam contra tertium resultat ex fructuum rei locatæ perceptione.*

2 *Possessionis effectus in fructuum perceptione consistit.*

3 *Possessione anteriori probata, & spolium probatum dicitur: tuncque spolians & occupans ad fructus perceptos percipiendosque tenetur.*

4 *Locatio sola sine fructuum perceptione, possessionem non probat, sed præsumptionem tantum inducit. fallit tamē, vbi de facto antiquo tractaretur, nu. 5.*

DECISIO CXCIIII.

1 LOCANS † rem aliquam, & ex ea percipiens fructus, si quis sit, tunc vtique ex ipsa fructuum perceptione resultat dubio procul probatio possessionis, etiam cōtra tertium,

tium, vt per Felyn. in cap. cùm Bertoldus, col. 11. vers. perceptio pensionis, de re iudic. l. quamuis. §. 1. vbi Barto. Alex. & alij, ff. de acquir. possess. Menoch. 30. remed. retinen. num. 572. Iacob. Berettæ, consi. 77. Non arbitror, num. 2. volum. 1. Antonius Ciofius, consil. 28. Ad dubium, num. 12. vol. 2. & consi. 106. Cum in causa, num. 13. eod. vol. Cæphal. consi. 458. Reuerendissimus, num. 5. & 30. volum. 4.

2 Cum † effectus possessionis in fructuum perceptione cōsistat. ita Rota Rom. decis. 4. post prin. in nou. Bart. in l. Titia, ff. de sol. Socin. consi. 131. num. 2. vol. 1. Alex. consi. 125. num. 8. vol. 5.

3 Vnde † probata anteriori possessione, probatū indubitanter dicitur spolium, secundum Soc. in l. rem, quæ nobis, col. 10. quæstio. 7. sub num. 16. ff. de acquir. possess. & Afflict. decis. 327. num. 2. Et tunc spolians, seu occupans tenetur ad fructus perceptos, & percipiendos. l. certum est, C. de rei vendic. vbi Doct. & Dec. nu. 3. & Cagnol. nu. 4. in l. generaliter, ff. de reg. iur.

4 Sed † locatio sola sine fructuum perceptione non probat aliter possessionem: verum tamē præsumptionem dumtaxat inducit, vt firmauit Bart. in d. l. quamuis, §. si conductor, ff. de acquir. poss. & in l. qui vniuersas, §. si conductor, ff. eod. & Anton. Ciofius, cum alijs aggregatis per eum, consil. 124. Causa, quæ vertitur, nu. 27. volum. 1. & consequenter quòd ex simplici locatione non probetur possessio aduersus tertium, est tex. in d. l. quamuis, & in cap. inter dilectos, in fi. de fide instrum. Cæphal. in d. consi. 458. Reuerendissimus, num. 4. volum. 4.

5 Cæterùm † hoc vtiliter quidem coarctatur, nō sortiri locum, vbicunque tractaretur de facto antiquo: tunc enim, etiam non constito de solutione pensionum, si producerentur duo instrumenta locationum, illa absque dubitatione aliqua famam induceret, qua probatur in antiquis, & possessio, & dominium, c. cum causam, de probat. & sic constanter firmauere omnes Docto. aggregati per Iacob. Berettæ, consi. 89. Ex his, num. 7. vol. 1. vbi num. 53. cum seqq. præsentem conclusionem vtiliter, & magistraliter limitauit in tribus casibus locum non habere.

ARGVMENTVM.

Mala fides defuncti nocet hæredibus ad præscribendum: & quis dicatur malæ fidei possessor.

SVMMARIVM.

1 *Mala fides defuncti quo ad præscribendum, hæredibus & successoribus nocet: quod quidem de iure ciuili, non autem canonico procedit, num. 3. & in successore laici, non prælaturæ, num. 4. ac etiam, quando vti vellent defuncti accessione, aliàs secus, num. 5.*

2 *Malæfidei successores nunquàm præscribunt etiam quòd sint in bona fide, ex eorumque persona præscribere velint.*

6 *Mala fides defuncti etiam hæredi vniuersali nocet, qui titulo hæredis hæreditatem adiuit, volenti à semetipso præsumptionem incohoare.*

7 *Mala fides hæredi nocet; ne præscribat, pro personalibus etiam actionibus.*

8 *Hæres, defuncti conscientiam animamq; exonerare tenetur, & quando authoris sui.*

9 *Bona fides in centenaria quoque præscriptione requiritur, & de ratione, nu. 10.*

11 *Malæ fidei possessor dicitur, qui contra iura mercatur, contra quem iuris, & de iure præsumptio vrget. & quot alijs modis dicatur, nume. sequen. 15. & 16.*

12 *Malæ fidei possessor dicitur notitiam habens, rem à se possessam esse alienam, vel alteri debitam, cum mala fides sit, scientiam rei alienæ habere: diciturque in mala fide sciens ad se rem non spectare, & sic non esse dominum, num. 13. & talis scientia sufficit quòd ante præscriptionem superueniat, & quòd etiam præsumpta sit, & sine aliqua alia lite, num. 14.*

15 *Malæ fidei possessor est conscientiam læsam & grauatam habens ob rei alienę occupationem.*

16 *Malæ fidei possessor vocatur propria authoritate, absque titulo rem ingrediens, etiam si rei possessionem vacantem crediderit. Item sciens contractum per in integrum restitutionem rescindi posse.*

17 *Malæfidei possessor fructus perceptos, eosque qui percipi potuerunt, restituere tenetur.*

DECISIO CXCV.

1 Mala † fides defuncti nocet etiam hæredibus, & successoribus suis, quoad præscribendum. l. cum hæredes, ff. de diu. & temp. præscrip. Bero. consi. 82. num. 5. volum. 3. in c. grauis, num. 38. de restit. spoliat. & in c. de quarta. num. 15. de præscript. Tiraq. in tracta. de præscript. §. 1. glo. 7. redditus, aut alias seruitutes, post princ. Ioan. Pet. Surd. consi. 73. Quia, nu. 14. & Bal. in tract. de præscript. fol. 14. & sequen. col. 11. vbi elucidat istam esse cōmunem opinionem, & ponit pro regula Iacob. Nouel. in reg. 88. Mala fides, cum tribus limitationibus, Crauet. cōs. 434. num. 25. volum. 3. consi. 871. num. 23. volum. 5.

2 Prosper Pascthus, consi. 103. Subtiles, num. 8. † & successores malæ fidei nunquam præscribere possunt, etiam quòd sint in bona fide, & ex eorum persona præscribere velint. Laur. de Pinu, consi. 90. num. 7. Crauet. consi. 388. nu. 10. volum. 3. & Riminal. iun. consi. 439. In causa eximij, nu. 170.

3 cum alijs seqq. volum. 3. † quæ quidem procedit de iure ciuili: non autem canonico, vt per Dyn. & alios in reg. possessor malæ fidei, lib. 6. Bart. in l. cum hæres, ff. de diu. & temp. præscript. & Hieronym. Zanet. de different. iuris ciu. & canonici, in

4 t. diff. num. 145. † Et procedit etiam de plano in successore layci, non autem prælaturæ, vt per Bar

5 bat. consi. 9. Supremi, num. 8. volu. 1. † Et sortitur quoque locum, vbicunque heres uti uellet defuncti accessione, aliàs secus, vt per Berò. in d. consi. 82. num. 15. & ita etiam aliàs iudicauit sacra Audientia Barensis, in anno 1589. in causa vertente tunc inter aliquos de Terra Baruli.

Imò

6 Imò † mala fides defuncti nocet etiam hæredi vniuersali, qui titulo hæredis hęreditatem adiuit, volenti à semetipso, & ex sua persona præscriptionem ipsam inchoare. ita Alex. in l.Pantonius, §. cum quis adminiculo, ff.de acquir.poss. Andr.de Iser.in c.1.§.porrò.num.27.quæ sit prima cau.benef.amit. Rom. consi.201. vbi perhibet, istam esse communem opinionem, & Gozad. consil.56. sub num.15.Crauet.consi.146.num.7. volum.1. & Curt.iun.consi.181.& consi.187.colum.fi.vol.2.Riminal.iun.consi.248.Summa, nu.36.vol.3.

7 Prout † ipsi hæredi mala fides similiter obest, ne præscribat, etiam pro personalibus quidem actionibus, vt per Glo. in d.reg. possessor malæ fidei, vbi Couarru. §.11. partis 2. sub nume.3.vers. hinc sanè deducitur, vbi memorat istam esse communem opinionem, Soc.iun.etiam cons.144.nu.46.& seq.volum.1.Ruin. consi.170. nu.32.vol.1. & magis communem Ant.Gabriel.lib.5. de præscript.conclusio.3.

Et ratio huiuscemodi communis in principio
8 positæ, ita amplificatæ ea est, † quoniam hæres
tenetur exonerare conscientiam, animamque defuncti.c.fi.de fideiuss. & c.1.de solut. Paris.consi.27.num.139.& seq.volum.1. Rolan. consi.6.nu.47.volum.3. Cæphal.consi.102.num.2. Alexan. consi.4.num.21.consi.203.num.14.vol.2.consi.99.num.10.volu.4.& consi.97. num.8. volum.7. Simon de Prætis, consi.157. Motiua, nu.17. vol.1.Tiber.Decian.consi.73.Concurro, nu.54.vol.2.vbi testatur de communi. Et quando hæres teneatur conscientiam sui authoris exonerare, affabrè quidem explicat, atque resoluit D. Cæphal. consi.393. Consultus, nu.21.vol.3.

Imò mala fides adeò nocet, vt etiã quis ex præscriptione tanti tẽporis, cuius memoria non extat
9 in contrarium, iuuare se minimè posit, † cum in
præscriptione etiam centenaria requiratur bona fides, ita Ang.in l.qui luminibus, ff.de seruit.vrb. præd.Cuma.consi.64.Cæphal.consi.455.Magnifici, num.86. volum.4.Franc.in cap.1.in fi. de præscript. in 6.& ibi Glo.quam sequitur Tiber.Dec. in d.consi.73.nu.55.& sacrum Consilium Neap. referente Afflicto, decis.368.& istã ait fore magis communem opinionem Riminal.iun.consi.258. Fundata, num.45. cum alijs seqq. volum.3. Vrsil. in add.Afflic.in decis.140.& 329.& sequitur Pau. Aemil.Veral.decis.362.seu 3.Pręscribere non potest, num.1.& seq.in 2.par.vbi recensuit, Ro.Roma.aliàs iudicasse, etiam minimè currere præscriptionem contra rem iudicatam, & post executionem petitam, & ita residet etiam Iacob. Berrettæ, consi.12.Pro solutione, sub nu.8.& seq.vol.1.

10 Et ratio ea est, † quia ius Canonicum considerat peccatum eius, qui est in mala fide, quod nempè non tollitur diuturnitate temporis: imò quò antiquius, eò grauius, cum animam detineat alligatam, c.non debet, in fi.extra de consang. & affinit. & cum ius canonicũ in materia præscriptionis pręualeat iuri Ciuili, ideo possessor malæ fidei nunquã præscribit, Laur.de Pinu, consi.90.nu.6.

11 Et malæ fidei † possessor dicitur qui contra iura mercatur, reg.qui contra iura, de regu.iur.in 6. & in l.quemadmodum, C.de agricol. & censitis, lib.10.Glo.in c.apostoli, in ver.præscriptione, de donat. & in c.2.de his, quæ fiunt à prælatis, & Socin.consi.28. Viso quodam, col.6.vol.2. Bertran. consi.272. Ex processu, nu.6.vol.4. Corne.consi.121.num.11.vol.2. Riminal.iun. consi.333. Magnifica, num.32.vol.3.Ioan.Pet.Surd.cum torrente Docto. relato per eum, consi.115. Quoad bona, num.11.Ioan.Bapt.Plot.consi.13. num.35.& contra talem meritò quidem vrget, atque militat præsumptio iuris, & de iure, ut per Franc. Beccium, consi.95.num.2.18.& 24.volum.1.vbi hoc vtiliter explanat, probationemque in contrarium non admittens, vt concedit Ioan.Pet.Surd. cum alijs signatis per eum consi.28.Conatur, nu.73.

12 Nec non † dicitur malæ fidei possessor, qui notitiam habet rem à se possessam esse alienam, vel alteri debitam. c.si virgo, & ibi Glo.34. quæst.2. & in l.bonæ fidei, ff.de verbo.signific.& optimus text.in l.si quis fundum, ff.de acquir.possess.l.item veniunt, §.petitum, ff.de petit. hæred. vbi expressè disponitur, quòd mala fides esi habere scientiã rei alienæ: & firmat etiam cum alijs signatis per eum, Bero.in c.grauis, num.17.de restit.spoliat.& Prosper Pasethus, consi.103.Subtiles, num.7.Cæphal. consi.455.Magnifici, num.84.vol.4.& consil.316.Causa Viuianorum, num.17.& seq. vol.3.

Et hinc Bar. in l.fundum, ff.de vsucap. conce-
13 dit, † quod ille, qui scit ad se rem non spectare,
nec pertinere, & sic non esse dominum, dicitur in mala fide, & idem in l.cum quærebatur, C.vnde vi, & in l.Celsus, ff.de vsucap.& Tiraq.in tract. de utroque retractu, de retractu conuentionali, §.1.gl.2. sub nu.20.Paul.Aemil.Veral.decis.333. seu 6. Vendiderant, nu.6.in 3.par. Io.Pet.Surdus, consi.4.num.45.

14 Imò † isthæc scientia sat est, vt ante præscriptionem superueniat, & quòd etiam præsumpta sit: quæ nempe scientia sufficit quoque sine aliqua alia lite, vt aliàs iudicauit Rota Rom. teste Paulo Aemil.Veral.decis.360.seu 1.in 2.par.

15 Diciturque † etiã malæ fidei possessor, vbicunque haberet conscientiam suam læsam, & grauatam, ob occupationem, & vsurpationem factam rei alienæ.ita Io.And. in reg. possessor. Abb.in c. nauiganti, de præscript.Inno. in cap.quia plerunque, de immunit. eccles. & Canonistæ omnes in c.fin. de præscript.

16 Imò † dicitur quoque malæ fidei possessor, qui propria authoritate, absque titulo aliquo ingreditur rem, etiam si credidisset possessionem rei esse vacantem, teste Bero.consi.61. sub nu.15. volum.3.& in c.grauis, sub num.17.de restit.spoliat. veluti malæ fidei possessor etiam est qui scit contractum posse rescindi per restitutionem in integrum. ita Imola in c.ad Apostolicam, de donat. Alex.consi.54. Circa primum dubium, num.10. volum.6. Fely. in cap.de quarta, num.35.in fine, de præscript.

17 Et † ipse malę fidei possessor tenetur restituere fructus perceptos, & qui percipi potuerunt, Beccius d.consi.95.num.3.

ARGVMENTVM.

Non solùm committitur maleficium in faciendo, sed etiam in permittendo malum.

SVMMARIVM.

1 *Maleficium dicitur in malefaciendo, vel fieri permittendo consistens.*

2 *Furem, seu alium malefactorem indicare nemo tenetur, vt non indicare non sit peccatum exemplo D. Francisci, & pœna celantis veritatem in bonæ conditionis & famæ viro locum non obtinet, nu. 5.*

3 *Indicans quis malefactorem, etiam si teneretur, pro illo indicando nihil ratione turpitudinis accipere potest: secus si promissum sit præmium banno mediante vel statuto pro criminis manifestatione, nu. 4. & quomodo id intelligendum.*

6 *Maleficium noctis tempore commissum, difficilis probationis, vt delicta grauissima clam committi solita non ita plena indicia desiderent, quòd reus torqueri possit, nu. 7.*

8 *Maleficia nocturna acrius quàm diurna puniri.*

9 *Delictum maius esse dicitur ex persona, vel loci qualitate.*

10 *Malum minus de duobus eligendum, & quomodo intelligatur, nu. seq.*

11 *Mendacium proferre etiam officiosum, negando, vel occultando, vt à morte quis liberetur, an liceat.*

12 *Malum duplex, culpæ videlicet & pœnæ: & quod proprium & improprium.*

13 *Mala culpæ non facienda, vt bona sequantur.*

14 *Malum minus ab ecclesia, vel superioribus quandoque permittitur, vt maius euitetur, vt meretrices tolerando.*

15 *Iudæis, mutuare sub vsuris ecclesia ob maius peccatum euitandum, permittere non deberet.*

DECISIO CXCVI.

1 MALEFICIVM † illud dicitur, quod consistit in malefaciendo, vel fieri permittendo, vt per Alber. in l. iniuriarum, §. si quis, ff. de iniur. per illum textum.

Cæterùm animaduerte, quod quicquid suadeat
2 præsens definitio, † nemo de iure tenetur indicare furem, seu alium malefactorem, ac delinquentem, sicuti concedit Hostien. in summa, ti. de furt. rubr. de cond. furt. §. fin. Specu. de denunciat. §. 2. Docto. vnanimi consensu omnes, per tex. ibi in l. 4. §. si tibi, ff. de condict. ob turpem caus. vbi Angel. protulit magnum quippe verbum, non fore aliter peccatum, non indicare aliter maleficium, seu malefactorem, hocque etiam Franciscum illum sanctissimum obseruasse in facti contingentia, dum interrogatum à satellitibus insequentibus homicidam Perusij, quò ille fugeret, apponendo digitum ad auriculam respondisse, teste eod. Ang. illum homicidam, hac aliter non transiuisse, & hac quidem prudentia studuit malefactorem, de cuius transitu, atque itinere exactissimam habebat notitiam saluare. & sequitur Bart. in l. 1. C. de condic. ob turp. causam. Glo. & vniuersaliter omnes, in l. inciuile. C. de furt. Andr. de Iser. Afflict. num. 6. in cap. primo, §. præterea, quæ sit prima causa benefic. amitt. & ita aliàs, non semel tantum iudicauit Regia Audientia Apuliæ, in anno 1583. & sequenti, absoluendo varios diuersosque, super huiusce re inquisitos atque vexatos.

3 Imò † si cogi posset quis ad indicandum malefactorem, non posset pro illo indicando tùc quicquam accipere, quia absque dubitatione aliqua turpiter acciperetur, attestante Glo. & Ias. in fine, in d. §. si tibi, Bal. in c. super eo, de transf.

4 Est tamen bene verum, † quòd vbicunque promissum sit præmium, mediante banno, vel statuto, pro alicuius criminis manifestatione: tunc illud absque scrupulo aliquo, solui debet indicanti, ac detegenti: sed hoc cù grano salis intelligendum venit: nam præmium à statuto expositum ei, qui probabit delictum, non debetur ei, qui sola indicia ad torturam ministrat, vt per Bal. in l. 1. C. quib. ex cau. seru. pro præm. & Dec. in c. 2. in 9. limit. de probat. & ita aliàs in facti contingentia in Regia Audientia Apuliæ obseruaui in varijs casibus, dum in ea penitus misera tempestate, ob lacerationem tã sacrosanctissimę doctrinæ se constituunt in euidenti animę discrimine in recipiendo præmia alijs promissa vigore bannorum, non aliter verificatis, ac probatis delictis.

Et quemadmodum nemo indicare maleficium
5 obnoxius est: † ita itidem pœna celantis veritatẽ minimè obtinet locum in eo, qui reperitur bonæ conditionis, & famæ, vt per Spe. in tit. de instrum. edit. in §. instrumenta, in prin. & ita consuluit post Petr. Bellum Ioan. Ant. Rube. consi. 16. Ex pluribus, nu. 1. cum alijs seqq.

6 Sed † maleficium noctis tempore commissum est nempè difficilis probationis. ita Glo. & Bal. in l. si cum exceptione, ff. quod met. cau. Bosius in pract. crim. ti. de inditijs, nu. 175.

7 Quare sequitur, † vt delicta grauissima, quæ clam committi solent, non ita plena indicia desiderent, vt reus quæstionibus subijci posit, vt alia leuiora, sicut prodidit Innoc. in cap. 1. de constit. Marsil. consi. 121. num. 18. & Rolan. consi. 7. nu. 6. volum. 1.

8 Et hinc est, † quòd maleficia quidem de nocte commissa, acrius quidem puniuntur, quàm diurna. l. Gracchus, C. de adulter. l. 2. & 4. ff. de furt. Barto. Bal. & cæteri vniuersaliter omnes in l. non minorem, C. de transact. Et sic delictum noctu patratum, grauiorem pœnam meretur. l. aut facta, §. locus, & ibi Bart. ff. de pœn. c. omnis vtriusque sexus, & ibi Glo. Hostien. Abb. & alij, de pœn. & remiss. Iacob. Philip. Imolen. consi. 72. nu. 10.

9 Et de hoc mirandum quippe non est: † quoniam delictum dicitur esse maius, ratione qualitatis personæ, vel loci, in quem, vel in quo committitur, vt per Socin. consil. 5. volum. 2. Dec. consi. 65. colum. 2.

Est nihilominus bene verum, quòd in omnem
10 euentum † malum minus est eligendum de duobus malis. l. quoties, cum ibi alleg. ff. de regu. iur. l. procurator rei, ff. de doli exceptio. & l. exigendi, C. de

C. de procurat. Io. de Capistrano in Speculo conscientiæ, in 2. par. incip. Restat nunc respondere, nu. 160. posito in 1. tomo Tractatuũ impressorum in anno 1584. Cæphal. consi. 451. Multæ, nu. 312. volum. 4. & firmat etiam Ambros. lib. de Patriarchis, & habetur in c. offerebat, 32. q. 7. vbi offerebat sanctus Loth filiarum pudorem: nam etsi illa quoque flagitiosa impuritas erat: tamen minus erat secundum naturam coire, quàm aduersus naturam delinquere: præferebat domus suæ verecundiæ hospitalitatem gratiam etiam apud barbaras gentes inuiolabilem. & sic vbicunque quis reperiatur inter Scyllam, & Carybdim, & inter duo mala ita inuolutus, & perplexus, vt vnum illorum malorum sit patraturus, consulendum est ei tunc pro euitando maiori, quòd faciat minus malum, c. nerui. 13. distinctione, in tantum, quòd inter duo mala culpæ minus nempe est eligendũ, vbi necessitas vnum perpetrare compellit, c. quod Dauid. & c. si aliquid, 22. q. 4.

11 Sed † hoc de plano quidem sortiretur locum suum, vbicunque duo mala ipsa concurrerent in eademmet persona, secus verò in diuersis personis: tunc enim non foret licitum proferre mendacium, etiam officiosum, vt aliquis à morte liberaretur; veluti, vti Titius interrogaret Sempronium, quo in loco reperiatur, vel commoretur Mæuius, quem trucidare statuerat, qui si hoc notum sibi sit, non tenetur, nec debet vllo modo mendacinm proferre negando, occultandoq; veritatem, etiam quòd illud mendacium tũc solummodo peccatum veniale inducat, & sic non debet committere minus malum, vt maius euitetur, cap. primum, & c. ne quis, 22. q. 2. & ita secundè quidem firmat quamplures adducendo rationes Alex. de Neuo, consi. 100. In casu, in quo requisitus fui, num. 10. & alias rationes pleniori cornu recitauimus in tract. de Peccato, in verbo, Peccatum etiam veniale.

Et ne ignorentur termini præsentis indagatio-
12 nis, aduertendum est, † qnòd malum duplex est, videlicet culpæ, & pœnæ, cap. illa, 15. q. 1. malum itaque pœnæ non propriè malum dicitur: mala enim non sunt, quæ nec crimine mentem implicant, nec conscientiam ligant, sicut paupertas, ægritudo, & aliæ pœnalitates, vt per S. Thom. in 2. sent. distin. 34. q. 1. malnm verò culpæ propriè dicitur malum, videlicet peccatum voluntariè commissum, per iura allegata, & per S. Thom. in loco antesignato.

13 Et † tunc mala culpæ non sunt facienda, vt bona sequantur, 14. q. 5. per tot. cap. is autem, cap. ne quis, c. si faciat, 22. q. 2. Est bene verum, quod de malo culpæ bonum sit, quãdo de turpi lucro, vbi non competit repetitio, fiat eleemosina, cap. qui
14 habetis, 14. q. 5. Et est quoque bene verũ, † quod quandoque etiam permittitur minus malum ab Ecclesia, vel superioribus, vt maius malum euitetur, ita Glo. & alij in c. inter opera, de sponsa. vbi dicitur, quòd Ecclesia tolerat meretrices publicas, vt maiora mala euitentur. Sed Alex. de Neuo in d. consi. 100. num. 9. cum alijs seqq. videtur in
15 aliam sententiam inclinare, † quòd Ecclesia non debeat tolerare, vel consentire propter maius peccatum vitandum, vt Iudæi mutuent sub vsuris, recitatq; istam esse communem opinionem Theologorum, & Canonistarum.

ARGVMENTVM.

Aequiparantur, non habere maritum, & habere inutilem: sic etiam de vxore: & quando maritus tenetur alere, medicinas præstare, funeraliaque impendere.

SVMMARIVM.

1 *Maritum non habere, vel inutilem, paria esse: vt vxorem capti ab hostibus, seu banniti, vel ad triremes carceresue perpetuos condemnati, viduam dicere possis.*

2 *Esse inutiliter, vel non esse, paria sunt.*

3 *Priuilegia viduis concessa, & inutiliter nuptis competunt.*

4 *Mulieres, quæ de maritorum morte gaudent.*

5 *Vxorem non habere, vel inutilem, paria.*

6 *Maritus durante matrimonio onera rerum dotalium soluit.*

7 *Vsufructuarius, & non proprietarius onera realia collectasque soluere tenetur.*

8 *Fructus percipiens & possidens, censu annuos prore debitos soluere adstringitur.*

9 *Maritus vxoris infirmæ necessitatibus omnibus subuenire debet, vt si negligens fuerit in medicinis exhibendis & similibus, omni dotis lucro & propter nuptias donatione eiusque successione priuetur, num. 14.*

10 *Maritus vxori etiam indotatæ alimenta præstare tenetur, alias sibi imputatur, quare illam sine dote duxerit, etiam si eam non alere iurauerit, nume. 11. & 12.*

13 *Iuramentum de non alenda vxore dotata, non valet: secus in ea quæ dotem promisit & non dedit, quæ etiam expelli potest.*

15 *Maritus vxoris famulos, parentesque, sicut eam alere debet.*

16 *Maritus vxorem vestibus, torque, alijsque muliebribus iocalibus ornare tenetur.*

17 *Maritus ad funerum indotatæ vxoris sumptus contribuere, ad eamque honestè ac condignè sepeliendum adstringitur.*

18 *Maritus curare debet vt vxor honestam & sua dignitati condignam habeat sepulturam. & quibus casibus non teneatur.*

19 *Maritus ad sumptus funerum vxoris statim tenetur, licèt eos in dotem computet: & quando de suo facere non teneatur.*

20 *Mariti hæres etiam diues, an habeat anni dilationem à lege concessam ad dotem restituendam in rebus mobilibus consistentem.*

21 *Mariti ob continuam taciturnitatem, durante matrimonio, dotis sibi promissæ, & non solutæ, vsuras non petendo, tacitè illarũ remissio inducitur, sic etiam occasione dotis retardatæ interesse non petitur. num. 22.*

23 *Marito vxori dotarium in feudalibus & quartam in* Z 2 bur-

burgensaticis constituente, dominium bonorum vi
ri pro quarta parte absque possessionis traditione ip
si vxori translatum videtur. ampliatur tamen,
num. 24.
25 *Maritus adulterum cum vxore sua deprehensum,*
mediante etiam assassinio impunè occidere potest.
26 *Maritus ardore vindictæ, vxorem in adulterio depræ*
hensam occidens, mortaliter peccat.
27 *Occidere quinque modis licet, & quibus, num. seqq.*
videlicet iudicis authoritate. itē bello iusto, quod
publica authoritate geritur, num. 28. & ad vitæ
propriæ defensionem, vt nec peccatum aliquod, ne-
que censura irregularitatis incurratur, num. 29.
proque rerum mobilium siue immobilium defen-
sione, num. 30. ac denique pro defensione proximi,
nume. 31.

DECISIO CXCVII.

1 MARITVM † non habere, vel habere inu
tilem, paria sunt. c. 2. de transla. præla. &
l. fi. C. ad leg. Fla. de plag. Abb. in c. bo-
næ, il primo, in 3. not. & Alex. consi. 104. vol. 1. &
Fely. in cap. significantibus, num. 8. de offi. deleg.
vbi concedit, vxorem capti ab hostibus, seu ban-
niti, vel ad triremes, seu ad carceres perpetuos cō
demnati, vocari, diciq́ue posse viduam, & hoc
idem voluit Glo. in ver. orbitates, & Bal. in d. l. fi.
C. ad l. Flau. de plag. Alex. in d. consi. 104. col. 11.
Cotta in memoriali, in ver. vidua, vbi amplè con-
firmat, Couarru. in lib. pract. quæstionum, cap. 7.
col. 5. versi. est & in hoc eodem tractatu obseruan
dum, & Caraui. in ritu 19. num. 22. Et hoc com-
2 modè quidem fulciri posset ea ratione: † nam pa-
ria sunt aliquid nō esse, vel inutiliter esse, l. de æta
te, §. nihil, de interrog. actio. l. 4. §. condemnatum,
3 de re iudi. l. vnica. C. de rei vxor. actio. & sic † pri-
uilegia concessa, elargitaq́ue viduis, competunt
quoque mulieribus inutiliter nuptis, teste Bal. in
d. l. fi. & ita compluribus quippè vicibus iudicaui
in facti contingentia in Regia Audientia Apu-
liæ, in anno 1583. cum alijs seqq. dum assidebam
in ea Auditor, admittendo aliquas vxores inutili-
ter nuptas, tanquam viduatas, & infelices, & mi-
serabiles personas ad fori electionem, tam in cau-
sis criminalibus, quàm ciuilibus, & firmat in ter-
minis D. Vincen. de Franc. decis. 100. Virginem,
num. 18. pro quibus quidem vxoribus ita inutili-
ter nuptis constitutum, constructumq́ue extitit
necessitate vrgente, & summa cum religione, &
pietate Monasterium in Ciuitate Neapolis, nun-
cupatum de Iesu de Hierusalem, ad quod conuo
lant quamplurimæ ex istis mulieribus inutiliter
nuptis, vti orbatis, & viduatis proprio viro, & in
eo recipiuntur cum charitate, & viuunt vt reli-
giosæ.
4 Et de hoc mirandum quippè non est, † si mu-
lieres istæ, & nonnullæ aliæ gaudent de morte ma
ritorum, ita Glo. in l. pater, §. socrus, ff. de condit.
& dem onstra.
Et quemadmodum paria profectò sunt, mari-
5 tum non habere, vel habere inutilem: † ita pari-
formiter paria etiam sunt, non habere vxorem,
vel habere inutilem, vt per Glo. in l. fi. C. ad l. Iul.
de plag. vniformiter ab omnibus iuris interpreti-
bus approbatam ibi, & à Rolan. consi. 96. decre-
ueram, num. 39. volu. 3. & ratio ea est: quoniam
in parificatis eadem determinatio esse debet, se-
cundum Bero. consi. 140. Viso puncto, num. 21.
volum. 2.
6 Qui † quidem maritus soluere tenetur colle-
ctas rerum dotaliū durante matrimonio, ita Glo.
Barto. & cæteri omnes communiter, in l. 1. C. de
mu. & idem Bart. in l. Lucius, §. idem respondit, il
secondo, ff. ad municip. Bero. cōsi. 146. Quoad hę
sitationem, num. 6. & 21. vol. 1. vbi assignat viua-
cem rationem, & Ioan. de Amicis, consi. 69. pro-
pe fin. & idem Bero. consi. 150. Viso puncto, nu-
7 me. 25. volu. 3. † vbi, num. 15. concedit etiam vsu-
fructuarium teneri quoque ad onera realia, & ad
collectas, quę principaliter pro rebus imponūtur.
8 Et nihil mirum: † nam fructus percipiens, &
possidens, tenetur absque scrupulo aliquo solue-
re census annuos pro re debitos, vt per Bar. Alex.
& alios vnanimi consensu omnes in l. neque, C.
de impen. in reb. dot. fact. eundemq́ue Bart. in l.
Lucius Paulus, §. idem respondit, il secondo, ff. ad
municip. Bertran. consil. 431. Visis testamentis,
num. 4. vol. 4.
9 Imò † maritus ipse tenetur ferre etiam opem,
subuenireq́ue sollicitudini vxoris infirmæ, de ali-
mentis, medicinis, medicis, & alijs omnibus re-
bus necessarijs, tex. est in l. quod in vxorem, C. de
neg. gest. Glo. in l. ab hostibus, §. si vir. ff. solu. ma-
trim. in ver. lucrifacere.
10 Quod in tantum verum est, † vt si vxor reperi-
retur indotata, adhuc maritus ei teneatur præsta-
re alimenta. l. penul. ff. vt in possess. leg. l. quod si
nulla, ff. de relig. & sump. fun. Glo. in l. fi. C. de di-
uor. & Rom. consi. 517. num. 1. & 3. & D. Horat.
Mandos. ibi in addit. in littera B. cum alijs aggre-
gatis per eum, vbi Rom. præsentem ampliationē
amplè declarat, & interpretatur.
11 Tunc † enim marito hoc imputandum esset,
quare vxorem absque dote duxerit. d. l. fin. de di-
uor. Bal. in addit. Spec. in titu. qui fil. sint legit. in
ver. vxor. & in Marg. ver. maritus, & Inno. in c. per
tuas, de dona. inter vir. & vxo.
12 Imò † maritus tenetur quoque vxorem alere,
etiam si iurauerit eam non alere, ita Bald. in l. pa-
13 ctum, in fi. C. de collat. † nam iuramētum de non
alenda dotata, non valet vllo modo: secus de do-
tata, quæ promisit dotem, & nō dedit, vt per Bal.
ibi, & Fely. in c. cum quidam. nam tunc maritus
posset etiam expellere eam, cap. per vestras, & ibi
Panor. num. 4. extra de donat. inter vir. & vxor.
Nauar. consi. 24. num. 3. de reg. lib. 3.
14 At † si maritus fuerit negligens in adhibendis
medicis, medicinis, & alijs omnibus rebus neces-
sarijs vxori suæ infirmæ, priuatur indubitanter
omni lucro dotis, & donationis propter nuptias
debito, tam ex dispositione iuris cōmunis, quàm
municipalis, siue ex pacto, vel ex consuetudine,
vt concedunt Bal. in d. l. quod in vxorem, num. 1.
Alex. consi. 123. vol. 7. Ruyn. consi. 8. & 139. vol.
4. Ioan. de Amicis, consi. 3. col. fi. & Cotta in me-
moriali,

moriali, in ver. maritus priuatur, qui non obscurè quidem ad lucem adducit hanc Baldi opinionem, & sequacium non habere cõtradictionem, & discernitur apertissimè, cõmunem esse ex congestis per Boer. decis. 244. sub num. 11. & seq. & per Rolan. à Valle in tract. de lucro dotis, quæst. 64. num. 1. cum alijs seqq. quam ibi ampliat, & limitat etiam in eod. tract. quæst. 70. nume. 1. & 8. Ioan. de Terra Rubea in tract. contra rebelles suorum Regum, in 3. arti. 3. tract. col. 14. fol. 53. versi. item infirmam, & priuatur eius successione, Fran. Caldas in l. si curatorem, in ver. sua facilitate, nu. 21. C. de in integ. restit. minor. & ita religiosè more suo, de mense Augusti 1582. iudicauit D. Curtius Roccharanus de Cellino, iudex meritissimus tunc Curiæ nostræ Aquilanæ, ad fauorem magnifici Hieronymi Viuij patrui mei, contra magnificum Ioannem Marinum de Don Lupo, suum generum, qui mediante diffinitiua sententia cõdem natus extitit ad restituendum ei dotem, in pecunia, & alijs rebus mobilibus consistentem, statim post mortem suæ vxoris, non aliter expectato anno: stante quòd inhumanè, ac improbè se gesserat erga eius miseram vxorem, in deferendo eam solam infirmam in lecto existentem tunc absque famula, & in articulo mortis constitutam: denegaueratq; accessum Sacerdotis, pro ministrandis eidem Ecclesiæ Sacramentis, & ipsius Hieronymi, & filiorum pro ea visitanda, atque adiuuanda, ad domum eius; taliter quòd ob hoc habitus ex mera necessitate extitit recursus ad reuerendissimum D. Episcopum, & ad Curiam secularem Aquilanam, & impetrato mandato contra eundem Ioannem Marinum pro accessu prædicto, ei obtemperare noluit vllo modo, in tantum, quòd cõtumax ob hoc remansit, & ipsa misera vxor ad euitandum animæ, & corporis discrimen, rogauit ipsum Hieronymum eius patrem, vt eam reducere voluisset ad eius domum, vt tunc adducta illic extitit, in qua suum diem (Deo annuente) clausit extremum, & ipse Hieronymus dum durauerat infirmitas eiusdem suæ filiæ, conuocatis Sacerdotibus, & medicis, die, noctuque & adhibitis omnibus, & singulis rebus ad curam necessarijs, & post eius mortem, & factis pro ea sepelienda, & humanda oportunis, secundum Ciuitatis Aquilæ consuetudinem expensis funerum, quę erogan da erant per ipsum Ioannem Marinum saltem de dote prædictæ Lauinię, & præsentem sententiam reportauit ad eius fauorem prædictus magnificus Hieronymus, patrocinante pro eo insignis literaturæ viro Dom. Octauio Viuio, fratre meo honestissimo.

15 Et † sic tunc maritus necessariò tenebatur alere etiam seruos, & famulos vxoris, sicut vxorem, Glo. in Auth. de non alien. secundò nub. §. illud, imò tenetur etiam alere parentes suos, l. mutus,

16 §. 1. de iure dot. † & sumptibus suis tenetur vxorem ipsam ornare vestibus, torque, & alijs iocalibus muliebribus, & ad notabiles vecturas vxoris, & ministrorum eius, cum peregrè proficiscitur, & denique etiam ad vnguenta, & fucum, quibus velut sydus explendens magis decora sibi appareat. Ioan. de Terra Rubea in d. tract. in d. loco.

17 Imò † etiam si vxor reperiretur indotata, maritus teneretur contribuere ad sumptus funerum, & ad eam sepeliendam. l. quod si nulla, ff. de relig.

18 & sump. fune. & Rom. d. consi. 517. nu. 2. † & debet curare vt vxor habeat honestam, & suæ dignitati condignam sepulturam, aliàs sibi iniuria fieri censetur, vt per Doct. in l. si quis sepulchrum. §. sumptus, ff. de relig. & sump. fune. Et casus in quibus maritus ipse teneatur facere sepulturã, & expensas funeris suæ vxoris, & in quibus nullatenus etiam obnoxius quippè sit, discurrit, & insimul resoluit Ioan. Bessian. in consuetud. Aluerniæ, in consuet. Des Mineurs, cap. 13. sub art. 46. fol. par. 107. & seq.

19 Et consequenter † maritus teneretur ad sumptus funerũ vxoris statim, licèt habeat dilationẽ anni ad restituendam dotem, sed eos computat in dotem, cum de suo facere non teneatur, si dotem non lucretur, ita Alex. post alios in l. si filia, ff. solu. matrim. aliàs perdit dilationem. l. cum, & seq. ff. de relig. & sumpt. fune. & Alex. in d. l. si filia, & notatur in l. in fundo, per Glo. & alios, de iure dot.

20 Nec non † hæres mariti, vbicunque diues esset, minimè quidem haberet anni dilationem à iure statutam ad restituẽdam dotem, in pecunia, seu rebus mobilibus consistentem, sed teneretur statim mortuo marito illam restituere, ita Iacob. Cyn. & Goffre. in l. vnica. §. exactio, C. de rei vxo. act. & Ang. in §. fi. in Auth. de fideiuss.

In contrariam verò partem, videlicet quòd hæres mariti, etiam quòd diues sit, cogi nequeat modo aliquo ad restituendam dotem in rebus mobilibus consistentem, durante anni circulo à lege concesso, inclinauit Barto. in l. diuortio. §. interdum, & ibi Illustrissimus D. Card. Alban. in lucubrat. ad eundem Bar. circa fin. ff. solu. matri. Bal. & Saly. in d. l. vnica, §. exactio, Ias. in §. fuerat, num. 28. Insti. de actio. vbi memorat istam esse communem opinionem, & Boer. etiam consi. 50. sub nume. 18. & sequen. & ita semper vidi obseruari, & practicari.

In tantum quòd in omnem euentum, maritus tenetur alere vxorem, & ei subuenire omnibus in rebus. l. quòd in vxorem, C. de neg. gest.

21 Et hinc est, † quòd si maritus durante matrimonij tempore continuè taceat, nõ petendo vsuras dotis sibi promissæ, & non solutæ, per ipsam continuam taciturnitatem inducitur tacita vsurarum remissio, atque donatio, ita Rota Pedem. decis. 132. In dubio vertitur, & Marc. Ant. Bardus in tract. de tempore vtili, & continuo, cap. 18. sub num. 11. versic. est etiam aliud singulare dictum in hac materia, & discussimus in Sylua communium opinionum, opinio. 628. Præscribi non potest, lib. 2.

Et quemadmodum maritus non valet in præ-

22 senti speculatione dotis vsuras exigere: † ita pariformiter etiam vxor minimè petere posset interesse, occasione dotis retardatæ, vt per Bar. & alios vnanimi consensu omnes in l. insulam, §. vsuras, ff. sol. matr. Io. Ant. Rub. cons. 55. Visis pactis, nu. 4.

Imò

23 Imò † si maritus constituat dotarium vxori in
bonis feudalibus, & vltra dotarium constituat e-
riam quartam eidem vxori in bonis burgensati-
cis, tunc eo ipso videtur translatum vxori domi-
nium bonorum viri pro quarta parte absque ali-
qua alia traditione possessionis, ita Afflic.in con-
stit. Mulier, quæ dotarium, col.3. versic. secunda
dubitatio, ac etiam in dotario, vt per Afflic. ini-
bi, colum.8. quæst.6. versi.sexto quæro. vbi etiam
idem firmat in bonis futuris mariti, vt in eis vxor
ipsa habeat dominium. Et vide duos alios casus
per Dec. consi.341.colum. penult.
24 Et † hanc regulam amplia, vt locum habeat,
etiam quod partes nollent; vt dominium ipsum
transferatur, ita Dec.consi.343.
Sed vt rerum fructus potius, quàm speciē ver-
borum, ordinisque spectes, his monumentis com
mendandum non ab re, & in medijs, & summis
25 ipsis occupationibus, laboribusq; volui, † quòd
maritus potest impunè occidere adulterum de-
præhensum cum sua vxore, etiam mediante assas-
sinio, ita Bal.in l.Gracchus. C.de adulter. & licèt
ibi dubitet Saly. tamen Afflict. in constit.Regni,
26 Pacis cultum, nu.40. inhæret opinioni Bal. † sed
maritus ipse ardore uindictę occidens uxorem in
adulterio depræhensam, peccat quidem mortali-
ter, Menoch. in tract. de arbitrar.iudic.quæst.lib.
2.casu 482.nu.4.cent.5.
Sicuti etiam quilibet in rebus agendis exerci-
27 tatus, debet animaduertere, † quòd quinque mo
dis licitum est alium occidere. Primò itaque iu-
dicis authoritate, de qua 23.q.4.c.ille, & Exo.22.
Maleficos non patieris viuere.
28 Secundò, † bello iusto, quod publica authori-
tate geritur, de quo 23.q.1.cap.nisi.cap.noli, & c.
quid culpatur.
29 Tertiò † licitum est alium occidere, vim vi re-
pellendo ad defensionem propriæ vitæ, & in hac
occisione non solùm non incurritur aliquod pec
catum, sed neque censura irregularitatis, vt re-
ctè quidem concedit Glos. pen. in clemen. 1. de
homic. Nauar.consi.8. & consil.11.num.4. de ho-
micid. lib.5.
30 Quartò † licitè aliquis occiditur pro defensio-
ne rerum, nempe pecuniarum, & aliorum bono-
rum, siue mobilium, siue immobilium, vt per Ca-
ieta. in 22. q. 64. art.7. S.Antonin. in sum. 3.par.
tit.4. cap.3. Siluest.in sum.in ver.bellum, §.2. Na-
uar.in sum.in c.de homicidio, nu.2. vbi etiam af-
fert rationem, per quam soluit contrariam obie-
ctionem: quia licèt teneamur plus diligere vitam
proximi, quàm nostra bona temporalia: tamen
ad hoc non tenemur, nisi in proximi necessitate.
Confirmatur quoque, quoniam iudex propter
furtum pōt reum capitis condemnare: sed in ista
necessitate, qn̄ aliquis vult furari nostra bona, nec
possumus aliter impedire, nos sumus quodammo
do iudices: ergo licitum est nobis illum occidere.
31 Quintò † permissum quoque est alium occide
re pro defensione proximi, ex Gl.pen.in d.cle.1.
de homicid. & Panormitano, in c.si verò, de sent.
excommunic. & de clerico percussore, c.pen.

ARGVMENTVM.

Creditur scripturæ & fidei agrimensoris de men suratione facta: & quando probatio est facienda per scripturas, non sufficit quòd sit facta per testes.

SVMMARIVM.

1 *Agrimensoris depositio, vel fides de mensuratione facta requiritur. Et fides ipsa per literam vel nuntium haberi debet.*
2 *Im missum se asserens in possessionem ab officiali, per acta & scripturas, nō aūt per testes probare debet.*
3 *Probanda per scripturas & acta, & non per testes, quæ sint, in plurimis casibus, remissiuè.*

DECISIO CXCVIII.

1 DEPOSITIO, † vel fides agrimensoris de
mēsuratione facta per eum alicuius præ
dij requiritur, arg.l.3.ff.si mēs.fals.mod.
dixe. & l.Theopompus, de dote præleg. vbi Bart.
& in d.l.Theopompus, firmat, q̄ in præsenti ca-
su, vel simili debet haberi fides per litteram, vel
per nuncium. & ita aliàs declaratum extitit in Re
gia Audientia Apuliæ, in anno 1583. contra ma-
gnificum Ioannem Scassam, de ciuitate Lucerię.
2 Et hinc est, † quòd si quis assereret extitisse im
missum in possessionem ex ordinatione officialis,
deberet hoc necessariò per acta, & scripturas pro
bare, non autem per testes. ita Bart.in l.fin. in fi.
C.de edicto diui Adria. tollen. & Guido Papæ,
decis.356. in fi.
3 Alia † verò exempla, quibus aliquid venit pro
bandum per acta, & scripturas: non autem per te
stes, ponit Cassan. in consuet. Burgun. in 1.vers.
nuncio, in vlt.add. fol.69. & consequenter plūri-
mi quidem sunt casus, in quibus non valet pro-
batio facta per testes: sed necessaria est tunc om-
nino scriptura, quos ponit atque discurrit Iacob.
Aegid. in tracta. de testibus, & eorum reproba-
tione, num.47.

ARGVMENTVM.

Quando testis deponit non verisimilia, sibi non creditur: & quādo probationes sunt pares, creditur magis verisimili.

SVMMARIVM.

1 *Testis non verisimilia deponens suspectus est, nec ei creditur.*
2 *Testes non verisimilia deponentes, de falsitate suspecti, nec fidem faciunt.*
3 *Falsitatis quandam imaginem habet, quod longè à verisimili reperitur.*
4 *Testi de facto reque non verisimili deponenti non creditur.*
5 *Probationes iuri communi conformes in paribus probationibus præferuntur, iurisq; præsumptionem pro se habent.*

Testibus

6 *Testibus verisimiliora deponentibus etiam numero paucioribus magis creditur.*
7 *Sermones rebus sensatis verisimilibusque consonantes verissimi.*
8 *Testibus verisimilia deponetibus de iure fides præstanda.*
9 *Testis verisimile dicens præfertur.*
10 *Testes, ubi intèr se contrarietas reperitur, uerisimiliora deponentes præferuntur.*
11 *Testes uerisimiliora deponentes, qui.*
12 *Testibus deponentibus de bona uita, potius standum, ubi pares numero sunt.*

DECISIO CCXCIX.

1 Testis † deponens non verisimilia, est suspectus, & sibi non est credendum, c. quia verisimile, de præsumpt. Alexan. consi. 2. nu. 11. volum. 7. Crauet. consi. 28. in prin. Anto. Ciofius, consi. 94. Complura, nu. 10. & seq. volum. 2. Riminal. iun. consi. 261. In causa D. Ginebræ, num. 93. volum. 3. & cons. 359. Inquiritur, sub nu. 14. volum. 4. & consi. 441. Petunt fratres, num. 54. eod. vol. Simon de Prætis, consi. 168. Clara, num. 9. Menoch. consi. 283. Duabus, nu. 20. & seq. vol. 3. Grat. consi. 135. nu. 22. vol. 1.

2 Imò † contra testes non verisimilia deponentes est suspitio falsitatis, nullamque fidem faciũt. ita Dec. consi. 596. nu. 8. & cons. 684. nu. 5. Panor. in c. quia verisimile, in fi. de prẹsumpt. per tex. ibi, Ias. in l. si extraneus, in 4. not. ff. de cond. ob cau. Paul. Aemil. Veral. decis. 276. seu 13. Testis vasallus, num. 6. in 3. par. Iacob. Berettæ cum alijs aggregatis per eum, consi. 80. Si primum, nu. 13. vol. 1. Matthæ. Brun. consi. 62. In causa Ser Iulij, nu. 10. volum. 1. & consi. 168. Visis instrumentis, sub nu. 9. vol. 2. Mascard. in tracta. de probat. conclus. 350. num. 19. vol. 1.

3 Et ratio ea est: † quoniam illud, quod reperitur longè à verisimili, habet quandam falsitatis imaginem. l. milites, §. oportet, C. de quæstio. Bal. in l. 1. C. de ser. fugit. quem refert Soc. in l. 3. §. item si Reipub. colum. 4. ad leg. Falcid. & firmat etiam pleniori cornu, Crauet. consi. 28. num. 1. & consi. 56. num. 19. vol. 1. Riminal. iun. consi. 234. Dominus Romanus, num. 291. & seq. volum. 3. Thom. Gram. decis. 28. nu. 2. Menoch. consi. 431. Proposita facti species, nu. 10. & 41. vol. 5.

4 Et hinc est, † quòd testi de facto, neque nõ veri simili deponenti non creditur. c. quia verisimile, de præsumpt. c. licèt causam, de probat. c. litteris, de testib. l. ob carmen, de testib. & l. nõ est verisimile, ex quibus cau. ma. Io. Petr. Surd. cons. 1. nu. 10.

5 Sed † vbicũque probationes essent pares, tunc dubio procul præualerent, præferrenturque illæ, quæ reperirentur conformes iuri communi, & sic haberent iuris præsumptionem pro se. ita Innoc. & Abb. in c. auditis, de præscript. Glo. Bar. & Angel. in l. si duo, ff. de iureiur. & Abb. in d. c. licèt, de probat. Virgin. de Boccat. de interdic. vti possidet. seu de manutentione in possess. c. 14. nu. 36. de probationibus in interdicto vti possidetis, Neuiza. cons. 47. Ipsius Christi, sub nu. 42. Riminal. iun. cons. 286. Dubium, num. 3. vol. 3. vbi hoc me

6 ritò quidem amplificat, † vt testibus ipsis verisimiliora deponentibus, magis credatur, etiam si pauciores essent numero, prout ampliat etiam in alijs casibus Neuiz. cons. 80. nu. 15.

7 Et de hoc mirandum quippe nõ est: † nam sermones verissimi sunt illi, qui cõsonant rebus sensatis, & verisimilibus, teste Bal. in rub. C. de probatio. Barbat. cons. 88. Sapienter, sub nu. 3. vol. 4. Et consequenter in obscuris inspicitur quod est

8 verisimilius, de regu. iur. in 6. & tunc † testibus verisimilia deponentibus, venit de iure fides præstanda, vt per Alphons. de Mendoza in tracta. de benefic. incompatibilibus, in 1. par. cap. 23. num. 142. Neuizanus, consi. 80. Benedictus, num. 15.

9 Imò † testis ipse verisimile dicens præfertur. l. 3. ff. de testibus, vbi Doct. & Neuizan. cons. 68. Deus, num. 29. Simon de Prætis, cons. 1. sub nu. 19. Barbat. cons. 88. Sapienter, sub nu. 3. vol. 4.

10 Vnde † vbicunque testes ab vtraque parte inducti contradicunt inter se, tunc iudex debet sequi dicta illorum, qui deponunt verisimiliora, & aptiora, non attẽdendo aliter numerum testium: & sic vbi reperitur contrarietas testium, semper illi quidem præferendi sunt, qui deponunt verisimilia; vel illi, pro quorum attestationibus vrgent præsumptiones, & verisimilia inditia. ita Glo. in c. si testibus, 4. q. 3. & in c. in nostra, extra de testibus, vbi Canonistæ communiter omnes, & Glo. & Legistæ vniuersaliter in l. ob carmen, §. fin. ff. de testib. vbi potius ponderant verisimilitudines, & inditia, quàm numerum testium, & Hierony. de Monte Brixiano in tract. de finibus, cap. 59. nu. 2. & 7. Afflic. decis. 363. num. 6. Virgin. de Boccat. in d. c. 14. num. 35. Io. de Amicis, cons. 25. nu. 14. Simon de Prætis, cons. 55. Veram, nu. 12. vol. 1.

11 Cæterùm aduerte, † quòd illi nempe testes uerisimiliora deponere dicuntur, qui habent pro se præsumptionem iuris, ut docuimus supra, & sic cæteris paribus probatio habẽs iuris præsumptionem præferenda semper uenit. Et hinc concedit Anchar. cons. 253. In Christi nomine, in quæstio-

12 ne presbiteri, sub num. 3. † quòd si testes ex una parte deponant quem esse bonæ uitæ: alij uerò contrarium, quòd est malæ uitę, & sunt pares numero, tunc standum potius foret illis testibus, qui deponunt, quòd est bonæ uitæ: quia quilibet prę sumitur bonus de iure, nisi probetur malus, & cõsequenter præsumitur quis esse talis, qualis debet esse naturaliter. l. nec codicillos, C. de codicillis, cum similibus.

ARGVMENTVM.

Quando testes sunt singulares in eorum dictis, sed tendunt eorum depositiones circa idem factum, faciunt indicium, & sic de scripturis simul iunctis faciunt fidem.

SVMMARIVM.

1 *Præsumptiones plures esse dicuntur ad torturam iudicium sufficiens facientes, si plures testes singulariter*

lariter de singulis indicijs deponerent.

2 *Testis unus quòd alteri adminiculetur, quomodo intelligitur.*

3 *Præsumptiones plures imperfectæ, ut plenam probationem faciant, simul iungi possunt. Ampliatur, etiam si essent diuersi generis, & de octo alijs ampliationibus totidemque limitationibus, remissiuè, num. 4.*

5 *Scripturæ coniunguntur ad plenam liquidamque faciendam probationem.*

DECISIO CC.

Testium singularitas coniungitur, quando dictum unius coadiuuaret dictum
1 alterius: † ideo si plures essent testes singulariter de singulis indicijs deponentes, diceretur quidem plures esse præsumptiones, quæ facerent unum indicium sufficiẽs ad torturam, ut uoluit Rapha. Fulgos. in l. fi. C. famil. ercisc. cuius opinionem sequitur, & multis rationibus comprobat Brun. in tract. de indicijs, quæst. 2. primæ par. nu. 4. & seq. ubi refert præsentis casus exemplum cum omnibus suis circumstantijs, & hoc idem exemplum refert etiam accedendo opinioni Fulgos. Blancus in tract. de indicijs, nu. 367.

2 Sed hoc, † quòd unus testis adminiculetur alteri, intelligitur cũ grano salis, quippe locum obtinere, ubicunque unus ex his testibus foret omni exceptione maior, ita Bal. & Ange. in l. si quis ex argentarijs, §. 1. ff. de eden.

3 In tantum, † quòd plures præsumptiones imperfectæ possunt etiam iungi simul, vt plenam faciant probationem, vt per Glo. communiter approbatam in l. 2. in ver. legitimis, ff. de excu. tuto. Panor. col. 3. Fely. col. 5. & Dec. num. 10. in c. cum causam, de probat. Bar. col. 10. versi. his præmissis quæro, Alex. & alios omnes in l. admonendi, ff. de iureiur. & per eundem Bart. in l. 1. §. idem Cornelio, ff. de quæstio. & ibi Marsi. fusissimè, num. 2. & Rom. consi. 7. Visis necessarijs, num. 3. & ibi D. Horat. Mandos. cum alijs coaceruatis per eum in
4 addit. in litera, D. vbi Rom. ipse † hoc amplificat sortiri locum, etiam si præsumptiones forent diuersi generis, vt tunc iungerentur ad plenam probationem faciendam, & sequitur quoque Ioan. Bapt. Ferrett. consi. 371. In materia, num. 5. volu. 2. vbi testatur de communi, & Ioan. Campeg. in tract. de testib. reg. 303. Plures probationes, in 9. ampliat. vbi ponit etiam octo alias ampliationes, & septem limitationes in reg. seq.

5 Et hoc catenus verum est, † vt locum obtineat etiam in scripturis, quæ profectò coniunguntur quoque ad plenam inducendam probationem: & sic ex coniunctione duarum scripturarum fit dubio procul plena, atque liquida probatio, sicuti concedit Bal. in cap. auditis, sub num. 4. de præscript. Ias. cum alijs cateruatim adductis per eum in l. Gallus, §. ille casus, num. 11. & seq. ff. de liber. & posthum. & ita aliàs decisum fuit in Regia Audientia Apuliæ, in anno 1583. ad fauorem Magnifici Iulii Mozzagrugni.

Finis Libri Primi.





DECISIONES
REGNI NEAPOLITANI,
Auctore
D. FRANCISCO VIVIO
I. C. AQVILANO,
ET REGIO AVDITORE SACRAE AVDIENTIAE PROVINCIÆ TERRÆ BARI.

Liber Secundus.

ARGVMENTVM.

Qui diu stetit in carcere, mitius punitur, quia carcer est pars pœnæ, & quando liceat fugere à carcere.

SVMMARIVM.

1 *Carcer, squallor appellatur, & dicitur mala mansio: maiorque pœna reputatur quàm in agro laborare.*
2 *Carceratus dicitur quotidie grauari.*
3 *Carceratus ac iustè captus, si aufugeret, peccaret mortaliter.*
4 *Iustè damnatus ad mortem naturalem, vel ad mutilationem seu membri amputationem, si inueniret carcerem apertum, teneretur exire, vt mortem euitaret. quod limita, nu. 5. & 7.*
6 *Reus legitimis probationibus conuictus, sub mortali culpæ reatu, à iudice interrogatus etiā in tormentis respondere tenetur, si crimen commisit.*
8 *Carceratus iniustè, impunè potest extrahi de carcere. amplia quòd possit interficere, vel vulnerare custodes, num. 9.*
10 *Carceratus iniustè si se inde fuga liberare posset, nec ipse, nec eius fideiussor teneretur.*
11 *Carceratus iniustè appellat, alias si non appellaret, valeret contra eum sententia & executio.*
12 *Carceratus ac captus illiberaliter, euidentissima infamia foret, si non appellaret, nam carceratio est species torturæ: & confessio carcerati dicitur potius meticulosa, quàm spontanea.*
13 *Carcerationis iniustæ causæ, remissiuè.*
14 *Captura hominis magni præiudicij ac infamiæ, & maior captura rerum.*

DECISIO CCI.

1 
ARCER, † squallor appellatur. l. 2. C. de custo. reorum, Marcus Mant. consi. 266. num. 6. diciturque carcer etiam mala mansio, atque pęnalis, speciesque etiam seruitutis. ita Glo. in l. si hominem apud se, in ver. extensum, ff. depositi, Neuiza. consi. 52. Omnipotens Deus, num. 9. Ang. de Gambilionibus Aret. consi. 192. nu. 3. volu. 1. Rolan. consi. 57. num. 40. vol. 3. Ioan. Crot. in c. super eo, num. 5. de appella. & est tex. in l. cum apud Labeonem, §. quęstionis, ff. de iniur. & Aret. in §. fi. Instit. ad l. Aquil. vbi allegat hunc text. & alios contra illos, qui propter misericordiam alleuiant captiuos; nam tenentur creditoribus ad interesse, si aufugerent: & adeo carcer est mala mansio, quòd maior pęna reputatur stare in carcere, quàm laborare in agro, vel in quolibet alio publico opere. Philip. Franc. in cap.

 quam-

quamuis, versi. in Glo. secunda, extra de pęn. in 6.

2 Et † carceratus dicitur quotidie grauari, per c. super eo, el secondo, in 2. not. extra de appell. vbi allegat alia iura. & hoc propter malam mansionem. d. c. super eo, il secondo, vbi Præpos. col. 3. de appell. Marsi. in l. 1. ff. de quæst. & Neuiza. in d. consi. 52. num. 9. imo de iure canonico carcer est maior pœna quæ posit infigi, quia succedit loco mortis, cap. penul. & vlti. de hære. Crescentius decis. 9. alias 131. nu. 4. de probatio. & hinc est, quòd carceratus diu; mitius punitur. Sebast. Medic. in c. erit, num. 98. distin. 4. & ita iudicauit, atque insimul obseruauit infinitis propè vicibus sacra Regia Audientia Barensis, & Regia Audiētia Apuliæ in varijs causis, superioribus temporibus, tunc me in eis assidente Auditore, occursis.

3 Sed aduerte, † quòd iustè captus, ac carceratus, si aufugeret, peccaret quippe mortaliter, vt voluit Glo. in clem. pastoralis, in ver. per violentiam, de re iud. & in c. ius gentium. 1. distin. in ver. seruitutes. Dec. in l. quod à quoquam, sub num. 3. ff. de regu. iur. & ibi Apostil. & D. Foller. in sua pract. crim. canonica, cap. 12. num. 13. Et licèt contrarium suadere conetur Nauarrus in Manuali Confessorum, cap. 25. §. 4. sub nu. 38. nihilominus eius fundamenta, & suasiones inibi adductæ parum aut nihil obstant, vt ostendit, explanatq; accuratissimè quidem, D. Foller. in loco antesignato, corroborando primam sententiā tanquàm verisimam.

4 Et † idem prorsus dicendum est de illo, qui iustè damnatus ad mortem, etiam naturalem, vel ad mutilationem, amputationemq; membri includitur in carcere: hic enim si inueniret carcerē apertum, teneretur exire, vt mortem euaderet, secundum S. Thom. in 2. 2. quæst. 69. art. vltimo, Ioan. Tabien. in summa Tabiena, in ver. accusatio. §. 13. Bartholomæus Fumus in sum. Armil. in ver. carceri. §. 3. & alios Summistas communiter omnes varijs in locis.

5 Nisi, † vt per Theologos præmemoratos, tam graue scandalum, aut alia tam grauis necessitas offeratur; vt pro illa euitanda teneretur, aut licitè cōdemnatus posset mortem subire: tunc nempè posset citra vllam culpam manere in carceribus, patienterq; mortem expectare: nam ob huiuscemodi causam Paulus, & Sylas, vt habetur Act. 16. cum essent in Philippis detrusi in carceribus, noluere aliter fugam arripere, quamuis ostijs carceris, diuina virtute, apertis, commodè id facere potuissent, sed ne illos timidos, & in fide Euangelij; quam prædicabant, inconstantes fore alij putarent: & ne fides etiam apud illos, quibus prædicabatur periclitaretur, noluere tunc fugam arripere, melius esse putantes pro fidei augmento mori, quàm cum modico eorum honore viuere. Et huic opinioni suffragatur ratio admodum fortis adducta per Franc. Petrarch. de remedijs aduersæ fortunæ, vbi discurrendo religiosè, more suo, sic inquit: Doleo, carcere claudor indignè. Respondeo, Melius est indignus carcer, quàm libertas in digna: multoque satius immeritum pro iustitia mala pati, quàm per scelus bonis affluere: quamuis nec mala illa dici debeant, nec bona: sed loquor, vt vulgus, quod dolorem malum ingens, voluptatem, summum bonum iudicat. & hoc nō debet mirum videri: siquidem vera libertas non discernitur in solatijs, sed potius in laboribus, molestijs, curis, & vexationibus, attestante eod. Francis. Petrarcha de remedijs prosperæ fortunę, dum dicit: Gaudeo, de carcere lætus eripui. Respondeo, Ibis per plateas vrbis litibus plenas; per tumultusque negociorum & tempestatum libertatem, putans, gratulaberis, quodq; clauis vna concluserat, mille stringent laquei: cumque è procellis læti omnes portum petant, vnus tu nauta mirabilis è portu lætus in procellis, redis. & ob eam rem tutius quodammodo foret carcerato in carcere angusto, atque tenebroso sistere, quàm in ampliorem saltem locum, ac libertatem repositū esse. Proinde non immeritò Dominus repræhendit Petrum fugientem è carcere: nam postquam Dæmones portauerunt Symonem Magum per aera in altum, præcepto Apostolorum Petri, & Pauli dimiserunt eum, & cadens in terram, fractis ceruicibus, expirauit: & ob id quidem, mediante mandato Neronis Imperatoris in carcerē Petrus ipse reclusus extitit: sed tamen in nocte conuertendo milites custodes, precibusque fratrum ductus, fugam arripuit: in porta autem, quæ nuncupatur Sancta Maria ad passus, Christo sibi occurrenti dixit Petrus, Domine quò vadis? Vado, inquit, Romam iterum crucifigi: intelligens autem de morte sua hoc esse prolatum, reuersus iterum in carcerem, & à militibus captus, & detentus, ipse simul cum Paulo ad mortem damnati fuere. Paulus igitur, ex quo ciuis Romanus erat, capite punitus extitit; Petrus verò, quia forensis, Cruce suspensus fuit, prout Christus dixerat ei, Ioannis vlt. Sequere me: vt sic verificaretur verbum illud, Sapien. 18. Simili pœna seruus, cum domino afflictus est.

6 Quibus & illud adijciam, † quòd ex eodem fonte, siue stipite videtur emanare, quòd reus cō uictus legitimis probationibus, sub mortali culpæ reatu, si à iudice interrogetur, etiā in tormentis, respondere tenetur, an crimen commiserit: nam etiam si iniquè torqueatur, instè tamen interrogatur: & ideo tenetur respondere, secūdum Inno. & communem Scholam Canonistarum in c. 2. de confess. & S. Thom. in 2. 2. q. 69. art. 1.

Sed antedicta opinio ita roborata in principio
7 posita, † limitatur non procedere, vbicunque quis esset iniustè captus, & carceratus, seu damnatus ad mortem: tunc enim tenetur fugere, si facilè sanèque hoc exequi posit: alioqui peccaret absque dubio aliquo maxima quidem vsus temeritate, vt asserit Apostil. ad Dec. in d. l. quod à quoquam, in litera A. & B. Glo. in clem. pastoralis, in ver. per violentiam, de re iud. communiter & con corditer approbata ibi, & per Anchar. in reg. peccatum, quæst. 3. de reg. iur. in 6. Io. And. in Spec. in rub. de iureiur. Io. Maiorem in 4. sententiarum, distinct. 15. quæst. 22. col. 11. Abb. in c. si cut, il 3. nu. 4. & in c. si verò, num. 8. de iureiur. & in cap. inter alia, circa fin. de immu. eccles. Curt. sen. in repe. l. admonēdi, col. 69. ff. de iureiu. & Marsi. sing. 177. & Bal.

& Bal. in rub. de vita & honest. cler. colum. 5 1. & diximus aliàs in Sylua commun. opin. in opi. 168. Conuictus, num. 1. & ita etiam tenuit Prosper Farinac. in suis qq. criminalib. & commun. opin. in q. 30. num. 522. vbi etiam nu. 523. non solùm non aufugiendo peccaret, sed criminaliter puniretur.

8 Imò † carceratus iniustè, impunè potest extrahi de carcere, secundū Iul. Ganti. in l. nemo carcerē. C. de exact. trib. lib. 10. & in tract. carcer. col. 5.

9 Nec non † carceri mancipatus iniustè, cum se inde quacunque ratione possit eripere: quàmquàm aliàs in libertatem sese vendicare non valens, custodes vulnerauerit, vel interfecerit, non tenetur, vt voluit Lucas de Penna in l. prohibitū, C. de iu. fisci. lib. 10. & Gram. consi. crim. 50. nu. 7. Neuizan. cum alijs signatis per eum, consi. 52. Omnipotens Deus, nu. 15.

10 Imò † denique carceri mancipatus iniustè, si se inde fuga liberare posset, vtique nec ipse, nec eius fideiussor teneretur, vt per Bart. in l. ius eius. C. de probatio. Luc. de Penna in l. si quis decurio. C. de decurion. lib. 10. Alex. in l. sed eximendi. §. item. ff. si quis e. q. in ius vocat. & Gramma. consi. crim. 55. nu. 6. 9. & 50.

11 Vnde † tutissimum remediū adinuentum est, vt captus iniustè, appellet: aliàs si non appellaret, valeret quippe contra eum sententia, & executio, affirmante Bal. in l. 2. C. de ser. fugit. & Alex. in l. si cui. §. fi. de accusat.

12 Idcirco † maxima, & euidentissima insania foret, si captus illiberaliter non appellaret, nam carceratio est species torturæ. ita Bal. in l. si clericus, col. 5 1. C. de episc. audien. Marsil. in pract. crim. in §. expedita, num. 11. & in §. attingam, nu. 28. & 310. Rolan. consi. 17. nu. 21. volu. 3. & Grammat. consi. crim. 60. nu. 4. Vincent. Maxilla, super consuet. Bari, in rub. de cessione bonorum, num. 4. & 10. in clem. 1. de hæret. & in l. 1. vbi Bal. C. de his qui ad lib. perue. non poss. Bero. consi. 167. Cum quidam, nu. 10. vol. 3. In tantum quòd confessio ipsius capti, & carcerati tunc non dici quippe posset spōtanea, verùm potius meticulosa, vt per Bal. in l. si quis in hoc genus, C. de episc. & cler. Bero. consi. 168. Super dubijs, num. 15. vol. 3. Nam carcer est iustus metus. ita Anchar. consi. 299. & Rolan. consi. 57. num. 39. volum. 3.

13 Et † carcerationis iniustæ causæ trutinātur per Bertran. consi. 160. Duo sunt, num. 1. lib. 8.

Nam in præsenti materia carcerationis illud in
14 consideratione esse debet, † quòd captura hominis est magni præiudicij, ac infamiæ, & maior captura rerum. Mascard. in tracta. de probat. conclus. 455. num. 9. vol. 5.

ARGVMENTVM.

Non possunt liberari carcerati sine licentia iudicis per custodes carcerum etiam pro debito ciuili, accedente consensu creditoris.

SVMMARIVM.

1 *Carceratus minus legitimè non potest per custodem sine iudicis licentia relaxari, etiam cum cautione.*

2 *Carceratus pro debito pecuniario non potest à carceribus emancipari, etiam interueniente creditoris consensu, nisi eum expressa iudicis licentia: quod obseruatur et in Regia Audientia Apuliæ, nu. 4.*

3 *Capitanei, Prouinciales Campestriæ, & eorum milites contumaces captos per eos, seu alios quoscunque delinquētes repertos, relaxare nequeunt absque licentia expressa, & in scriptis impetrata à Gubernatoribus, & Auditoribus Regiarum Prouinciarum, & si aliter fiat priuantur officio ac puniuntur alia pœna arbitrio Illustrissimi, & Excellentissimi Domini Proregis.*

DECISIO CCII.

1 CARCERATVS, † etiam minus legitimè, non potest per custodem, sine Iudicis licentia relaxari, vt cōsuluit Ancha. consi. 340. Viso themate, nec etiam cum cautione, vt optime explicat, atque resoluit D. Caraui. in ritu 39. Item quod Locumtenens, sub nu. 5. & seq.

2 Necnon † carceratus pro debito pecuniario, minimè posset à carceribus emancipari, ac relaxari, etiam interueniente creditoris consensu, nisi cum expressa iudicis licentia. ita Cassan. in consuetud. Burgund. in tit. des rentes, rub. 5. rub. 55. cum alijs signatis ibi per eum, & Paul. Grill. in tit. de relaxat. carcerat. & ita obseruatur in practica vbique, quod custodes carcerum pro debito captum ad creditorum instantiā relaxare nequeūt, nisi mediante bulletta iudicis, qui illum carcerari iussit, teste Ang. in l. neque impuberes. §. fin. ff. de in ius voc. per tex. ibi, & Matthæ. Brun. consi. 129. In casu, de quo quæritur, nu. 1. cum alijs seqq. vol. 2. vbi hoc roborat fortissimis quidem rationibus.

3 Et hinc † non immerito Regia Camera Summariæ in instructionibus, quas solet tradere Capitaneis Campestriæ, seu Campaniæ prouincialibus, consueuit apponere vnum caput inter alia, vt tam ipsi, quam eorum milites contumaces captos per eos, seu quoscunque alios delinquentes repertos, relaxare nequeant modo aliquo absque licentia expressa, & in scriptis impetrata à Gubernatoribus, & Auditoribus Regiarum Prouinciarum, aliàs contrarium agendo, priuantur officio, & puniuntur itidem alia pœna arbitrio Illustrissimi, & Excellentissimi D. Proregis, & ita vidi aliàs ordinatū in instructionib. traditis Petro de Villa Señor Capitaneo Campestriç in Prouincijs Apuliæ per Regiam Cameram ipsam sub die 10. Februarij 1575. registratis in mandatorum Curiæ 53. fol. 554.

4 Et † sic etiam obseruatum semper extitit in Regia Audientia Prouinciarum Apuliæ, toto tempore quo in ea versatus fuerim Auditor, in anno 1583. & sequenti, vt nullus carceratus potuerit vnquam emācipari, & relaxari à carceribus eiusdem Regiæ Audientiæ pro quacunque causa, etiā minima, absque licentia subscripta ab illustri D. Gubernatore Prouinciali, & ab omnibus dominis Auditoribus, & ita etiā, studiosè quidem obseruatur in alijs omnib. Audientijs Regijs Regni.

ARGVMENTVM.

Quando præsumatur pluralitas actuum, & quando non; & cui incumbit onus probandi.

SVMMARIVM.

1 *Pluralitas actuum non præsumitur in dubio, nisi probetur. fallit tamen quatuor modis, num. 10. 11. 12. & 14.*

2 *Pluralitas debitorum & causarum minimè præsumitur.*

3 *Pluralitas contractuum non præsumitur, instrumentorum multitudine & de eadem re interueniente.*

4 *Pluritas personarum, vel patronorum, seu renouationum in dubio non præsumenda.*

5 *Pluralitas locorum vno nomine nominatorum non præsumitur; & an societatũ cæterorumq́; actuum, remissiuè.*

6 *Pluralitas sententiarum, instrumentorum & delictorum non præsumitur.*

7 *Pluralitas in nomine proprio, sententiarum & testamentorum non præsumenda.*

8 *Pluralitas actorum, instrumentorum, nominum & sententiarum in dubio non præsumitur.*

9 *Pluralitatem allegans, in multis casibus & quibus probare debeat.*

10 *Actuum pluralitas fauore matrimonij præsumitur.*

11 *Obligationis pluralitas & personarum & scripturarum diuersitate præsumitur.*

12 *Rerum pluralitas in dubio præsumitur, nisi probetur identitas. fallit tamen duobus modis, nu. 13.*

14 *Actuum pluralitas ad euitandam excludendamq́; falsitatem præsumenda est.*

15 *Pluralitas & reiteratio in delictis non præsumitur, vt rixa pluralitatem allegans, probare teneatur.*

DECISIO CCIII.

1 PLVRALITAS † actuum in dubio nõ præsumitur, nisi probetur. l. omniũ, §. cum hoc ipsum, & ibi Glos. & alij vniformiter omnes, C. de testam. & quemad. testam. ordin. Prosper Pasethus, cõs. 209. Pro resolutione, nu. 7. & seq. Alexan. consi. 119. col. 3. volum. 1. Paul. de Cast. consi. 37. Riminal. iun. consi. 383. Petunt, nu. 8. volum. 4. Simon de Prætis, consi. 25. Ex processibus, num. 10. & consi. 54. Ex ducali, nu. 41. vol. 1. Quintilia. Mandos. consi. 87. Vrsolina, num. 4. & consi. 105. Inclitæ, num. 5. volu. 1. Bertran. consil. 197. num. 4. volum. 6. Cæphal. consi. 422. Constitutiones, num. 29. vol. 3. Bero. consi. 90. In causa vertente, num. 21. volu. 3. Matthæus Brun. consi. 32. Paucis, num. 2. & 5. vol. 1. Natta, consi. 53. Viso & diligenter librato, nu. 4. vol. 1. Alciat. consi. 17. Eleganter, num. 12. tom. 3. lib. 8. Grammat. consi. ciuil. 65. num. 4. Ias. in l. 2. num. 7. cum alijs seqq. C. de bon. poss. secundum tab. Marsil. singu. 439. Crauet. consi. 198. col. 1. Io. Pet. Surd. consi. 129. Rectè, num. 14. Et probatur etiam in c. in præsentia, vers. verum, quem ad hoc ponderat ibi Ant. de Butr. de probatio. & est de mente Glo. magnæ in l. cum qui, §. in popularibus, ff. de iureiuran. & Ioannes Vincentius de Anna in singu. 609.

2 Imò † pari ratione minimè gentium præsumitur pluralitas debitorum, & causarum, teste Paulo Castren. consil. 128. Viso dicto instrumento, num. 2. volu. 2. Corn. consi. 33. num. 17. volum. 2. Ant. Ciosio, consil. 8. Reuerende, num. 1. volu. 2. Crauet. consil. 369. nu. 9. 379. nu. 12. 388. nu. 4. & 15. 394. num. 11. 435. num. 41. 525. nu. 6. & nu. 7. hoc ampliatur, vol. 3. & consi. 957. num. 14. vol. 5.

3 nec † pluralitas contractuum præsumitur, instrumentorum etiam multitudine de eadem re interueniente. Crauet. consil. 382. num. 6. 425. num. 51. volum. 3.

4 Sicuti † nec itidem in dubio præsumitur personarum, vel patronorum, seu renouationum pluralitas. l. duo sunt Titij, ff. de testam. tutela, Io. Baptista Ferret. consi. 245. nu. 12. vol. 2. Bal. in l. conuenticulam, col. 4. C. de episc. & cler. Ant. Ciofius, consi. 110. Consultationi, num. 1. vol. 1. Simon de Prætis, consi. 204. Visis scripturis, nu. 17. vol. 1. & sic in dubio pluralitas personarum non præsumitur. Ias. consi. 114. nu. 14. vol. 1.

5 Nec † aliter præsumitur, vllo quidem modo, pluralitas locorum, vno nomine nominatorum. ita Alex. consi. 16. col. 1. volu. 5. & consi. 38. col. 1. eod. vol. vbi discurrit etiam, an præsumatur pluralitas societatum, & aliorum actuum.

6 Nec † etiam pluralitas sententiarum & instrumentorum, præsumitur, nec delictorum. Ias. consil. 34. num. 18. & 23. & consi. 70. num. 3. lib. 1.

7 Prout † minimè præsumitur pluralitas in nomine proprio, nec sententiarum, neque testamentorum, vt discurrit, probatque etiam Vrsil. in addit. Afflict. decis. 23. sub num. 12. Riminal. iun. consi. 383. Petunt, num. 9. & seq. volum. 4. Neuizan. consil. 24. Sermonem, num. 14. Grammat. consi. ciuil. 35. nu. 6. Io. Bapt. Plot. consi. 13. num. 9. Mandel. consi. 6. nu. 12. Rube. consi. 100. nu. 1. Bald. in l. 2. sub nu. 5. C. de erro. aduocat. Ias. in l. 2. sub nu. 5. C. de bon. poss. secundum tabul. Marsil. sing. 439. Io. Pet. Surd. consil. 16. Petrus, nu. 9. cum cumulo Doctorum, relato ibi per eum.

8 Adeo quòd † pluralitas ipsa actorũ in dubio, non præsumitur, nec instrumentorum, nec nominum, nec sententiarum. Ias. consi. 42. nu. 13. lib. 1.

9 Et † huiuscemodi pluralitatem in his omnibus casibus præmemoratis allegans, tenetur illam indiscriminatim quidem probare, vt per Bal. & Salyc. in l. si. C. de reb. cred. Glo. Alex. & alios vnanimi consensu omnes in l. omnium, C. de testam.

10 Cæterùm † isthæc regula ita illustrata claudicat matrimonij fauore: quia tunc pluralitas ipsa actuum præsumeretur, secundum Francisc. Aret. consi. 13. colum. 9.

11 Claudicatque † secundo loco, vt præsumatur etiam, absque scrupulo aliquo, pluralitas itidem obligationis, ex personarum, & scripturarum diuersitate, teste Bar. in l. si Stichum, §. fin. ff. de nouatio. Ias. cum alijs oggregatis per eum, consi. 87. vol. 3. Matthæ. Brun. consi. 32. Paucis, nu. 1. vol. 1.

12 Fallit † quoque tertiò, in rebus: nam præsumitur in dubio rerum pluralitas, nisi probetur identitas. ita Alexan. consi. 134. vol. 2. Natta, consi. 80. In cau-

In causa Falconis,nu.4.vol.1.Gram.consi.ciuil.t. num.13. Ias.in l.non hoc, num.12. C.vnde legit. Io.Bapt.Plot.consi.72.nu.14.vol.1. Io.Pet.Surd. consi.61.Iusta,num.13. Anto.Ciofius, coosi.39. Cum causa,sub num.6.vers.præterea,vol.1. Matthæ.Brun.consi.127.num.30.vol.2.Vrsil.in add. Afflic.decis.23.ou.12.vbi istam opioionem communem esse indicat,Simon de Prætis, consi.132. nume. 54. consil. 158. Rota, sub nume.11. volum. 1. & ita bis indicauit sacra Regia Audientia Barensis, in anno 1589. in causa & causis inter quosdam ciuitatis Bitonti, & Bari, tunc vertentibus.

13 Quod † quidem coarctatur vtiliter, nisi allegaretur à partibus: secundò etiam, nisi ex identitate rerum,& coniecturis appareret, vt per Afflict. decis.23.tunc enim pluralitas ipsa rei, vel facti nõ præsumitur, nisi probetur, vt firmat Iacob.Butr. & Bal.in l.fi.in fi.C.de reb.cred.& Io.de Amicis, coosi.71. col.4.sub vers. & tantò magis, & consi. 82.col.2. sub vers.nec obstat, cum alijs Doct. aggregatis ibi per eum.

14 Limitaturque † postremò, vt pluralitas actuũ, præsumenda quippe sit, etiam ad euitandum, excludendumque falsitatem.c.cum tu,vbi Fely.col. 1.& alij,de testib.Ant.Ciofius,coos.19. num.19. volum.2.Grammat. cons.crim.23. no.1.cons.47. sub nu.9.& seq.& cons.57. ou.10. Menoch.cons. 221.Nulla,num.28.& cons.148. Graue, oum.34. volum.3. & consil. 422. Cum falsi crimen, num. 131.volum.5.

15 Est tamẽ bene verum, † quòd pluralitas,& reiteratio regulariter non præsumitur in delictis, vt per Bald.in tract.de statutis, in ver. pœna puniri, sub nu.28. vbi meminit, ita aliàs in facti contingentia vidisse iudicatum in ciuitate Perusij, & sequitur Marsil.singu.439.circa fin.& Ias. in allega. coos.34.oum.18. & 23. & consi.70.nu.3.lib.1.& tunc allegans facti,vel rixæ pluralitatem,illam vtique probare tenetur, teste Coroeo, coosil.144. num.11.volum.4.

ARGVMENTVM.

De præuentione, quomodo sit facienda ad impediendam liquidatiooem instrumenti,& carcerationem debitoris. Et quòd facta eodem die quo debitor fuit citatus super tenore iostrumẽti, quòd non valeat, nulla habita ratione horarum.

SVMMARIVM.

1 *Præuentio per debitorem facta ad sui carcerationem & liquidationem instrumenti impediendam, quibus conditionibus admittatur; & quando fieri & adimpleri debeat, nu.2. & ex qualibet iusta causa fieri potest, nu.4.*

3 *Præuentio per debitorem si eodem die fieret, quo citatio super tenore instrumenti ad instantiam creditoris, interrogationem & instrumenti liquidationem non impedit.*

DECISIO CCIIII.

1 PRÆVENTIO † facta per debitorẽ ad impediendum eius carcerationẽ, & liquidationem iostrumenti, admitti debet, vbi præueniens re ipsa præstaret fideiussionem in primis & ante omnia de se præsentando,& comparendo personaliter tempore publicationis faciendæ in causa ipsius præuentionis, & de soluendo debitum,& pœnã vnciarum decem,casu quo succumberet in præsenti præuentionis causa, vt traditur quippe pro forma in Pragmat. malitijs hominum. vbi hoc pleno qoidem cornu, euidenti cum vtilitate, explanaot Cauens. & Scalion. ibi.

2 Et † isthæc præuentio, & fideiussioois præstatio,cum sit præparatorium iudicij ipsius præuentionis, necessariò vtique fieri, adimplerique debet ante quàm creditor citetur super cassatione, atque cancellatione instrumenti, vt planè, & vbertim etiam discurrunt, & resoluuot Docto. omnes in d.Pragmat. malitijs hominum, per textum ibi.

3 Imò † si vno, eodemque tempore, & sic si eodemmet die fieret præuentio per debitorem, & citatio super tenore instrumenti ad instãtiam creditoris, huiusmodi præuentio tuoc oon impediret modo aliquo interrogationem, & liquidationem instrumẽti, nulla aliter habita horarum diei ratione, vt in ritu 186.Item quòd vbi est facta prę uentio, & ibi expressè, & meritò quidem firmat Carauita,oum.4.cum alijs seqq.per illum textum quòd si appareret eodem die facta præuentio, & citatio ipsa ad respõdendum super tenore instrumenti,& coostaret per horam certam, & determinatam eiusdem diei extitisse factam præuentionem, & iotimatiooem citationis prædictæ ad respondendum, quòd nihilominus tunc deueniri posset ad liquidationem instrumeoti,præuentione ita,& tali tempore facta non obstãte, & sequitur Fraocis.Ant. de Iudice Roberto io tracta. super liquidationibus, & executionibus instrumentorum, secuodum formam ritus magnæ Curiæ, in 4.coosideratio.sub ou.58.& seq.& ante Doct. præmemoratos hoc idem firmauit Afflic. decis. 387.Si vno,& eodem die,sub ou.3. & seq. & Vrsil.ibi in addi.ou.1.

4 Sed aduerte, † quòd isthæc præuentio potest fieri ex qualibet iusta causa, qua quidem expressa, specificataq; in petitione, debitor præueniens debet necessariò petere condemnari suum creditorem ad cancellandum,atque delendum instrumeotum debiti: & sic oon solùm pro solutione facta, sed etiam pro alia quacunque causa, videlicet nullitatis, simulationis, & alterius cuiuslibet similis exceptionis, quam debitor prætendit aduersus instrumentum, admittitur ad præueniendum. ita Afflic.in d.decis.387. & Vrsil. ibi in additio.num.2.vbi profert magnum, & vtile quippe verbum io practica, quòd hodie fit præuentio communiter ex quacũque causa,& Carau. etiam in ritu 190. & ita quoque admisi varias,diuersasque præuentiones ex qualibet causa,& pręsertim

ex causa compensationis, etiam creditoribus contradicentibus, dum essem Auditor in Regia Audientia prouinciarum Apuliæ, in anno 1583. & sequenti.

ARGVMENTVM.

Causa simpliciter commissa à Principe, intelligitur commissa, quòd ordinariè procedatur.

SVMMARIVM.

1 *Causa à Principe simpliciter commissa, intelligitur, vt ordinariè procedatur.*

2 *Causa commissa à Principe, in dubio præsumitur in forma iudiciali.*

3 *Res de facili ad sui naturam redit.*

4 *Causam committi non obstante sententia in rem iudicatam, si in supplicatione dicatur, & Rex simpliciter committat, intelligitur, vt iudex quatenus iuris est, procedat, non autem facta decretatio, secundum supplicationem.*

5 *Rescripti Principis conclusio potius attenditur, quàm partis petitio.*

6 *Responsio Principis ad interrogata, & responsio ad interrogationem priuati differentia quare constituatur.*

7 *Principis generale dictum, generaliter intelligitur.*

DECISIO CCV.

1 PRINCEPS † committens causam simpliciter, tunc dicitur commissa, vt ordinariè procedat, secundum iuris dispositioné. ita Rota Roma. decis. 358. Si in commissione.

Ad quod quidem faciont ea, quæ scribit Spec. in ti. de inquisitione, §. pen. vers. quid si in littera,
2 vbi firmauit, † quòd licèt aliàs Princeps posit cõmittere causam in forma iudiciali, & non iudiciali: tamen in dubio semper præsumitur, quòd voluit committere in forma iudiciali.

3 Quoniam † res de facili reuertitur, reditq; ad sui naturam. c. ab exordio, 35. dist. & l. si vnus ex argentarijs, §. pactus ne peteret, vers. quoties enim ad ius, quod lex naturę ei tribuit, & ibi Docto. ff. de pact. Grammat. decis. 92. nu. 15. Riminal. iun. cons. 220. nu. 21. vol. 2. & consi. 264. Dubia mihi, num. 24. volum. 3. & cons. 556. Igitur, nu. 86. vol. 5. cons. 57. num. 9. & cons. 65. num. 34. vol. 1. Menoch. in tracta. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 16. num. 21. & lib. 3. præsumpt. 91. nu. 61. Mascard. in tract. de probat. conclus. 172. num. 16. volu. 1. Neuizan. cons. 2. sub nu. 32. Cæphal. cons. 358. Præmittitur in facto, nu. 50. vol. 3. cons. 496. Illustris, num. 5. vol. 4. Bertran. cons. 195. Ponitur, num. 4. volu. 6. Grat. cons. 2. nu. 77. vol. 1. Bart. in authen. quas actiones, col. fin. & Bal. col. 2. C. de sacrosan. eccle. vbi explicant, quomodo, & quando hoc locum obtineat, & Fely. in c. cum omnes, col. 4. extra de constit. & in c. cum accesissent, colum. 3. & seq. eod. tit. & hoc exemplifica, vt per Dec. cons. 3. col. 4. & per Vincent. Maxillam in consuet. ciuitatis Bari, in rub. de fide instrum. §. contingit, nu. 7, & opinioni præmemoratæ Speculatoris in loco antesignato accedit Alex. cons. 86. In causam datiorum, in fi. vol. 1. & cons. 94. In causa & lite vertente, col. 1. vers. adhuc adduco pulcram decisionem, volu. 2. & ita aliàs iudicauit sacra Regia Audientia Barensis, in anno 1589. in causa magnificę Vniuersitatis Monopolis.

4 Adducturq; ad hoc idem propositum, † quòd si in supplicatione Regi oblata dicatur, quód petit causam committi, non obstante sententia, quę transitum fecit in rem iudicatam, & Rex committit causam in supplicatione contenta simpliciter, non videtur facta tunc decretatio secundum supplicationem: & ideo, si opponatur coram ipso iudice exceptio rei iudicatæ, iudex ille non potest procedere: videtur enim Rex cõmisisse causam, vt procedat iudex, quatenus iuris est. ita Alexan. cons. 136. In causa, & lite vertente, inter Iacobum Marci, & ser Ludouicum, colum. 2. vers. & secundò, volum. 2.

Commodeque facit ad hoc etiam, quod scribit Bal. in addi. Specu. in ti. de libel. concep. §. iuxta,
5 vers. item non valet, † quod conclusio rescripti Principis potius debeat attendi, quàm petitio partis.

6 Et differentiam † istã inter responsionem Principis ad interrogata, & responsionem ad interrogationem personæ priuatæ interrogationi priuatæ personæ, facit, constituitque Io. de Imola in l. iudex, col. 5. ff. de re iud. & ratio est, secũdum eũ, occasione finiendarum litium, quẽ sequitur Alexan. in l. si defensor, §. illud quæritur.

7 Et hinc est, † quòd generale dictum Principis, generaliter debet intelligi. l. 1. §. & generaliter, ff. de leg. præstan. c. solitæ, de maior. & obed. c. vt circa, de priuileg. & c. si Romanorum, 19. dist.

ARGVMENTVM.

Quòd non est necessaria confirmatio priuilegiorum etiam mutato Principe: sic etiam in priuilegio, quod transit in contractum.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiorum etiam transeuntium in contractus confirmatio non est necessaria.*

2 *Contractu inito perfectoque consensus secundus contrahentium ex interuallo non requiritur. sic secunda stipulatio idem quod prima continens, non valet, nec secunda confirmatio venditionis ex interuallo super eodem tenet.*

3 *Mandatum secundum idem continens, quod primum, mandati actionem non continet.*

DECISIO CCVI.

1 PRIVILEGIORVM † confirmatio non est necessaria: & licèt in mutatione Regis, vel alterius cuiuscunque Principis habentes priuilegia, soleant recurrere pro confirmationibus, teste Pet. de Bellapert. & Cy. in l. priuilegia. C. de sacrosan. eccles. & quamuis videamus

etiam,

etiam, quod confirmant Imperatores in multis le
gibus priuilegia prædecessorũ : tamen re ipsa con
firmatio isthæc non est necessaria, vt scribit Cyn.
in d.l.priuilegia, quod licet hoc sit bonum, nihi-
lominus non est necessarium, & concedit etiam
Albe.de Rosa. inibi confirmare Imperatores pri-
uilegia per prædecessores suos ecclesijs concessa:
sed non fore hoc necessariũ,& allegat rationem :
quia sunt perpetua, vt in l.falso. C.de vers.artif. &
hoc idem determinat Bar. in d.l.priuilegia,col.1.
in ver. quandoque confirmatur, dum ait, quod
quando priuilegia valida confirmantur, ista con-
firmatio nihil releuat, quia fiunt causa dubitatio-
nis tollendæ, vt in l.qui mutuam,ff.mand. & in l.
quæ dubitationis, ff.de reg.iur. vbi Pau. Castr. &
cæteri omnes vniuersaliter,& ea est ratio: quoniã
ea quæ fiunt causa dubitationis tollendæ, fiunt
quippè ad abundantem cautelam,& cautela,quę
abundat,non est necessaria,vt manifesti iuris est:
ergo iura nolunt, quòd fiat confirmatio,quæ fru-
stra fieret.l.non cogendum, §.Sabinus, ff.de pro-
cura. & l.hæc quoque stipulatio, §.diuus, ff.vt le-
gat.no.cauea.

Et hoc eatenus verum est, vt non solum proce
dat in priuilegio, quod propriè priuilegium est:
sed etiam in illo priuilegio, quod transit in con-
tractum: tunc enim minimè esset necessaria con-
firmatio: quia contractus dependet à voluntate,
& consensu duorum, vt in l.1.§.pactum,ff.de pac.
2 & in l.pactum,in princ.ff.de poll. † & vbicunque
esset initus contractus, esseṫque etiam perfectus,
secundus consensus contrahentium ex interual-
lo tunc non foret necessarius,& nihil operaretur,
vt patet in l.qui bis idem, & ibi Doct. ff.de verb.
obliga. vbi secunda stipulatio facta ex interuallo
non valet, si continet idem quod prima: & secun
da cõfirmatio venditionis ex interuallo super eo-
dem non valet, nec tenet, vt in specie concedit
Bart. in l.iurisgentium, §.adeo, ff.de pact. in ver.
secus in contractibus. pateṫque etiam in manda-
to, vt in l.licet,§.ea obligatio,ff.de procurat. & ibi
3 Glo.quæ vult, † quod secundum mandatum con
tinens idem quod primum, non continet actio-
nem mandati, prout ita alìàs iudicauit sacra Re-
gia Audientia Barensis, in anno 1589. in causa
magnificæ Vniuersitatis Medunei. & est bonus
tex. in l.si alij,§.rerum. ibi,nam sæpius: idemq; fi-
naliter in legando non ampliat testator legatum,
& quæ ibi scribunt Doct.ff.de vsufructu.

ARGVMENTVM.

De reuocatione priuilegiorum, & an secundum priuilegium tollat primum.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium licèt in contractum transierit, ex causa subdito concessum tolli potest, nõ subdito verò collatum nullo modo. Et quomodo intelligatur, nu.6.*

2 *Priuilegium militibus nouæ militiæ concessum, quo ad delationem armorum cuiuscunque generis, reuocatum.*

3 *Priuilegiorum reuocatio si lege mediante fieret, alia expressio necessaria non videretur.*

4 *Priuilegium, an & quando tollat primũ habens clausulam derogatoriam.*

5 *Priuilegium speciale per generalem priuilegiorũ reuocationem non reuocatur.*

DECISIO CCVII.

1 PRIVILEGIVM † à Principe concessum
subdito regulariter tolli posset, ita Glo.
in reg.decet. sed priuilegium cõcessum
non subdito reuocari nequiret vllo mo
do, per notata per Inno.in c.nouit,de iud.Imò pri
uilegium ipsum subdito cõcessum, licèt transiue-
rit in contractũ, posset nihilominus adhuc causa
subsistente reuocari, vt firmant Doct. in d.c.no-
uit,& in c.nostra,de iniur. & dam.dato, Anto.de
But.in c.quæ in ecclesiarum,de constit. Domi.in
c.1.de const.in 6.& Alex. consi. 101.volu.1. & ita
vidimus obseruari per sacrum Regium Collate-
rale Consilium, sub die 17. mensis Martij, in an-
2 no 1580.† dum ex causa, vtilitateque publica, me
diante Regia Prag. seu banno, reuocauit priuile-
gium militibus neotericæ militię alìàs concessum
circa allationem armorum cuiuscunque generis,
excepto arcobusio paruulo, & mucrone, vt cul-
trum mucronatum, & sic acutum, minimè ipsi
ferre possent, nec alia similia instrumenta mucro
nata, & acuta parua, sub pęna relegationis trium
annorum, aut mille ducatorum.

Bene tamen verum est, quòd ante manationẽ
prædictæ Pragm. dum procedebatur contra ipsos
milites pro asportatione cultri mucronati exce-
dentis mensurã vnius palmi, vigore alterius Prag.
in qua prohibebatur omnibus, & quibuscunque
allatio similium armorum, nonnulli ex eis, illis
temporibus, mediante meo patrocinio, varijs in
tribunalibus Regni absoluti extitere, ea potissi-
mum ratione: nam in Prag. ipsa non reperieba-
tur clausula derogatoria, quæ quidem erat omni-
no necessariò apponenda, saltem in genere, non
3 obstantibus priuilegijs: † nam si reuocatio fieret
priuilegiorum, lege mediante, non videtur neces-
saria alia expressio, vt per Fely. in c.nonnulli, sub
num.4. versi.est verum, quòd si fieret reuocatio,
4 de rescrip. Sed aduerte, † quòd regulariter priuile
gium secundum non tollit aliter primum habens
clausulam derogatoriam, nisi de illa fieret mentio
in secundo expressa, eiq; derogaret, vt ponit hoc
pro regula cum suo apparatu Apostilla ad Fely.
in d.c.nonnulli, num.4. in litera A. & ita consu-
luit etiam Simon de Prætis, consi. 69. Priuilegia,
5 num.1. cum alijs seqq. vol.1. † quòd priuilegium
speciale, in fauorem alicuius specialiter conces-
sum, reuocatum non sit vllo modo, per genera-
lem reuocationem priuilegiorum, & ita iudicauit
sacra Regia Audientia Barensis, de præsenti an-
no 1590. in causa magnificæ Vniuersitatis Vi-
giliarum.

6 Et † licèt vt supra docuimus, reuocari queat pri
uilegium concessum subdito, etiam si transiuit in
contractum: tamen hoc intelligitur cum grano
salis,

salis, vbicumque priuilegium haberet causam suc cessiuam, vt quod non teneatur soluere collectã, secus si dedisset vnam rem: quia tunc transiuit in ius gentium, acquirendo sibi dominium non posset acquirenti auferri, vt firmauit Abb. in c.nouit, de iudi. Alex. in l. omnes populi, ff. de iusti. & iure. Bart. in l. 2. in fi. ff. de iure immun. in l. quod semel, ff. de decret. ad ord. faci. in l. ciuitas. ff. si cer. pet. in l. Cæsar, ff. publ. & in l. priuilegia, in fi. C. de sacrosanc. eccles. vbi ponit singulare dictum.

ARGVMENTVM.

Quod priuilegium concessum intuitu personæ, non transit in generali alienatione. Et concessis regalibus ipsi Baroni, quid intelligatur concessum. Et si causæ possunt auocari à Baronibus non obstante priuilegio, quòd non posit comminari, nec auocari, sub prætextu negatæ & retardatæ iustitiæ.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium concessum strenuo viro magnoque Principi cum casibus reseruatis, non transit in generali alienatione cum assensu facta inferioribus, quibus verisimiliter Princeps non concessisset.*
Io. Tho. Minad. profundæ sciẽtiæ & integritatis vir.
2 *Regalibus Baroni generaliter concessis, monetam cudere, in causis læsæ maiestatis procedere, notarios creare non potest.*
3 *Monetam cudendi facultas expressè à Principe concedi debet.*
Aquilæ ciuitati monetam cudendi priuilegium concessum.
4 *Monetam cudere de regalibus est: cudendique potentiam consuetudo tribuit.*
5 *Causæ à Baronibus auocari, an possint non obstante priuilegio, quòd non posset comminari, nec auocari sub prætextu negatæ vel retardatæ iustitiæ.*
6 *Priuilegium perdit, illius formam non seruans.*
7 *Inquisitis captisque per magnam Curiam uel Regiam Audientiam ad suos iudices remissis cum commi natione, quòd intra mẽsem causa expediatur, quòd in dicto termino non expedita remittens in causa procedere posset.*
8 *Inquisiti ad suos iudices remissi non pœna à iure statuta puniti, de cætero non remittuntur.*
9 *Remissionis in decreto magna Curia, & Regia Audientia terminum apponere debent, intra quem officiales debeant subditos remissos à carceribus remittentium extrahere, ac processus copiam recipere, quo elapso procedi posset per Iudices magnæ Curiæ & Auditores prouinciales.*

DECISIO CCVIII.

1 PRIVILEGIVM † cõcessum alicui strenuo viro, magnoque Principi cum casibus reseruatis, non transit modo aliquo in alienatione generali cum assensu, facta inferioribus personis, quibus hoc Princeps verisimiliter, & re ipsa non fuisset concessurus. ita D. Vincent. de Franch. decis. 125. Serenissimus, num. 1. & seq. Bal. in l. pen. colum. 2. C. de condit. in ser. Prosper Pasethus, cons. 14. In hac causa Illustrissimi, num. 10. Illustris D. Io. Thom. Minad. in repet. constit. In aliquibus, num. 39. & seq. quem vocauit meritò quidem virum profundæ scientiæ, & integritatis Io. Vincent. de Aona in allegat. 6. in causa nobilis Petri, in fi. & in allegat. 11. Præsupponitur in facto, in fi.

2 Nec non † Princeps concedens regalia Baroni generaliter in priuilegio, nõ videtur aliter ob hoc concedere ipsi Baroni facultatem cudendi monetam: & sic Baro tunc ex tali concessione regaliũ, non posset vtique procedere in causa læsę maiestatis, nec creare notarios, nec itidem monetam cudere modo aliquo, vt firmat Paris de Put. in tractã. de sindicatu, in titu. de excessibus Baronum erga subditos, cap. 1. num. 13. vbi damnat Andr. de Iser. optimo quidem iure, contrarium asserentem in tract. feudorum, in titu. quę sunt regalia, in 3 rub. num. 3. & seq. † vnde requiritur necessario, vt Princeps in priuilegio specificè, & expressè concedat facultatem cudendi monetam, vt hoc priuilegium cudendi monetam concessum reperitur ciuitati Aquilæ patriæ meæ, quod hisce oculis vidi non nullis vicibus, dum in anno 1578. eram Camerarius Ciuitatis eiusdem, prout etiã de eo meminit Paris de Put. in loco antesignato, & docuimus in Silua opinionum cõmunium, in opinio. 203. sub nu. 25. lib. 1. aliàs habens regalia, nõ posset vllo modo cudere monetam.

Et de hoc mirandum quippe nõ est, quoniam 4 requiritur circa hoc specialis concessio: † cum cudere monetam sit de regalibus, vt in Longobarda, in titu. de crimine violatæ pacis, in §. sumministrales, & Fabian. de Monte in tracta. de empt. & vendit. in 5. quæst. princ. nu. 6. vbi nu. 5. concedit etiam, quòd consuetudo tribuit potentiam, & iurisdictionem cudendi monetam.

5 Sed † esto, quòd Princeps cõcederet alicui Baroni priuilegium cum casibus reseruatis, & præsertim cũ clausula, quòd mediante mandato non posit comminari, nec itidem per viam retardatę, denegatæque iustitiæ causam, & causas à suis officialibus auocari: nihilominus Princeps ipse ob iustitiam retardatam, ac denegatã vasallis, & aliis quibuscũque per officiales Baronis antedicti, iure suadente, tunc posset huiusmodi comminationem facere, non obstante allegato priuilegio, & causas ad se auocare, vt probat susissimè, ac doctissimè quidem Grammat. voto 28. & est tex. in Regno expressus in Prag. 6. Caroli Quinti, emanata in anno. 1536. incip. Mandamus etiam, vt Barones, in titu. de Baronibus, & eorum officio, disponens Barones, & suos quoque officiales nõ punientes malefactores, ac delinquentes ordinariis debitis, requisitisque pœnis, vel puniendos mandare, & sic abutentes eorum potestate, & iurisdictione, posse priuari cognitione ipsarum causarum, & Regem posse ex tali abusu in illis de iustitia prouidere.

6 Imò † priuilegium ipsum, omni dubio procul remoto, perdit, non seruans eius formam. l. eos. C. de

C. de aquæduc. lib. 11. vbi Docto. Bero. consil. 144. num. 17. vol. 3. Ruin. consi. 28. num. 5. vol. 1. & consi. 230. num. 7. eod. vol. & est tex. in l. 1. C. de his qui mun. pub. spon. lib. 10. & ibi Glos. quòd priuilegium, absque scrupulo aliquo, amittatur, etiam si vnicus quidem actus contra illud fieret, & firmat etiam Abb. in cap. cum accessissent, num. 6. de constit. Io. Vincent. de Anna, allegat. 31. Præsupponitur, num. 16. Riminal. iun. consil. 18. num. 94. & ita aliàs iudicauit Regia Audientia Apuliæ, non semel tantum, in varijs causis, in anno 1583. & seq.

Et hinc nō immeritò statuit Regia Prag. 54. Cōtingit plerūque, in 1. casu, in ti. de off. magistri iu-
7 stitiarij, † q inquisiti, captiq; per magnā Curiam, seu per aliquā ex Regijs Audientijs Regni, si remitterentur ad eorū iudices cōpetentes, necessario deberent remitti cū comminatione, q inf. mēsem cām expedirent, & iustitiam facerēt. qui quidem iudices, quib. remissa extaret causa, si causam ipsam in memorato stabilito curriculo vnius mēsis terminare neglexerint, posset, & deberet magna Curia, vel Regia Audientia, per quam causa remissa sit procedere in dicta causa expedireq; debitas & oportunas prouisiones.

8 Imò † si ipsi inquisiti, qui ad eorū iudices competentes remitterentur, si debita statuta à iure pęna non punirentur, iuxta qualitatem delicti, de cętero remitti non deberent modo aliquo, d. Prag. 14. in vltimo casu.

9 Imò † ēt tam magna Curia, quā Regię Prouinciales Audiētiæ in decreto remissionis causarum Baronibus, seu alijs officialibus, tenentur apponere, stabilireq; terminū, infra quē Barones ipsi debeant subditos remissos à carcerib. remittentium extrahere, ac recipere copiā processus: quo termino elapso, procedi posset, & deberet per ipsosmet iudices magnæ Curiæ, seu Auditores prouinciales, vt disponitur in Prag. 5. in ti. de remissionibus causarū. Et licèt infinitis propè vicibus, in remissionibus causarū hoc obseruauerim, dum asside bam in an. 1583. & seq. Auditor in Regia Audientia prouinciarum Apulię: tamen hoc ēt addebam in decretis ipsis remissionum, vt officialis, cui causa remissa foret, certioraret quoque Regiam Audientiam ipsam dę exitu causæ, statim prolata sententia. Sed aduerte, ne erres, q Baronibus nullatenus comminari posset sub auocationis pęna, vt infra aliqualem terminum causa terminādaforet, vbicunque illi secundas haberent causas, vt firmauere Io. Vincent. de Anna in sing. 269. & ibi Fabius de Anna in addit.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum factum post mortem alicuius, intelligitur de morte naturali, & ideo ante mortem peti non potest, nec etiam valet fideicommissum relictum in voluntatem hæredis.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum post mortem relictum, ante diem mortis naturalis non cedit.*

2 *§. Cornelio, an habeat locum in feudis.*

3 *Fideicommissum in voluntatem hæredis relictū non valet, scilicet si factum extet in liberam voluntatem ipsius hæredis: secus si in hæredem, vt bonum virum, vt si voluntatem testatoris probauit, nu. 4.*

DECISIO CCIX.

1 Fideicommissvm † relictum post mortem, non cedit modo aliquo ante diem mortis naturalis. l. Statius Florus, §. Cornelio Felici, & ibi Bar. ff. de iure fisci, & per hunc textum extitit aliàs decisa vna quæstio in sacro Consilio, quòd cum D. Ferdinandus Gaietanus ageret ad Comitatum Morconi, ipso Comite viuente, qui fuerat rebellis, extitit declaratum, atque decisum, quòd expectaret mortem ipsius Comitis.

2 Et † an d. §. Cornelio, obtineat locum in feudis, vide Afflict. declarantem & resoluentem, decis. 282. col. pen. & vlt.

3 Nec itidem † fideicommissum relictum in voluntatem hæredis, valet vllo quidem pacto. l. fidei commissaria libertas. ibi, quia si ita scriptum sit, q hæres voluerit, nō valebit, sed ita demum, si totum in voluntate fecit hæredis, si ei libuerit. ff. de fideicommissarijs libertatibus, & in l. Senatus, §. legatum, ff. de leg. 1.

4 Quod † quippe intelligēdum est, si factum extet in liberam voluntatem ipsius hæredis: secus autem si in hæredem, vt bonum virum, vt si voluntatem testatoris probauit. ita Glo. in d. §. legatum, & est casus, & ibi Bar. in l. Lucius, la prima, C. de sacrosanc. eccles. & sic decisum aliàs extitit in sacra Regia Audientia Barensi, in an. 1589. in causa tūc vertēte inter aliquos de Terra Cassani.

ARGVMENTVM.

Potest fideiussor soluto debito per ipsum sui principalis agere, etiam non cessis actionibus. Et sententia lata contra principalem, potest exequi contra fideiussorem de iudicatū soluendo.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor contra principalem debitorem etiam non cessis actionibus regressum habet non tantum pro debito principali & sorte quam soluit, verum pro damnis & interesse quomodolibet passis. Conseruaturque indemnis etiam si promissum non sit.*

2 *Fideiussor si penes acta fideiusserit sententia contra principalem lata potest executioni mandari contra fideiussorem, nullo processu interueniente. fallit tamen, nu. seq.*

4 *Fideiussoris hæres soluendo ex dispositione testatoris à debitore principali nihil repetere potest.*

5 *Fideiussor etiam iniustè soluere coactus à principali debitore repetere potest.*

6 *Fideiussor vti non obligatur ei, cui obligatio actiuè non competit, ita nec ei, cui passiuè.*

7 *Fideiussor licèt malè vti substantia sua dicatur, graueque sit, fideiussorem inuenire, fideiussioque pro solutione*

solutione habeatur, si creditor de fideiussore contentatur, tamen pro proximo fideiubere recusans, peccatum incurreret.

8 *Fideiubere pro proximo laicus tenetur, aliter peccat. fallit tamen in extraneo, pro quo laicus tuta conscientia fideiubere non tenetur. item fallit duobus alijs modis, pro clerico scilicet & monacho, quòd nullatenus fideiussores esse possint, nu. 9. & 10.*

11 *Clericus & monachus necessitate vrgente ex pietate fideiubere alijsque subuenire tenentur.*

12 *Clericus etiam iuratus non fideiubere, tenetur, si corporis & animæ præiudicium verteretur.*

13 *Debitor fideiubere cogitur ad fideiussores præstandum, non obstante pacto, quòd neque capi, neque compelli ad fideiubendum valeat, si ex post facto deterioris conditionis efficiatur.*

DECISIO CCX.

1 FIDEIVSSOR † soluens illud pro quo fideiusserat, posset habere tunc regressum contra debitorem principalem, etiam non cessis actionibus: & non solum pro debito principali, verum etiam pro recuperandis damnis, & interesse. ita Abb. in c. peruenit, num. 2. de fideiuss. & cons. 60. Quoniam satis abunde, col. 1. volum. 1. vbi concludit, fideiussorem posse agere contra debitorem, non tantum pro sorte principali, quam pro eo soluit, verum etiam ad omnia damna quomodolibet passa, & est tex. in c. peruenit, de fideiussoribus, quo mediante, ita aliàs iudicauit sacra Audientia Barensis, in anno 1589. in varijs causis, tunc in eas decisis. nam solet fideiussor conseruari indemnis à principali debitore, etiam si non sit promissum. Simon de Prætis, cons. 153. num. 23. vol. 1.

2 Et de hoc mirandum vtique non est, † quoniã fieri potest executio contra fideiussorem de iudicato soluendo, absque nouo processu, lata sententia contra principalem, & sic vbicũque fideiussor fideiussit penes acta, tũc sententia lata cõtra principalem potest executioni mandari contra fideiussorem, nullo alio interueniẽte processu, vt per Bar. num. 1. & alios vnanimi consensu omnes, in l. 1. ff. iudic. solui. Bero. cons. 206. num. 30. vol. 3. Clar. in pract. crim. §. fi. sub q. 95. vbi indicat istam opinionem cõmunem, & Cagnol. in l. nemo alienæ, in fi. ff. de reg. iur.

3 Quæ nempè † communis locum aliter non sortitur, vbicunque quis fideiuberet pro alio in contractu de iudicato soluendo, tunc profectò sententia prolata aduersus principalem nullatenus posset executioni demãdari contra fideiussorem, qui huiuscemodi executioni non subijcitur, sine nouo processu: verum opus tunc verò foret, vt aduersus eũ de nouo ageretur; sicuti prodidit Specul. in tit. de sent. colum. 6. vers. item contra. cuius opinioni acquiescit, & perhibet communem Imo. in c. peruenit, col. 3. de fideiussor. & Turzan. opin. 140.

4 Est tamen bene verum, † quòd hæres fideiussoris soluendo ex dispositione testatoris nihil repetere potest à debitore principali, secundum magis commune summarium in l. si fideiussor, ff. de leg. 1. non obstante opinione aliquorum iuris interpretum ibi, asserentiũ hoc sortiri locum, quando testator fuisset in proposito donãdi eidem debitori, quorum dictum vniformiter reprehenditur ab omnibus, vt ibi Alexan. & Ias. satis apertè demonstrant.

5 Imò † fideiussor ipse etiam si iniustè coactus sit soluere, potest à debitore principali repetere, vt per Glo. in l. Papinianus. ff. de publicia. in rem actio. Bald. in l. si pro ea, in fi. C. mand. Menoch. consi. 212. Multa, nu. 3. & 60. vol. 3.

6 Fideiussor † sicut non obligatur apud eum cui obligatio actiuè non competit, ita è contra non obligatur ei cui obligatio passiuè non competit, ita Glo. in l. Marcellus. ff. de fideiuss. & Paul. Castrens. in l. fideiussor obligari, eo. ti. per tex. in l. qui contra, ff. de fideiuss. & ista est communis opinio omnium.

7 Est tamen bene verum, † quòd fideiussor licèt dicatur malè vti substantia sua, secundum Ange. in l. in persona, §. 1. ff. de pact. & Alex. in l. si constante, fol. 4. ff. soluto matr. & licèt inuenire fideiussorem similiter graue sit: Et quamuis etiam fideiussio habeatur pro solutione, vt per Bart. communiter approbatum ab omnibus in l. rescripto, §. 1. de muner. & honor. & per Bal. in l. fi. C. ad leg. Falcid. vbi concedit, quòd si creditor cõtentatur de fideiussore, tũc fideiubere est soluere, & refert ibi Iacob. de Are. voluisse cõsiderare verba: quia si detur nomen debitoris pro decem creditori, videtur facta solutio: secus verò si accessoriè: tamẽ laicus, & si cogi nequeat, tam de iure Ciuili, quã Canonico ad fideiubendum pro alio: nihilominus recusans fideiubere pro proximo, incurreret quippe peccatum, vt firmat Archid. in c. sicut. 11. q. 1. per tex. ibi. Lucas de Penna in l. cum ad fœlicissimam, sub nu. 15. lib. 10. quib. munc. vel præst. nem. lice. se excus. Oldrad. consi. 90. Post princ. & Marsil. in repet. rub. ff. de fideiussor. sub num. 236.

8 Sed isthæc opinio, † quòd laicus teneatur pro proximo fideiubere, aliter peccet, claudicat non procedere in extraneo, pro quo laicus ipse tuta conscientia fideiubere non tenetur, secundum Lucam de Penna in dicta l. cum ad fœlicissimam, sub num. 15.

9 Nec non † limitatur eadem conclusio non obtinere aliter locum in clerico, qui vllo modo non debet, nec potest esse fideiussor, vt inquit tex. in c. te quidem. 11. q. 1. & in c. 1. extra de fideiussor. & habetur in c. nõ satis, 86. dist. in. & in l. curiales. C. loca. & in l. de die, §. 1. vbi Glo. in ver. probandi. ff. qui satisdare cogan.

10 Claudicat † etiã postremò præmemorata conclusio minimè extendere vires suas in monacho, qui nullatenus tenetur fideiubere. tex. est in cap. quod quibusdam, in prin. de fideiussor.

11 Et † quamuis clericus, & monachus fideiubere non teneantur regulariter, tamen vrgente necessitate dubio procul ex pietate tenetur fideiubere subuenireq; alijs, vt determinat Glo. in d. c. quod quibusdam, in ver. fideiubeat, in prin.

12 Imò † ipse clericus fideiubere teneretur, etiã si iura-

iurauerit non fideiubere, si verteretur præiudicium tunc corporis, & animæ non fideiubendo, vt consuluit Oldr. in d. consi. 90. ante fin. & Marsil. in d. rub. ff. de fideiussor. sub num. 236. vbi assignat rationem.

13 Prout † itidem cogi posset debitor ad præstandum fideiussores, non obstante pacto in instrumento apposito, quòd neque capi, neque compelli ad fideiubendum valeat, si ex post facto efficiatur deterioris conditionis, vt consuluit Barbat. consil. 70. Illud in medium referam, col. antepen. vers. restat nunc videre factum, vol. 3.

ARGVMENTVM.

Non potest præiudicari per patrem filijs in bonis, in quibus filij debent succedere. Et filia quæ renunciauit bonis paternis, non remouetur à successione fratrum.

SVMMARIVM.

1 *Filia bonis paternis medio iuramento renuncians, si patri præmoreretur, filijs vel nepotibus, qui ad successionem aui ab intestato defuncti vna cum auunculis venire possent, non præiudicaret. & quæ sit ratio, nu. 2. Ampliatur quæ & si dixisset se tacitam & contentam atque amplius non petituram, nu. 5.*

3 *Soror renuncians, si ante eum de cuius hæreditate agitur moriatur, statim filij locum matris subintrant ex propriaque persona succedunt.*

4 *Filij licèt hæredes sint matris renunciantis, mortua tamen ante eum de cuius hæreditate sit controuersia, succedere possunt vnà cum superstite auunculo, nec renunciatio nocet etiam voto & iuramento vallata, & quare.*

6 *Renuncians si diceret, de omni eo quod ad eum spectat, spectabitque, intelligenda hæc renunciatio de futuro comprehendi ex causa de præterito vt verba sonant.*

7 *Renunciationis verba tempus, quod tūc præsens erat, demonstrant.*

8 *Renunciatio stricti iuris est, vt si quid operata sit, amplius nihil operari debeat.*

9 *Filia quæ bonis paternis renunciauit, patre mortuo fratri succedere non prohibetur.*

10 *Renunciationes communiter metu, non autem sponte fiunt.*

11 *Pactum inter patrem & filium de non succedendo, vltra bona paterna nō extenditur, vt mortuo vno fratre, soror cum alijs succedat.*

12 *Filia de paternis maternisq; bonis fratres quietans, se de paternis tantū dotatam opponere non potest.*

13 *Filia contra matris renunciationem post eius mortem venire non potest, præsertim si mater super renunciatione conquesta non sit.*

DECISIO CCXI.

1 FILIA † renuncians bonis paternis, mediante iuramento, si moreretur ante patrem, cuius bonis renunciauit, non posset vtique præiudicium inferre filijs, vel nepotibus respectiuè, qui ad successionem aui abintestato defuncti, vna cum auunculis, videlicet fratribus ipsius filiæ renunciantis, venire possent, ita Pau. Castr. num. 7. Aret. num. 4. & Imo. col. 3. in l. qui superstitis. ff. de acqui. hæred. Bal. in q. 2. Alexan. nu. 7. Dec. & cæteri omnes vniuersaliter in l. pactum quod dotali. C. de collatio. vbi ipse Dec. num. 18. asseuerat, quòd vbicunque filia præmoreretur patri, opinionem hanc nullam in se habere difficultatem, & Natta in c. quamuis. col. 20. de pact. in 6. & hanc eandem sententiam consulendo sequuti sunt post adductos ab eis, Aret. consi. 90. col. 11. versi. ex quibus, & consi. 143. colum. penul. Alex. consi. 75. Visis, & diligenter consideratis, num. 13. & seq. vol. 1. Corn. consi. 258. col. 1. vol. 4. Soc. consi. 183. col. 1. volu. 2. Bertran. consi. 23. col. fi. & consi. 63. vol. 2. Crauet. consi. 127. In contractu matrimonij, num. 1. cum alijs seq. Rolan. à Valle, consi. 11. num. 4. & seq. vol. 1. Gozad. consi. 75. col. penul. Paris. consi. 94. col. 11. volu. 3. Bellon. consi. 5. num. 5. Maran. in suis disputationibus, disputatio. vltima, num. 13. Couarru. in c. quamuis, §. 2. tertiæ par. relect. num. 4. de pact. in 6. Lauren. Kirchouius in tract. receptarum sententiarum, in litera R. conclu. 9. vbi ita in practica seruari in apertum profert, & Crauet. etiam consi. 84. sub nu. 5. & re ipsa ista est concors, communisque, & indubitata opinio, attestante Gulie. de Bened. in repet. cap. Raynutius, versi. duas habens filias, sub num. 280. de testam. Gram. decis. 57. num. 11. & Couarr. in antesignato §. 2. in fi. D. Vincentius de Franch. decis. 67. Communis, vbi ita decisum extitisse in sacro Consilio fatetur, & ita consuluit quoque doctissimè quidem, cum solito eminenti fastigio, Cæpha. consi. 335. In conuentionibus, num. 1. & seqq. vol. 3. & sic aliàs decisum fuit in Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ, Comitatusq; Molisij, in anno 1584. in causa tūc vertente inter aliquos de Terra Campi-basii.

2 Et † ratio huiusce cōmunis specialiter assignatur per præmemoratos Doct. isthęc: quoniam huiusmodi renunciatio habet secum annexam tacitam conditionem, si successio, viua renunciante, deferatur: si verò deferatur post mortē, pro non facta habetur, & euanuisse dicitur, arg. l. quoties, ff. de nouat. & tradunt Alex. & alij omnes in d. l. pactum quod dotali, & per cōsequens nepotibus nocere non potuit, arg. eius qui in prouincia, ver. quid si stipulatus. ff. si cer. pet.

3 Secundò fulcitur quoque eadem communis, quòd † vbicunq; soror renuncians, seu quietans, moritur ante eum, de cuius hæreditate agitur, statim filij matris locū subintrant, & succedere nempè possunt, non ex persona matris: sed propria ipsorum, beneficio quippè legis tradita in auth. cessante. C. de legit. hæred. vbi non extantibus descendentibus, & ascendentibus vocantur primò fratres, fratrisque præmortui filij in stirpes: adeò vt illum eundem gradum repræsentent, quem eorum pater occupabat. l. 1. §. si sit filius, in princ. ff. de coniug. cum emancip. liber. eius, & tradunt Barto. Imo. Castren. Aret. & cæteri omnes conformiter in d. l. qui superstitis, vt de communi testatur

ftatur Dec.consi. 181.num.6. Idem Bar.ad l.2.C.
de liber.præter. Alex.in d.l.pactum quod dotali,
vbi Castr.num.7. & consi.164. colum.5.vol.2. Et
tunc indistinctè huiusmodi quietatio, & renun-
ciatio non obest superstitibus, & sic filijs renun-
ciantis, arg. tex.in l.Gallus, in princ.ff.de liber. &
posthu. & l.posthumorum.ff.de iniusto rup.irrito
facto testam. Nec etiam iuramentum in renuncia
tione hac appositũ obesse potest filijs renuncian-
tis, vbicunque mulier ipsa renuncians moritur in
vita fratris, vel patris.l.3.circa fin.ff.de iureiur. vbi
expresè loquitur tex. quòd matris iusiurandum
partui non nocebit.

Tertiò comprobatur præmemorata commu-
nis per doctr. Barto.in d.l.qui superstitis, in versi.
4 item vide, &c. vbi concedit satis expresè,† quòd
etiam si filij hęredes sint matris renunciantis, mor
tuæ tamen ante eum de cuius bonis, & succesio-
ne sit controuersia, succedere possunt vnà cum
superstite auunculo, nec eis est impedimento re-
nunciatio, seu quietatio à matre in die votorum
facta, & iuramento vallata, quia iuramentum est
personale ex parte iurantis, vt tradit Innoc. in c.
veritatis, extra de iureiur. & personalia extincta
persona extinguuntur. §.sed quod Principi.Insti.
de iure natu. gent. & ciuili.& cap.priuilegium, de
reg. iur. in 6.

5 Imò † antedicta met communis procedit nõ so
lum vbicunque renuncians stetisset in nudis, pu-
risq; renunciationis iuratę terminis: verum etiam
quando mediante dotis receptione fecisset quie-
tationem, dixissetque se tacitam, & contentam,
& vlterius aliquid non petituram, vt per Rolan.
consi.11.num.7.volu.1. & Gozad. hanc commu-
nem, & receptam ab omnibus vniuersaliter opi-
nionem prædicantem, consi.75.col.penul. in fi.&
Gabriel. in suis communibus conclusionibus, in
tit.de dote promis.concl.1.nu.47. fol.mihi 404.

6 Ad hæc † esto, quòd in renunciatione per re-
nunciantem diceretur etiam quod renunciat om
ni iuri, quod habet, vel habere posset in futurum,
vel quod habere sperat: & sic si diceret renun-
cians de omni eo, quod ad eum spectat, & specta
bit, intelligeretur, & intelligi deberet ista renun-
ciatio de futuro compræhendi ex causa de præ-
terito, vt verba sonant, secundum Barto. in l.qui
Romæ, §.duo fratres.ff.de verbo. obliga. & in l.si
vxor, §.diui.ff.de ædil. act. & Bal. in l.pedium, q.
13.C.de codicil. & hinc est quòd viuentibus fra-
tribus tempore ipsius renunciationis non potest
dici aliqua subesse causa, nec de præsenti, nec de
præterito, quæ attendi deberet, vt optimè in simi
li facti specie consuluit Aret.consi.92.col.5.versi.
præterea licet in renunciatione.

7 Nam † verba renunciationis, tempus quod tũc
præsens erat demonstrant: videtur quippè, quòd
eadem verba ad futurum referri non posint. l.si
stipulatus, §.1.& l.si à colono.ff.de verb.oblig.

8 Et tanto magis, † cum renunciatio stricti iuris
sit, ita vt quàmprimum aliquid operata est, nihil
amplius operari debeat, ita Curt.iun. consi.23.in
princ.quem refert Illustrisimus Card. Alba. con
sil.37. num.8.

9 Et sic denique animaduertendum est, † quòd
filia quæ renunciauit hæreditati paternæ, nõ pro-
hibetur succedere fratri, mortuo patre, vt per Bar
to. in l.pactum quod dotali, C.de pact. Gom. in
c.quamuis pactum, de pact. in 6. Bal. consi.373.
volu.3. Rom.consi.22. Alex.consi.29. volu.3. &
Dec. consi.292. consi.433. & consi.683. quibus
in locis concedunt, filiam renunciantem, nempè
non excludi, nisi superfit persona, quæ ex pręsum
pta voluntate defuncti excludat renunciantem.

10 Et tanto magis, † cum huiusmodi renunciatio-
nes communiter fiant metu, non autem sponte,
teste Aret.consi.163.col.7.

11 Et sic † pactum initum inter patrem, & filiam
de non succedendo, non extenditur aliter vltra
bona paterna: & ideo mortuo fratre, soror cum
alijs fratribus succedit, ita Ias.in l.eius qui in pro-
uincia, §.quod si stipulatus, nu.11.ff.si cer.peta.&
Afflic. in consti. In aliquibus, sub nu.16.& ponit
pro regula cum limitationibus Soc.in reg.150.

12 Sed † filia quietans fratres de paternis, mater-
nisque bonis, opponere aliter nequiret, se de pa-
ternis tantum bonis extitisse dotatam, vt consu-
luit Crauetta consi.84. Magister, num.4. cum alijs
seqq. volum.1. Matth. Brun. consi.44. Ad moti-
ua, volum.1.

13 Nec † filia potest venire vllo modo, etiam con
tra renunciationem matris, post eius mortem, pręsertimque vbicunque mater super renunciatione
conquesta non fuit, vt per Ang.consi.353. Alex.
consi.29.col.fi.volu.3. & Simon de Præt.consi.1.
num.40. volu.1. D. Vincen. de Franch. decis.67.
Communis, num.2.& seqq.

ARGVMENTVM.

Pro paragio non competit alia actio, nisi condi-
ctio ex lege, non autem hipothecaria: pro le-
gitima verò competunt tres actiones, scilicet,
petitio hæreditatis, condictio ex lege, & actio
hipothecaria.

SVMMARIVM.

1 *Filia dotem de paragio super bonis paternis petens, in Regno, patris bona hipothecaria non habet, sed condictionem ex lege contra fratrem, vel hęredes: pro legitima verò ei tres competunt actiones, & quæ, num.2.*

3 *Filia pro sui legitima rei vendicatione, seu hæreditatis petitione, agere non potest.*

4 *Fæmina à successione paterna, in Regno, adeo est exclusa, vt etiam præterita testamentum nullum dicere non possit.*

5 *Filiatio descendentiæ sola probatione absque tractatu verificata non dicitur, vt prætendens successionem vltra filiationis possessionem debeat quoque matrimonium, educationem, aliaque requisita probare.*

6 *Filiatio ex parte patris, difficilis est probationis.*

7 *Filiatione in probanda, duo articulanda, & quæ.*

8 *Filiationis quasi possesio, quomodo probetur: & nominatio ipsa filiationis, quid faciat.*

DE-

DECISIO CCXII.

1 FILIA † petens paragium, seu dotem de
paragio super bonis paternis, tūc in Re
gno non habet bona patris hipotheca-
ta, sed tantum condictionem ex lege contra fra-
trem, vel eius hæredes, vt per And. de Isér. in con-
stit. In aliquibus, in ver. quod si desinat, Neapod.
in consuet. Si qua mulier, in ver. de bonis, Afflic.
decis. 162. & Gram. decis. 90.
2 Si uerò filia ipsa ageret pro legitima super bo-
nis paternis, eo nempè casu pro ea tres actiones
competere possent, petitio hæreditatis, condictio
ex lege, & actio hipothecaria, vt per Crauet. con-
sil. 312. num. 4. Pau. de Cast. consi. 254. Doct. in l.
in quartam, & præsertim Alex. colum. fin. ff. ad l.
3 Falcid. Sed aduerte, † quòd filia non potest agere
rei vendicatione, seu petitione hæreditatis pro
sua legitima: vtpote quia nulla lex hoc dicit, vt
in proprijs terminis consulendo firmauit Dec.
consi. 235. & Negusan. in tract. de pignorib. in 4.
memb. 2. partis, post num. 164. versic. vigesimus-
quartus casus. & ita aliàs iudicauit Regia Audien
tia Apuliæ, in anno 1583. in causa tunc vertente
4 inter aliquos Troianos. Et ratio ea est: † nā in Re-
gno stantibus masculis, fœmina adeo est à succes
sione patris exclusa, quòd si fuerit in testamento
præterita, illud non posit dicere nullum, vt per
Ias. in auth. nouissima, circa fin. C. de inoffi. testa.
& consequenter filia non potest agere pro sua le-
gitima rei vendicatione, quæ domino datur. l. in
rem. ff. de rei vend. nec petitione hęreditatis, cum
ipsa filia non dicatur hæres patris existentibus ma
sculis, cæterum re ipsa posset pro legitima agere
condictione ex lege, quæ actio sincerè datur pro
legitima, vt concedit And. de Iser. in d. constit. In
aliquibus. Neapod. in d. constit. Si qua mulier, &
Dec. consi. 235.
Taliter quòd hic necessariò scrutandum est, vt
5 attingatur scopus præsentis indagationis, † quòd
filiatio per solam probationem descendentiæ si-
ne tractatu, non dicitur verificata, ita Bart. & alij
omnes communiter, & potissimum Marsi. num.
19. in l. 1. §. ad quæstionem, ff. de quęstio. vnde prę
tendens successionem, non sufficit probare pos-
sessionem filiationis, nisi probet alia, vt matrimo-
nium, educationem, & alia requisita in petitorijs,
aliàs obtinere non potest, vt voluit Bal. cons. 180.
Mortuo filio, volu. 3. & sequitur Alcia. in reg. 3.
præsumptio. 38. num. 61.
6 Taliter † quòd filiatio ex parte patris difficilè
probatur: & sic illa est difficilis probationis, vt
per Bal. in l. 1. nu. 2. C. quor. bon. Ioan. Petr. Surd.
cum magna cohorte scribentium, consi. 1. nu. 38.
Riminal. iun. consi. 340. Nouus, nu. 56. vol. 3.
7 Et hinc est, † quòd necessariò duo debent arti-
culari, atque probari in probanda filiatione. pri-
mum de proprietate, quòd talis est filius talis: al-
terum de quasi possessione, quòd fuit habitus, &
tractatus, vt talis, ita Bart. in d. l. 1. num. 3. C. quor.
bon. Alexan. consi. 51. volu. 1. Cæpha. consi. 540.
Tria, num. 102. & seqq. volu. 4. Ioan. Pet. Surd. in
d. consi. 1. num. 41. & seq. Riminal. iun. consi. 383.
Petunt, num. 15. & seq. volu. 4. Et ita quotidie ob-
seruatur, & practicatur, & vidi nonnullas causas
periclitari ob ineptitudinem articulandi in præ-
senti re.
8 Filiationis † autē quasi possessio probatur per
nominationem, tractatum, & publicam famam.
Simon de Præt. consi. 134. Pro Euangelista, num.
11. & consi. 136. Hanc consultationem, num. 14.
volu. 1. Taliter, quòd nominatio ipsa constituit
filiū in quasi possessione, & releuat ab onere pro-
bandi, & transfert onus probandi in aduersariū,
vt iudicauit Rota Rom. sub die 16. Maij 1558. te-
ste D. Ioan. Bapt. de Rubeis in suis decisionibus,
eodem anno occursis.

ARGVMENTVM.

Nepotes ex filio naturali non possunt venire con
tra testamentum aui, etiam quòd fuerint exhæ
redati vel præteriti.

SVMMARIVM.

1 *Filij legitimi & naturales ex naturali tantum, pro
testamenti conseruatione instituendi non sunt: le-
gitimati verò sic, num. 3.*
2 *Filij ex naturali ab intestato ex bonis aui nihil cape
re possunt, cum non nisi, vt pater illius, ei succede
re possint.*
4 *Legitimatus præteritus ius dicendi testamentum nul
lum querelandique habet, eique bonorum possessio
contra tabulas vt legitimo competit.*
5 *Legitimato, vti legitimo & naturali legitima debe-
tur, verusque filius is dicitur, & non fictus.*

DECISIO CCXIII.

1 FILII † legitimi, & naturales, ex filio na-
turali, non sunt per testatorem pro con-
seruatione testamēti instituendi, ita Gl.
communiter ab omnibus approbata in l. fi. C. de
natural. liber.
2 Et inde est, † quòd ab intestato nihil ex bonis
aui capere possunt, cum ei succedere nequeant,
nisi eo modo quo pater illius successisset. text. est
in d. l. fi. & voluit Matthæsil. in tract. de success. ab
intest. in 2. memb. primi art. num. 4. Dec. cons. 85.
in fi. Pau. Castr. & Soci. in l. Gallus, §. quid si is, ff.
de libe. & posthum. & Paleot. in tract. de spurijs,
cap. 53. in fi.
3 Sed † vbicunque filius legitimatus reperiretur,
tunc quippè instituendus venit pro conseruatio-
ne testamenti, vt fertiliter discurrit Rom. consi.
54. nec opus foret hoc casu, vt instituerentur ne-
potes nati & nascituri ex filio, & sic non teneba-
tur modo aliquo instituere nepotes ipsos natos,
& nascituros ex filio, ex quo erat viuus filius, &
institutus hæres. l. Gallus, §. & quid si tantum, &
ibi Doct. ff. de libe. & posthum.
4 Et sic † filius legitimatus habet ius dicendi te-
stamentum nullū, si fuisset præteritus, & ius que-
relandi, si extitisset exhæredatus, illique competit
etiam bonorum possessio contra tabulas, prout

competit liberis legitimis, & naturalibus, ita Iacob. de Beluis. in Auth. quib. mod. natural. effic. sui, in princ. & in §. ex tribus, quem ibi sequitur Ang. Pau. Castr. consi. 221. Super puncto isto, & Rom. consil. 34. & sic aliàs iudicauit Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ, Comitatusque Molisij in anno 1583. in causa inter aliquos exagitata de Isernia, quorum quidem opinionem fatetur verissimam fore etiam Cur. iun. in rubr. C. de bonorum posses. contra tabu. ex duplici ratione. Pri
5 mò, † quia legitimato etiam debetur legitima, sicut legitimo, & naturali, secundum Bal. in cap. de causis, col. penul. extra de offi. deleg. & in addit. Spec. in tit. de success. ab intest. §. fi. Secundò quoniam legitimatus dicitur verus filius, & nõ fictus, vt declarat Bart. in repet. l. si is qui pro emptore, colum. 22. versic. item quæro, circa prædicta, ff. de vsucap.

ARGVMENTVM.

Quando plures personę instituuntur copulatiuè, inter ipsas cadit ordo affectionis.

SVMMARIVM.

1 *Filius & nepotes instituti, ordine successiuo admittuntur, etiam si testator ordinem ipsum perverteret, num. 2.*

3 *Ordine successiuo succedere, quomodo intelligendum.*

DECISIO CCXIIII.

1 Filius † & nepotes vbicunque instituuntur per testatorem, tunc ex quo vocantur plures personæ copulatiuè, & inter eas cadit ordo affectionis, & charitatis, ac etiam concurrit necessitas saltem causatiuè admittõtur ordine successiuo, ita Glo. communiter approbata in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de libe. & posthu. cui accedunt ibi Odof. Dyn. Rayn. And. de Pisis, Alber. Bal. Barto. Nico. de Neapoli, Ang. Pau. Castr. Raph. Cuman. Alex. & Ias. & ista est communis, & recepta Scribentium sententia, prout meminit, & eam sequitur etiam quamplures alios allegando Ioannes Cæphal. consil. 607. nume. 33. volm. 4.

2 Quæ † quidem communis procedit etiam, vbicunque testator peruerteret ordinem, vt si assereret, Scium nepotem meum, & Titium patrem eius instituo, secundum Bartol. in d. l. Gallus. §. quidam rectè, sub num. 6. versic. quæro, quid si testator conuertat ordinem, quem ibi communiter omnes sequuntur.

Sed ne ignorentur termini in præsenti specula
3 tione, necessariò disquirendum est, † quomodo ordine successiuo intelligendum sit. & conclude ex mente Pauli de Castro, & Socini in d. §. quidam rectè, quòd quando pater, & filij succederent ordine successiuo, intelligeretur quippè tũc quòd admisso priore in gradu, sequentes excluderentur, sicut in substitutione vulgari, & sic filio acceptante in totum expirat institutio facta de filijs natis & nascituris, cui opinioni Pau. Castr. & Soci. inhærent Dec. consi. 248. Ruyn. consi. 123. num. 3. vol. 2. Ioan. Dilect. de arte testandi, tit. 4. caute. vltima, ante fin. Paris. consi. 82. nu. 11. vol. 2. Aemil. Ferret. consi. 10. num. 1. Ioan. Cæphal. consi. 607. num. 33. cum alijs seq. vol. 4. & Iulius Clar. in lib. 3. §. testamentum, in versi. secunda conclusio, & in versic. sed quæro, vbi planè deducit istam esse communem opinionem.

ARGVMENTVM.

Quòd fideiussor potest suscipere onus defensionis sui principalis, si non potest eum sistere in iudicio: & quòd fideiussio præstita sub pœna corporali, est nulla.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor de iudicio sisti, seu de aliquo præsentando in sui principalis defensionem auditur, iuribusq; illius vti potest.*

2 *Fideiussio præstita de aliquem præsentando sub pœna corporali, cur nullatenus valeat.*

3 *Fideiussor, quòd corporaliter puniatur, consuetudo disponere potest.*

4 *Alexander Seuerus nullam legem sacrasse dicitur absque viginti Iurisperitorum, ac quinquaginta disertissimorum consilio.*

DECISIO CCXV.

1 Fideiussor † de iudicio sisti, seu de aliquo præsentando, potest absque scrupulo aliquo suscipere, atque assumere causam, & defensionem sui principalis, & opponere, dicereque se nullatenus teneri ad præsentandum illum, ex quo fuerat malè, iniustè, nulliterque captus, & debet tunc audiri quemadmodum foret idemmet principalis. ita Docto. omnes, & præsertim Ang. & Alexan. in l. si eum, ff. si quis cautio. per tex. ibi, Boss. in sua pract. crim. in titu. de carcerato fideiuss. commit. num. 52. fol. 14. Bertach. in repert. in ver. fideiussor de iudicio sisti, post prin. Cauensis in Pragmat. Regni, Inoleuit, num. 3. & Marsil. in rub. nu. 136. ff. de fideiussoribus, & ita iudicauit sacra Regia Audientia Terræ Bari, sub die vigesimo Octobris, 1589. me assidente in ea tunc Auditore, & causæ commissario, in causa Tiberij Sanframundi de Bitonto, qui extitit eo tempore absolutus, tamquam fideiussor, etiam quòd minimè potuisset præsentare eius principalem, stante defensione facta, & propositis suis iuribus, quòd de iure erat absoluendus ex eisdem actis, & ex rebus facti permanentis, ex processu scaturientibus. Et quòd fideiussor ipse vti possit iuribus sui principalis, firmat quoque Vincen. Corac. in reg. cum quid prohibetur, de regu. iur. lib. 6. quæst. 4. nu. 11. Bart. Bal. & alij omnes in l. constitutionib. C. de vsur. per tex. ibi.

Quæ omnia de plano, & absque dubitatione aliqua locum sortiuntur, dum fideiussio præsta-
2 tetur sub pœna pecuniaria: † sed vbicunque fideiussio

iussio præstaretur de præsentãdo aliquem sub pęna corporali, tunc vtique ea nullatenus valeret, vt per Bar. in l. quarta, ff. de custod. & exhib. reorum, & Cyn. in l. ad commentariensem, C. eod. Et ratio viuax ea est: quoniam nõ potest quis ex contractu ad capitalem pęnam se obligare. nemo etenim dominus est membrorum suorum. l. liber homo, ff. ad legem Aquil. & cap. si non licet, 23. quæstio. 5.

3 Et † licèt consuetudo loci disponere queat, quòd fideiussor puniri posit pęna corporali, teste Barb. in rub. de fideiussor. per Gl. in c. cum homo, 23. q. 5. quam allegat Bal. in c. ex rescripto, de iureiur. & in l. 1. C. ne filius pro patre, & in l. si qua, C. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. & in rubr. res inter alios acta: nihilominus tamen hoc non ab re notandum foret pro illa ardua dubitatione, quæ aliàs ventilata, trutinataque extitit Florentię, dum qui dã rebelles occidissent ambasiatores Aretij, fuit tunc emanatum statutum Florentiæ, quòd consanguinei occidentium, nisi intra certum tempus occiderent, vel occidi facerent, quòd consanguinei ipsi occiderentur. Sed arbitror statutum hoc fore iniquißimum, & obligare innocentes ad impoßibilia, & ob hoc, & ob alias rationes commodiori tempore ostendendas, non vereor (Deo annuente) probare illud re ipsa nullam habere substantiam, nec tantulam quidem, & statuẽtes, redituros rationem ante Christi tribunal in die vniuersalis, tremendique iudicij, prout in eodem met iudicio expectantur etiam compariturі iudices, qui cæpere banna emanare contra & aduersus cõsanguineos, vt capere, & præsentare debeant infra aliquem terminum eorum cõsanguineos bannitos, seu foriudicatos, & arma ad instar belli assumentes contra Rempublicam, aliàs accedere debeant extra prouinciam exules, aduenæ, & peregrini. quod vt rationabile quippe sit, non quidem meo, sed Dei relinquo arbitrio. Et eo magis cum non desint alia innumerabilia quidem, & cõmodiora remedia pro capiẽdis, atque interficiendis Reipublicæ hostibus, & potißimum absque

4 aliena iniuria, ac afflictione. Et hinc est, † quòd non immeritò quidem Alexander Seuerus nullam legem sacrasse dicitur sine viginti iurisperitorum, & quinquaginta disertißimorum consilio, teste Andr. ab Exea in rubr. de constitut. nume. 185.

ARGVMENTVM.

Socius criminis confitendo contra socium, facit tantum indicium ad inquirendum.

SVMMARIVM.

1 *Socius criminis ad inquirendum duntaxat contra socium indicium facit.*

2 *Socium criminis iudex audire non debet, etiam si de Principis salute offerat se dicturum.*

3 *Malefactori pro se ipsum, vel socios indicando, præmium capere non licet.*

4 *Socius criminis ex alijs diffamatus criminibus & condemnatus, à testificando repellitur.*

5 *Infames licèt in atrocißimis admittantur, socius tamen criminis ex alio delicto infamatus in casibus etiam exceptuatis fidem non facit.*

6 *Interrogato de se & alys respectu aliorum plus creditur sine tormentis, quàm cum eis.*

DECISIO CCXVI.

1 SOCIVS † criminis contra socium facit dumtaxat indicium ad inquirendum. ita Saly. in l. fin. C. de accusat. Dec. consil. 189. num. 10. Alex. consi. 475. Glo. & Bal. in l. si quidem, C. de except. & Marsil. sing. 209. & ista est omnium communis opinio, vt docuimus in Sylua com. opin. in opi. 361. in testem non admittitur socius criminis, sub nu. 2. lib. 3.

2 Et de hoc mirandum quippe non est: † quoniã iudex ipsum socium criminis minimè audire deberet, etiam si offerret se dicturum de Principis salute, vt inquit tex. in l. si quis forte, ff. de pœn. quis enim dubitat eludendæ pœnæ causa eum hoc fecisse, vt ibidem prosequitur Iureconsultus.

3 Nam † licitũ non est malefactori capere præmiũ pro indicando se ipsum, vel socios. ita Doct. per illum tex. in l. 4. §. si tibi. ff. de cond. ob turp. cau. & ideo infert ibi Barto. circa finem, quod quidam Fornarolus in ciuitate Perusij indicando delinquentes cum quibus ipse fuerat particeps, sperando præmium banni reportare, extitit licitè suspensus.

4 Et hoc facilius procedit, † vbicũque socius criminis diffamatus ex alijs criminibus, & condemnatus reperiretur: tunc enim à testificando omnino repelleretur. cap. licèt. de foro compet. c. super eo, & c. testimonium, extra de testib. Specu. in tit. de testib. §. 1. colum. 35. verf. item quod est probatæ vitæ, & Alex. consi. 150. colum. 3. volum. 5. & ita varijs quippe vicibus, aliàs decisum extitit in Regia Audientia Capitinatæ, Comitatusq; Molisij, in anno 1583. & sequenti, in causis in ea tunc decisis.

5 Et † licèt in atrocißimis delictis infames admittantur, vt no. in l. 1. C. de fal. moneta, tamen vbicunque socius criminis ex alio delicto infamatus foret, etiam in casibus exceptuatis, nullam faceret fidem. ita consuluit Marsil. consi. 74. num. 22. verf. non erit ergo idoneus, allegat Ange. in l. qui indicio, ff. de accusat. & refert, & sequitur Gram. in voto 34. num. 9.

6 Sed aduerte, † quòd quando aliquis interrogaretur de se & alijs, tunc nempè respectu aliorum plus crederetur ei sine tormentis, quàm cum tormentis. ita probat tex. secundum Bar. ibi in l. 1. §. quęstione, ff. de quęstioni. & sequitur Arct. consil. 61. In causa illorum, col. 1. & quamuis in tormentis dixerit contrarium eius, quod deposuerat in prima depositione, tamen tunc respectu aliorum statur primæ depositioni, vt tenet Decius consil. 175. colum. octaua, verf. sed ad ie spondetur.

ARGVMENTVM.

Nemo in re communi potest ædificare inuito socio, & quomodo socius tenetur cócurrere pro parte sua in resarcienda re communi.

SVMMARIVM.

1 *Socius in re communi, inuito socio nihil facere potest, nec ædificat, etiam si seruitutem debens permittat, num. 2.*

3 *Socius in refectionem communis parietis non necessariam contribuere non tenetur.*

4 *Socius totum parietem communem non destruit occasione reficiendi fortiorem.*

5 *Socius rem communem refectione egentem instaurans, altero tamen per quatuor menses ratam suam, impensamque interpellato soluere recusante, socij partem acquirit.*

DECISIO CCXVII.

1 SOcivs † in re communi ædificare, vel aliquid facere aliter non potest, inuito socio. l. Sabinus, ff. cómuni diuid. Corn. consi. 90. Viso processu agitato inter Nocentium, nu. 9. & seq. volum. 2. Ange. in l. inter quos, nu. 6. ff. de dam. infec. Anto. Ciofius, consi. 65. Excellens, num. 5. vol. 1.

2 Imò † socius ipse inuito altero socio minimè ædificare valet in re cómuni inter eos, etiam permittente eo, qui seruitutem debet. l. si inter, §. si. ff. de seruit. urb. præd. & Cæpol. de seruit. vrb. c. 39.

3 Et hinc collige ad practicam, † quòd socius có tribuere non tenetur vllo modo in refectionem parietis communis, aliter non necessariam, quam socius volens altius tollere facit ad fortificationē, secundum Flor. in l. parietem, ff. de seruit. vrban. præd. & ita aliàs iudicauit Regia Audientia Apuliæ, in anno 1583. contra quendam militem de ciuitate Luceriæ.

4 Vnde † socius non potest totum parietem destruere, occasione reficiendi illum fortiorem. d. l. parietem, & ibi Bar. & Flor.

5 Cæterùm aduerte, † quòd habens ré aliquam stabilem cómunem cum altero socio, quæ egeat refectione, & ipse socius requisitus, interpellatusque, remaneat contumax, & obstinatus, si eo casu in præsenti reparatione, atque restauratione necessaria erogaret eroganda, in totum, de propria pecunia, & socius intra quatuor menses recusaret soluere, restituereq; partem, & ratam suam, amitteret absque dubitatione aliqua dominium partis suæ, & applicaretur ipsi socio restauranti. l. si vt proponis. C. de ædif. priuat. Ange. in l. quidam Iberus, colum. 11. ff. de seruit. vrban. præd. Barto. quæst. 17. Ias. num. 133. & alij vniuersaliter omnes in l. admonendi, ff. de iureiur. Cæpol. in tract. cautelarum, caut. 84. Sæpe contingit, Maran. in tract. de iudic. par. 4. dist. 9. num. 102. Cremen. sing. 98. Decidi, & ibi Apostil. & Ioan. Pet. Surd. consi. 43. Rara, num. 19.

ARGVMENTVM.

Melius est retinere in sui posse, quàm ab alijs aliquid repetere: & soluens scienter indebitum, videtur donare.

SVMMARIVM.

1 *Solutio ante tempus non releuat.*

2 *Soluens pro alio, nisi cessa sibi actione, non repetit; creditorque cui solutio fit, ad cedenda contra alios iura nomine suo soluenti compellitur.*

3 *Soluens scienter indebitum donare videtur, præsertim si vt indebitum donatumque reciperetur; nec repetit, maximè si pro se solueret: secus si pro alio, nisi tamen debitor liberaretur: & solutio vera requiritur vt detur repetitio, nec ficta sufficit, nume. 4.*

5 *Soluens indebitum, vt repetere queat, duo probare tenetur, & quæ: & quare sic.*

6 *Ignorātia præsumitur in soluēte pro alio indebitum.*

DECISIO CCXVIII.

1 MElivs † est non soluere, quàm solutum repetere. l. 3. ff. de compensat. Nam solutio facta ante tempus non releuat. l. qui Romæ, ff. de verb. oblig. vbi Bar. Bal. Ang. Alber. Paul. Castrens. Rapha. Imola, Alex. Soc. Ias. & alij vnanimiter omnes, Neuiz. consi. 49. nu. 9.

2 Et hinc est, † quòd soluens pro alio, non repetit, nisi cessa sibi actione. l. nulla, & ibi Bald. C. de solution. & l. si in rem, & ibi Docto. C. si cert. pet. & tunc creditor cui solutio fieret, compelleretur vtique, absque dubitatione aliqua, ad cedendum contra alios iura soluēti nomine suo. l. mulier, vbi Glo. Bal. & alij vniuersaliter omnes, ff. qui potior. in pigno. habean. Dec. consi. 104. nu. 2. & consi. 446. in prin. & sic determinauit quoque, non semel tantum, Regia Audientia Apuliæ, in anno 1583. & sequenti, in causis in ea tunc decisis.

3 Et ratio est, † quoniam soluens scienter indebitum videtur donare. l. 1. & Bal. & alij, C. de cond. indeb. Riminal. iun. consi. 262. Prima consideratione, sub num. 39. volum. 3. & præsertim si reciepiens receperit, vt indebitum, & donatum, vt per Alexan. Ias. & cæteros omnes vniuersaliter, in l. 1. ff. de cond. indeb. & Dec. in l. cuius per errorem, ff. de reg. iur.

4 Et † ideo tunc non repetit. l. cum qui, §. 1. & ibi Bar. & cæteri, ff. de inof. testa. & potissimum si soluerет pro se: secus verò in soluente pro alio, cui etiam scienti datur repetitio, vt voluit Bar. in l. 1. §. hæc verba, ff. ne vis fiat, Alex. Ias. & alij omnes in d. l. 1. ff. de cond. indeb.

Nec non soluens pro alio minimè repeteret, vbicunque solutio ipsa non liberaret debitorem. l. Iulianus, §. si is, & ibi Bar. & alij, ff. mandati.

Imò solutio vera requiritur, vt detur repetitio, nec ficta sufficit. ita Barto. & alij omnes in l. duobus, §. à fideiussore, ff. de iureiuran. & sic aliàs declarauit Regia Audientia Apuliæ, in anno 1584. ad fauorem cuiusdam mulieris de Turre-maiori.

Itaque

5 Itaque aduerte, † quòd soluens indebitum, vt
repetere queat, tenetur duo probare, solutionem
scilicet, & ignorátiam. l. cum de indebito, de pro-
bat. Rimin. iun. in d. consi. 262. nu. 39.
Et ratio ea est: quia solutio, venditio, seu tradi
tio magis est facti, quàm iuris, l. consilio, §. fi. ff. de
6 curat. furios. † ignorantia verò præsumitur, nam
agitur de damno vitando, vt per Glo. Bar. & alios
omnes, in d. l. cum de indebito. & in terminis Pro
sper Pasethus, consi. 1 t t. In causa magnificorum,
sub num. 50. concedit etiam in soluente pro alio
indebitum, præsumi ignorantiam, nisi scientia
probetur.

ARGVMENTVM.

Non oportet declarare tempus spolij, quando im
ploratur officium iudicis, & quomodo probe-
tur spolium.

SVMMARIVM.

1 *Spolij tempus, vbi iudicis officium imploratur, decla rari non oportet.*
2 *Officium iudicis pro spolio implorari potest.*
3 *Spolium ex confessione, præsertim explicita, probari sufficit.*
4 *Spoliante fasso, protestatoque se velle soluere cui soluendum sit, ratificatio inducitur, quæ in spolio sufficit.*
5 *Spoliatore spolium confitente illique cedente, in negocio principali non proceditur.*
6 *Spolium probatur, spoliante ratam rei recuperationem habente, saltem per aliquod tempus in possessione permanendo.*

DECISIO CCXIX.

1 SPOLII † tempus non oportet declarari,
vbicunque imploraretur iudicis officiũ,
vt per Papiens. in sua pract. in forma li-
belli pro spoliata possessione, in glo. in ver. ingres
2 sus. † & quòd pro spolio posit implorari iudicis
officium, firmat ibi Papiens. in 1. glo. col. 11. vers.
sed hic, Hostien. Ioan. Andr. & alij in c. accedens,
il primo, vt li. non contest. Lap. in allegat. 51. Læ-
tatus sum, nu. 3. cum alijs seqq. Io. Ant. de Nig. in
c. Regni 6. Subditorum nostrorum, num. 58. vbi
discurrit, & simul firmat, laicũ quomodolibet ti-
mentẽ spoliari per clericum sua possessione, pos
se in sacro consilio implorare officium iudicis, ob
tinereque seruatis seruandis conseruatorium, vt
vocant: Et tunc clericus vocatus non posset vllo
modo forum declinare: quia tunc vt actor repu-
taretur, secundum Docto. ibi recitatos. Nec tunc
obstaret exceptio dominij, vt per Francisc. Aret.
in l. si de eo, §. fi. ff. de acq. poss. & Ioan. Ant. in d. c.
Subditorum, sub nu. 35.
3 Et † spolium ipsum probatur ex confessione,
quæ sufficit in casu spolij, & præsertim, si ea ex-
plicita quippe sit. ita Moed. decis. 37. & Meno-
chius in primo remed. recup. nume. 188. & sic
etiam decisum extitit in Regia Audientia Apu-
liæ, in anno 1583. contra Magnificum Anto-
nium Candidam.
4 Imò † si spolians fassus sit, & protestatus se vel
le soluere cui de iure soluendum sit, tunc utique
indubitanter inducitur ratificatio, quæ sufficit in
materia spolij. ita Aegid. decis. 551. ad fin. Oldr.
consi. 199. nume. 7. vers. ad istud respondetur, &
Chisanen. decis. 6. dicens sufficere dominum sub
stinere litem. Nec non requiritur, quòd omnino
habita notitia dominus cedat possessioni, secun-
dum Put. decis. 6. vt li. pend. & Peregrin. decis. 91.
aliàs 96. lib. 1. Et eo magis, vbi res habet tractum
successiuum, vt per Fely. in c. cum omnes, col. 18.
vers. sexta declaratio, de constit. & Afflict. decis.
5 376. num. 2. & seq. In tantum, † quòd si spoliator
etiam fateatur spolium, & illi cessent: nihilomi-
nus tamen in negotio principali minimè tũc pro
cedi posset: nisi prius purgato spolio, ut per Bal.
in c. conquerente, de restit. spol. Paul. Aemil. Ve-
ral. decis. 43. in 1. par. vbi enunciat, ita iudicatum
etiam in Rota Rom.
6 Spoliumque † probatur etiam vbicunque spo-
lians ratam haberet recuperationem rei, saltem
per aliquod tempus permanendo in possessione,
vt voluit Anchar. consi. 139. colum. 1. vers. sed his
non obstantibus, Afflict. in d. decis. 376. nu. 2. &
seq. & Menoch. in d. tracta. de recup. posses. in re-
med. num. 126. & seq. & ita aliàs resolutum exti-
tit coram Reuerendiss. Paleotto tunc Rotæ Au-
ditore in vna Spoletan. paludum pro hæredibus
D. Franceschæ Petrucciæ de Baglionibus contra
communitatem Hispelli.

ARGVMENTVM.

Quando tollitur exceptio, non tollitur exceptio
nullitatis. Et statutum prohibens mulierem te
stari sine assensu propinquorum, non habet lo
cum in testamento ad pias causas, quia statu-
tum non potest continere absurdum.

SVMMARIVM.

1 *Statutum disponens, quòd sententia executioni man detur exceptione aliqua non obstante, illam nullitatis non excludit.*
2 *Statutum nullitatis exceptionem tollens, de notoria euidentique non intelligitur.*
3 *Statutum disponẽs, de nullitate, nisi intra decem dies dici non posse, locum non habet si de nullitate ex inspectione sententiæ appareat.*
4 *Statutum disponens, mulierem absque propinquorum consensu non posse testari, de testamento ad pias causas non intelligitur. fallit tamen in laico instituto, num. 5.*
6 *Instituto laico, piaq; causa substituta, testamentum absque solemnitate statutaria conditum, non valet etiam fauore piæ causæ fideicommissariæ substituta.*
7 *Testamentum respectu solemnitatis inualidum dicitur, personaq; instituta inspicitur.*
8 *Legata ad pias causas cum duobus testibus valent, licèt si coram totidem testator vni legauerit, gra-*

nauerit; de restituendo ecclesiæ vel pauperibus, legatum non valeret.

9 *Statutum interpretari non debet, vt absurdum contineat.*

10 *Irrationabile & absurdum à lege vel statuto renouari debet.*

11 *Statutum cōtra testamenti substantiam testatorisq; ordinationem disponens, irrationabile censetur.*

12 *Statutum de dote lucrāda, licèt in vxore ad domum viri nondum traducta locum habeat, procedit tamen in matrimonio per verba de præsenti contracto eum annuli immißione & coniugibus in ætate legitima repertis.*

13 *Dotis priuilegia quandoque ante matrimonium competunt.*

14 *Marito matrimoniū consummare differente, mulier alteri licentiam, si intra certum tempus consummare distulerit, à Papa petere potest.*

15 *Statutum de lucro dotis, an habeat locum, quando copula non interuenit.*

16 *Statutum requirens in contractu alicuius authoritatem, vel consanguineorum consensum, fœminas non comprehendit.*

17 *Statutum de capiendis malefactoribus, de fœminis non intelligitur.*

18 *Statutum de bannito loquens, non habet locum in fœmina.*

19 *Statutum pœnam imponens in aliquo casu, fœminam complectitur.*

20 *Fœmina in omnibus casibus comprehenditur, nisi specialiter excepta inueniatur.*

21 *Statutum interpretandum, vt aliquid operetur.*

22 *Statutum aliquid noui disponens, ad casus præteritos non trahitur, sed futuros.*

DECISIO CCXX.

Statutum tollens omnē exceptionem, nunquam videtur tollere exceptionem
1 nullitatis; † & sic statutum disponens, quòd sententia executioni mittatur, exceptione aliqua non obstante, non excludit exceptionem nullitatis modo aliquo, vt per Cyn. in l. ita pudor. C. de adulter. Bar. in l. 1. §. 1. ff. quod vi, aut clam, & in l. omnes populi, in fi. ff. de iust. & iure, & Florianum in l. & in priuatorum, C. si à non competen. iud. Steph. de Federic. pleno nempè cornu, de interpret. iuris, in 2. par. principali, num. 12. & seq. vbi explanat hoc locum sortiri, tam in nullitate resultante, atque scaturiente ex eisdem actis, & processu: quàm in altera etiam nullitate, cuius est prompta probatio, nō requirens altiorem indaginem, vt tunc dubio procul impediatur, retardetur, atque penitus suspendatur executio sententiæ, amplificatq; etiā in aliquibus alijs casibus.

2 Imò itidem † si statutum, nullitatis exceptionem tolleret, tunc utique minimè tolleret modo aliquo notoriam, euidentemque nullitatem, & sic de illa non intelligeretur, vt prodidit magno nempe cum apparatu Philip. Franc. in c. dilecto, quæst. 54. extra de appel. Vant. in tract. de nullit. process. in rub. quis posit dicere de nullit. nu. 54. Ruin. consil. 74. Clarissime, num. 12. volum. 4. & consi. 37. Visis, nu. 13. vol. 5. prout ita aliàs declarauit sacra Audientia Barensis, in anno 1589. ad fauorem magnificæ Vniuersitatis Bari.

3 Nec non † statutum disponens, de nullitate dici nō posse, nisi infra decem dies, locum minimè sortitur, vbicunque de nullitate appareret ex inspectione sententiæ. l. si expressim, ff. de appel. c. per tuas, de sent. excom. Franc. in c. dilecto, q. 52. lim. 8. Anto. de But. in c. cum Bertoldus, col. pen. de re iud. Ruin. consi. 29. col. 2. vol. 5.

4 Similiterque † statutum disponens, quòd mulier non posit testari sine propinquorum consensu, non obtinet aliter locum in testamēto ad pias causas condito, ita Bald. in l. generali, C. de sacrosanct. eccles. & consi. 92. in fi. vol. 2. Abb. in c. relatum, il 1. de testam. & consi. 32. Circa duo, lib. 2. Cal. consi. vltimo, de constit. Anchar. consil. 259. & in repet. c. 1. q. 11. de consti. Pau. Castren. & Ias. in l. 1. C. de sacrosan. eccles. Alc. in d. l. generali, & in lib. 1. de verb. sig. fol. 4. in fi. Felyn. in c. ecclesia, de constit. Soc. sen. in tract. oblationum, libello 9. in vltima q. Franc. in c. fi. de immunit. eccles. lib. 6. Alex. consi. 210. volum. 2. Barb. consi. 139. vol. 3. Francis. Aret. in l. mutum, col. fin. ff. de acq. hæred. Firman. in tract. de episcopo, in 4. par. lib. 4. in fi. q. 31. Dec. in c. in præsentia, in 14. no. de probat. consi. 455. & consi. 504. Io. Lupi in repet. rub. de donat. inter vir. & vxo. §. 48. col. fin. & Cæsar Lambert. in tract. de iurepatron. in 3. art. in 5. q. princ. prima par. lib. 1.

5 Sed † conclusio isthæc procederet quippe de plano, & sine scrupulo aliquo, vbicunque foret instituta causa pia: secus verò si reperiretur institutus laicus. tunc enim quo ad laicum ipsum institutum testamentum non valeret, neque teneret, & sic stante nullitate, & inualiditate testamenti adiri non posset: & ideò non immeritò corruerent omnia legata, & fideicommissa in tali testamento facta, l. si nemo, ff. de testam. tut. etiam si illa facta reperiretur ad pias causas, vt extat cōmunis opinio omnium in iure scribentium, attestante Ias. in l. eam quam, C. de fideicom. nu. 19.

6 Et ob hanc rationem, † quando laicus reperiatur institutus, & pia causa substituta, quòd testamentum sine solemnitate statutaria cōditum, nullatenus valeat, etiam fauore piæ causæ fideicommissariæ substitutæ, firmant Saly. in auth. cassa, q. 9. in fi. C. de sacrosanc. eccles. Alex. consi. 209. nu. 16. volum. 2. & consi. 177. nu. 6. eod. vol. Anto. de But. in c. quod clericis, de foro compet. Barthol. Soc. consi. 5. num. 11. volum. 3. & consi. 115. nu. 7. volum. 4. Dec. consi. 455. num. 9. Ias. in l. hac consultissima, §. ex imperfecto, sub num. 10. C. de testam. & in l. 1. tam in 1. lectu. nu. 24. quàm in 2. lectu. nu. 28. C. de sacrosanc. eccles. Ange. in l. fi. C. de fideicom. Boer. decis. 93. & Vasq. in tracta. de success. creat. lib. 3. §. 22. nu. 12. vbi asseuerat hanc esse receptiorem opinionem, & ita aliàs iudicauit quoque sacra Audientia Barensis, in anno 1589. ad fauorem quorundam, cōtra Reuerendum Capitulum Vigiliarum.

7 Quæ quidem sententia sincerè discernitur verissima, † cum testamentum respectu solemnitatis

tis inualidum dicatur, quo in casu inspicitur persona instituta, ita Soc. consi. 555. volu. 4. & tradit Bar. in l. fi. de his, quę pro non scrip. habentur. vbi
8 concludit, † quod licèt legata ad pias causas ualeant cum duobus testibus, vt in c. relatum, extra de testam. tamen vbicunque testator legauit uni coram duobus testibus, eumque grauauit de restituendo ecclesiæ, aut pauperibus, tunc nempè legatum hoc habetur perinde ac si non fuerit scriptum, & nullatenus valeret: sed remaneret apud hæredem cum onere suo, quem sequitur Ias. in l. Marcellus, nu. 36. ff. ad Trebel.
9 Imò † statutum non potest, nec debet interpretari, vt cótineat, vel nascatur absurdum. ita Alex. consi. 505. num. 7. vol. 3. per tex. in l. scire oportet, §. aliud, ff. de excus. tutor. Bart. in l. omnes populi, quæst. 6. principali, vers. iuxta præmissa, ff. de iust. & iu. Dec. in cap. pastoralis, col. 1. de appel. Paris. consi. 59. num. 23. & seq. volu. 3. Tiraquel. de iure primogenit. q. 4. nu. 95. & Senatus Pedem. decis. 59. Statuto, num. 8. qui alios quamplures ibi citat, & Matthæ. Biun. consil. 177. In casu, num. 14. volum. 2.
Et ratio ea est, quoniam quod est irrationabile
10 non censetur statuentes apposuisse: † nam irrationabile, & absurdum à lege, vel statuto remoueri debet, ita Aret. in l. in pecudum, de vsur. in l. si quis in aliena tabula, & in §. in pecudum, Institu. de rerum diuis. l. nam absurdum, ff. de bon. libert. cum similibus.
11 Imò † si statutum disponeret contra substantiam testamenti, & dispositionem testatoris, censeretur irrationabile. ita Glo. in c. 2. & ibi bonus textus, de consuetudine, lib. 6.
12 In tantum, † quòd statutum de dote lucranda, licèt habeat locum in vxore, nódum ad domum viri traducta, vt consuluit Io. Ant. Rub. consi. 19. Stante statuto. tamen hoc intelligitur cum grano salis procedere, vbicúque matrimonium contractũ extet per verba de præsenti cum annulli immissione, & coniuges etiam reperiantur tunc in ætate legitima. ita Barto. in l. nihil, ff. rerum amot. Bal. in l. Deo nobis. C. de episc. & cler. Paul. Castr. in l. si ante nuptias, in fi. ff. solu. matrim. & Ioan. de Amic. consi. 69. colu. 4. vers. nec posset prædictis refragari.
13 Et de hoc mirãdum quippe nó est: † quoniam priuilegia dotis competunt quandoque ante matrimonium. l. 2. §. si sponsa. ff. de priuileg. creditorum, vbi Odofred. Bar. Albe. Ang. Cuman. & cæteri vniuersaliter omnes, & Soc. iun. in rub. ff. sol. matrim. par. 1. nu. 25.
14 Cæterùm † maritus differendo matrimonium consummare, tũc mulier posset ad Papam conuolare, petendo licentiam alteri nubendi, si infra certum tẽpus consummare illud distulerit, vt consuluit Anchar. consi. 539. Ipse verò superioribus annis pietate ductus, dum distulisset Fabius Pauli, de oppido Sancti Eusanij, Comitatus Aquilæ, cõsummare matrimoniũ cum eius vxore, per complures annos, procuraui illum coram Episcopo Aquilano vocandum, qui audita pertinacia istius viri, mãdauit ipsum infra mensem consummaturum matrimonium, prout obediens sacrosanctissimæ ecclesiæ infra tẽpus hoc stabilitum consummauit matrimonium cum sua vxore.
Et quamuis contrarium respondeat Riminal. iun. consi. 388. Vxor, nu. 22. cum alijs seqq. vol. 4.
15 videlicet, † quòd statutum de lucro dotis locum aliter non sortiatur, vbi copula non interuenerit: tamen quidquid suadeat, non recedo à sententia in principio posita, quam verissimam arbitror, vbicunque non stetisset per maritum, ducendi vxorem ad eius domum, atque cum ea matrimonium, mediante copula, consummandi.
16 Sed † statutum requirens in contractu alicuius authoritatem, vel consensum consanguineorum, seu coniunctorum, non comprætendit fœminas modo aliquo. ita Bal. consi. 201. In prouincia, col. fin. vol. 1. & in l. 1. col. fi. C. qui admit. Ang. in l. fi. C. de verb. sign. Corn. consi. 151. Videtur, vol. 4. & Alex. cum alijs aggregatis per eum, consil. 24. Animaduersis, col. 1. vol. 2.
17 Nec non † statutum de capiendis malefactoribus minimè intelligitur de fœminis, vt per Io. de Platea in l. patrimoniorum, C. de nu. pat. lib. 10.
18 Similiterq; † statutum loquẽs de bannito, non sortitur aliter locum in fœmina, teste Ang. consi. 67. Primum est, col. 1. pro ut ita etiam videmus, quod si bannitorum filij de ciuitate expellantur, nullatenus procedit in filiabus fęminis. ita Bal. in l. quicunque, de seruis fug.
19 Est bene verum, † quòd statutũ imponens pœnam in aliquo casu, obtinet locum in fœmina, secundum Bar. in l. iura, in fi. ff. de legib.
Imò ista est resoluta, firma, & communis con-
20 clusio, † quòd regulariter in omnibus casibus fœmina comprætenditur, vbi specialiter non innenitur excepta, vt tradunt Docto. in l. quicunque, C. de ser. fug. & Bar. in l. 5. ff. de verb. sign.
21 Et eo magis, † cum statutum interpretandum quippe sit, vt aliquid operetur. ita Bar. in l. 4. §. prętor ait, vers. quęro quid si statutũ, ff. de dam. infec. & Dec. consi. 456. nu. 55.
22 Cæterùm † statutum aliquid noui disponens, non debet trahi vllo modo ad casus præteritos: sed futuros. l. leges. C. de legibus. cap. fin. de constitut. vbi Abb. Felyn. & alij, Bart. num. 44. Crot. nu. 135. Bologn. num. 165. & alij omnes in l. omnes populi, ff. de iust. & iu. Socin. iun. consil. 541. num. 9. volum. 3.

ARGVMENTVM.

Pro lege seruãtur statuta municipalia aliquarum ciuitatum, & secundum ea iudicatur.

SVMMARIVM.

1 *Statutum à populo conditum, ius ciuile dicitur.*
2 *Statutum municipale, lex appellatur, proque lege seruatur.*
3 *Statuta ciuitatis licèt sint de iure ciuili, magnatum tamen seu magistratuum de iure prætorio, vti constitutio episcopi; quamuis pœnalia, post annum effectum non habent.*

Statutum,

4 *Statutum, quòd pro dote non restituta debeantur mulieri decem pro centenario singulis annis pro alimentis & non aliter, valet, nec vsurariũ dicitur.*

5 *Pactum in contractu, quòd durante solutionis termino certum quid nomine affictus pensionisque rei venditæ soluatur quousque iustum pretium solutum sit, non reseruato venditori dominio, est simulatum.*

6 *Pactum ab initio, de certo lucro consequendo, an fieri possit.*

DECISIO CCXXI.

1 STATVTVM † inductum, conditumque à populo, seu Consilio aliquo populum repręsentante, iuxta Glo. rub. C. quæ sit longa consuet. dicitur re ipsa ius ciuile, ita Bal. in auth. generaliter, col. 1. C. de episco. & cler. Glo. Instit. de perpe. & temp. acti. in princ. Simon de Prætis, cons. 94. Quæstio est, num. 6. vol. 1. Bart. & Ias. num. 9. in l. stipulationum aliæ, ff. de verbo. obliga. vbi profert magnum, ac vtile nempè verbum, istam fore omnium in iure Scribentium cõmunem opinionem.

2 Et † statutum hoc municipale, lex appellatur, & pro lege seruatur, & ita quotidie iudicatur in sacra Regia Audientia Barensi, virtute statutorum Ciuitatit Bari, quæ pro lege seruatur. l. 1. C. de emancip. liber. & c. ius ciuile, 1. distin. l. omnes populi, de iusti. & iure, & l. cunctot populos, de summa Trini. & c. 1. de constit. lib. 6. Philip. Fran. in tract. de petit. in 4. dub. num. 2. Grat. consi. 21. num. 4. vol. 1. & cons. 118. num. 1. vol. 2. Soc. iun. cons. 10. num. 4. vol. 1. & cons. 3. num. 22. & cons. 67. num. 64. volu. 2. Nico. de Bolcijs, cons. 51. In casu de quo quæritur, sub nume. 13. & seq. inter consi. diuersorum, collecta per Bapt. Martianens. vol. 1. Ant. Ciosiut cum alijs compluribut aggregatis per eum, cons. 40. Multum, nu. 8. vol. 1.

3 Et † quamuis statuta ciuitatum sint de iure ciuili: tamen statuta Magnatum dicuntur de iure prætorio, vt per Bal. in l. 1. C. de procu. & sic statuta magistratuum dicuntur profectò iut prætorium, quemadmodum & constitutio episcopi: & si pęnalia extent, non obtinent aliter effectũ post annum, & per consequens finito officio, vt per Bart. & Alex. in l. fi. ff. de pęnit, & Bal. in l. 2. §. nouissime, in aliquibus lecturit. ff. de orig. iu.

4 Vnde † statutum disponent, quòd pro dote non restituta debeantur mulieri decem pro centenario singulis annis pro alimentis, & non aliter, valet, & tenet, & non dicitur vllo pacto vsurariũ, vt per Ioan. Cald. in cle. 1. q. 6. de vsuris, Abb. in c. salubriter, col. 2. de vsu.

5 Sed hoc profectò claudicat in pacto: † cum pactum in contractu appositum, quòd durante solutionis termino, soluatur certum quid nomine affictus, & pensionis rei venditæ, donec & quousque illius pretium solutum fuerit, non reseruato venditori dominio, vti simulatum, non valet, sicuti prodidit Abb. cons. 76. In præsenti, volu. 1. Ias. consil. 117. In quæstione, sub num. 3. volu. 1. Soc. sen. consi. 88. Abunde, volu. 4. & Cæpol. in tract. cautelarum, caute. 125. Anch. cons. 150. nu. 6. & seq. Dec. cons. 123. cons. 111. num. 1. & cons. 119. Cels. cons. 104. num. 4. Ioan. Ant. de Nigris in capitulis Regni, cap. 230. num. 24. Cagno. in repe. l. curabit, num. 8. cum alijs seqq. C. de actio. emp. Rolan. cons. 75. num. 3. volu. 1. & cons. 55. num. 20. vol. 2. quorum opinionem indicat communem fore Turzan. in tract. communium opinionum, opinio. 155. Plot. de in lit. iuran. §. 11. num. 15. cum alijs seqq. Riminal. iun. cons. 463. Vt dubitationes, num. 10. cum alijs seqq. volu. 4.
6 vbi constanter quidem firmat, † pactum ab initio, de certo lucro consequendo, fieri non posse. sed ego aliàs firmaui contrariũ ex opinione communi Theologorum, & Canonistarum in Sylua in opinio. 1048. Vsuram, lib. 3. vbicũque aliquid ex conuentione percipitur loco interesse, & sequitur etiam Pet. Rauennat in c. 1. de vsur. col. 2. vers. vt generaliter.

ARGVMENTVM.

Ponuntur priuilegia paupertatit, & quòd pauper habet fori electionem. Et quomodo iudex pro pauperibus se gerere debeat.

SVMMARIVM.

1 *Pauper inter miserabiles personas connumeratur, earumque priuilegio gaudet.*

2 *Paupertatem, piam causam esse, eiusque priuilegij gaudere.*

3 *Paupertas prodest, fauorabilisque est; & an fori electione, vt pupillus & vidua, gaudeat.*

4 *Pauperi in mala causa nemo misericors esse debet.*

5 *Pauperis causa prius tractanda, quàm diuitis. & numero 9.*

6 *Paupertas non est de genere malorum, nec contemnenda.*

7 *Paupertas vti in rebus temporalibus innumerabilia priuilegia confert, sic in spiritualibus septem bona, & quæ.*

8 *Iudex pauperum causas tractando, quid agere debeat.*

10 *Diuitiæ, quibus exitiales sint.*

11 *Iudex pauperibus, miserabilibusque personis gratis iustitiam ministret.*

DECISIO CCXXII.

1 PAVPER † connumeratur inter personas miserabiles, ita Ioan. And. Abb. Fely. & alij omnes in c. significantibut, de offi. deleg. Cauens. in situ 290. sub num. 8. & Cornel. Benincas. in tract. de paupertate, quæst. 5. num. 41. vbi concedit etiam pauperem ipsum miserabilem personam fore, & Ioan. de Neuiza. in Sylua nuptiali, lib. 6. sub num. 27. & hunc in locum confluunt etiã scripta per Plautum in Duobut captiuis, vbi ita inquit: Miser homo est, qui ipse sibi quod edit quærit, & id ægrè inuenit: sed ille miserior, qui & ægrè quærit, & nihil inuenit: ille verò miserrimus qui cum esse cupit, quod edat non habet.

habet. gaudetq; etiam pauper priuilegio ipsorum miserabilium, secundum Glo. Bal. Ang. & caeteros omnes in l. siue autem, §. si duobus. ff. de publiciana. Marsi. sing. 82. Volo tibi dare, in 5. limit. & Cornel. Benincas. in d. tract. de paupertate, quaest.
2 5. in fi. vbi feraliter quidem demonstrat, † & probat causam paupertatis piam esse, & simul gaudere omnibus, & quibuscunque priuilegijs, & immunitatibus, quibus piae causae ipsae vtuntur. Et consequenter pauper non solum gaudet priuilegijs proprijs: & sic paupertati à legibus concessis, discussis, & recitatis per Cauens. in d. ritu 290. nu. 9. per Afflic. in constit. Mulieres, in fi. & per Cornel. Benincas. in d. tract. de paupertate, ferè per totum: sed gaudet etiam priuilegijs piae causae concessis, & elargitis, quae recensuit, & discussit Tiraquel. in tract. de pijs causis, per totum.
3 Et † sic paupertas prodest, l. si quis ad declinandum, §. fin autem, C. de episc. & cler. & l. illicitas, §. fin. ff. de offi. praesid. imò fauorabilem fore paupertatem ipsam latè demonstrat, & probat Cornel. Benincas. in d. tract. de paupertate, quaest. 4. per totam. Vnde hoc obseruaui quamplurimis quippè vicibus in practica in Regia Audientia Apuliae, in anno 1583. cum alijs seq. dum assidebam in ea Auditor, vbi admisi varios, diuersosq; pauperes ad fori electionem, tam in causis ciuilibus, quàm etiam criminalibus, ad instar viduae, & pupilli: & licèt aliquando ab aliquibus Baronibus, & partibus fuerit appellatum in magna Curia Vicariae, & demum in sacro Consilio, praetendendo pauperes non habuisse fori electionem: tamen semper extitere remissae causae ad eandem Regiam Audientiam.
4 Est bene verum, † quòd pauperi in mala causa nemo debet esse misericors. c. si res, 14. quaest. vlt. & Deuter. 23. nec personis ipsis miserabilibus tantum fauendù venit, vt alijs personis iniustitia fiat, c. ex tenore, de foro compe. & Ioan. de Neuiza. in Sylua nuptiali, lib. 6. nu. 28.
5 Imò † pauperis causa primò tractāda est, quàm diuitis, ita Glo. in c. in primis, 2. q. 1.
6 Quoniam † paupertas non est de genere malorum, ita Glo. in c. vno, in ver. mendicantes, de relig. domi. & paupertatem, & ignobilitatem, aegritudinem, & mortem, nemo sapiens mala dixerit, nec in malorum sorte superauit: quia necessaria ista in bonis habentur maximis, quorum nobis alia ex natura, alia ex commoditate accidere videntur, secundum Ambros. in Exameton, & habetur in cap. illa, 15. quaest. 1. & sic paupertas non est contemnenda, quia eam Christus dedicauit, capit. gloria episcopi, 12. quaest. 2. & eo magis, cum omnis Phylosophiae magistra nobis est inopia, & non ita laudamus Ioseph, cum frumentum distribueret, sicut cum carcerem habitabat, vt discurrit August. super Psalm. 76. imò qui despicit pauperem, exprobat factori eius, vt habetur Prouerbiorum cap. 17. Et in pauperibus magis attendenda est religio, quàm paupertas, cap. vlt. 16. quaest. 1. quoniam scire vti paupertate maxima foelicitas est, teste Seneca lib. de Moribus. nec non hi sunt beati, quorum diuitias nemo nouit, secundum Lucium Apuleium, de asino aureo, libro primo.
7 Et † quemadmodum paupertas confert in rebus temporalibus, innumerabiles ferè immunitates, & priuilegia: ita in rebus spiritualibus confert etiam septem bona, scilicet peccatorum recognitionem, virtutum conseruationem, cordis quietem, desiderij impletionem, spiritualium bonorum dulcedinem, meritorum exaltationem, & coelestem haereditatem, ita Sanctus Thom. super Isa. 48. lect.
8 Caeterùm ad institutum redeundo, † aduerte tu iudex, quid agis, dum tractas causas pauperū: nam eo tempore repetendum, discurrendumque tota memoria est, quàm miserū, & calamitosum sit genus iudicantium, & similiter quòd tunc cęlum, vel infernus emitur: & reminiscendum demum est etiam, quòd venenum in auro bibitur: prout nō stultè & fabulariter, verum prudenter, & vt expertus loquebatur Ouidius in lib. Amorum, 4. Elegia, dum ita cępit fluctuare.

Curia pauperibus clausa est, dat census honores,
Inde granis iudex, inde seuerus eques.

Sed hoc intellige apertiùs à viuo oraculo Isydori, Soliloquiorum lib. 2. cap. 52. & à lege ipsa in c. pauper, 11. q. 3. dum ita exprimit, quòd pauper, dum non habet quod offerat in iudicio, non solum audiri contemnitur, sed & contra veritatem opprimitur: citò violatur auro iustitia, nullamq; reus pertimescit culpam, quam redimere nummis existimat. Imò ait Ecclesiastes, cap. 9. quòd sapientia pauperis cōtempta est, & verba eius non sunt audita.
9 Et † sic offerenda, atque exhibenda est ipsis pauperibus cōsolatio in reddēdo eis ius prius, quàm alijs, remoto quolibet timore, vel amore: hi enim iudices, quidum hoc agunt, laudant Deum: dum verò contrarium obseruant, in iudicando in causis pauperum, seipsos accusant, & eis ex nunc annuntio aeternam damnationem. Et licèt hoc malum iamdudum humanis influxit mentibus, vt pecunia honori sit, & animi hominū diuitiarum admiratione digni, vt nemo nisi diues honore dignus putetur, ita Ambrosius Officiorum lib. 11. cap. 21. tamen aduertendum est, secundum Isy-
10 dorum, Soliloquiorum lib. 2. cap. 52. † quòd multi propter opes periclitati sunt, multi propter diuitias in discrimen venerunt, multis exitiales fuere diuitiae, multis etiā mortem generauere opes. Et sic denique, teste Glo. in l. si debitori, in ver. damnum est, ff. de iud.

Omnia sunt hominum tenui pendentia filo,
Et subito casu quae valuere ruunt.

11 Vnde tu † iudex pauperibus ipsis, & miserabilibus personis gratis iustitiam administra, secundum consilium, & praeceptum tibi traditum à Glo. in §. si tibi quoque, in ver. gratis, in Auth. de mandat. princip. & ab Andrea Gail, in obseruat. 43. de patrocinio Aduocatorum, & Procuratorum Camerae, sub nume. 15. & sequen. libro primo.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Nemo potest in causa propria ius dicere, neque authoritate propria aliquid accipere. Fallit, si quis authoritate propria accipit ab eo, qui bona sua detinet.

SVMMARIVM.

1 *Ius sibi dicere authoritate propria nemini permittitur.*

2 *Iudex, vel arbiter, cur nemo superiorē recognoscens in re sua esse possit.*

3 *Sententia in causa propria, præsertim parte opponente, nulla redditur.*

4 *Furari rem alienam rei suæ æquiualentem quandoq; licet, & quomodo id fieri possit. nu. 6.*

5 *Creditor propria authoritate furtiuè accipere rē debitoris in conscientia potest, nec ad litteras episcopales monitorias se ipsum indicare, & restituere tenetur.*

DECISIO CCXXIII.

1 NEMINI † permitti debet, vt eius authoritate propria, sine iudice, ius sibi dicat. l. 1. C. ne quis in causa sua iudi. & l. extat, ff. quod met. cau. & ponit hoc pro regula Glo. Dec. & Cagno. in l. non est singulis concedendū, in princ. ff. de reg. iu. quod intellige procedere in recognoscente superiorem, secus verò in non recognoscente, vt per Soci. in l. qui iurisdictioni, nu. 4. & seq. ff. de iurisdic. omn. iudi.

Imò quemadmodū quis ius sibi dicere nequit,
2 propria authoritate, † ita pariformiter nemo in re sua debet esse iudex, vel arbiter. l. pen. ff. de arbit. l. qui iurisdictioni præest, ff. de iurisdc. omn. iudi. l. Iulianus, ff. de iudi. & l. vnica, C. ne quis in sua causa iud. vel ius sibi dic. Et ratio ea est, quia nemo se prohibere, vel imperare posset, vt per Ioan. Pet. Surd. consi. 50. Reuerendissimus, sub num. 8. &
3 seq. & eatenus hoc legibus exosum est, † vt sententia lata in causa propria, nulla & inualida quippè euadat, atque reddatur: & potissimum si opponeretur per partes de nullitate aduersus sententiam ipsam ita & taliter promulgatam, sicuti prodidit Abb. & alij vniuersaliter omnes in c. cum venissent, de iudi. Ant. de But. in cap. dilecti, de appell. Vant. in tract. de nullit. in rubr. de nullit. ex defectu iur. ord. nu. 94.

Sed isthæc regula ita ampliata limitatur, non procedere vbicunque quis in iudicio, rem suam iniustè occupatam recuperare nequeat: tūc quippè excusatur quis à furto, & præsertim si retineat vsque ad mensuram debiti, vltra autem sibi non
4 liceret: & † sic cuilibet licitum est furari rem alienam æquiualentem rei suæ, quando rem suam ab aduersario opulenti, & potenti aliter recuperare non valeat, vt concedit Glo. in cap. ius genitum, prima distinct. & in l. nullus. C. de Iudæ. Fely. in cap. quoniam, num. 13. de simon. & in cap. 2. de sponsalib. in fi. Marsi. sing. 177. & in pract. crim. in §. constante. num. 36. & seq. Innoc. in c. olim, il primo, num. 8. de restitu. spolia. Alexan. consi. 135. num. 1. volum. 1. & consi. 127. num. 8. volu. 4. Afflic. in constitu. Regni, lib. 1. rubr. 8. nume. 36. Dec. in d. l. non est singulis concedendum, sub num. 2. Petr. Foller. in prag. de censib. in ver. Nicolaus Episcopus. num. 216. & frater Ioannes, conciuis meus, in sermonibus Quadragesimalibus, in sermo. 39. quæst. 3. colum. antepenul. vbi regulam hanc ampliat, locum obtinere etiam in vsura, fraudulentia, rapina, & alijs damnificationibus iniustè passis, vt quis tunc in conscientia ab istis vsurarijs, & damna inferentibus aliud eiusdem valoris furto subtrahere, accipereq́ne possit, & sequitur quoque huiusmodi ampliationem Sanctus Antoninus in sua summa, in prima parte, titu. 1. cap. 15. de furto, sub versic. de furto in genere, & Cotta in memoriali, in ver. Dolum bo
5 num, circa fin. vbi tenet, † quòd creditor potest furtiuè propria authoritate accipere rem sui debitoris, & idem firmat Cagno. in d. l. non est singulis concedendum, nume. 2. Marsi. in d. §. constante, num. 37. & Ioan. de Neuzanis in sua Sylua nuptiali, lib. 3. num. 43. vbi admittit hoc etiam in conscientia licitum esse, & Alcia. consi. 6. Cum causa læsæ maiestatis, nume. 4. cum alijs seqq. tomo 2. lib. 7. vbi hoc amplificat etiam procedere, vt expeditis litteris monitorijs super hoc per episcopum, non teneatur tunc subtractor huiusmodi rerum seipsum indicare.

Imò si in eodem casu post acceptionem occultè factam bonorum debitorum per ipsum creditorem fierent monitoriæ, non teneretur profectò modo aliquo ea bona restituere, nec propalare, nec alij hoc scientes tunc reuelare debent, secundum eundem Neuizanum ibi, cum alijs aggregatis per eū, & Bartholomęum Fumum in sua summa Armilla, in ver. furtum, §. 15.

6 Cæterùm † regula præmemorata ita amplificata, extenditur ad duos duntaxat casus, secundum Sanctum Antoninum in sum. in prima par. titu. cap. 15. de furto. & primus casus vtique est, quando quis inueniret res perditas illius, qui detinet res suas. secundus autem casus est, vbicunque administraret bona occupatoris rei suæ: aliàs non liceret furari: verum iste vltimus casus intelligendus nempè foret cū grano salis, procedere quando cessaret scandalum in subtrahendo rem ipsam eiusdem valoris, aliàs non esset tutus in conscientia subtrahens, vt aduertunt cautè quidem, omnes Theologi, & Canonistæ varijs in locis, & præsertim Sanctus Thom. in 2. 2. quæst. 60. arti. 5. vbi concludit, clandestinè accipientem rem suam, apud alium iniustè detentam, peccare dubio procul mortaliter: non quia grauet detentorem, & per consequens quod teneatur aliquo modo ad restitutionem, sed quoniam agit contra communem iustitiam, dum ipse sibi vsurpat iudicium suę rei, iuris ordine turbato, & penitus prætermisso: ideo tenetur Deo satisfacere, operamq́ue dare, vt scandalum proximorum, si inde exortum fuerit, sedaretur. hoc itaque attendere, aduertereq́ue tenentur serui, & ancillæ, & hisce similes, qui determinant seipsos per manus proprias soluere: vbi tamen

tamen seruus, & ancilla non potest rationem habere in iudicio de domino suo retinête salarium eius, non peccat si seipsum soluat, præsertimque vbi habet administrationem bonorũ domini sui, & vbi hoc ita cautè agit, quòd dominus nihil percipit, nec aliquod scandalum inde sequitur: secus autem vbi per talem modũ poneret alios seruos, aliasue personas in mala extimatione, aut suspitione apud dominum ipsum, & ita aliàs declarauit hęc omnia procedere Regia Audientia Apuliæ in anno 1584. in causa tunc exagitata inter aliquos de Terra Ritiæ.

ARGVMENTVM.

Quando aliquid restat gerendum, non dicitur actum.

SVMMARIVM.

1 *Actum nihil dicitur, dũ aliquid superest agendum.*
2 *Imperfecta, sunt naturæ inimica.*
3 *Agens ad contractus obseruationem, vsque ad obolum ipsius adimpletionem probare debet.*
4 *Agens ex contractu vltro citroque obligatorio, pro eius parte adimpleuisse tenetur.*

DECISIO CCXXIIII.

1 NIHIL † dicitur actum, vbicunque superest aliquid agendum. l.penul. C.ad Sille.& l.pen.in fi.C.de ijs quib. vt indign. Bal.in l.lædem, C.loca. Alciat.consi.8.num.6.Prima, tom.3.lib.8.Simon de Prætis, consi.191.Dubia videtur, num.13.& seq. volum.1. Hippol.Riminal.in §.1.nu.3.Instit. de donationib. & consi. 296.num.10.volum.3.Borgnin.Caualcan. decis. 46.Per instrumentum, nu.304. Corn. consi.231. num.3.volum.2.& Signorol.de Homodeis, cons. 245.sub num.10. & ita non semel tantum iudicauit sacra Audientia Barensis, in anno 1589. & sequenti in varijs, diuersisq; casib. tũc in ea decisis. Quia ex nihilo nihil sequitur, secundum Philosophum, Riminal.iun.conf.297. Videtur omnino, sub num.32.vol.3.

2 Imò † imperfecta, sunt inimica naturæ, teste Salomon.in rep.l.Gallus, fol.17. cum alijs seqq. per l.non sunt liberi, ff.de sta.homin.

3 Et hinc est, † quòd agens ad obseruationẽ alicuius contractus, debet necessario probare illius adimpletionem, etiam vsque ad minimum obolum, ac denariolum, teste Rom. consil. 244. Pro euidentia, num.4.& ibi Horat. Mandos. in addit. in litera C, Alexan.in l.filiæ licèt, C.de collat. Io. Ant.Rub.consi.30.Viso instrumento, nu.4.

Nam nihil dicitur quod nullum est, & nihil facere intelligitur, qui inutiliter agit. Crau.consil. 745.num.23.& 952.nu.12.vol.5.

4 Taliter † quòd agens ex contractu vltro citroque obligatorio, pro eius parte adimpleuisse teneatur, alioquin obtinere nequiret. l.Iulianus, §.offerri, ff.de act.emp. Alex. consi.66. Visa facti, nu. 24.vol.6.Ancha. consi.331.Visis diligenter, col. 2.Bal. & alij vniuersaliter omnes in l. si soluturus, ff.de sol.Matthę.Brun.cũ alijs aggregatis per eum consi.120.Omissis, num.3. & consi.sequen.num. 15.volum.2.

ARGVMENTVM.

Quæ sunt necessariò probanda ad probandum nobilitatem.

SVMMARIVM.

1 *Nobilitas sufficienter probatur secũdum vulgarem loquendi modum, & ex stirpe non multum magna, atque leuibus admodum probationibus.*
2 *Nobilitas antiqua, quomodo probanda.*
3 *Nobilitatis atque virtutis & similium qualitas, cum quibus homo non nascitur, sufficienter probatur per famam publicam.*
4 *Consuetudo potest aliquem nobilem, vel ignobilem facere.*

DECISIO CCXXV.

1 NOBILITAS † probatur sufficienter secundum communem, vulgaremq; modum loquendi, & sic ex stirpe non multum magna, prout ita determinauit in facti cõtingentia Rota Rom.teste Card. Put. decis.297.

Ad probandum nobilitatem requiruntur leues admodum probationes, teste peritissimo D. Pyrro Alphano, in auth.si quis in aliquo, nu.110. C.de eden. vbi profert vtile ac magnnm verbum in praxi ita vidisse sæpe iudicatum.

In tantum, quòd nobilitas satis probata dicitur ex possessione dignitatis, quæ nobilibus solis datur, vt per Bar.& alios omnes legum patres in l.1. C.de dignit.lib.12.Tiber.Decian. cons.66.num. 50. volum. 3.

2 Sed † vbicunque tractaretur de nobilitate antiqua probanda, tunc oporteret necessario probare de patre, auo, & maioribus. ita Rebuff. in tracta. de nobilit. fol.79. & Card. Put. in loco præcitato.

3 Et † denique qualitas nobilitatis, atque virtutis, & similium, cum quibus homo non nascitur, cum nobilitas ipsa aliter non nascatur in ictu oculi, l.stemmata, ff. de gradibus, Dec.consi.53. sub num.2.Bald.in prælud.feud.col.pen.Grat. consi. 4.num.5.volum.1. meritò igitur sufficiẽter ea dubio procul probatur per publicam vocem, & famam, vt per Alexan.in l.de minore, §.si plurium, colum.fi.ff.de quæst. & Paul.Aemil.Veral. decis. 277.seu 1.Doctoratus expressus, sub nu.4. & seq. in 1.par.Tiber.Decian. consi.21. Et quamquam, num.35. vol.1.

4 Imò † considerantur etiam nobiles secundum consuetudinem loci, vt firmauit Bart.in l.1.C.de dignit.lib.12.Pau.Castrens.consi.126.Dubitatur primò.Barbat.cons.57.volum.2.Francis.Vegius, consi.62.num.1.cum alijs seqq.& consi.6.num.2. volum.1. & ita semper vidi obseruari in practica indistinctè in omnibus quippe casibus, & sic varijs

rijs vicibus iudicauit etiam Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ, Comitatusque Molisij, in anno 1583.& sequentibus, in casibus in ea tũc occursis. & huicmet opinioni quòd consuetudo possit ali quē ignobilem, vel nobilē facere accedit Roch. Curt. in c.cum tanto, in 1. sessio. nu. 24. de cōsuet. vbi assignat rationem. Craue. cons. 489. nu. 7. volum. 3. 616. num. 20. vol. 4. 755. nu. 1. vol. 5. & 932. num. 1. vol. 5.

Et cum reliqua ad præsentes speculationes spectantia eminentissimo fastigio, & omnibus neruis necessarijs tractauerit D. Hieronymus de Rosis, conciuis meus, decreui hos suos flores amenissimos hoc in loco ad perpetuum, æternumque mortalium commodum, maximamq; vtilitatem ponere: sperando alios similes fructuosos flores breui temporis circulo ex eiusdem Iurisconsulti Pomærio ad commune emolumentum cum fructu, & vtilitate intueri, atque spectare.

HIERONYMI DE ROSIS V. I. C. AQVILANI,

Singulare Responsum, & in iure Allegationes.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina succedit in Regno in feudalibus, & burgensaticis. Quod ampliatur etiam in filia maritatu, num. 2.*
3 *Membra à capite regulantur.*
4 *Bona gentilitia, secundum Marinum Frezzam.*
5 *Feudum nobile, & gentile, quid.*
6 *Gentile apud Lombardos, dicitur Nobile.*
7 *Feuda gentilitia, quæ sint.*
8 *Nobilitas ex antiqua possessione feudorum causatur.*
9 *Nobilitas confertur ex infeudatione à Papa, vel à Rege feudorum titulatorum.*
10 *Titulati sequuntur Regem Siciliæ, tamquam membra suum caput.*
11 *Nobilitas causatur in Regno, ex omnibus feudis qua ternatis.*
12 *Feudum minus nobile, est quod conceditur à titulatis, vel à Baronibus.*
13 *Feuda plana, & de tabula, quæ sint, & quare ita vocentur.*
14 *Tabula Baronis, quæ sit.*
15 *Inuentarium Baronis facit plenam fidem.*
16 *Actenesiæ, quæ sint, & reddititia feudo.*
17 *Glossa, & Afflict. in constit. Regni, de successione nobil. in feud. declarantur.*
18 *Consuetudo probatur per aperitionem librorum.*
19 *Consuetudo debet esse obtenta in iudicio, vel extra iudicium.*
20 *Consuetudo est tantæ difficilis probationis, quòd reputatur impossibilis.*
21 *Consuetudo non generaliter, sed specificè probari debet.*
22 *Consuetudo est stricti iuris, & proprios non egreditur terminos.*
23 *Consuetudo tantum habet de potentia, quantum habet de vsu.*
24 *Requisitu ad probandam consuetudinem, quæ sint.*
25 *Consuetudo debet esse rationabilis.*
26 *Bona fides requiritur in consuetudine inducenda.*
27 *Consuetudo debet esse præscripta.*
28 *Consuetudo inducitur à populo vel Principe, qui potest legem condere.*
29 *Consuetudo immemorialis, etiam futura, procedere non potest, quando aliqua constitutio illam irrationabilem decernit, & nu. 30.*
31 *Consuetudo immemorialis non potest induci contra constitutiones Regni.*
32 *Consuetudinis metus terribilis, nec iura particularia Dominorum debet titulo cōsuetudinis armari. & onera insolita præsumantur extorta, nec currit præscriptio, num. 33.*
34 *Assensus non potest dari in Regno super dispositione facienda in vltima voluntate.*
35 *Assensus in alienatione feudi plani, & de tabula, ab vtroque Domino mediato & immediato præstari debet.*
36 *Prima causa est descendentium.*
37 *Pater non potest instituere hæredem extraneum in feudalibus.*
38 *Onus nōn potest legitimæ imponi per fideicommissum.*
39 *Vasallus naturam feudi, & inuestituræ in testamento mutare non potest.*
40 *Ratificatio Domini, viuente vasallo, vel eo mortuo, in præiudicium successorum in feudo non tenet.*
41 *Princeps scienter vel ignoranter nunquam iuri tertij derogare censetur.*
42 *Filia succedit in feudalibus, quando per ipsam non stat adire hæreditatem, non obstante extraneo instituto hærede.*
43 *Bonorum appellatione, feuda contineri nō dicuntur.*
44 *Feudalia in generali obligatione non veniunt.*
45 *Feudatarius in feudo hæreditario non potest disponere, nisi in proximè & immediatè successuro.*
46 *Testamentum, nullum dicitur, ob præteritionem filiæ.*
47 *Filia maritatu & dotata, decedente patre, nō superstitibus masculis, debet institui, aliàs testamentum rumpitur.*
48 *Filius, qui non est expressè exhæredatus vel institutus, cēsetur præteritus.*
49 *Filius honorabili titulo institutionis honorari debet.*
50 *Pater dum aliquid relinquit filio absque honorabili titulo, ad institutionem trahi non potest.*
51 *Filia renuncians, decedente patre sine alijs filijs, ab intestato succedit ac si non renunciasset.*
52 *Renuncians debet esse dotata de bonis, de cuius successione agitur, vt excludatur.*
53 *Renunciatio est stricti iuris, & in ea non veniunt, nisi quæ expressa sunt.*
54 *In renunciatione omnium bonorum non veniunt feudalia.*
55 *In generali renunciatione paternæ hæreditatis, feuda non comprehenduntur.*

Illustris

Illustris Dominus Scipio de Petio de Piccolominibus condidit testamẽtum in scriptis, in quo sibi hæredes vniuersales instituit fratres & nepotes, & iure legati tantùm reliquit Dominæ Portiæ eius filiæ vnicæ, legitimę & naturali, nuptæ Domino Hieronymo de Rosis, vltra dotes, ducatos quingentos: & quia in eius hæreditate remanserũt bona burgẽsatica, & multa alia, quæ in Aprutio vocantur Bona nobilia, vulgò dicta gentilitia; prædicta Illustris Domina Portia egit in sacro Consilio, & petijt successionem bonorum feudalium in hæreditate remansorum, nec non se declarari hæredem ab intestato bonorum burgensaticorum, non obstante prædicto testamento, nullo & inualido: quæritur quid iuris in hoc themate?

PRo fundamento intentionis, duo afferuntur. Primò, quod sit successibilis. Secundò, quod sint bona feudalia.

1 Ad primum, nulla cadit difficultas. † Nã filia
fœmina, non extantibus masculis, succedit in burgensaticis & feudalibus per constit. Regni, In aliquibus. de success. Comit. & Baron. & idem habere locum in subfeudis, quod in feudis, fuit prouisum per constit. Vt de successionibus, de success. nobil. in feud. ibi, qui feuda à nobis in capita tenent, vel ab alijs. ibi Andreas, & alij Glossatores, & ita per sacrum Consilium fuit decisum, vt per Dominum Vincentium de Franchis, decisio. 7.
2 Quod procedit etiam, † quòd filia fœmina nupta
sit, vt firmat vltimo loco, post multos congestos, Molina de primogenijs Hispanorum, cap. 6. nu.
3 39. lib. 1. Et † cum membra à capite regulari de-
beant. l. cum in diuersis. ff. de religios. & sumpt. funer. l. eum qui ędes. ff. de vsucap. & in Comitatu Cęlani, successit Illustriss. Ducissa, idem debet obseruari in alijs feudis & subseudis quæ à maiorib. & econtra, exæquata sunt ad inuicem. c. 1. de feu. minim. Valuaso. Veniet ergo mulier natura recti feudi, & ista est vera opinio, secundum Frezzam, de subfeud. lib. 2. c. 49. num. 3. & quòd fęmina in successione feudi sit habilitata, quo ad omnia, notatur per Afflict. cap. 1. hoc quoque, col. fi. de successio. feud. ibi And. de Iser. & Frez. de sub feud. lib. 2. c. 52. Quæro, nu. 23.
4 Ad secundum, † quòd dicta bona, feuda nobi
lia, vulgariter nominata gentilitia, quæ sunt in Aprutio, sint feudalia: Dominus Marinus Frezza, de antiquo statu Regni, num. 67. in lib. 1. de subfeud. obseruat ex vetustis Comitum Pennę cõcessionibus concessiones factas à dictis Comitibus, feuda gentilitia nũcupari, & nullum subeunt onus, nec præstationem faciunt pro his bonis, sicut pro alijs, & ideo exponit in priuilegio, gẽtilitia, idest, nobilia, & libera. Nec ipse, nec alij, quos viderim, bene aperiunt. Iacobin. de Sancto Geor. in sua inuestit. feud. in ver. in feudum, num. 27. dixit obseruasse inuestituras, in quibus concedebatur quid in feudum gentile. Martin. Laudensis idem, & Cardinal. Alexan. in c. 1. quis dicatur
5 dux, post num. 2. dicit, † quòd quandoque tenor
inuestituræ concedit in feudum nobile & gentile, idem Zasius in suo tracta. feud. in quinta par. num. 50. Tiraquel. de nobilit. c. 7. num. 4. Ex quibus Doctoribus res est sine dubio, quòd reperiuntur hæc feuda gentilitia, seu gentilia. sed id quod admiratione dignum est, quòd omnes Doctores Feudistæ ponunt feudorum genera, & distinctiones, neminem ex eis excipiendo, & nullus ponit hanc speciem feudorum gentilium seu gentilitiorum: quod ex ea ratione causatum esse proculdubio existimo, quòd præfati Doctores confuderunt terminos inter feuda nobilia, & feuda gen-
6 tilitia. Cũ enim hoc verbum, gentile, † apud vul
gares Lombardos aliud non sonet, quàm nobile, vt dixit Alber. in suo dictionar. in ver. gentile. perinde est dicere feudum gentile, ac si diceretur feudũ nobile: ideoq; pręfati Doctores, videlicet Mart. Laud. Card. Alex. Zas. Tiraq. æquiparant in inuestitura tamquam sinonima concessiones factas in feudum nobile, & gẽtile: & ideo in Aprutio vocantur feuda nobilia, vulgò dicta gentilitia, vt ex toto processu, & ex eiusdem Partis articulis, & attestationibus liquet obseruari. Dico
7 igitur, † feuda gentilitia aliud non esse, quàm feu
da nobilia, ex vulgata illa propositione, quod feuda nobilitant & paradogium contractant. Andr. in c. 1. post nu. 10. de his qui feud. dare poss. in c. 5. qualiter vasal. iur. deb. fidel. nu. 4. in c. 1. post nu. 14. vers. idem si ab alio tenetur, de Capit. qui cur. vend. in cap. 1. §. non ęst consuetudo, circa fin. de alien. feu. pater. & in alijs sexcentis locis Isern. & Doct. citatis per Liparol. in addit. ad Andræ. in d. c. quis dicatur Dux, & per Tiraq. in c. 7. in tract. de nobilit.

Cum igitur feuda gentilitia aliud nõ sint, quã feuda conferentia nobilitatẽ, & verum sit ex multiplici genere feudorum, nobilitatem acquiri, est videndum cui ex istis generibus feuda gentilitia accommodentur.

Dico igitur, quòd licèt mihi semper affixa cor
8 di sit cõclusio, † quòd nobilitas ex antiquata pos-
sessione feudorum, propriè causetur; vt dicebat Bald. in prælud. feud. in penul. dictis: Quia nobilitas nõ nascitur in ictu oculi. l. stigmata. ff. de gradibus, quam opin. sequitur Dec. consi. 13. num. 2. Tiraquel. c. 7. de nobilit. num. 7. Glos. Parisiens. §. 9. glo. 3. vers. feudorum autem. nihilominus, quia frequens turba pastorum, & bisulcorum, item & mercatorum, ac artium quoque artificum, qui assiduo malè partam pecuniam in nobilissimorum feudorum emptionem conuertunt, & plusquam nobiles reputari volunt, communem obseruantiam allegat; omissa hac disputatione, cedendo temporum calamitati, assumo pro vero, ex mente & doctrina Iacobi de Beluiso, in c. 1. quis dicatur dux, Io. And. in rub. de præscript. in addit. ad specula. Aluaro. & alij in d. c. 1. quis dicatur dux, vbi omnes, Iacob. de Sancto Georgio in sua inuestit. ver. in feudum. §. diuisio, Iason in prælud. feud. nu. 10. Capi. in inuestitura, ver. Nobile feudum, & omnium aliorum Doctorum Feudistarum, neminem ferè excipiendo, nobilitatem conferre.
9 Primò † ex infeudatione à Rege, vel Papa feu
dorum titulatorum, veluti Principatus, Ducatus,

Marchionatus,& Comitatus,& hæc propriè dicũ
tur feuda nobilia , quæ Regalia nuncupatur, d.c.
1.quis dicatur Dux. vbi omnes, Bart.in l. 1. ver.ci
uitas. C.de dignit.lib.12. de istis feudis, & de hac
nobilitate nõ tractamus, remitto me ad Frezzam
in tract.de subfeud. sed hoc tãtum sufficit innue-
re, hunc esse supremum gradum nobilitatis , qui
ex infeudatione oriatur, & considerãtur isti titu-
10 lati tãquam de corpore Regio, † & sequũtur Re
gem Regni Siciliæ tanquam mẽbra suum caput,
vt dicebat Bal.in tract.de pace Constan. in §.cau
sam, vers.inuestituram accipientis.
11 Idem † ferè gradus nobilitatis causatur in Re-
gno ex omnibus infeudationibus Regijs feudo-
rum quaternatorum, And.in c.1.de his qui feud.
dare poss.in Regno Siciliæ, & in c.1.§.fi.de Capit.
qui cur. vend. vers. feudum ergo . licèt Lucas de
Penna fuerit in quadam opinione cõmuniter re-
probata,quòd feuda tantum cum vasallis nobili-
tent,in l. mulieres.C.de dignit.lib.12.Sed cũ hæc
non sit materia causæ, pertranseo.
12 Feudum † nobile , secundo loco, dicetur seu
minus nobile quod ab istis Baronibus titulatis,&
non titulatis in feudum conceditur . Sed quia in
isto secundo loco cadit genus gentilitiorũ feudo-
rum : est ex mente Doctorum distinguendum quod
quandoque Barones concedunt in feudum deti
nendum ab eis aliquod castrum cum iurisdictio-
ne & vasallis,& proculdubio in hoc casu ex infeu
datione causatur nobilitas : quia quodammodo
à Rege videtur concessum,cuius authoritate con
ceditur,ita solennissime Andr.in d.cap.1. §.simi-
liter, de Capit. qui cur. vend.vers.itẽ si ab alio te-
netur,& in c.1.§.si quis verò contigerit, num.50.
vbi dicit,quòd quis infeudando confert nobilita
tem,licèt ipse non sit nobilis,quia hoc facit de vo
luntate Principis,& Regis; qui nouas inducit di-
gnitates. l.1. C.de Metropo. & confirmando do-
nat.l.lege obuenire. ff.de verborum signific. latè
Afflict.in d.c.1. quis dicatur Dux,num.7.per to-
tum.Glos.Parisiens.§.9. Glo.3.per totam, Tiraq.
in d.c.7.in tracta.nobilit. & iste non est casus no-
ster; cum ista feuda gentilitia non habeant vasal-
los, nec iurisdictionem.

Quandoque Barones concedunt tenimẽta ter
ritoriorum , vineas, seu nemora propriorum ca-
strorum in feudum ab ipsis in capite detinẽdum:
& tunc aut concessio fit sub seruitio militari , &
erunt feuda plana & de tabula,& non soluent col
lectas. Lucas de Penna in l.agros. C.de fund. Li-
mitro.vers.3. & in l.quicunque. C.de omni agro
deser.lib.11. etiam ista feuda nobilitant , vt dicit
Glo.1.in consti.Regni, Vt de successionibus,alle
gat tex. in constit. Regni, Si quando contigerit,
vbi dicit text. esse feuda militaria quaternata ; &
non quaternata,in locum cuius militaris seruitij.
idem dicimus hodie in Regno in subfeudis, qui
soluunt adoham tempore quo generalis adoha
in Regno imponitur. Capic. ex mẽte Doctorum
nostrorum in dicta sua inuestitura, in ver. Minus
nobile feudum in Regno dicimus . & in ver. pla-
13 num.† Et dicuntur ista feuda plana, & de tabula
ad differentiam castrorum quaternatorum , quæ
sunt descripta in quaternionibus Regis . Et pro-
inde inoleuit vsus in Regno , vt feuda quaterna-
ta, dicantur quasi feuda scripta in quaternio Re-
gio, tamquam spectantia ad Regis collationem,
& Regi immediatè seruientia. Andr.in c.1.5.col.
de controuer. feud. apud par. term. & in constit.
Si aliquis Baro . Refert hæc Capic. in sua inuesti.
in ver. quaternatum. & est text. in constitu. Post
mortem . sic feuda plana & de tabula dicuntur;
plana ad differentiam castrorum cũ vasallis, quia
plana sunt & aperta,& non castra, vt dicit consti.
Regni,Post mortem. ibi, siue sit castrum, siue sit
14 terra plana : dicuntur de tabula, † quia non sunt
scripta in quaternionibus Regis,tãquam spectan
tia ad collationem Regis,sed in tabula, & inuen-
tario Baronis, tamquam spectantia ad eius colla-
tionem,& sibi suoque feudo,& Baronis seruien-
tia . Consueuerunt enim Barones retinere tabu-
lam in sua Baronia,in qua scripta sunt omnia atti
nentia ad dictam Baroniam . Et tabula aliud non
significat,quam scripturam, quia antiquitus in ta
bulis scribebatur. l.1.§.1. ff.quemad.ser.amit.l.1.
15 §.hoc inter.ff.de tab.exhib.& istæ tabulæ,† seu in
uentaria Baronum habebant plenã fidem, vt per
Ardizon.in sum.c.& si dubitetur, tit.quib.mod.
feud.amitta. multa de eis scribit Paris de reinteg.
cap.& iuxta prædicta, fol.mihi 47.num.14. Sic er
go feuda plana dicuntur,quia non sunt castra;de
tabula, quia non quaternata, sed in tabula Baro-
nis descripta , à Barone conceduntur ; & Baroni
deuoluuntur. Andr.in cap.1.6.col.de contr.apud
par.term. & per Parid. in tract. reintegr. c.venia-
mus. fol.2. & per Marin. Frezz. fit de eis integer
tractatus.

Ad causam tamen nostram hoc tantũ assumo,
quòd ista feuda plana, quia non sunt castra, & de
tabula, quia non quaternata, conceduntur à Ba-
ronibus ab eis immediatè detinenda sub seruitio
militari,& ideo nobilitant . Sunt feuda,quæ affe-
runt concessionarijs nobilitatem , ideo in Apru-
tio vocantur feuda nobilia , seu gentilitia , vulgò
dicta,quasi feuda gentilium personarum,ideo in
omnibus scripturis antiquis,& modernis,in quis-
bus de dictis feudis mentio habetur , sic semper
mentionantur feuda nobilia,vulgo dicta gentili-
tia , vt ex processu obseruare licet . Quæ eadem
feuda nostri Doctores Regnicolæ vocauerũt feu
da plana,& de tabula,quæ non collectãt, sed ado
hant : & hoc est quod testatur Marin. in loco su-
pra citato , vbi dicit, Sunt bona in Aprutio, quæ
gẽtilitia nuncupãtur,quæ nullum subeunt onus,
nec præstationem faciunt,& habẽt particularem
inscriptionem extra catastum in tabula Baronis ,
ex quo feuda Baronalia censentur, per ea quæ di
cit Andr.ex quib.caus.feud.amit. in prin.

Quandoque Barones faciunt concessiones su
pradictas, non sub seruitio militari , sed sub red-
16 ditu , vel censu , † & iste dicuntur Actenasiæ,
in quibus non consideratur nobilitas, tenentur
ad collectas,& alias impositiones, & non censen-
tur iura feudi , & de istis multa scripsit Capic. in
sua inuest. verbo,minus nobile, vers.in Regno,&
in vers. Actenesiæ.& latius Paris in primis capitu-

lis

lis sui tractatus. Istę Actenesiæ in Aprutio habēt quoque particulare nomē, videlicet Colibetum, vt per eundem Parid. in c. quę dicantur feuda plana & de tabula, nu. 5. & sub istis non compręhenduntur feuda gentilitia, vtputa, quia Actenesiæ non nobilitant, gentilitia autem nobilitant. Glo. 1. in d. const. Vt de successionibus Actenesię colle&ant, gentilitia adohant. Lucas in d. l. agros. C. de fund. limotro. l. quicunque. C. de omni agro deser. Actenesiæ non censentur iura feudi, gentilitia feuda sunt, vt per præfatos Docto. præcipuè Capic. vbi sup. & latisimè potest colligi per Marin. in suo tract. differe. feudi quaternati, & feudi plani & de tabula.

Cognito igitur, quid sint ista feuda, quæ vulgò gentilitia, in Aprutio, nuncupantur, & quæ sint feuda plana & de tabula, quæ sub seruitio militari antiquitus concessa fuerunt, & proinde aliqualem nobilitatem tribuerunt, reliquum est, vt videamus quomodo in eis succedatur. Et in hoc adest particularis rubrica in Regno, de successione nobilium in feudis; quæ rubrica licèt sic generaliter ponatur, de successione nobilium in Re-
17 gno, † melius declaratur tam de illis qui tenent feuda in capite à Regia Curia, quàm ab alijs Comitibus & Baronibus, & ideo optimè ibi Glo. t. dicit illam cōstitutionem procedere in feudis planis & de tabula concessis sub militari seruitio, ibique Andr. in princ. declarando Glossam æquiparat ista feuda feudis quaternatis, quia si non simpliciter, secundum quid quaternata dicūtur, quatenus à Rege fuit concessum illa concedi. & licèt ibi Afflict. aliquantulum intricatè loquatur, volens euitare Glossam eiusdem constitutionis in ver. in omnibus, dicit feuda plana, & de tabula, quæ retinentur à Barone non compræhendi sub illa constit. in qua tex. non respexit, nisi commodum Regij fisci, nec de istis feudis cogitauit, & hoc non impugnat idem author in Glo. 1. Sed retento eodem themate, dicit, quòd quando ista feuda plana, & de tabula fuit concessa sub seruitio militari, quia nobilitatem cōferunt, includuntur sub rubrica illios constitutionis, vbi de nobilium successione in feudis agitur, & sic vna Glo. declaratur per aliam, non contrariatur quòd in tanto authore, sic in eadem lege non est dicendum, & ita passim est iudicatum in sacro Consilio, vt testatur Cōsiliarius Marinus in suo tract. differ. feu. quater. & feudi plani, & de tabula, differētia prima, vbi multa ad hoc notabiliter allegat.

Si ergo constitutiones Regni obseruantur in his concessionibus, nullo iure filia fœmina, non extantibus masculis, potuit paternorū feudorum successione priuari. d. constit. Vt de successionibus, & const. In aliquibus, & d. decis. fac. Conf. 7. quam opinionē optimis rationibus firmauit Marin. Frez. in 25. different. & per allegata in princ.

Succedit ergo Domina Portia de Petio de Piccolominibus in his feudis. Reliquum est vt perueniam ad exceptionem partis.

Opponit Pars aduersa contra prætensionem Dominæ Portiæ, regionis cōsuetudinem, in qua dicit in statu Illustrissimi Ducis Amalphiæ, filias fœminas maritatas, de consuetudine, bonorum & feudorum gentilitiorum ab eorum successione excludi.

Aduerto, quòd Pars prætendit, quòd consuetudo in hoc se restringat, quòd filia fœmina maritata nō succedat in bonis gentilitijs: ad consuetudinem probandam non producit scripturam consuetudinis, authoritate superioris factam, veluti in consuetudinibus ciuitatis Neap. quo casu, vt dicit Bar. post quem Doctores in l. de quibus.
18 ff. de legib. in 4. quæst. † per aperitionē librorum probatur consuetudo. Nec etiam ad probandum
19 hanc consuetudinem, † producit Pars in iudicio fuisse decisum & pronunciatum consuetudinem extare, vt per Bar. vbi supra. Bal. in consi. 210. volum. 1. Alexan. consi. 173. lib. 6. Nec etiam producit acta extraiudicialia, ex quibus consuetudo colligi possit, qui est alius modus probandi consuetudinem, sed tantum producit quosdam testes valsos, qui nec de consuetudine attestātur, sed ita vidisse obseruatum attestantur. quo casu dixerūt
20 Doctores post Glo. in c. fi. de consuetud. ꝙ † consuetudo est tam difficilis probationis, quòd reputatur impossibilis, & ibi Hostien. & Ioan. And. Fulgos. consi. suo. 6. Abb. consi. 54. Nec prædicta
21 consuetudo fuit probata nisi generaliter, † & debebat specificè in casu, de quo agitur, probari. Anchar. consi. 365. colum. quinta, vers. ad secundam rationem. Alexand. consi. 6. lib. 5.
22 Consuetudo † enim tamquam stricti iuris, non egreditur proprios terminos, nec extenditur ad terminos eiusdem naturę. c. quod ad consultationem, vbi Abb. in vlt. notab. ff. de offic. deleg. Bar.
23 in l. post dotem, col. antep. ff. solu. matr. † & ideo consuetudo tantum habet de potentia & effectu, quantum habet de vsu, adeò vt proprios facti, & vsus terminos non excedat. Bal. in l. fi. colum. pen. vers. vnum aliud quæritur. C. commun. vtr. iudi. Dominus Thobias Nonius, præceptor meus, consil. 72. num. 20. Andr. in cap. 1. in fi. princ. de consuetud. recti feu. ibi in addit. nouis. Glo. Parisien. §. 3. nu. 21. Dominus Vincentius de Franchis, decisio. 17. nu. 52. Multa alia ad hoc congerit Rocchus de Curte in solennissimo suo tractatu, nu. 171. ex cuius dictis posset integer tractatus edi de his quæ requiruntur ad probandam consuetudinem, quod Dominis iudicibus satis tędiosum esset legere, & causæ parum necessarium. Sunt ta-
24 men requisita, videlicet † vsus populi, actuum frequentia, & temporum diuturnitas, & quòd in his omnibus sit articulata consuetudo, & animus inducendi consuetudinem, consensus & permissio superioris ad inducendam consuetudinem, frequentia actuum toleratorum ad consuetudinem inducendam, & diuturnitas temporis, acta ad inducendam consuetudinem in rebus feudalibus. Hæc omnia & multa alia, quæ ex Rocchi comment. colligūtur, in 6. quęst. quomodo probetur consuetudo, nedum non fuerunt considerata & articulata, nec etiam somniata à Procuratoribus Partium: & ideo cū in hac exceptione Pars non sit in probatis, non insisto.

Non tamen superuacuum fore existimo, pau-

ca ex voluminosissimis tractatibus consuetudinis ad causam facientibus, summo digito attingere. Dico in primis cum Glo. & Docto in d.cap.fi.de
25 consuetud. † quòd consuetudo debet esse rationabilis. quòd autem hæc cõsuetudo prætensa per partem irrationabilis sit, apparet ex eo, quòd eam appellat constitutio Regni, In aliquibus, prauam consuetudinem. Ergo tanquã irrationabilis non seruanda. hoc dixerunt Docto.omnes in d.c.fin. post Glo. in ver. irrationabilis, de consuetud. vbi Barbat. quòd eo ipso, quòd est contra ius scriptũ, prætenditur irrationabilis & non seruãda. allegat tex. in c.cum venerabilis, eod. Aret. in consi.44. In proposita consultatione. facit Bald. in c.1.§.2.
26 qui feu.da.poss.& Rocchus, vbi sup.fol.209. † & ad eam inducendam requiritur bona fides, Paris. consi.101.num.3.104.512.volum.1.num.23. Pulchrè per decis.Pedemont.101. & satis inconsideratum & inhumanum est, quòd filia nõ succedat ob existentiam masculorum, quod etiam legi visum fuit. l. maximum vitium. C. de liber. præter. sed quia maritata patri non succedat.
27 Cõsuetudo † insuper debet esse prescripta, hoc est inducta, vt per Rocchum, vbi supra, vbi late Doctorum difficultates circa explicat, num.245. vellem scire à parte, vbi probauit hanc consuetudinem esse iam præscriptam? vbi sunt frequentes actus iudiciales? vbi extraiudiciales actus? instrumentales? & alia necessaria? ex quibus consuetudinem inductam merito dicere possimus? Præterea cuius authoritate inducta est hæc consuetu-
28 do? cum clarum sit, † consuetudinem induci nõ posse, nisi cum authoritate illius populi, vel Principis, qui possit legem condere. Glo. in c.frustra. 8. distin. Oldra. consi.237. Abb. Ant. Curt. Barb. & omnes in d.c.fi.de consuetud. Craue. cõnsi.96. Dominus Goffredus, num.6.lib.1. Num vniuersitas Cælani habet ius faciendi legem? An Baro ipsius permittere potest in feudo nouam consuetudinem abhorrentem à terminis constitutionis Regni, Vt de successionibus? Equidẽ puerile existimo inniti in hac consuetudine particulari succedẽdi in feudis in terra Cælani. vide Rocchum,
29 vbi supra, num.351. Addo ego, † quòd consuetudo reprobata à lege, vt est ista, quam vt prauam reprobat lex Imper. Federici in constitut. In aliquibus, nõ potest induci, nisi cum expressa scientia & tacito consensu Principis. ita Gemin. in d. cap.fin.de consuet.allegat Ioan.Andr.in addit.ad Specul.ti.de instr.edit.§.compendiose, vers.nunquid, Fely. in c.ex officijs, colum.4.de præscrip.& alij, quos ad hoc congerit Rocchus in d.suo tracta. nu.355. Requiritur etiam ad inducendam cõsuetudinem quòd pro ea sit iudicatum & obtentum in contradictorio iudicio, Glo.in d.c.fi.& in c. Abbate. in ver. in contradictorio, de verb.sign.
30 Nec † cõsuetudo futura procedere potest, quã do constitutio aliqua irrationabilem illam decernit, vt in d.constit. In aliquibus, ita, vt non sit seruanda, etiam futura, & quæuis consuetudo immemorialis, & centenaria, & est communis opinio, vt per Tiraquel.de retract.in 2.gl.lib.2.§.1.nu.25. per Couarru.variar.resolu.lib.3.c.13. & per Tho
31 biam Nonium, consi.10. num. 11. † Nec contra constitutiones Regni induci potest consuetudo, etiam immemorialis. And. in proœmio constit.in verbo, consuetudinibus, vbi omnes Glossatores.

Accedit ad hoc metus & impressio Dominorum & Potentum, quibus pauperes, & subditi pares esse non possunt. l. quia etiã, in prin. ff.de alie-
32 nat. iudic. mutandi causa facta. † & insolita onera præsumuntur extorta, per Ioannem Andr. de præscript. in 6. in nouellis. quem sequuntur Geminian. Philippus Francus & alij cõgesti per Glossam Parisiensem in secunda par. de successiõ &
33 Droit Signeur.§.53.nu.17. † vbi vult, quòd non currat præscriptio. s.q.1. nullus. 10.q.3. quia cognouimus. Inno.in c.si diligẽti, col.vlt.de præscr. quem sequitur Lucas de Penna, Ioan.Faber, Afflict.& prædicta Glo. Parisien. sequũtur alij, quos breuitati consulendo, omitto. Hæc sic percurrisse iuuat, vt ex omni parte demonstratũ sit, vanam esse allegationem consuetudinis in hac causa.

Secunda Partis exceptio fundatur in testamen to condito per Dominum Scipionem de Petio de Piccolominibus, in quo præterita filia, reos instituit hæredes, & in quadam præstẽta licentia pręstita per illustrissimam Ducissam, quod potuisset disponere de feudis geutilitijs, in vita vel in morte. Ex quo sumit argumentum, quòd cum potuerit de his disponere, mediante dicto assensu, & disposuerit mediante testamento, & sumus in feudis hæreditarijs: sequitur quòd Domina Portia filia non habet de quo conqueratur. Pro solutione breui, & summo digito percurrendo materiã; animaduerto, quòd hoc motiuum præsupponit tres conclusiones, & vnaquæque ipsarum est in facto & in iure falsa. Præsupponit primò, quòd Illustriss. Ducissa pręstiterit assensum ad dispone dum de ijs feudis gentilitijs, in vita, vel in morte, aduersus quos dicitur in primis, quòd prætensus assensus est quædam cartula reperta in scripto rio eiusdem Domini Scipionis, nõ verificata, nec authẽtica. Secundò quatenus ei fides adhiberi deberet, prout non debet, non continet assensum
34 super dispositione facienda, † sed relaxat ius tertiariæ pro vna vice tantum in dispositione inter ipsos & suos hæredes ex corpore. Quapropter relaxatio iuris tertiariæ nõ potest operari assensum. Tertiò, assensus super dispositione facienda in vltima voluntate dari nõ potest in Regno, sed per suam Catholicam Maiestatem in Curia, stante
35 Pragmatica nouem capitum. † Quartò assensus debet præstari in his alienationibus ab vtroq; domino tam mediato quàm immediato, vt late per Afflic.in const. Constitutionem diuæ memoriæ. de reuoca.alien.feudo.& rer.feuda.per totum.

Testamentum non obstat, nec prætensus assensus, quia si superfit patri vnica filia, admittitur ad
36 successionem, exclusis alijs consanguineis, † cum prima causa sit descendentium, vt in d.constit. In aliquibus, authen. vt successione. C. de suis & legitim.auth.cessante. C.de legitim.hæredib.l.quoties. C.ad Orfician.l.in successione.& in auth.defuncto.in princ. C.ad Tertullian.& si est filius, ergo hęres, iuxta dictum Apostoli, de quo per Glo, in §.

in §.fi.de hæred.qualit.& differ. Bal.in tit.primo,
an agnatus vel fil.& in tantum eſt vera concluſio,
vt etiam in feudalibus pater non poſsit in vltimo
teſtamento inſtituere hęredem extraneum in prę
37 iudicium filiæ. † Quia quando tractatur quo iu-
re primogenituræ ſubijciuntur,& tunc pater non
poteſt illud auferre primogenito. Ratio, quia il
lud non eſt beneficium patris,ſed legis, vel cõſue
tudinis, ſecundum Bald.in conſi.360. Quantum
ad punctum.lib.2.per l.ſi arrogator.§.ſed ſi impu
38 beri, ff. de adoptio. † vbi non poteſt imponere
onus per fideicommiſſum legitimę, quia non iu-
dicio patris peruenit ad filium, ſed principali pro
uidentia.in Auth.de nuptijs.§.hæc quidem, in fi.
collat.4. ibi,decies milies,idem tenet Card.Alex.
in d.cap. per venerabilem, §.quod autem,col.28.
num.45.vt per Gloſſam Pariſienſ.§.8. glo.3.nu.7.
Non poterit diſponere in teſtamento per text. in
c.1,in princip. de ſucceſsio.feu. vbi nulla ordina-
tione defuncti,inter eos manente vel valente, ibi
39 litera voluit, † quòd non poſsit vaſallus mutare
naturam feudi & inueſtituræ in teſtamento; ad
idem text.in cap.1. §.donare, qualiter olim feud.
poter.alien.idem vult Bald.in conſil.170. & 330.
colum.2.in 3.vol.Afflict. deciſio 240. col.3.in 3.
40 dubio. Adeo procedit, † quod etiam ſi vaſallus
diſpoſuiſſet teſtando de rebus feudalibus in alios
quàm in eos,ad quos feudum erat peruenturum,
& Dominus,viuente ipſo vaſallo,vel eo mortuo,
ratificet illud teſtamentum,non valet illa diſpoſi-
tio: quia talis ratificatio, licèt poſsit præiudicare
ipſi Domino ratificanti,ſi feudum erat paternum,
vel antiquum, non potuit valere in præiudicium
agnatorum ipſius vaſalli, quibus non potuit Do
minus per ſuam ratificationem pręiudicare,argu.
l.in concedendo.ff.de aqua plu.arc.ita dixit Mar-
tin. Laud. in d.cap. primo, §. donare, & Iacob.
de Sancto Georg. in ſua inueſt. feudali, in ver. &
cum pacto.

Et ſic cum Pars tertiò ſupponit,ꝙ ſumus in feu
do hęreditario,quod expreſsè põt negari,cũ non
habeamus primam inueſtituram, in qua conſide-
rata ſit qualitas hæreditaria, propria feudi natura
eſt, vt ſit ex pacto & prouidentia: ad hoc infinita
poſſem allegare,quæ allegauit Sigiſmundus Loſ-
fredus, reaſſumpſit & poſuit Minadois in ſuo ele
gantiſsimo conſilio 10.in 1.dubio,quòd ſi eſt feu
dum ex pacto, quantuncunque adeſſet aſſenſus,
prout non adeſt, in nihilo operaretur, per notas
& veras concluſiones, quas ſi quis voluerit vide-
re,videat Marin.Frez.in prima q.feud. per diſcur
ſum. cum per Dominum teſtatorem & illuſtriſ-
ſimam Duciſſam non potuerit immutari natura
feudi. Rolan.à Valle,conſi.42.1.vol.in princ.
41 Et ſiue Princeps ſcienter,† vel ignoranter licen
tiam ad alienandum cõceſſerit, ex illa iuri ſequen
ti ſucceſſori acquiſito: in aſſenſu namque Regio
ad alienandum conceſſo nunquam cenſetur iuri
tertij derogatum,vt probant Pariſ.conſi.18.num.
3.vol.1. Alber.Brun. conſi.13.num.1. Nec etiam
Princeps ſi alienationi iam factæ conſentiret, poſ
ſet ex tali conſenſu iuri ſequenti vocato quæſito
præiudicare, ex pluribus probat Afflic.deciſ.335.
num.12. idem in c.Imperialem, in princ. de pro-
hib. feu. alien. verſi.24. Quæro, num.20. Moli-
na de primogenijs Hiſpanorum, lib.4.c.5.nu.36.
42 Conceſſo † quòd ſimus in feudis hæreditarijs,
nihilominus Domina Portia ſuccedere debet, cũ
per ipſam non ſteterit adire hæreditatem, per do-
ctrinam omnium ſcribentium in cap.an agnatus,
& per Frez. de ſubfeud. lib.3. tertia formula, &
per Thomam de Minadois,conſi.10.num.27. ita
determinat Glo. in conſtit. Vt de ſucceſsionibus,
in ver. ex vtroque parente. Bal. vltra alios in c.1.
an agnatus,in l.1.circa fin. C.de fideicom. Afflic.
deciſ. 385. cũ alijs infinitis relatis per Dominum
Thomam de Minadois, in d. conſi.10. Nec pater
poteſt alterare naturam feudi, quam à lege vel pa
cto ſumpſit, Frez. lib. 2. c.ſupereſt. nu.8. Andr.
in c.1.§.omnes filij,ſi de feu.ſuc.controuer.

Supponit etiam Pars aduerſa fuiſſe factam di-
ſpoſitionem in vltimo teſtamento dictorum ſub
feudorum ſub generali inſtitutione hæredis. Ad
quod hæc obijcitur, & primò, ſub generali inſti-
tutione ſimpliciter facta, non compræhendi feu-
da ſpecialiter,& ſigillatim non numerata,ex regu
la tex. in cap. in generali, ſi de feu. def. milit. vbi
Doctores circa hanc opinionẽ infinita cumulant.
43 & bonorum appellatione, † feuda contineri non
dicũtur, niſi de eis ſit facta ſpecialis mentio.Iaſ.in
§.quidam rectè, nu.44.l. Gallus.ff. de lib.& poſth.
de communi teſtatur poſt multos Pariſius, con-
ſil.7.Et ſi in præſenti,col.1.lib.1. Thobias Nonius
44 conſi.1. nu.22.& † quòd feudalia non veniant in
generali obligatione, Frez. de ſubfeud. lib.2.c.3.
Quæro,nu.4.& quòd petitio hæreditatis non ve-
nit ad feuda,latiſsimè firmat Capicius in ſua inue
ſtit. in cap.feudorum actiones, in verbo, promi-
ſcuè, car. 22. Præterea & ſecundo teſtamentum
eſt nullum ob præteritionem filiæ, de quo nil di-
cemus,vt meritò de eo nulla debeat haberi ratio.

Venio igitur ad tertiam Partis exceptionem,
etiam de teſtamẽto, in quo facit omnem vim; in
qua in primis animaduerto, quòd aut loquimur
de inſtitutione hæredis, reſpectu feudorum, &
cum in tali diſpoſitione,quatenus in ea feuda cõ-
pręhenderẽtur, quod expreſsè negatur,non adſit
aſſenſus, nullius roboris & momenti eſt, cap.1.de
ſucceſſ. feu.& quantumcunque concedam, feu-
45 dum eſſe hæreditarium, † adhuc dico, quod de
eo feudatarius non poteſt diſponere, niſi in pro-
ximè & immediatè ſucceſſuro, ita Andrę. in cap.
Imperialem, de prohib. feu. alien. per Federic.
cuius dicta reaſſumpſit,& declarat Camerar.in di
cta repetitione, fol.21. litera R. verſi.ſequitur, &
alibi Andrę.in cap.1.§.omnes filij.ſi de feudo de-
fun.milit. dicit,in feudo hæreditario poſſe feuda-
tarium inſtituere hæredem illum tamen, qui ſuc-
ceſſurus eſt ex lege feudi, veluti primogenitum
in feudo, in quo viuitur de iure Francorum; vel
omnes filios æqualiter, vbi viuitur de iure Lon-
gobardorum, idem Andrę. in conſtit. Conſtitu-
tionem diuæ memoriæ, in princip. multa elegan-
tiſsime, ex intentione ſacri Conſilij Afflic.in eius
deciſ. 119. & cum hoc parum difficultatis conti-
neat,non inſiſto; & cõcludo,quòd annullata hac

dispositione, succedit Domina Portia filia ab intestato successioni paternæ.

46 Sin autem † dictum testamentum considerat pars aduersa, respectu burgensaticorum, dico, ex alia ratione, esse nullum, vtputa ex præteritione filiæ, auth. ex causa. C. de libe. præter. quæ auth. bene procedit in Regno, etiam in filia maritata & dotata decedente patre, non superstitibus mascu-

47 lis, † & filia debet institui, aliàs testamentum rumpitur, optimè hoc firmat Minadois in 2. notab. nu. 61. in repet. constit. In aliquibus, vbi multa notatu digna dicit, faciunt dicta per Molin. lib. 3. de primogen. Hispan. cap. 4. & in cap. 5. nu. 71. per discursum. Nec dicatur, quòd non potest filia dici præterita, ex quo ei legati sunt ducati 500. nā nō sunt ei relicti titulo institutionis. Quo casu succe-

48 dit regula, † quòd filius, qui non est expressè exhæredatus, vel institutus, censetur præteritus, & rumpit testamētum, prout communis schola scribentium tradidit, vt per Alexan. in l. inter cætera, num. 2. ff. de libe. & posthum. vbi dicit hoc communiter teneri, per Ias. in auth. nouissima. C. de inoffi. testam. vbi dicit, quòd hoc tenent omnes. Gugliel. de Benedic. in 1. par. repet. c. Raynutius, nu. 15. vbi diffusissimè infinitos congerit, & multo plures congerere posset. Iulius Clarus lib. 3. sententiarum, §. testamentū, quæst. 38. Nimirum,

49 cū iure nouissimo, † filius honorabili titulo institutionis honorari debet, ex regula tex. in §. aliud quoque capitulum, in Auth. vt cum de appellatione cognosc. dum filio quid relinquitur à patre,

50 absque † isto honorabili titulo institutionis, ad institutionem trahi non potest, & proinde testamentum rumpitur, ita solennissimè Gugliel. de Benedic. in dicta repetitione, in ver. relinquit, quæ omnia satis benè reassumpsit accuratus Hispanus Molina, lib. 2. de Hispan. primogen. cap. 15. nu. 13. & seqq. Mansuetus in practica forensi de successi. & vlt. volun. num. 31.

Sic igitur, cum ex præteritione, hoc testamentum nullum sit, sequitur quòd in testamento pars aduersa nullam vim facere potest. Nec dicatur, quòd cum dicta Domina Portia in die votorum eius matrimonij amplam fecerit patri renunciationem, quòd ex hoc ei præclusa sit via iuris dicendi de nullitate testamenti ob præteritionem. Nam circa dictam renunciationē plura occurrūt.

51 Primò occurrit conclusio, † quòd filia renuncians patri in die qua nubit, decedente demum patre ab intestato sine alijs filijs, succedit ei ab intestato, ac si non renunciasset. Quam conclusionem originaliter firmauit Dominicus de Sancto Geminiano, in c. quamuis, col. penul. de pactis, in 6. Alex. consi. 29. lib. 3. Socy. consi. 34. lib. 4. Paris. consi. 26. lib. 3. Ang. consi. 52. prope fin. Aret. in 17. quest. Couarr. in renunciat. c. quamuis. §. tertio. nimirum, cum enim renunciatio facta sit patri, & hæredibus patris, dum pater moritur ab intestato, tacitè legitimos vocat hæredes. l. conficiuntur. ff. de iure codicil. & sic vocat eandem filiam; & consequenter operatur renunciatio in beneficiū sui ipsius, quæ est hæres patris. Nec refert in casu nostro, quòd conditum sit testamētum; quia per præteritionem, nullum est, & à pari procedunt; non facere testamentum, vel nulliter illud facere quoad institutionem. auth. ex causa. de libe. præter. vbi tractatur per Glo. & Doct.

52 Secundò occurrit conclusio, † quòd ista Domina Portia renuncians non fuit dotata de bonis paternis, sed ab auo, & de bonis maternis: ex quo succedit regula, quòd renunciatio ipsa nō potest operari exclusionē de bonis paternis, de quibus dotata non fuit, ita solennissimè in proprijs terminis Dec. qui multa ad hoc allegat in l. pactum. C. de colla. num. 8. vbi inter cætera, ex mente multorum Doctorum, firmat regulam, quòd mulier dū propter dotem excluditur, semper intelligitur, vt excludatur à bonis dotantis, Bald. in l. 1. per Glo. C. de legit. hæred. ad hoc multa ipse allegat. nostri Regnicolæ id diffusissimè tractant in repet. constit. Vt de successionibus, post Glo. & Andr. dum tractant, quòd mulier dotata excluditur à sorore in capillo, à bonis, videlicet dotantis. Dec. consi. 346. nu. 4. lib. 2.

Tertiò dico, quòd renunciatio prætensa tantū loquitur de bonis paternis, nec loquitur de futuris, nec de hæreditate, & per consequens in bonis postea obuentis dicto Domino Scipioni, nō procedit dicta renunciatio. Quia renunciatio est stri-

53 cti iuris, † & in ea non veniunt nisi ea, quæ expressa sunt, & vt post Calder. & Cardinalem dicit Dec. cōsi. 379. & quòd debet fieri stricta interpretatio, idē in consi. 419. nu. 21. & in pluribus alijs locis.

Quartò vltra superius allegata, non omitten-

54 dum est, † quòd in renunciatione omnium bonorum non veniunt feudalia, per Dominum Thomam de Minadois, in dicta constit. In aliquibus, 8. notab. num. 3. cum seqq. & filia renuncians potest ea petere. Couarr. variarum relectio. §. 3. primo tomo, fol. 349. & in generali renunciatione

55 paternæ hæreditatis, † non comprehendi feudū, post multos congestos firmat Capicius in sua inuestit. in cap. feuda bonorum appellatione, in ver. renunciatio. char. mihi 90.

Nouissimè pro expeditione istius causæ, fundat se pars aduersa in clausula codicillari, quam nos nō negamus, sed instamus nos declarari hæredes ab intestato, rupto testamento. Si demū pars aduersa prætendit deberi ex clausula codicillari sibi restitui hæreditatem, poterit agere, & Domina Portia est parata stare iuri, & restituere, si de iure tenetur, detractis quartis sibi de iure competentibus, de quo hodie nō est tractandum, cum super hoc processus instructus non sit. Cætera suppleat religio iudicantium.

Ita iuris esse censeo ego Hieronymus de Rosis Aquilanus, I. V. D. & cū scripsissem in causa propria, dedi supradictas allegationes videndas Illustribus Aduocatis primarijs Neapolitanis, Dominis meis numquàm satis laudatis, Ioanni Carolo Gallo, Iulio Cortesio, & Iulio Palumbo, post quorum approbationes, Illustris Doctor & facundissimus Orator, Hector Caracciolus, vnus ex patrocinantibus, supradictis allegationibus se subscripsit.

ARGV.

ARGUMENTUM.

Præscriptio ducendi aquam ex flumine publico non perficitur, nisi excedat centenariam: & allegans præscriptionem, tenetur probare.

SUMMARIUM.

1 *Aquam de publico flumine ducendi ius, vel priuatam per locum publicum, quanto tempore præscribatur, & quomodo differant.*
2 *Seruitutes nec continuam, nec discontinuam causam habentes, immemorialem requirunt possessionem, & quomodo differunt.*
3 *Seruitus super certa re feudali, non nisi per centenariam possessionem quæritur.*
4 *Præscriptionem allegans, in sua specie cum suis necessarijs requisitis probare tenetur.*
5 *Probare tenetur quilibet quod in iudicio pro suæ intentionis fundamento proponit, licèt negatiua sit, atque reus.*
6 *Possessor, cur non nisi citatus sua possessione priuandus.*
7 *Executio contra tertium possessorem etiam non citatum fit, vbi in instrumento de capiendo & cum precarij constitutione pactum adesset.*
8 *Vim sibi inferre timens turbando possessionem, officium iudicis, per quod petat se in possessionem mitti, implorare potest, proque eo obtinendo, quid opus sit.*
9 *Mandatum de manutenendo, non nisi parte citata constitoque de possessione datur.*
10 *Turbatus ex improuiso, suam possessionem armata etiam manu tueri potest, nec vllam inferre violentiam dicitur.*
11 *Turbatio licèt varijs modis inducatur, ex contradictione tamen contentioneque turbatæ possessionis probatio resultat. referunturque tres casus, quibus etiam turbari possessio dicatur, nu. seq.*

DECISIO CCXXVI.

PRÆSCRIPTIONEM ducendi aquam ex flumine publico ad irrigationem hortorum intentans, ad eamque eonuolans pro fundanda seruitute, debet necessariò aduertere ad tres regulas in iure verissimas. Prima itaque regula ea est, † quòd ius ducendi aquam de flumine publico, vel ducendi aquam priuatã per locum publicum non præscribatur, nisi per tempus, in cuius contrarium hominis memoria nulla extet, ita Barto. in l. vsum aquæ. C. de aquæduc. Ioan. de Plat. in l. fi. C. eo. tit. Glo. & cæteri omnes vnanimiter, & concorditer, in l. 2. C. de seruit. & in l. hoc iure, §. ductus aquæ, Balbus in tract. de præscrip. in 4. quæst. secundæ par. quartę par. prin. & Veronensi. de seruit. aquæduc. nu. 24. Et in hoc differt (vt aiunt præmemorati Doct.) ius ducendi aquam priuatam à iure ducendi aquam publicam, seu de flumine publico: cum primum longo tempore quæratur, secundum verò non, nisi immemoriali possessione, vbicunque ex præscriptione velit præscribens sibi quærere ius ducendi hanc aquam publicam, seu de flumine publico.

2 Secunda verò regula isthæc, qua sancitum reperitur, † quòd seruitutes, quæ nec continuam, nec quasi continuam causam habent, possessione immemoriali egeant, ex vulg. regula l. foramen, ff. de seruit. vrb. præd. & l. seruitutes, la terza, ff. de seruit. & consequenter habens causam discontinuam ducendi aquam, tunc cum facto hominis opus sit, immemorialis possessio requiritur, prout tradunt Doct. in locis antesignatis, & Balbus vbi supra, & Veronens. in eod. cap. de seruit. aquæ duc. num. 80. & in hoc differt ius ducendi aquam continuò à iure ducendi aquam alternatis temporibus, cum primum longo tempore quæratur, si aqua priuata quidem sit: secundum verò non, nisi immemoriali, esto quòd priuata sit aqua.

3 Tertia denique regula ea est, † ex qua seruitus super certa re feudali non potest quæri, nisi per centenariam possessionem, vt ad hoc edita reperitur constit. Regni, incip. Consuetudinem, sub vers. cæterum, & ibi fertiliter Afflic. & cæteri Regnicolæ omnes post And. de Iser.

4 Sed † præscriptionem allegans tenetur illam probare in sua specie cum suis necessarijs requisitis, ita Bal. consi. 450. vol. 5. aliàs quod probatum est nullatenus releuat, prout ita aliàs declaratum extitit in Regia Audientia Capitinatæ, Comitatusque Molisij, contra aliquos particulares de Ciuitate Boiani, in anno 1583.

5 Cùm † quilibet teneatur probare illud quod proponit in iudicio, pro fundamento suæ intentionis, licèt sit negatiua, & reus, vt notatur in c. bonæ, extra de elect. & in l. 1. & 2. ff. de except. & per Bar. in l. hoc iure, ff. de vei b. oblig.

6 Est nihilominus bene verum, † quòd possessor citandus omnino est, aliàs sua possessione priuandus non venit, ita Ioan. Ant. de Nigris, cum alijs coaceruatis per eum, in c. Regni, 290. Frequens, num. 58. de exceptione excommunicationis, & Ruminal. iun. consi. 337. Quæritur, num. 12. vol. 3. Et ratio ea est, quoniam citatio est iudicij fundamentum, vt per Matth. Brun. consi. 119. In casu de quo quæritur, nu. 1. vol. 2.

7 Sed bene verum est, † quòd executio potest fieri contra tertium possessorem, etiam nõ citatum, vbicunque in instrumento pactum adesset de capiendo, & cũ constitutione precarij, vt per Aret. consi. 21. col. fi. Bal. consi. 58. volu. 5. Alex. consi. 85. volu. 6. Alber. Brun. consi. 93. col. 2. Soc. consi. 21. col. fi. & consi. 82. col. 3. volu. 3. Gozad. consi. 42. num. 11. & pleniori cornu Tiraq. in tract. de constit. possessor. par. 1. nu. 42. cum alijs seqq.

8 Verùm enimuerò † timens sibi vim inferri, turbando, seu auferendo possessionem, potest implorare officium iudicis, per quod petat se defendi, ac tueri in sua possessione, & ad obtinendum atque impetrandum huiusmodi iudicis officium sufficit, quòd absque iuris ordine faciat fidem de sua possessione, vt per Afflic. in constitu. Regni, Asperitatem, col. fi. vers. nonò nota, & per Marsil. in l. 1. §. præterea, col. 13. ff. de quæst.

9 Sed † mãdatum de manutenendo non datur, nisi parte citata, & constito de possessione, secundum

dum Aug. decis. 130. lib. 3. Afflic. decis. 167. post num. 7. Card. Put. decis. 225. lib. 1. & Veral. decis. 200. lib. 2. & videtur tex. in Regno, in Prag. Regis Ferdinandi I. Nullius est momenti.

10 Est tamen benè verum, † quòd vbicunque ex improuiso quis turbaretur in sua possessione, posset vtique illam tunc, etiam armata manu de iure tueri, & non dicitur eo casu vllam inferre violentiam, qui se defendit in sua quasi possessione. l. 1. §. vim vi, ff. de vi, & vi arma. Abb. in c. cum Vintoniensis, col. fi. de elect. Riminal. iun. consi. 337. num. 20. vol. 3.

11 Et † licèt turbatio possessionis inducatur varijs diuersisque actibus, & modis: tamen ex contradictione etiam, & contentione resultat quoque probatio turbatę possessionis, sicuti prodidit Bal. consi. 32. & Dec. num. 200. in c. licet causam, de probat. Bar. num. 3. Ias. in glo. in ver. iubere, in l. si prius, ff. de ope. no. nunc. Calcan. consi. 100. nu. 6. Corn. consi. 130. nu. 18. vol. 1.

12 Vt † etiam in tribus alijs casibus possessio alicuius turbari dicitur, recitatis per Riminal. iun. consil. 364. Accusati, num. 7. cum alijs seqq. vol. 4. videlicet primò inducendo quis operarios in alienum fundum, secundò incidi faciendo virgulta, tertiò incisa recipiendo.

ARGVMENTVM.

Possessio corporalis est appræhendenda per hæredem, quando corpore defunctus possidebat, secus verò quando animo tantum.

SVMMARIVM.

1 *Aditione hæreditatis omnia defuncti iura, præter possessionem, in hæredem transeunt.*

2 *Appręhensio naturalis requiritur, vbi defunctus animo corporeq; suo possidebat: secus si animo suo & corpore alieno, vt per colonũ, quia hæredis possessionẽ continuat. & quomodo intelligatur, nu. seq.*

4 *Possessione coloni nomine locatoris, possessio locatoris, non autem coloni probatur.*

DECISIO CCXXVII.

1 ADITA † hæreditate omnia iura transeũt ad hæredem, excepta possessione, quæ non transit, nisi eam apprehendat: & sic per aditionem omnia iura, quæ erant apud defunctum ipso iure transeunt in hæredem, sed possessio non. l. non videtur possessionem, ff. de acquir. possess. & Lauren. de Pinu, consi. 95. num. 18. vbi nõ obscurè quidem enucleat istam esse omnium communem opinionem.

2 Et hoc verum sincerè quidem extat, † quòd requiritur naturalis appræhensio possessionis, vbicunque defunctus possidebat animo, & corpore suo, secus si animo suo, & corpore alieno, puta per colonum, quia tunc continuat possessionem hæredis, ita Doct. & præsertim Alex. in l. qui vniuersas, §. quod per colonum, ff. de acqui. possess. & Afflic. decis. 167. Gabriel. & sic possessio defuncti transit in hæredem, si defunctus possidebat per colonum, & colonus continuat possessionem nomine hæredis, & faciunt notata per Glo. in l. cum miles, ff. ex quib. cau. maior. per Doct. omnes, & ibi Pau. Castr. in lectura Paduana, ff. de acquir. possess. & Vrsill. in addit. Afflicti in d. decis. 167. num. 1. vbi hoc exemplificat sortiri etiam locum in hærede quoque coloni. Amplificatq; etiã in decis. 325. sub num. 2. vt dominus semper dicatur possidere, nisi expellatur colonus, & sequitur etiam Ioan. Petr. Surd. consi. 117. Sustineri, nu. 9. & seq. & ita aliàs declaratum extitit in sacra Audientia Barensi, in anno 1589. ad fauorem Petri Mazilli de Ciuitate Vigiliarum.

3 Cæterùm † hoc intellige cũ grano salis, locum suum obtinere: nam statim, quòd hæres adiret hęreditatem, videtur quasi contrahere cum colono defuncti, atque ei locare: & consequenter possessio ipsius defuncti, etsi non transeat in hæredem; nihilominus tamen, vbicunque defunctus possideret animo suo, & corpore alieno, idest coloni, tunc vtique per colonum continuantem possessionem nomine hæredis sibi possessio ipsa acquireretur absque aliqua alia appræhensione, & ratificatione; & tanto magis quando appareret soluta pensio per colonũ defuncti hæredi, vt firmat, & discurrit Rolan. à Valle, consi. 46. Quia in quacunque materia, nu. 15. cum alijs seqq. volu. 2. vbi ad lucem adducit etiam, illam esse omnium in iure scribentium communem opinionem, & Bart. in l. qui vniuersas, §. quod per colonum, ff. de acqui. possess. per textum ibi, qui videtur hoc absque difficultate aliqua determinare, dũ ait, quod per colonum possideo, heres meus, nisi ipse nactus sit possessionẽ, non poterit possidere: retinere enim animo possessionem possumus, adipisci non possumus: sed quod pro emptore possideo, etiã vsucapiet hæres meus, & ita per hunc textum, & cõmunem pariter opinionem extitit iudicatum in eadem sacra Audientia Barensi, sub die 8. mensis Octobris 1590. in causa vertente inter D. Ioannem Andręam de la Riccia, & Ioannem Baptistam Troccoli de Ciuitate Bari.

Et sic denique colonus possidet nomine locatoris: in tantum, † quòd ex possessione coloni no 4 mine locatoris, probatur vtique ipsius locatoris possessio, non autem coloni, vt per Alex. consi. 12. volu. 4. Bal. in l. ad probationem, C. locati, & Paris. consi. 107. nu. 21. vol. 1.

ARGVMENTVM.

Spolians aliquem possessione rei mobilis, tenetur restituere possessionem rei cum fructibus: sic etiam Episcopus tenetur recuperare bona ecclesiæ.

SVMMARIVM.

1 *Turbans, seu spolians violenter rei mobilis possessorem, illum in fructibus restituere, mediatemque ipsius rei turbatæ æstimationis pro pœna violentię soluere tenetur.*

Spolians

2 *Spolians violenter nō auditur, nisi spolium restituat.*
3 *Turbationem non infert, qui sua possessione vel quasi iusta vel iniusta, sed causam à tertio habente vtitur.*
4 *Expulsus ab authoritatem habente à Principe, possessorio recuperandæ agere non potest, & cū Principis licentia possessionem intrandi per seipsum securè, nec ob hoc verbum, securè, spolio cōuenitur.*
5 *Prælati patrimonium & bona ecclesiæ ab iniquis possessoribus repetere, illæsaq; seruare sub pœna mortalis tenentur.*
6 *Clericis recuperare bona ecclesiæ negligens non tantum peccat, sed puniri quoque debet.*
7 *Clericus occupatorem rerum ecclesiæ occidens, irregularis non fit.*
8 *Prælatus, vel tutor excusatur, si rem minimam ecclesiæ minimè recuperet, & minima causa, quæ dicatur, nu. seq.*

DECISIO CCXXVIII.

1 Turbans, † seu spolians, mediante violentia, possessorem rei mobilis, tenetur possessorem, simul cum fructibus restituere, & debet similiter pro pœna commissæ violentiæ soluere medietatem ipsius rei turbatæ æstimationis, vt disponitur in constit. Regni, Violentias subiectorum nostrorum, in rubr. de violentijs circa possessionem admissis, ti. 25. lib. 1.

2 Et † tunc spolians nō auditur, nisi restituat spolium, c. intelleximus, & c. fi. extra de ordi. cognit. & c. 1. cum duobus alijs seq. 2. q. 2. & c. scintegranda, 3. q. 1. prout ita aliàs iudicauit Regia Audientia Apuliæ, in anno 1583. contra magnificum Ioan. Bernardinum Scassam de ciuitate Luceriæ.

3 Est tamen bene verum, † quòd molestiam, seu turbationem non infert vllo quidem modo, qui sua possessione, vel quasi, iusta, vel etiam iniusta, sed causam à tertio habente, vtitur, vt per Bero. consi. 20. Visis, sub nu. 15. vol. 1.

4 Sed † expulsus ab eo qui habet authoritatem à Principe non potest agere possessorio recuperandæ, necnon si Princeps dederit licentiam intrandi possessionem per seipsum securè, tunc per hoc verbum securè, significatur quòd nō poterit conueniri spolio, vt per Afflict. in const. Regni, Aspe ritatem, & in decis. 361. in ver. quarta ratio, & in ver. nec obstat quarta ratio, vbi hoc apertè interpretatur, & Vrsil. ibi etiam in addit. num. 1. cum alijs seqq.

5 Et hinc est, † quòd Prelati patrimonium, & bona ecclesiæ tenentur repetere ab iniquis possessoribus, & ea illęsa seruare, alioquin mortaliter peccant. tex. est in c. in Canonibus, 16. q. 1. Gl. in c. ea, de offi. Archid. & S. Tho. de Aquino in 2. 2. q. 43. art. vltimo.

Defensio etenim, & repetitio rerum ecclesiæ necessaria est Prælatis ipsis ex necessitate salutis, & hinc mirabiliter commendatur, laudaturque Thomas Canthuariensis Archiepiscopus, qui cū scandalo Regis, totiusq; Regni bona ecclesiæ repetere non timuit totis suis viribus, cap. sicut dignum, de homicidio.

6 Imò † clericus negligens in recuperandis bonis ecclesiæ non solùm peccat mortaliter, sed et puniri deberet: quia teneretur recuperare, & de nouo, cum posset acquirere. c. quicunque, 12. q. 4. & Card. in clem. 2. in 5. notab. de relig. domib.

7 Imò etiam animaduertēdum est, † quòd si clericus occideret occupatorem rerum ecclesiæ, irregularis minimè foret, secundum Inno. in c. olim, de rest. spol. Archid. in c. generali, de elect. in 6. & Card. in d. clem. 2. in 5. notabili.

8 Cæterū † isthæc opinio in principio posita, ita dilucidata limitatur, iudicio meo, nō procedere, vbicunque de re minima ecclesiæ recuperanda ageretur: tunc enim excusaretur prælatus, vel tutor, si non moueret litem, & causam, in qua maior esset sumptus iudicialis, quàm vtilitas, vt firmat Abb. in c. de appellationibus, de app.

9 Et aduerte, † quòd minima causa tunc dicitur, quādo sumptus litis iudicialis excedunt valorem ecclesiæ, vt efficax testimonium est Bar. in l. mediterraneæ. C. de anno. & tribu. lib. 10.

ARGVMENTVM.

Finita emphiteusi per generationem debent præferri agnati emphiteutæ, dummodo emphiteusis non fuerit finita culpa emphiteutæ, & negans dominium, non priuatur re emphiteutica.

SVMMARIVM.

1 *Emphiteusis descendentibus per generationem finitam concedi debet, vt ea finita absque culpa emphiteutæ, ecclesia nolente aliter retinere, sed aliū inuestire determinante, agnatus illius, cui res ecclesiæ concessa erat, præferendus sit.*
2 *Emphiteusis sub hæredis vniuersalis institutione non comprehenditur.*
3 *Emphiteusis per maritum & vxorem recepta pro se & eorum filijs, & filijs ex eo matrimonio, & alijs ex secundo vel tertio matrimonio natis, acquisita censetur.*
4 *Emphiteuta negans dominum esse dominum, re emphiteutica, quare non priuetur. Vasallus tamen priuatur negando dominum feudi, nu. 6.*
5 *Iure suo nemo priuatur, nisi expresso iure caueatur.*
7 *Emphiteuta dans emphiteusim inæstimatam in dotem mulieri extraneæ non comprehensæ in inuestitura, emphiteusim minimè perdit.*
8 *Mulier feudum inæstimatum sine consensu domini in dotem dare potest.*

DECISIO CCXXIX.

1 Emphiteusis † debet cōcedi descendentibus per generationem finitam, vt no. Bart. in l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quoti. & æsti. & alij signati in Sylua communium opinionum, in opin. 244. Emphiteusi finita, lib. 1. vbi explanauimus præsentem materiam, copiosè quidem, & sic emphiteusi finita per generationē finitam vel alio modo, absque tamen culpa emphiteutæ,

phiteutæ, si ecclesia nollet aliter tunc illam penes se retinere, vt posset, sed extraneum inuestire determinaret, præferendus necessario foret agnatus illius, cui extiterat res Ecclesiæ prius concessa, vt per Abb. in c. bonæ, il secondo, nu. 28. de postul. prælat. & Paul. Aemil. Veral. decis. 303. seu 6 in 1. par. vbi enunciat ita extitisse iudicatum in Rota Romana. Est tamen bene verum, quòd tunc ecclesia posset augere censum, vt firmauit Rota Roma. teste Paulo Aemil. Veral. decis. 304. seu 7. in prima par.

2 Sed † emphyteusis ipsa sub institutione hæredis vniuersalis re ipsa minimè comprænhenditur, iuxta tradita per Crauet. consi. 19. nu. 13. & consi. 144. sub num. 10. Imò in fortioribus terminis voluerũt Domini de Rota Romana in vna Bonon. de Bologninis, coram R. P. D. Seraphino, vbi firmauere res emphiteuticas in institutione non cõprænhendi, & quòd testatrix de eis non potuisset disponere, ex quo ex forma inuestituræ ad alium debebat deferri.

3 Est nihilominus bene verum, † quòd emphiteusim recipiens insimul maritus, & vxor pro se, & eorum filijs, tunc emphiteusis ipsa absque scrupulo aliquo censetur acquisita, nõ solùm filijs ex eo matrimonio, sed etiam alijs filijs ex secundo, vel tertio matrimonio ortis, cum par sit erga omnes affectus, & amor, vt æquè omnibus prouideant, ita Bal. in auth. qui rem. C. de sacrosã. eccles. Paul. Castren. & Soc. in l. cum vir, in fi. ff. de cond. & demonst. Boer. decis. 276. in fi. Alc. consi. 3. Domina Castora, nu. 16. tomo 1. lib. 2. & Bero. consi. 42. num. 4. vol. 1.

Cæterum perstringendo præsentem rem vnico tantum verbo, animaduertendum est postre-
4 mò, † quòd emphiteuta negãs dominum esse dominum, non priuatur re emphiteutica. ita Bar. in c. 1. §. vasallus, in prin. in tit. si de feudo fuerit controuersia. & ita aliàs declarauit Regia Audientia Apuliæ, in anno 1584. ad fauorem aliquorum de Terra Montis-nigri. Et ratio ea est, quia de iure
5 cautum non reperitur, † & nemo priuatur iure suo, nisi expresso iure caueatur. Glo. est, & ibi Panor. in c. fi. de iure patron. licèt contrarium firmauerit varijs rationibus, & authoritatibus Aurel. Corbul. in tract. de causis ex quibus emphiteuta iure suo priuatur, de causa priuationis ob mendacium, in princip. nume. 3. cum alijs sequentib.
6 Secus † est tamẽ in vasallo, qui priuatur negando dominum feudi. tex. est in d. §. vasallus, vbi Gl. Laud. Iacob. Belu. And. de Iser. & Aluar. num. 3. qui ibi in medium referauit istam fore omnium communem opinionem, cui assentitur etiam Hostien. num. 1. Abb. num. 21. Fely. nu. 18. & cæteri omnes vniuersaliter in c. cæterum, de iud. quam quidem opinionem limitauit cum suo necessario apparatu Aurel. Corbul. in loco antesignato, nu. 12. cum alijs seqq. in octo casibus.

Et quemadmodum emphiteuta non priuatur re emphiteutica, negando dominum esse domi-
7 num: † ita etiam emphiteuta dans emphiteusim inæstimatam in dotem mulieri extraneæ, nõ com præhensæ in inuestitura, emphiteusim ipsam minimè perdit, vt concedit Aurel. Corbul. in tract. de causis ex quibus emphiteuta iure suo priuetur de causa priuationis ob alienationem irrequisito
8 domino factam, ampliat. 32. † Nec nõ mulier absque domini cõsensu potest etiam feudum inæstimatum in dotem dare, iuxta cõmunem opinionem, quam citat Iacob. Beret. consi. 28. Censeo, vol. 1. vbi ita consuluit.

ARGVMENTVM.

Multa de dignitate Episcopi, & quæ debeat seruare Episcopus.

SVMMARIVM.

1 *Episcopatus, dignitatum culmen, non dignitas est.*
2 *Episcopatus supra se maiorem dignitatem nõ habet, licèt minus officium.*
3 *Episcopus Cardinali præsbitero dignior, licèt respectu officij illo minor sit, nu. 5.*
4 *Episcopus ob legati aduentum dignitatem suam non amittit.*
6 *Episcopi quo ad ea, quæ de consecrationis efficacia sunt, quantum Papa possunt.*
7 *Episcopus in sua diœcesi Sanctum canonizare, pœnitentiamque à Papa iniunctam diminuere, atque in omnibus criminibus vbique dispensare potest.*
8 *Episcopus licèt in ecclesia sublimior, in domo tamen collega Sacerdotum esse debet.*
9 *Episcopus sedens, præsbiterum stare permittere non debet, nec in eo quòd alijs præficitur, se alijs scientiorem præsumat, & qualiter clericos honorare debeat.*
10 *Episcopi sententiam excommunicationis Canonis incurrere possunt, licèt tempore generalis interdicti excommunicatis eiectis celebrare possint, nisi eis interdicatur, vel interdicti causam dederint.*
11 *Episcopus nullum suis manibus percutiat.*
12 *Episcopi officio nil laboriosius, periculosiusque: sed nil beatius, si se bene gerat, & vt pater erga filios.*
13 *Episcopus de ouibus sibi creditis Deo reddere rationem, deque animarum cura inuestigare debet.*
14 *Episcopum non nomen, sed vita facit: eiusq; officium est egentibus prouidere, ac in eius mensa non fabulæ, sed lectiones sacræ scripturæ esse debent.*
15 *Episcopus in sua diœcesi, Papæ Vicarius, Deique Legatus, atque etiam Christus est.*
16 *Episcopi hospitium non longè ab ecclesia sua esse debet.*
17 *Episcopus, quòd vitam cum subditis æqualem gerere non sufficit, sed vt super alios honore ita vita præstantior esse debet.*
18 *Episcopi in Apostolorum locum surrexerunt, eiusque vices tenent, & nu. 35.*
19 *Apostoli Petro æquales fuerunt.*
20 *Episcopus, qui Grecè superintendens dicitur, illis quibus præficitur, superintendere debet.*
21 *Episcopi, ecclesiæ columnæ, legatiq; Dei, ac Iesu Christi Vicarij: imò propriè Angeli & oculi Dei dicuntur, vt à subditis non sint iudicandi.*
22 *Episcopi in ordine Episcopatus, fratres, æqualesque Papæ censentur.*

Episcopis

23 Episcopis ob Pontificiam dignitatem à Pontificibus etiam, extraque ecclesiam debitus honor deferendus.

24 Episcopi antistites dicuntur.

25 Episcopus, Pontifex, ac summus sacerdos in sua diœcesi dicitur.

26 Episcopus mitram, baculumque defert, & vbique præterquàm in Vrbe crucem ante se deferri facere potest, atque inter ipsum & Archiepiscopum nulla circa crucis delationem differentia.

27 Episcoporum dignitas quanta, & quanta digni veneratione.

28 Compater spiritualis absque venia in iudicio non vocatur.

29 Præsbiter parochialis absque venia in ius vocari non debet.

30 Defensor ciuitatis in ius sine venia vocari nō potest.

31 Iurispatronatus patronum præsentatus absque venia in ius non vocat.

32 Episcopus sine venia in ius non est vocandus.

33 Episcopus verè Princeps dicitur, Serenissimusq; nuncupari potest, atque Illustris dicitur: ac quocunque Principe secnlari in sua diœcesi maior, Principibusque temporalibus præest.

34 Episcopus non priuatos tantum subditos, sed Principem quoque iudicare potest, non autem econtra: vt Principes quoque de sua diœcesi delinquentes excommunicare possit.

35 Episcopus ex causa contra ius commune disponere, ac contra leges ciuiles statuere potest.

36 Episcopus absque cleri, capitulique consensu subsidium charitatiuum iniungere nequit.

37 Episcopus quotidie missam celebrare, vel audire tenetur.

38 Episcopus doctus esse debet, sacramq; scripturam populum; non autem grammaticam, vel phisicam docere tenetur.

39 Episcopus Canones non seruando, periurus euadit, cum illorum custos dicatur.

40 Episcopus cur sine crimine esse debeat.

41 Episcopus accusatus, coram iudicibus vltimo loco sedere debet.

42 Episcopus corã se personas honestas retineat, eiusq; mensa vasis aureis & argenteis resplendere non debet.

43 Episcopus crimina non corrigens, mortaliter peccat.

44 Iudicis negligentia, lata culpa dolusque præsumptus est.

45 Episcopus ob solam consanguinitatem beneficia concedens, simoniam committit.

46 Episcopus, nolenti clericus effici beneficium conferens, peccat, fructusq; ecclesiæ restituere, illamq; indemnem seruare tenetur.

47 Episcopus in beneficijs incompatibilibus non dispensat, sed ad Papam spectat: in simplicibus verò quandoque.

48 Episcopus vt quis duo beneficia difformia obtineat in eadem ecclesia, non autem conformia, dispensare potest.

49 Episcopus regulariter in omnibus nisi in sibi interdictis dispensat.

50 Episcopus, procurator, non autem dominus est ecclesiæ, tutorique comparatur.

51 Episcopus in bonis ecclesiæ naturalem tantum possessionem nomine suo, ecclesia verò naturalem & ciuilem habere dicitur.

DECISIO CCXXX.

1 EPISCOPATVS, † dignitas non est, sed dignitatum culmen. c.venerabilis, de præben.& dignit.lib.6.Abb.in c.cũ Vintonien.col.4. de elect. Ias.in l.Imperium,ff.de iurisdict.omn.iudic.Quintil.Mandos. consi.99. Pisis, num.13.vol.1.& omnes præcedit, Marinus Frez. in tract.de subfeudis Baronũ, & inuestituris feudorum, lib.1. in illa q.inter Principem Salerni & magnum Cancellarium de præcedentia in parlamento,nu.25.fol.59.& seq.vbi num.7.& 26.post alios Doctores congestos per eũ, hoc limitat non sortiri aliter locum vbicunque episcopus ipse sederet vt Canonicus, vel vt collegiatus, in collegio: tunc enim ex rationibus adductis firmat, quod sedere debeat, vt Canonicus vel collegiatus in loco suo, etiam quòd esset vltimus. Nam cuicunque locus suus tunc tribuendus foret, esto quòd honor consistit etiam in sedendo ante alios. Riminaldus iun.consi.151.num.12.vol.2.

2 Vnde † episcopatus nō habet maiorem dignitatem supra se, verùm habet minus officium. ita Abb.in c.licet de uitanda,de elect. in 6. Quintil. Mandosius,consi.50.sub num.9.Paul. Aemil. Veral.decis.307. seu 3.Episcopus Melitanus,num.5. in 5.par.Card.in c.1.de priuil.

3 Imò † etiam episcopus dignior est Cardinale præsbitero eique præferri debet, secundum Glo. in c.quamquam,2.q.7.in fi.

4 Et hinc est, † quòd Episcopus propter aduentum Legati nō perdit vllo modo iurisdictionem suam, sed illam habet accumulatiuam cum ipso Legato, ita quòd actor tũc poterit nempe conuenire reum coram quo maluerit, c.1. & ibi Panor. & alij, de offic. deleg.

5 Prout regulariter † Episcopus respectu dignitatis non est aliter minor Cardinale,sed habet vtique minus officium: & sic respectu officij est minor Cardinale.ita Bar.in l.1.§.si quis,num.4.ff.de appel.Glo.fin.in c.quamquam,2.q.7.Abb.in c.2. de cler.non resid.Ias.in l.1.nu.15. ff.de offic.eius, Mantua in tract.de concilio,num.66.& Menoch. de arbitrar.iudic.quæst.lib.2.casu 70.nu.6.cent.1.

6 Et † consequenter episcopi tantũ possunt, quã tum Papa, quoad ea quæ sunt de consecrationis efficacia. Glos.est in extrauag. Io.22. Ne sede vacante, in ver.coepiscoporum.

7 Et nihil mirum, † quoniam Episcopus ipse in sua diœcesi potest omni dubio procul, etiam canonizare Sanctum, vt per Abb.in cap.2.de ferijs, per text.ibi, & per Guliel Redoan.in tracta.de simonia mentali, cap.24. sub num.2. in prima par. Nec non potest itidem pœnitẽtiam à Papa iniunctam diminuere, teste Glo. in c.tempora pœnitudinis, 26.q.7.Guliel.Redoan.in tract.de simonia mentali, cap.21. nume.7. in secunda par. taliter quòd Episcopus vbique potest regulariter in omnibus criminibus dispensare, vt ex communi omnium

nium opinione ostendit Guliel. Redoan. in d. tracta. de simonia mentali, c.24. sub num.2. & præsertim imposita pęnitentia salutari, vt per Concil. Trid. sess. 24. c.6. & facta etiam parti læsæ satisfactione, vt per Io. Randeum in tract. de dispens. §. in his, vers. item non obstat.

8 Et † licèt episcopus in ecclesia sit sublimior: tamē in domo debet esse collega sacerdotum. c. episcopus in ecclesia, 95. distinct.

9 Nec nō † episcopus, ipso sedente præsbiterum minimè permittere debet stare. cap. episcopus in quolibet, 95. distinct.

Vnde episcopus in eo quod alijs præficitur, nō debet se præsumere alijs sanctiorem. c. illud inferendum, 8.q.1.

Et denique episcopi debēt honorare clericos, tamquam clericos, vt ipsis episcopis, tāquam episcopis honor deferatur. tex. est in cap. esto subiectus, in prin. 95. distin.

10 Sed in omnem euentum † episcopi sentētiam excommunicationis Canonis incurrere possunt. ita Glo. in extrauag. Io.22. in ver. subiacere, de relig. domib.

Sed aduerte, quod episcopi tēpore interdicti generalis possunt diuina officia celebrare, excommunicatis, & interdictis exclusis, nisi hoc ipsum eis specialiter interdicatur, vel causam dederint interdicti. c. quod nonnullis, de priuil.

11 Ideoque † episcopus nullum suis manibus percutere debet, cui sanctitas ignoscendi gloriam dereliquit. l. si quis in hoc, C. de episc. & cler. verum Abbas hoc facere potest.

In tantum, quòd in reuolutione præsentis sa-
12 xi, † episcopi officio nihil est laboriosius, & periculosius, sed nihil beatius apud Deum, si bene agatur. c. ante omnia. 40. distinc.

Cum episcopus ipse erga subditos debeat re ipsa esse, vt pater erga filios, vt per Bertr. consi. 116. Etiam si verum esset, nu.1. vol.6.

13 Et ratio ea est, † quoniam episcopus de ouibus sibi creditis Deo tenetur reddere rationem. Glo. est in cap. nisi cum pridem, in ver. desigendæ, de renunciat.

Imò episcopus ipse tenetur etiam de cura animarum inuestigare. ita Greg. in nouel. de verbor. signif. c.6. lib.6.

14 Et sic † episcopum facit non nomen, sed vita, secundum Glo. in extrauag. Io.22. Vnica, de præben. & dignit. in ver. vitæ puritate.

Et tanto magis, cum episcopi officium sit agentibus prouidere, vt voluit Glo. in clem. si una ecclesia, in ver. consentiente, de reb. eccl. non alien.

Et in episcopi mensa non debent esse fabulæ, sed lectiones sacræ scripturæ, cap. pro reuerentia, 44. distinct.

15 Et eo magis, † cum episcopi ipsi in suis diæcesibus sint re ipsa Papæ Vicarij. 2.q.7. Archid. in c. cum olim, 95. distin. Nec non Legati Dei etiam, vt per Gl. 7. q.1. & est tex. in c. in nouo, 21. dist. & in c. accusatio, 2.q.7. Imò denique episcopus dicitur quoque Christus, c. si quis de potentibus, & c. seq. 24.q.1.

16 Et hinc est, † quòd episcopi hospitium non debet esse longè à sua ecclesia. c. episcopus, & ibi Archid. Inno. & alij, de immu. eccl. & Anchar. consi. 185. in prin. & sic episcopi domus debet esse circa ecclesiam, vt aptior sit contemplationi. cap. episcopus. 41. distin.

17 Et aduerte, † quòd episcopo non sufficit æqualem cum subditis gerere vitam, sed sicut est honore super alios, sic & vita debet esse præstantior, c. nec sufficere. 8.q.1.

18 Et tanto magis, † cum episcopi in locum Apostolorum surrexerint, & teneant vices eorum. c. in nouo, 21. dist. c. ecclesiæ, 35. dist. c.1. in fi. 21. dist. c. quorum vices, & cap. videntes, 12. quæstio. 1. Thom. Campeg. in tract. de residentia episcoporum, num. 15. & Ioan. Bapt. Ferret. consi. 301. Episcopatus, num.2. vol.2. Guliel. Redoan. in tracta. de simonia mentali, cap.24. sub num.1. in 1. par.

19 Qui † quidem Apostoli fuerunt æquales Petro. d. c. in nouo, vers. pari consortio honorem, & potestatem acceperunt.

20 Vnde † episcopus, qui Græcè dicitur superintendens, debet illis superintendere, quibus præficitur. c. cleros, 21. dist. & c. qui episcopatum, 8.q.1. Guliel. Redoan. in tracta. de simonia mentali, c.18. sub nu.1. in 1. par.

21 Et proinde meritò quidem † episcopi dicūtur columnæ ecclesiæ. c. accusatio, 2.q.7. Petr. de Anchar. in c. accedentibus, num.2. de excess. prælato. Io. de Turre-cremata, in c. accusatores, nu.1. 3.q.8. vbi assignat viuacem quidem rationem.

Dicunturque etiam episcopi ipsi Legati Dei, ac Iesu Christi Vicarij, vt per Io. de Turre-cremata in c. sicut vir, num.2. 7. q.1. Guliel. Redoan. in tract. de simonia mentali, c.21. num.2. & seq. in 2. par. & est tex. in c. episcoporum, extra de priuilegijs, Corne. consil. 83. num.9. volum.2. Imò propriè episcopi angeli, & oculi Dei vocantur, teste Quintiliano Mandos. consil. 50. Dubium, nu.9. volum.1. ideo à subditis iudicandi non veniunt, c. oues, 7. q.1.

22 Suntq; † itidem episcopi fratres Papæ, qui ordine episcopatus fratres, & æquales Papæ censentur, vt prodidit, cum aliquibus explanationibus Io. de Turre-cremata in c. patet profectò, num.2. 9.q.3. Guliel. Redoan. in tracta. de simonia mentali, c.24. sub num.1. in 1. par. episcopos nāque fratres suos vocat Papa. Alber. in l. liquet, nu.3. C. de summa Trinit.

23 Et † hinc ob Pontificiam dignitatem episcopis ipsis tamquam patribus, & pastoribus à Principibus, & alijs quibuscunque, tam in ecclesia, quàm extra debitus honor deferendus est, ex decreto Concil. Trid. sess. 25. c.17.

24 Dicūtur denique † episcopi etiam Antistites, vt per Glo. in clemen. dudum, de sepult. in ver.
25 Antistites. † Diciturq; episcopus ipse Pontifex, ac summus sacerdos etiam, in sua dięcesi. c. insolita, & c. de persona, 11.q.1. Specu. in titu. de iurisd. omn. iud. vers. secundum Canones, Io. de Lignano, in tract. de horis Canonicis, in prin. nu.5.

26 Et † episcopus defert mitriam, & baculum, & præfert crucem. c. antiqua, de priuil. Specul. de lega. §. sequitur. Porrò præfert crucem, indistinctè

stinctè quidem, vt supra planè docuimus. imò non solùm licet episcopo deferri facere crucem ipsam ante se in loco suæ ordinariæ residentiæ, sed etiam per totam eius prouinciam, seu diœcesim: & non tantum tempore visitationis, verum per transitum etiam per illam, quomodocunque & qualitercunque faciendum. imò quod est omnibus mirabile, potest denique episcopus met deferri facere crucem ante se, etiam vbique, & sic extra iurisdictionem, & per loca exempta, & in quibus iurisdictionem exercere non valeat, præterquam in Vrbe, teste Card. Zabarel. in clemen. archiepiscopo, col. 5. & seq. de priuileg. & excess. priuileg. qui loquitur in archiepiscopo, vbi discurrit quoque, ponitque itidem aliqualem, quantumuis leuem differentiam, inter episcopum, & archiepiscopum, sed re ipsa nullum affert discrimen inter eos circa crucis delationem.

Vnde stante, quòd episcopi successerunt loco Apostolorum, & eorum vicem gerunt, ideo omnes laici suæ diœcesis dicuntur eis subditi. c. cauen
27 dum, 10. q. 3. † quibus Beatus Petrus omnes Principes terræ, & cæteros homines obedire iussit. c. omnes, extra de maior. & obed. quorum tanta est dignitas, quòd etiam Reges illis assurgere tenentur. c. solitę, §. hæc autem, eod. ti. Et proinde dicitur esse caput totius diœcesis, tanquam honorabilior, & alij membra. c. cum non liceat, vbi Abb. extra de præscript. quos etiam patres non immeritò appellamus, vt in c. quorum, 68. distin. & hinc inquit tex. in c. esto, 95. dist. esto subiectus Pontifici tuo, & eũ quasi patrem animæ ama: cum & nos filij eiusdem appellemur. cap. quid autem, 8. q. 1. vbi Beatus Gregor. ait: Quomodo enim possum corrigere filios, idest laicos, cum fratres emendare non possim. Et illos in tantum venerari debemus, vt dicat text. in c. in nouo, 21. dist. quòd qui recipit illos, Deum recipit: qui autẽ respuerit eos, eum à quo missi sunt, & cuius legatione funguntur spernit, spernetur & ipse indubitanter à Domino, cum eos venerari ex præcepto ecclesię conueniat, & loco patrum habere.

Qui quidem episcopus ex allegatis iuribus, & rationibus, tanquam pater, non licet in ius vocari modo aliquo sine venia.

28 Et hoc probatur etiam alia ratione, † nam minimè compater spiritualis, qui nos de sacro fonte leuauit, per ea, quòd patrem iura appellant, potest in iudicio vocari absque venia. ita Guil. de Cun. Bald. Ang. Pau. Castrens. Rom. Alex. Ias. & alij vniformiter omnes in l. generaliter, ff. de in ius vocan. Ang. Ias. & cæteri omnes in §. pęnales, Institut. de actio.

29 Imò † neque præsbiter parochialis, tamquam pater spiritualis valet in ius vocari sine venia, vt per Alber. de Rosa. Alex. Ias. & alios in d. l. generaliter, Ang. in l. adoptiuum, eod. ti. & Moder. in d. §. pęnales, per ea quæ habentur in c. quis dubitet, 96. dist. & in c. sacerdotes, 3. q. 1. & ita aliàs vidi iudicatum in Curia episcopali Aquilana, me patrocinante.

30 Nec † itidem defensor ciuitatis in ius vllo quidem pacto vocari potest absque venia, vt ostendunt Doct. in locis præcitatis, per ea quæ habentur in Auth. vt iudi. sine quoquo suffrag. & sic ẽt aliàs iudicauit Regia Audientia Apuliæ, in anno 1583. contra aliquos particulares de ciuitate Manfredoniæ.

31 Nec † denique possumus vocare in ius patronum iurispatronatus, qui nos præsentauit, sine venia. ita Paul. de Citad. in tract. de iure patronat. in 6. par. in primo art. in 2. quæst. & in 6. art. vers. secundò debetur. si itaque omnes præmemorati in
32 ius vocari aliter nequeunt, absque venia: † multo magis episcopus qui loco patris habetur, & illorum caput est, & magis honoratur, minimè vocandus venit, sine venia ipsa.

33 Sed ad proprium institutum redeundo, † ipse episcopus dicitur verè Princeps. c. si quis, de maior. & obed. Glo. in clem. t. de bapt. Cassan. in tract. Glor. mundi, in 5. par. conclus. 6. & suadetur hoc, prima hac viuaci ratione, cum episcopus Serenissimus nuncupari meritò quidem possit, vt per Gl. Card. & alios in cle. in plerisque, de elect. Secunda quoque ratio est, nam episcopus in sua diœcesi est dubio procul omni, maior quocũque Principe seculari illius diœcesis, vt aperit Abb. in c. omnes, num. 1. de maior. & obed. & consequenter episcopi absque scrupulo aliquo præsunt Principibus temporalibus, teste Abb. in c. solitæ, nu. 7. de maior. & obed. Tertia assignatur ẽt alia mar morea ratio, quoniam episcopi in locum Apostolorum successerunt, Io. Bertachin. in tract. de episcopo, in prælud. quæst. 4. & contrarium asserere, hæreticũ foret, teste Paulo Crisaldo Perusino in decisionibus fidei catholicæ, in decis. episcopus, vers. episcopi non sunt. Tenentque similiter eorum vices. c. in nouo, 21. distin. c. ecclesiæ, 35. dist. c. quorum vices, 68. distin. c. videntes, 12. quæst. 1. Quintil. Mandos. in d. consi. 50. sub num. 9. Corn. consi. 83. num. 8. volum. 2. & Concil. Triden. sess. 23. sub cap. 4. quoniam verò qui quidem Apostoli cum Principes vocentur in scripturis sacris, in Psal. 44. Eructauit cor meum. ibi, Constitues Principes eos super omnem terram, & cætera, non mirum est, si episcopi retinentes eorum locum, Principes nuncupentur.

In tantum, ꝙ episcopus dicitur denique etiam Illustris, vt firmauit Barto. in l. omnes populi, in 3. quæst. num. 8. & to. ff. de iust. & iu. Bal. in l. nullus qui nexu, C. de decurio. lib. 10. & in addi. Specula. in tit. de iurisd. om. iud. in ver. superillustres, Ias. num. 15. Purpurat. & Dec. num. 23. in l. 1. ff. de iust. & iu. Marin. Frez. in tract. de subfeudis Baronum, & inuestituris feudorum, lib. 2. rubr. de differentijs inter feuda regalia, titulata, & alia feuda nobilia, in differentia 53. nu. 5. fol. 254. & Firman. in tract. de episcopo, in præludijs, & ita in facti cõtingentia de præsenti mense Nouemb. 1587. respondi in causa in Vrbe vertente, legitimationem factam de quodam filio episcopi vigore priuilegiorum, in quibus clausula reperiebatur exclusiua exceptis filijs Illustrium Principum, & Baronum fuisse nullam, tamquam contra formam ipsorum priuilegiorum emanatam.

In tantum, quòd scopum huiusce speculatio-

nis attingendo, episcopo parendum est, etsi quis vero, 11.q.3. alias Deus offenditur, c. quicunque, ead. quæst. cum is princeps meritò de iure appelletur, vt in c.1. §. præfatis itaque nuncijs, de iureiu. in clem. ibi, ex parte principum, tam ecclesiasticorum, quàm secularium.

34 Et tanto magis, † cum episcopus non solùm subditos priuatos, sed Principem etiam valet iudicare, & non econtra, cap. Imperator, in fi. 96. distin. & in c. sacerdotibus, 11. distin. Vnde si sub episcoporum diœcesi essent principes laici, & in ea delinquerent, possent dubio procul tunc ab ipsis episcopis excommunicari, vt per Glo. in c. si autem, 11.q.3. & in c. omnes, de maior. & obed. & in cap. dilecto, de sent. excommu. in 6. Taliter quòd episcopus etiam à principibus obediendus est, cap. si quis vero, 11.q.3. Panor. in cap. de his, de maio. & obed. & in c. venerabilis, de censib. Fely. in c. conquerente, in prin. de offi. ord.

35 In tantum, † quòd episcopus potest ex causa contra ius commune disponere, atque statuere, arg. l. si hominem. ff. mand. & firmat Abb. in c. fi. de consuet. & in c. at si clerici, §. de adulterijs, de iudi. & in c. licet, de offi. ordi. & Barba. in c.1. col. 47. de constit.

Et consequenter episcopus potest facere statuta contra leges ciuiles, vt per Fely. in cap. quod super, nu.12. de maio. & obed. Et tanto magis hoc procederet, vbicunque episcopus ex causa euidenti, & necessaria statueret contra ius commune, teste Bal. in l. omnes populi, col.6. de iusti. & iure, Abb. in c. dilecti, col. fi. de appell. & in alijs locis omnibus supra recitatis, & Guliel. Redoan. cũ alijs aggregatis per eum in tract. de simonia mentali, cap.21. num.8. & seq. in 2. par. & licèt Lanfranc. de Oriano in tract. de interpret. statut. in princ. num.3. firmauerit contrarium: tamen opinio Abb. Baldi, & sequacium videtur verior, & communior.

36 Sed aduerte, † quòd episcopus ipse absque cleri, capitulique consensu subsidium charitatiuum imponere, ac iniungere nequiret vllo modo, vt per Præpositum in præludijs feudorum, Io. And. in c. cum Apostolus, extra de censib. Bero. consi. 81. Viso amplissimo, nu.40. vol.1.

37 Verùmenimuerò † episcopus quotidie tenetur celebrare, vel missam audire, & sic nec diem transire, quin missam ipsam audiat, c. fi. de priuil. lib.6. & Ancha. vbi reddit rationem, consi. 185. Quæstio videtur magis dubia, post princ.

38 Et † episcopus ipse debet esse sciens, & doctus, qui alios tenetur docere, c. qui ecclesiasticis, & c. si quis, 36. distinct.

Sed episcopus tenetur docere populũ sacram scripturam, non autem Grammaticam, vel Philosophiam, cap. cum multa, 76. distinct. & cap. ignorantia, 38. distinct.

39 Et † cum denique episcopus ipse custos canonum dicatur, cap. cum quibus, 24.q.3. Iuretque illos seruare, c. ego N. de iureiur. periurus profectò euadit eos non seruando, vt per Henric. Boic in tract. de synod. epis. conclusio.8. num.38. Abb. in cap. cum non liceat, colum.1. de præscrip. Guliel. Redoan. in tract. de simonia mentali, cap.22. sub num.10. & seq.

40 Necnon † episcopus ipse debet esse etiam sine crimine, vt alios possit liberius arguere, cap. primum, 25. distinc. oportet enim secundum Archi. in cap. nunc autem, 25. distinct. & Pau. ad Titum, c.1. Episcopum esse fine crimine, sicut Dei dispensatorem, non superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum: sed hospitalem, benignum, sobrium, iustum, sanctum, & continentem, & sic corrigat se ipsum alios correcturus, 42. distinct. §.1. & Glo. in cap. ea quæ, de statu monac. Taliter quòd episcopo ad bibendum datur meritò lac, ne rubentibus buccis ieiuniorum doctrinam prædicet, nec vltra tertiam quidem vicem bibere debet, c. illud, 10. q.3. & ibi glo.

Aliàs episcopus criminosus magis dicendus est canis impudicus, quàm episcopus, c. qui nec, 2. q.7. Guliel. Redoan. in tract. de simonia mentali,

41 c.18. sub num.10. in 1. par. † meritò igitur episcopus accusatus debet sedere coram iudicibus vltimo loco, vt per Odofr. Bal. Saly. & alios vnanimi consensu omnes in l. quoties, C. vbi Senatores, vel Clarissimi, & D. Vincen. de Franc. decis. 138. sub num.5.

42 Et hinc est, † quòd episcopi tenentur habere, retinereque secum personas honestas, quæ perhibeant de eorum vita testimonium, cap. cum pastoris, 11. quæst.7. & Glo. in cap. nulli episcoporum, de appellat.

Et denique episcopi mensa non debet resplendere vasis aureis, & argenteis, sed fidei meritis, c. episcopus, 41. distinct.

43 Itaque † episcopus qui crimina etiam non corrigit, non episcopus, sed canis dicitur impudicus, c. nemo, 83. distinc. & episcopus si non puniat vacantes ludis, & vsuris peccaret proculdubio mortaliter, vt per Sanctum Antoninum in summula confess. titu. de episc. & Camill. Borell. in Prag. Odia, §.2. glo.1. nu.106.

Imò corrigere qui potest, & negligit emendare, facientis culpam habet, c. culpam, 86. distinct. & c. error, 83. distinct. & Seneca Tragedia 6. concedit quoque, quòd qui non vetat peccare, cum possit, iubet, & hoc idem videtur firmare etiam Seneca in lib. de Moribus, quòd bonis nocet, qui malis parcit, & in Prouerbijs scribit, quòd amici vitia si feras, tua facis.

44 Et † sic iudicis negligentia est lata culpa, seu dolus præsumptus, vt per Bald. in l. mancipia. C. de ser. fugit. In tantum quod negligentia, incuriaq; iudicis facit eum puniri, tanquam criminis conscium. l. non solum, vbi Bal. C. de com. & merc.

45 Imò † etiam episcopus beneficia propter consanguinitatem solam conferens, concedensque, simoniam committit, ita Glo. in c. vnico, vt bene. fi. dimi. confe. in ver. carnalitatem, S. Thom. & Alexan. de Ales in 2.2. q.4. quolibet. Guliel. Redoan. in tract. de simonia mentali, cap.26. num. 20. & seq. in 1. par.

46 Nec non † episcopus conferens beneficium ei, quem scit nolle effici clericum, peccaret quippè, &

pè,& fructus ecclesiæ restituere teneretur,seu ecclesiam indemnem conseruare, tex. est in c.com missa,in fi.de elect.lib.6.

47 Nec † itidem episcopus in incōpatibilibus beneficijs dispensare potest, sed ad Papam spectat, c.de multa, & ibi Glo.de præb. In beneficijs verò simplicibus quãodoque dispensare potest, vt con cedit ibidem Glo. modò non sint sub eodem tecto,ita Glo. in cap.litteras,de conce.præb. in ver. noscatur.

48 Nec non † episcopus potest dispensare, vt quis obtineat duo beneficia difformia in eadem ecclesia, puta vnum canonicatū, vel aliud beneficium simplex cum vna dignitate, tex. est in c.1.de consue.iuncta Glo.lib.6. in ver. vnicum, sed non potest dispensare, vt quis habeat duos canonicatus, vel duo alia beneficia conformia, cap.litteras, de concec.præb.& rationem diuersitatis assignat Panor.in c.extirpandæ, §.quia vero, in ver.quinto, circa fin. de præb.

49 Est tamen bene verum, † quòd episcopus regulariter dispensat in omnibus, nisi in sibi interdictis, ita Innoc.in cap.nuper, in fi. de sent.excommun. Guliel. Redoan. cum alijs signatis per eum in tract. de simonia mentali, cap.21. num.10. in secunda par.

Et sic denique, vt vno duntaxat nutu omnia in
50 telligas,† episcopus est procurator, & non dominus ecclesiæ, c.fi.12.q.1.c.quod autem,21.q.7. & notatur in c.cum nobis, de elect. & æquiparatur tutori, vt in c.omnibus, 6.q.1.& notatur in c.audi tis,de in integ.restit.

51 Est bene verum,† quòd episcopus nomine suo in bonis ecclesiæ dicitur habere naturalem possessionem tantum, sed nomine ecclesiæ naturalem, atque ciuilem,secundum Innoc.in cap.in litteris. de restit.spol. Flor.in l.seruitutes, col.5. de seruit. & Bal.in l.2.col.19.eo.tit.

ARGVMENTVM.

In instrumento emptionis fundi debent poni cōfines certi,ad hoc vt constet de corpore.

SVMMARIVM.

1 *Fundus vt certus sit,locus cum duobus confinibus scribi debet, vt hac continere instrumentum sufficiat.*
2 *Confinia vt probata dicantur,duorum sufficit declaratio.*
3 *Confines in instrumento venditionis ad rei demonstrationem ponuntur.*
4 *Domus seu fundi de corpore sufficienter constare videtur,de quo constet de pluribus finibus mediante instrumento.*
5 *Prædium certis finibus designatum si sit, totum quod intra illos continetur, etiam maioris mensuræ venit,nec pretium augetur.*
6 *Venditio quicquid est intra confines, comprahendit.*
7 *Infinitas vitanda.*
8 *Pactum, quòd emptor sine temporis præfinitione & vsque in infinitum renendere teneatur,non valet.*

DECISIO CCXXXI.

1 FVNDVS † ad hoc vt sit certus,debet necessariò scribi locus, & duo fines,taliter quòd instrumentum si continet concordiam loci, & duorum confinium sufficit, tex. est in l.forma censualia, ff.de censib. & ibi Bart. Bal. in l.demonstratio, quæst.12.ff.de conditio. & demonstrat. Hierony. de Monte in tract. de finib.c. 87.num.1.& seq. Capha.consi.443.Arbitror,nu-
2 me.33.volu.3.vbi,num.35.hoc, † quòd confinia, vt probata dicantur, sufficit duorum declaratio; amplificatque locum itidem sortiri, quamuis cæteræ demonstrationes forent erroneæ.
3 Et † consequenter confines ipsi ponūtur in instrumento venditionis ad rei demonstrationem. l.Titius hæres,ff.de act.emp. & d.l.forma,in prin. & Hiero.de Monte in d.tract.de finib.c.88.nu.1.
4 Taliter † quòd sufficienter constare videtur de corpore domus,seu fundi, de quo constet de pluribus finibus,mediante instrumento, vt determinauit Rota Romana,sub die 12. Ianuarij,in anno 1565. attestãte Sarnien.in suis decisionib.in prin.
5 Et hinc est, † quòd si prædium certis confinibus designaretur, veniret tunc vtique totum id, quod intra illos contineretur, quamuis maioris quidem mensuræ foret, nec aliter pretium augeretur, sicuti firmauit Saly.in l.2.num.7.C.de contrah.empt.Soc.sen.consi.98.col.1.vol.1. Soc.iun. consi.28.num.3.volu.4. Ruyn.eminentiori fastigio,consi.74. num.3. vol.2. Capha. consi.31.nu. 26.& seq. Paris.consi.2.nu.64. & seq. vol.3. Cranet.consi. 105.nu.1.& Hierony.de Monte in d.c. 88.nu.2. cum alijs seqq. & ita aliàs iudicauit Regia Audientia Apuliæ,in anno 1583.ad fauorem magnifici Fabritij Gallutij de Ciuitate Luceriæ.
6 Et ratio ea est,† quoniam venditio comprehen dit quicquid est intra confines. l.æde sacra, §.l.fi. de contrah. empt.l.fines, C.de euict. Paris. consi. 27,num.13.volu.1.& Riminal.iun.consi.448.Inuestita fuit,num.1.& seqq.vol.4.
7 Et eo magis, † cum infinitas euitanda quippè sit.l.si quis vina, ff.de comm.& peric.rei venditæ, l.qui bona, §.fin. & ibi Glo. in ver. huic, assignat concord.ff.de damno infec. Et hinc firmauit Bal. consi.303. Ad euidentiam, colum.2.versi.quæro
8 vtrum, vol.1.† non valere pactum,quòd emptor sine præfinitione temporis, & vsque in infinitum teneatur reuendere venditori. Et de hoc mirandum nempè non est, quoniam natura ipsa infinitum vitare solet, vti docet Arist. lib. 1. de genera. anima. cap.1.

ARGVMENTVM.

De multiplici pœna tam de iure ciuili, quàm de iure canonico.

SVMMARIVM.

1 *Pœna vnius,metus multorum.*
2 *Pœna duplex, extraordinaria & ordinaria,& vtraque quid sint.*

3 *Poena iuris ciuilis octo, & quae.*
4 *Poenae iuris canonici sex, & quae, suntque multiplices varias punitiones inducentes, nu. 5.*
6 *Poena, quid, & quae propriè dicatur.*
7 *Delictum geminans, veniam sperare non potest.*
8 *Gratia de primo delicto habita, non valet de secundo, nisi de primo fiat mentio.*
9 *Absolutus non est, qui pluribus innodatus excommunicationibus ab vna tantum absolutus est.*

DECISIO CCXXXII.

1 POENA † vnius, metus est multorum, l. 1. C. ad leg. Iul. repet. c. ad liberandam, de Iudae. c. irrefragabili, de offic. ordi. c. ea quae, de statu monac. cap. quapropter, 11. q. 7. c. scienter, extra de iureiur. clem. 1. de iudi. & clem. 1. de offi. ordi. & l. capitalium, §. famosos, & l. aut facta, §. fin. ff. de penis, & §. hodie autem, in fi. Instit. de excep. Spec. de accusat. §. 11. Glo. in cap. si canonici, §. fin. de offi. ordi. in 6. Card. in d. clem. 1. de iudi. Paris de Put. in tract. de syndicatu, in ver. latro. num. 4. Fely. in capit. Apostolicae, col. 11. de excep.

2 Sed aduerte, † quòd pęna duplex est, videlicet arbitraria, seu extraordinaria, & ordinaria: at ordinaria illa dicitur, quae à lege statuta est: extraordinaria verò, seu arbitraria, quae posita reperitur in arbitrio iudicis. Sed poena ipsa arbitraria, vel extraordinaria dicitur, vbicunque à iure non reperitur certa poena determinata, l. sanctio, de pęnis, & l. 1. §. expilatores, & ibi Bar. ff. de effra. & expi. & Bal. in rub. de fide instru. & in tract. de statutis, in ver. transgressor legis.

3 Poenae † verò iuris ciuilis sunt octo, damnum, vincula, verbera, talio, ignominia, exilium, seruitus, & mors, teste Cicerone.

4 Poenae † autem iuris canonici sunt sex, suspensio, incarceratio, excommunicatio, depositio, intrusio, & verberatio, vt per Glo. in cap. ad reprimendam, in ver. in canonibus, de offi. ordin. & Archid. in cap. 1. 24. quaest. 5. & per fratrem Ioan. Tabiensem in sua summa Tabiena, in ver. pęna, sub num. 7.

5 Et consequenter † poenae iuris canonici multiplices quidem sunt. Quaedam enim inducunt degradationem, & curiae secularis traditionem, c. ad falsariorum, de fal. Quaedam degradationem, & detrusionem in monasterium, c. si episcopus, 50. distin. Quaedam depositionem tantum, c. si quis viduam, 50. distinct. Quaedam suspensionem solum, c. si mala fama, 11. q. 5. Quaedam excommunicationem, c. si quis suadente, 17. q. 4. Quaedam priuationem officij, & beneficij perpetuò, cap. si quis ammodo, 81. distin. Quaedam officij ad tempus, cap. praesbyter, 82. distin. Quaedam priuationem officij tantum ad tempus, c. praesbyterorum, 28. distin. Quaedam priuationem beneficij duntaxat, c. si quis de ordine, 7. q. 1. Quaedam denique priuationis solummodo communionis, cap. ante omnia, 35. distin. alias verò pęnas habes in c. sicut, 68. distin. & in c. placuit, 18. distin.

6 Et demum † poena est delictorum debita coerctio, vel satisfatio, quae à lege, vel à ministris legis imponitur, l. si poena, ff. de pęn. & Azo in sum. de pęn. & sic poena propriè dicitur laesio, quae punit quod quisque commisit, cap. poenitentia, de poenit. distinct. 3.

7 In tantum, † quòd in omnem quidem euentū geminans delictum, veniam sperare non debet, ita Bal. post Guil. de Cun. in l. nemo deinceps, per tex. ibi, C. de episc. audi. & ait esse argumentum,

8 quòd † si quis habet gratiam de primo delicto, non valeat gratia de secundo, nisi fiat mentio de primo: quia secunda censetur dubio procul surreptitia, ex quo delictum fuit grauius, attento primo, quod dixit Bal. esse menti tenendum, refert Barbat. in c. cum tanto, extra de consuet. Ioan. de Anan. in cap. ad abolendum, extra de haeret. vbi planum facit, quòd ob hanc decisionem fuit quidam decapitatus in Ciuitate Bononiae, nomine Formica, & idemmet dicit Bal. in c. super litteris, col. 24. extra de rescrip. & facit ad hoc, c. cum teneamur, extra de praeb. & ita aliàs iudicauit Regia Audientia Apuliae contra aliquos de Terra Mottae, & Sancti Marci.

9 Et hinc nota vtiliter, † quòd absolutus quippè non est, qui duabus, vel pluribus excommunicationibus est innodatus, & ab vna tantum absolutus, c. officij, de sent. excommu.

ARGVMENTVM.

Persona loquentis non comprehenditur in generali sermone, nisi de iure reperiatur expressum: & quae alia veniant in generali sermone.

SVMMARIVM.

1 *Loquentis persona in generali sermone non continetur, nisi de iure sit expressum.*
2 *Defendere qui tenetur, multo magis non offendere.*
3 *Inimici atque odiosi, in generali sermone non veniunt.*
4 *Hermaphroditi, cur in sermonis generalitate nō comprehendantur.*
5 *Hermaphroditus in testem recipitur, si calore praedominante pro viro se gerat.*
6 *Hermaphroditus habere sexum foemineum praeualentem iudicatus, inter infames ponitur, nec aduocatus, nec arbiter esse potest, nec ordinatur, neque vniuersitatis fit Rector.*
7 *Feuda in generali obligatione non cadunt, cum specialiter obligari nequeant.*
8 *Bonorum appellatione, an feudalia veniant.*
9 *Creditor in possessionem feudi praesertim à vasallo possessi, non autē ab extraneo, vt fructus percipiat mittitur; verum tria probare tenetur, & quae, nu. 10.*
11 *Dominus in possessionem feudi vasalli cōtumacis mittitur, vt si contumax remaneret in nō recognoscendo eum dominum.*
12 *Actor in possessione contumacis, contra quem noxali iudicio agit, pro modo damni dati mittitur.*
13 *Dominus feudi stante contumacia per feudatarium contracta, in possessione ponitur.*

DE-

DECISIO CCXXXIII.

1 IN † generali sermone non continetur
persona loquentis, nec repræsentata, vt
in l.qui insulam, §.fi.ff.locati. & ibi Pau.
Castr. & in l.1.& ibi Bal. de senato. & in l.si mer-
cedem, §.t.ff.de actio.empti. idem Bal.in l.inqui-
sitio, C.de solutio. & in c.fi.hic finitur lex Corra-
di,& Glo.in c.Imperialem, §.fin.de prohib.feudi
alien.per Federic.
Sed hoc re ipsa claudicat, vbicũque de iure re-
periatur expressum, quòd comprehendatur per-
sona loquẽtis, vt in hoc exemplo, si tu teneris me
defendere aduersus alium, multò fortius teneris
2 aduersus te ipsum: † ita qui tenetur alium defen-
dere, longè maius tenetur ipsum non offendere,
vt in simili dicitur in l.Lucius, ff.si ser. vendice. &
in l.vendicantem, ff.de euictio. & l.antepen.ff.de
administra.tuto.& ita concludit Ioan. Bapt. Cac-
cialup. in repet. l.frater à fratre, colum.2. de con-
ditio. indeb.
Et quemadmodum in generali sermone perso
na loquentis nullo quidem pacto comprehendi-
3 tur,† ita itidem, in generali sermone, minimè ve-
niunt inimici, atque odiosi. l.Lucius damam, ff.
de leg.2. Barbat.consi.11. Illud afferam, num.37.
& seqq. volu.2. & ita aliàs declarauit Regia Au-
dientia Apuliæ in anno 1583. in causa tunc in ea
vertente inter magnificos de domo Scassæ, & ma
gnificos de Caluis, de Ciuitate Luceriæ.
Et sicuti in generali sermone non veniunt ali-
4 ter inimici, † ita nec hermaphroditi. Et nihil mi-
rum, quia hermaphroditus debet re ipsa iudicari,
secundum præualentem sexum. l.quæritur, ff.de
statu hom. & Doct. vniuersaliter omnes, præser-
tim Alex.in l.est quęsitum, ff.de libe.& posthum.
sed mille quippè annis (vt experientia docet)
non accidit casus præsentis speculationis, atque
decisionis.
5 Et hinc est, † quòd hermaphroditus habens
vtrumque sexum, ad hoc vt ad testimonium ad-
hiberi posit, qualitas sexus incalescentis demon-
strabit: quia si calore prædominante pro viro se
gesserit, recipitur dubio procul in testem, aliàs ve-
rò non, c.1.post medium, 4.q.3. & Spec.in tit.de
teste, §.1. versic. item quòd est hermaphroditus,
Glo.in c.si testes, 4.quæst.3. Ioan. Tabien. in sua
sum. Tabien. in ver.hermaphroditus, post princ.
& Barthol. Fumius in eius sum. Armil. in ver. her-
maphroditus.
6 Nec non † hermaphroditus ipse ita recognitus,
& iudicatus habere sexum fœmineum præualen-
tem, ponitur inter infames, & non potest esse ad-
uocatus, c.infamis, §.infames, 3.q.7. nec potest es-
se arbiter, vt per Bapt. de Sancto Blasio in tract.
de arbit.& arbitratore, in 6.quæst.principa. versi.
sed quæro incidenter, & probatur in d. l.quæri-
tur. neque potest ordinari, secundum Tabien. in
sum. in ver. hermaphroditus, §.2.nec potest deni-
que esse rector vniuersitatis, vt firmauit Bal. in au
then. habita, col. penul. versi.item dico de clerico
vxorato, C.ne filius pro patre.
Et quemadmodum hermaphroditi non ve-
7 niunt in generali sermone, † ita etiam postremò
feuda non cadunt aliter in generali obligatione,
cũ ea specialiter obligari nequeant modò aliquo,
vt in constit.Feder.Imperialem.
8 Et eò magis, † cum bonorum appellatione non
veniant feudalia, vt aperit ex communi omnium
opinione Iaco. Berettæ, consi.51. Circa primam,
sub num.8. licèt ex cumulo, torrenteque Docto-
rum assignato per eum, ostendat etiã contrariam
sententiam magis communem.
9 Sed † creditor posset poni, mittique in posses-
sionem feudi, vt perciperet illius fructus, & præ-
sertim si possideantur à vasallo, non autem ab ex-
traneo, l.per totum, §.si prædium, ff. de leg.2. & l.
si finita, §.si deiecti, ff. de dam.infec.& arg.l.in ven
ditione, ff.de bon.auth.iud.poss.
10 Verùm † tunc primò tenetur creditor probare
hipothecam, scilicet, quòd res fuerit obligata ge-
neraliter, vel specialiter, l.ante omnia, ff.de proba.
secundò quòd pecunia numerata extiterit, vt l.1.
C.de non nume.pecun. & l.nec creditor, C.de pi
gnorat.actio.& tertiò quòd res erat in bonis tem-
pore obligationis, vel postea in generali obliga-
tione.l.si superatus, in prin.ff.de non nume.pecu.
& l.qui filios, C.quæ res pig.oblig.poss.
11 Est nihilominus benè verum, † quòd domi-
nus mittitur in possessionem feudi vasalli contu-
macis, & si dominus ipse peteret, quòd vasallus
recognosceret eum dominum, & remaneret con-
tumax, satis foret tunc, quòd mitteretur in posses-
sionem feudi: ex quo asserit illum vasallum, si cõ-
stet, appareatque de feudo reuocare posset illud
ab ipso vasallo, tanquam ab ingrato, c.de forma,
22.q.5.& l.ijs solis, C.de reuoc.dona.
12 Et † hoc idem dicendum foret, si ageretur iu-
dicio noxali, nam si contumax remaneret ille con
tra quem ageretur, deberet vtique actor tunc mit
ti in possessionem pro modo, & quantitate dam-
ni dati.l.1.2.& 3.ff.de noxal.
13 Vnde † ponitur in possessione dominus feudi,
stante contumacia iam contracta per feudatariũ,
quoniam fructuum possessio penes feudatarium
ipsum est, non autem penes dominum feudi, c.
1.de feudis.

ARGVMENTVM.

Vendens feudum citra præiudicium domini,
& sic emphiteutæ, rem emphiteusi subiectam
perdit.

SVMMARIVM.

1 *Vendens feudũ, saluo iure domini, debet addere quòd tradat saluo iure domini, & non alio modo: alias nihil actum intelligitur.*
2 *Clausula, non alio modo, multum prægnans est, nec patitur alium intellectum a verbis separatum.*
3 *Vendens feudum in potentiorem, etiam saluo domini consensu, illum amittit.*
4 *Emphiteuta rem emphiteuticam vendens cum clausula, saluo domini beneplacito, præsertim traditione secuta, perdit emphiteusim.*

DECISIO CCXXXIIII.

1 FEVDVM † vendens vasallus sine consensu Domini, citra tamen præiudicium Domini, ac saluo iure Domini, & non alio modo, tunc talis protestatio non prodesset, nisi adderet quoque; quod traderet saluo iure Domini, & non alio modo: quia tunc nihil intelligeretur actum, secundum Bald. in c. 1. §. denique, col. fi. quæ fuit prima cau. benefi. amitt. & vide Alex. consi. 3. col. 11. versi. confirmo, vol. 1.

2 Et † dictio, seu clausula, nõ alio modo, est multum prægnans, & non patitur alium intellectum separatum à verbis, ita Glo. in l. si quidem, in ver. probauerit, C. de except. seu præscrip. quam Bal. ibi plurimum commendat, & ait non esse alibi.

3 Sed † vasallus alienando feudum in potentiorem, etiam saluo & reseruato Domini consensu, illud tunc absque scrupulo aliquo amitteret, vt firmauit Bald. in c. 1. de conceß. feu. Io. Ant. Rub. consil. 13. Viso eleganti, num. 18. vbi assignat veram, & pũctualem rationem, & congerit cæteros concordantes: attamen quòd non cadat, demonstrauit aliquibus coloratis, ac delicatis quidem rationibus Riminal. iun. consi. 285. Magnificus, nu. 64. cum alijs seqq. vol. 3.

4 Cæterùm præsentes difficultates re ipsa penitus cessant in emphiteuta: † nam emphiteuta vendens rem emphiteuticam, adiecta clausula, saluo & reseruato beneplacito Domini, & non aliter, nec alio modo, perdit absque difficultate aliqua emphiteusim, vt per Matthæ. Brun. consil. 160. Tria, num. 18. vol. 2. Anto. Ciofium, consi. 9. nu. 10. & præsertim si fit secuta traditio, vt per eundẽ ibi, num. 18. vbi scribit istam esse communem omnium in iure scribentium opinionem, & Matth. Brun. in d. consi. 160. nu. 19. & Riminal. iun. consi. 285. num. 44. cum alijs seqq. volu. 3. & ita aliàs declarauit in anno 1583. Regia Audientia Apuliæ in causa tunc in ea decisa inter aliquos de Terra Campi-Basis.

ARGVMENTVM.

Possunt præsentari instrumenta & scripturæ in iudicio ordinario vsque ad conclusionem in causa: sed in Regno ex quo omnes causæ sunt summariæ, possunt etiam scripturæ præsentari post conclusum in causa: & quòd iudex potest de per se præsentari facere scripturas, quæ faciunt ad causam.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta, publicæque scripturæ vsque ad conclusionem in causa, & antequam à iudice terminus statuatur, in iudicio ordinario, quare præsentari possint.*

2 *Probatio, etiam nulla data dilatione, de iure valet.*

3 *Dilationes litis breuiandæ gratia inuentæ.*

4 *Scripturas ad producendas termino elapso etiam dilatione finita pars litigans admittitur, nisi aduersarij ius deterius factum esse constet. ampliaturq; etiã si iudex in termino comminetur amplius post terminum non admitti, nu. 5.*

6 *Lapsus termini vt priuationem iuris producendi partis competentis inducat, vnica iudicis monitio non sufficit, sed geminata dilatio concessa requiritur.*

7 *Pars post terminũ admitti debet, donec per iudicem decretum fuerit, quòd non audiatur.*

8 *Productionis scripturarum in conclusione reseruatio in Regno fieri consueuit.*

9 *Scripturæ publicæ non solum post conclusionem & vsque ad sententiam, sed testes quoque ad illarum comprobationem, si dubium fieret, recipiuntur.*

10 *Causæ omnes in Regno sunt summariæ, vt omnes quoque iuris Ciuilis solemnitates in iudicialibus introductæ, atque etiam malis aduocatis calumniandi facultas, sublatæ sint.*

11 *Instrumenta publicaque scripturæ in summarijs post conclusum in causa produci possunt, parsq; etiam ad alterius partis instantiam interrogari.*

12 *Produci & probari potest post conclusionem non modo allegatum & articulatum, verum etiam de nouo opponi & allegari, vbicunque ex actis Curiæ aliquid apparere & probari potest, vbi infertur ad pulchrum testis reprobandi casum.*

13 *Allegari & probari potest disputationis tempore illud, de quo ex actis constare potest, etiam non allegatum in processu vsque ad conclusionem.*

14 *Probationis ex actis curiæ resultantis vis tanta, vt iudex parte non opponente supplere possit.*

15 *Testem, se familiarem vel inimicum partis, vel coniunctum & cætera dicentem iudex, parte etiã non opponente, repellere potest. Limitatur tamen ac distinguitur remissiuè.*

16 *Acta iudicij producta: seu reproducta non tantum inter easdem personas, sed inter quoscunque plenè probant.*

DECISIO CCXXXV.

1 INSTRVMENTA, † ac publicæ scripturæ possunt quandocunque, in quacunque parte iudicij præsentari, vsque ad conclusionẽ in causa, in iudicio ordinario, & consequenter antequam statuatur etiam terminus à iudice, teste Maranta in tract. de iudicijs, in 6. par. actu 8. num. 47. vbi planum facit, ita hodie obseruari in omnibus Regni curijs, & Caraui. etiam in ritu 238. sub num. 1. & in ritu 245. nu. 1. & ita aliàs iudicauit, non semel tãtum Regia Audientia Apuliæ, in anno 1583. & sequentibus, in varijs causis, in ea tunc occursis. Et ratio ea est, quoniam terminus ipse statuitur ad producendum non producta. casus est clarus, & in terminis in c. cum dilectus, in princ. extra de fide instrum. & ita aliàs iudicaui in varijs, diuersisque casibus, & obtinui etiam vt Aduocatus.

2 Et ratio præsentis speculationis posset opportunè assignari isthæc: † nam probatio, etiam nulla data dilatione, de iure valet & tenet, sicuti probat text. in l. in crimine, & ibi Barto. ff. de adulter. Alber. Bar. Bal. Ang. Alex. Ias. & alij communi voto omnes in l. fi. ff. de feri. Bal. & Saly. in l. si quando, per illum text. C. de dilat. Ant. de Butr. & Canonistæ

nistæ vniuersaliter omnes in cap.licet causam, de
3 probat. † Quia dilationes inuentæ quippe sunt, causa litis breuiandæ,non quod probatio,sine ea facta,non teneat, teste Bart.in extrauag.ad reprimendum,in ver.figura iudicij,colum.2. & Iacob. de Are.in l.vnius,§.cogniturum,vbi exprimit esse casum de hoc, ff.de quæstio. Nec obstare videtur, quòd non erat statutus terminus à iudice. nam respondeo, quòd si ille nō erat stabilitus ab homine,reperiebatur dubio procul statutus à lege vsque ad cōclusionem, quod sufficere debet. Nec itidem obstat aliud obstaculum, quòd nō tenet productio scripturarum, tanquam facta ante terminum statutum ad producēdum:nam si hoc verum foret, sequeretur hoc manifestum inconueniens,vt diligens diceretur, reputareturque peioris conditionis,quàm piger,cōtra regulam textus in l.fin.C.in quib. caus. in integ. restitut. non est necessa.

Imò discurrendo in præsentiarum,non intem-
4 pestiuè quidem,in fortioribus terminis,† quòd si elapsus esset etiā terminus ad producendum scripturas, adhuc posset, & deberet admitti pars litigans ad producendum illas, etiam dilatione finita, si nō constaret ius aduersarij factum deterius, vt est Glo.communiter approbata in clem. sæpe, §.& quia,de verb.sig.in ver.non obstante,& præsertim à Card. Imo. & alijs omnibus ibi, & varijs in locis etiam iuris nostri, & eandemmet sententiam sequuntur quoque DD. de Rota,decis.30. Fuit dubitatum,circa medium,Cyn. Bal.& Saly. in l.si eo,C.qui accusa.non possunt.

Et hoc eatenus verū est, quòd meritò quidem
5 amplificari posit etiam, † vt si iudex in termino comminaretur,quòd post elapsum terminum stabilitum,non admittatur amplius, adhuc tamē admitti deberet, teste Ange. in l.1. §.edenda, ff.de eden.& Lanfranc. in repet.c.quoniam contra, in ver.instrumentorum probationes, col.8. vers.sed iuxta prædicta quæro, extra de probat.

Cuius dicti hæc nempe reddi potest viuax ra-
6 tio.† nam ad hoc vt lapsus termini inducat priuationem facultatis, & iuris producendi competentis ipsi parti, non sufficit vnica monitio iudicis: sed debet esse saltem quis bis monitus,& geminata dilatio concessa, vt tenet Glo. bene intellecta in §.si quis autem,in ver.admonitus,colla.1. in Auth.de hæred.& Falcid.cui inheret ibi Ang. & in §.si quis autem,colla.9.in Auth.de ecclesia. tit. Aret.in rub.col.8. vers.quid si in termino prædicto,Instit.de exceptio.& Alex. consi.108.Viso themate, in vltimis verbis.

Sed posttemò ad propositum, de quo agitur minimè prætereundum arbitror illud, quod vtiliter quidem firmat Ange.& Imola in l.quandiu,
7 ff.de acq.hæred.† quòd quandocunque post terminum admitti potest & debet pars,donec fuerit per iudicem decretum, quod non audiatur, per no.per Inno. in c.lator, qui filij sint legit.

8 Et de hoc mirandum vtique non est: † quoniam in Regno fieri semper consueuerit reseruatio productionis scripturarum in conclusione,teste Par. de Puteo in tract. syndicatus, in ver.allegationes,in fi.& ita re ipsa inuiolabiliter obseruatur quotidie; in tantum quòd quo ad articulum productionis scripturarum nō habetur tunc pro concluso. taliter quòd in omnibus Regni curijs non ab re quidem habetur consideratio de omnibus scripturis præsentatis, etiam post cōclusionem, quæ nempe scripturæ recipiuntur vsque ad sententiam,vt fatetur Carauita in dicto ritu 238. sub num.1.

9 Imò † non solùm tunc post conclusionem, & vsque ad sentētiam possunt produci publicæ scripturæ: sed etiam si super eis fieret dubium, possent testes produci ad illarum comprobationem: & cōsequenter nedum publicæ scripturæ: verum testes quoque recipiuntur, vt firmat Inno. in c.illud,de præsump.& in c.veniens, de verbo.signif. & DD.de Rota,decis.6.Per eadem motiua,& Afflict.decis.271. In quodam processu.vbi non obscurè quidem apperit, ita in facti contingentia iudicatum alias extitisse in sacro Consilio.

10 Et tanto magis, † cùm hodie omnes causæ in Regno sint summariæ, per dispositionem c. Regni, Detestantes,& Regiæ Pragmaticæ primæ in ordine: per quæ nempè iura mādatur iudicibus, vt procedant in causis summariè,& de plano, sola facti veritate inspecta. & ideo sunt sublatæ omnes solennitates iuris Ciuilis in iudicialibus introductæ,vt concedunt DD.de sacro Consilio, attestante Afflicto,decis.250.sæpè sæpius per aduocatos,per notata per Alex.cōsi.6. Circa processum, volum.3. Et hinc fuit sublata omnis facultas malis, & improbis aduocatis calumniandi, qui prætermissa iustitia causæ circa appendicia processus vagabantur in dispendium litigantiū, per ea quæ notat Paris de Puteo in tract. sindicatus, in ver. sententia,in 3.col.& seqq. & in ver. est tamen aduertendum, & præsertim cum aduocati ipsi omnia mala mundi nouerint, attestante Glo. in l.ab Anastasio, C.mandati.

Cum igitur omnes causæ in Regno summariæ
11 sint,sequitur necessariò,† quòd in summarijs possunt omni dubio procul produci instrumēta, publicæque scripturæ, etiam post conclusum in causa, secundum Io.Bapt. de Sancto Seuer. post Ludouic.Roma.in repet.l.admonendi,col.13. vers. quintò fallit, & sequitur etiam ibi Franc. de Cur. in alia repet. sua, col.18. vers.septimò fallit, ff.de iureiur.per no.per Glo. & Scriben. in clem.sæpe, §.& quia,in ver.interrogabit,de verb.sign. vbi habetur, quòd in summarijs causis licèt sit in causa conclusum, nihilominus potest interrogari pars, etiam ad instantiam alterius partis, & sic probare per confessionem, non obstante conclusione in causa emanata,ex priuilegio causæ summariæ, & eandem sententiam sequitur etiam Soc. in tract. regularum,in reg.230. Instrumenta post conclusionem,vers.octauò fallit, Fely.& alij vniformiter omnes in c.cum dilectus, extra de fide instr.

Remanet itaque sine dubio concludendum, quòd processus quoque veniunt admittendi, &
12 probatio per acta publica fieri potest: † quia vbicunque potest aliquid apparere, & probari ex actis curiæ, non solum potest produci, & probari

post

post conclusionem in causa, vbi fuit antea allegatum, & articulatum: sed etiam de nouo opponi, & allegari. ita Anto. de Butr. in cap. dudum, il primo, in 4. not. per illum textum, extra de elect. inferens ibi ex hoc valde notabiliter, quòd si de inhabilitate testis potest constare ex actis, puta quòd sit consanguineus, infamis, particeps rei, pecunia corruptus, vel aliàs inhabilis, licèt de hoc ante conclusionem nõ fuerit oppositum: tamen potest, etiam post conclusionem opponi & allegari, & inhabilitas ipsa apparens ex actis tempore discussionis, & disputationis detegi ad repellendum eius testimonium, quod quidem dictum tamquam perpetuo menti tenendum refert, & sequitur Ias. in repet. l. admonendi, col. 36. versi. item adde, licèt sit conclusum, ff. de iureiur.

Et pro sententia ista facit id, quod voluit Ant. de Butr. in cap. peruenit, col. pen. vers. item secundò habetis ex Glossa, extra de empt. & vendit. cui accedit Alexan. in l. 1. colum. 5. C. vt quæ desunt

13 aduocat. † quòd illud de quo potest constare ex actis, etiam si non fuerit allegatum in processu vsque ad conclusionem, potest disputationis tempore allegari, & probari.

14 Imò † tantus est vigor huiuscemodi probationis, scaturientis resultantisque ex actis curiæ, quod iudex potest supplere, etiam parte non opponente, teste Inno. in c. ex insinuatione, extra de appel. & in c. per tuas, de testib. Ange. in l. fi. in fi. ff. de pet. hæred. & in l. si pars, ff. de inoffic. testam. & Alex. in d. l. 1. col. 1. vers. limita tamen prædicta, C. vt quę desunt aduocat. Ex quo infert notabile quippe verbum Lanfran. in repet. c. quoniam contra,

15 extra de probat. † quòd si testis in sua depositione diceret se familiarem partis, vel inimicum, vel coniunctum, & cætera, licèt tunc à parte nihil cõtra testem ipsum oppositum foret: nihilominus tamẽ iudex posset absque dubitatione aliqua supplere illum repellendo, ex quo de inhabilitate cõstat ex actis. Cæterùm hoc limitarem, & intelligerem distinguẽdo, prout limitat & distinguit Alexan. in l. 4. §. hoc autem iudicium, col. 5. ff. de damno infe. & in hoc bonus & religiosus iudex supplet de facto, vt mandet notario, vt sibi exhibeat acta curię, sicuti exprimit Bal. post Odofred. in d. l. vnica, in fi. C. vt quæ desunt aduocat. & ibi Alexan. & in d. §. hoc autem iudicium, colum. 5. vers. item supple, iubendo exhiberi acta, per no. per Glos. quæ optimè hoc probat in l. 2. in ver. exhiberi, C. de eden. vnde ex his omnibus ita trutinatis, attingẽdum est ad hunc tutissimum scopum, quòd si iudex hoc supplere valet, vt mandet exhiberi acta ex eius officio, quanto magis parte allegante, petente & instante.

16 Imò denique hęc omnia eatenus vera sunt, † vt acta ipsa iudicij ita producta, seu reproducta plenè indubitanter quidem probent, non solùm inter easdem personas, sed etiam inter quoscunque homines mundi, prout ista est communis, & concors sententia Bar. aliorumque Scribentium omnium in l. 2. C. de eden. & in l. cum lite, ff. iudicat. sol. per tex. in l. gesta, C. de re iudicata.

ARGVMENTVM.

Debet absolui reus, actore nõ probante, nisi pro actore sit ius commune: & quando probationes sunt pares tam actori quàm reo, iudicatur pro reo.

SVMMARIVM.

1 *Actore non probante, debet reus absolui.*
2 *Reus actore nõ probante, nullam defensionem aut probationẽ præstare tenetur, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus causis, sed debet absolui.*
3 *Reus in dubio est absoluendus, & in eius fauorem iudicandum.*
4 *Actor in pari probatione cum reo succumbit.*
5 *Supplicationes si sunt diuersæ, pares tamen in data reus absoluitur.*
6 *Reus actore non probante, diffinitiuè absolui debet.*
7 *Actori in principio litis, in fine reo, in medio vtrique fauendum.*
8 *Actor & reus æquiparantur, correlatiuaq; sunt, nec ad imparia iudicantur.*

DECISIO CCXXXVI.

1 ACTORE † legitimè non probante, reus debet absolui. l. 1. l. frustra. & l. neque natales, C. de probat. Gozad. consil. 4. sub num. 12. Dec. consi. 3. Cæphal. consi. 304. nu. 265. vol. 3. Roman. consi. 197. Sicuti, num. 3. Matthæ. Brun. consi. 87. num. 1. vol. 1. Hierony. Grat. consil. 9. nu. 32. volum. 1. Corn. consi. 123. nu. 8. vol. 1. consi. 110. num. 4. vol. 2. & consi. 187. num. 2. volum. 3. Ruin. consi. 105. nu. 1. vol. 4. Cæphal. consi. 520. In causa, nu. 34. volum. 4. & consil. 126. Viso libello, num. 1. vol. 2. consi. 424. Causa ista, nu. 35. consi. 426. In facto, num. 9. volu. 3. Io. Thom. Minadous, consi. 5. num. 1. Bertran. consil. 145. Discreti viri, nu. 1. volum. 5. consi. 142. Visis depositionibus, nu. 1. vol. 6. consi. 216. Visa testamentaria, num. 1. & consil. 232. Etiam si ex pia, num. 1. eod. vol. 6. & consi. 193. Viso processu, nu. 5. volu. 7. Prosper Pasethus, cons. 26. In causa appellationis, num. 5. & consi. 109. Non possum, num. 1. Io. Pet. Surd. consi. 12. Præsens, num. 3. Angel. de Gambiglionib. consi. 133. nu. 6. vol. 1. Bertran. consi. 34. Principalis, num. 9. volu. 7. Crescentius, decis. 6. in tit. de dona. aliàs dec. 277. vbi concedit quoque, quòd actore non probante reus est absoluendus, & obtinet, & si nihil probans, Stephan. Costa, in repet. c. si iudex laicus, num 37. lib. 6. de sent. excommunic. etiam in expensis. Tiber. Decian. consil. 47. Vt certè, num. 5. volu. 2. & consi. 121. Quia contra ea, nu. 58. vol. 3. actore enim non probante quæ sunt fundamentum suæ intentionis, reus ipse absoluendus est. Thom. Docc. consil. 84. nu. 4. Simon de Præt. consi. 89. Perlectis, num. 6. consil. 190. Allegationes, nu. 2. vol. 1. & consi. 85. Scio, nu. 4. volu. 1. vbi dicit, quòd reo magis fauendum est in principio litis. & hoc ponit pro regula Marsil. in l. vnius facinoris, §. in ea causa, ff. de quæst. cũ ampliationibus, & limitationibus, Io. Bologn. in l.

in l.qui accusare, nn.7. cum alijs seqq. C.de eden. Cotta in memorial. in ver. actore. Ripa in l.admonendi, num.65. ff. de iureiur. & quòd actore non probante reus absolvatur, est tex. in l.qui accusare, in l.actor, C.de probat. in l.fi. C.de rei vendic. in c.cum ecclesia Sutrina, extra de causa propriet. & possess. & in c.1. vt ecclesia. benef. sine dimin. confer. Paul. Aemil. Veral. decis.136. Supplicationes, & decis.255. seu 3. Tertius, num.2. in 3. parte, Borgnin. Caualcan. decis.12. Statutum, num.4. & decis.255. num.4. & 57. de iudicijs, Anto. Cios. consi.28. Proponitur, num.6. & consi.86. Magnifici, nu.2. volum.1. Gratus, consi.136. num.5. vol.5. Io. de Amic. consi.65. num.1. vbi hoc amplificat sortiri locum etiam in criminalibus causis, & Rolan. à Valle, consil.90. Arguendo ad partem, num.2. & seq. volum.3. Bolognet. in d.l.qui accusare, sub num.8. & Ias. in l.non est nouum, num.5. C. de eden. vbi indicat istam communem opinionem fore, & Anto. Ciofius, consi.94. Complura, nu.1. & seq. volum.2. & amplificat quoque Paris. consi.1. nu.135. vol.1. & Tiber. Decian. consi.24. Quaeritur ergo, sub num.52. volu.1. quòd actore non probante reus absoluitur, etiã in feudis; absoluiturque itidem reus, iudice, vel fisco nihil probante, teste Marsil. in pract. crim. §. constante, nu.39. Bursat. consil.439. Tot, sub num.2. volum.4. actore igitur non probante reus debet absolui, nisi pro actore sit ius comune: tunc enim, etiam si nihil probaret, iudex tenetur ferre sententiam pro eo, secundum Glo. in cap.cum ecclesia Vlterana, de elect. Docto. omnes vniformiter in d.l. qui accusare, & in l.sicut, §.sed si quaeratur, ff. si seru. vendic. & Barto. in l.si prius, ff. de oper. noui nunciat.

2 Imò † actore ipso non probante reus nullam defensionem, vel probationem praestare cogitur. d.l.actor, & l.frustra, & c.accusator, 6.q.5. & tunc profectò, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus causis actore non probante, reus absoluendus venit absque difficultate, etiam si nihil probauerit. ita Ioan. de Amicis, consi.86. num.1. Paul. Aemil. Veral. decis.5. Actore non probante, in 1. parte. Anto. Ciof. consi.92. Magnifice, num.5. & consi.133. Complura, volum.5. Bolognet. in d.l.qui accusare, sub num.8. Matthę. Brun. consi.142. nu.1. volum.2. Io. Pet. Surd. consi.129. Rectè, num.53. & sequ. Tiber. Decian. consil.56. Vt prima facie, nu.26. volum.1. vbi testatur de communi, Bertr. consi.35. Viso processu, num.2. volum.4. & consi.179. Illud, num.9. volu.5. Bursat. in d.consi.439. nu.5. volum.4. Rolan. consi.90. sub num.2. vol.3. & accusatore non probante reus absoluitur. d.l. qui accusare, D. meus Marcus Antonius Eugen. consi.60. Vt clare, num.42. vol.1. vbi meminit de communi, etiam si reus nihil probauerit, & etiam si actoris probationes non cõcludant, vel vbi probatio actoris offuscata est per probationem rei: Franc. Beccius, consi.67. num.7. volum.1. quod intelligendum est diffinitiuè, non autem interlocutiuè ab obseruatione iudicij. Couarruuias, vbi videndus, lib.1. variarum resolut. cap.1. num.8. Ac etiam actore viro bono non probante, reus, etsi vir etiam nequã, absoluitur. Menoch. in tract. de arbitr. iudic. casu 98. nu.8. lib.2. cent.1. Quòd etiam regula procedat in beneficialibus causis, actore non probante reus absoluatur, Menoch. vbi supra, num.56. Immo etiam si reus probandi onus in se suscepisset, vt per Ias. in l.qui accusare, C.de eden. Matthae. Brun. consi.122. Subtiliter, num.2. vol.2. Menoch. consi.410. Plura sunt, nu.55. volum.5. Riminal. iun. consi.365. Magnificus, num.51. cum alijs seqq. volu.4. vbi concedit, tunc actorem vnico verbo posse se expedire, asserendo contra reum, quò ad te liberas ędes habeo; & ratio est, quoniã actori incumbit re ipsa onus probandi. l.qui accusare, C.de eden. & Paul. Aemil. Veral. decis.47. seu 15. Gratiae duae, in secũda par. secus verò si reus ipse se ad onus probandi astringeret, sub poena amisionis causae: tunc enim si non probaret condemnandus foret absque dubitatione aliqua, vt per Ioan. And. in addit. Specul. in titu. de probatio. in §. probare, nume.12. & 17. & sequitur Menoch. in dicto consil.410. numero 54.

3 In tantum, † quòd reus in dubio est absoluendus, & ad eius fauorem iudicandum, l.Arrianus, ff. de actio. & obligat. c.ex litteris, de probat. Capha. consi.218. num.4. volu.2. consi.426. num.9. vol.3. consi.482. num.9. & consi.507. nu.26. vol.4. Simon de Praet. consi.52. Aequo animo. num.30. vol.1. D. Vincen. de Franch. decis.108. num.6. Bertran. cõsi.255. Existimo sub correctione, nu.4. vol.6. Tiber. Decia. cõnsi.6. nu.73. vol.1. consi.52. Primò, nn.21. & consi.55. Quòd autem dos, num.38. vol.2. Prosper Pasethus, consi.21. In causa illustris, num.15.

4 Imò † etiam actor debet succumbere in pari probatione, vbi per Bal. in l.fi. quaest.5. C.de edic. diui Adria. toll. Bolognet. in l.qui accusare, sub num.8. C.de eden. Et sic reus debet absolui, vbicunque testes hinc inde sunt pares, secundũ Bar. Alex. & alios omnes in l.si duo, vti poss. Glo. in c. in nostra, de testibus, & consequenter reus cum pares nempè praesumptiones pro vtroque faciũt, obtinere debet, vt per Doc. consi.390. num.9. & Capha. consi.152. num.30. volu.2. Ant. Gab. in tit. de testib. conclu.4. num.44. & in pari probatione iudicandum est pro reo, quia testes rei data paritate, sunt preferendi testibus actoris. Thob. Noni. consi.88. nu.4. & ita sub die primo Februarij 1589. extitit indicatum in sacra Audientia Terrae Bari ad fauorem Nardi Antonij Sacchi de Ciuitate Canusij, inquisiti ad querelam Reuerendi patris Hieronymi Pappeluçę ordinis Diui Francisci, me existente tunc in ipsa sacra Regia Audientia Auditore, & praesentis causae commissario, in qua causa reperiebantur examinati tres testes de visu pro actore, & tres alij de visu ad fauorem, & innocentiam rei, & in dubio, vbi sunt variae opiniones Doctorum, iudicandum est pro reo. Beccius, consi.11. num.53. & in dubio iudicandum est, quem non esse periurum. Ioan. Vincen. de Anna, sing.624.

5 Et denique, † vbicunque supplicationes sunt diuersae, sed pares in data, reus tunc absoluendus est,

est, vt iudicauit Rota Romana, attestante Paulo Aemil. Verall. decis. 236. Supplicationes, in tertia parte.

6 Et quamuis † actore non probante, reus absolui debeat: nihilominus tamen hoc intelligitur, intelligique debet diffinitiuè quidem, & non aliter, vt per Glo. in auth. qui semel, C. quomodo, & quando iudex, Bernar. Alphan. in collectan. loco 102. Bart. in l. properandum, §. si quidem, C. de iudi. Ioan. And. Card. Abb. & alij in c. pastoralis, §. quia verò, de offi. iud. deleg. Ant. Ciofius in d. consi. 28. sub nu. 6. Marsil. sing. 169. Nota est regula, vbi hoc limitat, & Bertach. etiam in suo repert. in ver. actor, ver. 4.

7 Sed aduertendum sincerè quidem est, † quòd & si in iudicio æqualitas est seruanda, ita Illustris D. Marcus Auto. Eugen. præceptor meus, consi. 89. num. 68. volu. 1. post Signorol. de Homedijs, consi. 160. Accusator, nu. 2. tamen actori in principio litis, vtrique in medio, & in fine reo fauetur. l. de die, in princ. & ibi Bart. ff. qui satisda. cogan. & in l. inter stipulantem, §. 1. ff. de verb. oblig. Glo. in c. cum ad sedem, de restit. spolia. Ias. fertiliter certè in l. exigendi, col. 3. C. de procur. Dec. & Cagno. in l. fauorabiliores, nume. 5. cum alijs seqq. ff. de reg. iur. & declarat Alex. in l. inter stipulantem, §. si Stichum, colum. 2. ff. de verb. oblig. Matth. Brun. consi. 101. Non videtur, num. 3. & consi. 122. Subtiliter, volum. 2. & D. Vincen. de Franch. decis. 23. num. 9. & decis. 136. num. 3. Riminal. iun. consi. 486. Controuertunt, num. 8. vol. 5. Rei denique fauorabiliores, quàm actores habentur, & pro eis in dubio præsumptio sumitur. Menoc. in tract. de præsump. lib. 2. præsump. 90. num. 1. & seqq. vbi nu. 11. cum seqq. hoc ampliat in quatuor casibus, & in sex alijs limitat.

Nec in præsenti materia prætermittendum est,
8 quòd † actor, & reus æquiparantur. Franc. Niconit. in repet. quoniam contra, de probat. par. 2. num. 731. ac etiam actor, & reus sunt correlatiua, vt asserit idem Niconit. in d. repet. in 2. par. num. 587. & per Baptist. de Sancto Blasio in tract. de correlatiuis, sub num. 13. versi. procedit in casu. & sic in ciuilibus actor ipse, & reus parificantur in dandis, concedendisque dilationibus, secus verò in criminalibus, secundum Alberic. in l. in pecuniarijs, nu. 7. ff. de ferijs. In tantum quòd ipsorum actoris, & rei ponit differentiam etiam Saly. in l. siue apud, num. 8. C. de transact. Vnde actor, & reus ex his ad imparia iudicari non debent vllo modo, pro ut ita in causa assistentiæ, atque possessorij iudicatum extitit in sacro Consilio Neapolitano, teste D. Vincentio, de Franch. decis. 136. Sæpè in præcedentibus, in 1. par. & decis. 188. Orta controuersia, in 2. par. quòd sententia lata super ipsomet possessorio ad fauorem actoris, & exequuta in prima instantia, si postmodum eadem sententia retractaretur, seu proferretur altera sententia in secunda instantia pro reo, tunc debet illa similiter exequi, quemadmodum & prima ad fauorem ipsius rei, & sic iudicatum pariter fuit in huiuscemodi casu in sacra Regia Audientia Terræ Bari, sub die nono Iunij, 1589. me assidente tunc Auditore, in causa vertente inter Beatricem Nennam, & Donatam Græcam ex vna, & Ascolanum Sassum ex altera, de Terra Medunei.

ARGVMENTVM.

Nisi aliqua causa grauaminis & iniustæ vexationis adsit, vasallus debet per dominum & suos officiales puniri: & vtrum in causa vsurariæ prauitatis debeat vasallus remitti ad dominum.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus Baroni dominoque suo, suisque officialibus remitti non debet, si iniustè vexetur, & si in processu non appareat delinquens.*

2 *Meri imperij causa, etiam merè ciuilis & pecuniaria, per quemlibet iudicem coram quo crimen inciderit, cognosci potest.*

3 *Meri imperij causa, ratione incidentis cognitionis, ad suam iurisdictionem deuoluta censetur.*

4 *Publicatio bonorum vbi imponenda venit, vel alia fisco applicanda, iudices locorum inferiores non procedunt, sed magna Curia Vicaria, vel alia tribunalia, in quibus fiscus residet.*

DECISIO CCXXXVII.

1 REMITTI † non debet vasallus Baroni, & sic domino suo, suisque officialibus, vbicunque iniustè vasallus ipse vexatus reperiatur: & consequenter vbicunque in processu non appareat delinquens, ita Carauita in ritu 235. Item seruat ipsa curia, quòd nullus clericus, sub nume. 10. & ita multis vicibus vidi obseruari in magna Curia Vicariæ, & seruauit etiam Regia Audientia Apuliæ in varijs, diuersisque casibus, in anno 1583. & seq. me assidente tunc in ea Auditore, aliquando non remittendo Baronibus vasallos suos inquisitos per eandem Regiam Audiẽtiam, & absque culpa, innocentesque repertos: sed procedendo ad eorum absolutionem, & aliquando aliquos alios vasallos recurrentes ad ipsammet Audientiam per viam oppressionis, & grauaminis, seu electionis fori (licèt foret locus absolutioni, & remissioni) remittendo officialibus Baronum, cum clausula in decretis remissionum apposita, remittitur causa, vt officialis ipse procedat super absolutione inquisitorum carceratorum, qui remittuntur, & ita etiam aliàs cautè quidẽ obseruauit in varijs causis sacra Regia Audientia Barensis, in anno 1589. & sequenti.

2 In tantum, † quòd causa meri imperij potest cognosci, etiam quòd ea sit merè ciuilis, & pecuniaria, per quemlibet iudicem, coram quo huiusmodi crimen incidenit. l. nullum, C. de test.

3 Et ratio ea est, † nam ratione incidentis cognitionis causa meri imperij deuoluta censetur ad suam iurisdictionem. l. quoties, C. de iudicijs, pro ut ita not. Ang. in tract. de malefi. in ver. hæc est quædam inquisitio, in prin. d. tract. col. 8. versi. tertiò principaliter est videndũ, qui iudices possint per viam inquisitionis procedere.

In con-

4 In contrariam verò partem, videlicet, † quòd in casibus, & causis, in quibus venit publicatio bonorum imponenda, vel aliqua alia pœna, quæ de iure applicetur fisco, procedere nequeant iudices inferiores locorum, sed solum magna Curia Vicariæ, seu alia Tribunalia, in quibus residet fiscus, inclinauit Gramma. consi.crim.6.num.4. & seq. & ita defendendo aliquos meos clientes de Ciuitate Aquilæ in magna Curia Vicariæ annis superioribus, accusatos ibi de vsuraria prauitate, in qua venit confiscatio bonorum,& petendo remissionem eorundem inquisitorum ad Gubernatorem prędictæ ciuitatis,& discusso,trutinato pręsenti incidenti,me patrocinante,allegantéq; tunc varia iura, & rationes clientulorum, tandem extitit prouisum per præmemoratam Grammatici doctrinam, causam remanendam in eadem magna Curia, in qua factis debitis defensionibus ob tenui absolutionem dictorum clientulorũ, & ita aliàs Regia Audientia Apuliæ iudicauit contra Capitaneum ciuitatis Sancti Seueri,in causa Ioannis Troiani Gatti de Montella eiusdem ciuitatis, accusati de vsuraria prauitate,& introducta causa per prædictum Capitaneum, prætendentem cognitionem illius, per appellationis remedium in magna Curia Vicariæ, in anno 1570. extitit eadem sententia confirmata: sed de præsenti mense Maij, die verò 14. eiusdem, 1588. vidi decisum contrarium, atque iudicatum,pro prima opinione in sacro Consilio, iunctis, vnitisque aulis omnibus,ad fauorem illustris D. Comitis Montellæ, videlicet, cognitionem prædicti criminis vsurarum, intentati contra Ioannem Lucam Mataniæ spectare ad officialem eiusdem D. Comitis, ad quem tunc re ipsa remissa causa hæc extitit, non obstante decreto antea prolato in magna Curia Vicariæ,quòd isthæc causa,in ea remanere deberet: prout ita varijs vicibus iudicauit etiam in diuersis causis, in anno 1589. & sequenti sacra Regia Audientia Barensis.

ARGVMENTVM.

Pater potest grauare filiam per fideicommissum de dote restituenda, quatenus dos excedit legitimam.

SVMMARIVM.

1 *Pater filiam in dotibus instituere, per fideicommissumque grauare potest, quatenus legitimam excedunt, actione etiam de dote considerata in filia.*

2 *Dos in generali fideicommisso non venit.*

DECISIO CCXXXVIII.

1 PATER † potest filiam in suis dotibus instituere, & per fideicōmissum illam grauare, quatenus excedunt legitimam,vt est casus apertus in l.fin.§.filiæ, ff.de leg.2. secundum Barto.ibi,vbi Pau. Castr.concedit quoque, quòd idem text. procedit etiam, si actio de dote fuisset consolidata in filia, seu filia ipsa fuisset stipulata dotem sibi, patre volente, quia nihilominus posset tunc grauari sub conditione, si sine liberis decesserit, quatenus dos ipsa legitimam excederet, per illum tex. singularem, secundum Dynũ ibi, & huicmet opinioni accedit quoque Cy. in l.vnica,§. videamus, in vltimis verbis, C.de rei vxor.actio. vbi vtiliter quidem quærit, quid si pater simpliciter dat dotem pro filia, ipsámque instituat in dotibus, & alijs bonis, & illam grauat de restituendo alteri,si sine liberis decesserit. & concurrit cum Dyno, quòd valet substitutio isthæc, quatenus dos excedit legitimam, & eandem sententiam firmauere Bart. Pau. Castr. Alex. Imo.& alij vnanimi concursu omnes in l.à filia, in princ. & in l.Lucius, §.maritus, vbi aiunt esse casum, ff. ad Trebell. & ita aliàs decisum fuit in Regia Audientia Apuliæ, in anno 1583. in causa tunc vertente inter aliquos de Terra S. Bartholomæi.

2 Nec obstare videtur vllo quidem modo, ratio illa, † quòd in generali fideicommisso non venit dos. d.l.à filia.nam illa, re ipsa,loquitur quoad interpretandum fideicommissum generale: & sic quo ad grauamen mulieris, Doct. verò præcitati loquuntur in ipsa institutione, & in fauorem mulieris & filiæ institutæ, & sic denique discernitur ratio diuersa,ex qua nō infertur.l.Papinianus exuli, ff.de minorib. Præterea illamet l.à filia, loquitur in fideicommisso generali, in quo nulla est facta mentio dotis: sed in præsenti casu, de quo agitur, filia reperitur grauata expressè in dotibus, & bonis dotalibus. itaque casus iste nullam habet hęsitationem, quòd fideicommissum valet & tenet,prætter quàm in legitima, & quatenus excedit legitimam ipsam, per iura, & authoritates antesignatas.

ARGVMENTVM.

Ad instar appellationis sententiæ diffinitiuæ potest reuideri bis sententia interlocutoria.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ interlocutoriæ reuisionis petitio grauamē præsupponit, ad instarque appellationis habetur, vt tertiò eiusdem sententiæ conformis reuisio peti non possit, & quòd latis duabus interlocutorijs ante vltimam reuocatoriam debeat vltima reuideri, vt æqualitas seruetur.*

2 *Iudex à quo, post interlocutoriam latam appellationemque interpositam, adhuc de causa cognoscit.*

3 *Iudex à quo, appellationi etiam friuolæ deferens illam admittendo, causam ad iudicem ad quem deuoluit.*

DECISIO CCXXXIX.

1 SENTENTIA † interlocutoriæ petitio reuisionis, præsupponit grauamen, & habetur petitio isthæc reuisionis ad instar appellationis.l.nō distinguemus, §.cum quidam, ff.de arbitris. Et hinc vtiliter quidē discurrit Bar. in addi. impressis ad tracta. Alber. de Rampo. de

consilijs

consilijs habendis per officiales, qui reperitur inter tractatus Bar. in addi. incip. punctus auté quæstionis, in ver. illud quæro, quòd petens binas reuisiones à sententia lata de cõsilio iurisperiti, nõ potest tertiò reuisionem petere eiusdem sententiæ confirmatæ: & hoc per rationem præallegatam: quia reuisio hæc cum habeatur ad instar appellationis, secundum eius naturam regulatur. vnde sicut nõ licet tertiò appellare, ita nec reuisionem petere. C. ne lice. tertio appel. prout sic in terminis decidit Bar. ibi, in tãtum quòd ortis aliàs controuersijs inter partes in sacra Audiẽtia Barensi, io anno 1589. dum reus reportauerat duas interlocutorias ad eius fauorem in quodam incidenti, & tertia interlocutoria extiterat lata contra eum per iudicem, reuocando alias duas: tunc itaque licèt reus ipse petijsset reuisionem vltimæ interlocutoriæ: replicabat, ac respondebat nihilominus actor non posse aliàs reuideri, ex quo erant latæ duæ interlocutoriæ ante istam vltimam reuocatoriam, iudicauit inquam sacra Audientia ipsa Barensis eodemmet tempore, quòd debebat reuideri ista vltima, vt seruetur æqualitas inter litigantes. ita Barto. in l. vnica, in ver. quæro, C. ne liceat tert. appel. & habetur per Abb. & alios vniformiter omnes in c. tua nos, extra de appel.

2 Est tamen bene verum, † quòd regulariter iudex à quo post interlocutoriam latam, & appellationẽ interpositam, adhuc remanet iudex, & potest de causa cognoscere: ex quo appellatio ipsa non suspendit modo aliquo iurisdictionem iudicis à quo, donec per superiorem fuerit inhibitũ, vt probat tex. in c. non solum, de appel. lib. 6.

3 Cæterùm † si idem iudex deferat appellationi huic, etiam friuolæ, nulliter, & absque legitima quidem causa interpositæ, & illã admittat, etiam quòd inhibitum alter non sit, nõ potest vlterius in causa se intromittere: nam per huiusmodi admissionem abdicauit re ipsa causam à se, & illam deuoluit, atque remisit iudici ad quem, vt loquit tex. in c. cum appellationibus friuolis, eod. titu. de appel. lib. 6. & concedit Rota etiã decis. 385. Item si appellatur, Io. And. in c. Romana, in prin. de appel. & Philip. Franc. in c. vt debitus, col. 2. vers. vltimò pone, quòd interponitur, extra de appel.

ARGVMENTVM.

Probatur assensus impetratus super re feudali, & non sine scriptura de iure communi, secus verò de iure Regni. Et quid in emphiteuta, an sit necessaria scriptura.

SVMMARIVM.

1 *Assensus, qui impetratur super re feudali, non requirit scripturam de iure communi, secus ex dispositione Regiæ Pragmaticæ.*

2 *Emphiteuticus contractus requirit scripturam.*

3 *Assensus firmatus, & subscriptus manu Regentium, & Proregis Regni Neap. & nondum sigillatus reperiatur, annullat scripturam solummodo, non autem substantiam illius.*

4 *Assensus potest probari, etiam in tertij præiudicium solo verbo, vel domini chirographo priuato.*

5 *Assensus in præiudicium tertij probatur, si reperiatur in libro licentiarum ecclesiæ, & domini descriptus.*

6 *Gratia Papæ non probatur per testes.*

7 *Consuetudo ad sui essentiam requirit scripturam.*

8 *Legitimatio scripturam requirit.*

DECISIO CCXL.

1 Assensvs, † qui impetratur super re feudali, nõ requirit scripturam de iure communi, vt voluit Bal. in l. humanum, post num. 6. vers. quid in gratijs. C. de legib. Abb. in c. nosti, num. 4. extra de elect. And. de Iser. in c. 1. de prohib. feu. alienat. per Lothar. sub nu. 4. & ibi Reuerẽdissimus D. Liparulus, in addi. in litera G. & plenissimo nempe cornu Cornel. Beuincas. in tracta. de constit. quæst. 8. per totam, vbi non obscure quidem indicat istam esse communem opinionẽ. & ita refert decisum extitisse in sacro Consilio Afflict. decis. 398. Sed hodie per Pragmaticam disponentem contrarium in Regno, assensus ipse impetrandus super re feudali requireret scripturam, ita Marin. Frez. lib. 2. de subfeud. q. 28. nume. 4. & latius Anna in repet. constit. Regni, Diuæ memoriæ, num. 55. cum alijs sequen. & Riminal. iun. consi. 257. nu. 45. cum alijs seqq. volum. 3.

2 † vbi loquitur in emphiteusi, quòd ea, de substantia, requirit scripturã, & meminit istam esse communem opinionem, Crauetta, cõsi. 380. num. 1. lib. 3. & tuetur etiam, & vberius Io. Petr. Surdus, consi. 84. Omissa, oum. 1. Ange. de Gambilionib. Aret. cons. 20. nu. 36. volum. 1. sed Barb. cum alijs aggregatis per eum, consi. 14. Clementissimi, num. 18. vol. 2. contractum ipsum emphiteuticum scripturam non requiri, probat, memoratque ita aliàs quoque consuluisse, & in facti cõtingentia extitisse obtentum in Curia Romana. Regia verò Audientia Apuliæ, in anno 1583. iudicauit post longam altercationem, secundum cõmunem prædictam tanquam sacrosanctam ad fauorem Magnificorum de Seuerinis, quæ quidem sententia extitit tunc cõfirmata in sacro Consilio.

3 Et licèt † assensus firmatus, subscriptusque manu Regentium, & Proregis Regni Neap. & nõdum sigillatus reperiatur, & annullet scripturam solummodo, non autem substantiam illius, teste Io. Vinc. de Anna in loco antes signato, nu. 69.

4 nihilominus tamen animaduerte, † quòd assensus posset probari, etiam in præiudicium tertij solo verbo, vel domini chirographo priuato, vt per Bald. in cap. 1. in princ. de consuet. feudi recti, & Brun. consi. 38.

5 Imò † in præiudicium tertij probatur quoque assensus ipse si reperiatur re ipsa in libro licentiarum ecclesiæ, & domini descriptus, vt concedit Euerard. consil. 220. in princip. & Alciat. consil. 136. num. 4.

6 Est tamen bene verum, † quod gratia Papæ nõ probatur per testes, vt tenetur communiter de stilo curiæ, attestante Fely. in c. ex diligenti, nu. 3. de simo-

de simonia, & in rub.num.5. de constit. Vbi hoc limitat tribus modis, & ibi etiam Ripa, num.51. Marsil.in rubr.num.26. C. de probat. Bero.consi. 176.nu.37.volum.1. vbi ad lucem adducit istam fore omnium communem opinionem, & approbat viuaci ratione, Io.Pet.Surd.consi.109. Inspecto, sub num.6.

7 Nec non † consuetudo ad sui essentiam, atque obseruantiam requirit etiam scripturam, vt per Bar.in l.de quibus, col.3. vers.quæro nunquid, ff. de legib. vbi firmat, quod licèt ad introducẽdam consuetudinẽ non requiratur scriptura, nihilominus ad eius obseruãtiam posset redigi in scriptis, & sequitur Ant.de But.& alij in c.fi. de consue.

Est tamen bene verum, quod consuetudo ordinem iudicij in probando respiciens non requirit aliter scripturam ipsam, cum hoc modici præiudicij appareat, teste Petro Rauen. in tracta. de consuet. sectio.4. num.64. posito in fi.tract. Rochi Curt.

8 Prout denique † legitimatio etiam scripturam ipsam requirit, vt firmat magistraliter quidem, reiectis paradoxis, Lud. de Sardis in tract. de naturalibus liberis, legitimatione, & successione eorum, ti. de legitimatione impetranda, q.16.

ARGVMENTVM.

Quãdo potest maritus se abstinere ab vxore adultera: & econtra quando vxor potest se abstinere à marito adulterante, & si compensatur delictum per adulterium vtriusque coniugis, licèt adulterium vnius sit publicum, alterius secretum.

SVMMARIVM.

1 *Adulter vir, post adulterium vxoris, habens rem cum ea, non facta prius pœnitentia, mortaliter peccat, quæ sufficit esse incępta, licèt non perfecta, num. 5.*
2 *Maritus peccat mortaliter vxorem adulteram retinens.*
3 *Adulteram qui retinet, stultus est.*
4 *Vxor, vbicunque est fornicatio, vel fornicationis suspitio, liberè dimittitur.*
6 *Adulterium quale debet esse, ad hoc vt vir peccet mortaliter vxorem cognoscendo.*
7 *Adulterium plurimis modis verificari notorium.*
8 *Vxor admittens passim viros ad se, causa libidinis venire, dicitur notorium adulterium committere, & similiter si à viro recesserit & adhæserit alicui concubinario, & habuerit alienum virum in domo, & mensa & in lecto, nu.9.*
10 *Vxor habens filium ex alieno viro, cum tanto tempore stetisset separata a marito, vt non potuisset ab eo concipere, probatur adulterium manifestum.*
11 *Adulterium manifestum dicitur, cum mulier pareret filium, quamuis maritus per annum secum non habitasset.*
12 *Adulterium dicitur notorium ex sententia contra mulierem prolata, vel stante confessione iudicialiter facta condemnatione inde sequuta, quæ in præsenti casu necessario sequi debet, aliàs sola mulieris confessione non probaretur, nu. 13.*
14 *Adulter manifestus an dicatur aliquis deprehensus in domo, in qua pulchra commoratur.*
15 *Adulterium manifestum firme, facileque colligeretur, dum quis actu lasciuo reperiretur cum muliere in loco secreto confabulando, osculando, vel manus ad mamillas apponendo.*
16 *Adulterium probatur si vir, atque mulier in baluneo reperiantur.*
17 *Adulterium probatur per testes deponentes, quòd Camilla iacuit cum Mario: & copula quomodo probetur.*
18 *Litteræ amatoriæ, qualiter adulterium manifestè arguant.*
19 *Litteras amatorias non matrimonium contractum, sed contrahendum probare.*
20 *Adulterium præsumi trina protestatione alicui, ne vxorem suam alloquatur à marito præmissa, & tamen marito ipso inuito, spretisq; protestationibus alloqueretur, talem præsumptionem ad condemnationem sufficere.*
21 *Præsumptionibus quem in crimine adulterij damnari, & in hoc iura verisimiles recipiunt probationes, visus solus cum sola, nudus cum nuda, numero 22.*
23 *Testes audientes iuxta cortinam carnaliter se commiscẽtes in obscuritate noctis, & audientes voces eorum sibi notas, anhelitus iocundos, venerea oscula, & verba apta ad rem ipsam indicantia libidinis exitum, si cum his fama concurreret, plenè probarent.*
24 *Actus copulæ carnalis, licèt non percipiatur per visum, tamen per audientiam, idest per coniecturas, & præsumptiones percipitur.*
25 *Accidentia magnam partem cõferunt ad cognoscendum quod quid est.*
Testes videntes, vnus post alium, per rimulam virum & mulierem commiscentes, contestes dicuntur, & probant.
26 *Adulterij magna oritur suspitio si masculus, & fœmina noctis tempore in locis abditis reperiuntur.*
27 *Adulterij suspitio cõtra mulierem oritur, si cum masculo secretè loquens fuerit reperta.*
28 *Quæ in occulto geruntur, suspitione non carent.*
29 *Iura in odium eorum qui aliquid gerunt, plura emanarunt.*
30 *Maritus adulter in pœnam sui criminis, lege Euangelica, priuatur iure petendi debitum à coniuge innocente. Quod itidem econtra procedat in vxore, num.31.*
32 *Vxor propter hæresim potest dimittere virum.*
33 *Vxor adultera non reputabitur, si eam quis per insidias, & fraudulenter in lectum ipsius simulans se virum cum ea coierit.*
34 *Vxor si fuerit vi ab alieno viro oppressa, non dicitur adultera.*
35 *Adulterata per Tirannum, vel Regem, præsumitur vim, vel metum passa, & non potest de adulterio accusari, imò potest bastardum filium, ex eo natum instituere.*
36 *Mulier adulterata de nocte, & vi oppressa, cùm non fuerit ausa clamare, etsi eius metus fuit conditionalis,*

nalis, & non præcisus, non punitur vt adultera, neque alias pœnas sustinet.

37 *Violentia in muliere, vt excusetur ab adulterio, qualis esse debeat.*

38 *Maritus non potest dimittere, & expellere vxorem in adulterio repertam, si ille eodem, aut pari crimine pollutus appareat, etiam si ipsius mariti fornicatio sit occulta, & vxoris manifesta, nu.39.*

40 *Mora vltima non nocet, & illa est, quæ trahit ad se periculum.*

41 *Coniuge vtroque fornicante, ille qui correctus fornicationem deserit, habet ius dimittendi alterum incorrigibilem & in fornicatione persistentem, sed non contra.*

42 *Iusta delicti compensatio in casu fornicationis, non est opus, vt vterque eiusdem fornicationis specie sit infectus, sed satis est, vt sit in eodem fornicationis genere, quamuis in diuersa specie, adeo quòd qui se exceptione tueri vult, sit in leniori culpa.*

43 *Lenocinium, crimen maius adulterio.*

44 *Maritus lenocinium exercens, vxorem suam prostituit, & ob hoc non potest illam dimittere.*

45 *Leno quis.*

46 *Maritus duobus modis committit lenocinium.*

47 *Maritus sciens vxorem adulteram, si eam carnaliter cognoscit, videtur eius mores approbare, & ei ignoscere.*

48 *Glo. in c.fi. de adulter. declaratur.*

49 *Maritus suæ vxoris leno non dicitur, si ille ansam adultero præbuerit, puta eam relinquendo, & necessaria denegando.*

50 *Paupertas non excusat adulteram.*

51 *Adultera viri sæuitiam adducendo pœnam adulterij non euadit, quod limitatur, nu.52.*

53 *Vxor si absque sua mortali culpa fornicata est, pœna adulterij non punitur, & à viro repelli non debet.*

54 *Vxor propter longam viri absentiam testimonio virorum fide dignorum, aut violentis præsumptionibus inducta credat suum virum esse mortuum, & alteri nubat, & cognoscatur ab illo, non ob hoc viro primo reuerso, vti adultera accusabitur, sed propter ignorantiam excusabitur, & primum matrimonium durat, nu.55.*

56 *Diuortium dolum requirit.*

DECISIO CCXLI.

1 ADVLTER † vir, post adulterium vxoris,
habens rem cum vxore adultera, & è cō
tra, nō facta prius pœnitentia, peccat qui
dem mortaliter, vt firmat Glo. Io. Fantuc. & cęteri
omnes communiter in c. in coniugio, 32. q. 1. per
text. ibi, & in c. sequen. & hoc idem concedit etiā
Hierony. in commentarijs super Matthæum, in-
terpretans illa Saluatoris verba, ex 19. cap. Mat-
2 thæi, † qui scribit, peccare illū, & mortaliter qui-
3 dem; qui vxorem suam adulteram retinet. † Nam
vt habetur Prouerbiorum 18. Qui adulteram te-
4 net, stultus est. † Vbicunque est igitur fornicatio,
& fornicationis suspitio, liberè vxor dimittitur.
Hæc Hieronymus, & recitantur eius verba à Gra
tiano in c. dixit Dominus in Euangelio. 32. quæ-
5 stio. 1. † Quo nempe casu sufficit, quod pœniten
tia sit cæpta, licèt non perfecta. c. fi. de diuor. & c.
ex litteris, de furtis. sed adulteri hodie parum, aut
nihil aduertunt ad hoc laborantes contra pro-
prium honorem, & conscientiam.
6 Verùm enimuero † adulterium ipsum neces-
sariò in præsenti casu deberet esse publicum, vel
notorium, idest notum viro, vxorem esse adulte-
ram, vel publicè vxorem morari cum adultero, &
tunc vir nec exigere, nec reddere deberet debitū
vxori, nec econtra, alioquin peccaret mortaliter,
nisi forte vellet ab adulterio abstinere, agereque
pœnitentiam, quo quippe casu posset vir vxorem
adulteram reconciliare, vt in c. 1. cum alijs seqq.
32. quæst. 1.
Et vt præsens speculatio apertior appareat, ad-
7 uertendum est, † quòd adulterium pluribus mo-
dis verificatur notorium esse. Et primò probatur
8 adulterium fore manifestum, si † passim vxor ad
mitteret viros causa adulterandi ad eam venire, fa
cit l. palam. ff. de ritu nupt. & quod notatur in c.
cum in diœcesi, de vsur.
9 Secundò † probatur etiam adulterium manife
stum, si mulier recesserit à marito, adhæseritq; ali
cui concubinario, & habuerit alienum virum in
domo, & in mensa, & in lecto, vt in c. tua, & in c.
fi. de cohab. cler. & mulier.
10 Tertiò † probatur adulterium manifestum, si
vxor haberet filium ex alieno viro, quod nempe
constaret, quando tanto tempore stetisset separa-
ta à marito, vt non potuisset ab ipso marito conci
pere, vt in l. filium. ff. de his qui sunt sui vel alieni
11 iur. † & sic adulterium diceretur dubio procul
manifestum, vbicunque mulier pareret filium,
quāuis maritus secum non habitasset per annum.
ita Abb. in c. significasti, de diuor.
12 Quartò † adulterium diceretur notorium, vel
publicum stante prolatione sententiæ contra mu
lierem adulteram, seu eius confessione in iudicio
emanata, & condemnatione subsequuta, secun-
dum Glo. in c. si quis vxorem, 32. q. 1. in princ.
13 Sed aduerte, † quod necessario deberet sequi con-
demnatio in præsenti casu: quoniam adulterium
ipsum sola mulieris confessione non probatur. ita
Doct. in c. significasti, de adult. Ias. consi. 22. vol. 1.
Laurent. Syluan. consi. 50. num. 41. vol. 1. & Paris.
consi. 137. nu. 28. vol. 4.
14 Quintò † adulter manifestus diceretur etiam
aliquis si depræhenderetur in domo alicuius, vbi
commoraretur pulchra mulier, secundum Bar. in
l. 2. in princ. ff. de furt. à quo dissentit, & bene, &
meritò quidem, Abb. in c. tertio loco, sub nu. 10.
de probat. & Card. Albanus in lucubratio. ad Bar
to. in d. l. 2. ff. de furt. sub nu. 1. & Fely. in c. præte-
rea, de testibus. sed re ipsa opinio Bar. procedere
15 posset, vbicūque † quis actu lasciuo reperiretur
cum muliere in loco secreto, puta ibi confabulan
do, vel apponendo manus ad mamillas, vel oscu-
lando: tunc enim ex his facilè, firmeque collige-
retur adulterium manifestum, vt firmat Abb. in
d. c. tertio loco, sub num. 10. & Bald. in c. tuæ, ex-
tra de procur. vbi expresè concludit, per oscu-
lum luxuriosum, ac libidinosum probari adulte-
rium,

rium,& hoc idem tenet etiam,& firmat Couarru. cum alijs multis aggregatis per eum, in 4.lib. Decretalium,in 2.par.cap.7.§.6.num.3.vbi ostendit istam esse communem opinionem, Io.Campeg. in tract.de testib.reg.385. Quomodo,& qualiter probetur carnalis copula,vers.sextò probatur, Riminal.iun.consi.260.num.43.& seq.& 49.& consil.274.num.9.vol.3.

16 Sextò † probatur quoque adulterium ipsum si in balneo reperiantur, vt voluit Glo. in cap.cum oporteat.81.distin.

17 Septimò † probatur quoque adulterium per testes deponentes, quòd Camilla iacuit cum Mæuio, teste Baldo in c.1.colum.7. vers.quæro nunquid sit idem dicere,quib.mod.feud.ami.in vsib. feud.Alex.consil.77.volum.7. & Mar.Soc.consi. 34.seu seq.num.15.vol.2. & sic probatur carnalis copula, vbicumque testis deponit super nuditate, & solitudine,videlicet quòd vidit eos nudos, & solos: nec est necesse,quòd deponat,quòd viderit eos inuicem commiscentes. c.litteris, & ibi Docto.extra de præsumpt.Ruin.consi.53.Ex pluribus,num.10.vol.5. & Phanut.in tract. de lucro dot.glo.2.num.92.cum alijs seqq.vbi hoc vtiliter interpretatur cum suis declarationibus,& speculationibus, & discurrit, quibus deinceps modis probetur copula ipsa.

18 Octauò † adulteriū manifestū arguunt etiam litteræ amatoriæ à viro vxori alienæ scriptæ ac datæ, & penes eam repertæ, &per eam etiam recognitæ.l.non epistolis,C.de probatio. & no. Fely. in c.scripta,nu.12.de fide instr.& Paris.consi.54. Assertæ sententiæ,nu.64.vol.4.Rimin.iun.consi. 261.In causa D.Ginebræ,nu.71.vol.3.

19 Est tamē bene verum,† quòd litteræ ipsæ amatoriæ non probant matrimonium contractum, sed contrahendum,vt per Paul.Aemil.Veral.decis.212.seu to.nu.10.in 2.par.

20 Nonò † scias etiam circa prædicta, adulterium præsumi vbicunque à marito præmissa repentur alicui trina protestatio, ne vxorem suam alloquetur, & tamen eam alloquitur, non obstantibus protestationibus,& ipso marito inuito: tūc enim ista præsumptio ad condemnationem sufficeret, secundum Ias.in l.transigere,col.2.C.de transact. per tex.in §.1.in Auth.vt lic.mat.vel auię.vnde sumitur authen.si quis ei,C.de adulter.& sic ex aliquibus ex præmemoratis præsumptionibus iudicauit,vt delegatus, in casu recitato per eū, Bursa. cons.435.In causa dominæ Helisabeth, volum.4. faciendam thori separationem, & dotem amissam fuisse.

21 Et de hoc mirandum non est: † nam in crimine adulterij potest quis ex præsumptionibus condemnari, per Salicet. in authen. si qui adulterij, C.de adulter.de quo etiam per Bald.in l.fin.ff.de offic.proconf.& lega.& per Docto. & Abb.in d. cap.tertio loco,& per Gandin.in tract.malefic.in rubr. de indic. & præsumptionibus. Vnde præsumptiones præmemoratæ sunt adeo violentæ, vt nedum quis possit condemnari ciuiliter: sed etiam criminaliter de adulterio vel stupro,seu incestu.ita Abb. in d.c.litteris, in princ.& in fi.licèt absque fundamento cōtrarium asseueret Matth. Matthæsil. in no.119.

22 Et † ideo iura recipiunt probationes verisimiles, visus solus cum sola,& nudus cum nuda,vt in c.litteris, de præsumpt. quia adulterium non potest directè probari, sed per præsumptiones, vt per Rimin.iun. in d.consi.261.nu.69.& seq.

23 Et † si probatio isthęc fieri nequiret,recurreretur nempe tūc ad aliam probationem,scilicet pro prij auditus cum fama, id est quòd testes audirēt eos cōmiscentes iuxta cortinā in obscuritate noctis,& audiebant voces eorum sibi notas, anhelitus iocundos, venerea oscula, & verba apta ad rem ipsam indicātia libidinis exitum,quibus qui dem si fama adminicularetur, sufficeret ad omnem effectum, & haberetur pro plena probatione,vt est tex.& ibi Abb.in c.preterea,de testibus, & per Bar.in d.l.2.ff.de furt.& in l.capite quinto, ff.de adult.Abb.in d.c.litteris, & Bald.in d.c.præ

24 terea, dixit,quòd † actus copulę carnalis,licèt nō percipiatur per visum,tamē per accidentia,id est per coniecturas,& præsumptiones percipi exploratissimum est,vt per Gozad.consil.13.nume.36. Grat. consil. 115. nume.11.& sequen. volum.1.

25 quia † accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendum quod quid est, & ibi allegat Philosophum secundo Metaphisicæ, quem retulit etiam in l.non nudis,C.de probat.

Et testes etiam videntes, vicissim vnus post alium per rimulam & foramē, virum & mulierem commiscentes, dicuntur contestes, & probant. Mascard.in tract.de probat.conclus.65.num.2.& seq.volum.1.vbi congerit Doct.contrarium sentientes,& mediāte distinctione conciliat opiniones. Est tamen bene verum,quod in conclus.59. num.17.eod. vol.1. firmat simpliciter, quòd vbicūque testes, vnus post alium, per rimulam videntes adulterantes, probant adulterium, & non dicuntur singulares; & similiter testes dicentes vidisse mulierem iacentem cum viro,probant adulterium. Mascard.in d.conclus.59. num.6. vbi refert contrarium sentientes & concordat opiniones,ac etiam dicentes vidisse solum virum & mulierem se osculantes vel amplexantes probant adulterium. idem Mascard. in d.conclus.59.num. 14. lib.1.

26 Decimò † adulterij quoque magna oritur suspitio, si masculus, & fœmina noctis tempore in locis abditis,& secretis simul inueniantur,secundum Bal.consi.427.vol.5.Rom.consil.451.nu.3. & Craue.consi.205.nu.24.vol.2.

27 Vndecimò † dicitur etiam nō leuis contra mulierem suspitio adulterij, si mulier cum masculo secretè loquens repetiatur, vt latè firmat, & probat Ioan. de Neuizanis in Sylua Nuptiali, lib.4. sub num.76.

28 Et ratio ea est, † quoniam quæ in occulto geruntur,suspitione non carent, vt efficax testimonium est Specu.in §.1.colum.4.vers.tertiò si facta sit cessio,in tit.de cessio.actio. Bart.in l.post contractum,vers.quartus casus, & ibi quoque Rom. nu.7.ff.de donat. Gl. in ver.odit lucem, in c.consuluit,de offic.deleg.& ibi Fely.num.20.& Dec,

col.3. Bald. in l. per diuersas, iu fi. & in l. ab Anastasio, in 5. not. C. manda. Ange. consil. 490. num. 4. Anchar. consi. 49. & consi. 383. col. 1. Abb. consi. 68. colum. 2. Alexan. consi. 31. in fi. volu. 7. Cuma. consi. 68. num. 4. Barbat. consil. 42. col. 7. & consi. 45. colum. fi. vol. 1. Dec. consi. 35. col. 2. Curt. iun. consi. 45. in 3. dub. Parif. consi. 42. num. 31. vol. 4. Lucas de Penna in l. quemadmodũ, per totam, C. de agric. & censi. lib. 11. Cæpol. de simul. contract. præsumpt. 20. Corset. in sing. in ver. occultè, Afflict. in c. 1. nu. 44. de feu. dato in vim leg. commiss. Ias. in l. clam possidere, num. 9. ff. de acq. poss. Tiraquel. in tract. de vtroque tetract. tit. 2. in præfatio. num. 13. & seq. & Marsil. in rubr. num. 4. & seq. ff. de sicar.

29 Fx hinc est, † quòd iura in odiũ eorum qui aliquid in occulto gerunt, plura emanarunt, de quibus discurrit Roman. consil. 506. in primo dub.

30 Vnde ad institutum redeundo, cõcludo, † ꝙ coniux adulter in pœnam sui criminis, lege ẽt Euangelica, priuatus est iure petendi debitum à coniuge innocente: nã hanc pœuam lege ab eo primitus ptomulgata statuit Saluator sic apud Matth. 5. inquiens, Omnis qui dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eã męchari, & qui dimissam duxerit adulterat; & iterum apud eundem, c. 19. Quicunque dimiserit vxorẽ suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, męchatur, & qui dimissam duxerit, męchatur. ob hoc itaque quod dicit, nisi ob fornicationem, apertè docuit licere viro vxorem adulteram dimittere.

31 Et tantundem † intelligendum est, concessum esse etiam vxori, vt illa quippe queat virum suum propter adulterium dimittere, sunt vir, & vxor in hoc negotio pares: vterque igitur coniux, cum innocẽs fuerit, iustè poterit ex lege Euangelica alteri coniugi adultero petẽti id quod alias sibi debebatur negare; quia adulter iam per peccatum ius exigendi amisit.

32 Et † in pœnam hanc incidit non solùm is, qui corporale adulterium commisit, sed etiã qui spirituale, vt est hæresis aut idolatria, quod inde probat Aug. lib. 1. de Sermone Domini in monte, & recitantur eius verba in c. idolatria, 28. q. 1. quia cũ Christus dixit posse virum dimittere vxorem propter fornicationem, nõ solùm fornicationem corporalem expressit, sed absolutè loquutus est, omnem complectẽs fornicationem, tam spiritualem, quam corporalem. & merito Aug. arbitratur idem esse de fornicatione spirituali intelligendum quod de corporali, quia fornicatio spiritualis est contra cõiunctionem animorum, sicut corporalis contra coniunctionem corporum: hoc tamen interest inter corporale, & spirituale adulterium, quod si quis semel inciderit in spirituale adulterium, & resipiscere paratus sit, non statim incurrit pęnam: in adulterio vero carnale sufficit vnus actus, nec expectare oportet correctionem, vt possit innocens dimittero nocentẽ. nam, & si postea se adultera correxerit, casteq; vixerit, nunquam recuperabit ius quod semel amisit, nisi vir innocens voluerit illud per iodulgentiam illi concedere: & potest assignari exemplum commodum de hæretico, qui & si resipiscat, & sui erroris pęniteat, nũquam recuperat bona olim sua, quæ per peccatum hæresis amiserat, nisi fuerint illi misericorditer concessa, vt dicitur in c. vergentis, de hæreticis.

Sed opinio prædicta ita amplificata claudicat
33 primò non procedere, † si quis extraneus fraudulenter, & per insidias se immiserit in lectum vxoris, & simulans se virum illius cum illa coierit, sicut Lya simulans se Rachelem, coiuit cũ Iacob, vt habetur Gene. 29. nullus merito poterit talem vxorem de adulterio reprehendere, & inde sequitur, vt nec vir eius possit ob id illam à suo thoro repellere, vt apertè determinatur in c. lectum mariti, 34. q. 3.

Secundò coarctatur eadem opinio non obti-
34 nere aliter locum, † vbicũque vxor fuerit ab alieno viro vi oppressa, vt Lucretiam Romanã Collatini vxorem à Tarquinij Regis filio opptessam fuisse fertur; nullus poterit illi adulterij notam attribuere, nec pet consequens vir eius potuisset hac de causa illam repellere, vt apertè docetur in c. proposito, 32. q. 5.

35 Et de hoc mirandum non est: † quoniam adulterata per Tirannum, vel Regem, pręsumitur vim vel metum passa, & nou potest accusari de adulterio, imo potest bastardum filium ex eo natum instituere, teste Bal. in l. eam quam, col. 9. vers. scias quod in istis spurijs. C. de fideicom.

36 Imò † adulterata mulier de uocte, & oppressa per vim, quia non fuit ausa clamare, & si eius metus fuit conditionalis; & non præcisus, minimè punitur, vt adultera, nec perdit dotem, nec alia pęna, etiam si ciuiliter agatur, punitur, vt voluit Abb. consi. 4. Est tamen bene verum, quòd tegulariter acclamatio mulieris violentiam arguit, teste Vulpellio, consi. 17. Nicolaus, nu. 4. vol. 1.

37 Hoc non † de leui violentia intelligi oportet, sed de vera, & absoluta, cui nullus à principio accessit verus consensus, sed magnus interueñit metus. nam si absque vero metu, sed solum propter præceptum parentum, aut vehementem consanguineorum suasionem, aut propter aliam consimilem causam fornicetur cum aliquo, etiam contrahendo cum illo, sicut non excusabitur à culpa adulterij, ita nec à pęna expulsionis, in quam propter adulterium incidit, vt habetur in cap. omnes Canones, 32. q. 7. Et hinc est, quòd vxor Sansonis non extitit excusata ab adulterio quod commiserat alteri nubens, Saosone viuente, quãuis ex præcepto patris id egisset, vt discurritur Iudic. 15. Nec etiam excusatur ab adulterio, Michol vxor Dauid Regis, quæ ipso viuente nupsit alteri, quam ex præcepto Saulis patris sui id fecisset, vt habetur 1. Reg. 25. cap.

38 Tertiò limitatur antedicta conclusio, † vt mulierem in culpa adulterij depræhensam, vir eius non possit iustè à suo consortio repellere, vt puta si ille eodem aut pari crimine pollutus fuerit: quia paria delicta mutua compensatione tolluntur, vt explicatur in cap. significasti, de diuortijs; & 32. q. 5. per totum, & l. viro, atque vxore, ff. solu. matrim. & hoc, quòd adulterium mariti compen

fetur

ſetur cum adulterio vxoris, eatenus verum eſt, vt meritò quidem amplificari poſſit locum obtinere, etiam ſi maritus poſt ſententiam latam contra vxorem adulterauit: quia tunc recuperat omnia iura omiſſa, vt per Fely. in c. lator, de re iud. Abb. & alios vniuerſaliter omnes in c. fin. de adulterijs, Ioan. Bapt. Ferret. conſi. 360. Communis, num. 7. volum. 2. Nauar. conſi. 1. de diuor. num. 1. lib. 4. & ita aliàs iudicauit Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ in facti cõtingentia, in anno 1584. in cauſa tunc vertẽte inter aliquos, ſilentio ſtudioſè prętereundos.

39 Et hoc verum eſt, † etiam ſi viri fornicatio ſit occulta, vxoris manifeſta: quia tũc peccaret mortaliter vir ſi vxorem dimitteret, aut accuſaret, nec eſt abſoluendus maritus ſi dimiſſam vxorem non receperit, Nauar. conſ. 1. de diuor. nu. 2. lib. 4. nam cum hic diſputemus de iudicio ſecreto conſcientiæ, & non forenſi, in quo ſola veritatis cognitio, & non probatio per teſtes requiritur; parum ergo, aut nihil intereſt, an fornicatio viri ſit ſecreta, vel publica, quando ſibi ipſi cõſtat ſe fornicatum fuiſſe. Præterea vxori illi adulteræ, cuius maritus occultum commiſit adulterium, nõ deficit ius excipiendi, vt crimen ſuum alterius crimine tollat, ſed ſola deficit probatio: propter quem probationis defectum, & ſi in foro contentioſo poſſit ab actione exceptionis repelli, non tamen in foro conſcientiæ, vbi nulli (vt diximus) teſtes requiruntur: ſed ſola veritatis cognitio & probari, ſuaderique poteſt per hoc, quod 32. quæſt. 7. per totum, abſolutè docetur, neutrum poſſe alterum dimittere ſi ipſe fornicatus ſit: nec diſtinguitur ibidem, an fornicatio alterius ſit occulta, vel publica.

40 Hic tamen admonere oportet, † quòd ſicut dicitur in l. illud, ff. de periculo, & cõmodo rei venditæ, vltima mora non nocet, & illa eſt quæ trahit

41 ad ſe periculum. Et inde ſequitur, † vt vtroque coniuge fornicante, ille qui correctus fornicationem deſerit, habet ius dimittendi alterum incorrigibilem, & in fornicatione perſiſtẽtem, Nauar. conſi. 5. de diuortio, num. 3. lib. 4. ſed non e contrario: quia iam non ſunt paria delicta, quando vnus emendatus reperiatur, & alter perſeueret.

42 Eſt adhuc etiam aliud aduertendum, † quòd ad iuſtam delicti compenſationem in præſenti caſu faciendam, non eſt opus, vt eadem fornicationis ſpecie ſit vterque infectus, ſed ſatis eſt, vt ſit in eodem fornicationis genere, quamuis in diuerſa ſpecie, dummodo is qui ſe per exceptionem tueri vult, ſit leuiori culpa, & non grauiori pollutus: is enim, qui ſolum adulterij crimen commiſit, poteſt ſe per exceptionem tueri contra alterum, qui crimine fornicationis cõtra naturam pollutus eſt: non tamen econtrario: quia ſimplex adulterium, & peccatum contra naturam, ſunt crimina imparia: ille etiam qui in corporalem quamlibet incidit fornicationem, poteſt repellere eum, qui incidit in ſpiritualem: adulter enim, & quiuis alius fornicator corporalis, etiam ſi ſit ſodomorum crimine pollutus, poteſt à ſe repellere coniugem ſuum, ſi hæreticus extet, aut idolatra; ſed non econuerſo, quia fornicatio ſpiritualis qualis eſt hæreſis, aut idolatria, multo grauior eſt fornicatione corporali.

43 Et † quia lænocinium non minus eſt crimen, imò multo maius, quàm adulterium, vt dicitur in l. palam, ff. de ritu nup. & ibi Bart. Glo. & Bar. in l. Athletas, §. qui lænocinium, ff. de infa. Bar. Ang. & Imo. in l. ſi is qui reus, de publi. iudic. & hinc

44 eſt, † quòd ſi maritus lenocinium exercens vxorem ſuam proſtituit, non poſſet ob hoc illam à ſe dimittere, vt dicitur in c. diſcretionem, de eo qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ. iniuſtũ enim eſſet, vt qui in eodem crimine particeps fuit, illæſus manens, alium damnaret: facientes enim, & conſentientes eadem pœna conſtringere debet, atteſtante Paulo, qui ſic ait, Romanorum primo, Non ſolum qui talia agunt, ſed qui agentibus cõſentiunt, digni ſunt morte: tali namque lænoni vxorem ſuam proſtituenti, qui illam propter adulterium accuſare aut dimittere nititur, dici meritò poterit id quod idem Paulus ſimilibus ait, Romanorũ primo, Inexcuſabilis es ô homo omnis qui alium iudicas: in quo enim iudicas alterum, te ipſum condemnas: eadem enim agis quæ iudicas.

45 Voco † autem quatenus præſentem reſpicit materiam, lænonem, aut proſtitutorem vxoris ſuæ, non ſolum eum qui illi imperat adulterium, ſed omnem qui ſciuit, & noluit prohibere cum potuit: nam idem eſt ſcientem non prohibere delictum inferioris cum poſſit, & imperare.

46 Vnde aduerte, † quòd maritus committit lænocinium duobus modis; primò quãdo vxorem ſuam vendit. l. mercalem. C. de condic. ob turp. cauſ. ſecundò etiam vbicunque maritus vxorem condemnatam de adulterio habet, vel ſciens eam adulteram retinet. l. 2. & ibi Gl. & Cy. C. de adul. & in l. 2. §. lenocinij, ff. eo. tit.

47 Et ratio ea eſt: † quoniam ſi maritus ſciens vxorem adulteram ſore cum ea carnaliter coierit, mores eius approbare videtur, atque ei ignoſcere, ſecundum Glo. in c. fi. de adult. communiter ab om

48 nibus receptam ibi. Quæ † quidem intelligenda venit quoad commiſſa crimina, non quoad committenda, ita Glo. & Præpoſ. in c. plerumque, de donat. inter vir. & vxor. & Ioan. Lupi in c. per veſtras, §. 1. q. 18. eo. tit.

49 At † non ita cenſendum foret ſi aliud agens, & indirectè (vt aiunt) illi anſam adulterij præbuiſſet, vt puta eam relinquendo, & neceſſaria denegando, quia (vt dicitur in d. l. palam) non eſt ignoſcendum ei qui prętextu paupertatis turpiſſimam

50 vitam agit, & † conſequenter adulteram non excuſat paupertas. d. l. palam, §. eſt ignoſcendum, & no. Bar. Brix. in quæſt. dominica. quæſt. 82. nu. 4.

51 Et † ſic adultera viri ſæuitiam adducendo, adulterij pœnam euitare non valet, notatur in c. ex litteris, de diuor. & firmat Ludouic. Bologn. conſi.

52 23. & Pariſ. conſi. 54. num. 60. volu. 4. niſi † forte hac intentione à ſe illum maritus repuliſſet, aut neceſſaria denegaſſet, vt illa tandem neceſſitate vrgente adulterium commiſiſſet: tunc enim (vt dicitur in d. c. ex litteris,) ille contra vxorem agere non poſſet.

53 Quartò limitatur præmemorata conclusio,† q si absque culpa sua mortali mulier fornicata extitisset, iniustum quippè foret illam pœna adulterij puniri posse: sæpè enim contingere potest, vt mulier nupta, sine culpa sua, præsertim mortali, ab altero viro cognoscatur: & sic adulterium quantum ad substantiam actus committat. quoties igitur id contigerit, non poterit maritus eam à thoro repellere, præsertim si illa à culpa immunem se ostenderet.

54 Primò quidem euenire potest,† vt mulier propter longam viri absentiam, aut testimonio virorum fidelium, aut violentis alijs præsumptionibus inducta, credat virum suum esse mortuum, & sic credens nubat alteri, & cognoscatur ab illo, quo euentu mulier fornicasse, & adulterasse dicetur: tale tamen adulterium non imputabitur illi ad culpam, quia excusabitur ob ignorãtiam, qua credidit virum suum esse mortuũ, & ideo vir suus non poterit ob hoc illam dimittere, vt exprimitur in cap. cum per bellicam, 24. q. 2. Vnde hisce oculis vidi in anno 1560. dum essem iudex in Ciuitate Therami, quòd Lucas de Caccia ciuis ibi duxerat quandam mulierem honestissimã in vxorem, & cum postmodum discessisset à patria, & accessisset ad bellum, tractu temporis fuit per aliquos testes relatum in ipsa Ciuitate, eundem Lucam diem suum clausisse extremum, taliter quòd ob hoc Baptista frater germanus eiusdem Lucæ videns eius cognatam iuuenem, & quippè pulcherrimam, & in viduali habitu existentem in sua domo ei suasit, vt vellet ad secundas conuolare nuptias: prout ad preces suasionesque antedictas conuolauit ad secunda vota: & accedendo ad domum secundi viri, & consummando matrimoniũ cum eo, suscepit vnum, vel duos filios ex ipso secundo matrimonio, sed redeundo ad patriã post nonnullos annos prædictus Lucas, qui credebatur mortuus esse, & transeundo ante domum secundi viri, & commorando ad fenestrã mulier ipsa, statim recognito Luca quàm optimè, qui erat venustus, & magnæ staturæ, & derelicta ea domo, se contulit (prudentissimè quidem) ad monasterium monialium, vbi constantissimè commorari determinauit, donec mediãte decreto prouisum esset, quis nã declararetur eius vir legitimus: pro-
55 ut † decretum extitit durasse, & durare primum matrimonium: & proinde eam mulierem reuerti debere ad prædictum primum virum, ad quem cum reuersa esset, suscepit ex eo (Deo annuente) tres filios pulcherrimos, quos cũ inuitatus essem in domo ipsius Lucę ad prandium die primo Augusti eiusdem anni 1560. vidi maxima cum admiratione: sed dũ hæc recitabantur, ambo ipsi coniuges taliter lachrimabantur, & plorabant, vt in hoc spectaculo quasi mortem degustare viderentur. Vnde è diuerticulo in viam redeundo in omnibus huiusmodi casibus in quibus nulla interuenit vxoris culpa, & si forte accidat fornicatio, non
56 poterit maritus vxorem à se dimittere: quia † (vt dicitur in l. vxor, C. de diuortijs) diuortium dolum requirit.

ARGVMENTVM.

Semper arbores debent distare ab alijs per quindecim pedes, & viginti ab aquæductib. & cedunt solo, vbi radices egerint.

SVMMARIVM.

1 *Arbor radices per quindecim pedes extendere præsumitur.*
2 *Plantans arbores, spatio saltem quinque pedum non dimisso, extirpare tenetur.*
3 *Arbores, quæ formalibus nocere possunt, quia vicinæ per viginti palmos, in Regno tollendæ.*
4 *Arbor solo cedit, vbi radices egit.*

DECISIO CCXLII.

1 ARBOR † præsumitur propagare, extendereque radices suas per quindecim pedes. l. 1. & ibi Barto. & alij omnes, C. de aquæductu, lib. 11.

2 Et tunc † plantans arbores ipsas, non dimisso spatio, saltẽ vsque ad quinque pedes, tenetur eas dubio procul extirpare, vt per Lucam de Penna, Ioan. de Platea, & cæteros vniuersaliter omnes in d. l. 1. Odofred. Cyn. Bald. Saly. & alios vniformi consensu omnes in l. 1. C. de interdict. per textum ibi, Neuiza. cum alijs signatis per eum, consi. 58. Quia secundum Platonem, nu. 10. & seq. vbi vtiliter quidem limitat in tribus casibus, & ita aliàs iudicatum extitit in sacra Audientia Barensi, in anno 1589. ad fauorem Petri Maxilli de Ciuita-
3 te Vigiliarum. † Nec non arbores, quarum radices formalibus nocere queant quoquomodo, veluti vicinæ per palmos viginti, tollendæ vtique sub pœna vnciarum quatuor, & alia pœna, per dominos prædiorũ in Regno veniunt etiam absque dubio aliquo, vt disponitur in Pragmatica 4. inter Pragmaticas ordinatas per Fabium de Anna.

4 Est nihilominus tamen bene verum, † quòd regulariter arbor cedit solo, in quo egit radices. l. si plures, §. fin. ff. arborum furt. cæsarum, & l. idem Pomponius, §. de arbore, & ibi Bartol. & alij, de rei vend. & Vincen. Maxilla in consuetudinibus ciuitatis Bari, in rub. si vicini arbor in vicini fundum impendat, vel radices immittat, nume. primo, & sequen. vbi hoc explicat interpretaturque procedere, etiam vbicunque arbor ipsa haberet subsistentiam in fundo domini fundi, quamuis partem radicum in fundo alieno propagaret atque extenderet.

ARGVMENTVM.

Per productionem instrumẽti præsumitur mors, & quomodo possit mors probari.

SVMMARIVM.

1 *Mors ex productione testamenti præsumitur, vt hæres petens, se mitti in possessionem hæreditatis, illam probare non teneatur.*

Hora-

Horatius de Bonis à Manfredonia, strenuus Aduocatus, sincerusq; vir, atque genere, virtute, ac scientia nobilis, Venetias se conferens, has Decisiones imprimendas curauit.

2 *Hæres iudici testamento exhibito, bona hæreditaria possidens, ex simplici testamenti ostensione se confirmari potest.*

3 *Defuncti voluntas ad mortem vsque ambulatoria.*

4 *Notarius de testamento rogatus, illud exhibere non tenetur, nisi duobus concurrentibus, & quibus.*

5 *Scripturus conficiens de vltimis voluntatibus, illas edere etiam absque mandato tenetur.*

6 *Notarius in viuorum contractu, non autem vltimæ voluntatis, instrumenta propter suum officium edere tenetur.*

7 *Iuuenis rixosus, vagabundus, seu luxuriosus non apparens per quinquennium à tempore, quo de vita eius dubitari cœperit, mortuus eiusque mors pariter probata præsumitur.*

8 *Miles in castris commorans, in morte esse dicitur, vt non comparens post belli pugnæque ingressum mortis præsumptio oriatur: ne vltra ingressus probationem tales quales coniecturæ requiruntur, numero 12.*

9 *Mors nauigantis per famam publicam probatur.*

10 *Mortem clerici in beneficij impetratione per famam publicam probare sufficit. Ampliatur tamen in testibus in probanda fama deficientibus, nu. seq.*

13 *Mors animalis ex corij, pellisque delatione probatur.*

14 *Mulier virum suum absentem mortuum audiens, illiusque mortem per vnum testem probans, renubere potest.*

15 *Senex per aliquot annos absens, nulla de eo habita notitia, mortuus præsumitur.*

16 *Senex semper est in morte, seu senescens propè est interitum, cum senectus vitæ occasus sit, nu. 20.*

17 *Senectus frigida & sicca.*

18 *Hædera vti vires arboreas necat, ita senectus nimiorum amplexu necare censetur, morboque æquiparatur, num. 19.*

21 *Senectus decrepita ad episcopatum inhabilis atque nuptijs non apta.*

DECISIO CCXLIII.

1 MOrs † præsumitur absque vlla quidem dubitatione, ex sola simplicique productione testamenti: & consequenter hæres petens se immitti in possessionem bonorũ testatoris, à quo institutus extitit, ex remedio l. fi. C. de edicto diui Adriani tollen. non tenetur aliter probare mortem ipsius testatoris, ita Barto. Saly. Alex. & cæteri vniuersaliter omnes ibi, & idem Alex. consi. 50 t. Visis omnibus actis causæ vertentis inter Linguerium, num. 9. volu. 5. vbi assignat rationem, & Francisc. Herculan. etiam in tract. quis teneatur probare negatiuam, & quibus modis negatiua probetur, num. 97. versi. duodecimò principaliter regula nostra, & Dec. consi. 588. sub num. 8. & seqq. & ita binis certè vicibus obseruauit iudicauitque in anno 1583. & sequenti, Regia Audientia Apuliæ Comitatusque Molisij, patrocinante tunc in causis, & casibus in ea occursis atque decisis, D. Horatio de Bonis de Mãfredonia, strenuo quidem Aduocato, & sincero viro, ac nobili etiam ex genere, ex virtute, & scientia; qui huiusmodi motus religioso zelo, anno superiori ad Vrbem Venetiarum accedendo, dum ibi per cõplures trãsactos iam annos puluerulentæ hæ omnes Decisiones iacebãt, curauit illas omni suo studio, ac diligentia imprimendas ad communem perpetuam, vniuersalemque omnium vtilitatem.

2 Imò † hæres ipse exhibito per eum testamento iudici, si possideat tunc bona hæreditaria, potest similiter se confirmari ex simplici ostensione facta testamenti, vt per Alex. fertiliter nempe, in l. 1. C. de Carbon. edicto. & ratio ea est, quoniam huiusccmodi remedium magis summarium re ipsa extat, quàm quodlibet aliud interdictum retinendæ, vt discernitur apertissimè in l. 2. C. de edicto diui Adriani tollen.

Et de hac conclusione, ita rationabiliter amplificata, nihil mirandum est: nam ex consuetudine totius mundi, testamentum nullatenus releuari, reassumiq; solet, nisi post mortem testatoris, cum viuente testatore, nemo occasionem, nec tantummodo quidem habeat petendi ipsius testamenti copiam: & sic nec testator hoc prætendere potest, cum testamentum suum ad omne eius libitum & beneplacitum valeat non solum mutare, imò etiã

3 in totum reuocare, ac tollere: † cum ambulatoria quidem sit defuncti voluntas vsque ad vltimum extremumque vitæ exitum. l. 4. §. fin. ff. de ademp. leg. Bertran. consi. 20. num. 1. & consi. 28. num. 1. vol. 5. & consi. 273. num. 1. vol. 6. Io. Dilect. in tracta. de arte testan. ti. 6. de legatis, caut. 3. sub nu. 5. Ceph. consi. 4. nu. 14. volum. 5. Corn. consi. 305. num. 2. vol. 1. Bursat. consi. 47. nu. 5. vol. 1. & consi. 431. num. 20. vol. 4. Christoph. Port. & alij, per tex. ibi, in §. 5. Institu. de adempt. legat. nec itidem hæredes, vel legatarij aliquid prætendere queunt circa traditionem faciendam de copia testamenti, dum eis nulla actio nata extet.

4 Imò † de iure communi notarius rogatus de testamento minimè gentiũ tenetur vllo quidem pacto illud edere ac exhibere, nisi duobus necessariò tunc concurrentibus. primò nempè vt petentis intersit, secundò etiam quòd notarius rogatus ab illo discernatur, qui editionem ipsam ex postulat, vt per Glo. Bar. Bal. & alios vniformiter omnes in l. prætor, ff. de eden. Dec. in c. ex epistolę, nu. 226. de probatio. & est textus in l. 1. §. hoc

5 interdictum, ff. de tab. exhib. vbi disponitur, † quòd conficiens scripturas, ad vltimas voluntates pertinentes, illas teneatur edere, etiam sine mandato, & firmat etiam Bal. in l. fin. C. de eden. & Bologn. in l. 1. sub num. 43. eod. tit. & ita non vna tantum vice sacra Audientia Barensis, in anno 1589. & sequenti, patrocinante in causis discussis ac trutinatis his temporibus eodem D. Horatio de Bonis, declarauit reuocando mandata, aliàs relaxata pro instrumentorum exhibitione, vt illa exhibenda non essent, dum actores in ipsis contractibus repertum fuerit nullum admodum habuisse, vel habere interesse, nec ad eorum instantiam notarios rogatos de illis extitisse.

Vtpote,

6 Vtpote,† quia vbicunque sumus in contractu viuorum,non autem vltimæ voluntatis,tunc notarius,propter officium suum,instrumenta edere tenetur. ita Glo.in l.argentarius,in ver.absimiles, ff.de eden. Bart.in §.illud, in princ. per illum textum,in Authen. de tabell. & Anto. de Matthæis cũ alijs signatis per eum, in tract. Editionis,de libris rationum,instrumentis,actis iudiciarijs,& eorum fide,in ti.de instrum.nu.27.

7 Similiterque † iuuenis rixosus,bellicosus,vagabundus,seu luxuriosus,si non appareret per quinquennium ab eo tempore, quo de eius vita dubitari cœperit, præsumeretur vtique tunc mortuus, & eius mors pariter probata,vt per Alex.consi.4. sub num.7.volum.2. Hieron.But.in l.licet, C.de pact. Bar.in tract.de testibus, Io. Campeg.in tracta.de testib. in reg. 352. Crauet. consi.127.col. fin.volum.1.& Hieronym.Aragonium,cum alijs signatis per eum, decis.44. sub nu.4. taliter quòd hęreditas illius tunc adiri posset,teste Bar.& Bal. in l.si.§.si quis in bello, ff.de infami.

8 Nec non † miles,qui commoratur in castris, dicitur etiam esse in morte. ita Abb.in cap.frequenter,col.1. vt lite non contest. & in c.pastoralis,de offic.ordin. & sic tunc non comparendo miles ipse post belli, & pugnæ hostium ingressum atque conflictum, oritur præsumptio suæ mortis, d.l.si. §.si quis in bello,vbi Bar.Bal.Ang. & alij vniuersaliter omnes,Hierony. Magonius in d.decis.44. num.4.Io.Pet.Surdus,consi. 109. Inspecto,num. 12.Corn.cons.251.vol.1. Bertran. cons.36. Viso processu causæ agitatę,num.1.vol.5.Dec.cum aliquali speculatione,consi.57.colum.3.volum.1.& consi.585.Per totum,vol.4. & Crescentius decis. 4.aliàs 166. De eo quod supra, num.8.& seq. de exceptionibus. vbi profert ita extitisse decisum in

9 Rota Romana,† mortem nauigantis,accedentisque per mare, tãquam rem difficilis probationis, probari per publicam vocem & famam, & quòd regulariter mors alicuius probetur per famam publicam,assentitur etiam Alex.consi.4. Videtur inspectis, sub num.7. volum.2. Boer.decis.288.nu. 2.Pet. Dueñas in tract.regularum, in regula 299. Fama regulariter nõ facit plenam fidem, num.9. Bernard.Alphan. in collectan. loco 445. Petr.de Barbobus,consil.25.Res stat in his terminis, sub num.4.& seq.inter consilia matrimonialia,vol. 1. Horatius Lutius consi.178.sub num.4.& seqq.inter consilia vltimarum voluntatum, vol. 1. Franc. Marci decis. 183. Quæritur de modo probandi mortem,nu.1.& seqq. in 2.par.

Vbi concedit etiam post Alber. in authen.ho-
10 die,C.de repud.† quòd in impetratione beneficij,sufficit mortem clerici mortui probare itidem per famam publicam : sed hoc quidem explicat atque extricat alio apertiori commodiorique stilo ac sermone Ioan.Bapt.Ferrettus consi.2. num. 13.volum.1.

11 Imò † hoc etiam, non frustra quidem, amplificatur quoque per Iacob. Berettam consil. 39. num.4. & sequen, volum. 1. eatenus procedere, ac locum sortiri, quòd si tunc testes defectiui reperirentur in probanda sanita, vt suppleri certè possint & valeant per alia probabilia argumenta.

Nec sit tibi vnquam in obliuione redeundo ad
12 ouum, & sic ad principium principij,† quòd vltra probationem ingressus facti in acie per militem, requiruntur etiam aliquæ aliæ, tales quales coniecturæ, videlicet,quòd is miles nullatenus repertus tunc fuerit,vel quòd in eo conflictu,ac certamine multa cadauera in varias partes scissa reperta extiterint,prout varij diuersique milites inimici interfecti nostra tempestate in territorio Senensi,militantes tunc sub Petro Strozio recogniti extitere,partim ex manibus, cum annulis in eis existentibus, & partim ex alijs membris, quæ hisce oculis per miseros parentes, & amicos,eo tem-
13 pore vidimus,ad proprias lares delata:† Prout ex delatione corij,pellisque animalis mortui probatur etiam eius mors: & sic portans pelles, seu coria animalium mortuorum,probat illorum interitum,teste Bal.in l.cum ita, §.species, ff.de legat.2. Alex.consi.157. In causa & lite vertente inter Ludouicum,sub num.3.volu.2.& Marsil. in pract.§. attingam,sub num.51.& ita obseruatur quotidie in practica,sicuti obseruauimus sex annis iam pręteritis,etiam nos,interueniendo in Regno in nostris ordinarijs militum grauis, & leuis armaturæ, dum in illis,equorum mortuorum pelles,& coria per aliquos milites, ad hunc finem probandi eorum mortem, actualiter ostensa extitere.

In tantum quoque, attingendo scopum præ-
14 sentis speculationis,† si mulier audiret virum suũ absente mortuum, & probaret per vnum testem de morte ipsius viri,posset tunc nubere, conuolareque ad secundas etiam nuptias,ita Bar.in tract. de testib.c.22.& Io.Campeg.in tract.de testib.regula 352. in fi.

15 Nec non † postremò, senex etiam, vbicunque reperitur absens per aliquos iam præteritos annos,nec de eo habeatur aliter notitia,non obstantibus quibuscũque explorationibus, perquisitionibusque factis,præsumitur tunc mortuus, vt discurrit, ferro viam aperiendo, Francisc. Herculan. in tracta. quis teneatur probare negatiuam, sub nu.290. vers.mors quoque præsumitur spatio cen-
16 tum annorum. & ratio palpabilis ea est,† nam senex ipse re ipsa semper est in morte.ita Doct.in l. is qui,ff.de fideicõmiss. lib. & l.senium, C.qui testam.facere poss.& Cataldinus cum alijs aggregatis per eum,in tract.de benef.in 3.par.q.18.

17 Et ratio viuax assignatur isthæc,† quoniam senectus extat frigida, & sicca: & sic complexio senum frigida quippe est, & humida, teste Arist. in lib.de causa longitudinis,& breuitatis vitæ.

Et hinc est, secundum Macrobium, lib.2. Sa-
18 turnalium, † quòd quemadmodum hædera serpens, vires arboreas necat ; ita vetustas,etiam amplexu annorum, pari modo necare censetur. &
19 tanto magis, † cum senectus ipsa æquiparetur morbo,vt ostẽdit fertiliter quidem Sylua nuptialis,lib.2.sub nu.4.& seqq.

20 Concludit itaque Apost.ad Hebræos, c.8. † quod qui antiquatur, & senescit, propè interitum est. nam secundum Senecam, senectus nihil aliud est quàm vitæ occasus.

Ideò

21 Ideò † senectus ipsa decrepita reddit quem ad episcopatum inhabilem. c. Archidiaconum Florentinum, 85. distinct. imò senectus minimè extat apta nuptijs, vt discurrit Sylua Nuptialis, lib. 2. num. 6.

Et plura alia de senectute scribit Gomes. in reg. de infirmis resign. q. 7. per totam, fol. 40. & seq. & Sylua Nuptialis, lib. 2. nu. 3. & seqq.

Alios verò modos, quibus probetur mors ipsa in causis ciuilibus, aliàs denudauimus, non admodum obscurè in Sylua nostra communium opinionum, edita in anno 1582. in opinione 1042. Viuere quilibet præsumitur, lib. 3. de qua quidem Sylua, quāta & qualia desumpserint ad perpetuā confusionem (tacito authore) Scriptores aliqui posteriores, non solùm oculatissimos viros, sed ipsosmet etiam principales constituo, eligóque libenter iudices huiusce veritatis, pro exoneratione propriæ eorum conscientiæ.

ARGVMENTVM.

Inferentis sibi mortem bona fisco applicantur, cum nemo sibi mortem accipere debeat.

SVMMARIVM.

1 *Bona peccati conscientia, non autem doloris impatientia, se ipsum occidentis confiscantur.*
2 *Mortem arripere non est nostrum, sed ab alijs illatam accipere.*
3 *Egesias philosophus, cum de bono mortis deque altera vita adeo facundè doceret, vt non pauci se ipsos occiderent, à Ptolomeo Rege amplius docere prohibitus.*
4 *Mors, naturæ iam corruptæ munus necessarium, potius amplectenda, & quanti facienda.*
5 *Bona damnatorum, an in alijs casibus, quàm in hæresis, atque maiestatis crimine confiscanda sint.*
6 *Auth. incestas nuptias, an per authen. damnatorum, corrigatur.*
7 *Hæredes super iustificatione innocētiæ purgandæ seipsum occidentis, an audiendi.*

DECISIO CCXLIIII.

1 BONA † inferentis sibiipsi mortē fisco applicantur, si conscientia peccati id egerit, secus verò si doloris impatientia. ita Glo. in c. displicet, 23. q. 4. & est textus expressus in l. 1. & 2. C. de bon. eorum, qui mort. sibi cōsciu. & in l. 3. ff. eod. ti. & legalem hanc propositionem dilucidat ac vtiliter quidem etiam explanat Ant. de Butr. consi. 58. Constitutione Regni, nu. 1. & seq. Igneus in l. 1. §. si sibi manus, nu. 17. ff. ad Sylla. Corn. consil. 195. volum. 2. Bertran. consil. 134. num. 2. volu. 3. in prima par. Paris. consi. 155. volum. 4. & Dec. consil. 437. Quæritur breuiter, nu. 1. & seqq. & ita aliàs in Regia Audientia Apuliæ hæredes B. ob mortem filij vnici amissi, tædio vitæ affecti, atque doloris impatiētia, vexati tunc à fisco, circa prætensam confiscationē bonorum hæreditariorum extitere seruatis de iure seruandis absoluti: sed vbicunque quis se ipsum ex delicto interficeret, eius bona venirent omni dubio procul publicanda & confiscanda, sicuti denudauimus etiam solito stilo ac commodo ordine in Sylua nostra communium opinionum, in opinio. 560. Occidens seipsum, nume. 1. cum alijs omnibus seqq. lib. 2. cum de iure habeatur interfector ipse pro confesso, & condemnato, etiam ad bona.

Vnde non immeritò quidem fatebatur Hie-
2 ronym. super Ioannem, † quòd non est nostrum mortem arripere, sed illatam ab alijs libenter accipere: nec in persecutionibus licet propria manu perire.
3 Est nihilominus bene verum, † quòd quidam philosophus, nuncupatus Egesias, adeò copiosè atque facundè docebat de bono mortis, & de alia vita, vt non admodum pauci, auditis illis, sibi mortem inferebant: sed à Ptolomeo Rege non ab re prohibitus postmodum extitit illa amplius legere, & docere.

Quoniam, teste Gregorio, lib. 9. Moralium, & Dialogorum 4. fit miseris mors sine morte, finis sine fine, defectus sine defectu: quia & mors viuit, & finis semper incipit, & deficere defectus nescit.

Verùm enimuerò in omnem euentum, secun-
4 dum Chrysost. super Matthæum 10. † mors, munus necessarium est naturæ iam corruptæ, quæ non est aliter fugienda: sed potius amplectenda, & iterum fiat voluntarium, quod futurum est necessarium. offeramus Deo pro munere, quod debito tenemur reddere. & hinc scribebat Seneca in epistola 29. quòd vita data est cum exceptione mortis, ad hanc itur, quam ideo timere dementius est: quia certa expectantur, dubia metuuntur: mors necessitatem habet æquam, & inuitam. Et in epistola 63. ita firmat etiā, ante senectutem curaui, vt bene viuerem, in senectute, vt bene moriar: bene tamen mori, est libenter mori. vnde teste Lactantio Firmiano, diuinarum institutio. lib. 3. aduersus gentes, si quis nos interroget, vtrum ne bonum sit mors, an malum: respondebimus, qualitatem eius ex vitæ ratione pendere: sicut ipsa vita bonum est, si cum virtute viuitur: malum si cum scelere, sic & mors ex præteritis vitæ actibus ponderanda est. ita fit, vt si vita in Dei religione transacta sit, mors malum non sit: quia translatio est ad immortalitatem, si aliter malum sit, necesse est: quoniam ad æterna supplicia transmittit.

Itaque, vt per Gregor. lib. 4. Dialogorum, interdum contingit iustis, vt in morte sua Sanctorum præcedentium visiones aspiciant, ne ipsam mortis suę sententiam pęnalem pertimescant: sed dum eorum menti ciuium internorum societas ostenditur, à carnis suæ copula sine doloris, & formidinis fatigatione soluūtur. aliquando etiam in consolatione egredientis animæ, ipse apparere solet author, & retributor vitæ. imo teste August. lib. de agenda cura pro mortuis: Boni vocantur ante tempus, ne diutius vexentur à noxijs: mali verò, & impij tolluntur, ne diutius bonos prosequantur.

quantur. vnde denique necessariò mors ipsa in memoria ab omnibus est semper habenda, cap. in ecclesiastico, 13. q. 11.

Et dum altera quippe vice discuteretur itidem iste secundus difficilior, & obscurior casus contra hæredes A. qui post confessionem factam per eū in tortura de aliquibus capitalibus, facinorosisq; criminibus, propinando sibi venenum, ad eius interitum ac exitium res deuenit. cæterùm duo pro ponebantur tunc per hæredes ipsos cōtra fiscum. Primò quidem, quod ex generali consuetudine totius orbis bona non confiscantur, in nullo certe casu, nisi in crimine hæresis, ac læsæ maiestatis. Secundò asserebant & insimul opponebant hæredes prædicti, quòd dato, vt procedi potuisset in causa publicationis bonorum de iure, non fore hoc casu sibiipsis defensiones denegandas pro tuenda prædicti inquisiti innocentia. Et quò ad primum hæsitationis scopum, vnicuique compertum quidem est, † damnatorum bona com-

5 muniter vniuersaliterque etiam totum mundum seruare, in nullo vtique casu esse vsitatenus confiscanda, præter quàm in crimine hæresis, ac læsæ maiestatis; authen. bona damnatorum, & ibi Bal. & Ang. C. de bonis damnat. Cagnol. in l. ea sola, num. 7. ff. de reg. iur. Dec. consi. 257. nu. 6. & consil. 442. nu. 6. Iacob. Nouel. in pract. crim. fol. 576. num. 6. Roland. consil. 92. nume. 5. & consil. 97. num. 2. volum. 2. Alber. in 3. par. statutorum tractatus, quæstio. 18. circa finem, Cæpol. consi. 17. in 3. dubio.

In contrariam verò sententiam inclinauere similiter quidem Glo. Barto. & cæteri communiter & concorditer omnes, in authent. nouo iure, C. de pœn. iud. qui malè iudic. Afflict. in constitutio. Regni, Patarenorum, sub nume. 53. & sequen. vbi discurrit sex alios casus, in quibus fieri consueuit bonorum publicatio, Claudius de Battandier in pract. crimin. in regula 70. num. 5. & Boer. decisio. 263. num. 24. & seqq. & in tracta. de seditiosis, in septima, & vltima quæstio. nume. 30. quibus in locis expeditè profectò profert, istam fore omnium in iure scribentium communem opi-

6 nionem, † quòd auth. incestas nuptias, C. de incest. nupt. hodie non corrigatur per d. authen. bona damnatorum.

Quò verò ad secundam hæsitationem, ac dif-

7 ficultatem, † num hæredes sint audiendi super ipsius interfectoris, & occisoris iustificatione innocentiæ purgandæ, cum August. ad Angel. in tracta. maleficiorum, in vers. qui iudex videns, nume. 47. & sequen. & Claudius de Battandier in practica crimin. in regula 70. nume. 6. & in regula 526. num. quarto, constanter quidem concedant hæredes ipsos circa proponenda iura, & innocentiam eorum principalis interfecti audiendos esse. meritò itaque extitit prouisum, ac decisum procedendum esse ad vlteriora in præsenti causa publicationis bonorum, atque concedendum terminum prædictis hæredibus ad se tuendos, & ad probandum, & defendendum.

ARGVMENTVM.

Non valet testamentū mulieris viuentis iure Longobardorum absque interuētu consanguineorum & mundualdorum.

SVMMARIVM.

1 *Mulier iure Longobardorum viuens nec testari, nec codicillari potest, nulla in contrarium obstante consuetudine, num. 2.*

3 *Alienationis appellatione in l. 1. tit. qual. mul. alien. permiss. sit, hæredis institutio comprehenditur.*

4 *Statutum doli & metus exclusiuum, æquissimum est, item fauorabile, latissimam recipit interpretationem, & solennitas per illud requisita est ad fraudem euitandam.*

5 *Alienationis appellatione venit etiam hæredis institutio.*

6 *Alienationis appellatione omnis actus comprehenditur etiam per quem dominium transfertur.*

7 *Statutum ad publicam vtilitatem, fauorabile dicitur.*

8 *Solennitas vbicunque adhiberi debet, dispositio alienationem respiciens tam quæ inter viuos, quàm quæ in quacunque vltima voluntate fit, comprehendit.*

9 *Mulier testari nequit de dote, ex pacto, statuto, consuetudineve alij applicanda: de alijs autem non de talibus bene testatur, nu. 10.*

11 *Statutum, quòd mulier testari nequeat absque viri consensu, vel mundualdo, an valeat.*

DECISIO CCXLV.

1 MVLIER † iure Longobardorum viuens, sine mundualdo, testamentum condere non valet, & disponendo, testandoque absque mundualdo ipso, eius testamentum non tenet, neque valet, cum l. 1. in tit. qualiter mulieri alienare permissum sit, in qua disponitur, mulierem iure Longobardorū viuentem, sine voluntate ipsius, in cuius mundio fuerit, non posse res mobiles, aut immobiles donare, aut alienare, compræhendat sub illo alienationis verbo hæredis institutionem, & sic testamentum, ita Glo. Caroli in Longobarda, de sanctimonialibus, in l. si qua mulier, in ver. quod autem dicitur, Ang. consi. 526. Testamenti, Alex. consi. 155. volu. 2. Afflic. in constit. Instrumentorum robur, sub nu. 3. & in decis. 260. Nunquid mulier, vbi etiam Vrsill. in addit. Maran. in tract. iudiciorum, in 3. par. num. 125. Cauens. in ritu 195. Item quod curiæ, num. 4. Bertran. consi. 385. Ponitur in facto, sub num. 9. & seqq. vol. 2. in 1. par. & fusissimè discurrit, & resoluit Vincen. Maxilla in consuet. Ciuitatis Bari, in rub. mulieri nulli, num. 13. cum alijs seqq. vbi tollit omnia obstacula contraria, & respondit Afflic. in d. decis. 260. & alijs contrarium sentientibus, & Bernardinus Pandus in commentarijs ritus magnæ Curiæ, de præsentatio. & executio. instrumentorum, in 2. par. 58. declaratio. num. 85. vbi memorat istam esse communem opinionem,

nem, obseruariq; in practica, cui acquiescit etiã,
magistraliter quidem, respondendo contrarium
sentientibus Pet. Garzia de Toleto in decisionib.
extrauagantib. & in suo mirabili 566. An mulier,
vbi illam itidem amplificat, post alios signatos per
2 eum, locum quoque obtinere, † vt mulier tunc
codicillari minimè posit, sine mundualdi pręsen
tia, & ita iudicauit aliàs, in facti contingentia, Re-
gia Audientia Apuliæ, in anno 1583. in causa tũc
vertente inter quosdam de Ciuitate Luceriæ. &
adeo vera extat opinio isthæc, vt consuetudo in
contrarium nequaquam obstet, secundum And.
de Iser. in constit. Puritatem, & in constit. Vt v-
niuersis, & in l.imperialem, §.præterea ducatus,
& in prælud. feudorum, in 3.quæstio.princip. &
Ioan. Thom. de Minad. consilio 12. nume. 15.
& sequen.
3 Et de hoc mirãdum quippè non foret, † quòd
in d.l.Longobarda, sub appellatione alienationis
compræbendatur hæredis institutio: quia statu-
tum hoc l.Longobardæ discernitur apertissimè
fauorabile, vt in casu simili firmat Barto. in l.qui
exceptionem, in princ.ff.de condic.indebi. Bald.
Castr. Alex. & Ias.in l.transactionem, C.de tran-
sact. Ang.consi.88. Bal.consi.60.volu.5. Francis.
Aret.consi.2. Alexan. consi.207.volu.6. & Soci;
consi.77.
4 Imò † statutum hoc discernitur etiam æquissi-
mum, cum exclusiuum nempè sit doli, & metus,
ita Bal.in l.2.quæst.9. C.de rescin.vend. ergo sta-
tutum prædictum, cum fauorabile sit, latissimam
recipit interpretationem, secundum Barto. in l.
1.ff. solu.matrimon. & in l.si constante, quæstio.
9.eod.titu.& in l.omnes populi, & ibi Crot. col.
35. versic. tertia conclusio, ff. de iusti. & iure, &
solennitas requisita per statutum, est ad euitan-
dum fraudem, Crescen.decis.3.aliàs 309.num.8.
de constit.
5 Nec nòn † appellatione alienationis venit etiã
hæredis institutio.l.si quis prioris, §.certum. C.de
secun.nup.& l.peto.§.fratre.ff.de leg.2. & ibi Bar
to.& in l.si ita quis, §.ea lege, & ibi alij vniuersali-
ter omnes, ff.de verb. oblig. Ruy. consi.76. Viso
ac perlecto testamento, num.10.vol.7. Natta con
sil.78. Pactum sic habet, num.1. & seq.volu.1.vbi
assignat rationem, & Cæpha.consi.153. Magnifi-
cus D. Brandelisius, num.24. vol.2. & Grat.con-
sil.26. In præsenti causa, num.16. volu.2. vbi hoc
meritò quidem amplificat, vt appellatione aliena-
tionis contineantur non modò ea, quæ fiunt in-
ter viuos: verum illa, quæ fiunt etiam in vltima
voluntate.
6 Et tantò magis hoc locum sortitur, † cum sub
alienationis appellatione compræhendatur om-
nis actus etiam per quem dominiũ transfertur. l.
fi.& ibi Bar.& Bal.C.de reb.alien.non alien. Dec.
& Cagno.in l.non alienant, ff.de reg.iur.l.1.C.de
fundo dotali, & Clarissimum Collegium Vrbinis
consi.4.num.1.inter consilia vltimarum volunta-
tum, volu.1.
Et aduerte, quòd similiter in præsenti casu con
7 sideratur fauor publicus, † cum statutum ad publi
cam vtilitatem dicatur fauorabile, vt etiã per Cre
scen.in d.decis.3.num.7.esto quòd causa decisio-
nis d.l.Longobardæ, fuit fragilitas sexus; quæ re
ipsa respicit communem vtilitatem mulierum, te-
ste Bertran. consi.293. Visa petitione, nu.10. vol.
3.in 1.par.& Bero. consi.59. num.2. volum.1. &
8 sic † vbicunque solemnitas fauore publico adhi-
beri debet, dispositio respiciens alienationẽ com
præhendit omnem alienationem, tam quæ fit in
actu inter viuos, quàm quæ fit in testamento, seu
in quacunque alia vltima voluntate, ita Bal. in l.
ea lege, sub nu.12. C.de condic.ob cau.datorum.
Rip.in l.filiusfamilias.§.diui.num.102.ff.de leg.1.
& Cæpha.consi.53.num.14.vol.1. quare d.l.Lon
gobarda, sub illo verbo alienationis, compræhen-
dit tam dispositionẽ inter viuos, quàm vltimam
voluntatem. Et denique vigore pręsentis commu
nis sententię, quòd mulier iure Longobardorum
viuens sine mundualdo, testari non valeat, ita ro-
boratæ, atque amplificatæ semper iudicaui, vt iu-
dex varijs in causis, & vidi etiam, aliquibus qui-
dem vicibus, ab alijs iudicibus, me patrocinan-
te sic iudicari.
Et quemadmodum mulier iure Longobardo-
rum viuens absque mundualdo, testamentum fa-
cere non valet: ita etiam vbicunque statuto cau-
tum est, vxore prædecedente sine liberis eos de-
bere succedere, lucrarique dotem, minimè tunc
testari, mulier ipsa valeret, in præiudicium filio-
9 rum: † & sic mulier ipsa testari nequit de dote,
quando ex pacto, statuto, vel cõsuetudine est alij
applicanda, ita Fulgos.consi.203. Pau. Castr.in l.
si cum dotem, in fi.ff.solu.matrim. Card. Alban.
in lucubrat.ad Bart.in l.iubemus, §.sanè, num.10.
C.de sacrosan.eccle. Ioan.Pet.Surd.consi.113. Il-
lustrissimus, num.5. & Rolan.à Valle, in tract.de
lucro dotis, quęst.82. Quęritur an statutum, quòd
vir lucretur dotem, nu.4. cum alijs seqq. vbi latè,
fertiliterque probat opinionem istam.
Nec huiusmodi statutum tunc dicitur auferre
10 testandi facultatem: † quoniam posset testari de
alijs bonis vxor ipsa, non dotalibus, vt per Ruy-
num, consi.132. volum.2. Ias. consi.127. volu.1.
Iacob. Mandel. consil. 50. & Octauian. Cacher.
decis.20.
11 Et † quòd finaliter valeat statutum, quod vxor
testari non possit absque viri consensu, vel mun-
dualdo, firmauit Pau. Castr.in d.l.si cum dotem,
col.fi.& Ias.in 7.not.in l.ex facto, ff.de vulg. & pu
pil. substit. Ang. consi. 126. Guliel. Benedict. in
repet.c.Raynutius, in ver.vxorem, num.216. par.
1.de testa. Imò statutum hoc extat adeo validum
in iure, vt super præsentimet statuto, quo vetatur
vxorem testari posse, non citato viro ad interes-
sendum, consuluerit accuratissimè, more solito,
Illustris D. Marcus Anton. Eugenius, præceptor
meus consummatissimus, consil. 85. Supposito
statuto, num.1. cum alijs omnibus seqq. volum.
primo, quòd testamentum tunc inualidum quip-
pe sit, etiam si factum conditumque sit citato ma
rito oretenus domi per nuntium absque citatio-
ne in scriptis.
Sed contrarium tenet Vincen. Maxilla in con-
suet. Ciuitatis Bari, in rub. qual. mul.alie.permis.
sit,

sit, num.23. quòd huiusmodi statutum non teneat. Et statutum annullans vxoris testamentum conditum absque viri consensu non valere, firmauit Thobias Nonius, consi.18. num.2. Consensusque iste in fauorem viri non ad integrandam personam vxoris à dicto statuto ex igitur, ibi nu. 3. Ideo poterit vir illi renunciare, ibidem num.4. ac semel præstitus sufficit pro validitate etiam secundi testamenti, ibi. num.7.

ARGVMENTVM.

Vsque ad quam ætatem possunt mulieres & homines procreare filios: quòd mulier nupta non habeat potestatem sui corporis, retineatq; claritatem sui generis; & ei relictò vsufructu bonorum viri, quomodo vti possit.

SVMMARIVM.

1 *Mulier quinquagenaria rarò concipit, partus tamen legitimus, sed probationes clariores requiruntur, vt Henricus Imperator suam vxorem talem palam parere voluisset: & quando sit finis tam in muliere quàm in homine.*

2 *Septuagenarius & octuagenarius etiam generare possunt.*

3 *Matrimonium inter senes ad solatium per legem Iuliam Papiam concessum.*

4 *Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir; & econtra.*

5 *Secundus Philosophus interrogatus, quid esset mulier, qualiter eam descripserit.*

6 *Mulieres nuptæ modò non plebeis, nobilitatem sui generis retinent in honorantijs.*

7 *Mulieri vsufructu bonorum suorum à viro legato, cella vinaria, oleariaq; plena relicta ad ipsam non pertinent.*

8 *Vsufructuarius bona sibi ad vtendum concessa conseruare ac gubernare, qualiter teneatur.*

9 *Impensa modica ad vsufructuarium, magna verò ad proprietarium spectat, & tutam integramque suis sumptibus præstare tenetur.*

10 *Vsusfructus rei stabilis vxori relictus, qualiter pertineat.*

DECISIO CCXLVI.

1 MVLIER † in quinquagesimo anno cessat à sobole, & rarò visa est concipere: & licèt quandoque eueniat partus, erit legitimus, & ad hoc probandum requiruntur probationes clariores: & ideò Henricus Imperator voluit, quòd sua vxor huius ætatis, palam pareret, vt discurrit Sylua Nuptialis, lib.2.col.8. Ludo. de Sardis, in tract. de nat. lib. ac suc. eorum, §. de filiationis probatione, num.8. & hinc est, teste Aristot. lib.7. Politicorum, quòd finis generationis in viris, vt plurimum est numerus 70. annorum: in mulieribus autem quinquaginta. Et sicut impregnatio, secundum eundem Aristot. lib.9. de Animalibus, accidit mulieribus naturaliter post menstruum; ita illudmet menstruum cessat post quadraginta quatuor annos in mulieribus ipsis: in aliquibus verò remanet vsque ad quinquaginta.

2 † Et ita ad fauorem septuagenarij, quòd potuisset generare ea ætate, iudicatum extitit in facti contingentia Fiuizani, atque Florentiæ, teste Borgnino Caualcano, decis.64. sub nu.6. de contractibus. Et sic etiam deperi in libris aui mei paterni dulcis memoriæ, illum contraxisse secũdum matrimonium in anno 64. ætatis suæ, cum vxore iuuene, ex eaque suscepisse (Deo annuente) octo filios, sex masculos, & duas fœminas; quos quidem filios, & patruos, amitasque meas, & genitorem etiam bonæ memoriæ omnes noui optimæ formæ: taliter quòd viribus vtendo semper firmis, generauit vsque ad annum 80. & vltra, & ad fauorẽ octuagenarij consuluit Simon de Prætis, consi.8. nu.26. cum alijs seqq. vol. 1.

3 Est tamen bene verum, † quòd matrimonium inter senes ad solatium, per legem Iuliam Papiam concessum extat. l. si maior. C. de legitimis hæredibus, & l. sancimus. C. de nupt. ibi Saly. Bal. Ang. & alij vniuersaliter omnes, Ias. in l. 1. col. 12. ff. soluto matrim. & Cassan. in consuet. Burg. in rub. 4. num. 1.

4 Cæterùm compertum quidem est, † quòd mulier non habet potestatem sui corporis, sed vir, & econuerso, c. non debet, de consangui. & affin. & Pau. ad Corinth. 1. c.7. ita scribit, Bonum est homini mulierem non tangere: propter fornicationem autem vnusquisque suam vxorem habeat, vxori vir debitum reddat: similiter autem & vxor viro: mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir. similiter autem & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. nolite fraudare inuicem: nisi fortè ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi: & iterum reuertimini in idipsum: ne tentet vos Sathanas, propter incontinentiam vestram.

5 Et † interrogatus Secundus Philosophus, quid esset mulier, teste Laer. Diog. de vita & morib. philosophorum, respondit, Hominis cõfusio, insatiabilis bestia, continua sollicitudo, indefinens pugna, quotidianum damnum, solitudinis impedimentum, uiri incontinentis naufragium, adulterij vas, perniciosum prelium, animal pessimum, pondus grauissimum, aspis insanabilis, & humanum mancipium.

6 Sed animaduerte, † quòd mulieres nuptæ, dũmodò non nubant plebeis, retinent claritatem, & nobilitatem sui generis in honorantijs, & sedendo, ac persistendo inter alias mulieres. l. 1. C. de dignitatibus. lib. 12. & ibi Bar. secus verò si mulier nobilis nuberet plebeio: tũc enim dubio procul perderet nobilitatem, seu dignitatem, vt ibi. Econtrario autem si plebeia mulier nuberet nobili, efficeretur nempè tunc nobilis absque dubio aliquo. l. fœminæ, ff. de senatoribus. & l. mulieres. C. de dignitatib. lib. 12.

7 Est tamen bene verũ, † quòd mulier cui vir bonorum suorum vsumfructũ legauit, non debet ea mulier cellis vinarijs & olearijs plenis relictis putare id ad se pertinere: vsus enim non abusus legatus est. ea sunt inter se contraria, ita Cicero lib.

Topi-

Topicorum. Reminisci etenim quilibet tenetur hominem ad laborem natum, attestante Iob cap. 5. qui si aliqua de causa circa victum, & vestitum conqueri velit, id ægrè ferre debet, modò ei prouideatur, secundum loci consuetudinem, à qua non est recedendum, vt prodidit Inno. Abb. Bero. num. 89. & seq. & alij vniuersaliter omnes in c. cum omnes, de constit.

8 In tantum, † quòd vsufructuarius tenetur bona sibi concessa ad vtendum, & cætera, conseruare in bono statu, & ad vsum patrisfamilias, diligẽter colere: aliàs ob eius negligentiam, non curando aliter seminare, vel alia ad culturam necessaria agere, in præiudicium proprietatis, posset vtique proprietarius agere, atque experiri ad damna, & interesse contra vsufructuarium, & eius hæredes, vt apertè prodidit Tiraq. de retract. conuen. §. 5. glo. 4. num. 29. Ias. in l. si quis nec causam, §. res pignori, num. 2. ff. de reb. cred. Ruin. consi. 80. num. 4. volum. 1. & consi. 46. num. 7. & seq. vol. 2. & est tex. in l. si vsusfructus. §. denique, & ibi Glo. ff. de vsufruc. & quemad. quis vtatur. Imò proprietarius tunc posset indiscriminatim quidem expellere etiam vsufructuarium, & ab eo auferre ius vsusfructus, vt firmauit cũ alijs signatis per eum, Borgnin. Caualcan. in tract. de tuto. & cur. & de vsufruc. mulieri relicto. c. 9. nu. 157.

9 Imò † modica impẽsa spectat, & pertinet quoque ad vsufructuarium, magna verò ad proprietarium, & sartam tutam, integram, atque incolumem, suis sumptibus præstare tenetur. l. cum ad quem vsusfructus, vbi Bal. Pau. Castren. & alij, ff. de vsufruc. & habitat. Borgnin. Caualcan. cũ magno nempe apparatu in d. tract. de tuto. & cur. & de vsufruc. cap. 9. num. 160. & Io. Pet. Surd. consi. 62. num. 4.

10 Est tamen bene verum, † quòd si maritus legaret vxori vsumfructũ alicuius rei stabilis, & sic talis fundi, in quo haberet boues aratorios testator ipse, non possent tunc vllo modo illi amoueri per hæredem ad præiudicium vsufructuariæ: cũ pertineant quidem ad commoditatem vsusfructus, sintque etiam fundi instrumenta, vt firmat Bal. in l. item si fundi, §. seminarij, ff. de vsufruc. & quem admod. quis vta. & Marc. Mant. in apoph. 498. ad idem, vbi in medium referauit ita extitisse aliàs iudicatum, prout non semel tantum sic iudicauit etiam in varijs causis sacra Regia Audientia Barensis in anno 1589. & sequenti, & ita denique vidi semper quoque iudicari, & infimul practicari, in diuersis tribunalibus sine scrupulo aliquo. Et rationes huiusce decisionis aliàs assignaui concludentes, & palpabiles in Sylua communium opinionum, in opinio. 683. Redditus, nu. 6. cum alijs seqq. lib. 2. Sed vsufructuarius, in præsenti casu, morientib. aliquib. animalibus, tenetur alia eiusdẽ generis in locum mortuorum ponere, & cõsignare, tempore restitutionis vsusfructus, vt per Parisconsi. 96. nu. 6. & seq. vol. 2. & Borgnin. Caualca. in tracta. de tutore & curato. & vsufruct. cap. 9. sub num. 84.

ARGVMENTVM.

Confessio mulieris stupratę facit indicium ad torturam contra nominatum stuprantem, ex quo est delictum occultum.

SVMMARIVM.

1 *Confessio mulieris contra adulterum, ad torturam indicium facit.*
2 *Adulterium occultè fieri, ac non nisi per coniecturas probari solet.*
3 *Iudex in adulterio falsaque moneta atque in similibus occultis ad torquendum promptior esse debet.*
4 *Iudex in furtis domi commissis familiares, aliosque commorãtes torquere, summatimq; circa hoc procedere potest. & quomodo intelligendum, nu. 10.*
5 *Custodes in furtis nocturnis ob difficilem probationem torqueri possunt.*
6 *Probationes per coniecturas, minusque plenæ in delictis occultis admittuntur.*
7 *Socij participesque criminis in delictis, in quibus aliter veritas haberi non potest, admittuntur.*
8 *Confessio sola delinquentis non est sufficiẽs indicium ad torturam, quando inquisitus de socijs licitè interrogari potest.*
9 *Furtum est ex casibus, in quibus interrogatio de socijs licita est.*
11 *Nominatio sola & confessio delinquentis, quando sit sufficiens indicium ad torturam.*
12 *Speciale vbi quid est, in contarium est ius cõmune.*
Antonius Sarracenus à Iuuenatio Archidiaconus, vir magni ingenij acie, & præstantia præditus.

DECISIO CCXLVII.

1 CONFESSIO, † ac assertio sola mulieris cõtra adulterum, facit indicium sufficiens ad torturam, vt consuluit in terminis Paul. Castren. consi. 348. Notandum, quòd adul-
2 terium, colum. fin. volum. 1. motus, † quia adulterium ipsum solet occultè fieri, & non solet aliter probari, quàm per coniecturas, per ea, quæ habentur in c. præterea, extra de testib. & in c. cum probatio, ff. de probat.
3 Pro qua quidem sententia facit etiam † quoniam in adulterio, falsa moneta, & similibus delictis, quæ occultè fieri consueuere, iudex debet esse promptior atque facilior ad torquẽdum, vt per Bal. in l. 3. col. 1. C. de episco. audien. Alexan. in l. fin. in addi. ad Bart. ff. de quæstio. Paridemque de Put. in tracta. syndicatus, in ver. tortura. nam pro huiuscemodi delicto torquetur etiam tota familia. l. in crimine, ff. de adulter.
4 Imò † in furtis in domo commissis iudex habet super hoc potestatem torquẽdi familiares domus, & alios, qui commorabantur in ea, & procedendi circa hoc summatim, vt inquit formaliter Bar. in l. vnica, §. fin. in fi. ff. de fur. aduer. nau. per tex. in l. quotiens, & in l. de summersis, C. de naufra. & ita profitetur ibi se aliàs obseruasse Pisis, dũ
5 casus occurrisset de facto. In tantum, † quòd vbi

furta fiunt de nocte, possunt torqueri etiam custodes propter difficultatem probationis. l. 1. & ibi Bar. ff. de offi. præfecti vigil.

6 Prout postremò, † generaliter in delictis, quæ occultè fieri consueuerunt, admittitur quoque probatio per coniecturas, & admittuntur probationes minus plenæ, per ea, quę cumulauit Marsil. in l. de minore, §. plures, col. 13. ff. de quæst. Alex. in l. fin. eod. ti. Ias. in repet. l. admonendi, col. 112. ff. de iureiur. & in l. si quis ex argentarijs, §. prætor ait, colum. pen. ff. de eden. Felyn. in c. veniens, il 2. colum. 9. extra de testib. & Afflict. in constit. Re-

7 gni, Si damna clandestina, colum. 7. † & sic in delictis in quib. aliter veritas haberi nō potest, tunc admittuntur socij, & participes criminis, ita Rober. Mar. cum alijs ibi aggregatis per eum, in con sil. 18. num. 14.

Sed abiecta, depositaque vetere illa sententia Pauli Castrens. in d. consi. 348. aliam opinionem diuersam, contrariamq; amplector, tanquam verissimam, quòd imò sola assertio, & confessio criminosi, non sit sufficiens indicium ad torturam si

8 ne alijs indicijs, & adminiculis. † nam licèt aliàs essemus in casibus, in quibus inquisitus licitè possit de iure interrogari de socijs: tamen sola confessio delinquentis minimè foret sufficiens indicium ad torturā, vt per Alber. de Rosate, & Saly. in l. fi. per no. ibi per Glo. C. de accusat. & ita consuluit Alex. consi. 89. Viso themate, colum. 2. vol. 3. & firmauit etiam Marsil. in l. 1. §. diuus, col. 1. & seq. ff. de quæstio. & in pract. in §. diligenter, asserens ibi ita magis communiter teneri, quod quidem non nihil extollit quoque Grammat. in uoto 6. in prin.

Nec itidem potest vllo vnquam modo isthæc Pauli Castrens. sententia in præmemorato con-

9 sil. 348. procedere in iure: † nam vnus ex casibus, in quibus licita est interrogatio de socijs, est inquam in furto, de quibus per Glo. in l. fi. C. de accusat. & est tex. in l. prouinciarum præsides, C. de serijs. qui loquitur de furtis, & latrocinijs, quę absque dubitatione aliqua occultè fieri consueuere: & nihilominus concedunt ibi Docto. communiter, quòd in illis casibus nō sufficit sola confessio socij criminis contra aliquem nominatum pro eo torquendo.

10 Nec † obstare videtur illa obiectio, superius allegata, quòd in furtis exquirendis torquentur domestici, & vicini: quia illud re ipsa procedit, locumque obtinet, si extent aliàs suspecti, & viles, ita quòd iudex ex qualitate personæ eorum ita arbitretur, vt voluit Bal. limitando hoc dictum in l. 1. in princ. C. locati, Barto. in l. fin. colum. 2. ff. de quæstio. & Paris de Put. in tracta. syndicatus, in ver. tortura.

Concludo itaque, fretus in stabilibus iuris re-

11 gulis, † quòd sola nominatio, & confessio delinquentis non sit aliter sufficiens ad inducendum effectum torturæ, nisi vrgeant, concurrantq; alia etiam indicia contra nominatum. cuius quidem dicti ratio reddi potest illa, quam ponit Paris de Put. in loco antesignato, asserēs, quòd confessus, est verè facinorosus, de cuius crimine constat ex eius confessione, & consequenter est persona vilis etiam, & abiecta: vnde sibi nō est vllo pacto credendum in præiudicium tertij, ne dicat in illius odium, seu speret ex persona illius liberationem, vt inquit tex. in l. fin. C. de accusat. tamen coadiuuat alias probationes. Quodque fallit in crimine hæresis, quod est maiestatis diuinæ, & contra maleficos, & magos, cōtra quos proceditur ad torturā pensata qualitate personarum, vt ibi per eum.

12 Ex quibus quidem quàm optimè infertur, † quòd si speciale hoc dicitur in crimine hæresis, ergo in contrarium est ius commune. ita arguit Bart. in l. fi. ff. de appel. rec. bonus text. in l. 1. ff. ad municip. & in c. contra morem, 100. dist. Glo. in l. fi. in ver. vsque adeo, C. de his, qui ad ecclesi. confug. Ang. Aret. in §. in personam, Instit. de actio. Remanet igitur firmiter concludendum, quòd doctrina Pauli de Castro, pace tanti Doctoris dixerim, vt non procedat de iure, quòd in crimine adulterij sola confessio mulieris faciat inditium sufficiens contra nominatum, & inculpatum per eum. & ita vidi aliàs solito apparatu consultum etiam per illustrem D. Archidiaconum Ant. Sarracenum de Iuuenatio, virum suis temporibus tali ingenij acie, ac præstantia præditum, vt neminem eadem tempestate in Regno, sibi anteferri potuisse omnes prædicent.

ARGVMENTVM.

Non potest cedi seu alienari & in alium transferri vsusfructus: & si ceditur, vel alienatur, consolidatur cum proprietate: secus verò in commoditate vsusfructus, quia potest bene cedi & alienari.

SVMMARIVM.

1 *Vsusfructus per vsufructuarium cedi alienariq; seu in alium transferri nequit, & cur, nu. 4.*

2 *Vsusfructus de translatione si diceretur, de commoditate sola intelligeretur.*

3 *Vsusfructus si per vsufructuarium proprietatem non habenti cederetur cum proprietate cōsolidaretur.*

5 *Vsusfructus locatio vsque ad quinquennium expirat statim secuta morte conductoris.*

6 *Vsusfructus & alimentorū ius minimè uendi potest.*

7 *Fideicommissum uniuersale ante restitutionem emanatam cedi nequit.*

DECISIO CCXLVIII.

1 Vsvsfrvctvs † alteri cedi, vel alienari, seu in alium transferri per vsufructuariū non potest. ita Barto. in l. si quis vsusfructus, q. 1. ff. de vsufruc. leg. Fabian. de Monte in tract. de empt. & vendit. quæst. 4. principali, num. 53. Hierou. Gabriel. consi. 162. Pro cuius quæstionis resolutione, num. 11. & sequen. volu. 2. Bero. consi. 189. A veris terminis, num. 9. volu. 1. Vinc. Maxilla in consuetudinibus ciuitatis Bari, in rub. de iure dot. §. mulier licet, nu. 53. Bal. quem omnino vide, consi. 384. volu. 4. Sed sola vtique com

moditas

moditas ipsius vsusfructus in alium transferri dubio procul posset.§.fin.Inst.de vsufruc.Guliel.Redoan.in tract.de reb.ecclesiastico alienan.q.24. rub. quid de vsufructuario,côductore,&c.nu.1.& seq.

2 Et hinc est, † quòd si de vsufructus translatione diceretur,fieret vtique interpretatio, quòd commoditas,tunc sola concessa censeretur;vt per Cravet. consi.52. nu.5.Bal.consi.335.Quædam mulier,vol.1.& Curt.iun.consi.142.col.pen. Tiber. Decian.consi.2.nu.68.vol.1.

3 Imò † vbicunque cederetur vsusfructus extraneo, idest non habenti proprietatem per vsufructuarium, tunc ille vsusfructus reuerteretur absque dubio aliquo ad proprietarium,& sic consolidaretur cum proprietario,l.si vsusfructus fundi, ff.de iure dotium, & §.finitur, Institu.de vsufruc. & ita glos.Rimin.iun.consi.68. num.4. volum.1. prout ita iudicauit etiam sacra Regia Audientia Barensis,in anno 1589. in causa tunc vertente inter aliquos de ciuitate Monopolis,& huic opinioni acquiescit etiam Aurel.Corbul.in tract.de causis ex quib. emphiteuta iure suo priuetur,de causa priuationis ob renunciationem, sub nume.8. Bertran.consil.165.Supplicata,sub num.3.vol.5. Corne.consi.208.num.8.volum.3. Borgnin.Caualcan.in tract. de vsufruc. mulieri relicto,cap.9. num.66.& sequen.& num. 171. vbi vtiliter quidem illam limitat,atque interpretatur,& ampliat etiam Corne.in d.consil.208. sub nu.8.volum.3.

4 Vsusfructus † ideo cedi non potest, quia ille non potest separari à persona,sicut matrimonium, ita Alber. in l.si seruus communis, nu.6. ff.de stipul. seruorum. Et quia natura quidem est, vt vsusfructus reuertatur ad proprietatem. d.§.finitur. Hieronym.Grat.consi.133.nu.5.vol.1.& vltra Doct. vniuersaliter omnes in d. l.si vsusfructus. tenet Anton.Gomes.in commentar. variarum resolut. tomo 2.cap.15.num.17.de seruitutibus,vbi concedit etiam vsufructuarium ipsum non posse alienare aliquo titulo oneroso,vel lucratiuo, & alienando vsumfructum consolidari cû proprietate. Sed circa hoc contrarium firmat, & meritò quidem,vbi apostilla in litera E.

5 Nec nô † locatio facta alicui vsusfructus vsque ad quinquennium non transiret vtique ille tunc ad hæredes suos vsque ad finem conductionis si moreretur côductor ipse,durante quinquennio. sed expiraret,atque resolueretur locatio statim,secuta morte conductoris,vt per Glo. Bald.& alios vnanimi côsensu omnes in l.si dominia, C.de vsufruc.per tex.ibi ita vniuersaliter interpretatum,atque receptum, teste Cremen.singu.171.Locaui. Est bene tamen verum, quòd Caualcan. in d.tracta.de vsufruc. num.171. absolutè quippe concedit,vsufructuarium posse solummodo alteri locare ad tempus commoditatem vsusfructus: non autem ius vsusfructus, per tex. in d.§.finitur, Instit. de vsufructu.

Et quemadmodum vsusfructus alteri cedi ne-

6 quit:† ita pari modo ius vsusfructus,& ius alimentorum vendi minimè posset,vt per Bart.in l.cum Titio, ff.ad leg. Falcid. quàmuis circa præsentem rem distinguat optimis quidem rationibus, Fabian.de Monte in tract. de empt. q.4. principali, sub num.53.& seq.

Et sicuti vsusfructus ipse alteri cedendus non

7 est,† ita quoque fideicommissum vniuersale ante restitutionem emanatam, cedi minimè posset.l.si mulier,§.ex asse,ff.de iure dotiû, Ias.no.57. Arct. col.1.& alij vniformiter omnes in l.is potest, ff.de acq. hæred. Neuizan. cum alijs signatis per eum, consi.33. Beatus homo,num.17. vbi vtiliter quidem tradit practicam, ac veram normam ad fauorem cessionarij pro conseruando iure suo.

ARGVMENTVM.

Semper procurator debet præsentare mãdatum, & legitimare suam personam, aliter non est audiendus, etiam si promitteret de rato.

SVMMARIVM.

1 *Personæ prius quàm res in causarum discussione de ordine iuris spectandæ, aliàs hoc prætermisso, iudice ad merita principalis causæ procedente, licitè in foro ciuili appellari posset: cuius dicti duplex ratio assignatur, nu.2.*

3 *Personam suam plenè legitimare tenetur alieno nomine comparens.*

4 *Comparens,ex quo non docet de mandato,vlterius à iudice admitti non debet.*

5 *Coniunctus pro coniuncto absque mandato in beneficialibus non admittitur, licèt aliàs regulariter sic.*

6 *Cautio rati à procuratore sine mandato non sufficit, cum tantum locum habeat, si mandatum principalis producatur, maximè in procuratore ad exigendum solutionemque recipiendam, nu seq.*

8 *Substitutio procuratoris, mandato substituentis cum speciali potestate substituendi, nô apparente, non sufficit, & licèt mentio asserti procuratoris fiat, quod non appareret, non probaret.*

DECISIO CCXLIX.

1 ORDO † iuris expostulat,vt prius de personis, quàm de rebus quæratur in causarû discussione.l.quidam referunt,ff.de iure codicillo.l.si rem, C.de ordine cognitio. & in l. Titia, ff.solu.matrim.

2 Imò † si hoc prætermisso vellet iudex ad merita principalis causæ procedere, posset vtique tûc licitè, etiam in foro ciuili appellari, teste Bal.in l. 2.in fi.eod.tit. de ordine cognitio. cuius quidem dicti,duplex ratio assignari potest. primò nempe ne iudicium postea reddatur elusorium,vt in c.1. extra de procurat. secundò itidem, quia aliàs sequeretur, quòd non habens apertè mandatum posset illi præiudicare. quod esset contra naturalem æquitatem.l.si quis in suo,C.de inoff.testam. & l.factum,ff.de reiud.& Bart.in extrauag. ad reprimen.in ver.sine figura iudicij,circa medium.

Et quamuis in causa procedatur summariè, & de plano: nihilominus tamen in iudicio quâtum cunque summario debet plenissimè de hoc con-

 stare:

3 stare: † & comparens alieno nomine tenetur plenè legitimare personam suam, secũdum Glo. Bar. & alios vniuersaliter omnes in l. 2. C. de edicto diui Adriani tollen. eundemq́; Bart. in d. extrauag. Bal. in l. fin. col. 11. vers. octauo stude, C. de edicto diui Adriani tollen. Alexan. in l. à diuo Pio, §. si super rebus, col. 1. ff. de re iudi. & Marsil. in l. si quis ne quæstio, col. 2. ff. de quæstio.

4 In tantum, † quòd iudex ipse ex quo comparẽs non docet de mandato, non debet vlterius illum admittere, teste Glo. in c. 1. in ver. absentia, de electio. lib. 6. Gl. & Doct. omnibus in l. Pomponius, §. rati, ff. de procura. & in l. 2. C. de iura. calum. Innoc. in c. pastoralis, extra de except. Imo. in l. ex cõsensu, §. fin. ff. de appel. & in l. 2. §. 1. ff. de vulg. & pupil. & Alex. & alijs omnibus vniuersaliter in l. ita demum, col. 2. vers. octauò fallit, C. de procur.

5 Et † licèt cõiunctus admittatur regulariter pro coniuncto, absque mãdato: tamen in beneficialibus non admittitur vllo quidem modo coniunctus ipse pro coniuncto. c. fi. in fi. de iudic. lib. 6. & notant Doct. omnes in l. exigendi, C. de procura. & in l. sed & hæ, ff. eo. tit.

Sed ad institutũ redeundo animaduertendum
6 est, † quòd neque sufficeret cautio rati, ab asserto procuratore oblata: quoniam illa se ipsa locum sortitur ita demum si producatur mãdatum principalis, & de viribus illius dubitatur propter exceptiones rei, pro faciliori expeditione causarum, prout declarant Bar. Bal. Alex. Imo. & alij vniformiter omnes in l. 1. C. de procura. Abb. & cæteri Canonistæ in c. 1. extra eo. tit.

7 Imò cautio rati regulariter nõ admittitur, † & tanto magis, vbicunque sumus in asserto procuratore ad exigendum, & solutionem recipiendam, quo casu agens debet plenè docere de mandato suo, & cum cautione non admittitur vllo modo, secundum Glo. in l. non solùm, §. qui alieno, ff. de procur. Guil. de Cun. & Bal. ibi, Cyn. Saly. & Bal. in l. 1. C. eo. tit. Paul. Castren. in l. si iure, §. cum autẽ, ff. rem rat. haberi. quicquid asseruerit ibi Bart. vbi Alex. in addi. profert contra eum extare, vrgereq́; etiam communem omnium Doctorum sententiam, & iure quidem, propter cautionis fragilitatem, arg. eorum quæ habentur in l. qui ita, §. 1. ff. ad Trebel. & ita iudicauit post longam disceptationem sacra Regia Audientia Barensis, in anno 1589. in causa tunc vertente inter aliquos mercatores ciuitatis Bari.

8 Postremò † minimè sufficeret substitutio facta procuratoris, non apparente mandato substituentis cum speciali potestate substituendi procuratores. & licèt fiat mentio de mandato asserti procuratoris, quod nullatenus appareret, huiusmodi mentio tunc haudquaquã probaret: cũ non reperiatur totus tenor registratus in actis. ita Alex. in proprijs terminis in procuratore, in auth. si quis in aliquo documẽto, col. 3. vers. septimò fallit, C. de eden. post Inn. in c. cũ in iure, in fi. extra de offi. deleg. & sequuntur Feli. Abb. & alij vnanimiter omnes in c. quoniam contra falsam, extra de probat. & Bar. in l. chirographis, ff. de adminiſt. tut.

ARGVMENTVM.

Quando pupillus succedit patri, & causa est conclusa, non potest habere primum & secundum beneficium: sed si datus est terminus ipsi pupillo, quamuis veniat ex persona aliena, tunc competit sibi primum & secundum beneficium.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus actori vel reo succedens, in causa concluso, an, & quando primum, secundumque beneficium petere possit.*

2 *Pupillus vt hæres conuentus pro contractu paterno, maternove, proprium priuilegium forique allegare declinareque nequit.*

3 *Pupillis concesso ad probandum termino, restitutio in integrum competit.*

DECISIO CCL.

1 PVPILLVS † succedens actori, vel reo non potest petere primum, & secũdum beneficium per medium restitutionis in integrum ad vberius, pinguiusque probandum, vbicunque lis reperiretur inchoata cum eius patre, & ad conclusionem redacta: tunc enim mortuo patre maiore, lite ipsa pendente, & in termino ipsius conclusionis reperta, pupillus ipse non vtens aliter iure suo, sed veniens, vt hæres patris, cui non competebat restitutio in integrum, prędictum primum, & secundum beneficiũ petere nequit vllo modo, ita Bar. in l. cum filius. §. in hac, ff. de ver. obli. & Afflic. in consti. Obscuritatem, nu. 17. & sic iudicauit Regia Audientia Apuliæ, sub die 5. mensis Decembris 1583. me existente in ea tunc Auditore, & causæ Cõmissario, in causa Angeli, & Caroli de Lisio, cum quo reperiebatur cæpta lis. & ita iudicauit etiã sacrũ Consiliũ Neap. teste Affl. decis. 212. litigatur inter maiores, in prin.

2 Nec non † pupillus citatus, conuentusque vt hæres patris pro contractu paterno, vel materno minimè valeret allegare proprium priuilegium: & consequenter priuilegium fori declinare nequiret, verum stare teneretur, vbi pater stetisset, vt in ritu 234. Item vbi pupillus, vel pupilla citatus, & ibi Carauita, vbi nu. 1. explicat contrarium obseruari de iure communi. Sed D. meus Vinc. de Franch. decis. 364. Instructo processu, nu. 4. in 2. par. tenet, quòd pupillus non declinat forum, vbicunque cõuenitur ex contractu defuncti, vel ex quasi contractu, vel administratione tutelæ.

3 Sed ad rem redeundo, aduerte, † quòd vbicunque ipsis pupillis, & minoribus in memorato casu foret concessus terminus ad probandum, vel aliquid aliud per eosdem pupillos in eadem causa actum esset: tunc enim illis indubitanter quidem competeret restitutio in integrũ, ita Afflic. per doctrinam Bar. in d. l. cum filius, §. in hac, in d. decis. 212. in fi. vbi ad lucem adducit sic decisum fuisse aliàs in magna Curia Vicariæ, in Regia Camera Summariæ, & in sacro Consilio.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Nullum operatur effectum protestatio, quando est contraria actui: sed si non repugnat actui, interpretatur vt non sit recessum ab actu.

SVMMARIVM.

1 *Protestatio contraria actui protestantē non releuat.*
2 *Protestatio id, quod indebitē fit, non excusat, quia cōtraria facto videtur.*
3 *Vasallus alienans feudum domino irrequisito cū clausula, saluo iure domini, an perdat feudum.*
4 *Instrumentum producens, eoque vti velle declarans cum protestatione in parte & partibus, &c. vti dolosa non releuatur.*
5 *Habitum monachalem deferens protestansque animo profitendi non deferre, si habitus distinctus non sit, protestantem non releuat.*
6 *Protestatio voluntatem sententiamque nostram declarat.*
7 *Actus voluntarij per protestantem limitari possunt.*
8 *Protestatio accusati de hæresi, quòd se suaque scripta Sedi Apostolicæ submittat, quid operetur.*
9 *Faciens contra suam protestationem, ei renunciare videtur.*

DECISIO CCLI.

1 PROTESTATIO contraria facto nihil operatur, † & consequenter protestatio contraria actui non releuat protestantem. l. qui in aliena, §. Celsus, ff. de acquir. hæred. Cæpolla in tract. cautelarum, cautela 22. Consilium, nu. 2. Ant. Bard. in tract. de temp. vtili, vel continuo, cap. 11. num. 17. Legistæ vniuersaliter omnes in l. non solum, §. morte, ff. de noui oper. nuncia. Neuizan. consi. 52. Omnipotens Deus, num. 35. Riminal. iun. consi. 306. Cum pax, num. 20. volu. 3. Aurel. Corbul. in tract. de causis, ex quibus emphyteuta iure suo priuetur, de causa priuationis, ob non solutum canonem, limit. 21. nu. 3. & seq. Bertran. consi. 150. Vidi casum, num. 2. volu. 8. Prosper Pasethus, consi. 125. Non possum, num. 26. & consi. seq. num. 3. Gozad. consi. 3. num. 21. Dec. in c. sollicitudinem, num. 21. extra de appell. Fely. Ripa, cęterique Canonistæ vnanimi concursu omnes in c. cum M. Ferrariensis, de constit. per tex. ibi, Tibe. Decia. consi. 51. Et prima fronte, nu. 97. & seq. volu. 2. Riminal. iun. consi. 529. Primò, num. 44. volu. 5. Bero. consi. 105. Viso processu, num. 10. & consi. 173. Tota, nu. 14. vol. 3. & consi.
2 93. Circa, num. 53. vol. 1. Et sic † protestatio non excusat id, quod indebitè fit, & hoc quia videtur contraria facto. d. c. sollicitudinem, & facit secundum Hosti. ibi contra quendam officialem, qui stultè quidem fecit hominem suspendi, saluo iure suo. Facitque etiam ad quæstionem quotidianam, vt per Abb. in c. 2. circa finem, de feud. vbi
3 dicit, † quòd si vasallus alienauit feudum irrequisito domino, sed apposuit clausulam, saluo iure domini, nunquid sit locus illi c. vt nihilominus perdat feudum, allegat Bald. in c. 1. quæ sit causa benefi. amitt. concludentem quòd sic, quoniam factum subsequens discernitur contrarium protestationi, vt in c. ea te, de iureiur. & ibi Doct. In-
4 ducitur quoque hoc idem ad propositū, † quòd producens instrumentum, declaransq; eo vti velle, & maximè cum protestatione in parte, & partibus &c. tunc talis protestatio tanquam contraria facto, & dolosè facta, ob falsitatem repertam, non releuat producentem, imò ille puniri posset, vt per Bero. consi. 22. Super dubijs, num. 34. vol.
5 3. Facitque denique ad quæstionem, † vtrum deferens habitum monachalem, protestansq; illum non deferre animo, & intentione profitendi, tūc si habitus distinctus non sit, talis protestatio, cum contraria facto appareat, non releuat protestantem, tamquam habentem contra se præsumptionem iuris, & de iure, vt firmauit Abb. in c. postulasti. de regular. secus verò si protestans deferret cum huiuscemodi protestatione habitum distinctum, tunc iuuaret profectò protestatio isthæc, vti ex iusta causa facta, vt per Abb. in c. ex parte, de regular. Armil. in sum. in ver. nouitius, num. 10. versi. deferens habitum, & Tabiens. pleniori cornu, in summa, in ver. nouitius, num. 8. versic. septimò vtrum deferens habitū. tunc enim si protestatio directò non repugnat actui, interpretatur ipse actus, vt non intelligatur recessum à protestatione, vt per Grat. consi. 10. Quæritur iterum, num. fin. volum. 1. Gozad. consi. 10. num. 1. & 33.
6 Et ratio ea est, † quoniā protestatio declarat voluntatem, & sententiam nostram. l. & si quis, §. sed interdum. ff. de relig. & sump. fun. & l. pro hęrede, ff. de acqui. hæred. prout etiam protestans, quòd non intendit renunciare priuilegio suo; vel quòd soluit exemptionem suam, cum hac protestatione expressa, quòd immunitas sua salua sit: tunc etenim valet protestatio ipsa, releuat atque iuuat:
7 cum † re ipsa actus volnntarij possint limitari per protestantem ipsum, ita Barto. in l. 1. C. de his qui spon. Abb. & Fely. sub num. 30. versi. quintò limita, in c. cum accessissent, de constit. Neurza. in d. consi. 52. num. 42. & consi. 80. Benedictus, num. 23. Riminal. iun. consi. 321. Iusta, num. 18. volu. 3.
8 Prout † protestatio accusati de hæresi, quòd se, ac omnia scripta sua iudicio sedis Apostolicę submittit, operatur re ipsa, ne contra eum procedi queat vllo quidem modo: sed tunc solummodo monendus est, & dicta, vel scripta sua corrigenda, cap. fin. de summa Trini. & fide cathol. Tibe. Decia. cum alijs aggregatis per eum, consi. 8. Grauia, num. 128. & 178. volu. 1. quam quidem regulam ita explicatam vtiliter quidem interpretatur quomodo locum suum sortiatur, Alcia. consi. 6. Cum causa lęsæ maiestatis, num. 22. tomo 2. lib. 7. Ant. Bard. in d. tract. de temp. vtili, vel continuo, cap. 11. sub num. 17. & Ioan. de Amicis, consi. 2.
9 nu. 13. cum alijs seqq. vbi firmat, † quòd veniens, faciensque contra suam protestationem, videatur ab ea tunc procul dubio recedere, eiq; etiam penitus renunciare, & tandem complexus est sententiam etiam cum magno Doctorum cumulo Ioan. Petr. Surdus, consi. 136. Suborta, num. 43. licèt, & malè, senserit contrarium Matth. Brun.

consi.129. In casu de quo quæritur, num. 11. & seq. vol.2. & ita iudicauit sacra Regia Audientia Barensis de mense Iunij, in anno 1589. in causa in aliquos de ciuitate Bari agitata.

ARGVMENTVM.

Contumax citatus pro causa criminali punitur tertia parte bonorum mobilium. idem etiam si fuerit per præsidem prouinciæ citatus super causa ciuili. & vtrum cõtumax in causa, in qua non venit imponenda pœna, nisi pecuniaria posit per procuratorem comparere: & quid seruatur in Regno.

SVMMARIVM.

1 *Contumaciæ effectus vnus in Regno inter alios considerandus quo ad pœnam tertiæ partis bonorum mobilium & annotationis contumacibus infligi solitam.*

2 *Constitutionis, Grandis vtilitas, dispositio de citato pro crimine capitali, vbi pœna corporis afflictiua imponitur.*

3 *Constitutionis, Pœnam nouem vnciarũ, dispositio contra citatum pro re ciuili à iustitiario prouinciæ.*

4 *Citatus & per annum contumax, in delictis, quibus bannum foriudicatioque non sequatur, vt in persona impunè offendi posit, omnia bona perdit, etiã si aliter de delicto non constaret, nisi per contumaciam, quin etiam captus in carcere causam dicet.*

5 *Pœna capitalis, seu bonorum publicatio vbi contra contumacem absentem inferenda non venit, ad diffinitiuam licitè proceditur.*

6 *Citatus per procuratorem comparere potest, vbi pœna corporalis imponenda non venit, sed bonorum publicatio.*

7 *Procuratorem in casu etiam, quo admittitur, iudices inquirentes repellunt, vt melius à principali de facti veritate se informent, prout citatus ad informandum pro crimine vsurarum in Regno personaliter comparere debet.*

8 *Vsurarum crimen, quamuis publicum sit, vsurarius tamen non torquetur sufficientissimis etiam indicijs extantibus, cum publicatio tantum bonorum ei infligatur.*

DECISIO CCLII.

1 CONTVMACIÆ † finis, & effectus, vnus inter alios in Regno considerandus est, idest quo ad pœnam incursam per contumacem tertiæ partis bonorum mobilium, & annotationis, quæ contumacibus infligi consueuit, iuxta formam constitutionis Regni, Grandis vtilitas, positæ in rubrica de pœna contumaciæ.

2 Quæ † quidem constit. loquitur in criminalibus causis, cum ea disponat, ac discurrat de citato pro crimine capitali, vbi venit imponenda pœna corporis afflictiua: in quibus inquam casibus proceditur tantum ad bannum, & foriudicationem, vt ibi per Andr. de Iser. Afflict. & alios Regnicolas vniuersaliter omnes: & extra hos casus, de iure communi erat pœna arbitraria, iudicis citantis arbitrio reseruata, secundum magnitudinem causæ, & personarum qualitatem, vt habetur per omnes scribentes in l. vnica, ff. si quis iusdicen. non obtemp.

3 Tamen † hodie in Regno cum citatio emanauerit pro re ciuili à iustitiario prouinciæ, etiam si esset pro causa ipsa ciuili, posset vtique tunc citatus puniri ad tertiã partem mobilium, statim post vltimam contumaciam accusatam, quam etiam comparendo, non recuperat, per dispositionem constit. Regni, Pœnam nouem vnciarum, quæ indistinctè procedit in iustitiario citante, secũdum Glo. vltimam ibi.

4 Imò † licèt post contumaciam regulariter pro talibus minoribus excessibus, & delictis nõn sequatur bannum, & foriudicatio, vt contumax ipse impunè valeat in persona offendi: tamẽ si pro huiuscemodi delicto citatur, vbi venit imponenda pœna pecuniaria, seu minor relegatione, & cõtumax per annum minimè comparuerit, vtique perdit tunc omnia bona sua, etiam si aliter de delicto non constaret, nisi per contumaciam: imò si captus fuerit, in carceribus causam dicet, & itidem si innocens esset repertus, in pœnam contumaciæ in eodem carcere perseuerat pro rata temporis contumaciæ, vt disponit cap. Regni 155. Siue quis sit forbãnitus, & ibi Io. Ant. de Nigris, nu.3. cum alijs seqq. quod quidem cap. est dubio procul in viridi obseruantia, attestante Neapod. in commento etiam inibi.

Est bene verum, quòd quo ad bona fisco applicanda, seruatur forma constit. Regni, Foriudicatorum bona, vt habeatur ratio filiorum, & parentum.

Et si volumus considerare commodum contumaciæ, quia absens condemnari quidem nequeat diffinitiuè, facilis & cómoda adaptabitur respon-
5 sio: † quia, cum non veniat pœna capitalis inferenda, seu bonorum publicatio, licitè contra contumacem proceditur ad diffinitiuã, iuxta ea quæ habétur in l. absentem, ff. de pęnis, & in l. seruum quoque, §. publicè, ff. de procur. & per Afflict. in præmemorata const. Grandis, in 3. no.

6 Cæterùm † in præsenti casu, cum non veniat imponenda pœna corporis afflictiua, verum publicationis bonorum, potest citatus tunc per procuratorem comparere, vt probat text. in l. cũ rem pecuniariam, C. de procurato. Barto. Imola & alij vniformiter omnes, in l. pen. §. ad crimen, ff. de public. iudic. & ita in proprijs terminis in crimine vsurarum decidit Glo. in consti. Regni, Vsurariorum, in ver. deferendi; cui accedit ibi etiã Afflic. col. fin. constantissimè quidem inibi firmantes, quòd pro accusato pro tali crimine potest procurator interuenire.

7 Tamen † iudices inquirentes, ẽt in casu, quo admittitur procurator, dicunt, Compareat principalis, tanquam legalior, & melius instructus de facto, & mediãte huiuscemodi cautela repellunt procuratorem: quia volunt se informare ab ipso principali de veritate facti, & cautelam hanc ponit Cyn. in l. reus, in fi. C. de accusat. & sentit Glo.

Bart.

Bart. Alex. Iaſ. & alij communiter omnes in l. fin. C. de procura. idemmet Barto. in l. 2. §. defendi, ff. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eat. & Ang. in tract. maleficiorum, in gl. videns, quòd inquiſitus non comparebat, colum. 3. verſ. quid ergo dicendum eſt. & ita obſeruatur in Regno abſque ſcrupulo aliquo, vt citatus pro crimine vſurarũ ad informandum, teneatur comparere perſonaliter, & per procuratorem nullatenus admittatur.

8 Et † quamuis crimen vſurarũ publicum quippe reputetur, ſaltem vigore Regiæ Pragmaticæ: tamen cum pœna infligenda contra vſurarios ſit tantum publicatio bonorum, & conſequenter à relegatione infra, quòd non poteſt ex tali cauſa, de iure vſurarius torqueri, etiam ſi contra eum vrgerent, extarentque ſufficientiſsima indicia, & argumenta, prout dictat, cap. Regni 144. Tormẽta, quod quidem capitulum eſt in viridi obſeruantia in magna Curia Vicariæ, teſte Grammat. in voto 15. In cauſa nobilis Ioannis de Thomaſio, num. 12. & ita firmat etiam Paris de Put. in tract. ſyndicatus, in ver. tortura, c. an in cauſa pecuniaria, & Io. Ant. de Nigris in d. cap. 144. Tormenta, num. 12. & ibi Apoſtilla. & illudmet c. obſeruatur quoque, indiſtinctè quidem, non ſolùm in ipſa magna Curia, ſed in toto Regno etiam.

ARGVMENTVM.

Neminem excuſat ignorantia iuris, præter mulieres, in quibuſdam caſibus.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia iuris communis, neminem excuſat, lataque culpa dicitur.*
2 *Statuta etiam ignorantes ligant poſt duos à die publicationis menſes.*
3 *Ignorantia iuris eo magis non excuſat quòd quis peritiores conſulere neglexerit.*
4 *Ignorantia iuris excuſat, vbi dolus requiritur.*
5 *Ignorantia iuris in certis caſibus à iure expreſſis in muliere toleratur, præſumiturque atque excuſat, vbi de damno euitando tractatur, nu. ſeq.*
7 *Ignorantia regularum non omnes excuſat, ſicut extrauagantium.*
8 *Ignorantia iuris quo ad fructus in mala fide non conſtituit quenquam.*
9 *Poſſeſſor malæ fidei præſumitur & ſi iuris ignorantiam alleget.*
10 *Ignorantia iuris quæ in muliere præſumitur, & in minore.*

DECISIO CCLIII.

1 IGNORANTIA † iuris communis, ſeu vniuerſalis neminem excuſat. l. error. C. de iuris, & facti ignor. & cap. ignorãtia, de regu. iur. lib. 6. Quoniam ſcire iura quilibet tenetur. l. leges, C. de leg.

Imò iuris ignorantia dicitur dubio procul lata culpa, vt per Alexan. conſi. 77. colum. 2. volum. 3. Barto. in l. 9. Nerua, col. 6. ff. depoſ. Riminal. iun. conſ. 484. Annus, nu. 20. vol. 5. Bertran. conſ. 278. Etiam, nu. 2. vol. 8.

2 In tãtum, † quòd ſtatuta ligant etiam ignorantes poſt duos menſes à die publicationis, vt prodit Abb. Dec. Bero. nu. 49. & 52. & alij omnes vniuerſaliter, in c. cognoſcentes, de conſtit.

3 Et † tanto magis ignorantia ipſa iuris non excuſat, quanto quòd quis potuerit conſulere peritiores, idque aliter non egit, vt per Glo. Alexan. Iaſ. Dec. & alios vniformiter omnes in l. iuris ignorã-

4 tia, C. qui admitti. † attamen ignorantia iuris excuſat, vbi dolus requiritur, vt per Angelum in l. ſi quis id quod, ff. de iuriſdict. omn. iudic. Dec. conſil. 604. colum. 2. conſi. 605. & conſi. 667. num. 6. quibus in locis vnà ſimul cum Ruino, conſil. 23. lib. 1. conſuluere pro Duce Grauinæ, eum non teneri pœna criminis læſæ Maieſtatis, vel alia, licèt ſumpſerit arma cum inimicis Cæſareæ Maieſtatis cõtra Terras ipſius, ex quo dolus argui non poterat in eo, qui crediderit ſibi id licuiſſe: quoniã licentiam tunc habebat Viceregis Regni componendi ſe cum inimicis ipſis, pro ſtatu ſuo recuperãdo: prout in caſu ſimili in cauſa ſyndicatorum ciuitatis Canuſij, dum tractabatur de pœna incurſa per eos, in arctando Capitaneo ſyndicando terminum Regiæ Pragmaticæ, ita extitit ad eorum fauorem iudicatũ in ſacra Regia Audientia prouinciæ Terræ Bari, ſub die 10. Ianuarij 1589. me aſsidente tunc in ea Auditore, & huiuſce cauſæ commiſſario.

5 Sed † ignorantia iuris toleratur in muliere in certis caſibus in iure expreſsis, non autem in omnibus. l. regula, §. 1. ff. de iuris, & fac. igno. & l. fin. C. eo. ti. Corne. conſi. 245. num. 19. vol. 1.

6 Eſt tamen bene verum, † quòd iuris ignorantia præſumitur regulariter in ipſa muliere, vbicunque tractatur de damno euitando, eamque tunc excuſat, vt per Bart. in l. bonorum, ff. de bon. poſſ. Rimin. iun. conſi. 462. ſub num. 4. & 6. volum. 4. Corne. conſi. 226. num. 13. volu. 1. & conſil. 165. num. 37. volum. 2.

Et ſic ignorãtia iuris facilius in muliere, quàm in altero præſumitur. l. cũ de indebito. §. ſi autem is, ff. de probat. Barto. & Alexan. & alij in l. ne paſſim, C. de iuris, & fac. igno. & Cæphal. conſi. 377. Nobilis, num. 58. volum. 3. Corne. conſi. 26. num. 9. volum. 2.

7 Nec † ignorantia regularum excuſat omnes, ſicut ignorantia extrauagantium, vt tradit Abb. & alij omnes in c. paſtoralis, de fide inſtru. & Bal. in c. ex cauſis, de re iud. Riminal. iun. conſil. 462. Proponitur, nu. 3. & 62. vol. 4.

8 In tantum, † quòd ignorantia iuris quo ad fructus minimè gentium conſtituit aliquem in mala fide. Bar. in l. hæredem, ff. de his, quibus vt indig. & l. ſi fur, in principio, ff. de vſu. Menoch. conſil. 214. Iuri, nu. 44. vol. 3.

9 Eſt tamen bene verum, † quòd regulariter præſumitur malæ fidei poſſeſſor, etiã ſi iuris ignorantiam allegaret, vt per Io. And. Dy. & Philip. Fran. num. 2. in c. qui contra, extra de reg. iur. in 6. nam ignorantia iuris cauſat præſumptã malam fidem, Thom. Doccius, conſ. 130. nu. 5.

Et

10 Et † quemadmodum ignorantia iuris præsumitur in muliere, ita eadem iuris ignorantia præsumitur etiam absque scrupulo aliquo in minore. l.regula, ff. de iuris, & facti ignor. Bertrand. consil. 386. Viso diligenter casu, num. 8. volum. 4. Riminal. iun. consil. 462. Proponitur, nume. 4. & seq. volum. 4.

ARGVMENTVM.

Miles non conuenitur, nisi coram magistro militum, & sic etiam gaudent priuilegio militari Vigiles.

SVMMARIVM.

1 *Miles, si tamen militans sit, forum magistri militum sortitur, nec nisi coram eo conuenitur.*

2 *Milites non militantes, militaribus priuilegijs non gaudent.*

3 *Vigiles re ipsa milites dicuntur, militumq; militando gaudent priuilegijs.*

4 *Miles ob suum crimen ad magistrum militum cum omnibus actis causæ remittitur, & quomodo id procedat,*

DECISIO CCLIIII.

1 Miles † sortitur forum magistri militum, & non conuenitur, seu accusatur, nisi coram eo, nec ab alio punitur. l.2. ff. de re milit. cum alijs concordantibus iuribus, citatis per Spec. in tit. de reo, §. 1. num. 1. vbi explicat hoc de plano quidem, & sine scrupulo aliquo locum obtinere in milite militante, & non aliter, & est tex. etiam, & ibi And. de Iser. in constit. Regni, Vt vniuersis, prout ita in facti contingentia extitit iudicatum in sacra Regia Audientia Terræ Bari, sub die 9. Nouembris 1589. me asidente in ea tunc Auditore, & causæ commissario, contra aliquos de ciuitate Ruborum, dum percusserant lapidibus aliquos milites, tūc in actu militari repertos, sub vexillo, vt causa isthæc remaneret in eadem sacra Regia Audientia, & in ea cognosceretur, & terminaretur.

2 Et ratio huiusce conclusionis ea est, † quoniam milites non militantes nō gaudent priuilegijs militum. l. pen. & ibi Bal. C. de testam. milit. & Doct. omnes in l. si duas, §. Grāmatici, & præsertim Bar. de excus. tut. & in l. fi. C. de testam. mili. Afflict. in constit. Regni, Intentionis, sub num. 28. lib. 1. de illicita portatione armorum, rubr. 9. & Io. Anton. de Nigris, in cap. Regni 263. Emergentium, sub num. 16.

3 Imò † Vigiles dicuntur re ipsa etiam milites, taliter quòd gaudent quoque & ipsi, absque controuersia aliqua, militādo priuilegijs militaribus, quemadmodum & alij veri milites. l. vnica, vers. item milites vigiles, ff. de bonorum possess. ex testamen. militis, & Glo. in l. filiusfamilias, ff. de militari testamento, & sic fuit in eadem sacra Regia Audiētia Terræ Bari, sub die 10. Nouemb. 1589. post acerrimas, & longas magnificorū vtriusque partis aduocatorū dissentiones, mediante d. l. vnica, ex improuiso per me tunc allegata, decisum, causam, & querelam propositam contra Petrum Columbarum, qui interfecerat in Terra Baruli Ludouicum Vulpicellam in actu militiæ, & custodiæ eiusdem Terræ, remanendam, atque diffiniendam in eademmet sacra Audientia.

4 In tantum, † quòd miles ob eius crimen remittitur indubitáter quidem ad magistrum militum cum omnibus actis causæ. tex. est in l. si miles, C. de exhibendis, & transmittendis reis, vbi Saly. sub num. 1. & seq. hoc accuratissime interpretatur ita procedere, quòd præses prouinciæ cognoscit de delicto militis commisso in sua prouincia: taliter quòd si extra prouinciam perpetretur crimē per militem, conuenitur tunc sub magistro militum: si verò in prouincia, sub præside ipsius. & sic non semel tantum vidi decisum, & practicatum in facti contingentia in Regia Audientia Apuliæ, in anno 1583. & seqq. dum aliqui milites commorantes sub vexillo, ob eorum delicta, eo tempore commissa, in ciuitate Luceriæ, extitere condemnati in eadem Regia Audientia, me asidente tunc in ea Auditore, & earundem causarum commissario.

ARGVMENTVM.

Multa de argumentis, & quando sunt valida, & quando non.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum à verisimili, in iure optimum valet ad sentētiam proferendam, si est violenta præsumptio: in interpretandisque vltimis voluntatibus atque alijs actibus plurimum valet, cum à iure naturali procedere dicatur.*

2 *Argumentum à verisimili, etiam quòd præsumptio violenta sit, in criminali ad condemnandum non valet, sed ad defensam, nisi dissimilitudo aliqua appareat.*

3 *Argumentum de similibus ad similia licitū, vbi eadem militat ratio, omnimodaq; adest similitudo. Ampliatur tamen & limitatur, remissiuè.*

4 *Argumentum à iudice ad testatorem, & econtra, validum.*

5 *Argumentum à dispositione legis, vel statuti ad testatoris dispositionem, & de testamento ad statutum, valet.*

6 *Argumentum de statuto ad iura communia, vel con suetudinem, validum est.*

7 *Argumentum de consuetudine ad pactum iuratum saltem negatiuè, valet.*

8 *Argumentum de statuto ad pactum, quomodo valeat; sed nullum desumitur ex prisca Hebraica lege, quatenus natiuam iuris naturalis vim habeat.*

9 *Argumentum de contractibus ad vltimas voluntates, & econtra, in iure optimum: & quando procedat. Limitaturque, vbi diuersa reperiatur ratio, num. seq.*

11 *Argumentum de vltima voluntate ad contractum & econ-*

& econtra, affirmatiuè, non autem negatiuè procedit.

12 *Argumentum à sufficienti partium numeratione in iure validissimum, sicut valet etiam à sufficienti diuisione. Ampliatur tamen non modo in dictis vtriusque iuris, verũ in alijs quoque testiũ, nu.13. Limitatur verò, vt nu. 14.*

15 *Argumentum à communiter accidẽtibus receipitur, validissimumque in iure. quod enim frequenter contingit, verisimile dicitur, præsumique solet. Ampliaturq; in probanda meretricia turpitudine, & in materia probationis, efficaxque est ad sententiam ferendam etiam de crimine ciuiliter, nume. 16. & 17. Limitatur tamen, si communiter accidens admodum rarum foret, nu. 18.*

19 *Argumentum ab æquiparatis, vt dispositum in vno, & in altero, validum est in casibus tantum, in quibus æquiparatio facta reperitur, & quomodo procedat.*

20 *Aequiparatorum eadem dispositio.*

21 *Argumentum ab æquiparatis, semper valet, vbi facta est per omnia, sine in omnibus, & per omnia, nisi ratio diuersitatis extaret.*

22 *Statutum de nouo in vno æquiparatorum trahitur etiam ad aliud; dispositioque etiam exorbitans loquens in vno in æquiparatis extenditur ad alium, & num. 23.*

24 *Argumentum ab absurdo vitando, optimum & vtile, locum habens in contractibus, testamentis, statutis atque rescriptis.*

25 *Argumentum à sapius iudicatis & solitis valet, in materiaque probationis optimum, atque in interpretanda contrahentium mente, & quæ ipsius ratio.*

26 *Nouitates semper euitãdæ, cum discordias pariant, odiosæque sint ac tristissimi euentus plenæ, vbi nulla euidens vtilitas appareat: in homagijsque induci non debent: euitariq; insuper debent ob scandala, nu. 27.*

28 *Nouitates tentans reprehendi debet, nouitatibusque tanquam odiosis non est fauendum.*

29 *Mutanda non sunt, quæ semper eandem habuerunt interpretationem.*

30 *Prouincia quælibet suos mores, suasque obseruantias habet, à quibus non recedendum, cum suo sensu abundet, nu. seq.*

32 *Nouis in rebus cõstituendis euidens vtilitas esse debet, vt à iure, quod diu æquum visum est, recedatur: & in veteribus consuetudinibus ritibusq; qualibet ratio in consuetudinem transiens, & persuasiua sufficit.*

33 *Argumentum ex ordine contextuque scripturæ validum, ab ordineque litera rectè deducitur.*

34 *Ordo scripturæ firmiter obseruandus venit, maximè vbi euitaretur peccatum fauorque resultaret.*

35 *Arma legibus anteponenda: & an milites, Doctores præcedere debeant, & nu. 37.*

36 *Doctoratus est dignitas, & an etiam militia.*

38 *Argumentum ex ordine titulorum sæpissimè fallax, regulariter non valet.*

39 *Argumentum de matrimonio carnali ad spirituale procedit.*

40 *Matrimonij carnalis & spiritualis differentia multa, vt de vna ad alteram arguere volens similitudinem probare debeat.*

41 *Argumentum de actore ad reum in materia etiam correctoria bonum est. & quare, num. 42. 43. & 44.*

43 *Actor & reus ad imparia iudicari nõ debent: suntq; correlatiua, nn. seq.*

45 *Illatio ex correlatiuis fit.*

46 *Argumentum à reciprocis seu correlatiuis, fortissimum ad declarationem cognitionemque alterius ex eis.*

47 *Argumentum ab alluuione ad ius accrescendi valet, non autem ad id, quod hominis fit artificio, & num. seq.*

49 *Argumentum de loco publico ad flumen publicum procedit.*

DECISIO CCLV.

1 ARGVMENTVM † à verisimili, in iure probatisimum, & optimum, & valet, & tenet ad sententiam proferendam, si præsumptio foret violenta. l. in obscuris, ff. de reg. iur. Antonius Ciofius, consi. 106. Lis, num. 3. volu. 1. Hieronym. Gabriel. consi. 167. Vt clarisimè, nu. 33. volum. 2. Tiber. Decian. consi. 62. Ex præmissa, num. 72. vol. 3. Corne. consi. 205. num. 9. volu. 2. Ant. de Burgos in c. ad nostram, nu. 44. de empt. & vendit. Alphonsus de Mendoza in tract. de benefic. incompatibilibus, in 1. par. cap. 23. num. 28. Menoch. consi. 306. Etsi controuersum, num. 16. vol. 4. & consi. 434. Cum causa hæc, nu. 43. vol. 5. vbi merito quidem concedit huiusccemodi argumentationem à verisimili in interpretandis vltimis voluntatibus, & alijs actibus plurimum valere, Nicolaus Euerard. in tract. de centum mod. argumentan. in iure, in loco à verisimili, fol. 75. versicu. nonò valet ad proferendam sentẽtiam. nam dicitur à ratione naturali procedere. Rimin. iun. 2 consi. 171. num. 41. volum. 2. Quodque † ibi exprimit procedere in causa ciuili, non autem in criminali, allegatque hoc idem ad aliàs quamplures decisiones, taliter quòd argumentum ipsum à verisimili, non valet ad condemnandum in criminalibus, etiam quòd præsumptio violenta sit, vt per Io. Pet. Surdum, consi. 132. Contra, num. 57. Sed à verisimili ad defensam probat. Marc. Ant. Eug. consi. 63. nu. 28. & seq. lib. 1. non tamen si aliqua appareat dissimilitudo, ibi num. 48. & ita aliàs iudicauit sacra Regia Audiẽtia Barensis, sub die 8. mensis Augusti 1589. ad fauorem Francisci Antonij de Mola.

3 Et quemadmodum argumentum à verisimili validum dicitur: † ita argumentum de similibus ad similia, similiter licitum est. cap. in causis, de re iud. l. 1. C. de liber. præter. Riminal. iun. cõsi. 499. Et in primis, num. 57. vol. 5. Bero. consi. 4. Viso toto præsenti processu, num. 6. vol. 1. Grat. consi. 30. num. 31. vol. 1. Corne. consil. 225. num. 3. volu. 1. consi. 79. num. 8. consi. 165. num. 25. volum. 2. & consi. 281. num. 6. volum. 3. Cauens. in ritu 284. num. 8. Francis. Ponsinibius in tract. de lamijs, & excellentia vtriusque iuris, num. 51. vbi hoc vtiliter

liter declarat, & ampliat, & D. meus Ranaldus Ridolphinus in oratione 2. pro notho, legitimo facto, num. 26. Corn. consi. 126. num. 6. vol. 3. Dionisius de Franciscis, consi. 58. In causa, num. 18. inter consi. matrim. lib. 1. & Nicolaus Euerard. in locis topicis, in loco 10. à simili, vbi in decem etiam casibus limitat, & D. meus Ranaldus Ridolphinus in oratione pro pupillo, sub num. 137. & seq. Barbat. consi. 50. Clementissimum, num. 7. vol. 4. vbi limitat etiam in vno casu locum non sortiri, id est in correctorijs, & vbi de pœna priuationis agitur, limitat quoque Bero. cons. 54. Concludendum, num. 20. volum. 3. Quod quidem argumentum de similibus ad similia, sine scrupulo procedit, vbi militat eadem ratio, vt per Corne. consil. 240. num. 9. vol. 1. Et vbi omnimoda adest similitudo, cum ex diuersis non fiat illatio. D. Marc. Anton. Eugen. consi. 63. num. 48. & seq. lib. 1.

4 Similiterque † argumentum à iudice ad testatorem, & econtra, validùm etiam est l. non est mirum, ff. de pignor. actio. Ias. in 2. lect. nu. 47. Ripa, num. 61. & alij vniuersaliter omnes in l. nemo potest, ff. de leg. 1.

5 Nec non † argumentari licet etiam à dispositione legis, vel statuti ad dispositionem testatoris. Beccius consi. 112. num. 15. volu. 1. & econtra de testamento ad statutum. l. si quis legauerit, vbi Bar. ff. de leg. 1. Menoch. consil. 204. Est difficilis, nu. 39. volum. 3. Simon de Prætis, consi. 163. In materia, nu. 62. volu. 1. Rom. consi. 123. col. 2. Alex. consi. 185. nu. 6. volum. 2. Tiber. Decian. consi. 87. Perpensa, num. 17. vol. 2. Grat. cons. 27. num. 7. & consi. 40. nu. 7. vol. 1. Cæphal. cons. 541. Cum testator, nume. 30. volum. 4. Prout † argumentum

6 de statuto ad iura communia, vel cõsuetudinem, similiter validum est, vt aperit Simon de Prætis, consi. 144. Bonifacius, nu. 40. vol. 1. vt si statutum non valet, minimè valeat consuetudo, teste Bart. cõs. 136. Capitaneus, & Tiber. Decian. consi. 100. Et quia, nu. 56. vol. 2.

7 Possumusque † etiam arguere ex cõsuetudine ad pactum iuratum, vt obseruauit Bart. in l. fi. C. de pact. Ripa in l. 3. de donat. c. 6. num. 8. Quod quidem argumentum de consuetudine ad pactũ valet, saltem negatiuè, vt aperit Tiber. Decian. consi. 21. Et quamquam, num. 73. vol. 1. & cons. 7. Contendunt, nu. 73. vol. 3. & cons. 19. Quo ad primum, nu. 42. eod. vol.

8 Et † ita etiam valet argumentum de statuto ad pactum. l. fi. C. de fide. Barto. Ias. & alij omnes in l. non impossibile, ff. de pact. Tiber. Decian. consi. 13. Duo sunt, num. 61. volum. 2. Corn. consi. 276. num. 7. vol. 4. & argumentum hoc de pacto ad statutum, & econuerso, quomodo valeat, explicat Ruin. consi. 109. num. 19. volum. 4. Crot. in repet. l. stipulatio hoc modo concepta, num. 4. ff. de verborum oblig. Rober. Maran. consi. 1. num. 3. sed argumentum nullum desumi potest ex prisca, veterisque Hæbraica lege, nisi quatenus natiuam vim naturalis iuris habeat. Dom. Soto, in quarto sent. dist. 40. q. vnica, art. 3. col. 3. vers. igitur Doctores huc deberent oculos conijcere.

9 Similiterque † argumentum validum est & in iure optimum, de contractibus ad vltimas voluntates, & ecõtra, l. seruum filij, §. eum qui, ff. de leg. 1. l. fi. C. de leg. Ias. in l. quæ de legatis, ff. de leg. 1. Simon de Præt. conf. 112. num. 14. volum. 1. Bertran. consi. 401. Punctus, nu. 5. volum. 6. consi. 213. Ex themate, num. 5. volum. 7. consi. 272. Viso casu, nu. 6. volum. 8. & consi. 334. Pro declaratione, num. 4. eod. vol. Corneus, consi. 85. num. 5. vol. 1. consi. 174. num. 9. & consi. 199. num. 56. volum. 2. & consi. 238. num. 8. volum. 4. Rimin. iun. consil. 112. num. 18. volum. 2. Vincent. Maxil. super consuet. ciuit. Bari, in rub. §. necessitas, nu. 1. & in rub. de iure dot. §. mulieri, nu. 36. Albericus in l. cum in annos, num. 2. ff. de ann. leg. & quando procedat hoc argumentum, explicat idem Albe. in rub. ff. de pact. Riminal. iun. cum alijs aggregatis per eum, consi. 269. Magnificus ac strenuus, num. 18. volum. 3. Hieronym. Gabriel. consil. 85. Magna,

10 nu. 9. vol. 2. Neuizan. consi. 2. num. 34. Vbi † meritò quidem hoc limitat, locum nõ obtinere, vbi diuersa reperiretur ratio, & est text. in d. l. seruum filij, §. eum qui, vbi Bar. Bald. Ang. Pau. Castr. Ias. & alij vnanimi consensu omnes, ff. de leg. 1. Rim. iun. in §. fi. nu. 2. & 12. Insti. de testa. Laur. de Pinu consi. 76. nu. 21.

11 Cæterum † argumentum hoc de vltima voluntate ad cõtractum, & econtra, procedit de plano affirmatiuè, non autem negatiuè, quia quod fieri potest in vltima voluntate, potest fieri etiã in contractu, vt explicat Ang. in l. pactũ inter heredem, in prin. ff. de pact. Bertr. consi. 303. Visis duobus casibus, sub nu. 8. vol. 4.

12 Imò † argumentum à sufficienti partium enumeratione, est etiam in iure optimum, atque validissimum. l. filiusfamilias, ff. de leg. 1. Bal. in l. conuenticulam, C. de episco. & cler. Simon de Prætis consil. 49. Visis instrumentis, num. 7. consi. 132. In causa, nu. 51. consi. 176. Domo, nu. 15. & consi. 193. In causa domini, nu. 6. volum. 1. Bart. consi. 9. nu. 13. & Io. Bapt. de Plotis, consi. 132. sub nu. 9. inter consi. crim. in 1. volu. in fol. Bero. consil. 76. Requisitus, num. 2. vol. 2. & consi. 202. Inspectis, num. 9. volu. 3. Cæphal. consi. 328. Sententia, nu. 17. volu. 3. Ang. de Gambilionib. Aret. consi. 17. nu. 16. vol. 1. Euerard. in sua centuria, in loco 51. à partium enumeratione, in princ. Grat. consi. 26. nu. 20. consi. 35. num. 1. consi. 37. nu. 31. & consi. 76. nu. 38. volum. 1. Rolan. consil. 4. nu. 28. consi. 20. num. 1. consi. 27. nu. 5. consi. 46. nu. 14. consi. 72. num. 19. volu. 3. Rimin. iun. consi. 193. nu. 25. & consi. seq. num. 92. vol. 2. Signorol. de Homod. consi. 61. sub num. 15. in fine, consil. 90. num. 15. consi. 101. num. 2. & consi. 167. nu. 7. Sicut etiam valet argumentum à sufficienti diuisione, ita Io. de Monte Sper. consi. 6. nu. 11. vol. 1.

13 Et † isthęc conclusio adeo vera extat penes omnes nostrates, vt meritò amplificari quidem possit, locum quoque sortiri, nedum in dictis vtriusque iuris: verum in alijs dictis, etiam testium, vt concedit Euerard. in loco antesignato 51. ante fi. vers. & procedit istud argumentum, vbi ad finem vsque discurrit etiam aliqua pręsentis speculationis commoda exempla.

Sed

14 Sed † eadem conclusio, quòd argumentum ipsum à sufficienti partium enumeratione, validum sit, ita amplificata, limitatur primò, atque procedit, vbicunque partes sufficienter quidem enumerarentur: secus verò si in enumeratione, aliqua pars omitteretur, secundum Baldum, Abb. & alios in cap. cum venerabilis, de excep. Glo. & Paul. Castrens. in l. cum hi, §. si prætor, ff. de transact. Firman. in suo repertor. in ver. argumentum, vers. argumentum à sufficienti partium enumeratione, Euerard. in d. loco 51. post medium, vers. & quòd istud argumentum non procedit.

15 Prout † argumentum à communiter accidentibus recipitur etiam, Ioannes de Monte Sper. consil. 1. num. 16. volum. 1. quod enim communiter, aut frequenter cõtingit, verisimile id dicitur, præsumique à iure solet. Crauet. consi. 606. num. 14. & consil. 631. num. 7. lib. 4. & est in iure validissimum. ita Gl. in l. neque natales, C. de prob. Alex. consi. 36. in fi. volum. 5. Bertran. consi. 16. Præsupponitur, num. 3. volum. 7. & consi. 152. Punctus quæstionis, nu. 4. & consi. 159. Dudum, nu. 6. eodem vol. consi. 237. Ex processu, num. 6. volum. 8. Marsil. secundè quidem in sing. 1. Laurent. de Pinu, consil. 168. num. 10. Soc. sen. consi. 93. col. 3. vers. postremò, lib. 1. consi. 187. col. 5. vers. nam arguendo, vol. 2. & consi. 205. col. 3. vers. quintò facit, eodem vol. Sfort. Oddus in tracta. de restit. in integrum, q. 37. num. 87. Mascard. in tract. de probat. conclus. 5. nu. 2. vol. 1. Alphons. de Mendoza in tract. de benefic. incompatibilib. in 1. par. c. 24. nu. 124. Riminal. iun. cum alijs signatis per eum consi. 9. num. 24. consi. 31. num. 25. & consi. 107. lib. 1. Quærirur in præsenti causa, num. 146. vol. 3. & consi. 261. In causa D. Ginebræ, num. 40. consi. 320. Cum clarissimus, nu. 9. eod. vol. & consi. 585. Defuncto, num. 57. vol. 5. Hierony. Gabriel. consi. 167. Vt clarissimè, num. 34. vol. 2. Ang. de Gambilionib. Aret. consi. 40. nu. 17. & consi. 43. num. 2. volum. 1. Prosper Pasethus consil. 22. In causa reuerendarum, num. 4. Tiber. Decian. consi. 41. Super qua difficultate, num. 5. volum. 3. Cæphal. consil. 607. Præsupposita, num. 17. vol. 4. Corn. consi. 198. num. 15. volum. 2. Cauens. in ritu 287. nume. 8.

16 Et sic † argumentum ipsum à communiter accidentibus validum quoque est in probanda meretricia turpitudine. Mascar. in tract. de probat. conclu. 103. num. 20. vol. 1. Et sic in materia probationis. l. non hoc, vbi Ias. C. vnde leg. Soc. cons. 42. vol. 1. Alex. consi. 36. in fi. volu. 5. Bero. consi. 20. Visa facti specie, num. 22. vol. 2. & Dec. consi. 184. col. 2. Riminal. iun. consi. 26. num. 43. vol. 1. & Mascar. conclu. 670. num. 7. vol. 2. Ant. de Burgos in tract. de empt. & vendit. in c. ad nostram, sub num. 15. eod. tit. & idem Riminal. iun. consi. 292. Cum Reuerendus, num. 27. volu. 3. Corn. consi. 273. num. 6. vol. 1. consi. 113. num. 2. vol. 2. consi. 283. num. 3. volu. 3. Tiber. Decia. consi. 49. Primò, num. 24. vol. 2.

17 Taliter † quòd argumentum ipsum à communiter accidentibus, efficax est itidem ad ferendam sentẽtiam, etiam de crimine ciuiliter, vt per Prosper. Paseth. consi. 111. In causa magnificorum, num. 29. & seqq.

18 Cæterum † hæc claudicant locum non sortiri, vt argumentum ipsum à communiter accidentibus teneat, nec valeat, vbicunque communiter accidens foret multum rarum, vt per Cagno. in l. si emancipati, nu. 81. C. de collat. Prosperum Pasethum, consil. 152. Pro resolutione dubiorum, nume. 2.

19 Item † argumentum ab æquiparatis, vt scilicet dispositum in vno, habeat locum & in alio, validum est etiam in iure. Laurentius de Pinu, consi. 136. num. 6. Beccius, consi. 8. num. 9. volu. 1. Alcia. in repet. l. 1. §. eadem, nu. 60. ff. de verb. obliga. sed obtinet locũ in his duntaxat casibus, in quibus reperitur facta æquiparatio, non autẽ in alijs, ita Glo. in l. omnes dies, in ver. apostolicæ. C. de ferijs, & in c. si postquam, §. fin. in ver. prouisio, & ibi Domini. de electio. in 6. & Rip. in l. rem quæ nobis, in 1. not. ff. de acqui. poss. Cæph. consi. 537. Diligenter, num. 19. vol. 4.

Est tamen bene verum, quòd argumentum de vno ex æquiparatis ad aliud, procedit in eo, in quo æquiparantur, licèt æquiparata in alijs differant, c. per venerabilem, qui filij sint legitimi. Bero. consi. 15. Pro responsione, nu. 10. vol. 2. Et ra-
20 tio ea est, † quoniam æquiparatorum eadem est dispositio, vt per Glo. & alios omnes, in l. si quis seruo, C. de fur. Cagno. in l. prætor, num. 5. ff. de reg. iur. Ias. in auth. quas actiones, num. 19. C. de sacrosan. eccle. Glo. & Canonistæ omnes in d. c. si postquam, §. fin. & Tiraquel. in tract. de retract. consang. §. is fructus, Glo. 1. num. 11. & seq. & sic illa sunt reipsa similia, quorum sunt diuersi termini, & vna ratio, seu qualitas, l. quæritur, ff. de statu hominum.

21 Sortiturque † etiam locum argumentum hoc ab æquiparatis, vbicunque æquiparatio foret facta per omnia, siue in omnibus, & per omnia: tũc enim valeret argumentum ipsum indistinctè, & in omni casu, ita Hierony. Grat. consi. 26. Videtur Tiberium præferendum, num. 64. vol. 1. Ripa in l. 1. num. 2. ff. de leg. 1. vbi exprimit hoc esse valde vtile ad multa, neminique obscurum est, argumentum prædictum procedere etiam, vbi militat eadem ratio: secus verò si extaret ratio diuersitatis. tunc enim argumẽtum ipsum ab æquiparatis, sumi aliter nequiret, vt per Abb. in c. translato, de consti. & in c. cum Marthæ. de celeb. miss. & Euerard. loco 10. versi. quartò non procedit. Procedit igitur tale argumentum in duobus æquiparatis à iure communi per modum regulæ, & vbi viget eadem ratio. Laur. de Pinu, consi. 168. nu. 10.

22 Est bene verum, † quòd statutum de nouo in vno æquiparatorum, trahitur etiam ad aliud, ita Glo. in l. quod vero, ff. de legib. & in l. si quis seruo, vbi etiam alij omnes Doct. C. de furt. Steph. de Federic. de interpret. iuris, in 1. par. num. 90. & Corn. consi. 82. In hac consultatione videtur primo aspectu dicendum, nu. 13. cum alijs seqq. vol. 2. vbi assignat rationem ex authoritate Gl. in d. c. si postquam, quòd æquiparata faciunt, quòd dispositio, etiã exorbitans, loquens de vno in æquiparatis,

paratis, extendatur ad alium, & ſequitur etiã Iaſ. in l.poſsideri, aliàs, l. 3. num. 19. ff. de acqui. poſſeſ. Abb. in cap. prudentia, num. 10. de mut. petitio. & Barto. in l.ſi conſtante, num. 29. & ſeq. ff. ſoluto matrimo.

23 Et conſequenter iſthęc theorica, † quòd diſpoſitio ſuper vno ex iam æquiparatis, cenſeatur etiã diſpoſitum ſuper altero, prout videmus in l. in tãtum, §. 1. ff. de ſer. corrup. vbi æquiparatur filius ſeruo, quo ad illam actionẽ, vt competat ſibi vtilis, ſuperuenit. l. ſi quis ſeruo, C. de furt. inducens caſum nouũ, & ſpecialem, quærit ibi Glo. ex quo lex illa nõ loquitur de filio, ſed tantùm de ſeruo, an in filio locum habeat, concludit quòd ſic, & idem firmauit Glo. in l. quod verò, ff. de legib. & eſt tex. in cap. ſi poſtquàm, in vltimo reſpon. vbi etiam Glo. in ver. præuiſione, de electio. lib. 6. Et ſic denique æquiparatio conſideranda eſt reipſa in eadem materia, teſte Alex. in l. ſi legatarius, C. de leg. & Grat. in d. conſi. 26. nu. 65. vol. 1.

24 Imò † argumentum ab abſurdo euitando ſemper etiam optimum, & validum eſt in iure. l. nam abſurdum, ff. de bon. liber. l. ratas. C. de reſcind. vend. l. nec audiendus, ff. de oper. libert. cap. 1. de cleri. non reſid. in 6. cap. de maioribus, extra de præb. & l. 2. & ibi Glo. C. de cond. inſer. Alberic. in l. ita vulneratus, num. 3. ff. ad l. Aquiliam, & in l. Pomponius, num. 3. ff. de neg. geſt. & in d. l. nam abſurdum, num. 1. & Iaſ. in l. diuortio, num. 12. ff. ſolu. matrimo. Euerard. in centuria, in loco ab abſurdo, num. 9. Menoc. conſi. 217. Cum, num. 59. & conſi. 250. Cum interrogatus, num. 40. vol. 3. conſi. 328. De perdiſficili, num. 77. & ſeq. lib. 4. Ioan. Petrus Sord. conſi. 116. Quia filius, num. 45. Antonius Cioſius, conſi. 1. nu. 31. Ioan. de Amicis, conſi. 24. num. 2. Ant. Rub. conſi. 128. Teſtator, num. 2. Tibe. Decia. conſi. 110. Et quia, num. 28. volu. 2. Riminal. iun. conſi. 492. Et primo reſpectu, num. 31. vol. 5. & conſi. 186. Domina Lucretia, num. 48. volu. 2. Silua Nuptial. lib. 1. num. 192. Corn. conſi. 33. num. 22. conſi. 104. num. 15. & conſi. 205. num. 16. volu. 2. conſi. 284. num. 27. vol. 1. Beccius, conſi. 72. num. 3. volu. 1. Alfonſus de Mendoza in tract. de benefi. incompatibil. in 1. par. cap. 21. nu. 4. Ioannes de Monte Spec. conſ. 1. num. 21. vol. 1. & conſi. 18. num. 13. eod. vol. & huiuſcemodi arguendi modus eſt re ipſa nonnihil vtilis, teſte Bal. in auth. ſed nouo iure, in fi. C. de epiſc. & cler. Euerard. in ſua centur. loco ab abſurdo, cum abſurdum ipſum omnino euitandum ſit, Simon de Præt. conſi. 44. Viſo, num. 7. volu. 1. ita quòd argumentum ab abſurdo locum habet in contractibus, & teſtamentis, ſtatutis, ac etiam in reſcriptis. Celſus Hugo, conſi. 93. Tenor priuilegij, nu. 8. ne actus efficiatur eluſorius, Ioan. Bolognet. conſi. 10. nu. 25.

25 Itidem † argumentum à ſæpius iudicatis, valet quoque, & tenet; quia non ſunt mutanda quæ antiquam interpretationem receperunt, vt per Afflict. deciſione 149. in fi. & ſic argumentum à ſolitis validum eſt, teſte Riminal. iun. conſi. 203. no. 109. vol. 2. & conſ. 322. Cum Dominus Andreas, num. 6. vol. 3. Cæpha conſi. 475. Anno, num. 66. conſi. 558. Licèt, num. 30. conſi. 569. Magnificus, num. 11. vol. 4. Corn. conſ. 4. num. 6. & 13. volu. 1. & conſ. 254. num. 18. eodem vol. Menoc. in tract. de præſump. lib. 3. præſump. 7. nu. 5. & præſump. 14. num. 13. Signorol. conſ. 20. num. 4. & conſ. 95. nume. 13. & eſt tex. in l. certi condictio, §. ſi nummos, vbi Pau. Caſtr. Iaſ. Dec. & alij vniuerſaliter omnes, ff. ſi cer. peta. Tibe. Decia. conſ. 66. Quæritur, num. 18. volo. 3. Borgnin. Caualcan. deciſ. 44. Canonichinus, nu. 116. & D. Vincen. de Franch. deciſ. 55. Vena, num. 9. Bertran. conſ. 12. Ex proceſſu, num. 10. vol. 7. conſ. 51. Pro faciliore, num. 7. & conſi. 100. Ex actis, num. 3. eodem volu. Simon de Prætis, conſi. 5. Poſtquam, no. 13. & conſil. 189. Indubitati, num. 5. Menoc. conſi. 328. De perdifficili, num. 22. volu. 4. & Tibe. Decia. conſi. 44. Reſoluendo, num. 15. vol. 1. vbi fatetur huiuſmodi argumentum à ſolitis, procedere de plano ſpecialiter in eadem materia. Et eſt itidem optimum in iure in materia probationis, vt per Corn. conſi. 85. num. 14. vol. 3. & optimum eſt etiam poſtremò in interpretanda contrahentium mente, vt firmat Corn. conſi. 148. num. 16. volu. 2. eſt tamen in multis fallax. Alberic. in l. ſeruo inuito, nu. 1. ff. ad Trebell. Et ratio ipſius argumenti eſt, quoniam inſpiciendum eſt, quod euenire ſolet, vt per Soci. in l. ſi idem, §. ſi vna, num. 4. ff. de iuriſdict. omn. iudi.

26 Nouitates † enim ſemper euitandæ ſunt, cum
ſemper etiam pariant diſcordias, c. cum conſuetu
dinis, de conſuet. Cæpha. conſi. 583. Illuſtriſsimi,
num. 34. volu. 4. Sintque etiam odioſæ, atque ple-
næ triſtiſsimi euentus, vbi euidens vtilitas nulla
appareat, vt concedit in terminis Marc. Mant. in
ſubſcriptione ſua ad conſilium Ioan. Piccardi, 52.
Dubia, num. 154. & ſeq. poſito inter conſi. Me-
noc. vol. 1. Anch. conſi. 157. Summæ prudentiæ,
num. 4. Cæpha. in d. conſi. 583. num. 33. Neuiza.
conſi. 11. Conſilijs noſtris, nu. 3. vbi firmat, quòd
nouitas in homagijs induci non debet: aliàs præ-
27 ſumitur impreſsiua. Et † nouitates ipſæ debẽt eui
tari ob ſcandala, quæ afferre poſſent, c. quod dile-
28 cto, de conſang. & affini. Imò † tentans nouitates
debet repræhendi, cap. quis neſciat, 11. diſtinct.
quod multum facit contra iſtos, qui tentant ſub-
uertere antiquos modos regiminis ciuitatum, vt
per Bal. in l. in rebus, ff. de conſtit. princip. Et ideo
iſtis nouitatibus, tanquàm odioſis minimè eſt fa-
uendum, teſte Ancha. conſi. 157. col. 2. & Iacob.
Nouel. reg. 109. Nouitates, num. 1. & ſeqq. tomo
2. vbi infert ad multa.

29 Minimè † enim mutanda ſunt, quę ſemper ean
dem habuerunt interpretationem, & vſum. l. mi-
nimè, ff. de leg. & Glo. in cap. 1. §. præterea, in fi. de
30 capit. Corradi. Quęlibet † vtique prouincia habet
ſuos mores, & ſuas obſeruantias, a quibus rece-
dendum nõ eſt. l. omnes populi, ff. de iuſti. & iure.
31 Et tanto magis, † cum quælibet prouincia ſuo ſen
ſu abundet, & maiorum inſtituta obſeruet, cap.
vtinam, 76. diſtin. quem textum ad hoc frequen-
tiſsimè citat And. de Iſer. in c. 1. de feudi cognit.
in prælud. nu. 26. de controuer. inter maſ. & fœm.
& in conſtit. In aliquibus.

In

32 In † nouis enim rebus cõstituendis euidens debet esse vtilitas, vt recedatur ab eo iure, quod diu ęquum visum est, vt ita inquit notabilissimus text. in l. in rebus, C. de constit. princip. Ancha. consil. 157. sub nume. 2. in fi. Et econtra in veteribus consuetudinibus conseruandis sat est, quòd adsit aliqua ratio, quæ in consuetudinem transit, vt est tex. in l. 1. C. quæ sit longa consuet. & sic ad veteres ritus, & abstinentias confirmandas, quælibet ratio persuasiua sufficit cum præcedenti obseruatione.

33 In tantum; † quòd argumẽtum ex ordine, contextuque scripturæ similiter validum est in iure. l. cum pater, §. fidei tuæ, ff. de leg. 2. Corn. consi. 90. num. 5. vol. 3. Caraui. in ritu 66. num. 9. & in ritu 292. nu. 5. Simon de Prætis, consi. 509. Quæstio, num. 13. vol. 1. Barba. cons. 5. Supremi, num. 8. in fi. volu. 2. Prosper Pasethus, cons. 22. In causa Reuerendarum, nu. 3. Tibe. Decia. cons. 62. Et quamquam, nu. 14. vol. 2. vbi loquitur in statuto, quòd argumentum in eo ab ordine in præcedentibus capitibus obseruato valeat, & teneat. Et ab ordine litteræ rectè deducitur argumentum, Crauet. cons. 721. nu. 14. lib. 4.

34 Qui quidem † ordo scripturę venit firmiter seruandus, cap. mandatum, de præb. in 6. Feder. de Sen. cons. 142. Rimin. iun. cons. 233. Præsens causa, num. 71. & cons. 304. D. Magdalena, num. 77. volu. 3. l. hæredes, §. fin. ff. ad Trebell. l. quoties, ff. de vsufruc. & Glo. in c. alienus, 24. q. 1. & potissimum vbicunque euitaretur peccatum, atque delictũ, resultaretque fauor. d. l. quoties, & ibi Glo. & alij vniuersaliter omnes, ff. de vsufruc. Bero. consil. 84. In causa, nu. 2. vol. 3.

35 Igitur † arma veniunt anteponenda, vel antecedenda legibus, vt in proœmio Institutionum. Ex quo infertur, quòd milites debent præcedere Doctores, sed in contrarium facit text. Instit. eodem, in §. cumque; vbi Imperator appellat Doctores antecessores, & videtur, quòd debeant anteire, & quòd Doctor legum pręcedat militẽ, firmat Glo. Bald. & alij omnes in proœmio Digestorum, & Ioannes Baptista Plot. cum alijs allegatis per eum cons. 87. num. 20. inter consi. matrimonialia diuer
36 sorum, vol. 1. & pro hoc facit etiam, quia † doctoratus est dignitas, ita Bart. in prima constitutione. C. verum militia non est dignitas, vt notatur in l. vnica, C. de equest. dignit. lib. 12. & firmat Bar. in l. ex eo, ff. de testa. mili. licèt contrarium asseruerit Glo. in l. milites. C. de quæstio.

37 Tamen † pro concordia dicas, quòd aut sumus in actu militari, & milites tũc debent præire, quia Doctores vadunt, vt honorent, non autem vt honorentur: aut sumus in actu doctoratus, & tunc Doctores debẽt pręcedere, eadem ratione: interdum verò sumus in materia differenti, vt puta ad nuptias, & tunc, aut in illa ciuitate reperitur maxima militũm copia, & Doctorum penuria, vt in Francia, & hoc quidem casu Doctores debent antecedere; aut econuerso, & tunc milites præcedunt.

38 Argumentatio verò † ex ordine titulorum, aduerte postremò, quòd fallax sæpissimè reperitur, vt aperit Bero. cons. 96. Facti propositi, num. 16. vol. 2. Est tamen bene verum, quòd argumentum ipsum ab ordine titulorum regulariter valet, & tenet, vt per Inn. de tutel. & ti. seq. Bar. in l. 1. in 1. notabili, ff. de statu homi. & l. idem Labeo, in fi. ff. rerum amot. & in l. 1. col. 11. ff. si cer. peta. Corn. consil. 155. num. 12. vol. 1. & Rimiual. iun. cons. 151. num. 6. vol. 2.

39 Nec non † argui potest etiã à matrimonio carnali ad spirituale: & sic procedit argumentum de matrimonio carnali ad spirituale, c. inter corporalia, de transla. præla. Rota Rom. decis. 441. Dubitatur, in nouis, Ripa in l. quod iussit, num. 61. ff. de re iudi. Phanuc. in tract. de lucro dotis, in sum. in ver. per mortem, sub num. 15. fol. par. 81. Dom. Vincen. de Franch. decis. 46. Quamuis, num. 2. Menoch. cons. 245. Primæ dubitationis, num. 8. volu. 3. Simon de Prætis, consil. 72. De duobus, num. 16. volu. 1. Ant. Rub. cons. 147. Viso instrumento, num. 14. vbi aperit quo in casu procedat, & Tiber. Decian. cons. 20. Et circumscripta, sub num. 43. volum. 1. Rolan. cons. 35. Illustrissime, num. 18. vol. 3.

40 Sed aduerte, † quòd multæ sunt differentiæ inter matrimoniũ spirituale, & carnale, adeò quòd qui vult de vno ad alterum arguere, debet probare similitudinem, ita Imo. in c. tuæ, de sponsa. & Fely. in capit. quoniam, §. porrò, in princ. vt lite non contest. prout ita aliàs declaratum extitit in Regia Audientia Apuliæ, in anno 1584. in causa tũc in ea vertente inter aliquos de Ciuitate Sancti Seueri.

41 Postremò † de actore ad reum, bonum quoque est argumentum, etiam in materia correctoria, ita Glo. in clem. sæpè, in ver. soluerit, de ver. & rerum sig. & Pet. de Ancha. in repet. c. 1. q. 14. de constit.
42 Et ratio ea est, † nam nõ debet actori licere, quod reo non permittitur, regu. iur.

43 Secundò probatur etiam, † quia actor, & reus non debent ad imparia iudicari. l. fin. C. de fruct. & lit. expen.

44 Tertiò, † actor, & reus sunt correlatiua. Niconit. in repet. c. quoniam contra, de probat. par. 2.
45 nu. 587. Et † ex correlatiuis fit illatio, secundum Ias. in l. qui condemnare, nu. 8. ff. de re iudi.

46 Et sic † argumentum à reciprocis, siue correlatiuis, fortissimum est in iure ad declarationem, & cognitionem alterius ex correlatiuis. l. vltima, C. de ind. vid. tollen. vbi Barto. Bal. Ang. Ias. & alij omnes, & Tiraquel. in tract. de constit. possess. in 2. par. principali, in 25. ampliat. num. 2. vers. hanc autem sententiam, Simon de Prætis, cons. 39. nume. 14. volu. 1.

Sed vt vno tantùm verbo claudam præsentem argumentorum necessariam, vtilemq; materiam,
47 animaduertendum est, † quòd argumentum ab alluuione ad ius accrescendi, valet etiã, & tenet. l. si Titio vsusfructus, in fi. de vsufru. & ibi Ang. & Bolog. in rub. nu. 35. C. qui admit.

48 Est bene verum, † quòd argumentum de alluuione ad id quod fit artificio hominis, non valet vllo modo, ut per Francis. Vegium, cons. 1. num. 65. uolum. 1.

Et quemadmodum ualidum est argumentum
49 ab alluuione ad ius accrescendi,† ita ualet etiam, atque procedit argumentum de loco publico ad flumen publicum. l. si in publico, in fi. ff. de aqua pluuia arcen. Bero. consi. 540. Præsentem, num. 35. volum. 3.

ARGVMENTVM.

Donatio facta per patrẽ filio, facit cessare ius prothomiseos: & sicut nudo consensu perficitur, sic nudo consensu dissoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Donatio à patre filio de aliquo fundo mediante contractu iurato facta etiam in tertij prætendentis ius congrui præiudicium valet, vicinumq; à iure prothomiseos excludit, maximè, si pro re vendicanda iure congrui egisset post adeptam per donatarium possessionem.*

2 *Donatio vti nudo consensu solo perficitur, ita contrario ex identitatis ratione resoluitur: sed facta mediante stipulatione vel traditione nudo consensu non reuocatur, cum non sit actus retrosimilis.*

DECISIO CCLVI.

1 DONATIO † per patrem filio, de aliquo fundo, mediante instrumento, contractuq; iurato facta, etiam in præiudicium tertij prætendentis ius congrui in illa re, valet, & tenet, & vicinum quoque à iure prothomiseos excludit, & præsertim vbicunque vicinus ipse egisset in iudicio pro vendicanda re iure cõgrui, post emanatam, & adeptam possessionem per donatarium rei donatæ, vt per Afflic. decis. 338. nobilis Petrus, vbi commemorat ita extitisse decisum in facti cõtingentia in sacro Consilio in anno 1499. & Vrsillus etiam in addit. Afflic. decis. 370. num. 7. cum alijs seqq. qui similiter ad lucem adducit, sic etiam fuisse iudicatũ in eodemmet sacro Consilio in anno 1556.

2 Et donatio † re ipsa sicut perficitur solo nudo consensu hodie. l. si quis argentum, §. sin autem hoc, C. de donat. Anto. Ciofius, consi. 19. Ad consultationem, sub num. 2. volu. 1. & docuimus alias in Sylua communium opinionum, in opin. 11. num. 4. lib. 1. ita contrario consensu resoluitur ex rationis identitate, ita Bal. in l. 1. C. quan. lice. ab empt. discedere, nu. 4. Glo. & Doct. omnes, & præsertim Ias. nu. 15. in l. ab emptione, ff. de pact.

Sed non procederet vbicunque donatio reperiretur facta, mediante stipulatione, vel traditione: tunc enim non posset modo aliquo ipsa donatio facta, interueniente stipulatione reuocari nudo consensu: quoniam non est actus retrosimilis, ita Bal. sub num. 4. & Saly. in d. l. 1. C. quan. non licet ab emp. dis. Ang. & Ias. sub num. 15. in d. l. ab emptione. Et dum extitisset allegata hæc doctrina, sub die 11. Maij, 1584. in causa inter Simonem de Simone, & inter Lucium, & fratres de Martino de oppido Collis-torti in Regia Audientia Apuliæ, me assidente tunc in ea Auditore, & præsentis causæ Commissario, replicabam donatario fundanti in doctrina hac obstitisse, & obstare exceptionem, teste Bal. in eadem l. 1. sub num. 4. C. quan. non lic. ab empt. disc. & circa hoc, quod pactum nudum an producat exceptionem, fertiliter discussimus ex communi opinione in Sylua com mun. opin. in opin. 568. pactum nudum de iure ciuili non producit obligationem efficacem, lib. 2.

ARGVMENTVM.

Non reuocatur donatio in præiudicium donatarij, quando donatio est facta contemplatione matrimonij, nisi adsit conditio: nam tunc potest conditio reuocari in præiudicium eius, in quem collata est cõditio, & donatio causa mortis reuocatur, quando donatur res aliena.

SVMMARIVM.

1 *Donatio irreuocabiliter inter viuos cum conditione, quòd donatarius post eius mortem det dimidiam bonorum donatorum pro puellis maritandis, reuocari an possit, & nu. seq.*

3 *Liberis nascituris ius quæri potest.*

4 *Donatio mortis causa reuocatur, donatore rem donatam alienante.*

DECISIO CCLVII.

1 DONATIO † facta irreuocabiliter inter viuos contemplatione matrimonij reuocare non potest in præiudicium donatarij, §. aliæ autem, Instit. de donat. cum similibus. & sic ipsa donatio remanet firma in quantum concernit fauorem & personam donatarij: sed vbicũque appositæ forent in ipsa donatione aliquæ conditiones, quòd decedente donatario absque filijs, bona donata ad alium peruenirent: tunc illa donatio reuocari posset; & sic quo ad fideicommissum, & alias conditiones in eademmet donatione appositas ad fauorem donatarij non cõcernentes, illa reuocari valerent: nam remoueri possent absque scrupulo aliquo conditiones, & adimi, eisque reuocatis, dispositio principalis non remaneret conditionalis, sed pura. l. 3. §. conditio, in fi. de adim. legat. & ita affabrè concludit Ioan. Dilect. in tract. de arte testandi, sub rubr. de mut. testam. & ademp. legat. caute. 8. num. 4. & ita consuluit etiam Bal. consi. 372. quædam mulier, lib. 5. quòd donatio facta irreuocabiliter inter viuos cum conditione, quòd donatarius post eius mortem daret dimidiam bonorum donatorum pro puellis maritandis, respectu huiuscemodi dimidiæ pro maritagio erogandæ, possit reuocari, & hoc idem videtur firmare etiam Dec. consi. 216. Visa transactione, col. 2. versi. non obstat, quòd donatio facta contemplatione matrimonij, & fauore filiorum nullum ius tribuit filijs natis ex matrimonio: quoniam illa ratio, & causa non est finalis, teste Oldr. cons. 5. Titius dedit, vbi concedit, quòd est causa

cauſa impulſiua, & non finalis, & illa verba, contemplatione, & fauore filiorum, intelliguntur poſita ad demonſtrandum illud, quod veriſimiliter futurum fuiſſet, quòd talia bona donata peruentura fuiſſent in liberos, ſecundum commune votum parentum l. ſcripto, ff. vnde libe. & l. cum vero, de bon. damna. Cócludit ergo Dec. in loco anteſignato, quòd verba hæc continent quandam monitionem eius, quod veriſimiliter pater facere debuiſſet: non autem inferunt, quod donatio ipſis facta videatur.

2 In cótrariam verò partem, † ꝙ donatio iſthæc, cum ea facta ſit pro contemplatione, & onere matrimonij, reuocari nequeat quoad filios eiuſdem matrimonij, inclinauit Bal. titubáter in l. à ſocero, C. de iure dot. & conſi. 270. vol. 2. Dec. parum ſibi conſtàns, conſi. 58. Et pro tenui facultate mea, ſub num. 3. & conſi. 239. Primò non videtur dubitandum, ſub num. 5. Saly. in l. quoties, in finalibus verbis. C. de donat. quæ ſub modo. Ludo. Roma. ſub num. 22. & Pau. Caſtr. ſub num. 21. in l. ſi pecuniam, ff. de condi. ob cau. & in l. in inſulam, §. fi. ff. ſolu. matrim. Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de inſtrum. edit. in §. nunc verò, in addit. incip. per ſuperiora, idem Pau. Caſtr. in l. qui Romæ, §. Flauius, in fi. ff. de verbo. oblig. & ibi Rapha. Cuma. Alexan. conſi. 107. In cauſa Nicolai, ſub num. 12. volum. 4. & Imo. conſil. 9. & ita aliàs deciſum extitit in Regia Audientia Apuliæ, in anno 1583. in cauſa tunc vertente inter aliquos de Serra Capriola.

3 Et ratio ea eſt: † quoniam liberis naſcituris ius quæri poteſt. l. ſi quis operas, ff. de oper. libe. Guido Papæ, deciſ. 267. Pau. Caſtren. conſi. 347. Crauetta, conſi. 19. num. 10. & Bellamera, conſi. 16. aliàs 11.

4 Sed † donatio cauſa mortis reuocatur, ſi donator rem donatam alienaret, ita Rom. in l. Marcellus, per tex. ibi, ff. de mortis cauſa donat. & Dyn. in l. ſi Stichus meus erit, ff. de leg. 1. arg. l. fideicommiſſa, §. ſi in rem, de leg. 3. & l. rem legatam, ff. de adim. leg. de quo quidem dicto facit feſtum Bal. in l. non omnis, ff. ſi cer. peta. facit tex. in l. ſi debitor, in fi. ff. de mortis cauſa donationi. & ita aliàs deciſum extitit, non ſemel tantùm, in Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ, Comitatuſque Moliſij, in anno 1583. & ſequentibus, in cauſis in ea tunc occurſis, atque deciſis.

ARGVMENTVM.

Donatio propter nuptias debetur vxori ſuper omnibus bonis mariti, tam præſentibus quàm acquiſitis poſt donationem, & nunquid deducendum ſit æs alienum.

SVMMARIVM.

1 *Donatio propter nuptias, ſeu quocunque alio nomine appelletur, tam de bonis quæ maritus tempore matrimonij, & promiſſionis ipſius habebat, quàm de poſtea acquiſitis, debetur.*

2 *Vxor pro quarta contra illos agere poteſt, quibus maritus, poſtquam conſtituit quartam, bona alienauit.*

3 *Bonorum de quarta, deq; debitis cótractis ante quartæ conſtitutionem & promiſſionem, an æs alienum ſit deducendum.*

4 *Quarta etiam per filiumfamilias vxori cum patris conſenſu conſtitui poteſt: eaque nullatenus debetur filio mortuo, ſed poſt patris mortem de illa quantitate, quam filius ab inteſtato habiturus foret.*

5 *Bartholomæus de Capua, eminentis vir auctoritatis ac mirabilis ſcientiæ, & virtutis; eiuſque auctoritas per Affl. extollitur, atque Bartholutius ſuâ tempeſtate nuncupatus: Fuit item Legotheta, Prothonotariuſque Cameræ Apoſtolicæ.*

DECISIO CCLVIII.

1 DONATIO † propter nuptias ita nuncupata de iure communi, Dotarium de iure Regni, Tertiaria de iure Francorum, & Quarta de iure Longobardorum, quæ ab vxore petitur, Vincent. Maxilla ſuper conſuetudin. ciuitatis Bari, in rubr. de donat. inter virum & vxor. num. 21. & ſeqq. debetur tam de bonis, quæ tempore matrimonij, & promiſsionis ipſius quartæ habebat maritus, quàm de alijs bonis per eum poſtea acquiſitis, teſte Afflicto in conſt. Regni, Mulier, quæ dotarium, num. 2. & Io. Ant. de Nigris in cap. Regni 165. Mulier dotarium, num. 169. & hoc tanto commodius ſortitur locum, quanto, ꝙ in quolibet dotali inſtrumento apponi conſueuit clauſula illa de communi, vniuerſalique notariorum ſtylo, promittens maritus ipſe quartam de omnibus bonis ſuis præſentibus & futuris.

2 Similiterque † mulier pro quarta agere poteſt contra tertios poſſeſſores pro bonis alienatis per eius maritum, poſt promiſsionem, & conſtitutionem ipſius quartæ, & in eoſdem tertios poſſeſſores tranſlatis ob huiuſcemodi alienationem, & ſic compertum eſt, competere vxori rei vendicationem contra illos, quibus maritus, poſtquam conſtituit quartã, alienauit prædicta bona, ita Afflict. in d. conſtit. Mulier quæ dotarium, in 4. dubitatione, & hoc ea ratione, quoniam res tranſiuit cũ onere ſuo: & eo magis hoc procedit, vbicunque pro obſeruantia promiſsionis quartæ, & omnium contentorum in dotali inſtrumento hypothecauit omnia bona ſua: tunc enim debitor vendendo, vel alienando bona hypothecata præiudicare nequit modo aliquo iuri hypothecæ creditoris. l. debitorem, C. de pign. cum concordan.

Sed ſcrutandum nõ intempeſtiuè foret in præ-
3 ſentiarum, † an de ipſa quarta bonorũ debeat deduci æs alienum, & de debitis cótractis ante quartæ conſtitutionem, & promiſsioné deducendum ſit æs alienum. Carolus de Tocco, in l. ſi quis Longobardus, in tit. de his quæ à viro in mulier. dan. vbi loquens diſcurrensq; ſuper huiuſmodi quarta, format quæſtionem, an mulier cogatur reſpondere creditoribus mariti? & determinat, quòd ſi hæreditas reperiretur ære alieno onerata tempore promiſsionis, & conſtitutionis quartæ, vtique

vxor teneatur: secus verò si post constitutionem ipsius quartæ. tunc enim non tenetur modo aliquo, sed maritus se solum onerat, & huic opinioni initur Afflict. in d.constit. Mulier quæ dotarium, num.37. & ea ratio, quæ assignatur pro decisione præsentis conclusionis, quod bona intelliguntur deducto ære alieno, intelligenda necessariò venit de debitis contractis ante quartæ constitutionem: non aũt de debitis contractis post, vt ita firmat Napod. in const. Quartam, super ver. deducto prius ære alieno contracto ante quartæ constitutionem, vers. sed certè eo ipso, quod non probatur ante contractum, nõ deducit, & ad hoc bene facit tex. in l. ea demum, C. de collat. & hoc adeò patet sensui, vt nullo quidem indigeat adminiculo: aliàs præberetur ansa marito commodissima fraudandi vxorem in d. quarta, si post ipsius quartæ promissionem maritus posset alienare bona, super quibus per instrumentum constituit quartam: imo instrumentum ipsum seruiret dubio procul de vento, fumumque faceret, quæ nempe via, & occasio decipiendi tollenda penitus foret, l. in fundo, de rei vend. & c. detestanda, de concess. præben.

Et denique aduerte vtiliter, pro absolutione
4 præsentis materiæ, † quòd quarta potest constitui etiam per filiumfamiliàs vxori suæ, cum consensu patris, & ea tunc nullatenus debetur mortuo filio, sed post mortem patris de illa quantitate, quam filius habiturus foret ab intestato, ita Barthol. de Capua in l. cum te. C. de donat. ante nup. & Io. Anto. de Nigris in d.c.165. num.65. & seq. & sic aliàs, secũdum hanc Bartholom. de Capua doctrinam in facti contingentia decisum extitit in sacro Regio Consilio Neap. in anno 1577. ad fauorem Io. Donati de Beluedere de Fogia, contra Portiam & Beatricem de Erricis ciuitatis Vigiliarum, vt solueretur quarta ipsis mulieribus à prędicto Ioanne Donato, de portione, quam habituri essent mariti earundem mulierum ab intestato, prout ita etiam iudicauit quoque Regia Audientia Apuliæ, in anno 1583. in causa tunc vertente inter aliquos de ciuitate Luceriæ.

Et de hac decisione ita religiosè emanata, & fundata in memorata doctrina Bartholomæi de
5 Capua, mirandum non est: † vtpote quia Bartholomæus ipse fuit tempestate sua eminentis auctoritatis vir, & sic eius auctoritas extollitur, meritoque celebratur, tanquam magna, per Afflict. in constit. Regni, Humanitate, tit. de his, qui fideiussores, &c. lib. 2. nu.39. & seq. vbi meminit etiã te ipsa eius progeniem satis, atque satis hodie exaltatam fore, imò Bartholomæus ipse de Capua sub nomine Bartholutij nũcupatur per Bar. in auth. præsbiteros, C. de episco. & cle. & fuit ante Cyn. vt ibi memoratur, necnon meminit eundem Bartholom. de Capua fuisse Legothetam, Prothonotarium, notariumque Cameræ Apostolicæ, atque virum mirabilem scientiæ & virtutis, Mar. Frez. in tract. de subfeudis, lib. 1. in ti. de offi. Legothetæ, & Prothonotatij, nu.2. fol.32.

ARGVMENTVM.

Quando donatio fit nulla habita mentione de filijs, propter superuenientiam liberorum reuocatur: & vtrum possit renunciari huic priuilegio.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio l. si vnquam, locum habet etiam casu, quo donans se filium habiturum non cogitauit: si autem cogitasset donassetque, donatio ob filiorum superuenientiam non reuocatur.*
2 *Cogitatio liberorum in genere tantum, nedum in specie, nasciturorum exclusionem arguit. distinguitur tamen, & nu. seq.*
4 *Dispositio l. si vnquam, locum habet casu quo donans liberos tempore donationis non habebat.*
5 *Donatio per liberorum superuenientiam, ex l. si vnquam, reuocatur, etiam actio vt generalis renunciatio ad incogitata trahatur: & quamuis omni legum auxilio renunciatum sit, donator tamen renunciare potest.*

DECISIO CCLIX.

1 DISPOSITIO † l. si vnquam, C. de reuoc. donat. sortitur locum suum, etiam eo casu, quo donans se filium habiturum non cogitauit, vt per Bar. & alios omnes vniuersaliter ibi & per Riminal. iun. consil.254. Prima consideratione, num.25. volum.3. si verò de illis cogitasset, & donasset, vtique non haberet aliter locum, & donatio tunc nõ reuocatur propter superuenientiam liberorũ. ita Docto. vniformiter omnes ibi, & Barto. in l. Titia, §. Imperator, ff. de leg.2. col.3. Bald. in l.1. C. de inoffic. donat. col.4. vers. opinio mea, hæc est, Soc. sen. cons.147. col.5. vers. sed his non obstantibus, & Caccialup. in l. generaliter, §. cum autem, C. de institu. & substitu. quæstio.17. & idem Socin. in l. cum auus, colum.47. & 51. ff. de condit. & demonstrat. Bertrand. consil. 19. Multa sunt, num.4.5. & 7. volum.7. & consil.25. Ponitur, vol.8.

2 Et hinc aduerte, † quòd cogitatio isthæc in genere tãtum, nedum in specie, arguit exclusionem liberorum nasciturorum, vt probatur arg. l. qui in re militari, ff. de testam. milit. vbi testamentum militis non rumpitur natiuitate filiorum præteritorum in eo, si hoc nempè succederet animo, & intentione, quòd quisque ei nasceretur, exhæredatus esset, licèt ignoraret vxorem prægnãtem, quę tex. ad hoc ponderauit Ang. in l. tres fratres, ff. de pact. & in l. qui Romæ, §. duo fratres, in 5. quæst. ff. de verborum oblig. & Alex. ibi, col.39. refert dictum Ange. & loquitur etiam Francis. Aret. col. 15. recitando, sequendo, & explanando dictum illud, asserẽdoque, quòd aut cogitatio liberorum requiritur pro forma: & tunc non est satis cogitatio in genere, sed requiritur vtique cogitatio in specie: aut cogitatio non requiritur pro forma, verum quoad effectum coiecturantem mentem disponentis, & tunc satis est cogitatio in genere, vt est

vt est casus in d. l. qui iure militari, & in istis terminis loquitur punctualiter, & ad vnguem tex. in d. l. si vnquam, & ita firmant Docto. vniformiter vbique.

Sed ad tollendum omnes, quascunque alterca
3 tiones, tutius vtique foret, † vt fieret renunciatio expresse d. l. si vnquam, cum illi absque scrupulo aliquo renuntiari quidem possit, vt ex communi omnium opinione indicat Bertrand. consil. 459. Certum, num. 5. & seq. volum. 4. & consi. 270. Honesta, num. 6. volum. 6. Gozad. consi. 80. num. 17. & ita alias decisum fuit in sacra Regia Audientia Barensi, in anno 1589. in causa tunc agitata inter aliquos de Terra Medunei. & sic donatio tunc non reuocatur propter superuenientiam filiorum, ex remedio d. l. si vnquam, quando expresse quidem actum sit, vt etiam propter liberos nascituros, & superuenientes reuocari non possit. c. fin. 17. q. 4. Barto. in l. Titia, §. Imperator, ff. de leg. 2. Bero. consil. 49. Tria, num. 43. vol. 1. vbi meminit de communi.

4 Nec non † dispositio dictae l. si vnquam, vendicat sibi locum eo nempe casu, quo donans non habebat liberos donationis tempore, vt est casus ibi, liberos non habens, ergo à contrario sensu, quod validum est in iure, iuribus vulgaribus, si tempore donationis liberos haberet donans, non sortiretur aliter locum dispositio illa, Soc. sen. consulendo, & Bal. Nouel. in subscriptione, consi. 91. Vbi concedunt, quod si tempore testamenti habens filium, & ex eo nepotem, instituit filium, & grauauit de restituendo post mortem, quod isto casu non subintelligitur conditio si sine liberis decesserit, & sic non obtinet locum dispositio l. cum auus, ff. de cond. & demonstra. cum similibus, vt examinauit vbertim quidem Soc. col. 46. cum alijs seqq. vbi congerit alios Illustres Docto. eiusdem sententiae auctores, & defensores, & ratio principalis est, ex eo, quia tempore testamenti extabat nepos. cum ergo praesumptio d. l. si vnquam, sit eadem cum praesumptione d. l. cum auus, ergo eo casu, quo limitat, uel nō limitat dispositio d. l. si vnquam, l. à Titio, §. fin. ff. de uerborum oblig. cum vulg. prout in simili casu etiam consuluit Ludou. Bolog. in addi. Ioannis de Anania, consi. 68. Viso statuto.

5 Donatio † per superuenientiam liberorum reuocatur, ex d. l. si vnquam, etiam si actum fuerit, vt renunciatio generalis ad ea traheretur quae cogitata non sunt, & quamuis renunciatum fuerit omni legum & iuris auxilio, Craue. consi. 716. nu. 4. vol. 4. Sed tamen donator, beneficio d. l. ex crebriore sententia Doct. renunciare potest. Caue. d. consi. 716. num. 3. & 18. renunciatio autem specialis exquiritur, nec solum iuramentum sufficit, quod autem iuris sit vbi sit illa renunciatio, quia nullam haberet spem suscipiendi liberos, vtpote quamdiu cū ea vxore vixisset, nec liberos habuisset, & ea mortua aliam ducat, ex qua liberos suscipiat, an illa renunciatio praeiudicet, idem in d. consi. num. 7.

ARGVMENTVM.

Considerata qualitate dantis & accipiētis est danda dos, & quae dicatur dos magna.

SVMMARIVM.

1 *Dos danda est secundum patris facultatem, & accipientis dignitatem.*

2 *Dos magna, vel parua dicitur secundum personarum qualitatem.*

3 *Mulier dicitur condecenter dotata, secūdum loci consuetudinem, & coniugum qualitatem.*

4 *Dos mille ducatorum dicitur magna, & congrua, etiam Comiti.*

5 *Dos centum librarum auri, maxima dicitur.*

DECISIO CCLX.

1 Dos † est danda secūdum facultatem patris, & dignitatem accipientis, vt notatur in l. quaero, ff. de iure dot. & in l. tam de mentis, C. de episco. aud. Alex. consi. 7. volum. 2. Rolan. cons. 85. Praesens consultatio, nu. 10. vol. 3. Riminal. iun. cum alijs aggregatis per eum, consil. 478. Dominus licentiatus, num. 53. volum. 4. & dotis congruae scrupulosa inquisitio cessat im patre. Lauren. de Pinu, cons. 67. num. 6. Nam dos congrua dicitur quam pater ipse decreuit, qui optimum pro liberis consilium capit, Crauet. consi. 548. num. 24. vol. 4. consi. 785. num. 1. & consi. 940. num. 1. & 5. vol. 5.

2 Et † hinc dos dicitur quidem magna, vel parua secundum qualitatem personarum, vt per Gl. Bal. & alios vnanimi concursu omnes in authen. quod locum, C. de coll.

3 Imò † vbicunque dos promissa foret, vel in testamento relicta, intelligeretur vtique iuxta qualitatem personarum mariti, & vxoris, & iuxta patrimonij quantitatem ipsius relinquentis, & secundum loci consuetudinem, d. l. quaero, & l. seq. & ibi Barto. & alij vniuersaliter omnes, Alexand. consi. 61. In causa, & lite, col. fin. volum. 7. Paul. Castrens. in l. fin. C. de contrahen. empt. Corn. consi. 107. colum. pen. volum. 2. Dec. consi. 277. Propo-
4 nitur, colum. 1. † sed in omnem euentum, quando per patrem filiae dos mille ducatorum relicta esset, illa tunc re, & nomine, magna absque dubitatione aliqua diceretur, vt per Bald. consi. 255. in fi. lib. 2. & ita alias decisum extitit in Regia Audientia Apuliae, in anno 1584. in causa, tunc in ea vertente, inter aliquos de Comitatu Molisij. Imò teste Fulgos. consi. 22. colum. 2. & Dec. consil. 26. Diligenter, nu. 3. dos ipsa mille ducatorum etiam Comiti cōgrua esse dicitur. & sequitur Io. Bapt. Ferret. consi. 234. Quaeritur, nu. 8. volum. 2.

5 Et ratio viuax ea est: † quoniam non solùm magna dos: sed maxima etiam dicitur de centum libris auri, in Auth. de nuptijs, §. hic itaque. & ibi Angelus. Et quamuis D. Antoninus Thessaurus asseruerit contrarium in decis. 192. Dotium taxa, num. 6. ob rationem ibi assignatam per eum: tamen illa parum, aut nihil ei ipsa obstat, cum dos

ipsa semper tam superioribus quippe temporibus quàm etiam præsentibus regulata extiterit, reputataque pariter congrua per omnia mundi iura ex tribus circunstantijs præmemoratis, videlicet attenta qualitate dotantis & recipientis, & patrimonij, & familiæ ipsiusmet dotantis.

ARGVMENTVM.

Quando res immobilis dotalis vendi potest, & quando non: & quando res dotalis data æstimata faciat venditionem, & quando non.

SVMMARIVM.

1 *Dotalia immobilia siue iustè, siue iniustè æstimata viro tradita, cur vendi possint. Ampliatur tamen & limitatur, remissiuè.*

2 *Dotalium mobilium, & immobilium æstimatorum viro traditorum pretium iniustum si sit, mulieri datur actio ad iusti supplementum, & nu. 3.*

4 *Rei dotalis facta æstimatione, retractui locus est.*

5 *Fundi dotalis æstimatione facta non vt maritus emptionem faceret, sed vt sciretur quanti valeret, species restituenda est, non autem precium.*

6 *Fundus loco quantitatis debitæ pro dote traditus, dotalis adhuc remanet.*

7 *Dotalium bonorum æstimatio emptionem non facit, vbi de partium voluntate expressa paciscceretur, quòd æstimatio & non res redderetur: & vbi res æstimata datur quòd res & æstimatio reddatur, nõ est emptio, sed significatur re perempta attendi æstimationem.*

8 *Aestimatio, quæ non fuerit facta pro iusto pretio, emptionem non efficit.*

9 *Aestimata res in dotem data, si nuptiæ non sequantur, res repeti potest, non precium.*

10 *Dote in restituenda, vel consignanda, termini longissimi apponi solent.*

11 *Pater emancipato filio, seorsim habitanti dotem vxoris aliàs receptam restituere tenetur, maximè si de sua nurus mandato iurato illam restitueret pater liberaretur.*

DECISIO CCLXI.

1 DOTALIS † res immobilis per maritum vendi potest, vbicunque ea tradita sit ipsi marito æstimata: censetur enim tunc in dubio inducta emptio: & sic maritus potest retinere rem hanc, & pretij debitor remanere. l. quoties, & ibi Barto. C. de iu. dot. & l. 1. & ibi Glo. & cæteri omnes vniuersaliter, eodem titu. Glo. in l. si inter, & ibi Bal. & Io. Faber, eod. tit. Alex. consf. 79. col. 2. volum. 2. Dec. consil. 62. col. 2. Rolan. à Valle, consf. 92. nu. 4. & 9. volum. 2. Cremens. sing. 19. habebis, Bal. Nouel. in tracta. de dot. 7. par. 23. priuileg. Soc. consi. 56. volum. 1. & in tract. fallentiarum, reg. 141. æstimatio, Ias. in §. actionum, nu. 80. & seq. Instit. de act. & in l. ex conuentione, in 1. no. C. de pac. & Saly. in l. interest, C. de vsufruc. & ista est omnium communis, & cõcors opinio, vt aliàs docuimus in Sylua opinionum communium, in opin. 40. Alienari non potest. post princ. lib. 1. & ita in term. consuluit Iac. Beretta, cõs. 23. Non videtur, per totũ, lib. 1. & meminit quoque de communi ipsa Illustriss. Card. Alba. in lucubr. ad Bar. in l. si æstimatis, sub nu. 1. ff. sol. matr. Boer. decis. 327. nu. 11. & pleniori cornu etiam Couan. in libro practicarum quæstionum, cap. 28. num. 1. vbi illam vtiliter amplificat in quatuor casibus, vt ampliat quoque in alio casu Illustrissimus Cardinalis Albanus, in lucubrat. ad Bart. in rubr. ff. de fundo dot. num. 2. vt ea sortiatur similiter locum siue æstimatio iusta sit, siue iniusta, & profert ibi magnum nempè verbum, istam esse communem opinionem, & ita aliàs decisum extitit in sacra Regia Audientia Barensi, in anno 1590. ad fauorem D. Liuiæ Rocchæ de ciuitate Ruborum.

2 Est bene verum, † quòd vbicunque pretium iniustum sit, quòd datur cõceditur que actio mulieri ad supplementum iusti pretij. l. si res, §. si mulier, ff. de iu. dot. & Paul. Castren. consil. 275. ad primum, vol. 2.

3 Et † eandem communem ampliat itidem Rolan. in præmemorato consf. 92. sub num. 10. & seq. volum. 2. habere locum tam in bonis immobilibus quàm mobilibus, vt si ipse res mobiles datæ sint marito æstimatæ in dotem, quòd teneatur ad illarum æstimationem, si consumptæ per vxorem ad eius commodum, & vsum reperiantur, & finaliter concludit istam esse communẽ opinionem.

4 Et † tunc vtique retractui ipsius rei dotalis, & sic iuri congrui, & prothomiseos, facta æstimatione locum esse, aperuit Afflict. in tract. de iure prothomiseos, in §. 3. licet autem, sub nu. 7. vers. item quæro, cuius decisionem admodum notandam esse, scribit Tiraq. in tract. de retract. §. 1. glo. 14. num. 108. & seq.

Sed isthæc communis opinio ita explanata, li-
5 mitatur, primò nõ obtinere aliter locum, † quando æstimatio ipsius fundi facta esset, non vt maritus emptionem illius faceret, verum vt sciretur quanti valeret: tunc nempe species ipsa, non autem pretium restituenda esset, secundum Glo. & Riminal. iun. cum alijs coaceruatis per eũ, in rub. Instit. quib. ali. lic. vel non, num. 65. & Paris. consi. 81. Consultus, nu. 41. vol. 2. vbi ad lucem adducit istam esse communem opinionem.

Coarctatur itidem secundo loco eadem com-
6 munis non procedere, † quòd si fundus loco quãtitatis debitæ pro dote traditus sit, vt ille adhuc etiam dotalis remaneat, ita Afflic. in ti. si de feudo fuerit controuer. inter dom. & agnat. §. si vasallus, l'vltimo, num. 50. & Soc. consi. 56. & seq. & consi. 289. volum. 1.

7 Tertiò claudicat memorata cõmunis, † vt æstimatio bonorum dotalium in dubio emptionem faciat, quod ea locum non sortiatur, vbicũque de voluntate partiũ expressa pacisceretur, quòd æstimatio, & non res redderetur, casus est in d. l. si inter, & in l. si æstimatis, & ibi Bart. ff. solu. matrim. & in l. quod si fundus, de fundo dota. & Rolan. à Valle, d. consi. 92. num. 13. vol. 2. Nam vbi res datur æstimata, hoc pacto, quòd res reddatur, & æstimatio, tunc vtique emptio non est, sed significatur,

tur, quòd re perempta, vel diminuta, attendatur æstimatio facta, d.l.si inter, & no. Rolan. in d. consil.92. num.6. & Soc.iun. consi.141. sub num.14. volu.1. vbi admonet, istam esse communem opinionem: imò hoc vendicat sibi locum, nō solum accedente cōtrahentium voluntate expressa, sed etiam tacita, & coniecturata, vt verè tūc idem sit; nam vt inquit tex. in l.seruos. ff. fami. ercisc. & Bar. notat per illum tex. in l.sicut certo. §.nunc videndum. in fi. ff. commod. licet simus in contractu in quo transfertur dominiū; si tamen de natura huiuscemodi contractus non est, vt æstimatio faciat emptionem, non fiat in dubio, vt pote, quia partes videntur contrahere secundum naturam contractus, & quicquid venit de natura contractus dicitur agi tacitè, vt l.cum quid, iuncta Glo. ff. si cer. peta. vt ita distinguendo concludit Franc. Aret. consi.84. Diligenter ponderatis, colum.3. Soci. in tract. fallen. reg.141. Bal. in l.1. quæst.3. C. mand. Saly. in l.1. C. pro socio. & Soci. iun. d. consi.141. sub num.15.

Quartò fallit etiam non procedere hæc eadem
8 communis, † vbicunque æstimatio non foret condigna rei traditę ex pretij minoritate; adeo quòd dotans licèt enormissimè læsa voluit tantum ex æstimatione dotem certam, & promissam designare, cum si ex vero pretio & emptione interueniente res dirimenda fuisset, iusta nempè fuisset æstimatio, & absque læsione, cum nemo præsumatur iactare suum. l.cum de indebito. §.1. ff. de proba. Et quòd tunc æstimatio illa quæ non fuerit facta pro iusto pretio, non efficiat, nec inducat emptionem, firmauerunt Bal. Saly. Ias. Dec. & alij omnes vniuersaliter in l.ex cōuentione. C. de pact. Paris. in d.consi.81. nu.11. lib.3. Soci. iun. consi.141. nu.20. vol.1. Riminal. iun. Instit. quib. alie. lic. vel non, num.52. & in 2. limit. Couarr. in lib. pract. quæst. cap.28. num.9. & Franc. Bec. consil.42. num.12. vbi amplè deducit istam esse communem opinionem, & Rolan. d. consi.92. sub nume.4. & seq. volu.2. vbi num.17. & seq. admonet necessariò pretium iniustum articulandum atque probandum fore, cum in dubio pretium iustum præsumatur, & ita in tuendis causis in facti contingentia varijs diuersisq; vicibus obseruaui, & semper in practica obtinui.

9 Fallit etiam postremò, † quòd si æstimata res sit data in dotē, & nuptiæ sequutæ non fuerint, tunc res ipsa repeti possit, non autem pretium. l.gregibus, la prima, §.1. de iure dotium, Pau. Aemil. Veral. decis.333. seu 6. Vendiderant, sub nu.5. & seq. in 3. parte.

10 Est nihilominus bene verum, † quòd in omnem euentum dotis restituendæ, vel consignandæ, termini longissimi solent apponi, ita Boer. de ci.327. in princ.

11 Sed † vbicunque pater emanciparet filiū, tunc ipsi filio emancipato habitantiq; seorsum ab eo, dotem suæ vxoris, quam aliàs receperat, tenetur restituere, ita Ancha. qui sic consuluit in proprijs terminis, consi. 238. regulariter constante matrimonio, & Cæpol. in tract. cautelarū, cautela 115. sub num.1. versic. tertia cautela est, vbi memorat ita etiam consuluisse Iacob. de Are. Et eo magis hoc procedit, vbicunque de mandato, voluntate, & consensu iurato suæ nurus pater ipse restitueret eius dotem suo filio: tūc enim penitus, & omnino, & absque scrupulo aliquo pater liberaretur, vt firmauit Ancha. in d.consi.238. ante fi. & Cæpol. in d. caute.115. sub num.1. versi. secunda cautela est, & alias ita in facti contingentia in causa non leuis momenti, vertente in sacro Consilio, consului.

ARGVMENTVM.

Quod bonorum alienatio in præiudicium eius, cui debentur, nulla sit. Et vtrum liberi in conditione positi censeantur vocati, ac quales coniecturæ ad fideicommissum inducendum colligantur. Item num mora requiratur in fideicommisso vniuersali, vt fructus post ipsam incursam per hæredes causam ab eo habentes cedant lucro fideicommissarij.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio bonorum in præiudicium eius cui debentur ex fideicommisso nulla est, & nu.24.*

2 *Filij in conditione positi intelliguntur prædilecti, & prælati substituto, non vt succedant patri ex testamento, sed vt eis sit reseruatum ius succedendi ab intestato.*

3 *Filij positi in conditione simpliciter non intelliguntur vocati, nisi existentibus coniecturis.*

4 *Coniecturæ quibus positi in conditione censeantur vocati debent colligi ex expressis in testamento.*

5 *Coniecturæ leues sufficiunt, vt testator disponere voluerit.*

6 *Filij positi in conditione simpliciter sub qualitate masculinitatis censentur vocati: sed hac coniectura simplex, & de per se est valde periculosa, & contraria opinio discernitur firmior atque receptior, & num.7.*

8 *Filij in conditione positi sub qualitate masculinitatis, stante statuto exclusiuo fœminarum, non dicuntur vocati, sed dicitur eis ius ab intestato reseruatum: immo nec censentur vocati, quando testator exclusit proprias filias, ac proximiorē agnatum, filio sine filijs decedenti, substituisset.*

9 *Filij positi in conditione, sub qualitate masculinitatis geminata, censentur vocati, secundum vnam opinionem, licèt altera opinio contraria sit verior, atque receptior, & nu.10.*

10 *Geminata dictio non alterat dispositionem, nec diuersum effectum inducit, & habetur perinde ac si vna tantùm dictio apposita sit.*

11 *Filij positi in conditione sub qualitate masculinitatis, licèt nō censeantur vocati, tamen quādo aliunde appareat fideicommissum esse factum gratia agnationis conseruandæ, tunc censentur vocati, & similiter alia concurrente coniectura, & nu.12.*

13 *Filij positi in conditione quando testator digressus sit ad plures substitutionum gradus inter suos descendentes censentur vocati, & potissimum quādo præcedit qualitas masculinitatis, & nu.14. & 15.*

Filij

16 *Filij positi in conditione censentur vocati, quãdo sunt positi in sonditione sub qualitate legitimi matrimonij, & tunc excludunt etiam in amplissima forma legitimatos, secundum Rotam Romanam, qua distinxit inter filios legitimos, & naturales, & de legitimo matrimonio, vt primo modo non senseantur vocati, sed bene posteriori sub qualitate legitimi matrimonij.*

17 *Filij positi in sonditione, & grauati simpliciter, censentur vocati, secundum vnam opinionem, sed sesundum alteram sententiam contrariã veriorem, & reseptiorem non censentur vosati, & nu. 18.*

19 *Filij posui in conditione censentur vocati, quando sũ qualitate masculinitatis sunt grauati, vel altera etiam leuis soncurris coniectura: similiter si soncurrit prasedens coniectura, quia testator fuerit digressus ad plures substitutionũ gradus: vel quia testator probibuit bona extra familiam alienari, & num. 20.*

21 *Filij positi in sonditione intelliguntur vosati absolutè ex bac sonditione, vt quia testator prohibuerit bona alienari extra familiam, cum clausula, quia vult bona perpetuò in agnatione souseruari: secus verò quando est facta probibitio sine causa, & sine expressione, quòd bona in agnatione conseruentur, & num. 22.*

23 *Filij in sonditione positi censentur vocati, quãdo sunt omnes dessendentes grauati, & quando inter dessendentes est substitutio facta, & quando dixerit testator, substituo omni meliori modo.*

24 *Alienatio bonorum fideicommissi, eueniente casu fideicommissi reuosatur. Sed fallit si alienata extiterint per ignorantem fideicommissum: tunc enim solum debetur pretium: quod procedit si alienans sit soluendo, si verò soluendo non extet, agi potest ad bona, & nu. 25.*

26 *Fructus fideicommissario vniuersali non debentur, nisi post moram incursam, & post interpellationẽ iudicialiter factam. quod ampliatur, dato quòd fideisommissarius fuerit absens, vel ignorans, & nume. 27.*

28 *Fructus dominium sequuntur.*

29 *Mora requiritur in fideisommisso vniuersali, ad hoc vt fructus post ipsam incursam per heredem, vel per alios babentes causam ab eo, cedant lusro fideicommissarij; secus in fideicommisso partisulari, in quo veniunt fructus eodem modo, quo in legato puro rei particularis, ab hæreditatis scilicet aditione, vel conditionis euentu, & nu. 30.*

DECISIO CCLXII.

1 ALIENATIO † bonorum in præiudicium magnifici Antonij Nouelli, cui ea quidem debentur ex fideicõmisso, de quo agitur, nulla stabiliter, ac constanter discernitur. nam bona hæc, ita & taliter fideicommisso subiecta, alienari nullatenus potuere. ita Barto. in l. Lucius, la seconda, & ibi Imo. col. 2. in fi. ff. de hæred. instit. Paul. Castren. in l. filiusfamilias, §. cum quis, ff. de leg. 1. & Bertran. consi. 83. sub nu. 9. vol. 5.

2 Cæterùm † allegatur proponiturque, non intempestiuè quidem hodie, an actor ipse ex coniecturis cẽseatur vocatus, cum alioquin licèt à tempore Riccardi Malumb. & Azonis ad hunc vsque diem controuertatur, vtrum liberi in conditione positi censeantur vocati: nihilominus tamen opinio Glo. in d. l. Lucius, quæ stabili tramite inclinauit, filios in conditione positos, intelligi prædilectos, & prælatos, non vt patri succedant ex testamento, sed vt sit potius reseruatum ius succedendi ab intestato, hodie est receptissima & canonizata, veluti tradidere Bertran. consi. 33. Visa clausula, nu. 4. volum. 8. Ripa in l. ex facto, §. ex facto, num. 10. ff. ad Trebel. Soc. iun. cons. 177. colum. 3. volum. 2. Card. Albanus cons. 1. sub nu. 1. Bursat. cons. 75. num. 14. Simon de Prætis, cons. 31. num. 27. cons. 42. num. 53. & 19. cons. 47. num. 15. consil. 167. num. 37. & cons. 181. nu. 15. Rolan. à Valle, cons. 43. num. 38. volum. 4. Hieronym. Gabriel. consi. 2. num. 4. & consi. 95. num. 21. volum. 2. Tiber. Decian. cons. 59. nu. 1. vol. 2. Gerard Mazzol. consi. 84. num. 26. Iacob. Mandel. cons. 87. nu. 10. Natta, consi. 551. num. 8. volum. 3. Cæphal. consi. 251. num. 73. vol. 2. Iacob. Beretta, consi. 63. Sfortia Oddus in tracta. de compendiosa substitutio. par. 5. conclusio. 3. D. Horat. Mandos. in addi. Romani, consi. 32. In litera, substitutio, & explicauimus aliàs, etiam satis commodè, in Sylua communium opinionum, in opinio. 862. sub num. 4. lib. 3.

3 Imò † hoc, quod existentibus coniecturis, positos in cõditione intelligi vocatos, nulli profectò obscurũ esse arbitror, veluti omnes vniformi concursu probãt, & aliàs nos quoque explanauimus in Syluæ communium opinionum, ex decisione Rotæ Romanæ, in prænotata opinio. 862. in fi. prout hanc eandem rem rectà sanè animaduersione probauere etiam Soc. sen. in l. cum auus, in fi. ff. de condit. & demonst. Cagnol. in l. 1. nu. 48. C. de pact. & ibi Ripa, num. 7. in fi. & Zucchard. num. 58. Gozad. cons. 64. num. 7. Craue. cons. 62. num. 6. Iacob. Mandel. consil. 87. num. 10. Natta, consi. 551. num. 7. Clarus in tracta. de testam. uers. an verò aliqua, Marzarius de fideicom. quæst. 20. & huicmet opinioni, tanquam sacrosanctissimæ acquieuit Rota Romana in vna Bononien. bonorum de Pasijs coram R. P. D. Augustino, teste Put. decis. 215. lib. 3. & habetur in recollectis ipsius Augu. decis. 8. in fi. lib. 1. & decis. 339. & 348. & 440. lib. 3.

4 Præsupposito † itaque in præsentiarũ, mediante suo pondere, quòd huiuscemodi cõiecturæ ex expressis in testamentis colligi debeant, secũdum Alex. cons. 202. num. 7. volu. 7. Soc. sen. cons. 116. col. 2. volu. 3. Hierony. Torniel. cons. 43. nu. 21. inter cõsilia Portij Imolensis, Tiber. Decian. consil. 44. colum. 1. inter consilia eiusdem Portij, lib. 1 Bursat. cons. 64. num. 2. volu. 1. Bero. cons. 104. nu. 12. vol. 2. Cæphal. cons. 117. nu. 65. volum. 4. Francisc. Vegius, cons. 74. num. 230. Iacob. Berettam, consi. 74. nu. 10. Clarum de testam. quæst. 78. & Simon de Prætis, in tract. de interpret. vlti. volun. lib. 2. interpret. 2. sol. 3. nu. 6. & Vinc. Maxilla in cõsuetudinib. ciuitatis Bari, in cõsuetudine Dos à patre profecta, de iure dotiũ, sub nu. 120.

5 Et † quamuis leues admodum coniecturæ sufficerent, veluti cõstanter quidem firmauere Ruin. consi. 104. num. 18. volum. 3. afferens etiam ibi, vidisse sæpisimè ac audiuisse consultum per primarios Italiæ viros, quòd stantibus leuibus coniecturis, voluerit testator disponere, & Crauetta, consi. 262. num. 6. & cons. 113. num. 2. Purpur. inter consilia Syluani, cons. 53. sub num. 3. Cæphal. consi. 251. num. 74. volum. 2. Grat. consil. 101. nu. 17. volum. 2. Riminal. iun. consi. 21. num. 53. Menoch. cons. 393. nu. 34. vol. 2. Tiber. Decian. cons. 2. nu. 9. in fi. vol. 2. & cõs. 3. nu. 4. eo. vol. & Io. Pet. Surd. consi. 67. nu. 34.

6 Nihilominus † tamen in præsenti speculatione coniecturæ, non modò leues extant, sed etiã grauissimæ quoque in testamento producto discernũtur. Et primò, quia testator posuit liberos suos in conditione sub qualitate masculinitatis, cuius nempe qualitatis adiectio efficit, vt liberi in conditione positi, intelligantur dispositiuè vocari, vt hoc casu restringenda quidem sit Glo. opinio in d. l. Lucius, vt voluere Guido Papę, decis. 184. nu. 3. Dec. consi. 270. num. 6. consi. 318. num. 2. cons. 516. num. 11. consi. 545. num. 11. & cons. sequen. num. 1. consi. 574. nu. 7. cons. 578. nu. 12. & consi. 655. nu. 31. Corn. consi. 74. nu. 9. volu. 2. & consi. 146. eod. vol. Curt. iun. consi. 43. num. 7. & consi. 48. nu. 7. & cons. 87. num. 1. vbi expresse quidem exprimit, ter se, prò hac opinione, in ciuitate Brixiæ consuluisse, atque pro ea decisum, sententiam que pariter extitisse per Serenissimum ac Sapientissimum Senatum Venetum cõfirmatam, & idẽ Curt. iun. consi. 96. num. 2. & consil. 113. num. 4. testatũ derelinquens ita fuisse illo anno per nonnullos Doctores celeberrimos consultum in ciuitate Senarum, & consi. 121. num. 16. Craue. cons. 776. sub num. 10. Gozad. cons. 26. num. 22. & seq. consi. 64. nu. 7. consil. 87. num. 15. & consi. 89. nu. 8. Rubeus, consi. 28. nu. 6. cons. 31. nu. 3. & consi. 120. nu. 3. Rol. à Valle, consi. 6. nu. 29. vol. 4. imò reperiuntur quamplurimi et Authores antiqui, & moderni, qui illam sequuntur sententiam, quos duximus omittẽdos, ne fimbrias in re nullatenus releuãti dilatemus: solummodò hi adsunt, qui recẽsendi veniunt, qui itidem testantur vtiliter quidem hãc partem fore veriorem, & receptiorem, veluti sunt Iacob. Mandel. cons. 87. nu. 11. Bursat. consi. 13. num. 53. volu. 1. Cæphal. cons. 251. num. 77. volum. 2. Tiber. Decian. cons. 42. nu. 7. & consil. 45. num. 1. volu. 1. Cels. Hugo, cons. 20. nu. 45. Riminal. iun. cons. 21. num. 45. Marzarius, consi. 1. nu. 3. Matthæ. Brun. ab Anguillis, cons. 82. Anton. Ciofflus, cons. 67. nu. 3. vol. 1. & cons. 42. nu. 7. volu. 2. Franc. Turturel. cons. 394. num. 9. inter consilia Iacobi Menoch. vol. 4. Mantica in tract. de coniect. vltimarum voluntatum, lib. 1. titu. 3. sub num. 3. vers. sed illa distinctio, Io. Pet. Surdus, consi. 67. nu. 33. & seq. & cons. 96. nu. 30. Aemil. Ferret. respon. 55. num. 1. ingeniosissimus, ac curiosissimus D. Menoch. cons. 202. num. 87. consi. 253. nu. 6. & cons. 277. nu. 2. volu. 3. cons. 228. nu. 28. & cons. 293. nu. 6. & 8. vol. 4. & in tract. de præsumptionib. præsumptione 76. nu. 27. & seq. lib. 4.

7 Regia † verò Audientia Capitinatæ Apuliæ, relata hac ardua causa, eaque insimul in illa trutinata, tanquam quàmmaximum, amplissimumve onus hodierno die infirmis humeris desumptum, arbitrata est hanc opinionem ita simpliciter conceptam, valde periculosam fore, quicquid præcitati Docto. persuadere studuerint. Et ratio palpabilis ea quidem est, quia illa qualitas masculinitatis, vt verba ipsa indicant, vocationẽ masculorum non sonat, sed substituti exclusionem per masculos, non autem fœminas, quę ita exclusissent, sicuti masculi, si dictum extitisset (si sine liberis decesserint) vt per Paul. Castren. & alios in l. 1. C. de condit. insert. & Paris. cons. 36. volum. 2. & ideo appo sita extitit qualitas masculina, vt soli masculi substitutum sincerè & realiter quidem excluderent, igitur nõ est ita simpliciter à verbis recedendum, l. non aliter, ff. de lega. 3. & sic consequenter dici oportet masculos in cõditione positos esse ad exclusionem substitutorum, & quòd eis ius legitimę successionis ab intestato reseruatũ sit, ex qua nempe ratione radicitus subuertitur fundamentum Decij, cons. 170. & cons. 574. sub 7. & seq. cui innituntur omnes Scribentes, qui arbitrati sunt hanc adiectionem operari positos in conditione esse vocatos, dum Decius probat, quòd cum in casu Glo. in d. l. Lucius, licèt in cõditione positi tantum ab intestato veniant, & cum eis filiæ admittantur, l. maximũ vitium, C. de liber. præter. cum similibus: nihilominus tamen, cum à statuto, vel à testatore masculi solummodò vocentur, & non fœminæ, non potest dici eis quidem voluisse ius legitimæ successionis ab intestato reseruare, vtpote quia in via intestati fœminæ non excluduntur, & ideo sequeretur, quòd esset contra mentem testatoris, qui de fœminis non curauit, dicere masculos non intelligi vocatos, sed fęminas cum illis fore admittẽdas. quæ quidem ratio re ipsa parum aut nihil vrget, cum liquidissimè sanè appareat, non sequi ex ipsa vocatione masculorum in cõditione positorum, verum tantum filiabus fœminis exclusis, ipsorum admissionem, secundum ius legitimæ successionis ab intestato; & quãuis hæc expressio tacitè inesset, tamen satis est operari exclusionẽ fœminarum, quæ aliàs ab intestato vnà cum masculis admitterentur: & ideo non immeritò hæc sententia verior discernitur, vt ob istam qualitatem masculinitatis simpliciter, & de per se adiectam, liberi in conditione positi, non intelliguntur vocati, veluti ita extitit resolutum in sacro Senatu Pedemontano, non semel tantum, teste decoratissimo D. Antonino Tessauro, decis. 96. Filij in conditione positi, nu. 20. & seqq. & in Rota Romana etiam, teste August. decis. 1. in titu. de testam. afferens ex mente Dominorum de Rota qualitatem hanc masculinitatis suffragari, alijs tamen concurrentibus coniecturis, cui nempe opinioni acquiescit etiã Rota Florentina, secundum Marzarium, de fideicom. quest. 20. in prin. & consil. 10. Grat. cons. 3. num. 31. volum. 1. Ruin. cons. 181. num. 10. volu. 2. & cons. 141. num. 11. volu. 3. Gozad. cons. 104. nu. 8. Capra, consi. 2. nu. 23. Alc. consi. 35. num. 12. & cons. 117. num. 12. lib. 9. Rubeus,

beus, consi. 120. nu. 9. Vbertin. Zuchardus, in l. 1. num. 72. C. de pact. & ibi Cagnol. num. 51. recitâs, grauiter errasse ingenium Decij, viri alioquin acutissimi, qui asseruit opinionem contrariã Guidonis verissimam esse, ac neminem habere contradicentem, cũ re ipsa magis recepta Doctorum sententia contradicat, & idem quoque asseuerauit Io. Dilectus in tracta. de arte testandi, in tit. de substit. caut. 36. num. 2. recitans friuolas esse rationes Decij, & Hierony. Torniel. consi. 43. num. 7. & 11. inter consilia Portij Imolens. Mantua, consil. 92. nu. 22. Rolan. à Valle, consi. 51. num. 5. vol. 3. consi. 34. num. 64. & consi. 43. num. 39. volu. 4. Gerard. Mazzolus, consil. 2. num. 40. Card. Alba. consi. 11. colum. pen. & consil. 26. nu. 9. inquiens contrariam opinionem Decij, & Guidonis erroneam, ac leuem esse, Cæphal. cons. 419. num. 69. volum. 3. consil 469. num. 3. & 8. volu. 4. & consil. 517. nu. 69. & 73. eod. volu. proferens contrariam opinionem magis communiter damnari, Bursatus, cons. 1. num. 8. volum. 1. vbi is quoque testatur ita in Rota Romana, ac in Rota Florẽtina extitisse iudicatum, & consi. 2. num. 26. & consi. 86. num. 2. Iacob. Beretta, cons. 74. nu. 11. Franc. Veggius, consi. 74. nume. 264. Menoch. cons. 91. nu. 1. volu. 1. Clarus, de testam. quæst. 79. in 2. coniectura, Simon de Prætis, de interpret. vlt. volunt. fol. 11. sub num. 11. vbi non inconcinnè quidem distillat hanc esse magis receptam, atque in iudicijs frequẽtius obseruatam sententiam, Cotta in memoral. in ver. filij in conditione positi, in 2. limit. in fi. vbi Riminal. iun. in addit. Natta, consil. 551. num. 14. vol. 3. Celsus Hugo, consi. 68. ante, num. 14. Berous, cons. 11. sub num. 30. cons. 84. nu. 75. & consi. 170. num. 28. & seq. volum. 2. vbi etiam potissimè scribit fore magis communem, & Simon de Prætis, cons. 42. num. 13. vbi rectissimè itidem dicit esse attendenda Collegia, ex quo ita tenuit Collegium Papiense, secundum Curt. sen. cons. 46. & Collegium Delphinatus, nec aliter curandum fore de consilijs particularium Doctorum contrarium asseuerantium, & idem firmat ẽt idemmet Simon de Prætis, consil. 167. num. 46. Portius Imolens. cons. 8. nu. 58. vol. 1. Bologn. consil. 15. nu. 62. & Hierony. Gabriel. cons. 95. nu. 23. & cons. 123. nu. 28. vol. 2.

8 Quæ † nempe sententia indubitabilis atque serena penitus discernitur in casu, de quo agitur, cum adsit vigeatque etiam statutum exclusiuum fœminarum, & tunc filij positi in conditione, etiã sub illa qualitate masculinitatis, non dicuntur aliter vocati, sed dicitur sanè quidem eis ius ab intestato reseruatum. ita Soc. iun. cons. 111. num. 32. consi. 118. nu. 19. & consi. 119. num. 31. volum. 1. & consi. 164. num. 9. vol. 2. Anto. Gabriel. in suis conclusionib. conclusio. 4. num. 6. de fideicom. Bursat. cons. 1. sub num. 6. vers. quod eo magis, volum. 1. quæ nempe opinio hodie verior extat, & tutior, & receptior, ac sequenda in iudicando, atque consulendo, vt testatur Hieronym. Torniel. cons. 43. sub num. 11. in fi. consilij Port. Imolens. volum. 1. Hierony. Zanchus in l. hæredes mei, §. cum ita, num. 757. Card. Albanus, cons. 11. col. fi. vers. idem sentit Socinus, & cons. 26. nu. 11. Mantica de coniectur. vlt. volunt. lib. 11. titu. 3. num. 4. & seq. quicquid senserit, non sublimi quidem speculatione penetrata veritate Franc. Turturellus, consi. 394. num. 11. vol. 4. inter consilia Menoch. qui re minimè digesta scripsit istam opinionem contra Soc. iun. hodie fore communem, & æquiorem: nam omnes Docto. quotquot sunt, qui hactenus circa rẽ hanc discussere, omnes admittunt ipsius Soc. iun. opinionem reperiri indubitatam, & absque difficultate aliqua receptissimã, reprobando cons. Decij 546. sub num. 4. & cons. 574. in fi. & cons. Grati 32. num. 9. & cons. Marzarij primum, in 3. quæst. & consil. 4. vers. præterea quando ponuntur. quam quidem opinionem contra eosdem Doct. etiam quãdo testator exclusit proprias filias, & proximiorem agnatum, filio sine filijs masculis decedenti substituisset, quia tũc stante statuto prædicto exclusiuo fœminarum liberi in conditione positi nullo modo vocati cẽsebuntur, approbauit Rota Romana in vna Bonon. de Pepulis, die 13. Nouembris 1566. coram R. P. D. Robusterio.

9 Nec † modicum hodie commoditatis quidem cõfert ad cognitionem & extricationem præsentis controuersię, quòd simus in qualitate masculinitatis geminata, quo casu, omnino, ea mediante, censeri liberos in conditione positos, vocatos, vt firmauere Franc. Mantica in tract. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. ti. 3. colum. 7. Simon de Prætis, in tract. de interpret. vlt. volunt. lib. 3. fol. 3. nu. 17. Iacob. Mandel. consi. 87. num. 11. Menoch. cons. 393. num. 14. vol. 4. Io. Pet. Surdus, consi. 96. num. 31. Franc. Turturellus, consil. 394. num. 10. inter consi. Menoch. vol. 4. qui omnes opinantur hanc opinionem ita demum esse receptissimam, vt ab ea non sit aliter recedendum, etiam stante semel adiecta, & nullo modo geminata qualitate masculinitatis.

10 Sed † quamuis circũdatus, obsessusque videar his obstaculis, tamen adhuc puto hanc etiam sententiam eisdem rationibus reijciẽdam esse, vti periculosam; quibus priorem, in qua non extat eiuscemodi qualitas geminata: & ratio palpabilis ea nempe est, quia talis dictionum geminatio, cum sit eiusdem significationis, nihil aliud sanè importat, nisi maiorem expressionem voluntatis circa id quod iam dispositũ est. verum enimuerò nec dispositionem alterat, neque diuersum effectum inducit, imò perinde est, sicuti si vna tantum dictio esset prolata. ita Barto. Corn. & alij vniformi voto omnes in l. si idem, C. de codicil. Paris. cons. 110. nu. 45. & 48. vol. 1. Alex. cons. 130. col. 3. vol. 4. & Hierony. Gabriel. cons. 106. num. 35. vol. 2.

11 Idcirco † trãscurrenter perstringẽdo, attingendoq; lucido cum sermone veritatis scopum, non obstantibus authoritatibus allegatis, verius quippe extat, hãc qualitatem masculinitatis, etiam geminatam, minimè gentium efficere, vt positi in conditione, sub eadem, dicantur vocati, veluti determinauere constanter quidem, Raph. de Raymundis Comen. cons. 122. per totum, Paris. cons. 31. num. 19. vol. 1. consi. 87. nu. 26. & seq. eod. vol.

Berous,consil.84.num.75.volum.2. Iac.Beretta, consil.74. num.11. & Oraculum Rotæ Romanæ in vna Bonon. Dominorum de Pepulis, coram R. P. D. Robusterio, die 13.Nouemb. 1566.

12 Sed † (vt eo vnde egressa est reuertatur oratio) dubitandum ac in aciem descendendum nõ est, cum in terminis nostris,non sic incidimus in hostes,quin positus in conditione intelligatur vocatus,cum vltra qualitatis huius masculinitatis adiectionem,concurrant itidem aliæ cõiecturæ, quo casu compertum indubitatumque est, quòd filij masculi in conditione positi censentur vocati.ita Hieronym.Gabriel. consi.123.num.28.volum.2. inquiẽs in proposito, quòd quamuis qualitas masculinitatis, adiecta filijs in cõditione positis non sufficiat: nihilominus tamen quando aliunde appareat ac discernatur fideicõmissum esse factum occasione agnationis conseruandæ, ex quo aliàs conseruari nequit vllo quidem pacto, tunc profectò absque scrupulo, filij masculi in conditinne positi intelliguntur vocati, vt firmauere et Curt, sen.consi.75.Curt.iun.consi.87.nu.2.Ripa,nu.9. & Cagn.nu.53.in l.1.C.de pact.Soc.iun. cõs.78. nu.17.& Hieron.Gabr.consi.123.sub nu.29.itaq; cũ concurrat in præsenti casu prædicta coniectura, quòd testator voluerit conseruare bona in familia,insimul cum alijs coniecturis, sanè indubitata redditur isthæc sententia, vt qualitas masculinitatis,alia coniectura concurrente,inducat fideicommissum inter positos in conditione,vt per Iacob. Mandel.consi.86.num.11.& seq.Grat.consi.106. num.46.volum.2.Bursat.consi.13.nu.53. & consil.86.num.2.volum.1.Cæphal. consi.114. nu.26. in fi.volum.1.& consi.476.num.16.vol.4.& Marzarius, de fideicom. par.2. quæstio.29. vbi scribit hanc opinionem aliàs sequutam extitisse Rotam Romanam.

13 Secũdò † principaliter colligitur quoque ex testamento præsentato alia cõiectura,quæ simplex, & per se sola reputatur habilis ad inducendum fideicommissum inter liberos positos in conditione,videlicet quia testator ipse digressus extitit ad plures substitutionum gradus inter suos descendentes. ita Zanchus in l.hæredes mei, §.cum ita, num.269.Iacob.Mandel.consi.86. num.11. & 12. Ripa, de substit.respon.1.num.11. Alciat.consi. 34.num.5.lib.9.Alexan.consi.64.nu.5. volum.5. Iaf.consi.232.colum.1.volum.2.consi.40.col.fin. volu.3.& consi.108. col.3.volum.4. Gozad.consi. 64. nu.10. quæ nempe opinio fuit originalis Bal. in l.1.§.pro secnndo,num.8.C.de caducis tollen. quamuis Cels. Hugo asseueret fuisse Nicolai de Neapoli ante ipsum Baldum,consi.20. ante num. 23. vbi num.47.in medium referauit etiam communem fore,quæ originaliter approbatur ab Anchar.consi.74.

14 Et quamuis hodie † nonnihil quidem controuertatur,an absoluta,& simplex hæc digressionis coniectura recipiatur,vt efficiat, liberos in conditione positos esse vocatos, veluti non recipi,com plures hodie opinantes id verius fore, atque receptius decipiuntur,veluti fuere Soc.sen.in d.l.cum auus,num.114. & consi.62. num.10.& consi.69. num.7.inquiens ibi se nunquam sequutum hanc Ancharani opinionem fuisse, verum eam potius semper impugnasse,tanquam non munitam,imò sola ipsius Ancharani authoritate suffultã, idem Soc. consi. 104.post num.9.& consi.116.sub num. 8.volum.3.Mantua consi.515.num.19.consi.194. num.13.& consi.92. num.22. Curt. iun. consi.43. num.9.Curt.sen.consi.64. nume.18. vbi testatus est esse communem,Alcia.consi.117.nu.12.lib.9. & consi.89. num.5. eod.lib. Moder. Parisiens. in add.ad Alex.consi.64.volum.5.in addi.1.in fi.vbi proferunt hanc fuisse tantummodo phantasiam Ancharani,ac ab omnibus reprobatam, Clar. de testam.quæst.79.in 4.coniect. Card. Alban.in lucubrat.ad Bar.in l.Centurio,num.27. ff.de vulg. & pupil.Hieronym.Zanch. in d.l.hæredes mei,§. cum ita,num.780.& 788.Rolan.à Valle,consi.51. num.9.volu.3.& consi.43.nu.39. volum.4. Cels. Hugo,consi.68.num.60.Bursat.consi.51.num.31. vol.1.Iacob.Beretta,consi.74.num.21.Fran.Veggius,cõs.74. nu.240. Cæterum cum satis diu hoc saxum voluerim, facilè colligo, non obstante Doctorum cumulo, in contrarium signato, sententiam hanc Ancharani,seu potius originaliter Baldi,vel Nicolai de Neapoli veriorem, & hodie absque scrupulo receptiorem esse, vt hæc digressionis coniectura simplex,& de per se operetur fideicommissum inter liberos in conditione positos, veluti crebriorem fore re ipsa meminere Anton. Gabriel.lib.4.communium conclusionum,tit.de fideicommiss.conclusio.4.num.13.& seq. vers.tenendo primam, de fideicom. Cæphal.consi.252. num.17.volu.2.Thob.Nonius,consi.31.num.15. Natta,consi.688. nu.5.volu.4. Hippol. Riminal. consi.21.num.41.Tiber.Decian.consi.3.num.52. vol.1.& consi.113.num.17. volum.2. Franc.Marzarius,consi.1.in 3.quæst.vers.quinta coniectura, Io.Pet. Surdus, consi.67.num.34. & consi.96. nu. 31.Anto.Ciofsius,consi.42.nu.8.volum.2.Marzarius de fideicom. quæst. 20. Mantica de coniect. vlt.volunt.lib.1 t.tit.3. post num.13.& Simon de Prætis, de interpret.lib.3.solut.3.post nu.8.Cum itaque testator fuerit digressus ad plures quippe gradus substitutionum, cum voluerit prouidere de substituto,non solum in defectum primi instituti, sed in defectum omnium liberorum, Regia Audientia Apuliæ,ne hoc opus nimium protenderetur in longum,iudicauit in anno 1583.positum in conditione, ex hac coniectura, intelligi vocatum; & iudicauit ita quoque Senatus Pedemontanus, in anno 1562. teste facundissimo D. Antonino Tessauro, decis.96.nu.15.& seqq.

15 Quę † nempe sententia,licèt nõ sufficiant quę parata erant: tamen sine controuersia aliqua, atque de plano, sublato omni lapide, procedit in præsentiarum potissimum in terminis casus, de quo agitur,cum præcesserit qualitas masculinitatis,vt concedit Hieronym.Zanch. in d.l.hæredes mei,§.cum ita,num.269.Iacob.Mandel. consi.86. num.11.& seq. Ripa respon.1. nu.11. de substit. Cæphal.consi.114.nu.26. volum.1.Hierony. Gabriel. consi.115. nu.54. volum.1. & ita resolutnm extitit in Rota Romana in vna Romana Casalis, die

die 18. Martij 1546. teste Anto. August. decis. 8. Et cum non tantum præcesserit prædicta coniectura, verum aliæ etiam plures subsequantur, merito dubitari vlterius non potest, quin sint liberi positi in conditione, vocati, vt per Ripam in d. respon. 1. num. 11. & alios omnes præcitatos, & per grauissimum ac decoratissimum D. Menoch. in tract. de præsumptionib. in præsumptio. 76. num. 53. lib. 4.

16 Tertiò † similiter suffragatur etiam alia coniectura, nam testator posuit liberos quoque in conditione sub qualitate legitimi matrimonij, cū dictum vtique sit in testamēto (si sine liberis masculis ex legitimo matrimonio procreatis) quo casu res & veritas serenior profectò est, intelligi vocatos, at excludere etiam in latissima forma legitimatos, teste Soc. iun. consi. 110. num. 26. volu. 3. & consi. 145. num. 39. eod. vol. subdente ibi, hanc coniecturam vrgentissimam fore, eique nihil opponi posse, & Menoc. consi. 325. num. 10. volu. 4. Thob. Nonius, consi. 32. nu. 11. Tibe. Decia. consil. 33. num. 90. in fi. volu. 3. Iacob. Beretta, consi. 40. num. 6. Riminal. iun. consi. 21. num. 44. & ita iudicauit Rota Romana in vna Bonon. Dominorum de Pepulis, die 13. Nouembris 1566. coram R. P. D. Robusterio, vbi Rota, alta quidem prudentia solita, distinxit inter filios legitimos, & naturales, & de legitimo matrimonio, & resoluit primo modo minimè censeri vocatos, sed bene posteriori modo, sub qualitate legitimi matrimonij.

17 Imò, † quia testator ipse liberos in conditione positos etiam grauauit de restituendo, hæc coniectura absolutè nempè, secundum Bartoli opinionem recipitur, vt ipsi censeantur vocati, ita Bartolus ipse in l. Centurio, num. 37. & ibi Ripa, num. 166. & Galliaul. nu. 101. ff. de vulg. & pupill. Bal. in l. precibus, col. fin. C. de impub. & alijs substit. Ioan. de Monte Sperello, & Corneus in l. ab eo, C. de fideicom. Bertran. consi. 33. num. 6. vol. 8. & consi. 88. num. 1. eod. vol. & consi. 71. sub num. 4. & seq. volu. 7. Ripa, Bolognet. num. 47. Dec. Cagno. Thob. Nonius, & Gozad. in l. 1. C. de pact. Ang. de Gambilionibus, in §. fi. col. penul. Instit. de pupil. substit. Soc. iun. consi. 168. num. 75. vol. 2. & consi. 114. num. 28. volu. 3. asserens istorum opinionem fore magis communem, Alex. de Neuo, consi. 79. nu. 8. Craue. consi. 115. nu. 3. Ruyn. consi. 140. num. 9. & consi. 142. num. 11. volu. 3. Paris. consi. 37. num. 39. volu. 2. Cassaneus, consi. 67. col. 10. Mantua, consi. 22. num. 64. consi. 53. nu. 1. consi. 92. num. 10. & 13. & consi. 194. num. 7. & hanc sententiam, consulendo à Perusinis canonizatam meminit Alcia. consi. 117. num. 1. lib. 4. & consi. 209. num. 5. eod. vol. Thob. Nonius, consi. 31. num. 19. Grat. consi. 81. num. 2. & seq. Rolan. à Valle, consi. 18. num. 10. vol. 4. Marzarius, consi. 4. versi. respondetur, & consi. 6. versic. respondeo enim, & consi. 10. versi. oppositio ista, Cepha. consi. 93. volu. 1. & consi. 477. num. 18. volu. 4. & hodie eandemmet opinionem firmiorem, crebrioremque fatetur cum alijs aggregatis per eum Mantica de coniect. vlti. volun. lib. 11. tit. 3. ante num. 3. Simon de Prætis in tract. de interpret. vltim. volun. sol. 3. sub num. 4. & Sfortia de Oddis in tract. de compend. substit. par. 5. art. 3. concedens hoc de plano locum fortiri, vbicunque liberi in conditione forent expressè, & nominatim grauati, aliàs secus, veluti explicat etiam Mantica cum alijs signatis per eum in loco prænotato.

Verùm enimuerò sacra Audientia Barensis, in vna Monopolitana fideicommissi magnificorum de Palmerijs, iudicauit superioribus annis contra-

18 riū, † quòd isthæc cōiectura grauaminis simplex, & de per se, tanquàm periculosissima reputata, non efficiat, vt positi in conditione intelligantur vocati, & in hāc eandem partem, prætermissis per me rationibus, ac fundamentis, tanquam obsessum, non dico literarijs occupationibus, sed alio modo, & insuitato laboris genere, inclinauere Albericus in rubr. col. 123. versi. sed quia testatores, ff. de vulg. & pupil. Rayner. & Riccard. Malumbra, vt refert Bal. & Saly. in l. precibus, in fi. C. de impub. & alijs substit. Ancha. consi. 137. in fi. & secundum hanc sententiam consuluit quoque Collegium Papiense inter consilia Curtij senioris, consi. 46. & ipse Curt. etiam consi. 42. num. 5. in fi. & consi. 45. num. 15. & consi. 63. nu. 6. Imo. Alex. & Ias. num. 57. Claud. de Seysel. num. 59. in l. Centurio, ff. de vulg. & pupil. & scribit magis communem, magisque veram fore Ant. Gabriel. conclu. 4. num. 18. de fideicom. & sequitur etiam Bellon. consi. 81. nu. 5. Mantua, consi. 275. Card. Alban. consi. 1. ante num. 12. & consi. 10. versi. & illud confirmatur, vbi meminit esse crebriorem, Aemil. Ferrettus, consi. 59. num. 5. Gerard. Mazzolus, consi. 2. num. 24. Bursat. consi. 1. num. 10. volu. 1. Rolan. à Valle, consi. 51. num. 11. volu. 3. Matth. ab Anguillis, consi. 22. post nu. 26. & consi. 164. num. 16. Ioan. Botta, consi. 51. nu. 39. Franc. Veggius, consi. 74. num. 230. & seq. Clarus de testam. quæst. 78. versic. sed quicquid dicant, Ioan. Dilect. in tract. de arte testandi, caute. 19. Simon de Prætis, consi. 42. num. 15. & 29. & consi. 167. num. 37. & 45. Cæpha. consi. 17. num. 17. volu. 1. consi. 268. num. 19. & consi. 269. num. 38. & seqq. volu. 2. consi. 379. num. 28. consi. 394. num. 38. & consi. 419. num. 70. volu. 3. & consi. 476. num. 12. volu. 4. & secundum istam opinionem, vti tutissimam, grauissimam, approbatissimamque, suadente veritate, extitit resolutū atque decisum etiam in Rota Romana, in vna Bononiensi bonorū de Pasijs, die 15. Februarij 1549. coram R. P. D. Augustino, teste Puteo decis. 315. versic. & licèt ista non sufficeret de per se, lib. 3. & nouissimè in vna Florentina fideicommissi de Soderinis, coram R. P. D. Aldobrandino. Nec huiusmodi res aliter me deterruit, dum aliàs in Sylua communiū opinionum, in opinio. 862. num. 3. lib. 3. protulissem priorem sententiam Socini, & sequacium præmemoratam communiorem penes Perusinos, cum veritatem in medium quippè attulerim communiorem repertam extitisse tempore ipsius Socini.

19 Quare † in præsenti speculatione, decisio hæc, ita emanata, alio itidem præsidio ac ope incolumis conseruatur, cum concurrendo cū hac coniectura grauaminis, tum præcedentes, tum subsequentes

quentes aliæ coniecturę, omnino recipienda quidem sit, ita vt absque cōtradictione aliqua veniat concludendum, positum in conditione esse vocatum: nam concurrit prima præcedens coniectura, qualitas masculinitatis, quæ simul iuncta cum coniectura grauaminis redditur efficacissima ad causandum fideicommissum inter positos in conditione, ita Hierony. Zanch. in d.l. hæredes mei, §.cum ita, num.747. in 2.limit. Ruyn. consi.111. num.15.volu.2. consi.139.num.17. & consi.167. num.6.vol.3. Dec.consi.170. num.3. Parif.consi. 37.num.35. & cons.41. num.71. volu.2. & Bero. cons.109.post num.9. volu.2. Bertran.consi.154. sub num.1.& seq.vol.8. & artificiosissimus, exercitatissimusque D. Menoch. in tract. de præsumptionib. præsumptio.76 nu.39.& seqq.lib.4.

20 Tertia † subsequens extat similiter coniectura, vt pote quia testator prohibuit bona extra familiam alienari, ita Curt.sen.cons.45.nu.5.& Ruyn. consi.122. num.4. & cons.124.nu.4. vol.2. & D. Menoch.in præmemorata præsumptio.76. num. 41. & seqq.

21 Imò † coniecturam istam, quando scilicet testator prohibuerit bona extra familiam alienari, vbicunque facta extet cum clausula (quia vult bona perpetuò in agnatione conseruari) verius quippè est, atque receptius absolutè recipiendam fore, vt positi in cōditione intelligantur vocati, vt per Parif.cons.6. num.16.vol.3. Ruyn.cons.101.ou.15. vol.2. Soc.sen.cons.250.num.8.volu.2. Curt.iun. consi.43.col.3.& seq. Anton. Gabriel. conclu.4. num.34.de fideicom. Clarus de testam.quæst.79. Mantua, cons.22.num.49. Cæpha.cons.383. nu. 2.& cons.417. num.20.volu.3. & cons.478. num. 42.vol.4. Marzarius, cons.8. Iaco. Berettam, cons. 63.num.8. Anto. Ciofium, cons.42.num.9.volu. 2.& Mantic. de coniect. vltim.volunt. lib.11.tit. 3. num.15.

22 Secus † verò foret, vbicunque reperiretur facta simplex prohibitio sine causa, ac sine expressione, quòd bona in agnatione conseruentur: tunc enim indubitanter, verius sanè extat, non intelligi aliter vocatos, teste Corn. consi.118. num.10. vol.2. Curt.iun.cons.43.nu.8.& seqq. & Vincen. de Anna in allegat. 10. sub nu.19. lib.1. quorum nempe sententiæ semper opinatus sum veriorem, tutioremque fore, nisi cum simplici alienationis prohibitione alia concurreret coniectura.

23 Quarta subsequens concurrit etiam coniectura, † quòd extant omnes descendentes grauati, & quòd (vt ostensum est) inter ipsos descendentes extat facta substitutio, & quòd nō solum modis prædictis expressis, testator substituit, sed apposita etiam clausula (omni meliori modo) & sic declarauit omninò voluisse substitutionem valere, & consequenter filios in conditione positos vocare, quoniam aliàs substitutio minimè valuisset, quas quidē posteriores coniecturas in eisdem terminis aliàs approbauit Rota Romana in vna Bononien. bonorum de Pasijs coram D. Augustino, attestante Puteo decis.215.lib.3. veluti easdē à Rota in dicta causa Bononien. sequutas probat Hieron. Gabriel. cons.123. post nu.30.vol.2.

24 Itaque † postremò iunctis insimul omnib. præmemoratis coniecturis, haudquaquam dubitari potest, quin hoc casu filij positi in cōditione sint vocati, & ex consequenti bona, de quibus agitur consequuturi quoque sint ex fideicommisso, vt data vocatione prædicta valeant & possint iure quidē optimo reuocare alienata per auum & patrem eorum, vt in principio denudatum extitit, & probant similiter Aret. Soc. sen. num.9. Lancellot. Dec.col.fi.in l.1.C.de pact. Alex.cons.66. num.5.volu.2. Curt.sen.cons.45.num.12.& Bertran. cons.83. sub nu.9.vol.5. & Natta consi.55 t. num.4. vol.3.

25 Sed † rerum expectandarum, hoc denique tanquam necessariū, omni subsidio, & consilio considerandum esse existimo, quòd si bene bona ipsa alienata fideicommisso subiecta reuocētur eueniente casu conditionis fideicommissi, l.fin.§.fin autem sub conditione, & auth. res quæ, & vtrobique Scribentes, C.communia de legat. & fideicom. nihilominus tamen hoc sanè quidem locū obtinet, vbicunque alienatio hæc fieret per scientes, habentesque notitiam de fideicommisso: verum quando alienatio fieret per ignorantes fideicommissum, tunc bona ipsa fideicommisso subiecta, alienata per ignorantes fideicommissum peti nequeunt vllo quidem pacto per fideicommissarium contra illos qui ea acquisiuere, sed debet & potest eo casu agere contra alienantem fideicommissarius ad pretium, & ad omne etiam aliud lucrum, ita Dyn. Cyn. Bart. Ias.col.2.& alij vniformi voto omnes in auth. res quæ, C.communia de legat. per textum in l.fin.ff.de leg.2. & ita firmat etiam Ioan. Vincen.de Anna in allegatio. 10. nu. 28. & seq. lib.1. & Ioan. Bapt. Plotus cum alijs signatis per eū, cōsi.54. Deus in adiutorium meum intende, sub num.51. & seq. subdens ibi istam esse communem sententiam, quam de plano scribit, procedere, & vtiliter quidem, vbicunque alienans esset soluendo, & cum prudentissimè more solito D. Claudius de Auria, & D. Scipio Scampuccius de ciuitate Luceriæ, Aduocati in præsenti causa, ad fauorem prædicti fideicommissarij actoris, articulauere, ac insimul probauere scientiam fideicommissi, fuisse in alienante, tempore alienationis, meritò igitur eadem Regia Audientia Apuliæ declarauit nullam alienationem ipsam, ac fore immittendum in possessionem bonorum alienatorum magnificū actorem, atque insimul condemnandos authores laudatos ad solutionem, restitutionemq; pretij, vna cum interesse prædictis tertijs possessoribus. Nec aliter obstat textus in l. fi.§.fi.ff.de leg.2. nam apertè ac expeditè quidem loquitur in eo, qui ignorando rem subiacere restitutioni, illam alienat, prout circa hoc, Doct. vnanimes quippe sunt, in l.Marcellus.§.res quæ, ff.ad Trebell. & Ioan.de Imo. in l.quidam ita, §.si quis filium, eo.tit.

Nec itidem perturbant notata per Ias.in l.fin.§. sed quia nostra, sub num.4. versi.quartò notabiliter limita, C.cōmunia de legat. vbi affirmat, quòd non solum scientia grauati alienantis, verum etiā emptoris, seu cuiuscunque alterius acquirentis,

necessariò tunc probanda veniat, aliàs legatarius, seu fideicommissarius succumberet: nam obstaculum hoc penitus tollit ac remouet, maturè quidem, Bertran. consi. 83. sub num. 9. volu. 5. dum ibi in medium exposuit, quòd isthæc assertio Ias. sterilis omnino reddatur, cũ hoc penes Ang. in locis citatis per eum nullatenus reperiatur. & sic remanet tuta communis schola Scribentium, vt sola scientia alienantis probanda sit, non autem acquirentis pro victoria obtinenda.

26 In † talia verò hęsitatione in hac causa cõ tingente, cum versemur hodiemet, num mora requiratur in fideicommisso vniuersali, ad hoc vt fructus post ipsam morã incursam per hæredes, vel alios habentes causam ab eo, cedant lucro fideicõmissarij, dicendum est, ipsos fructus non deberi, nisi post litem contestatam: nam cum fideicommissarius extiterit negligens in petendo, fructus tunc, ita cecidere lucro hæredis, vt nec in Trebellianicam ipsi imputentur, l. mulier, §. si hæres, ff. ad Trebell. quoniam fructus fideicommissarium non sequuntur, si mora non intercesserit, l. postulante, §. sed & in huiusmodi, & l. in fideicommissaria, in prin. ff. ad Trebell. Ruyn. consi. 97. nu. 53. volu. 5. Hierony. Gabriel. consi. 121. num. 58. volu. 1. & Bertran. consi. 83. sub num. 5. versi. ad tertium dico & respondeo, vol. 5.

27 Quæ †, nempe opinio, verisima etiam extat, dato quòd fideicõmissarius fuerit quoque absens, vel ignorans, ita Pet. Cy. Alberic. Saly. Corneus, & alij vniuersaliter omnes in l. iubemus, C. ad Trebell. Ang. de Vbaldis, num. 1. Alex. num. 7. Hercul. col. penul. & Imo. num. 1. in d. l. in fideicommissaria, vbi similiter exprimit istorũ opinionem communem esse, cui assentitur etiam tamquam communi, Georg. Lup. tit. 11. par. 6. in l. fi. & Hierony. Gabriel. consi. 121. nu. 58. lib. 1. & licèt contrariũ asseruerit Pau. Castr. in l. mulier, §. si hæres, ff. ad Trebell. Grat. consi. 132. num. 7. volu. 2. & Ripa in d. l. in fideicommissaria, num. 10. tamen memor veritatis hæc eorum dissentio remanet penitus muta.

28 Cum † itaque hæres nõ teneatur ad fructus, nisi post morã, meritò nec habentes causam ab eo, nisi post moram tenerentur, quia fructus re ipsa dominium sequuntur, l. Hærennius, ff. de vsur. l. 1. & 2. C. de pign. actio. vnde cum interpellatio iudicialis facta extiterit, moraque contracta post litis contestationem, concludendum est, quòd ipsi fructus veniunt tantum post istam litis contestationem, cap. Raynutius, §. cum autem, vbi Glo. in ver. contestatæ, extra de testam. & Marzarius de fideicommis. quæst. 63.

29 Quæ † nimirum sententia verisima omni dubio procul discernitur in terminis nostris, in quibus sumus in fideicommisso vniuersali: secus autem in fideicõmisso particulari, in quo mora non est necessaria, d. l. Hærennius, & Soci. iun. consi. 182. num. 22. vol. 2.

30 Vtpote † quia in fideicommisso particulari veniũt absque scrupulo fructus eodem modo, quo in legato puro rei particularis ab hæreditatis aditione, & conditionis euentu, ita Glo. Barto. Bal. Saly. & vniformiter omnes in l. fin. C. de vsur. & fruct. legat. Pau. Castr. consi. 413. col. fin. volu. 1. Corn. consi. 200. num. 7. volu. 4. Soc. iun. consi. 582. num. 25. & seq. vol. 2. Ruyn. coosi. 50. num. 11. vol. 2. & Simon de Prætis in tract. de interpret. vltim. volunt. lib. 3. sol. 2. num. 7. vbi recitat istam esse communem, sacrosanctamque sententiam. & ita tandem iudicatum extitit in eadem Regia Audientia, atque prouisum, fructus deberi fideicommissario post moram incursam, post interpellationem prædictam iudicialiter factam.

ARGVMENTVM.

Quod pactum de ingrediendo possessionem propria auctoritate contra hæredem extendatur, familiaq; per iudicem præstari debeat, & qualiter etiam restitutio danda sit.

SVMMARIVM.

1 *Pactum executiuum de ingrediendo possessionem propria auctoritate, contra hæredem extenditur. Et sic associatio per iudicem præstari debet habenti instrumentum cum constituto aduersus hęredem singularemque successorem etiam non citatum ad capiendum possessionem rei obligatæ donec fuerit eam ingressus. Ampliaturque locum habere in pupillo hærede minimè citato, nu. 3.*

2 *Familia seu associatio absque partis citatione, an & vbi concedatur.*

4 *Pactum de ingrediendo possessionem authoritate propria, & sic associatio non nisi contra morosum datur.*

5 *Pactum ingrediendi propria authoritate, licèt in singularem successorem non transeat, vbi instrumentum liquidum non sit: debitor tamen adiecto quoque constituto simplici, vel cum precario, potest pactum non liquidum exercere etiam cõtra illum etiam resistentem.*

6 *Defunctus si non fuit in mora expressa vel tacita per lapsum diei, nec etiam eius filius.*

7 *L. magna, de contrah. emp. contra hæredem ignorantem non extenditur.*

8 *Restitutio ex capite minoris ætatis licèt hæredi dari non debeat, vbi nil gestum cum minore reperiatur, agaturque ex obligatione facto defuncti contracta: ex persona tamen ipsorum maiorum concedenda venit restitutio ex capite ignorantiæ.*

9 *Restitutio ex capite ignorantiæ datur, ignorantiáque probabiliter competit in integ. restitutio centum etiam annis decursis.*

10 *Ignorantia in facto alieno probabilis videtur. requiritque, vt restitutio in integrum concedatur, & quando ea dicatur probabilis, & insta, remissiuè.*

11 *Restituendus ex clausula generali, ad rem vna cum fructibus perceptis & qui percipi potuere, restitui debet.*

12 *Restitutio ita facienda est, si tam minor quàm maior restituatur, vt quis integrum ius suum consequatur.*

13 *Restitutio id, quod læsio abstulit, & nihil minus restituit.*

Minor,

14 *Minor, seu quiuis alius restitutus vti pretium emptori in eius vtilitatem versum restituere tenetur, sic æquum est emptorem etiam teneri cum fructibus restituere seu compensare.*

Io. Franciscus San-Felicius vir in causarum discussione argutissimus, in earumque diffinitione accuratissimus, in vtraque re summum iudicium, mirabilem ingenij celsitudinem, copiam, doctrinam, ac denique exercitationem præseferendo.

15 *Restitutio antequam petita sit, non consideratur, neque malam fidem causat quin possessor faciat fructus suos, saltem consumptos.*

16 *Læsus ad statum pristinum per restitutionem in integrum restituitur, & ita demum quòd siue in mala, siue in bona fide fructus suos nullatenus fecisset.*

17 *Error iuris in Doctore, dolo ascribitur.*

18 *Pactis clausulisque insolitis instrumento appositis, fraus contractusque simulatus præsumitur.*

19 *Agi potest contra emptorē de fraude participantem.*

20 *Venditor ad debitoris etiam interesse tenetur.*

21 *Hæres maior per restitutionem in integ. petitam ante quadriennium restitui debet.*

22 *Æstimatio prædij de iure necessariò facienda, citata parte & non aliter, ac decreto interposito super iusto pretio, quod si incertum est, à iudice est declarandum.*

23 *Incertitudo actum vitiat, & quare dubitanti potius imputetur quàm ignoranti.*

24 *Traditione, seu assignatione fundi non perfecta, dominium non transfertur.*

DECISIO CCLXIII

IN causa magnifici Ioannis Bernardini
Lambertæ de ciuitate Bari, intentata su
per restitutione in integrum, oppositū
nempe extat in sacra Audiētia Barensi, illam nul
latenus competere. allegat nanque reus conuen
tus aliàs fuisse per patrem eiusdem Ioānis Bernar
dini factam promissionem, mediante publico in-
strumento, cum pacto in eo apposito executiuo
de ingrediēdo authoritate propria possessionem
prædij, de quo agitur, casu quo deficeret à solu-
tione debiti tali stabilito tempore. Vnde secuta
postmodum morte obligati, & non facta aliter so
lutione ipsius debiti per prædictum filium, & hæ
redem, fuit demum petita associatio pro ingre-
diendo huiuscemodi possessionem, & similiter à
iudice à quo concessa. Hodie verò pro iustifica-
1 tione associationis memoratæ, reus ipse dicit, † ꝙ
pactum hoc executiuum de ingrediendo autho-
ritate propria, extēditur de iure contra hęredem,
& quòd associatio præstari quoque debet per iu-
dicem habenti instrumentum cum constituto ad
uersus hæredem, & singularem successorem, etiā
non aliter vllo quidem modo citatum, ad capien
dum possessionem rei obligatæ, donec fuerit eā
ingressus, ne scandala, & rixæ sequantur, vt firma
uit Soc. sen. cons. 82. num. 9. volum. 3. Aret. consi.
21. col. pen. & seq. Ruin. cons. 166. Frustra quæri-
tur, sub num. 1. cum alijs seqq. volu. 4. Vrsillus in
addit. ad Afflict. in decis. 326 sub num. 4. & seq.
Afflict. in constitutio. Pacis cultum, sub num. 22.
vbi planum facit, ita aliàs hoc approbatum fuisse
pro vero in sacro Consilio Neap. & Maian. in tra
cta. de iudicijs, in 6. par. in titu. de citat. quando ea
rectè cōcipiatur, nu. 58. vbi admonet aliàs vidisse
Doctores errare in practica, tāquam præsentis do
ctrine ignaros, sicuti veritatem ipsam profert, fun
dando se in hac omnium in iure scribētium com
muni sentētia, de qua non obscurè quidem testa-
tur Rui. cōs. 127. Visa facti narratione, nu. 1. vol. 5.
2 Et † licèt huiusmodi familiam, seu associationem,
vigore l. creditores, C. de pignoribus, asseueret Io.
Vincent. de Anna in sing. 189. Famylia, in fi. nun-
quam potuisse obtinere, absque partis citatione:
tamē verum profert in ciuitate Neapolis, cum in
ea nullatenus concedatur, teste Vrsillo in add. Af
flicti in d. decis. 326. nu. 1. tamen extra ciuitatem
ipsam, secundum eundemmet Vrsillum ibi, abs-
que vlla quidem difficultate concedi consueuit,
& ita talem associationem indifferenter, ac indi-
stinctè, ad nutum actoris, & ad simplicem eius in
stantiam, ostensionemque instrumēti emptionis
omni solennitate vallati semper concessere abs-
que citatione rei, nō solùm Regia Tribunalia in-
feriora Regni, sed Regię etiam Audientiæ, prout
ita varijs quippe vicibus obseruauit Regia Au-
dientia Apuliæ, in anno 1583. & seq. & sacra etiā
Audientia Barensis, in anno 1589. & seq. in di-
3 uersis causis in illis tunc occursis. † Imò nedum
contra hæredem, ac singularem successorem: ve
rum contra pupillum etiam hęredem conceditur
huiusmodi familia, & associatio, ac pacti execu-
tio, eo nullatenus citato, teste Saly. in terminis in
l. creditores, in 5. & 7. quæst. C. de pignorib. Ne-
gusan. in tract. de pignoribus, in 4. par. principali,
sub nu. 17. vers. sexta conclusio est, & Ant. Batius
in scholijs ad Afflict. in constitutio. Pacis cultum,
in litera D.
4 Cæterùm replicatur, † quòd pactum de ingre-
diendo possessionem authoritate propria, & sic
associatio ipsa non datur, nisi contra morosum. l.
cum soluendæ pecuniæ, ff. de distract. pignor. Ne-
gusan. in d. tract. de pignorib. in 4. par. principali,
num. 17. & seqq. & in primo membro sextæ par-
tis, Bart. Saly. & alij vniuersaliter omnes in d. l. cre
ditores. imò hoc idem pactum minimè locum
obtinet, nisi vbicunque instrumētum foret liqui-
dum, vt per Bal. in l. si causam, colum. fi. C. de exe
cut. rei iud. Pet. Anto. Angusolam, consi. 15. Ad
euitandam restitutionem, num. 2. & seq. lib. 4. &
Cottam in memoriali, in ver. pacta executiua. qui
bus in locis tradidere huius rei cōmodum exem-
5 plum. Et licèt verum nempe sit, † quòd pactum
ingrediendi propria authoritate non transeat in
singularem successorem, vbicunque instrumen-
tum liquidum non sit: tamen si debitor, qui hoc
pactum fecerit, adiecerit quoque cōstitutum sim
plex, vel cū precario, posset tale quidem pactum,
tunc non liquidum, exercere etiam contra singu
larem successorem, etiam resistentem, vt discurrit
non mediocri quidem apparatu Tiraq. in tracta.
de iure consti. possessor. nu. 42. & seqq. & Pet. Gar
sia in decisionibus extrauagantibus, in dicto 265.

Executio. & absoluimus etiam in alijs casibus in Sylua nostra communium opinionum, in opinio.93. citatio partis. in petitione familiæ iudicis ad associandum, lib. 1.

6 Si † itaque defunctus non fuerit in mora expressa, vel tacita per lapsum diei, iuxta l. magnam, C. de cōtrahen. vel committen. stipul. cum adhuc dies nō euenerat, nec etiam eius filius, & sic actor ipse, stante eius ignorantia minimè gentium potuit esse in mora: taliter, † quòd d. l. magnam, nul
7 latenus extenditur contra hæredem ignorantem, teste Ias. in l. vinum, num. 10. ff. si cert. pet. qui allegat Bart. in cons. 230. Quia aliter dicendo esset quodammodo examussim si quid foret gestum cum minore per lapsum diei: & cōsequenter per eius tacitam moram daretur dubio procul restitutio ex capite minoris ætatis, & ita demum concessio familiæ, & associatio, ac omnia alia inde sequuta fuissent nulla.

8 Sed dato, quòd verius quippe sit, † quòd vbicunque nil gestum reperiatur cum minore, agaturque itidem ex obligatione contracta ex facto defuncti, dari non debeat restitutio ex capite minoris ætatis hæredi. l. Aemilius, ff. de minor. & ibi Barto. Bal. Ang. Paul. Castren. & cæteri vniformiter omnes in l. cū filiusfamilias, §. in hac, ff. de verborum oblig. Bar. Bal. Alber. & alij in l. 1. & 2. C. si aduersus vendit. pignor. Cyn. & Bal. in authen. quas actiones, C. de sacrosan. eccles. nihilominus tamen omnes ibidem concludunt, quod ex persona propria ipsorum maiorum de iure concedenda venit restitutio ex capite ignorātiæ, ex illo quidem edicto, si qua mihi iusta causa esse videbitur. l. 1. in fi. l. sciendum, & l. sed etsi, §. ita inquit præ-
9 tor, ff. ex quibus causis maior. † & quòd detur restitutio ipsa ex capite ignorantiæ, firmat etiā cum suo apparatu D. Oddus in tracta. de in integrum restitutio. in quæst. 8. art. 9. & Soc. iun. cons. 70. nu. 30. volum. 1. vbi concedit etiam, quòd ignoranti probabiliter, competit in integrum restitutio, et si centum anni decurrissent. & Mantua, cōs. 130. num. 7. Cephal. cons. 180. sub nu. 29. volum. 2. vbi ait istam esse omnium in iure scribētium crebriorem sententiam, & Syloanus, cōsi. 4. sub nu. 20. & seq. Grat. consi. 143. vol. 2.

10 Et ratio est, † quoniam in facto alieno videtur probabilis ignorantia. l. fi. ff. pro suo, l. qui in alterius, ff. de reg. iur. & c. cum quis in ius alterius, de reg. ior. in 6. & ibi Dyn. Cæphal. consi. 260. num. 15. & seq. volu. 2. Soc. iun. cons. 18. nu. 5. volum. 4. & Mantua, cons. 201. no. 15. vbi concedit etiam, ꝙ ista probabilis ignorantia non nocet modo aliquo, imò requirit ignorantia ipsa probabilis, vt restitutio in integrum concedatur, teste Cæphal. in d. consi. 180. nu. 30. vol. 2. & Iacob. Mandel. consi. 18. sub nu. 1. vbi affabrè quidem declarat, quando dicatur ignorantia probabilis, & iusta.

11 Vnde † cū prædictus magnificus Ioannes Bernardinus veniat de iure in integrum restituendus ex clausula ipsa generali, debet quippe tunc restitui ad rem, vnā cū fructibus perceptis, & qui percipi potuere, sicuti dicitur de minore, vt in l. patri pro filio, §. si pecuniam, vers. item ex diuerso, ff. de minor. & ibi Glo. & alij vniuersaliter omnes.

12 quia † tam minor, quàm maior si restituatur, ita est restitutio facienda, vt quis integrum profectò ius suum consequatur. l. si minor, §. restitutio, d. l. patri pro filio, §. si pecuniā, l. minor 25. annorum cui fideicommissum, ff. de minor. & l. necnon, §. fi.

13 ff. ex quib. cau. maior. † cum restitutio re ipsa omne id restituit quod læsio abstulit, & nil minus. d. §. restitutio, & ibi Bar. & Bal. etiam in l. ab hostib. §. sed quid simpliciter, vers. tu dicas latius, ff. ex quib. cau. maior. Gozad. consi. 44. nu. 9. & 13.

14 Nam † sicut minor, seu aliquis alius restitutus tenetur emptori pretium in eius vtilitatem versum restituere, eodem modo æquum est etiam & ipsum emptorem teneri, videlicet cum fructibus restituere, & pretium cum fructibus compensare, vt l. emptor, ff. de rei vendicat. & ita iudicauit de præsenti anno 1591. sacra Regia Audientia Barensis, condemnando prædictum reum ad relaxandum, & restituēdum ipsum fundum vna cum fructibus, restituto sibi pretio, & interesse passo, referente D. Ioanne Francisco San-Felicio, commissario eiusdem causæ, viro inquam in discussione causarum argutissimo, & in diffinitione earundem etiam accuratissimo: imò in vtraque re summum iudicium, mirabilem ingenij celsitudinem, facilitatem, copiam, doctrinam, argutiam, ac denique quotidianam exercitationē præseferendo.

15 Nec obstat vllo quidem pacto obiectio illa, † ꝙ restitutio in integrum antequam non sit petita, non videatur in consideratione aliqua, & quòd minimè causet malam fidem, quin possessor non faciat fructus, saltem consumptos suos, vt per Couarru. pleno nempe cornu, in lib. 1. variarum resolutionum, c. 3. quia in casu nostro est præsumenda non ambiguè quidem fraus, & mala fides in illo Doctore diligētissimo, versatoque in iodicijs, vt satis probatum extat, qui sciebat, scireque debebat, ꝙ prædictus contractus rescissibilis erat, tam ex læsione vltra dimidiam iusti pretij, similiter apparente in processu, quàm ex capite, etiam restitutionis in integrum, vt voluit Bursat. consi. 400. Cum iam satis, nu. 39. vol. 4.

16 In tantum, † quòd per restitutionem ipsam in integrum restituitur læsus ad statum pristinum, & ita demum, quòd siue extitisset in mala, siue in bona fide, nullatenus fecisset fructus suos, vt concedit D. Oddus in tracta. de in integrum restitutione, in quæst. 45. primæ partis, num. 20. & seqq. Alexan. consi. 54. volum. 6. Grammat. decis. 79. Socin. cons. 251. in fi. & Curt. sen. cons. 71. in add.

17 Et † sic error iuris in Doctore ascribitur absque dubitatione aliqua dolo, vt in l. 3. & ibi Docto. ff. quod quisque iur. & Crauet. cons. 7. & potissimum quòd vsus extitit insolitis quippe clausulis, dum quando euincitur ratione iuris cōgrui, emptor euincenti non cedit nisi eo modo, quo ipse habuit absque promissione euictionis generalis, prout eā sibi promitti fecit contra formam, & naturam contractus.

18 Vnde † pacta insolita in instrumento apposita, & clausulæ similiter insolitæ faciunt præsumi fraudem atque cōtractum simulatum. c. illo vos, de pi-

de pignorib.c.ad nostram,de empt.& uendit.Cę pol.de simulat.contract. præsumpt.48. Bald.in §. si quis sub conditione, ff.de cond. instit. Corne. consi.192.num.9.volum.4.Barb.consi.70.col.5.& consi.76.col.2.volum.3.Menoch.consi.422.num. 109.& seq.volum.5. Neutr.consi.34.nu.26.Grat. consi.117.nu.23.vol.1. & Prosper Pasethus, consi. 118. num.2.

19 In tantum,† quòd si debitor viueret, agere vti que posset cótra ipsum emptorem,vti participantem de fraude,iuxta text. in l.1.& pen.C.si vend. pignor.agat.unde non mediocriter admirata extitit eadem sacra Audientia Barensis,quo spiritu ductus iudex à quo absoluerit, tam emptorem,

20 quàm venditorem,† cum venditor ipse etiam ad debitoris interesse teneatur,secundum distinctionem textus in d.l.1.& pen. licet hic non simus in

21 istis terminis, † sed in hærede maiore, qui per restitutionem in integrũ petita ante quadriennium iuxta l.fin.C.de temp.in integrum restit. & notata per Soc.iun.consi.8.num.7.volum.4. vt de ætate ipsius satis est deductum,atque probatum, debet restitui contra vtrunque citatum,vt per Bart. in l.cũ miles.§.1.ff.quib.ex cau.maior.& per Dec. consi. 187. & Oddum in tract. de in integrum restitution.quæst.31.artic.17.& ad rem, & ad fructus compensandos cum pretio, & vsuris, seu interesse,per d.l.emptor.& prout voluit etiam Octauia. Cacheran. in decis.159. In executionem sententię,vbi planum facit ita in sacro Senatu Pedemontano extitisse decisum.

Imò huiusmodi restitutio in integrum, non solùm concessa extitit ex rationibus omnibus præmemoratis,sed ex capite etiam nullitatis prędictę assotiationis concessæ,non facta prius æstimatione ipsius prædij, simpliciter atque obscurè nem-

22 pe traditi in defectum solutionis.† quæ certè æstimatio prædij de iure facienda necessario erat,ista parte,& non aliter,nec alio modo,ac etiam interposito decreto iudicis super illius fundi iusto pretio. ita Barto. Salyc. & alij in l.3. C.de pignoribus, Doccius consi. . . . & Negusant. in tracta.de pignorib. in 4.par. principali, sub num.11. vers.vnde ad hoc vt creditor excusetur etiá à possessione, vbi scribit istam esse huius rei genuinam realemque practicam, & firmat etiam Fabianus de Monte in tracta.de emptio. & venditio. in §. quæstio.principali,num.28. vbi concludit, quòd vbicunque pretium est incertum, semper est à iudice declarandum, & quòd obscuritas hæc, & incertitudo tunc declaranda venit secundum qualitatem,valoremque rei venditæ.

Et ratio ea est,quoniam si aliter ageretur, procederetur quippe, & absque scrupulo aliquo in

23 confuso, & sic remaneret pura confusio,† & incertitudo tũc omni dubio procul vitiaret actum. l.si frumẽtum,& l.idem Pomp.§.si.ff.de rei vend. & §.incertum, Instit.de leg. Imò dubitanti potius est imputandum, quàm ignoranti,quia dubitans potest inquirere, qui dubitationẽ soluat: sed qui errat, seu ignorat, credit illud firmiter sic esse, quod non est. ita Bal. in c. 1. §.personam, per quos fiat inuestit. in vsib. feud.

24 Vnde † cum talis traditio, seu assignatio fundi non fuerit vllo pacto perfecta: meritò itaque ex ea dominium non transfertur. argumento notatorum per Barto.in l.Iulianus, §.si Titius, ff.de actio. empti, & per Bald.in l.sicut, C.de actio. & oblig.& ita arguit Bar.consi.74. Petrus vendidit, in fi.& Francis.de Aret.in l.3.§.incertam,ff.de acquir.poss. Imò denique ille fundus, tanquam incertus non potuit tradi, nec possideri,nec vsucapi.l.locus, ff.de acq.poss.& l. si fur, §.incertam, ff. de vsucapio.

ARGVMENTVM.

De compensatione mercedis in locationibus facienda, & de remissione ob sterilitatem.

SVMMARIVM.

1 *Emptionis periculum ad emptorem, locationis verò ad dominum spectat, & quare.*

2 *Ius ipsum rei præsumitur venditum.*

3 *Emptor officij instar fructuarij habetur.*

4 *Remissio mercedis & fructuario, & conducenti est facienda.*

5 *Sterilitatis compensatio in locatione, an & quando fiat.*

6 *Remissio fit ob sterilitatem, maximè in locatione pro vno anno, & quatenus id verum.*

7 *Conductori re vti impedito, locator non modo mercedem remittere, verum omnia incommoda resarcire tenetur.*

8 *Sterilitas absque cõductoris culpa contingens in contractu locationis, qualiter pensionis remissionem inducat.*

9 *Conductor re vti impeditus ab eo, quem locator per vim maiorem prohibere nequit, ad quid teneatur.*

Pomponius Saluus, accuratissimus atque prudentissimus vir.

DECISIO CCLXIIII.

ILLVSTRIS Marchionissa Polignani locauit officium Regiæ Curiæ Terræ Molæ Notario Vincentio Campanili pro ducatis tercẽtum sexaginta, in anno 1588.& sequenti, quæ pensio seu merces solita est retroactis annis solui ab alijs actuarijs. accidit quòd in eodem met anno valida fames, magna sterilitas,ac maxima penuria in omni prouincia inopinatè insurrexit,ex quibus sua Excellentia, eiusque collaterale Consilium pro bono Regni regimine multas fecerunt sanctiones, moratorias etiam cócedendo, ne prouincia Barensis oppressa calamitatibus ab improuiso euenientibus ab habitatoribus deserer etur,propter quòd prædictus Notarius Vincentius vi diuina ob repentinas calamitates, ac etiam vi humana propter sanctiones ipsas, pro bono regimine promulgatas impeditus extitit gagia, ac emolumenta à litigantibus exigere: quia nec poterant homines litigare intenti quærere victum quotidianum, nec propter moratorias poterant liquidari obligationes,neque exequutiones fieri,

aut vendi. in quibus re ipsa quàm maximè soluũ
tur sportulæ. quæritur, ac insimul discurritur in
sacra Regia Audientia Barensi, an facienda sit
compẽsatio mercedis ex causis memoratis supra-
dicto actuario per eandem Marchionissam? &
concludendum sincerè quidem est, adeò notissi-
mi iuris fore remissionem hanc mercedis facien-
1 dam, vt aliqua nõ indigeat subtilitate. † ista enim
non fuit emptio, ita quòd periculum spectauisset
ad emptorem, iuxta regulam positam per Iacob.
Nouel. in reg. 158. Perfecto, cũ ampliationibus,
& limitationibus, lib. 2. & Franc. Lucanum in tra-
cta. de fisco, & eius priuileg. in fi. quæstio. num. 9.
sed fuit locatio, ita quòd periculum spectat ad do
minum, vt per Nauarrum, consi. 24. Quidam tra-
didit, ti. de vsuris, nu. 3. lib. 5. & huiuscemodi dif-
ferentiam inter venditionem, & locationem tra-
didere nõ equidem ieiunè ac steriliter Glo. Bart.
& alij vniformi cõsensu omnes in l. si vno, §. item
cum quidam, ff. locati, Abb. & cæteri Canonistæ
omnes in c. propter sterilitatẽ, de locato. & ratio
diuersitatis in istis casibus ea est, secundum Bart.
in l. 1. C. de iure emphyt. & in d. §. item cum qui-
dam. nam in contractu venditionis regulariter
momento nempe res expeditur: verum enimue-
ro in contractu locationis locator successiuè ad
patientiam obligatur: in tantum quòd tunc de-
bet & potest pro rata temporis patientiæ locator
ipse habere, ac pensionem consequi.

Nec itidem extitit tunc vendita alea, vel spes,
quia fuit venditum ipsum corpus eorum quę per
cipiuntur: nam hoc nomen actuariatus, accipitur
absque dubitatione aliqua pro ipso iure percipiẽ
2 di gagia, & emolumenta. † & in dubio ipsum ius
præsumitur venditum. l. dotis fructus, §. fin. cum
seq. de iure dot. C. noua vectigal. in rubro, & ni-
gro. ipsa enim perceptio, seu commoditas perci-
piendi sportulas fuit vendita. l. si vsusfructus, de
iure dot. & l. necessario, §. fi. cum sua Gl. de peric.
& commodo rei venditæ.

3 Emptor † itaque officij actuariatus habetur ad
instar fructuarij, vt latissimè per Dec. consi. 4. col.
2. vers. tertiò probatur, & Ripam in tracta. de pe-
ste, vers. sextus casus, & in incorporalibus locatio
habet vim cessionis iuriũ, teste Bal. in l. si ea lege,
4 C. de vsufruc. † sed quia omnia iura, tam ciuilia,
quàm canonica clamant remissionem mercedis
faciendã esse fructuario, ergo huic quoque actua
rio conducenti dictum officium. l. ex conducto,
§. si vis tempestatis, l. si vno, §. vbicunque, ff. locati,
l. licet, C. eod. & c. propter sterilitatem, extra eod.
contractus enim iste est bonæ fidei, & bona fides
non patitur quem ita decipi. l. 2. C. de rescinden.
venditio.

5 Nec † sterilitas vnius anni cõpensanda est cum
vbertate alterius anni: quia ista locatio fuit vnius
anni tantum, & iste annus fuit calamitosus, vt ha-
betur in d. §. si vis, Glos. & Bald. in d. l. licet, in 9.
quæstio. debet nempè fieri æstimatio ad id quod
cõsuetum est percipi. d. l. si ea lege, & ad id etiam,
quod communiter solet valere tempore locatio-
nis conuentæ. argu. l. oleo, C. de vsu. & l. 3. §. diui
6 fratres, de iure fisci. † & sic remissio ipsa fit ob ste
rilitatem, & potissimum vbicunque locatio fieret
pro vno duntaxat anno: cum tunc non haberet
quid ratione vbertatis compensare posset, teste
Io. Bertachino in tract. de gabellis, in 2. par. de lo
catione gabellarum, sub num. 16. & hoc eatenus
verum est, quòd locator rei suæ pro vno anno mi
nimè liberatur, vbicunque conductor eo tempo
re vti non potuit re ipsa locata, etiam si idem lo-
cator promitteret ei, quòd vteretur pro alio an-
no, & sic restauraret tempus pro tẽpore. ita Dyn.
in l. vsumfructum cum moriar, §. 1. de vsufruc. Flo
rian. in l. quæsitum, ff. de vsufruc. lega. Barto. in l.
item si vno, §. item cum quidam, ff. locati, & Bal.
in l. liberti, C. de oper. liber.

Nec potest postremò actuarius ipse petere in-
teresse, vtpote quia obstat d. l. si vno, §. vbicũque,
sed bene facienda est remissio, habito respectu,
quòd extra proprium incolatum cum eius vxore,
& familia, vt seruiret præfatæ Marchionissæ, per
annum continuum laborauit, proprijs sumpti-
bus in Terra Molæ, debebat saltem lucrari expen
sas victus, quas aliter lucratus non est, de proprio
erogauit, soluere modo pensionem iniquissimi
esset iuris, vbicunque ab omni æquitate boni vi-
7 ri iniqua iura se fundant. in tantum, † quòd si cõ
ductor ob impedimẽtum re conducta vti, ac frui
non potuisset, locator tunc indiscriminatim qui-
dem, nedum ei remittere deberet atque tenere-
tur mercedem: verùm omnia incõmoda etiam,
in quæ incurrisset resarcire. l. si in lege, §. colonus,
& l. si merces, §. si vicinæ, ff. locati, Bart. & alij om-
nes in l. stipulationes non diuiduntur, ff. de verb.
oblig. idemmet Bar. in d. l. si vno, §. vbicunque, ff.
locati, Soc. consi. 156. colum. 1. & cons. 149. vol. 2.
Alex. consi. 84. nu. 11. vol. 6. Natta, consi. 449. nu.
3. vol. 1. Paris. cons. 40. vol. 1. & Laur. Syluan. cons.
10. num. 32. vol. 1.

8 In tantum, † quòd sterilitas, cõtingens absque
conductoris culpa, inducit omni dubio procul in
contractu locationis remissionem pensionis pro
rata temporis, quo impeditus extitit vti ac frui re
conducta. l. si quis domum, §. 1. & ibi Bart. ff. loca-
ti, & est etiam text. in l. qui insulam, §. 1. & Bart. in
l. si quis fundum, §. Imperator, eod. tit. imò si sol-
uisset tunc aliquid pro pensione, seu affictu repe
teret, secundum Bartolummet ibi, & in l. si verò,
§. item cum quidam, col. 1. & seq. ff. locati.

Sed ad quid ulterius laboro in reuolutione sa-
xi huius? non ne impedimẽtum percipiendi emo
lumenta ex præsenti officio cõducto, causatũ ma-
nifestè discernitur ex moratoria concessa à Prin-
9 cipe? taliter, † quòd si conductor re cõducta vti
impediatur ab eo, quem locator per vim maio-
rem prohibere nequit, ad nihil amplius tenetur,
quàm vt mercedem remittat, seu perceptam red-
dat. l. si fundum quẽ mihi locaueris, in fi. & l. seq.
ff. locati, & ita consuluit etiam Roma. consil. 432.
num. 1. & sic denique post non leuem discepta-
tionem, hodie 20. mensis Martij 1591. extitit de-
cisum etiam in sacra Regia Audientia Barensi, re
missionem ipsam petitam concedendam esse prę
dicto Notario Vincentio, pro ducatis 120. refe-
rente D. Pomponio Saluo eiusdem causæ com-
missario,

missano, quam quidem decisionem, tanquã ema natam à tam accuratissimo, prudentissimoque viro, vti duce, authore, ac moderatore, statui inter aliàs decisiones meas, hanc etiam determinationem disseminare, vt hortulus iste noster varijs floribus esset vberior.

ARGVMENTVM.

Dispositio testatoris vti lex seruanda, & cur: & quando non attendatur.

SVMMARIVM.

1 *Testatoris voluntas & dispositio, vti lex obseruanda, eiusque fauorabilis executio nõ violanda, nec impedienda, contra quam, modo legi non refragetur, nec lex ipsa, nec princeps venire possunt.*

2 *Testantium voluntates adimpleri, ad publicam pertinet vtilitatem.*

3 *Testatoris voluntatem lex & index, sicut venator leporem, sequuntur.*

4 *Testatoris voluntas in forma specifica seruanda venit: formaque legis aequiparatur, vt factum, gestumque contra eam, vti contra iuris normam, nulla dicatur.*

5 *Testatoris voluntas, cur pro lege est seruanda, maximè in eius, cui relinquitur fauorem, num. 7. secus verò, quando oriretur aliqua suspitio in filios testatoris alendo, nu. 8. & dummodo legi non discernatur repugnans, num. 13. & filijs damnosa non sit, & consequenter pupillorum vtilitati non contrarietur, num. 15.*

6 *Testatoris prohibitio fortior quàm contrahentium.*

9 *Annibal de Dauid, profundissima vir memoriae, indicijque purgatissimi.*

10 *Testatoris voluntatẽ Episcopus, seu Vicarius ex causa alterare potest.*

11 *Testator vbi pecuniam ad pium vsum legatam, ad aliud opus non conuerti specificè prouideret, licèt conuerti aliter non possit, Papa tamen & Delegatus commutationem facere possunt.*

12 *Patronus solus, & Episcopus solus, contra testatoris voluntatem circa beneficij conditionem adiectam venire nequit, sed ambo simul.*

14 *Testantis consilium, prudens esse debet.*

DECISIO CCLXV.

1 VOLVNTAS † testatoris, ac eius dispositio, vt lex obseruanda est, nec debet vllatenus quidem illius fauorabilis executio violari ac impediri, §. disponat, Auth. de nupt. c. vltima voluntate, 13. q. 2. & l. 1. C. de sacrosan. eccle. Soc. iun. consi. 105. num. 2. & consi. 124. nu. 12. volu. 1. Bertran. consi. 77. num. 1. volu. 2. in 2. par. & consi. 176. num. 7. & seq. vol. 5. Bero. consi. 5. sub num. 6. & seq. vol. 1. & consi. 1. num. 15. vol. 2. Caepha. consi. 221. num. 8. volu. 2. Vincen. de Paleotis, consi. 135. num. 18. inter consilia vltimarum voluntatum, & Petr. Garsia in decisionibus extrauagãtibus, in dicto 205. Licèt regula sit. imò contra dispositionem testatoris, dum legi non refragatur, nec lex, nec Princeps venire possunt, teste Soc. iun. consi. 12. nu. 9. vol. 4.

In tantum, quòd testatoris ordinatio, ac voluntas semper est obseruãda, ac attẽdenda, ita Guido Pape, decis. 353. num. 3. Caepha. consi. 251. nu. 20. consi. 243. num. 38. & consi. 275. num. 12. volu. 2. Bartho. de Puteo, consi. 86. num. 19. & Hierony. de Tortis, consi. 119. num. 7. inter consilia vltimarum voluntatum, volu. 1. Soc. iun. consi. 29. num. 1. volu. 4. & consi. 48. num. 1. eod. vol. & hoc non
2 casu euenit, † nam ad publicam vtilitatem pertinet, testantium voluntates adimpleri, vt per Soc. iun. consi. 58. nu. 1. vol. 4.

3 Imò † testatoris voluntatem sequitur lex & index, sicut venator leporem, l. quidam, & ibi Bal. C. de ser. neces. haered. instit. Corn. consi. 192. nu. 12. vol. 2. & consi. 275. nu. 4. vol. 4. Rolan. de Curte, consi. 23. nu. 6. inter consilia vltimarum voluntatum, vol. 1. Soc. iun. consi. 84. nu. 1. vol. 1.

Et nihil mirum, nam testamentum est voluntatis nostrae iusta sententia de eo quod quis fieri vo
4 luit post mortem suam, l. 1. ff. de testa. † quae quidem testatoris voluntas venit dubio procul in forma specifica seruanda, vt per Bero. consi. 5. num. 46. vol. 1. & est tex. in c. nos quidem, de testam. Et cum testatoris voluntas aequiparetur formae legis, ideo sicut factum, gestumq; contra iuris normam dicitur nullum, ita factum contra voluntatem testatoris, sicuti explanat Craue. consi. 174. num. 3. volum. 1.

5 Et ratio palpabilis, † cur pro lege testatoris voluntas seruanda est, assignari posset isthaec: nam valet argumentum de verbis legis ad verba testatoris, l. si quis legauerit, cum praeced. ff. de leg. 1. imò audeo asseuerare, & in publicum adducere,
6 etiam, † quòd testatoris prohibitio est fortior, quàm contrahentium, teste Soci. iun. consi. 113. num. 45. vol. 1.

7 Sed regula haec ita enucleata, † primò quidem procedit de plano, & vera nempe extat in fauorem illius, cui relinquitur, ita Bart. in l. Titio centum, in princ. ff. de conditionib. & demonstrationib. & in l. in testamento, ff. de verbo. signifi. & in l. 1. C. de pact.

8 Nec non secundò hoc idem, † quòd voluntas testatoris habeatur pro lege, interpretatur etiam vtiliter, vt locum non obtineat, vbicunque oriretur aliqua suspitio in alendo filios testatoris, vt per Barto. per illum text. in l. 1. ff. vbi pupill. educa. deb. Grammat. decis. 55. & Pet. Garsiam, cum alijs signatis per eum, in praenotato dicto 205. & ita iudicauit sacra Audientia Barensis, in anno 1589. ad fauorem magnifici Petri de Virgine,
9 referente † huius causae commissario Do. Annibale de Dauid, viro inquam profundissimae quidem memoriae, atque purgatissimi etiam iudicij. Et ita iudicauit quoque Rota Romana, teste Ioan. Mohedano decis. 1. aliàs 124. Ferdinandus,
10 tit. de iure patronat. † quòd Episcopus, seu Vicarius ex causa necessaria, ac vtili valeat & possit alterare voluntatem testatoris, & hoc idem firmat Fely. in cap. super his, col. 2. sub num. 1. versi. facit singulare dictum Ioan. de Imo. de accusa. & iusti-

ficatur

ficatur nempè ea viuaci ratione, nam tunc nullatenus re ipsa mutatur voluntas, verũ potius quodammodo alteratur, quod iudici licet, ita Bal. in l. si testamentum, C. de testam. & quamuis aliqua obstacula vrgeant in cõtrarium, tamen ea omnia accuratissimè tolluntur per Bero. consi. 5. num. 7. & seqq. vol. 1.

11 Et licèt verum quippe sit, † quòd vbicunque testator expresse ac specificè prouideret, quòd pecunia ad opus pium legata conuerti nequeat ad aliud aliquod opus, tunc conuerti aliter non possit, vt discurrit ex doctrina Bar. aliorumque iu iure Scribentium Ioan. Dilectus in tract. de arte testandi, titu. 7. de tutore, & executore testamenti, cautela 6. num. 4. tamen concludit ibi, quòd Papa, & Delegatus in omnem euentum possit eo casu similiter facere huiusmodi legati commutationem.

12 Est nihilominus bene verum, † quod patronus solus, & episcopus solus contra voluntatem, atque testatoris dispositionem circa qualitatem & conditionem beneficij adiectam venire nequit: secus verò si ambo simul, vt per Abb. & alios vniformiter omnes in cap. cum accessissent, de constit. & Bero. consi. 5. Viso puncto, nu. 34. & seqq. volum. 1.

13 Fallit itidem tertio loco eadem regula, † quòd voluntas testatoris ac dispositio tunc profectò vt lex obseruanda est, dummodo legi non discernatur repugnans, vt per Bertran. consi. 173. Ex themate mihi transmisso, num. 50. volu. 3. in 2. par.

14 Nam † testantis consilium, prudens esse debet, teste Mantua consi. 7. nu. 34. & consi. 87. nu. 8.

Claudicatque etiam quartò prænotata regula,
15 quòd † receditur à volũtate testatoris, vbicunque ea filijs damnosa foret, & consequenter vtilitati pupillorum contrariaretur, vt est textus in l. pater tutelam, §. 1. ff. de administra. tuto. in l. 1. & seq. ff. vbi pupill. educ. debet, & in l. penul. ff. de confir. tut. Vincen. de Paleotis, consi. 135. num. 35. & seq. soter consilia vltimarum voluntatum, volum. 1. Aog. in l. 1. C. de confirmando tutore, vel curatore, & Bertran. consi. 17. Quia vt ootat Cynus, sub num. 2. vol. 5.

ARGVMENTVM.

Quòd decem dies ad appellandum currũt de momento ad momẽtum, & cautela ponitur, quando non habet copiam iudicis à quo, vt possit appellare.

SVMMARIVM.

1 *Decendium ad appellandum licèt nõ currat nisi à die scientiæ notificationisq; sententiæ, de momento tamen ad momentum currit, & sic dies intimationis sententiæ computatur in termino decendij, vt solemnes etiam feriæ includantur.*

2 *Tempus 30. dierum ad petendum apostolos post interpositam appellationem de momento ad momentum currit, diesque interposita appellationis numeratur.*

3 *Statuto disponente, quòd instantia per annum à die litis contestationis duraret, dies talis non computatur.*

4 *Appellatio intra decem dies interponi debet, vt dies, qui occurrerent feriati ad Dei etiam honorem inducti, non excusent, nu. 5.*

6 *Appellans si appellationis interponendæ tempore iudicis à quo copiam habere nequit, coram personis honestis, cum protestatione, appellare potest.*

7 *Dies termini dati, regulariter in termino non computatur, vbi de odio agitur, secus si de fauore.*

8 *Diei appellatione simpliciter prolati ille potius 24. horarum, non autem ab ortu solis ad occasum venit.*

DECISIO CCLXVI.

1 DIES † decem concessi ad appellandum, licèt non currant, nisi à die scientiæ, intimationis, notificationisq; sententiæ, secundum Glo. Ang. Aret. & alios omnes in l. ex consensu, §. fi. de appel. Dec. consi. 34. sub num. 3. Capic. decis. 139. In causa Hieronymi, num. 2. & seq. Rot. decis. 27. de appel. in antiq. Franc. io c. ex ratione, num. 2. de appel. Guid. Papæ, decis. 436. Spec. in tit. de appel. §. restat, nu. 1. Glo. Bart. Bal. num. 4. Paul. Castren. num. 2. & cæteros omnes in authen. hodie, C. de appel. & est tex. in c. concertationi, de appel. lib. 6. & in l. 1. §. fin. ff. quando appel. sit. tamen aduertẽdum est, quòd hoc tempus decem dierum currit de momento ad momentũ: & sic dies in qua intimatur sentẽtia, computatur in termino decem dierum, nec excluditur modo aliquo à numero dies illa in qua extitit notificata sententia, teste Glo. & Bar. in l. 1. §. dies, ff. quando appellandum sit. Pet. Rauennate in rub. seu c. 1. col. 28. vers. ex capitulo, quod ad cõsultationem, cum sua materia, de senten. & re iudi. Glo. in cle. sicut appellat. de appellat. & facit tex. & ibi Abb. in c. quod ad cõsultationem, de re iudi. & Maran. in tract. de iudic. in 6. par. in 3. & vltima par. in 2. actu principali, de appella. sub num. 164. & seq. & dum appellasset à sententia promulgata ad fauorem Matthæi Cucchiatellæ in Curia Vulturini, contra eum Notarius Io. Bonadies in vndecima die à tempore sententiæ, & notificationis ipsius sententiæ, autumando forsan infra tempus statutum à iure appellasse, eadem Curia Vulturini declarauit talem sententiam trãsitum fecisse in rem iudicatam, & introducta præsenti causa in Regia Audientia Apuliæ per appellationis remedium, die decimo mensis Septembris 1583. me existente io illa Auditore, & ipsius causæ commissario, extitit confirmatum huiusmodi decretum, & declaratum, prædictam appellationem non fuisse aliter interpositam infra legitima tempora, & proinde rescribendum iudici memorato à quo, vt eius sententiam executioni demandaret. Et sic habes ex his veram resolutionem, vt decem dies ipsi currant de momento in momentum, ita quod etiam feriæ solemnes includantur.

2 Imò † tempus triginta dierum ad petendum apostolos post interpositam appellationem currit etiam de momento ad momentum: & dies ipsa inter-

interpositæ appellationis numeratur. Gl. in Clem. sicut, de appel. D. meus Marcus Ant. Eugeo. con sil. 48. num. 17. lib. 1. vbi per totum consil. discurrit aliquos alios casus similes, in quibus dies termini computetur in termino, & in quibus itidem non computetur.

3 Contrarium verò † concludendum foret in statuto disponente, quòd instantia duraret per annum à die litis contestationis, tunc profectò non cõputaretur dies talis vllo modo, secundum Bal. in l. scire oportet, §. aliud, ff de excu. tuto. Glo. in l. 3. §. fi. ff. de act. emp. & Bart. in l. patronus, §. Sempronio, ff. de leg. 3.

Vnde aduerte, ne deficiat principium præsen-
4 tis speculationis, † quòd appellatio debet interponi infra decem dies, authen. hodie, C. de appella. c. anteriorum, 11. q. 6. c. quod ad cõsultationem, de re iudi. ç. Romana, §. si verò, c. non solum, & c. concertationi, de appel. lib. 6.

5 Imò † non prouocantem, appellantemq́; à die scientiæ sententiæ prolatæ oportuno tempore, dies, qui occurrerint feriati etiam ad honorẽ Dei inducti, infra decem dies, nõ excusarent, imò nocerent, vt voluit Bar. in d. l. 11 §. dies, Glo. in c. appellatio, in 6. de appel. Fely. in c. fi. de ferijs, & Bal. in l. 1. C. de ferijs, per tex. ibi, & est tex. etiam in l. siue pars, §. feriæ, C. de dilation.

6 Sed † vbicunque appellans in actu appellandi, & sic tempore appellationis præsentandæ, ac interponendæ non posset habere copiam iudicis à quo, tunc vtique posset appellare coram personis honestis, facta coram eisdem similiter protestatione, & valeret dubio procul appellatio, c. fi. extra de appel. cap. pastoralis, de offic. ordin. Glo. in clemen. 5. de appel. Abb. in d. cap. quod ad consultationem.

Est tamen bene verum, ne ab instituto, recto-
7 que deuiemus ordine, † quòd regulariter dies dati termini non computatur aliter in termino, vt per Glos. in capit. primo, de restitutione spoliat. in sexto, Speculat. de citat. §. 3. versicu. item nota, quòd si citatio, & ibi Bald. in additio. in ver. dies, & in authen. ei qui, C. de bon. author. iudi. poss. Felyn. in cap. placuit, sub num. quarto, versicu. & dum ille textus, & ibi Apostilla in litera A. de præscriptio. Corne. consil. 279. nume. 1. volum. 4. Alexand. & alij vniuersaliter omnes in l. cum bissextus, de verborum signific. sed hoc procederet sine scrupulo aliquo, vt dies termini, non computetur aliter in termino, vbicunque ageretur de odio: secus verò quando ageretur de fauore, vt per Corne. in dicto consil. 279.
8 nume. 5. & sequen. Et † diei appellatione simpliciter prolati, non dies ab ortu Solis ad occasum, sed potius 24. horarum venit. ita Domin. Dec. & alij in cap. consuluit, de offic. deleg. Bald. in cap. ego N. de iureiuran. Glo. in cap. primo, de consecrat. distin. 3. Archid. in cap. quod à fratribus, 75. distinct. Dominus Marc. Anton. Eugen. cum alijs signatis per eum, consi. 48. Contracta, num. 27. lib. 1.

ARGVMENTVM.

Non debetur vsusfructus patri in bonis filiorum quando cum illis concurrit in successione, & etiam in bonis quæsitis per filios de iure Longobardo.

SVMMARIVM.

1 *Pater vna cum filio in testamento vocatus in portione filio debita nullum habet vsumfructum.*
2 *Pater de iure Longobardo filium in potestate non habet, vt quicquid filius quærit, sibiipsi quærat.*
3 *Ius Longobardum, asininum, quasi absque ratione introductum, à Luca de Penna appellatur.*
4 *Patri vsusfructus non quæritur in bonis, quæ conditione adiecta, vt ad patrem ipsum non perueniat, relinquuntur.*

DECISIO CCLXVII.

1 PAter † vbicunque in hæreditate vocatur vnà cum filio in testamento, tunc in portione debita filio, nullũ habet vsum fructum. ita Glo. communiter approbata ab omnibus Scribentibus in authen. item hæreditas, in uer. forsan, quam sequitur Paul. Castren. ibi, C. de bon. mater. pro qua quidem sententia facit etiam: quia videmus, quòd si pater succedat ab intestato filio suo in aduentitijs vna simul cum alijs filijs suis, eo nempe casu in portione filiorum nullum sibi acquirit vsumfructum, prout ita sæpe iudicauimus in facti contingentia in varijs, diuersisque causis.

2 Nec non † pater ipse de iure Longobardo minimè habet filium in potestate, taliter quòd quicquid quærit filius, quærit sibi, vt explicat Aodr. de Laud. in tracta. de different. inter ius Longobar. & Roma. in 8. differentia, allegando ad hoc Carol. de Tocco in l. inter fratres, in ti. de præscr. in Longob. deducendo plures nẽpe effectus, qui resultant ex hoc: & potissimum ꝙ filij iure ipso Longobar. viuentes quicquid quærunt, quærunt
3 sibi: taliter ꝙ nunquam emancipantur, † quod quidem ius Longobardum meritò Lucas de Penna illud appellat ius asininum, quasi sine ratione introductum, in l. 1. C. de cõducto. & pro. lib. 11.
4 Nec † itidem patri quæritur vsusfructus in bonis, quę filijsfamilias dantur, vel relinquuntur cõditione adiecta, vt ad patrem ipsum nõ perueniat vsusfructus, vt per Io. Gute. in repe. c. quãuis, nu. 58. de pact. in 6. & similiter quãdo, & in quib. priuatur pater vsufructu bonorum quæsitorum per filiumfamilias militem, explicat atque resoluit Parisius in c. in præsentia, nu. 158. de probationib.

ARGVMENTVM.

Priuilegia paupertatis, & in quibus excusantur homines propter paupertatem.

SVMMARIVM.

1 *Paupertas à periurio excusat.*
2 *Creditorum maior pars minori praeiudicare potest, quòd*

quòd concedatur debitori moratoria, seu dilatoria quinquennalis, nisi debitum esset iuratum.
3 *Paupertas à protestatione excusat.*
4 *Paupertas emphiteutam, vt non perdat emphiteusim, excusat.*
5 *Paupertas ab appellationis desertione excusat, ne fatalia currant, quod & in ciuili quoque causa locum habet. & pluribus alijs modis excusat, remissiuè, num. 7.*
6 *Excommunicatus absolui potest etiam non facta satisfactione ob paupertatem.*
8 *Paupertas, etiam si culpa sua quis in eam inciderit, excusat de æquitate.*

DECISIO CCLXVIII.

1 PAVPERTAS † excusat à periurio: & sic in casibus in quibus pauperes non obseruant iuramentum excusantur, ita Innoc. in c. 1. num. 8. de offi. deleg. Bal. in c. querelam, num. 4. extra de iureiur. Rota Rom. decis. 2. prope fin. de arbit. in antiq. & Cornel. Beniucas. su tract. de paupertate, quæst. 4. nume. 23. vbi explicat hoc mirabile fore. Ex hocque infertur vtiliter quidem ad quæstionem, quam trutinant Doct. in l. iurisgentium, §. hodie tamē, ff. de pact.
2 vbi concedūt, † quòd maior pars creditorum potest præiudicare minori, quòd concedatur debitori moratoria, seu dilatoria quinquennalis. & ita iudicatum vidi compluribus quippè vicibus in facti contingentia in Regia Audientia Apuliæ, in anno 1583. cum alijs seqq. me assidente in ea tunc Auditore. Et licèt hoc coarctetur, nisi debitum esset iuratum, vt per Bal. in c. constitutus, de rescrip. & Ant. de But. in tract. de iureiur. 21. speciali: tamen hoc in omnem euentum non fortiretur locum modo aliquo in debitore paupere, qui dubio procul excusatur à periurio, per doctrinam Innoc. antesignatam, & ita vidi in varijs casibus, & causis practicari in sacro Consilio annis superioribus, vt hoc idem firmat idem Bal. in c. 1. §. porrò, quæ sit prima cau. ben. amit.
3 Nec non † paupertas ipsa excusat etiam à protestatione, vt per Bal. in c. 3. de rescrip. Fely. in c.
4 si qui testium, sub num. 10. de testib. † excusatq; itidem paupertas ipsa emphyteutam, vt nnn perdat emphyteusim, teste Bal. in c. querelam, de iureiur. Ant. Ciofio cum alijs signatis per eum, consil. 31. Circa, nu. 4. vol. 1.
5 Similiterque † paupertas excusat etiam à desertione appellationis, ne appellanti pauperi currāt fatalia, secundum Bald. in l. acceptam, 23. quæst. C. de vsur. & in l. 2. §. si quis, col. fin. ff. si quis caut. vbi ad lucem adducit se aliàs euasisse quendam pauperem à furcis, qui cum appellasset, non poterat tunc oppressus paupertate, prosequi appellationem, & ita firmat etiam Glo. in l. eos, §. super his verò, in ver. inopia, C. de appellat. & in l. minoribus. C. de his quib. vt indig. Inno. & alij iuris interpretes omnes in c. ex ratione, de appell. Bar. in l. si procuratorem, §. ignorantes, ff. mandati, Guil. de Cun. in l. eos, C. de appell. Alex. in d. l. 2. §. si quis, Matth. Matthæsil. in sing. fin. & ibi Apostil. Marsi. in l. 1. §. præterea, num. 86. & seq. ff de quæst. consi. 9. nu. 38. & in pract. crim. in §. sequitur, nu. 35. Cotta in memorial. in ver. paupertas, il primo, & Cornel. Benincas. in tract. de paupert. quæst. 7. in 3. speciali, num. 14. cum alijs seqq. vbi ampliat hoc nōn solum procedere in causa criminali, sed in causa etiam ciuili, vt non appellans ob paupertatem tunc excusandus quippè sit, vt causa non dicatur deserta, & concedit etiam Glo. in d. l. si procuratorem, §. ignorantes, in ver. inopia, vniformiter ab omnibus recepta ibi, Innocen. Abb. & omnes alij iuris interpretes in d. c. ex ratione, Fely. in c. si qui testium, sub num. 10. de testib. & Cotta in d. memoria. in ver. paupertas, Boer. decis. 247. nu. 24. & seq.
6 Excusatur † quoque paupertas, vt excommunicatus absolui possit, etiam non facta satisfactione, ob paupertatem, vt in clem. 1. §. verum, & ibi Card. & in clem. 2. §. 1. vbi etiam Glo. de hæret. & est tex. in c. à nobis, de sent. excom.
7 Alios † verò casus, in quibus paupertas ipsa tāquàm fauorabilis excuset, congerit vtiliter quidem Bertachin. in suo reperto. in ver. paupertas, sub versi. paupertas prodest multis casibus, Fely. in c. si qui testium, sub num. 10. de testib. & Cornel. Benincas. in d. tract. de paupert. quæst. 4. num. 6. cum alijs seqq.
8 Et hæc omnia adeo vera sunt, † vt meritò quidem amplificari possint, procedere etiā in eo qui similiter culpa sua in paupertatem inciderit, ita Ioan. And. & Imo. col. 3. in c. quæ in ecclesiarum, de constit. & Fely. in d. cap. si qui testium, num. 11. & ita vidi varijs vicibus practicari in decisiuis, superioribus annis, in sacro Consilio, in Regia Camera Summariæ, in magna Curia Vicariæ, & in Regia Audientia Apuliæ, me assidente tunc in ea Auditore, & hoc de æquitate quæ præualet rigori.

ARGVMENTVM.

Valet pactum, quòd creditor possit propria authoritate capere bona debitoris, quamuis non possit venire contra tertios possessores, nisi facta discussione bonorum debitoris.

SVMMARIVM.

1 *Creditorem nisi facta discussione principalis, non posse ad tertios possessores venire, quomodo seruetur in praxi, num. 2.*
3 *Creditorem, vigore pacti, posse propria authoritate ingredi possessionem sui debitoris, & ipso resistente, debere abstinere, adireque iudicem.*
4 *Pactum vbicunque fieret, debitore in conuento termino soluere cessante creditori licere eum propria authoritate capere, & eius bona sequestrare, non valere, sed bene valere, debitore non soluente, licere creditori, propria authoritate bona obligata capere, & lucrari fructus, cessante dummodo vsuraria prauitate, nu. 5.*
6 *Creditor, siue emptor semper debet soluere expensas factas, ac etiam instrumentum, vel rogitum, quod ampliatur*

ampliatur in contractu mutui, num.7. & limitatur, num.8.

9 *Creditor conueniens vnum ex debitoribus, vel reis, potest etiam pendente lite contra correum primò conuentum, etiam quòd ille se similiter defendat, alium correum debendi conuenire, & nu.10.*

DECISIO CCLXIX.

1 CREDITOR † non potest venire ad tertios possessores, nisi facta discussione principalis, vt in auth. hoc si debitor. C.
2 de pign. Sed † fieri posset, vt citaretur tertius possessor pignorum, cui statuto termino ad ostendendum, si extarent aliqua alia bona principalis debitoris, quæ possent sine cōtrouersia possideri, quo quidem elapso, & de alijs bonis principalis non docto, posset indubitanter quippè haberi recursus contra prædictos tertios possessores, secūdum Ang. in l. à diuo Pio, §. in venditione. ff. de re iudi.
3 Verum enimuerò creditor † vigore pacti, potest propria authoritate ingredi possessionem sui debitoris; sed si debitor ipse resisteret, deberet abstinere, adireque iudicem, vt per Bart. & Saly. in l. creditores. C. de pign. & hipoth. & Afflic. in consti. Regni, Pacis cultum, nu.25.
4 Cæterùm † vbicunque fieret pactum, quòd si debitor non solueret infra certum tempus, liceret creditori ipsum capere propria authoritate & eius bona sequestrare, tunc non valeret tale pactum, secundum Afflic. in d. consti. Pacis cultum,
5 vbi subdit, † quòd valeret pactum, quòd si debitor non satisfaceret, liceret creditori propria authoritate capere bona obligata, & lucrari eorum fructus, dummodo non sapiat vsurariam prauitatem.
6 Est bene verum, † quòd creditor siue emptor semper debet soluere expensas factas, ac etiam instrumentum, vel rogitum, ita Glo. in ver. interdicta licentia, Cyn. & Ang. in l. eos. C. de vsuris, vbi eadem Glo. iunctis alijs Glosellis inibi, concedit
7 etiam, † quòd creditor mutuans aliquid alicui, suis sumptibus teneatur ac debeat recolligere instrumentum à tabellione, ac proprijs expensis eidem soluere de labore scripturæ.
8 Sed † si mediante instrumento, ita recollecto, & reassumpto, creditor ipse ageret contra debitorem, & obtineret in iudicio, vtique deberet idem debitor condemnari, etiam ad expensas in ipsius instrumenti reassumptione erogatas.
9 In tantum, † quòd in omnem euentum debitorum, vel reorum vnus sit conuentus à creditore, posset tunc creditor ipse, etiam pendente lite, cōtra correum primò conuentum, & quòd ille se similiter defenderet, alium correum debendi conuenire, ita Bar. in l. duobus, §. vbi duo, ff. de duob. reis, Ang. in l. quamuis, §. Celsus, ff. de dam. infec. per tex. in l. creditor, in princ. ff. mandati, & Fran. Aret. consi.33. Consultatio, num.2. vbi consulendo memorat istam esse communem opinionem, cui videtur inhærere etiam Alex. in d. §. Celsus,
10 vbi concedit, † quòd pendente lite contra vnum correorum, posset agi contra alium, etiam si primus non sit contumax: & ita extitit iudicatum in facti contingentia in Regia Audientia Apuliæ, de mense Octobris in anno 1584. me assidente in ea Auditore in causa R. D. Antonij Spadafora de Ciuitate Luceriæ, qui conuenerat in Curia Episcopali Lucerina R. D. Iosephum Lollium, & pendente lite contra eū, determinauit, ac procurauit repræsentare instrumentum contra alios sęculares correos debendi pro eademmet causa, prout illud accusauit, ac repræsentauit in prædicta Regia Audientia secundum formā ritus, non obstante huiusmodi pendentia litis contra alium correum, de qua nulla admodum extitit tunc habita ratio.

ARGVMENTVM.

Non potest reprobari, quod semel est approbatum. & quid in Doctore assumendo ad dignitatem, & officium, vtrum sit reexaminandus.

SVMMARIVM.

1 *Approbatum semel, non potest amplius reprobari, etiam in alia causa, interque diuersas personas, & quare.*
2 *Approbatus semel, non posset amplius reprobari, non procedit in medico, num.3. in Auditore Rotæ Romanæ, num.4.*
5 *Auditor Rotæ Romanæ, non obstante quòd tempore Doctoratus fuerit examinatus, debet iterum examinari tempore quo assumitur ad dignitatem Auditoratus, & idem procedere in Auditoribus sacri Palatij.*
Iulius Oradinus in Gymnasio Perusino iura ciuilia 30. & vltra annos miraculosè interpretatus, inter primarios totius orbis celebratus, iterum rigorosè examinatus Auditorque Rotæ electus, tempore Iulij III. ab auctore audiebatur.
6 *Approbatum semel ex causa, nec non noua illa superueniente licitum esse reprobari.*
7 *Doctoratum indignè accipiens peccat, cum paucissimi meritò ipsum attingant, attēto præsertim quod præstant iuramento, & ob plures requisitas ad illum qualitates: concedentes autem gradum ipsum grauius mortaliterque peccant, & multa in eorum imperitiamque detestationem, nu.11.*
8 *Doctor semel approbatus, siue Medicus, siue Legista, siue Theologus, ratione defectus scientiæ reprobari potest.*
9 *Archiepiscopus Capuanus in varijs locis Doctoratos iterum examinari volebat in ciuitate Neapo. vt plures reprobati fuerint.*
10 *Scholares Regnicolæ, qui in Regno per triennium studuerint, si extra illud doctorentur, non nisi iterum à Collegio Neapolitano examinati approbatique ad assumptum doctoratum publicosque honores, & dignitates admittuntur, vigore Pragmaticæ, quæ hodie non obseruatur.*
12 *Discere quàm bonum sit, & prius quis discere quam docere debet.*
13 *Doctor secundum Boethium, qualis esse debeat.*
14 *Discere triplici de causa debemus.*

DECI-

DECISIO CCLXX.

1 APPROBATUM † semel, non potest amplius reprobari. l. Pomponius, & ibi Glos. in ver. semel probatum, ff. de negot. gest. & Docto. omnes, Anto. Ciofius, consi. 148. Proposito mihi statuto, num. 5. volum. 1. Io. Petr. Surd. consi. 18. Non reuocatur, Riminal. iun. cons. 372. Habilitati, num. 10. vol. 4. & consi. 551. In præsenti causa, num. 37. volu. 5. & consi. 562. Emanauit, num. 34. eod. vol. & consi. 207. num. 52. volum. 2. Menoch. consi. 364. Hac in causa, num. 13. vol. 4. Tiber. Decian. cons. 69. Vt cosulam, nu. 16. vol. 2. & facit c. Vintonien. cum Glo. in ver. miserant, extra de elect. Nauar. consi. 3. num. 4. de elect. lib. 1. & Marsil. in l. si quis, num. 38. ff. de quæst. & in l. qui ignorans, col. 2. de fals. vbi plura notabilia affert, an quod semel approbaui possim reprobare, & approbatum semel non licet reprobare etiam in alia causa, & inter diuersas personas, Beccius, consi. 3. num. 39.

Approbatum semel ideo non potest reprobari, quia approbatio & reprobatio non se compatiuntur. ita Alberic. in alleg. l. Pomponius, num. 14. ff. de neg. gest. & ita alias in varijs causis, non semel tantum, iudicauit sacra Regia Audientia Barensis, in anno 1589. & sequenti, approbatum semel, non licuisse, nec licere reprobari, etiam in alia causa, & inter diuersas personas.

2 Nec non † approbatus semel, non posset amplius reprobari. cap. quemadmodum, de iureiur. l. vxor, in fi. ff. de adult. Glo. & Docto. in cap. 2. de except.

3 Sed † hoc limitat Glo. in d. l. Pomponius, non procedere in medico semel approbato, qui potest reprobari, & sequuntur Docto. in d. c. 2. de excep.

4 Claudicatque † etiam in Auditore Rotæ Romanæ, qui non obstante, quod semel examinatus

5 fuerit tempore doctoratus: tamen † ipse Auditor Rotæ debet iterum examinari tempore quo assumitur ad dignitatem Auditoratus. ita Bald. in c. scriptum, colum. 2. de electio. vbi meminit ita de facto seruari Romæ in Auditoribus sacri Palatij: & ita tempore Iulij III. dum actualiter audiebam illustrem D. Iulium Oradinum publicè Perusij legentem, iuraque ciuilia interpretantem, reputatumque, & re ipsa celebratum inter primarios Lectores totius orbis, vidi hisce oculis vocatum in Vrbe & electum Auditorem Rotæ, & iterum rigorosè examinatum, et quòd per triginta & vltra annos iura ipsa Ciuilia miraculosè interpretatus extiterat in Gymnasio Perusino; quod vtinam obseruaretur in Regno Neap. necessaria, & sancta quippe res foret: & sic in electione facienda per suam Maiestatem Consiliarioru in sacro Cosilio, autumarem, ꝙ Rex nullam rem excogitare & exequi posset vtiliorē in Regno suo.

6 Vnde † semel approbatum, ad rem redeundo, ex causa licitum fore reprobari. Alber. in l. si ab arbitro, §. qui ex causa, num. 1. ff. qui satisd. cog. taliter quod approbatum semel, nō potest reprobari nisi ex noua causa superueniente, idem Alber. in l. quod semel, nu. 2. ff. de decret. ab ordine faciend.

Coarctaturque postremo etiam hoc idem, minimè propagare radices, viresque suas in docto-

7 rato indignè: † nam doctoratus gradum accipiens indignè, peccat absque dubio aliquo, secundum Glos. communiter approbatam in Clem. 2. de magist. quoniā ad eum pauci dignè attingūt. ita Io. de Selua in tracta. de beneficio, in 1. par. q. 6. colum. 2. imò paucissimi etiam meritò attingūt ipsum doctoratus gradum, vt notat Abb. in cap. cum in cunctis, sub num. 4. de electio. & præsertim attento iuramento, quod præstant Doctores in doctoratus assumptione. & eo magis, quoniam requiruntur quàm plures qualitates in Doctore, inter quas enumerat sex necessarias ad promouendum ad magisteriam dignitatem Abb. in c. proposuisti, nu. 14. de proba. & Dec. ibi, nu. 61. Card. verò q. 2. & Imo. col. 2. in rub. de magist. ponunt decem requisita in doctorando.

8 Meritò ergo † semel approbatus ratione defectus scientiæ potest reprobari, secundum text. & ibi Glo. in ver. licèt, in cap. cum secundum, §. 2. de preben. siue loquamur de medico, de quo est tex. in l. vt gradatim, §. sed reprobari, ff. de mun. & honor. & no. Oldrad. consi. 18. Circa primum articulum, sub num. 1. siue loquamur in Doctore iuris, siue in Theologo, vt per Panor. in d. c. cum secundum, & Doct. in l. Grammaticos, C. de profess. & medic. & est tex. in l. sed reprobari, in princ. & ibi

9 Barto. ff. de excus. tut. inducēs illum ad id, † quod gestum, executumque extitit in Regno Neap. per Archiepiscopum Capuanum, qui omnes doctorati in varijs, diuersisque collegijs, & locis sedentes Doctores in ipso Regno voluit iterum examinari in ciuitate Neapolitana, & plures tunc reprobati fuere: vnde Bar. deprecatur ibi Deum, quòd nunc ita fieret. quod etenim refert Fely. in c. sciscitatus, sub num. 11. de rescript. & Vinc. Maxilla in consuetudinibus ciuitatis Bari, in consuet. In ciuitate, num. 43. & seq. titu. de immunit. no. ciui. fol. 25. Imò temporibus nostris, & præsertim in anno 1561. sancitum extitit in Regno Neap. per Prag. positam in tit. de scholaribus doctorandis,

10 Pragmat. 3. & seq. † quòd studentes Regnicolæ, qui in Regno per triennium studuerint, & postmodum extra Regnum doctorentur, admitti nō debeant ad assumptum doctoratus gradum, nec ad publicos honores, & dignitates, nisi à Collegio Neap. iterum examinati, & approbati forent: & quòd etiam pœna vnciarum auri quinquaginta mulctarentur: sed ipsa Pragm. dicto tempore non extitit aliter obseruata, neque obseruatur hodie, attestante Vinc. Maxilla in d. consuetudine, In ciuitate, num. 44.

Et quemadmodū peccant assumentes gradum

11 doctoratus indignè, † ita etiam tribuentes, concedentesque ipsum gradum grauius peccant, & mortaliter quidem: cum ignaris, & indignis patrocinentur, & ignauiam ignorantiamque alterius, quamuis manifestissimam tueantur, & spargant tanquam venenum & perniciosam rem toti reipublicæ, quum eorum itidem cura, vel opera, quod contra fas, & æquum instituitur promoueere, & propugnare contendunt. Sed aduersus hos diuinum

diuinum intonat oraculum, Esaiæ 5. & 50. cap. Veh qui dicitis malum bonnũ, & bonũ malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras; ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Et rursus Exodi 23. Non sequeris turbam ad faciendum, nec in iudicio plurimorum acquiesces sententiæ, vt à vero deuies. & adeo vulgò hæc peccata non cauentur, vt plerique peccata esse non putent ac floccipendant, etiam si suas, & aliorum sæpe consciẽtias his criminum sordibus conspurcent ac perpetuis pœnis obligent.

Et aduerte, secundum magnũ Basilium, lib. 2. de Baptismo, cap. 9. quòd in alieni erroris, vel peccati societatem incidimus, pluribus modis, & id fit, aut re, aut opere, aut voluntate, certove animi proposito tantum, aut supina negligentia, si quando admonendi & emendandi officio nostro alij defraudantur. vnde Doctores de collegijs, & alij habentes priuilegia doctorandi, debent plurimũ aduertere in examine doctorandorum, non blandiendo ignorantibus, indoctis, & imperitis, & denique remittendo, quòd omnia mala contingunt ex imperitia, quæ ducit ipsos Doctores ad varias, diuersasq; fraudes, & falsitates, & ad emendum officia, & ad vendendnm institiam, de quibus quidem rebus tam ipsi Doctores, quàm eis tribuentes gradum doctoratus erunt reddituri rationem in die iudicij.

Nam efficaci testimonio Terentij in Adelph. demonstratur, quòd homine imperito nihil quicquam iniustius est: qui nisi qnod ipse facit, nihil rectum putat. pro qua quidem re efficax testimonium est etiam Cicero in noua Rethorica, vbi scribit, quòd neque equus indomitus, quàmuis bene natura compositus sit, idoneus potest esse ad eas vtilitates, & aptus, quæ desiderantur in equo: neque homo, quamuis ingeniosus, ad virtutem potest peruenire, quoniam non potest virtus sine doctrina comparari. Et hinc discurrebat vtili quidem cum apparatu Francisc. Petrarcha, de remedijs prosperæ fortunæ, ita ibi inquiens: Gaudeo. Magisterio insignitus sum. Respondeo. Malim enim fateor disciplina. Magistro enim indisciplinato, & rudi nihil est turpius. Gaudeo. Diuinę, atque humanæ scientiæ titulum consequutus sum. Respondeo. Sapientia titulis non eget, per se ipsam clara est. Quis vnquam quæso lucernam soli, vt videretur adhibuit? multi enim his titulis obscuri, clarissimi euasere. sæpè malis moribus clarum signum fuit: bonis nullum. Nam si medicinæ, iuriumque professores: ad hoc ægri tui, & clientes respõdeant: quod illis nunquam ad salutem corporis, victoriamq; causarum titulus iste profuerit: tibi quidem ad lucrum sæpè profuit. In his magna pars reor opinionibus agitur. At virtuti deditos titulis gloriari alienũ prorsus atq; absonum: imò verè, nec possibile quidem reor. Gaudeo. Negociorum Regis gestor sum. Respondeo. Propria negocia gerere laboriosum est: quid putas aliena præcipueque potentum? quibus placuisse perpetua seruitus: displicuisse discrimen; supercilium graue: paratumque pro leui etiam offensa supplicium. Si procurator Regis es: ergo hostis es populi. Si fisci: ergo reipub. inimicus. si iudex es: sic iudica quasi mox ab alio iudicandus. Vnus est omnium iudex, tribunal incorruptum habens, ante illud stabitis ò mortales: vbi nec pecuniæ, nec gratia, nec falsi testes, nec indignæ preces, nec inanes minæ, nec diserti proderunt patroni.

Et ideo vt præsentis speculationis verum, realemque scopum attingam, animaduertẽdum est, vt quemadmodum corporis membra absque neruis se substentare non possent, ita etiam Doctorum sensus absque profunda scientia exprimi minimè possent. itaque benignissime Lector, hoc tibi alliga perpetuò digito, † quòd discere semper bonum est. l. Pomponius. ibi, nam ego discendi cupiditate, quam solam viuendi rationem optimam in octaunm, & septuagesimum annum ætatis duxi, ff. de fideicom. libert. & August. ita etiam meritò scribit ad Auxilium Episcopum, & habetur in c. si habes, 24. q. 3. Ego Episcopus tot annorum, & sic senex à collega, necdum anniculo, paratus sum doceri, quomodo possum, vel Deo, vel hominibus reddere rationem. Et facit illud Philosophi, Omnes homines natura scire desiderãt. Et adde Glo. in c. nullus, 38. dist. & Luca de Pen. in proœmio, colnm. 2. & sic secundum Philosophum, si alterũ pedem in tumulo haberem, non pigeret aliquid addiscere.

12

Et hinc est, teste August. in Epistola ad Hieronym. quod ad discendum quod opus est, nulla ætas sera uideri potest. quod etsi senes magis decet docere, quàm discere: magis tamen decet discere, quã ignorare. Et Seneca Epistola 76. quid est stultius, quod diu non didiceris, non discere. omnis ætatis homines schola admittit. tandiu discendum est, quamdiu nescias: Si prouerbio credis, quamdiu viuas, etiam seni discendum est. Et idem Seneca discurrit sic etiam in prouerbijs Philosophorum, debent homines uiaticum senectutis literarum eruditione parere discendo, ne desecerint insipienti animo. litteras tãquam baculum infirmo corpori repertas esse: eundem esse, discendique, & viuendi.

Nam teste Hugo, lib. 3. Didascalicon, multos hoc decipit, quòd ante tempus sapientes videri volunt: vt iam vt simulare incipiant quod non sunt: & quod sunt erubescere, & eo longius à sapientia recedunt, quò non esse sapientes, sed putari putant. imò inibi concedit etiam idem Hugo, ab omnibus libenter disce, quod tu nescis. quia humilitas cõmune tibi facere potest, quod cuique proprium fecit: sapientior omnibus eris, si ab omnibus discere volueris; qui ab omnibus accipiunt, omnibus ditiores sunt. audi Chrisippum in prouerbijs.

Quod tu non nosti, fortassis nouit asellus.

Itaque, vt per Gregorium in pastorali, c. 5. sunt pierique qui metiri se nesciunt, quæ non didicerint, docere concupiscunt, qui pondus magisterij tanto leuius existimant, quanto vim magnitudinis illius ignorant.

Vnde discere debet quilibet antequã doceat. c. his, in fi. 23. distin. & c. sic viue, 16. q. 1. & Eccle-

 siastici,

siastici, c. 6. ante quàm loquaris disce. Boetius lib. de scholastica disciplina, Oportet, q; prius quis discat, quàm doceat. miserum est enim esse magistrum, qui nunquam nouit se esse discipulum. c. prohibentur, 48. dist. c. miserum, 61. dist. & c. si clericatus, 16. q. 1.

Et vt scopum præsentis speculationis postremò attingam, & extrema suo respondeant principio, concludendum est, quòd secundum Boetium, in
13 lib. de scholastica disciplina, † Doctor debet esse eruditus. prius enim oportet, vt discat, quàm doceat; debet esse mansuetus, prout oportunum est; debet esse rigidus, vt lites dissoluat, oblatrantes remordeat, obloquentes reprimat, proteruientes castiget; debet esse diligens, nã sicut in vnoquoque opere mater constantia inuenitur: ita vniuersæ doctrinæ nouerca est negligentia. Debet esse in sermone verax, in iudicando iustus, in consilio prouidus, in commisso fidelis, & constans in vultu, pius in aspectu, virtutibus insignis, bonitate laudabilis. Imò teste August. lib. 4. de doctrina Christiana, Doctor in suo sermone mallet rebus placere, quàm verbis. nec existimat dici melius, nisi quod dicit verius, nec Doctor verbis seruiat, sed verba Doctori. Bonus Doctor vulgi more loquatur, vt ambiguitas, obscuritasque vitentur. nõ sic dicat, vt à doctis, sed ab indoctis dici solet: quid enim prodest locutionis integritas, quam non sequitur intellectus audientis?

Cæterùm vt ratio itidem præsentis indagatio-
14 nis speculetur, aduerte, † quòd discere debemus triplici ex causa, aut ne ignoremus, aut negligamus, aut ne repudiemus. c. legimus, 37. dist. nam discere sacram scripturam contemnentes magistri erroris existunt: quia veritatis discipuli non fuerunt. c. si habes, 24. q. 3. Imò discere, aut agere bona recusans, magis diaboli, quàm Christi membrum esse ostenditur, c. nullus, 38. dist.

ARGVMENTVM.

Seruanda est sententia arbitri, nisi talis foret, quę necessariò esset reducenda ad arbitrium boni viri.

SVMMARIVM.

1 *Arbitri à persona non est recedendum. quod non procedit vbicunque arbiter ipse inique arbitratus foret, nu. 2.*
3 *Arbitrium iniustum per superiorem corrigi debet, quomodo circa praxim obseruetur in Regno, nu. 4.*
5 *Verbum modificet, in Regia Pragmatica de arbitris, quid significet.*
6 *Iudex reclamationis laudi arbitrorum, non solum potest illud reformare, sed etiam annullare, & consequenter nullum & inualidum declarare.*

DECISIO CCLXXI.

1 A Persona † arbitri non est recedendum. l. in compromissis. ff. de arbit. l. si quis arbitratu, ff. de verborum obligat. & in l. fin. C. de contrahen. empt.
2 Sed † hoc claudicat, nõ obtinere aliter locum, vbicunque arbiter ipse iniquè arbitratus foret: tunc enim dubio procul ad arbitrium boni viri recurreretur. l. si societate, ff. pro socio, & l. 3. de
3 dot. promissio. Et † tunc arbitrium iniustum per superiorem corrigi debet. c. non sine multa, de arbitris. nam arbitrium iudicis debet regulari, secundum mentem legis. Lud. Gomes. in c. licèt, de constit. lib. 6. nu. 265.
4 In † Regno verò per Pragmat. Et si aliqua partium, conceditur reclamatio, seu reductio laudi ad iudicem loci, qui auditis primis arbitris infra mensem, vel duos mẽses ad summum, omni processus tela iudiciaria remota, ex eisdem actis, tenetur sententiam arbitrorum approbare, improbare, seu modificare. Et licèt iudex ipse ex dispositione eiusdem Regiæ Pragmaticæ possit approbare, improbareque laudum prolatum per arbitros, tamen si occurreret, & laudum hoc egeret reformatione, an illud tunc reformare queat, dic quòd dubio procul procedere posset ad hu-
5 iusmodi reformationem laudi, vigore † illius verbi positi in illa Regia Pragmatica, Modificet: quod quidem verbum licet antiquum sit, hodie non vsitatum: tamen reperitur modificor, & significat metiri, aut mensurare: & sic illud verbũ modificet, debet intelligi, & interpretari, idest reformet, & ita hoc verbum interpretatum extitit in facti contingẽtia in Regia Audientia Apuliæ, me in illa existente Auditore in anno 1585. in causa in ea vertente inter Magnificum Hieronymum Bosis, & Siluestrum de Ioannellis, in qua tunc extitit reformatum laudum, & sententia arbitrorum inter partes ipsas prolata.
6 Et de hoc mirandum non est: † quoniam iudex reclamationis laudi arbitrorum, non solùm posset illud reformare, sed etiam annullare, & cõsequenter nullum, & inualidum declarare. ita Archid. in c. à iudicibus, 2. quæstio. 6. Bal. in cap. dilecto, in fi. de app. & Cauens. cum alijs aggregatis per eum, in d. Pragmat. Et si aliqua partium, in fine.

ARGVMENTVM.

Impotentia naturalis coeundi impedit matrimonium ne contrahatur, & dirimit contractum, sed impotentiã accidentalis non semper, & cui incumbit onus probandi dictam impotentiam.

SVMMARIVM.

1 *Frigidi coire non valentes, ab vxoribus separentur.*
2 *Matrimonium cum generare nequeunte contractum non valet.*
3 *Maleficiatus ante matrimonium præsumitur vir, vbi illud eum perficeretur, consummare non potuit.*
4 *Coniuges ante triennium viuentes, separari nequeunt.*
5 *Frigiditas & impotentia non alleganda, nisi triennio transacto, modò impedimentum non sit perpetuum.*

Nega-

6 Negatiua, quòd mulier carnaliter non extiterit cognita, probatur.

7 Matrimonium nullum declaratur ob coeundi ac generandi impotentiam alterius ex coniugibus frigidi, vel maleficiati, ad instantiam alterius compertam.

8 Vxor de viri impotentia conquerens, post annum & dimidium, quare non audiatur.

9 Vir, quibus modis ad coitum impotens probetur & cognoscatur, & quanto tempore frigiditas probetur in eaque probanda quàm cautè agendum.

10 Viri de frigiditate vbi quæritur, fama parum aut nihil operatur.

11 Mulieri virum frigidum semper fuisse asserenti onus probandi incumbit.

12 Mulier si ab initio sciuerit virum fuisse frigidum, separationem petere non potest.

13 Frigiditas tunc matrimonij iam contracti dissoluendi causa est, quando illud ab initio ob naturale impedimentum nullum fuerit.

DECISIO CCLXXII.

1 FRIGIDI † non valentes coire, ab vxoribus separentur, c. quod autem, 33.q.1. & c.1.de frigid.& malefic. Et eo magis, cum frigidi, qui ad debitum carnale præstandum idonei non sint, matrimonium contrahere non possunt, vt per Iacob. Richium, in tract. de vnione prolium, cap.4.num.21. Soci.in l.1.col.4.ff.soluto matrim. vbi aperit, istam omnium commu-
2 nem opinionem fore, † quòd matrimonium contractum cũ eo, qui generare nequeat, nullatenus valeat, & sequitur Phanuc. cum alijs coacervatis per eum, in tract. de lucro dotis, in Glo.3.nu.8.
3 Cæterùm † maleficiatus ante matrimoniũ præsumitur vir, vbicunque matrimonium cum vxore perficeret, consumare non potuit: & sic præsumitur impedimentum præcessisse matrimonium, quando mulier reperiatur virgo. c.fi. vbi Abb. in 2.not. & alij omnes, de frigid.& malefic.& isthæc est communis omnium, & concors opinio, vt in terminis tradit Ias.consi.58.volu.1. & decis.Tholosa.in decis.380.

Et inde est, quòd ecclesia non iudicat vllo modo impedimentũ esse perpetuum: nisi post trien-
4 nium, † taliter quòd coniuges ante triennium viuentes, separari non possunt. c.1.c.laudabilem. & cap.fin.de frig.& malef. Bar.in §.distrahuntur, in
5 Auth.de nup. † Et sic impotentia, ac frigiditas allegandа nõ est, nisi transacto triennio ipso, vt per Bertran.consi.113. Viso casu, num.11.vol.8. Borgnin.Caualcan.decis.64.num.2. & seqq.in 2.par. vbi hoc limitat non procedere, vbicunque impedimentum esset perpetuum: tunc enim matrimonium incontinenti dirimi, dissoluiq; posset, non expectato aliter triennio, & ita refert iudicasse, Papiæ, in anno 1583. prout ita itidẽ vidimus hac nostra tempestate ter industriè, & stabiliter iudicari.

Et præsumptio dubio procul cedit veritati ap-
6 parenti: † & per consequens probatur negatiua, quod mulier carnaliter non extiterit cognita, vt aperuit Bald. in l.Deo nobis, colum. penult. C. de episcopis & clericis, Decius consilio 577.

7 Et † eo nempè casu dissoluitur, seu potius declaratur nullum matrimonium, propter impotentiam coeundi, ac generandi, siue ex maleficio, siue ex frigiditate, in altero ex coniugibus comperta, ad instantiam tamen alterius, toto tit. extra de frigid.& malef.& decis.Tholos.380.

8 Sed † vxor conquerens de impotentia viri post annum, & dimidium, non auditur, vt per Anch. in c.1.num.7.de sponsa. cum tunc militent re ipsa duæ præsumptiones vrgentes contra eam, taciturnitas videlicet dicti temporis, & assertio mariti cõtrarium asseuerantis, teste Rimin.iun. consi.415. Vxor, nu.25.& seq. vol.4.

9 Sed † quibus modis probetur vir impotens ad coitum, explicant & resoluunt Innoc. & alij omnes in d.c.1.de frigid.& malefi. & Spec.in titu. de teste, §.7.versi.hoc quandoque, & in tit.de frig.& malef. vbi resoluit quanto tempore probetur frigiditas, & in tit. de dilat.§.1.vers. alien. experitoriæ, & eminẽtiori quidem fastigio explicat etiam, cum suis circumstantijs virum esse impotentem quomodo cognoscatur, & probetur Ceph.cons. 384. Causa ista matrimonij, nu.39. & seqq.vol.3. In frigiditatis igitur probãdę materia, quàm caute agendũ sit, ostendit fertiliter quidem Mascar. in tract. de probat. conclu.816. num.1. cum alijs seqq.volu.2.

10 Et hinc est, † quòd vbicunque de frigiditate viri quæritur, parum, aut nihil operatur fama, ita Hosti.in d.c.1.

11 Imò † quando mulier asserat proponatq́ue virum frigidum, & vir dicat frigiditatem peruenisse post matrimonium, & carnalem copulam, & mulier explicando respondeat, quòd non, affirmetq́ue virum ipsum semper fuisse frigidum, tũc mulieri hoc allegant incumbit onus probandi, teste Glo.in c.quod autem, 33.q.1.

12 Cæterùm † si mulier sciuisset virum ab initio frigidum fuisse, non posset vtique tunc ratione frigiditatis, petere separationem, cap.si quis acceperit, 24.quæst.1.

13 Et † licèt frigiditas sit causa dissoluendi matrimonium contractum, vt per Abb.in cap.2.de frigid. & malefi. vbi ponit exemplum in habente virgam erectam, & non valente aliter emittere semen, vt matrimonium contrahere nequeat, asserendo Glo.in c. si qui, 32.q.7. contrarium asseuerantem cõmuniter ab omnibus explosam: tamen re ipsa hoc locum sortitur, vbicunque matrimonium ipsum ob huiusmodi impedimentum naturale fuerit nullum ab initio, vt in toto titu. de frigid. & malefic. & in c.laudabilem, & ibi Glo. & Doct. & Rolan. à Valle, in tract. de lucro dotis, quæst. 104. vbi affabrè quidem distinguendo attingit veritatem præsentis speculationis: sed vbicunque impotentia coeundi accidentaliter causata reperitur, tunc non impedit vllo modo validitatem matrimonij, secundũ Glo. Ias.& alios in l.sed & si quæsitum, ff.de libe. & posthu. & Glo. & cæteros omnes in d.c.2.de frig. & malefi. & in c.nuptiarum, 27.q.1.

ARGVMENTVM.

De pęna contumaciæ tā de iure canonico, quàm ciuili, siue de iure Regnij & de contumace vero, & ficto.

SVMMARIVM.

1 *Contumacia qualibet, etiam minima, de iure præsertim canonico punienda venit, excommunicationeque digna, quæ propter eam infligitur.*

2 *Iudex ratione contumaciæ rei petitæ fructus sequestrare, contumacemq; excommunicare potest: & quibus alijs modis contumax puniatur, remissiuè.*

3 *Contumax in Regno, soluendo tarenos 16. ad purgandam contumaciam admittitur, ab ipsaque & banno extrahitur, licèt pœnam accumulet.*

4 *Contumacia dolo, vel culpa non caret, imò pœnam parit delictumque contrahit.*

5 *Contumax, verus tamen & non fictus, præsumitur & in malitia: & quis dicatur verus contumax.*

6 *Pœna certa contra contumacem citatum non est aliter imposita, sed contra condemnatum contumacem, nec sufficit, quem contumacem, nisi contumaciæ modus exprimatur.*

7 *Puniri quis pro contumacia non potest, nisi iudice pro tribunali sedente accusata fuerit.*

DECISIO CCLXXIII.

1 CONTVMACIA † venit de iure punienda, vt per Alber. in l. si tutor, num. 2. ff. de in litem iuran. & præsertim de iure canonico, quælibet, etiam minima contumacia, cum sit inobedientia, est digna excommunicatione, secundum Glo. in c. duo sunt, 86. distin. Barbat. in tract. de testib. in cap. ad testimonium, 3. par. num. 9. & Ludouic. Montaltum, in tract. de reprobat. sententiæ Pilati, in 2. dub. art. 3. nu: 25. vbi assignat palpabiles viuacesque rationes, cum excommunicatio ipsa propter contumaciam infligatur, tanquàm propter causam immediatam,
2 c. nemo, 11. quæst. 3. taliter, † quòd iudex potest dubio procul ratione contumaciæ fructus rei petitæ sequestrare, & contumacem similiter excommunicare, teste Abb. in cap. olim ex litteris, de rescrip. & alios modos, quibus contumax ipse puniri queat, explicat Alber. in §. hoc iudicium, num. 17. ff. si quis iusdicen. non obtemp.

3 Cæterum † in Regno contumax soluendo tarenos sexdecim admittitur vtique ad purgandum contumaciam per eum contractam, & extrahitur tunc à banno, & contumacia ipsa, vt in ritu 211. Item nota, quòd si aliquis vadat ad curiam, vbi Carauita, & faciunt notata per Nellum de Sancto Geminiano in tract. de bānitis, in rub. quæ solennitates requirantur in banniendo, in 3. parte primi temporis, sub num. 7. Et quamuis contumacia stante solutione hac purgata videatur: tamen animaduerte, quòd contumacia eo casu pœnam accumulat, vt per Alber. in l. Senatus, num. 5. ff. de accusat. Et hinc meritò inoleuit practica in Regno, dum per omnes iudices quotidie in decretis proferendis circa hoc, ita semper afferatur, admittitur Sempronius ad purgandum contumaciam, solutis tarenis sexdecim, firma tamen remanente contumacia ipsa quoad delictum.

4 Et de hoc mirandum nempe non est, † quoniam contumacia non caret dolo, vel culpa, teste Alber. in l. si dupla, num. 2. ff. de euic. imò re ipsa contumacia pœnam parit, & delictum contrahit. l. contumacia, de re iudi. Alber. in rub. num. 2. C. de crimine stellionatus, Glo. in c. ad apostolicæ, in ver. excessibus, de re iudi. lib. 6. in c. patet, 9. q. 3. & in sum. de ætate & qualit. & Bart. in l. si prin-
5 cipales, ff. de administr. tuto. Imò † coutumax ipse præsumitur etiam in malitia, vt per Saly. in authen. iubemus, nu. 1. C. de iudi.

Sed hoc procedit de plano & absque scrupulo aliquo in contumace vero, & sic in citato vocatoque personaliter, non autem in contumace ficto, & non reperto de persona, tempore citationis & intimationis, vt per Alber. ibi, num. 5. Cyn. Bal. & alios in l. properandum, §. fin autem, C. de iudi. & in l. peremptorium, §. fi. ff. de iudi. Inno. in c. fi. de dolo, & contum. Bart. in l. si. ff. de in integ. restit. vbi Glo. & in l. Fulcinius, ff. ex quib. cauf. in poss. eat. & huiusmodi differentiam, & distinctionem inter contumaciam veram, & fictam ponit atque discurrit etiam vtiliter quidem, Guido Papæ in tract. de primo, & secundo decreto, nu. 11. & seq. Et sic omnes Doctores vniformiter concedunt, quòd nunquàm dicatur verus contumax quis, nisi ille, ad cuius notitiam peruenerit citatio, vt per Ioan. And. in cle. 1. de dolo & contum. Bar. in l. ex consensu, ff. de appel. Glo. & alios vniuersaliter omnes in l. 1. ff. quādo appel. sit, & Ang. consi. 176. Statuto ciuitatis Ferrariæ.

6 Est nihilominus bene verū, † quòd contra contumacem citatum nō est aliter imposita certa pęna, sed bene contra cōdemnatum contumacem, ita Innoc. in c. de causis, circa fin. de offi. deleg. in tantum, quòd non sufficit quem cōtumacem, nisi modus contumaciæ exprimatur, teste Spec. in tit. de rescrip. præsen. §. 4. versi. nota circa.

7 Imò † pro contumacia ipsa non potest quis puniri, nisi iudex sederit, & iudice sedente pro tribunali, accusata fuerit contumacia, vt per Ang. consi. 30. & facit cap. 1. de dolo, & contum. lib. 6. prout ita obseruatur in Regno, & vbique, & ita aliàs iudicauit sacra Regia Audientia Barensis, in anno 1589. & sequenti, annullando varias contumacias, tunc accusatas in varijs casibus, iudicibus pro tribunali non sedentibus.

ARGVMENTVM.

Valet citatio facta domi in præsentia testiū, dummodo sit domus solitæ habitationis, & ex dicta citatione potest oriri condemnatio, & citatus personaliter nō expressa causa in citatione, non tenetur comparere.

SVMMARIVM.

1 *Citatio facta domi valet & tenet, etiam quòd illa aliter in notitiā citati non veniat. declaratur, nu. 2.*

Citatio

3 *Citatio vbicunque domi fieri permittitur, vt illius intimatio valeat, intelligitur de domo in qua citandus habitat, vel moratur tempore citationis.*

4 *Citatio in Regno, sufficit domi, nec auditur vllo modo citatus opponens, quòd citatio ad eius notitiam non peruenerit.*

5 *Banniri potest quis ex citatione ad domum solitæ habitationis.*

6 *Citandus est quis in criminalibus, de iure personaliter, nisi in tribus casibus, remissiuè.*

7 *Citatio ad domum legitima, citatum reddit contumacem, ac si personaliter citatus foret.*

8 *Citatur personaliter, non arctatur personaliter comparere, si in citatione causa expressa non reperiatur.*

9 *Citatio tanquam iudicij pars, vt valeat, causam ipsius certam expressamque continere debet.*

10 *Citatus à iudice non suo, tenetur coram eo comparere, vt sciatur si suus iudex sit, vel non; & denique comparere allegaturus sua priuilegia. Ampliatur, nu. 11. Limitaturque, nu. 12.*

13 *Citatus die feriata, comparere non tenetur.*

14 *Citatio debet fieri congruo tempore.*

15 *Citatio nimir. breuem terminum ad comparendum continens, est ipso iure nulla.*

16 *Citatus nulliter, si compareret, & inquisitioni responderet, posset procul dubio condemnari, & quæ sit ratio.*

17 *Citatus præsumitur, qui comparet in causa, quamuis aduersarius non probet citationem.*

18 *Citatio seu intimatio quemadmodum facta per nuncium die feriato non valet, ita etiam ipsius nuncij relatio die feriato facta, non tenet, nec sustineri potest.*

DECISIO CCLXXIIII.

1 CITATIO † facta domi valet, & tenet, etiam quòd illa aliter non ueniat in notitiam citati. l. 1. ff. quæ sent. sine appell. rescin. Crescen. decis. 18. aliàs 151. de sent. & re iudi. num. 2.

2 Sed † hoc de plano, & absque scrupulo aliquo procedit, si citatio ipsa domui publicè nuntietur, vel ad domum cum testibus, vel tabellione, vel cum litteris, l. vt perfectius, C. de annali except. l. 4. §. prætor, ff. de damno infec. & l. aut qui, §. 1. ff. quod ui aut clam, & est tex. etiam in Regno, in cõstitu. Citationis literæ, vbi traditur de necessitate duplex citandi forma, altera personalis, alteraque domi: prout hæc eadem forma traditur etiam in l. scire oportet, §. qui autem, ff. de excusat. tutor. vbi disponitur, non obscurè quidem, reum citandum fore, vel ad faciem, vel ad domum.

3 Et † citatio isthæc, vbicunque domi facienda permittitur, vt valeat & teneat illius intimatio, intelligitur de domo, in qua habitat, & moratur citandus de præsenti, & sic tempore citationis, vt per Cardin. consil. 113. num. 3. & sequen. Afflict. dicta constitutio. Citationis literæ, sub nume. 5. Roma. consi. 454. In re præsenti, sub num. 7. & sequen. & ibi Horat. Mandos. in addit. in litera P. vbi patefacit istam esse communem opinionem. Paul. Aemil. Veral. plenius in decis. 117. Citatio domi solitæ habitationis, num. 2. prima par.

4 In tantum, † quòd in Regno sufficit citatio domi, nec auditur vllo modo ita citatus opponens, quòd citatio ad eius notitiam non peruenerit, vt per Andr. de Iser. Afflict. sub num. 3. & alios omnes vnanimi consensu in d. constit. Citationis litteræ, & Lallum de Tuscia in consti. Baiulos omnes, num. 9.

5 Adeo † quòd banniri potest quis ex citatione facta ad domum solitæ habitationis, & ita de consuetudine seruatur, teste Alberico in l. 1. aliàs, qui deportantur, sub nume. 22. C. de hæred. institu.

6 quamuis † citandus in criminalibus, de iure citari debeat personaliter, vt per Docto. in l. absentem, ff. de pœnis. Sed hoc limitatur in tribus casibus vtiliter quidem non procedere, verum sufficere in illis citationem ad domum. Io. Besian. in consuetu. Aluerniæ, in consue. 1. Des adiournemens, art. 3. fol. paruo 3. Et ratio quare ad domum sufficiat, ea est, quia cum aliquis se absentat, & non dimittit procuratorem, est re ipsa in culpa, vt firmat Alberic. in l. vt perfectius, num. 2. C. de ann. except.

7 † Vnde citatio ipsa ad domum legitimè facta reddit citatum contumacem, sicut si fuisset citatus personaliter, secundum Bal. in d. l. vt perfectius, num. 5. & 7. Nellus de Sancto Gemin. in tracta. de bannitis, in rubr. quæ solennitates requirantur in banniendo, in 3. par. primi temporis, num. 3.

8 Verùm enimuerò † citatus personaliter non arctatur comparere personaliter, si in citatione non reperiatur expressa causa. ita Bal. in l. prima, §. vsus, ff. de procura. qui concedit necessario fore exprimendam causam in citatione, vt citatus instructus super eo, super quo conuenitur, comparere valeat, aliàs citatio tanquam indiscreta non valet, nec tenet, & sequitur. Decius in l. 1. quarto nota. C. de eden. & Afflict. in constitut. Si quem nostrorum fidelium, num. 8. & constitu. sequen. Edictorum, sub nume. 10. & ita in varijs causis vidi annullatas in Regio Collaterali consilio, & in magna Curia Vicariæ, quàmplures citationes ex defectu causæ in illis non expressæ, & hoc idem firmat quoque Glos. in cap. præterea, in ver. plenè, de dilatio. idem Bald. in l. consentaneum, num. quarto, C. quomodo & quando iudex. Speculat. titu. de citatio. §. primo, num. 6. Cyn. & alij omnes vniuersaliter in authen. offeratur, C. de lit. contestat. Vant. de null. ex defectu citatio. nume. 30. & 50. & Maranta, in tracta. de iudic. in sexta parte, de citatio. num. 69. & seq. & Paul. Aemil. Veral. decis. 115. Citatio decreta, num. 6. in prima par. Et licèt in Regijs Audientijs vsurpatum sit vocari Regios officiales delinquentes in locis subiectis, mediantibus Regijs litteris, vt comparere deberent pro seruitio Regio ipsis conferendo: tamen habito recursu ad ipsum Collaterale consilium, semper vidi reuocatas litteras memoratas, tum ex defectu causæ non expressæ, tum etiã ex prohibitione facta eisdem Regijs Audientijs, per prædictum Regium Collaterale cõsilium de non procedendo contra

ipsos Regios officiales ad actum citationis ad informandum, vel carcerationis, inconsulto D. Prorege.

9 Citatio † igitur cum sit pars iudicij, debet necessario causam ipsius cōtinere certam, & expressam, aliàs citatio non valet, & redditur incerta, & frustratoria, vt fertiliter ostendit Ioan. Bessian. in consuetudinibus Aluerniæ, in consuet. 1. art. 11. sol. paruo 11.

10 Citatus † à iudice non suo, tenetur coram eo comparere, vt sciatur si suus iudex sit, vel non, ac denique comparere allegaturus sua priuilegia. l. si quis ex aliena iurisdictione, ff. de iudicijs, Abb. in c. super litteris, extra de rescript. & Barto. in l. cum quærebatur, & l. vir bonus. ff. iud. sol.

11 Sed † hoc ampliatur, in tantum procedere per Ias. in l. 2. ff. de ijs, qui in ius voca. non ier. col. 6. quod etiam quando constet aliquem minstè citatum esse, teneatur comparere, & ponit multa similia.

12 Quod † quidem limitatur, vbicunque nō constabat, citatum non teneri sub ipso iudice vocante respondere. ita Glo. in l. non videtur, ff. de iudicijs. Alias verò limitationes ponit Ias. in l. Gallus, col. 4. ff. de liber. & posth.

13 Prout † citatus die feriato minimè gentium tenetur comparere, iuribus vulgaribus; Matthæ. Brun. consi. 119. In casu de quo quæritur, nu. 2. vol. 2. & ita indicauit Regia Audientia Apuliæ, me assidente in ea Auditore, quæ de mense Maij 1583. in facti contingentia annullauit contumaciam, aliàs incursam per Ioannem de Rauo de Cantalupo, qui reperiebatur citatus die feriato, & contumaciæ apparebant accusatæ contra eundem die non feriato, per tex. in ritu 116. Item seruat dicta Curia, quod citatio debet fieri, vbi Carauita cumulatissimè demonstrat istam esse communem Legistarum opinionem, & Maran. etiam in tracta. de iudicijs, in 6. par. rectè conspiciatur citatio, nu. 119. & veriorē prædicat Foller. in pract. crim. in rubr. vel eos verbaliter citari faciat, num. 34. cum alijs seqq. & sequitur quoque Lallus de Tuscia in constit. Regni, Baiulos omnes, num. 6. & Franciscus Ant. de Iudice in pract. super liquidationibus & executionibus instrumentorum, secundum formam ritus, 4. consideratio. nu. 32. vbi ponit, discurritque, nu. 31. cū alijs seqq. quatuor alios casus valde vtiles, in quibus citatio ipsa reddatur nulla & frustratoria.

Sed alteram partem contrariam, videlicet huiuscemodi citationem valere, vocat similiter communem Canonistarum Sebast. Vant. in tract. de nullit. in rub. seu tit. de nullit. ex defectu citationis, nu. 66. ipse verò inhæret primæ opinioni tam quam sacrosanctæ: quæ fulciri posset hac palpabili ratione.

14 Quòd † citatio debet fieri congruo tempore, & legitimè, secundum Bart. in l. vt qui aliter, in prin. ff. quod vi, aut clam. aliàs pro non facta reputatur, vt per Riminal. iun. consi. 340. Nonus,
15 nu. 3. vol. 3. sic † etiam citatio quæ continet nimis breuem terminum ad comparendum, est ipso iure nullum, c. cum dilecti, & ibi Abbas, ext. de dolo & contu. Crescen. decis. 6. aliàs 71. de dolo, & cont. num. 1.

16 Et bene verum, † quòd citatus nulliter si compareret, responderetque inquisitioni contra eum formatæ, posset absque dubio aliquo condemnari, ita August. de Arim. in addit. Ang. de maleficijs, fol. 4. & Aret. consi. 58. & Paul. Emil. Verall. decis. 112. Citatio nulliter, in prima par. vbi patefacit ita extitisse decisum in an. 1552. in Rota Romana, & assignat etiam rationem, quod comparens certus satis esse tunc uidetur de eo, de quo erat citandus.

17 Et ratio est, † quoniam citatus præsumitur qui comparet in causa, quamuis aduersarius non probet citationem, vt per Abbat. & alios omnes in c. bonæ, il primo, ext. de elect. Archid. in c. proposuisti, 82. dist. & Iaffred. Lanfran. decis. 504. Citatus, centuria 6.

18 Et † quemadmodum citatio, seu intimatio facta per nuntium die feriato non valet: ita etiam relatio nuntij facta die feriato minimè gentium tenet, nec sustineri potest, vt vbertim firmat Maran. in tracta. iudiciorum, in 6. par. recte conspicitur citatio, nu. 55. Matthæ. Brun. in d. cōsi. 119. nu. 4. vol. 2.

ARGVMENTVM.

Quàm grauiter peccent blasphemantes Deum, & de multiplici blasphemia.

SVMMARIVM.

1 *Blasphemia an sit, si quis dicat, Non lo potria far Domenedio, & nu. 8.*
2 *Blasphemia, quid.*
3 *Blasphemiam inducunt verba in Dei contemptum prolata.*
4 *Blasphemia est, omne de Deo maledictum, vel contra eum.*
5 *Blasphemia dicitur verbum impiè prolatum, omneq; verbum vituperosum in Dei contumeliam, vel verecundiam, ac maledictū de Deo, & Sanctis eius, vel si negetur Dei potentia, nu. 6. & 7.*
9 *Facta pro infectis, Dei etiam respectu, haberi non possunt, nisi quo ad iuris effectum, vel ope fictionis.*
10 *Blasphemia nihil est horribilius, quæ atrociter ponit os suum in cælum, estque crimen omnibus alijs detestabilius.*
11 *Peccati sceleratissimum genus est, quando quis in Dei vituperium delectatur.*
12 *Omne peccatum blasphemiæ comparatum, leuius est.*
13 *Blasphemia grauius homicidio in genere suo.*
14 *Blasphemia quibus contrarietur, & nu. 15. & 16.*
17 *Blaspemia ex suo genere est peccatum mortale, quod limitatur, nu. 18. ampliatur reg. nu. 20.*
19 *Blasphemus si consideraret ad verborum significata, non excusaretur à peccato mortali.*
21 *Blasphemia ipsa est maius peccatum, quàm homicidium.*
22 *Blasphemi sunt Iudæis deteriores: & magis peccant blasphemantes Deum triūphantem in cælis, quàm*

qui

qui crucifixerunt eum ambulantem in terris, nu. 23. & de ratione, nu. 24.
25 *Blasphemi sunt deteriores paganis, & infidelibus.*
26 *Blasphemia est peccatum grauius periurio.*
27 *Creatura iustum est, vt laudet Creatorem.*
28 *Blasphemans calore iracundiæ, mitius arbitrio Iudicis punitur, si ex iusta graui que causa illa procedat.*

DECISIO CCLXXV.

1 DICENDO † quis, Non lo potria fare Domenedio, an sit blasphemia, Nicolaus de Vbaldis de Perusio in quodam suo consilio, quod vidi manu scriptum, videtur respódere varijs rationibus, & auctoritatibus, huiusmodi verba inducere veram blasphemiam, & opinio isthęc comprobari etiam posset, argueodo ar gumento à maiori, quod validum quidem est in iure, l.fi. C. qui ætate. lib. 10. & l. cui pacti, ff. de ser. expor. sed disceptare de Regis potētia est crimen sacrilegij. l. disceptare, C. de crim. sacr. & in const. Regni, de sacrilegio, constit. Disputare. ergo multo fortius tenetur ille, qui de potentia Dei disceptat, & Sanctorum eius.

Itidem de altera ratione huiusmodi verba dici possent blasphemia, arguendo à diffinitione e-
2 iusdemmet blasphemiæ. † Nam blasphemia dicitur irreligiosa repræhensio, detractio potentiæ, vituperatio, & maledictio, secundum Hugo. de Sancto Victore, Isydorum, & alios Theologos, & Canonistas varijs in locis Theologiæ, & iuris Canonici, & patet Matthæi vltimo capite, Vah, vah qui destruis templum Dei, &c. & facit Auth. vt
3 non luxur. contra nat. Et sic, † cum aliqua verba in contemptum Dei proferuntur, inducunt blasphemiam, ita Glo. in c. qualis, 25. dist.
4 Nec non † omne maledictum de Deo, vel contra Deum, est etiam blasphemia, teste Bar. per rationes, & auctoritates allegatas per eum efficacissimas in l. item apud Labeonem, §. sed quod adijcitur, ff. de iniur.
5 Et consequenter † dicitur quoque blasphemia verbum impiè prolatum, io Auth. ut nō luxur. cōtra naturam, Bal. consil. Statuto ciuitatis Castelli, & Ang. in l. f. C. si quis imperat. maled. vbi con-
6 cluditur etiam, † quòd blasphemia est omne verbum vituperosum in cōtumeliam Dei prolatum, etiam si non maledicatur Deus.
7 Et hinc denique concludo, † quòd blasphemia dicitur omne maledictum de Deo, & Sāctis eius, vel si negetur potētia Dei, seu si verbum aliquod vituperosum proferatur contra Deum, vel in eius verecundiam. ita Hostien. in c. de his, de maledicis, & Boer. pleniori manu, decis. 301. & ita consuluit etiam Nicolaus de Montelbaro in consil. 48. posito inter consilia criminalia diuersorum,
8 volum. 1. quòd † blasphemia sit, dicere, Non lo potria far Iddio.

Sed hoc quippe procederet, iudicio meo, vbicunque quis verba hæc proferret in Dei contemptum, & appareret hoc idem saltem per aliquas coniecturas: vel quando in eius sermone veritatem nullatenus protulisset, vel in rebus illicitis loqueretur: verùm vbicunque res ita se haberet, ve ritatemq; quis assereret in sermone suo, & fides sibi non præstaretur: tunc asserendo, Non lo potria far Iddio, vt res aliter se haberet, autumarem hanc non esse blasphemiam, nec punibilem fore, vt ostendam infra in proxima sequenti opinione ex doctrina S. Thomæ, & Afflicti.

9 Et ratio ea est: † quoniam facta pro infectis haberi non possunt. l. verum est, vbi Dec. ff. de regu. iur. etiam respectu Dei. c. Paulus, 32. q. 5. scribit enim Bar. in l. non dubium, num. 14. C. de legib. quod neque lex, neque Deus facere possunt, quod non sit factū id quod factū est, & sequitur sertiliter quidem, Io. Pet. Surd. consi. 93. Dubitatur, nu. 8. & hoc procedit sincerè quidem quoad veritatem, secus verò quoad iuris effectum, ita Glo. in clem. vnica, in ver. pro infectis, de immun. eccle. Et sic facta pro infectis non habentur, nisi ope fictionis, vt per Ant. de Rosellis in tract. de legitimatione, de causa finali, seu effectiua legitimationis, num. 2.

10 In tantum, † quòd in omnem euentū blasphemia nihil est horribilius, quæ atrociter ponit os suum in cœlum, teste Nicol. de Lyra, Esaiæ 18. & ipsius blasphemiæ peccatū grauissimum est. Prosper Farinacius in suis quæstionibus, & communibus opinionibus criminalibus, quæst. 20. num. 6. lib. 1. vbi num. 3. & seqq. concedit blasphemiæ crimen omnibus alijs criminibus detestabilius fore, & in d. quæst. 20. per totam omnes species blasphemiæ discurrit.

11 Et hinc asserit Ric. de Sancto Vic. † quòd sceleratissimum genus peccati est, quando quis in Dei vituperium delectatur, & Glo. & Hierony. super illo verbo Esai. 18. cap. ad populum terribi-
12 lem, &c. concludit, † quòd omne peccatum bla-
13 sphemiæ comparatum, leuius est. Nam † blasphemia ipsa grauius est peccatū in genere suo, quàm homicidium. Dom. Soto, in 4. sent. distin. 12. q. 1. art. 5. colum. 3. sub versi. respondetur autem cum Gaietano. B. Ioan. de Capistrano in c. manifesta, de penit. & remiss. nu. 95.

14 Vnde † blasphemia ipsa contrariatur primò naturæ, quæ dictat benefactorem suum esse cognoscendum, nam & suo modo hoc faciunt aues cœli, pisces maris, & bestiæ terræ; quanto magis ad id obligatur homo rationalis: & tamen inter omnia beneficia quæ maxima, & innumera sunt à Deo optimo maximo homini collata, beneficiū linguæ est vnum singulare præstantissimum, & nihilominus blasphemator ingratus, nō solum Deo gratias non agit: sed quod peius est, illum nequiter maledicit: & non solum benefactori suo laudem non impendit, verum illum fœde vilipendit: imò suum benefactorem non tantum nō cognoscit, sed potius inhumanè eum blasphemat: dedit enim ei linguam Deus, vt eum ea laudaret eum, & benediceret nomen sanctum eius.

15 Secundò † blasphemia aduersatur etiā creaturæ: omnis enim creatura laudat & benedicit Deū, vnde August. in sermone vnius martyris, inquit, quod omnia quęcūque fecit Deus, laudant Deū, audistis

audistis in benedictionibus, & audistis in omni
solennitate quādo leguntur, quoniam omnia lau
dant Deum, cælestia, terrestria, Angeli, homines,
luminaria, cœli, arbores, terræ, flumina, maria, &
quicquid Deus creauit, siue in cœlo, siue in terra,
siue in mari laudat Deum, & sancta mater Eccle-
sia in matutinis cantat hymnum trium puerorũ,
in camino ignis omnes creaturas inuitantium ad
laudes, & benedictionem Dei: quid igitur respon
detis ò blasphemi ad voces omniũ creaturarum?
Angeli cœli laudant, & dicunt clamantes, Bene-
dictus Deus: sol, luna, stellæ, & omnia cœlestia cor
pora dicunt, Benedictus Deus: terra, aqua, aer,
ignis, & cuncta quæ in eis sunt, dicũt, Benedictus
Deus: & vos blasphemi contra morem omnium
aliarum rerũ maledicitis. non immeritò ergo con
tra vos obijcere posset, quod sumistis exemplum
ab his, qui sunt in inferno damnati, de quibus di-
citur Apoc. 15. Blasphemauerunt Deum cęli prę
doloribus & vulneribus suis. Obijcereque contra
blasphemum ipsum illud posset etiam, quod ha-
betur 1. Reg. 1. Si peccauerit vir in virum, placari
ei potest Deus: si autem in dominum, quis ora-
bit pro eo?

16 Tertiò † blasphemia ipsa contrariatur quoque
scripturæ: ipsa vtique admonet, & hortatur, vt be
nedicamus Deum: vnde Thob. 4. scribitur, Om
ni tempore benedic Deum. & Eccle. 38. Benedi-
cite Dominum in omnibus operibus suis. & Da-
uid Psal. 15. Benedicam Dominum, qui tribuit
mihi intellectum. & Romanorum 12. Benedici-
te, & nolite maledicere. Idcirco apparet ex his
quàm graue sit peccatum blasphemię; propterea
clamauit Esai. cap. 1. Veh genti peccatrici, populo
graui iniquitate, semini nequàm, filijs sceleratis,
blasphemauerunt Deum Israel, abalienati sunt re
trorsum. & meritò quidem Propheta commina-
tur blasphemantibus, & maledicētibus, quia pro-
pter blasphemias, & maledictiones indignatus
Deus, etiam in præsenti seculo blasphematores
flagellat, & exterminat, prout de hoc adduci po-
test exemplum 4. Regum 19. de Senacherib, ob
cuius blasphemiam Angelus vna nocte exercitũ
illius aggrediens centum octoginta quinque mil-
lia hominum interemit, ipsoque tandem Senna-
cherib, à proprijs filijs interempto. Et insuper Gre
gor. in lib. 4. Dialogorum, cap. 18. meminit, Ro-
mæ puerum quinquē annorum blasphemum in
brachijs matris existentem, iusto iudicio Dei à
Diabolo suffocatum fuisse, vt refert etiam plenio
ri cornu, Boer. decis. 301. num. 5.

17 Et hinc concludendum est, † quòd blasphemia
ex suo genere apparet euidentissimè peccatum
mortale, vt concedunt omnes Theologi commu
niter, & præsertim Diuus Dionysius Carthusia-
nus in summa fidei orthodoxæ, in tomo 2. artic.
35. §. 2. & ostenditur per id quod dicitur Leuiti-
ci 24. Qui blasphemauerit nomen Domini, mor
te moriatur: sed pęna mortis nō infertur, nisi pro
peccato mortali, ergo &c. itidem qui blasphe-
mant Deum, sunt re ipsa filij diaboli, quia sicut
filij Dei assuescunt addiscere, inuocationem &
laudem in terris quemadmodum in cœlis facturi
sunt: sic filij diaboli assuescant in hoc mundo im
piè proferre blasphemias, quas etiam in inferno
continuabũt propter magnitudinem dolorum:
vnde in Apoc. 16. Blasphemabunt Deum cęli prę
doloribus, & vulneribus suis. & credibile est, te-
ste S. Dionysio in d. summa, tomo 2. arti. 35. sub
nu. 14. §. 4. quòd post resurrectionem erit in ipsis
vocalis blasphemia, sicut in Sanctis laus vocalis.

18 Cæterùm hoc sanè intelligendum est, † vide-
licet, si ex deliberatione occurrat: nam aliter di-
cendũ quippè foret, si ex surreptione, vel absque
deliberatione eueniret: quod quidem continge-
re facilè posset, vbicunque quis non ex passione
in verba imaginata prorumpit, quorum significa
tionem nō considerat: & tunc veniale peccatum
est, nec habet propriè rationem blasphemiæ, nisi
materialiter, secundum S. Tho. in 2. 2. quæst. 158.
arti. 7. quem sequitur Afflic. in constitu. Blaspho-
mantibus, rub. 54. num. 6. super 3. par. vbi refert,
quod ob hoc, per magnam Curiam Vicariæ alias
extitit absolutus quidam rusticus, qui faciendo
computa cũ domino suo, iratus dixit, quod Deus
non potuisset facere quod non esset debitor tot
operarum: & dum in anno 1573. euenisset casus
similis in Ciuitate nostra Aquilæ, videlicet, quod
Horatius Gratiosus de eadē Ciuitate, iratus pro-
tulisset hæc verba aduersus Cæsarem Campani-
lem procurantem ei triticũ auferre de eius area,
quod si Deus descenderet de cœlo, non amoue-
ret frumentum de area ipsa, & formata postmo-
dum super hoc contra eum inquisitionē in Cu-
ria Aquilana, extitit in ea condemnatus ad solu-
tionem ducatorum 25. seu ad exulandũ per bien
nium: sed introducta causa per appellatorium re-
medium coram D. Triuultio Gualterio tunc Au
ditore Serenissimæ Margaritæ de Austria, mediā
te meo patrocinio, reportauit sententiam absolu-
toriā, prout in simili casu consuluit quoque Fran
cis. Vegius, cons. 48. Magnifice iudex, volum. 1.
proferentem, *al dispetto di quello becco, che mi tie-
ne, & fostiene al mondo*, non intelligi tunc Deum,
seu Sanctos blasphemare.

19 Si verò † blasphemus consideraret ad significa
ta verborum, non excusaretur vtique à peccato
mortali, secundum Theologos omnes vnanimi-
ter, & concorditer, & potissimum S. Dionysium
Carthus. in d. summa, tomo 2. artic. 35. sub §. 2. si-
cut nec ille qui ex subito motu iræ aduertens ali-
quem, occidit iuxta se sedentem, à mortali excu-
satur peccato: quia tunc cum aduertenter facit,
non est motus primo primus, nec secūdo primus,
imo est sufficienter deliberatus, & pacto videtur
impetrata, idemque asserit S. Tho. de periurio in
2. 2. q. 98. art. 3. ad 2.
Imò amplificatur hoc etiam in tantum proce-
20 dere, † quod non solũ blasphemia est peccatum:
sed grauissimum quoque peccatũ in genere suo,
simpliciter loquendo, contra Deum directè, &
immediatè, vt firmat frater Ioan. Tablen. in sua
summa Tabiena, in p. in ver. blasphemia, in §.
9. & diximus supra in princ.
21 Nec non † blasphemia ipsa est maius peccatũ,
quàm homicidium, & licet homicidium afferat
maius

maius nocumẽtum proximo, quàm blaſphemus Deo: tamen, quia in grauitate culpæ magis attenditur intentio voluntatis peruerſæ, quàm affectus operis, blaſphemus ipſe grauius peccat, ſecũdum fratrem Ioan. Tabien. in loco antesignato, §.6. & hoc idem videtur concludere S. Thom. in 2.2.q. 13. quòd quantum ad nocumentum, maius peccatum eſt homicidium, quam blaſphemia, eo quod magis nocet homicida homini interfecto, quàm blaſphemus Deo blaſphemato: ſed quantum ad obiectum maius peccatum eſt blaſphemia quàm homicidium: quia homicida, licèt interficiendo hominem offendat Deum: tamen principaliter intendit offendere hominẽ: verum blaſphemus, & maledicus intendit principaliter & directe offendere ipſum Deum.

22 Sunt † etiam blaſphemi Iudæis deteriores, qui in veteri teſtamento adeo deteſtabantur blaſphemiæ peccatum, & adeo audire abhorrebant eos, qui blaſphemabãt, quod audita blaſphemia Dei obturabant aures, & ſcindebant veſtimenta ſua, vt dicitur in Actibus, Actu.7. continuerunt aures ſuas, ne ſcilicet, ſecundum Glo. audirent blaſphemantem, & nõ ſolum audire: ſed etiam nominare nõ audebant vocabulum maledictionis: vnde accuſando Iudæi aliàs Naboth afferebant, vt dicitur 3.Reg.22. Benedixit Deo, & Regi, ideſt maledixit. & Iob, vt habetur inibi, primo offerebat holocauſta pro filijs ſuis: dicebat enim, ne forte peccauerint filij mei, & benedixerint Deo, ideſt maledixerint, & conſequenter mos erat Iudæis, cum aliquid blaſphemiæ audiebãt, ſcindendi veſtes, ſicut Paulus, & Barnabas, cum cultu diuino honorarentur, ſciderunt veſtes ſuas. ita Rabanus ſuper Matthæum, & hanc opinionẽ, quod blaſphemi diſcernantur deteriores Iudæis, amplectitur Auguſt. dum ait ſuper illud Matthæi, blaſ-

23 phemauit, † quòd magis peccant blaſphemantes Deum triumphantem in cœlis, quam qui cru-

24 cifixerunt eum ambulantem in terris; Et † ratio eſt, ſecundum Alexan. in ſecunda ſummæ: tum quia Iudæi non cognouerunt ipſum eſſe Deum, atteſtante Apoſtolo, ſi cognouiſſent, numquam Deum gloriæ crucifixiſſent: ſed qui Deum blaſphemant cognoſcunt, proculdubio illum eſſe Deum, tum etiam quia Iudæi non promiſerunt ei fidem in baptiſmo, ſicut Chriſtiani: tum denique, quia fit maior iniuria ratione maioris ſtatus.

25 Imò † blaſphemi ſunt etiam deteriores paganis & infidelibus: nam, ſecundum S. Thom. in 2.2. quæſt.13. infidelis ea de Deo narrat, & loquitur, quæ licèt falſa ſint, tamen credit eſſe vera: Chriſtianus vero blaſphemans loquitur contra veritatem quam credit.

26 Eſt etiam † blaſphemia peccatum grauius periurio, teſte Glo. ſuper illud Epheſ.4. Blaſphemia tollatur à vobis: qui enim peierat, non dicit, nec aſſerit aliquod malum de Deo: ſed Deum adhibet teſtem falſitatis, non tanquã ęſtimans Deum eſſe falſum teſtem: verum tanquam ſperãs, quod Deus ſuper hoc non teſtificetur per aliquod euidens ſignum.

Vnde ſecundũ Auguſ. in lib. Supputationum,

27 par.3.c.1. † iuſtum eſt, vt creatura laudet Deum creatorem: ipſe enim nos ad laudandum ſe creauit, qui noſtris non indiget laudibus: eſt autem virtus incomprehenſibilis, nullius indigens, ipſa ſibi ſufficiens: magnus enim Dominus noſter, & laudabilis valde: hunc itaque mens diligat, lingua canat, ſcribat manus, atque in his ſanctis ſtudijs fidelis animus ſe exerceat.

28 Eſt tamen bene verum, † quòd blaſphemans calore iracundiæ mitius punitur, arbitrio iudicis, vt per Afflict. in conſtit. Blaſphemantibus, nu.5. Dec. conſi.163. num.10. Couarru. in c. quamuis, parte prima, §.7. num.13. & ſeq. de pact. in 6. Menoch. de arbitrar. iudic. quæſt. lib.2. caſu 375. nu. 33. cent.4. Proſper Farinac. in ſuis quæſt. crimin. quæſt.20. num.47. lib.1. quæ quidem ſententia licet indubitata ſit, tamen ea de plano, & abſque ſcrupulo aliquo locum obtineret, vbicunque ira procederet ex cauſa iuſta & graui, ſecus ſi ex iniuſta & leui, teſte Afflicto in d. conſt. Blaſphemantibus, ſub nume.5. & Farinacio in dicta quæſtio. 20. nume. 48. & ita in facti contingentia deciſum extitit in ſacra Regia Audientia Terræ Bari, ſub die 22. menſis Martij 1589. dum condemnauit, me aſsidente in ea tunc Auditore, Io. Baptiſtam Scipionis Raguſij, de ciuitate Trani, ad exulandum per annos tres extra prouinciam, ob blaſphemiam ab eo ex cauſa iuſtæ indignationis prolatam.

ARGVMENTVM.

Per taciturnitatem partium non inducitur emologatio laudi; etiam ſi ſint lapſi decem dies, & ideo ſemper vſque ad triginta annos poteſt peti reductio ad arbitrium boni viri.

SVMMARIVM.

1 *Laudum ex curſu decem dierum ac partis taciturnitate, emologatio non cenſetur, & nu.4.*

2 *Sententia arbitratoris executionem paratam non habet.*

3 *Laudum non propriè ſententia, ſed potius quædam tranſactio dicitur.*

5 *Læſum ſe enormiter prætẽdens tenore laudi arbitrorũ amicabiliumq; compoſitorum dolo ſaltem re ipſa etiã poſt decem dies petere poſſet in magna Curia Vicariæ reductionem ad arbitrium boni viri per ſpatium annorum triginta.*

6 *Reductionem laudi ad boni viri arbitrium, interueniente præſertim enormi læſione, nulla renunciationes, nullæque cautelæ adhiberi poſſunt.*

7 *Compromiſſi verba licèt in ampliſſima forma prolata extent, partes tamen non intendunt, nec ſperant, quòd arbitri debeant illas mediante dolo enormiſſimè lædere, ſed ſub arbitrorum confidentia ad beneuolentiam captandam appoſita.*

8 *Reductionem ad petendam ad arbitrium boni viri, quacunque clauſula non obſtante partes admittuntur: & quomodo procedat.*

DECI-

DECISIO CCLXXVI.

1 LAVDVM † arbitratorum ex cursu decem dierum, & taciturnitate partis, non cen setur emologatum, vt per Innoc. Ant. de Butr. Imo. & alios vniuersaliter omnes, in cap. Quintauallis, de iureiur. Barto. in l. societatem, §. arbitrorum, colum. 3. vers. quæro vtrum ex sententia, ff. pro socio, inferens ibi vtiliter quidem
2 ex hoc, † quòd sententia arbitratoris non habet executionem paratam, & idem videtur sentire etiam in l. secunda, ff. de arbitr. & in l. fin. ff. de bonorum possess. secundum tabul. & istam Barto. doctrinam, quòd sententia arbitratoris non habeat paratam executionem, sequuntur Anto. de Butr. Imola & Abb. in 8. differentia, & Io. Bapt. de Sancto Blas. in tract. de arbitr. & arbitrat. in differentia 71. concedens ibi, quòd vigore laudi arbitratoris non proceditur executiuè.

Pro qua nempe cõclusione optimè facit, quia
3 videmus, † quòd laudum ipsum arbitratoris, propriè loquendo, non dicitur sententia, teste Bal. in l. quid ergo, §. ex compromisso, 10 si. ff. de infamib. sed potius dicitur quædam transactio, secundum Bal. in auth. si verò contigerit, C. de iudic.
4 Et eademmet opinio, † quòd taciturnitate decẽ dierum non fiat emologatio, consuluit etiam Mariau. Soc. consi. 105. Visis testibus examinatis, colum. 2. vers. quartusdecimus, volu. 4. & Francisc. de Aretio, consi. 56. Post absolutum primum, in 2. col. in princ.
5 Et hinc est, † quòd prætendens se læsum enormiter quidem, tenore ipsius laudi arbitrorũ, amicabiliumq́; compositorum, dolo, saltem re ipsa, etiã post decem dies, petere posset in magna Curia Vicariæ reductionem ad arbitrium boni viri, per spatium annorum triginta, vt firmat Cyn. in d. l. societatem, §. arbitrorum, in suis add. quem refert, sequiturque Bald. in l. fin. col. pen. vers. quæro vsque ad quod tempus, C. de contrahen. emptio. Lanfran. in tract. de arbit. in 7. par. quæst. 20. & ita extitit aliàs iudicatum in sacro Consilio, attestante Afflicto decis. 132. Fuit dubitatum, & istam profert etiã esse communem omnium opinionem Alber. de Rosate in d. §. arbitrorum, col. 2. vers. item quæro infra quantum tempus, cui accedit itidem Fran. de Are. Butr. & Io. de Imola in d. c. Quintauallis, vbi Imola, col. 20. vers. circa tertium, infra quantum tempus, nõ obscurè quidem explicat istammet sententiam verisimam fore.

Imò tunc minimè gentium obstare uidentur clausulæ, quæ apponi solent per partes in compro
6 misso: † quia nullæ renunciationes, nullæq́; cautelæ adhiberi queunt, quæ impedire valeant modo aliquo reductionem ipsam laudi ad arbitrium boni viri, & potissimum si interueniat tunc enormis læsio, teste Baldo in l. si vnus, §. illud, in fi. ff. de
7 pact. † imò licèt verba compromissi in amplissima forma prolata extent: nihilominus tamen partes non intendunt, nec sperant, quòd arbitri debeant illas, mediante dolo, enormissimè lædere, sed verba ipsa censentur apposita sub confidentia arbitrorum, ad illorum beneuolentiam captandam, vt animaduertunt, atque concludunt Anto. de But. Abb. Imo. & alij omnes conformiter in d. c. Quintauallis, per ea quæ habentur in l. si libertus iurauerit, ff. de ope. libe. & in c.
8 quanto, de iureiur. Et ideo † ad petendam reductionem ipsam, non obstante quacunque clausula, admittuntur partes; sicuti affabrè consuluit Pau. Castr. consi. 70. Quia frustra, volu. 1. & Dec. consi. 11. Quoniam iudicantium responsa, col. 6. & consi. 39. Iuridicam esse arbitror, col. 5. quod profectò putat esse verum, atque procedere, consil. 60. Viso themate, col. 3. vbi laudum foret à partibus approbatũ, & est magnum re ipsa verbum, imò mirabile etiã, per rationes vrgentissimas per eum ibi allegatas, & ita aliàs decisum extitit in Regia Audientia Apuliæ, in anno 1583. in causa tũc discussa, atque decisa interaliquos de Terra Sancti Nicandri.

ARGVMENTVM.

Quæ requirantur ad hoc vt creditor per apochã præferatur creditori instrumentario. Et vtrum creditores mariti possint offerre dotem vxori, viuente marito.

SVMMARIVM.

1 *Creditor chirographarius, vt præferatur instrumentario posteriori, plura requiruntur, quorum quinque enumerantur.*
2 *Lex vel statutum requirens testes bonæ opinionis, requirit probationem.*
3 *Creditores mariti non habent ius offerendi dotẽ vxori durante matrimonio.*

DECISIO CCLXXVII.

1 CREDITOR † chirographarius, vt præferatur instrumentario posteriori, plura requiruntur: primò quòd apocha habeat subscriptionem trium testium: secundò requiritur etiam, quòd ipsi tres testes debeant apocham hanc recognoscere & per eos approbetur: tertiò quòd habeat subscriptionẽ ambarum partium: quartò quòd illi tres testes, qui se subscripserunt, sint probatæ & integræ opinionis: quintò quòd probetur huiusmodi integra opinio per eundem creditorem chirographarium, vt per Bal. per tex. ibi, in l. scripturas, §. sin autem. C. qui pot. in pign. hab. Soc. consi. 274. col. 7. versi. circa tertium, vol. 2. & Ant. Negusant. in tract. de pign. & hipot. in 2. membro 5. partis principalis, & sic aliàs declaratum extitit in sacra Audientia Barensi varijs vicibus in anno 1589. & seqq. in diuersis causis, tunc decisis.
2 Nam † lex, vel statutum requirens testes bonæ opinionis, requirit probationem, ita Masi. consi. 7. num. 63.
3 Nec non † creditores mariti minimè gentium possunt occupare bona mariti, & offerre dotem vxori, nisi soluto matrimonio, nec non creditores minimè valent excludere vxorem debitoris à

iure

iure pignoris, nisi illi offerant dotem, quod quippe de plano procedit soluto matrimonio, cum ad huc actio de dote non competat, ita Barto. post Cyn. & Iacob. de Are. in l. cum tibi. C. qui pot. in pign. habe. Bal. consi. 282. Præmittendum, vol. 1, Bal. Nouel. in tract. de dot. in 7. par. priuileg. 47. Guid. Papæ, sing. 539. Nunquid, Bar. & alij vnanimi voto in l. si constante, in princ. ff. soluto matrimon. & Afflic. decis. 199. Vxor, vbi meminit ita in facti contingentia extitisse in sacro Consilio decisum.

ARGVMENTVM.

Non committit crimen læsæ maiestatis, qui conspirat contra officiales Baronis, neque contra Barones.

SVMMARIVM.

1 *Læsæ maiestatis crimen non committitur, quando contra Baronis officiales conspiratur: imò etiam si contra Baronem ipsum, Comitem, aut Ducem, nu. 5.*
2 *Officialis Baronis offensus, an & quando in causa propria cognoscere queat.*
3 *Iudex maleficium commissum ipso pro tribunali sedente, puniri non potest. Et quid vbi dubitaretur, an offensa dignitati aut personæ illata esset, nu. 4.*
6 *Moliens aliquid contra Principem, superiorem de facto non recognoscentē, in pœnam leg. Iuliæ maiest. non incidit.*
7 *Patris delictum, an & quando in feudo noceat filio.*

DECISIO CCLXXVIII.

1 Crimen † læsæ maiestatis non committitur, quando conspiratur contra officiales Baronis, ita Afflic. in constit. Si quis aliquem, quæst. 10. & in constit. Vt participatio.
2 Vnde † vbicunque foret offensus officialis Baronis, vt ipse cognoscere queat in causa propria, tunc distingue, quòd aut offensa extat facta officio, & sic dignitati, & posset prosequi suam iniuriam, cognoscereque causam, & consequenter iudicare in causa propria, & præsertim quando factum esset notorium, secundum Carrer. cum alijs aggregatis per eum in sua pract. crim. in 2. casu, sub nu. 31. & ita iudicauit Regia Audientia Apuliæ, me existente in ea Auditore, de mense Octobris 1583. in causa vulneris illati in faciem magnifico Capitaneo sancti Ioannis Rotundi per aliquos de eadē Terra, vt causa ipsa vigore querelæ propositæ in prædicta Regia Audientia, & accedente etiam, quòd iniuria illata nō videbatur intuitu officij, remaneret in eadem Regia Audien-
3 tia, & nullatenus remittenda foret: Prout † etiam iudex minimè quidem posset punire maleficium commissum ipso pro tribunali sedente, secūdum Abb. in c. 1. extra de iudi. Calder. & alios in cap. tua, de cohabi. cler. & mulie. & ita consuluit respondendo obstaculis contrarijs omnibus Bero. consi. 169. Visa inquisitione, nu. 5. & 16. vol. 3.
4 Cæterùm † vbicunque dubitaretur, num offensa esset illata dignitati, aut personæ, & sic ex causa nullatenus tangente officium, tunc stante huiusmodi incertitudine, reperitur iudicatum in sacro Consilio Neap. vt remitteretur causa offenso, dato tamen per suam excellentiam, Collateraleque Consilium adiuncto, vt clarius explicat, & testatur Capic. decis. 124.
5 Imò † non solum non dicitur committere crimen læsæ maiestatis, offendens officialem Baronis, verum etiam cōmittens crimen in Baronem ipsum, Comitem quoque, vel Ducem, minimè censeretur, crimen hoc læsæ maiestatis perpetrare, ita Archid. in cap. felicis, de pœn. in 6. & Carol. Glosator legum Longobar. in l. omnes, quæ est l. 8. de scand. & compo. ad regem perti. in ver. componatur. licet Barbat. consuluerit consi. 70. col. 13. vol. 4. molientes aliquid contra Comitem, vel Baronem, cui subditi reperiātur, quamuis ille dominus recognoscat superiorem, incidere nihilominus in crimen læsæ maiestatis, quantū ad hoc, vt ipso iure dominium rerum suarum amittant. & Hierony. Gigas in tract. de crim. læsæ maiest. quæst. 29. lib. 1. firmat etiam in præsenti speculatione, patrem offendentem eius Principem superiorem recognoscentem crimen committere læsæ maiestatis, quoad se, non autem quoad filios, qui eo casu non tenentur pœnis, de quibus in l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. Sed cū opiniones istæ potius de facto, quàm de iure procedant, ideo à sententia Archi. & sequacium superius recitata, tamquàm rectā, vix discedere possum, quæ cate-
6 nus vera est, vt meritò amplificetur etiam, † quòd si quis moliretur aliquid contra Principem, qui non recognosceret superiorem de facto, vt minimè tunc incideret in pœnam legis Iuliæ maiestatis, vt prodidit Soci. consi. 57. col. 5. volu. 4. & Bellamera consi. 15. col. 3. qui assignat hanc viuacem rationem, quòd pœnæ d. l. quisquis, non dicantur aliter locum sortiri, nisi in offensione Cæsaris, vel
7 eius Collateralis: Prout † postremò regulariter delictum patris, an & quando in feudo noceat filio, & quando non, explicat affabrè quidem Bero. consil. 77. Contra Sigismundum, nume. 37. volum. 1.

ARGVMENTVM.

Debet probari culpa ad hoc vt delictum possit puniri tanquàm culpa commissum: & in delictis lata culpa non æquiparatur dolo.

SVMMARIVM.

1 *Culpa non præsumitur, nisi per allegantem probetur.*
2 *Delicta non præsumuntur.*
3 *Bonum & non malum de homine bonæ famæ præsumere debemus.*
4 *Culpa vbicunque constaret, & ea lata tunc appareret in criminalibus dolo nunquàm æquipararetur.*
5 *Homicidium culpa lata commissum, cum ea dolo non æquiparetur, puniri pœna corporali non potest.*

DECI-

DECISIO CCLXXIX.

1 CVLPA † non presumitur, nisi probetur, & illa debet dubio procul per allegantem probari, ita Afflic. decis. 13. num. 17. Nam culpa in dubio non præsumitur. Riminal. iun. consi. 48. num. 52. & consi. 74. num. 60. volu. 1. vbi num. 61. ostendit etiam, quòd ad euitandum illam, præsumitur quis fecisse quod alij fecissent. Culpa dicitur nõ faciendo in re aliena, quod in sua fecisset. Riminal. iun. consi. 74. num. 59. vol. 1. Attamen culpam latam in eo argui, qui quod debet, non inuestigat. Crauet. consi. 930. num. 22. lib. 5.

2 Et hoc potissimum iustificatur ea ratione, † nã delicta nõ præsumũtur, iuxta l. meritò. ff. pro soc.

3 Imò † de homine bonæ famæ, bonum, & non malum præsumere debemus, argu. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re mili. l. sicuti. §. 1. ver. itẽ quod non habet, & sic nõ est re ipsa sine culpa, qui rẽ, quæ ad se non pertinet, se immiscet; c. non est, de reg. iur. in 6.

4 Sed † vbicunque constaret de culpa, & ea lata tunc appareret, nunquàm profectò ipsa lata culpa æquipararetur dolo, quotiescunque de pœnã corporali pro homicidio infligenda, imponendáque tractaretur, vt habetur in l. in lege Cornelia, & ibi per Marsi. & alios omnes, ff. ad leg. Corn. de sica. Culpæ latę arguitur, qui quod vsitatissimum est, non præstat. Craue. consi. 714. nu. 14. lib. 4.

5 Et † tunc de iure cõmuni vel municipali, secũdum communem opinionem omniũ in iure Scribentium, varijs in locis iuris nostri, puniri nõ posset pœna corporali homicidium illud, quod dolo patratum non fuerit, quamuis interuenerit culpa. & ita aliàs iudicauit sacra Regia Audientia Barensis, in anno 1589. ad fauorẽ cuiusdam de Terra Cisternini. Culpæ itidem reũ argui, qui id non facit, quod fieri ab eo oportet, seu qui id facere renuit, quod facere debet. Crauetta consi. 969. num. 7. & seq. vol. 5.

ARGVMENTVM.

Licèt animalia sint ecclesiæ, siue ecclesiasticarum personarum, possunt custodes condemnari de damno facto in herbis, & quomodo est facienda æstimatio damni.

SVMMARIVM.

1 *Custodes laici animalium monachorum, seu clericorum, possunt de damnis illatis cum ipsis animalibus accusari, & tenentur ipsi custodes, non autem clerici vel monachi, nec eorum animalia pœnam soluere.*

2 *Damnum datum per animalia in segetibus tunc in herba existentibus, quando æstimandum, & nu. 3. quid dominus Auctor iudicauerit, nu. 4.*

5 *Damnum ex partium conuentione, semel in herba æstimatum, non potest tempore messium iterum æstimari.*

6 *Damni illati æstimatio, qualiter in praxi seruetur.*

DECISIO CCLXXX.

1 CVSTODES † laici animalium monachorum, seu clericorum accusari queũt de damnis illatis cum ipsis animalibus absque dubio aliquo, & tenentur ad solutionem ipsius pœnæ, non autem tenentur monachi, vel clerici, nec eorum animalia, ita Abb. antiquus, Ioan. And. Ant. de Butr. & alij omnes in c. grauem, de sent. excommu. & Ioan. Ant. de Nigris, cum alijs coaceruatis per eũ, in extrauag. Clementis VII. contra clericos non incedentes in habitu, & tonsura, de vita & hone. clericorum, num. 28. & Ioan. Bapt. Palomba in tract. seu compendio de regimine officialium, in regula 1. num. 118. & ita iudicaui in facti cõtingentia de mense Iunij 1583. dum eram Auditor in Prouincijs Apuliæ contra custodem laicum monachorum sancti Bartholomæi Ciuitatis Luceriæ, qui intulerat damnũ cum animalibus eiusdem monasterij ad fauorẽ Georgij Secundi tunc Baiuli prædictæ Ciuitatis.

2 In tantum, † quòd damnum datum per animalia in segetibus existentibus tunc in herba, idest in frumento, ordeo, & cæteris his similibus, non debet æstimari in herba ipsa, quemadmodum si damnum in prato illatum extitisset, sed potius facienda venit hæc pro frumẽto verisimiliter percipiendo, & recolligendo messiũ tempore, ita Spe. in tit. de iniur. & damno dato. §. 2. nu. 21. & Ioan. And. ibi in addit.

Est bene verum, † quòd Iacob. de Are. in l. cer-
3 tè, ff. arb. fur. cęs. cui innititur Afflic. cum alijs coaceruatis per eum, in constit. Peruenit, sub. nu. 5. tit. de fur. & latrocin. rub. 36. firmare videtur, animalium dominum teneri, damnandumque fore in præsenti casu in quantum tempore damni vendi potuisset illud frumentum, cum dubio euentu perceptionis, recollectionisque frumenti tempore messium.

4 Et sic † omnes Doct. antesignati videntur parum, aut nihil quodammodo inter eos dissentire circa æstimationem frumenti, & ita iudicaui de mense Maij 1583. dum reperiebar Auditor in Regia Audientia Apuliæ, annullando æstimationem factam semel tantum in herba in Curia Regiæ Baiulationis in Ciuitate Lucerriæ, ad fauorem Donati Antonij Butij, contra Franciscum de Flumari de Ciuitate prædicta.

5 Sed † vbicunque de consensu partium foret facta æstimatio in herba, & pariter inter eas conuentum, vt in herba ipsa solueretur damnum illatum tunc, ex quo quilibet potest iuri renunciare suo, valet & tenet æstimatio ista, & non venit facienda alia ęstimatio in posterum tempore messium, stante quod fuerit sopitum negotium mediante prima æstimatione, & sic iudicaui, existẽs Auditor in Prouincijs Apuliæ, de mense Maij 1583. approbandum decretum aliàs prolatum in Regiæ Baiulationis Curia Ciuitatis Luceriæ.

6 Verùm regulariter, † vt sciatur vera practica in præsenti materia, & ne contingat errari, & vacillari, sciendum necessariò est, quòd ter est facienda æstimatio in præsenti casu: prima quidem

æstimatio

æstimatio facienda venit tempore illati damni in herba; id est venit tunc recognoscenda quantitas fundi, in quo damnum illatum extat: secunda verò æstimatio facienda est ante tempus messium, ad sciendum nec ne renatum sit frumentum in loco damni illati in totum, vel in partem, vel nullo modo: & tertia æstimatio facienda est tempore messium, & sic expectato fructuum perceptionis euentu.

ARGVMENTVM.

Quòd attenditur mens & voluntas testatoris, & non verba, dummodo verba non sint ita clara & aperta, quòd ex eis manifestè appareat mens testatoris.

SVMMARIVM.

1 *Opinio seu credulitas testatoris magis attenditur, quàm veritas, vbi de eius mente interpretanda agitur.*

2 *Mens disponentis in quacunque dispositione principaliter attenditur.*

3 *Voluntas testatoris magis inspicienda, quàm verba, mentemque eius tanquam dominam & reginam sequi debemus.*

4 *Verba intentioni, non econtra, deseruire debent.*

5 *Voluntas testatoris ex testamento etiam nullo declaratur, prædominaturque.*

6 *Voluntas in omni etiam dispositione, non in legibus canonibusque tantum, verbis etiam coniecturatis præferenda, impiumque est à voluntate defuncti recedere etiam ad piæ causæ vtilitatem.*

7 *Verbis testatoris claris existentibus mens eius præsumpta non indaganda, nec aliqua alia interpretatio quærenda.*

8 *Testatoris in verbis vbi nulla ambiguitas est, nulla super illis quæstio admittitur.*

9 *Præsumptio omnino cessat, vbi de veritate apparet.*

10 *Voluntas testatoris non attenditur etiam si magna sit præsumptio, vbi verba refragantur.*

11 *Verba omnino seruanda, vbi testatoris mens manifesta non est.*

DECISIO CCLXXXI.

1 TESTATORIS † opinio, magis quàm veritas attenditur, vbi agitur de interpretanda eius mente. Lis qui putat, de acquir. hæred. cũ congestis per Crauettam, consi. 88. sub num. 14. & sic magis attenditur ad credulitatem testatoris, quàm ad veritatem. l. quo loco, §. 1. de hæredibus instit. Alciat. consi. 145. Ex verbis testamenti, num. 4. tomo 3. lib. 9. Decianus, consi. 64. num. 37. volum. 2. licèt, & malè contrarium asseruerit Riminal. iun. consil. 390. Post transmissum, nu. 38. cum alijs seqq. vol. 4.

2 Et ratio ea est: † namque in quacunque dispositione mens disponentis principaliter attenditur, ad tradita per Neurzan. cõsi. 72. Si verè, nu. 1. Parisi. consi. 32. sub num. 55. & seq. volum. 1. & per

3 Marc. Mant. consi. 260. num. 3. Et sic † voluntas testatoris est magis inspiciẽda, quàm verba. l. vbi, §. & ego. ff. ad Trebel. l. cum viru, C. de fideicom. & l. pœnale. §. fin. ff. ad leg. Falcid. Matthæ. Brun. consi. 75. num. 1. volum. 1. Iacob. Berettæ, consil. 118. nu. 1. volum. 1. Francisc. Vegius, consi. 74. nu. 226. volum. 1. Alciat. consi. 108. Grauiter, num. 4. & seq. tomo 3. lib. 9. Io. Pet. Surd. consi. 10. nu. 34. Quoniam mens testatoris sequenda vtique est, tamquam domina, & regina. l. 2. C. communia de leg. & l. in conditionibus primũ locum, ff. de cõd. & demon. Franc. Vegius, consi. 16. nu. 1. volu. 1. Io. Pet. Surd. consi. 117. Ambrosius, nu. 11. Ioseph Ludouici, decis. Vmbriæ, 92. Magnifica, nu. 5. & seq. in 2. par.

Cum mens sit dubio procul verbis potentior. l. Labeo, in fi. ff. de supellect. leg. cumque etiam in actis humanis primum quippe locum voluntas obtineat. d. l. in conditionibus, ff. de condit. & demonst. cum alijs cõcordan. signatis per Matth. Brun. consi. 74. Præsupponitur, num. 4. volum. 1. & consi. 100. Viso, num. 3. vol. 2. & consequenter potius inspici debet id, quod actum est, quàm quod est dictum. l. semper in stipulationibus, ff. de reg. iur. & l. 3. C. plus valere quod agitur.

4 Nam † verba debent equidem inseruire intentioni: non autem intentio verbis. Cæpolla de interpretatione legis extensiua, in rubr. quæ fuerit causa introducendæ extensionis, & super quo sit fundata, num. 120. Cumque verba se habent, vt corpus, & superficies, mens verò se habet, vt spiritus, & anima, & reipsa radix est verborum, & eius substantia, vt distinctè, & magistraliter docuit Riminal. iun. consil. 382. Narrat, num. 96. cum alijs seqq. volu. 4. & Cæphal. consi. 566. Arbitror, nu. 11. volum. 4.

5 Imò † voluntas testatoris, etiam ex testamento nullo declaratur. l. fin. & ibi Bar. ff. de rebus eorũ, Bald. in l. qui à patre, ff. de confir. tuto. per illum tex. Bar. in l. gerit, col. 4. ff. de acq. hæred. & vide etiam Dec. in c. ex tenore, col. 3. de rescript. nec

6 non † voluntas ipsa testatoris prædominatur, sicut mens, non solùm in legibus, & canonibus, sed etiam in omni alia dispositione est uerbis præferenda. Cæpolla in loco antesignato, num. 126. etiã quòd verba essent impropriãda, vt per Bar. in l. in ambiguo, ff. de reb. dub. imò ob voluntatem receditur etiam à vi, & à natura verborum, & attenditur tunc mens, & etiam si verba refragentur. imò voluntas quoque coniecturata præfertur uerbis, sicut Paris. explicat consi. 42. num. 6. & seq. vol. 2. Soc. iun. consi. 42. nu. 27. vol. 1. & consil. 174. nu. 14. vol. 2. Sim. de Præt. consi. 31. nu. 23. Neurz. consi. 72. nu. 1. & sequenti. imò impium quippè est à voluntate defuncti recedere, teste Soc. iun. consi. 128. nu. 81. volum. 1. etiam ad vtilitatem piæ causæ, vt per Ang. consi. 328. nu. 5.

7 Sed aduerte, † quòd vbicunque verba testatoris sunt clara, & aperta, & ipsorum verborum sensus apertissimus extat, tunc quippè non est indaganda præsumpta mens testatoris, nec aliqua alia quærenda foret interpretatio, vt explicat Alexand. consi. 52. nu. 31. volu. 4. & est tex. in l. argumento, in fi. ff. de auro, & argento leg. ibi, nisi alia

fuerit mens testantis, similiter verbis declarata, iuxta text. in l. Labeo, §. idem Tubero, ff. de supel. legata, & firmat etiam Simon de Prætis, consi. 42. Defuncto, num. 25. vol. 1. Tiber. Decianus, consi. 49. Nunc, num. 9. vol. 1.

8 Nam † vbi in verbis nulla reperitur ambiguitas testatoris, tunc nulla quæstio super illis admittenda esset. l. ille, aut ille, §. cum in verbis, ff. de leg. 3. l. ancillæ, §. nam extra, vbi Glos. Bart. Bal. & omnes vniuersaliter, C. de furt. & Ias. consi. 46. nu. 4. vers. vnde cum habeamus, vol. 3. & Riminal. iun. consi. 464. In occurrenti, vol. 4. Thob. Non. consi. 25. nu. 15. & seq. & sic vbicunque habemus apertissimam voluntatem testatoris, ex verbis expressis in testamento, & quod testatori ipse se ipsum declarauit, eo casu necessaria non est alia interpretatio, nec à lege, nec à glossis, nec à Doctoribus, vt inquit Paris. consi. 3. num. 53. vol. 3. in claris enim non est opus coniecturis, vulgata l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. oblig.

9 Et † denique præsumptio penitus, & omnino cessat, vbi de veritate appareat. l. cū de indebito, §. 1. ff. de probat. & l. fin. ff. quod met. cau. Aretin. consi. 28. & Neuizan. consi. 81. nu. 24.

10 Taliter, † quòd voluntas testatoris minimè attenditur, etiam quòd magna sit vtique præsumptio, vbicunque verba refragātur, vt per Crauet. consi. 161. num. 13. & seq. & Riminal. iun. consi. 250. Dico, num. 11. volum. 3. Bero. consi. 71. nume. 10. vol. 2.

11 Itaque † verba sunt omnino seruanda, vbi testatoris mens non est manifesta, vt aperit eminenti fastigio, Cæphal. consil. 519. Testator, num. 20. cum alijs sequentibus, & consi. seq. num. 1. cum cæteris sequentibus, & consi. 543. Verba, num. 4. cum seq. vol. 4. Bero. in d. consi. 71. Viso testamento, num. 9. volu. 2. & ita aliàs iudicauit Regia Audientia Apuliæ, in anno 1584. in causa tunc vertente inter aliquos de Terra Cagnani.

ARGVMENTVM.

De pluribus speciebus indiciorum, per quæ potest deueniri ad torturam.

SVMMARIVM.

1 *Indicium ad torturam sola & simplex inimicitia capitalis inducit.*
2 *Vulneratus in aliquo loco, vbi inimicum habeat, ab illo vulneratus præsumitur, atque sine alijs indicijs torquetur.*
3 *Malum quodcunque lex de inimico præsumit.*
4 *Armorum delatio ad torturam indicium facit, contraque eorum delatores, lex omne malum præsumit.*
5 *Indicium indubitatum colligitur vulnerum contra fugientem ense enudato, vbi quis vulneratus reperitur.*
6 *Gladius sanguinolentus, ad torturam indubitatum vehementissimumque facit indicium.*
7 *Fuga delinquentis de loco maleficij, ad torturam indicium inducit.*
8 *Fuga fugientem accusat.*
9 *Fuga secuta, dum familia Curiæ aliquem capere procurauit purgatur, si deinde citatus reus sponte compareat.*
10 *Fuga spontanea comparitione purgatur.*
11 *Pallidus cum gladio sanguinolento à loco, vbi vulneratus reperitur egrediens, contra se indicium, efficaxque testimonium inducit.*
12 *Trepidatio, pallorque in carceratis, indicium fallax & debile, sed iudici arbitrarium.*
13 *Præparatio perpetrati criminis tempore contra se eum armis præparantem, indicium facit.*
14 *Armans se, de rixa & bello cogitare præsumitur.*
15 *Acclamatio contra fugatum, indicium parit, præsertim ad delictum si rumore mediante quis fugatus sit.*
16 *Vociferatio in muliere, quæ vim passa dicitur, indicium facit.*
17 *Contumacia indicium facit, vt cōtumax absque alio indicio torqueri possit.*
18 *Contumax, quis dicatur.*
19 *Indicium quodlibet saltem per duos testes legitimos & contestes probandum, & quando vnus solus sufficiat.*
20 *Testes duo contestes de confessione extraiudiciali, vel alijs remotis deponentes requiruntur.*
21 *Indicia plura vbi adessent, quæ licèt per testes singulares probentur, tamen simul iuncta ad plenam probationem adminiculantur ad torturamque indicium inducunt.*
22 *Rixa præcedens contra rixantē ad condemnationem etiam maximum inducit indicium.*
23 *Minans etiam non consuetus minas exequi, an torqueri possit.*
24 *Crimen patratum in loco, vbi nemo, nisi Titius reperiebatur, ad torturam indicium est, ad condemnationemque contra Titium sufficit.*
25 *Indicium ex nimia cautela per inquisitum adhibita oritur, ex qua quidem dolus arguitur.*
26 *Indicium oritur contra sollicitantem curiam, vel vltro se ingerentem.*
27 *Corrumpens testes non tantum torqueri, verum etiā condemnari potest, contraque ipsum vnico testi creditur.*
28 *Taciturnitas inquisiti, delicti tempore inducit indicium.*
29 *Dolus præsumitur, indiciumque ex variatione mendacioque præsertim iteratis oritur.*
30 *Fama ad torturam sufficit aliquo indicio cum ea concurrente, & quando ad condemnandum.*

DECISIO CCLXXXII.

1 INDICIVM † ad torturam inducit sola, & simplex inimicitia capitalis ex se ipsa. ita Rom. in l. 1. §. hoc rescriptum, ff. ad Silan. Thom. de Piperata in tracta. de fama, nu. 70. Franc. Brun. in tracta. de indicijs & tortura, in 3. quæst. primæ partis, num. 29. Specula. & Io. Andr. in addi. ibi, in titu. de præsumpt. in §. species, Ant. de Canario in tract. de quæst. in 2. membro, nu. 29. Ang. in l. fin. ff. de quæstio. Grat. consi. 136. nu. 23. volum. 1. & Marc. Ant. Blanc. in tracta. de indicijs,

dicijs,nu.175.vbi prorumpit, istam esse commu-
2 nem opinionem, † quòd vbicunque vulneratus
in aliquo loco repertus est, & habeat inimicum
ibi,quod præsumatur tūc ab inimico vulneratus,
& torqueri indubitanter quidem posiit sine alijs
indicijs. Et cum præsentis communis vigore con
stituissem in Regia Audientia Apuliæ, in qua as-
sidebam Auditor in anno 1584. & causæ cuius-
dam immanissimæ cōmissarius (vt testor Deum)
deperi fallacissimam huiusmodi cōmunem, cum
illata bis tortura inimico capitali offensi, miracu-
losè quodammodo, & summa diligentia adhibi-
ta, inueni alium extraneum de huiuscemodi cri-
mine culpatum, qui extitit tunc pro tali delicto
suspensus in ciuitate Luceriæ, & statim processi
ad absolutionem miseri tormentati,determinan-
do nunquam amplius in ijsdem nauigare flucti-
bus, atque in eodem periculo, fortunaq; versari.
Et eo magis cum indicium inimicitiæ remotum
esse merito asserat à delicto, & similiter reproba-
tam vniuersaliter, & cōmuniter opinionem præ-
memoratam Rom. & aliorum sequacium ostendat magno nēpe cum apparatu cōsulendo Ant. Ciosius, consi.119.Eruditissime,nu.11. cum alijs seq.vol.1. & Tiber.Decian. consi.104. Circa primum, sub num.8.& seqq. volum.3.& Ant.Thessaurus,decis.24.Incendium,nu.1.& 7.

3 Et ratio opinionis Rom. ea est, † quoniam de inimico lex præsumit omne malum, vt colligitur in l.1.§.præterea. ff.de quæst. vbi Docto. omnes, & præsertim Marsil. & l.inimicitiæ, & l.ex parte, ff.de his,quibus vt indign.Io.Pet.Surd. consi.40. Grauis, num.1. & seq. vbi ostendit etiam, quòd inimicitia arguit similiter animum deliberatum occidendi.

4 Secundò † delatio armorum similiter facit indicium ad torturam, teste Thoma de Piperata in d.tract. de fama,num.67.& seq. vbi assignat rationem efficacem,quòd lex contra armorum delatores præsumit omne malum, & est text. in §.fin. in Authen. de mandat.princ. & Io.Petr.Surd.cons. 40.Grauis,nu.7.vbi assignat etiam alias rationes.

5 Et † quòd indicium indubitatum colligatur vulnerum contra fugientem ense enudato, vbi quispiam reperiatur vulneratus, voluit Bart. in l.2.ff. de fur. Io.Andr. in titu.de probat.§.1. vers.13.& Bal.in l.2.§.fi.ff.de adulter.& in auth. quas actiones, C.de sacrosanc.eccles. & in l.neque natales, C.de probat.

6 Tertiò † gladius sanguinolentus parit itidem indicium ad torturam indubitatum, secundum Thom.de Piperata in d.tract.de fama, & Ang.in l.2. ff.de furt.vbi concludit, quod vehementissimū facit ad tormēta indicium, fuga inuenti cum ense cruore tincto,& quod ita practicatur.

7 Quartò † si visus quippe sit delinquens fugere de loco maleficij tempore maleficij commissi, fuga ipsius induceret tunc absque dubio aliquo indicium ad torturam, vt concedunt Dyn. in l.diuus Adrianus,ff.ad Sillan.Io.Andr.in addi.Spec. in titu.de præsump.§.species,vers.violentia, Cyn. in l.unica,C.de rap.virg. in 11.oppos.Barto. in l. lege Cornelia,ff.ad Sillan.& Blanc.in tract.de indicijs, nu.278. vbi indicat istam esse communem Canonistarum, & Legistarum opinionem. Imò attestatur quoque de altera cōmuni inibi, quòd ex tali fuga tunc oriatur sufficiēs indicium ad torturam, prout hoc idem fatetur Ant.Ciosius, consil.119.Eruditissime,nu.1.& seq. vol.1.

8 Et ratio ea est: nam lex inquit, † quòd fuga accusat fugientem,vt in Auth.de exhiben. & introducen.reis, §.si verò cum quidam, & in Auth. de sanct. Episco. §. si quis autem ad ordinationem. Imò fugit impius nemine persequente: iustus autem quasi leo confidens absque terroribus. ita Prouerbiorum,cap.28.

9 Et † quāuis sola fuga inducat indicium ad tor-
turam: tamen etiam quòd ea fuga secuta sit,dum
familia Curiæ aliquem capere procuraret,purga-
tur dubio procul, si deinde citatus reus, spontè
compareat,vt per Rom.num.56.Ias.col.85.Curt.
num.158. Iacob.Pet.de Ptoloin.num.76. Coras.
num.79.& alios vniuersaliter omnes in l.admonē
di, ff.de iureiur.& ita consuluit etiam Anto.Cio-
10 sius in d.consil.119.num.5.& seqq. Et sic † fuga
per spontaneam comparitionem purgatur,vt ape
rit etiam Quintilia. Mandos. consi.72. Reueren-
dissime,num.13.volum.1.Corne.consi.58.num.
20. volum.2.

11 Quintò † egrediens pallidus cum gladio sanguinolento à loco,vbi quis vulneratus reperitur, contra se inducit indicium, vt efficax testimoniū est Tho.de Piperata in d.tract. de fama, nu.66.& seqq. vbi hoc optima quidem rōne corroborat.

12 Sed † trepidatio & pallor in carceratis est indicium fallax & debile, sed iudici arbitrarium. Nouel.in reg.143. Pallor,tomo 2. vbi hoc ponit pro regula cum limitatione. & D. Anto.Thessaurus etiam,decis.24. num.4. & 10. vbi concedit quòd pallor & trepidatio regulariter & ordinariè ex cōmuni omnium in iure scribentium sententia,nullum admodum faciat indicium.

13 Sextò † præparatio facta tēpore perpetrati cri-
minis contra præparantem se cum armis, facit in-
dicium,vt discurrit,& concludit Blancus in tract.
de indicijs, nu.67. & seq.& pleniori cornu, Ioan.
Bapt.Ferret. consi.329.In causa Reuerendi,nu.5.
14 cum alijs seqq.volum.2. Nam † se armans, de ri-
xa,& bello cogitare præsumitur, teste Bal.in l.ut
vim,ff.de iust.& iure.& Brun.in tract.de indicijs,
& tortura,quæst.3.primæ par.nu.38. Et huiusmo
di armorum delationem pro indicio ad torturam
ponit Iacob.de Belui.in sua pract.crim.in titu.de
quæst. col.16.

15 Septimò † acclamatio contra fugatum parit in
dicium,& præsertim erit quippe indicium ad deli
ctum,si aliquis fuisset fugatus mediante rumore,
& acclamatione ipsa. l.itaque, ff.ad leg. Aquil. &
ita voluit Brunus in tracta.de indicijs, & tortura,
quæst.3.primæ par. num.28. Anton.de Canario
post Nicolaum de Mattarellis relatum per eum
in tracta.de quæst.in 2.membro,& Andr.de Iser.
in consti.Regni,de viol.mulie. in prin. inquiens,
16 quòd † vociferatio,& acclamatio in muliere,quę
dicitur vim passa,facit indicium.

17 Octauò † contumacia facit similiter indicium,

in tantum, quòd contumax ipse sine aliquo alio indicio poterit torqueri, secundum Bal. in l. 1. C. de hæred. instit. Ang. in l. iniuriam, §. si quis decre tis, ff. de iniur. Grammat. decis. 34. nu. 5. Matthę. Brun. consil. 64. num. 5. volu. 1. Simon de Prætis, consi. 105. Natalis, nu. 14. vol. 1. cum alijs allegatis per Blancum in tract. de indicijs, nu 293. vbi ex distinctione tradita per eum, si simul, & semel reperiantur in contumacia, & fuga post delictum, concludit generare tale vehemens indicium, vt ex eo contumax, & fugiens indubitanter torqueri possit.

Et vt colligatur pręsentis speculationis vera no
18 titia, aperiant aures studiosi, † quòd contumax is re ipsa dicitur, qui superiores contemnit. ita Cardin. Floren. in clem. 1. de dolo, & contum. Bertr. consi. 408. Recordor, post princ. volum. 4. & consil. 49. Recordor, sub num. 2. volum. 5. Tiber. Decian. consi. 14. Ex præmissis, num. 9. & seqq. vol. 3. & facit tex. in l. contumacia, ff. de re iudic. vbi disponitur, quòd contumax est, qui tribus edictis propositis, vel vno pro tribus vocatus pręsentiam sui facere contemnit.

19 Nonò † etsi vnumquodque indicium probandum foret saltem per duos testes legitimos, & cõtestes, vt concedunt Glo. Bart. Bald. & alij omnes communiter in l. fi. C. famil. ercisc. Alexan. consi. 180. In causa Angelorum, num. 2. & 6. uolum. 2. & Io. Bapt Ferret. consi. 238. In causa inquisitionis, num. 24. vol. 2. Bero. consi. 179. Viso processu, num. 8. volum. 3. & consi. 193. In causa Gregorij, num. 14. eod. volum. Corn. consi. 197. num. 6. vol. 2. & consi. 192. num. 10. volu. 4. maximè quando indicium est remotum, vt per Do. Marc. Anton. Eugen. in consi. 63. num. 53. & seq. volum. 1. Matthæ. Brun. cum alijs aggregatis per eum, consi. 64. Causam præsentem, num. 13. volum. 1. tamen opinio hæc vera esset, vbicunque vnus testis deponeret de indicio ad maleficium: tunc enim vnus solus testis deponens de vno indicio nihil probarct: sed indicium hoc probandum veniret per duos testes, secundũ memoratos Doct. cæterum quando vnus testis deponeret directò de maleficio, & sic de veritate, tunc nempè sufficeret vnicus ipse testis ad inducendum indicium sufficiens ad torturam, vt firmant Glo. & Cyn. in l. 3. C. ad leg. Iul. maiest. Bar. in l. maritus, & in l. fin. ff. de quæstio. & Guido de Suza. in tracta. de indicijs, & tortura, nu. 90. vbi affabrè respondet omnibus contrarijs, & Riminal. iun. in §. fi. Insti. de testam. ord. nu. 34. cum alijs seqq.

Et licèt duo testes sufficiant ad probandum
20 quodlibet indicium: tamen aduerte, † quòd si testes duo deponerent de confessione extraiudiciali, vel de alijs remotis: tunc vtique requireren tur duo testes contestes, nec sufficerent testes singulares. ita Doct. omnes vniuersaliter, in l. fin. C. fam. ercisc. Soc. consi. 54. num. 2. elucidat istam esse communem opinionem.

21 Sed aduerte, † quòd vbicunque adessent plura indicia, quæ licèt probentur per testes singulares: tamen tunc simul iuncta adminiculantur ad plenam probationem faciendam, vt fertiliter conclu dit, & probat Paris. consi. 57. volum. 1. per totum. Riminal. iun. consil. 359. Inquirtur, num. 4. volum. 4. vel saltem indicia ista inducunt indicium ad torturam, secundum Gram. cum alijs aggregatis per eum, consi. crim. 57. col. pen.

22 Decimò † rixa præcedens, maximum inducit indicium contra iurantem, etiam ad condemnationem, vt post Saly. in l. fi. C. de probat. tradit Socin. consi. 54. num. 9. & seq. volum. 3. vbi de rixantibus in calculatione refert, & concord. alleg. Marsil. in repet. num. 24. de quæst. & in singu. 288. & ita aliàs indicaui, dum essem Auditor in Regia Audientia Apuliæ, inferendo torturam mediate præsenti indicio, sed re ipsa illud semper fallax deperi, & potius Mathematicum, ac Physicũ, quàm verum, atque reale.

23 Imò † minans, etiam si non consueuerit minas exequi, posset similiter torqueri. arg. l. si verò non remunerandi, §. contrario, in fi. ff. manda. Bertr. consi. 206. Multa sunt, num. 2. volum. 6. cæterùm hoc nunquam vidi ita simpliciter obseruatum in practica non interuenientibus, concurrentibusq; alijs clarioribus, vrgentioribusque circunstantijs, & coniecturis, prout ita demonstrat ex communi omnium Scribentium opin. D. Ant. Thesaurus decis. 24. nu. 3. & 9.

24 Vndecimò, † vbi in loco patrati criminis nemo reperiebatur nisi Titius: tunc enim hæc violenta præsumptio non solùm indicium parit ad torturam: sed ad condemnationem etiam foret sufficiens contra Titium, vt post Nico. de Matth. in l. fi. de probat. tradit Carrer. in pract. in princ. nu. 136. qui alios allegat concord. & Nouel. in pract. fol. 23. nu. 25. & Gram. consi. crim. 5.

25 Duodecimò † oritur quoque indicium ad torturam ex nimia cautela adhibita per inquisitum, ex qua quidem arguitur dolus, teste Bal. in l. sub conditione, de cond. insti. & hinc ad propositum solet proferri, quod excusatio non petita, est accusatio manifesta. Imò peccatum peccato addit, qui culpæ, quam facit, patrocinia defensionis adiungit, secundum Gregorium, lib. 22. Moralium.

26 Et † sic contra sollicitantem curiam, vel vltro se ingerẽtem oritur indicium, ita Marsil. in l. vnius, §. seruo, qui vltro, num. 7. & in pract. in §. diligenter, num. 150. & Blanc. de indicijs, num. 275. hoc enim maximum vitium est, quo laborat humanitas, vt post peccatum suum maximè ad excusationis confugium, quasi pęnitudinis se confessione prosternat: quod nempe facinus inter summa peccata constat numeratum esse, teste Cassi. super illud Psalm. ad excusandas excusationes in peccatis.

27 Decimotertiò † oritur similiter indicium contra corrumpentem testes ad torturam: cũ ex corruptione ipsa præsumatur corrumpens diffidere de iustitia suæ causæ, & posset tunc nõ solùm torqueri, sed etiam condemnari, vt per Felyn. post alios in c. venerabilis, de except. cum alijs congestis per Marsil. in rub. num. 185. 186. & 189.

Et in hoc creditur vnico testi contra corrũpentem. ita Bal. in c. 1. col. 2. si de inuest. inter dom. & vasal. & Fely. in c. licèt causam, col. 5. de probat.

28 Decimoquartò † taciturnitas inquisiti tempore delicti inducit indicium, & præsertim vbicunque non fuerit exauditus à testibus acclamare: ex qua quidem taciturnitate re ipsa oritur indicium contra tacentem, secundum Rom. in l. ex ci piuntur, in fi. ad Silla. Arim. in addit. in ver. fama publica, in 1. add. cum aliis aggregatis per Nouel. in sua pract. in prin. nu. 24.

29 Decimoquintò † ex variatione, & mendacio præsumitur dolus, & oritur indicium. ita Alexan. consi. 77. vol. 1. Soc. consi. 54. volum. 4. Grammat. consi. crim. 17. nu. 9. & Marsil. in sing. 103. & præsertim hoc procedit iteratis variationibus, & mẽdaciis, arg. notat. per Bald. & alios, in l. instrumenta, C. de probat. & in l. spadonem, §. qui iura, de excusat. tutor. & per D. Anto. Thessaurum, decis. 24. num. 2. & 8.

30 Decimosextò † fama sufficit ad torturã, quando cum ea cócurrit aliquod indicium. Mascard. in tract. de probat. conclus. 754. num. 8. volum. 2. etiam si essemus in his, quæ sunt difficilis probationis, concurrentibus aliquibus adminiculis fama facit adeò plenam probationem, vt sufficiat ad condemnandum, vt ostendit idem Mascard. in d. conclus. 754. nu. 9.

ARGVMENTVM.

Expressum facit cessare tacitum, & non recipit interpretationem, & vsus loquendi est attendendus.

SVMMARIVM.

1 *Verba clara coniecturis non egent, voluntatemque tunc disponentis sequimur, cum quæstionis voluntatem nullatenus admittant.*
2 *Iuris quæstio non admittitur, vbi legis casus est.*
3 *Expressum facit cessare tacitum atque præsumptum.*
4 *Voluntate de expressa testatoris vbi constat, interpretatio non admittitur.*
5 *Verba vbi clara sunt, non est amplius disputandum.*
6 *Mens magis, quàm verba, attendi debet, quando de mente constat dispositiuè, & de ratione.*
7 *Verba materialia & grossa, secundum vulgus grossoque modo intelliguntur.*
8 *Sermones secundum communem opinionem habentium intellectum verificari debent, vsusque communis attenditur.*
9 *Vsus loquendi proprio significato, in materia etiam stricta, an præualeat, remissiue.*
10 *Verba iurisconsultorum iuxta eorum loquendi consuetudinem intelliguntur: & quid de verbis statuti.*
11 *Iurisconsulti sæpe per verbum forte, respondent.*
12 *Verba à Papa prolata, secundum ius canonicum intelligi debent: legislatoris autem, secundum ciuile, ac propriè.*
13 *Verba ambigua contra verbis ambiguis se obligantes interpretantur.*
14 *Mandatum obscurum, domino nocet.*
15 *Verba testium ambigua & obscura, contra producentem interpretantur.*
16 *Verba enunciatiua inter easdem partes non disponunt, vbi dispositio per verba futuri temporis facta esset.*
17 *Enunciatum per se in instrumento etiam si conferatur ad eius validitatem, quod principaliter agitur in eo, non probat, si in illo enunciato contingat principaliter in iudicio inter partes disceptari.*
18 *Verba enunciatiua inter partes prolata, quando non plenè probent.*

DECISIO CCLXXXIII.

1 VERBA † expressa, & clara non recipiunt interpretationem, nec indigent coniecturis, ita Innoc. in c. cum clamor, in fi. de testib. & in cle. fi. de test. But. in cap. in præsentia, col. 13. de probat. & Glo. in c. cum dilectus, in ver. iure communi, de consuet. Pau. Aemil. Verall. decis. 305. seu 10. Pensio antiqua, num. 2. in 2. par. Riminal. iun. consi. 371. Exoritur, nu. 139. & seq. volum. 4. In tantum, quòd in claris non est opus coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de verbor. obliga. Cæpha. consi. 451. Multæ, num. 191. vol. 4. Quintilian. Mandos. consi. 101. Quoad primum, nu. 4. volu. 1. & sequimur voluntatem tunc disponentis. l. in conditionibus. ff. de condi. & demonstra. cum verba clarè prolata, quæstionis voluntatem nullatenus admittant. l. ille aut ille, §. cũ in verbis, ff. de leg. 3. Dec. consi. 653. Bertran. consil. 157. Puto, num. 2. volu. 1. Matth. Brun. consi.
2 116. Perspecto, nu. 64. & 66. & seq. volu. 2. † Nec itidem admittitur quæstio iuris, vbi est casus legis. l. ancillæ, & ibi Glo. Pau. Castr. nu. 6. & alij, C. de
3 fur. † Et finaliter expressum facit cessare tacitum, atque præsumptum. l. cum ex filio, ff. de vulg. & pupil. Crauet. consi. 92. Scriptis, num. 3. volum. 1.
4 taliter, † quòd vbi de expressa testatoris voluntate discernitur, atque constat, interpretatio nullatenus admittitur, vt per Pau. Castr. in auth. nisi rogati, col. 2. C. ad Trebell. Paris. consi. 71. Videtur, col. 2. vol. 1. Alex. consi. 121. Viso themate, vol. 2. Prosperum Pasethum, consi. 63. Egregiè, num. 1.
5 cum aliis seqq. † Nam vbi verba sunt clara, non est amplius disputandum, teste Hierony. Grato, consil. 17. num. 19. consi. 43. num. 10. consi. 78. num. 13. & consi. 86. num. 1. volu. 1. Nec obstabit regu-
6 la, † quòd magis debet mens, quàm verba attendi. l. nominis & rei, ff. de verbo. signific. quia intelligi re ipsa debet necessariò, quando de mente constet dispositiuè, aliàs non est alter seruanda, tanquàm abortiua, & insimul minimè explicatiua voluntatis testatoris, vt per Socin. iun. consi. 180. num. 15. & 62. lib. 2. & consi. 1. num. 4. lib. 3. & Ias. in l. 3. C. de libe. præter. & ratio viuax ea est, quoniam dici testatorem nó potest vllo modo ita voluisse, nisi eius voluntatem appareat in dispositionem transiuisse, l. vnica, §. sin autem ad deficientis. C. de cadu. tollen. & ita decisum aliàs extitit in sacra Regia Audientia Barensi, in anno 1589. ad fauorem cuiusdam mulieris de Ciuitate Bitetti.
7 Nec non † verba materialia, & grossa intelligũtur secundum, quód vulgus intelligit, ita Bal. in

auth. sed nouo iure. C. de ser. fugit. in penul. col. Verba grossa intelliguntur grosso modo, secundum Bal. in l. mancipia, in fi. eod. titu. Sermones
8 debent † verificari secundum cōmunem opinionem habentium intellectum, ita Bal. in l. 1. in 4. opp. C. de ser. fugi. Attenditur communis vsus lo
9 quendi, ita Dec. consi. 7. col. 2. An † vsus loquendi praeualeat proprio significato, etiam in materia stricta, vide cumulatissimè, & plenissimè Feli. declarantem in proem. decret. col. 2.
10 Imò † verba iurisconsultorum debent intelligi secundum consuetudinem ipsorum loquendi, tex. est in l. quod vulgo, ff. de cōtrat. quem ad hoc allegat Andr. Sicu. in repet. rubr. extra de fide instrum. col. 12. versi. tertiò facit. Et de verbis statuti tradit Ancha. consi. 94. Domina Ioanna, & Dec. consi. 11. Quoniam iudicantium.
11 Est tamen bene verum, † quòd iurisconsulti saepè respondent per verbum forte. l. si duo, & ibi Glo. & alij vniuersaliter omnes, ff. de arbi. Barba. in sua Ioannina, c. Raynaldus, de testam. Bertran. consi. 503. Visa testamentaria, nu. 7. vol. 4.
12 Verba † verò prolata à Papa intelligi quidem debent secundum ius canonicum, teste Bal. in l. si quando, in princ. C. de inoffi. testam. Verba autem legislatoris debent re ipsa intelligi secūdum ius ciuile, & sic propriè. l. non aliter, ff. de leg. 2. Alex. in l. cum quidam, §. quod dicitur, in fi. ff. de acqui. haered.
13 Sed in omnem euentū † verba ambigua interpretātur contra illos, qui verbis ambiguis se obligant, ita Bal. in l. fi. C. de dot. promiss.
14 Nec non † mandatum obscurum nocet domino, secundum Bal. in l. falsus, q. 5. C. de fur.
15 Sicuti † etiam verba testium ambigua, & obscura, similiter contra producentem interpretari debent. c. in praesentia, vbi Canonistae vniuersaliter omnes, de probat. Bar. in l. si quis intentione ambigua, ff. de iudi. Matth. Brun. consi. 113. Pro resolutione, num. 13. & 22. vol. 2. Neuiza. consi. 47. Ipsius Christi, num. 24. Ruyn. consi. 80. num. 4. vol. 1. Riminal. iun. consi. 459. Postquam. num. 1. & seq. vol. 4.
16 Caeterum † verba enunciatiua licèt inducant dispositionē inter easdem partes: tamen hoc non procedit, vbicunque esset facta dispositio per verba futuri temporis. l. Titia cū testamento, in prin. ff. de leg. 2. & per illum tex. Bart. in l. 1. num. 11. ff. de noui ope. nunc. & Glo. in l. ex hac, ff. de dona. in glo. magna, circa medium.
17 Et † quamuis enunciatum per se in instrumento, etiam si conferatur ad validitatem eius, quod principaliter agitur in instrumento probaret inter partes: tamen non probaret, si in illo enunciato contingat principaliter disceptari inter partes in iudicio, ita probat tex. in c. illud, de praesump. & ibi hoc notat Ant. de But. in 4. notab. & sequitur Alex. consi. 21. colum. 2. volu. 1. & consi. 132. col. 7. volu. 5.
18 Et † licèt verba enunciatiua inter partes prolata plenè probent. l. optimam, C. de contrahen. & com. stipu. nihilominus hoc absque scrupulo aliquo procederet, vbicunque verba ipsa enunciatiua forent necessaria ad actum, de quo ageretur, aliàs secus, ita Dec. consi. 118. nu. 5. & Matthaesil. sing. 79. Nota quod quotiescunque, & ibi Gabri. Sarayn. cum alijs coaceruatis per eum, in addit. vbi ponit etiam tres alias limitationes ad d. l. optimam, vtiles & necessarias in practica.

ARGVMENTVM.

Casus omissus à testatore habetur pro expresso, quando verisimiliter testator ita respondisset, si fuisset interrogatus. fallit autem haec regula pluribus modis.

SVMMARIVM.

1 *Casus omissus à testatore in suo testamento, habetur pro expresso, vbi verisimile sic testator interrogatus in eo ita disposuisset. limitatur, nu. 4. & 5.*

2 *Mens testatoris ex verisimilibus coniecturis colligi potest, quae manifestam testatoris mentem demonstrant, & in mente defuncti coniecturanda saepenumero fallimur, num. 3.*

6 *Coniecturae debent esse iuris & vrgentes, non autem hominis, leues & frigidae ad colligendam mentem tacitam & praesumptam testatoris.*

7 *Mens praesumpta testatoris sumi debet ex verbis dispositiuis testamenti, non autem ex his quae disposita non sunt in testamento.*

8 *Mens expressa defuncti vbi adest, illa praeualet, & tacitae ac praesumptae praefertur.*

9 *Testatoris verbis expressis semper inhaerendum est, quando maximè alia testatoris voluntas euidenter non probetur.*

10 *Casus omissus pro expresso habetur, quando est similis expresso.*

DECISIO CCLXXXIIII.

1 Casus † omissus à testatore in suo testamento, habetur pro expresso, vbicunq; verisimile sit, quòd si testator fuisset interrogatus de casu omisso, etiam in eo disposuisset, ita Glos. in l. tale pactum. §. fin. in ver. per exceptionem, in fi. ff. de pact. Marc. Mant. consi. 272. nu. 7. Tiraq. in praefat. l. si vnquam, nu. 56. C. de reuoc. donat.
2 Et † ratio ea est, quoniam mens testatoris ex verisimilibus coniecturis colligi potest, quae manifestam testatoris mentē demonstrant. l. licèt Imperator. ff. de leg. 1. & l. cum proponebatur. ff. de leg. 2. Marc. Mant. in d. consi. 272. nu. 8. Crescen. decis. 3. aliàs 309. de rescrip. nu. 10. Nauar. consi. 2. de test. nu. 2. lib. 3.
3 Sed † cum saepenumero fallimur in coniecturanda mente defuncti, secundum Bal. in l. precibus. C. de impuberum, & alijs substitutionibus,
4 aduertendum merito est, † quòd primo claudicat, procedítque isthaec conclusio, quando sumus in casu non expresso & omisso, qui habet omnimodam similitudinem cum expresso, vt declarat Barto. in l. Gallus, §. & quid si tantùm, num. 3. vers. sed contrarium, ff. de lib. & posthum. Anch. consi.

consi. 555. col. 2. quem refert & sequitur Bero. cō sil. 63. num. 36. vol. 2.

5 Secundò † limitatur etiam, vbicunque verba testatoris nullo modo ad casum omissum tendūt: sed contraria casui omisso, ad quem volumus extendere mentem testatoris. ita Ias. in l. 3. C. de liber. præter. & Iacobus Mandel. consilio 106. nume. 24.

6 Tertiò † interpretatur quoque, quòd ad colligendam mentem tacitam, & præsumptam testatoris ex coniecturis, debent coniecturæ esse iuris, & vrgentes, non autem hominis, leues, & frigidæ. ita Corn. consi. 530. nu. 7. vol. 3. Paris. consi. 41. num. 37. lib. 3. & Alexan. in l. licèt, num. 3. ff. de leg. 5.

7 Quartò † interpretatur quoque, quòd mens præsumpta testatoris sumi debet ex verbis dispositiuis testamenti: non autem ex his, quæ dispositiua non sunt in testamento: ex his enim quæ sunt extra testamentum, non potest colligi coniectura mens defuncti, l. quidam cum filium, & ibi Gl. in ver. sequutum, & ibi Bal. & Imo. ff. de hæred. instit. & Bero. consi. 2. nu. 24. vol. 2. prout ita etiā aliàs iudicauit sacra Audientia Barensis, in anno 1589. ad fauorem Monasterij Sancti Dominici de Trano.

8 Quintò † fallit, quòd vbi adest expressa mens defuncti, illa præualet, & tacitè ac præsumptè præfertur. l. cum ex filio, §. 1. ff. de vulg. & pupill. & ibi Bar. in summario. l. qui ad certum ff. locati. l. 2. §. si duo, de bon. poss. secundum tabul. l. fin. C. de pac. conuen. & Io. Cæphal. consi. 77. num. 47. vol. 1. plus enim operatur dispositio testatoris expressa, quàm tacita. ita Cæphal. d. consi. 77. nu. 47. & Bero. consi. 79. nu. 43. vol. 3.

9 Sextò interpretatur, † quòd verbis expressis testatoris semper inhærendum est, quando maximè alia testatoris voluntas euidenter non probetur. l. fin. in fine, C. de condit. insert. Barto. in l. in ambiguo, nu. 1. ff. de reb. dub. l. nō aliter, ff. de leg. 3. Cæphal. consi. 46. nu. 17. vol. 1.

10 Septimò, † casus omissus pro expresso re ipsa habetur, quando est similis expresso, vt per Glo. in l. si cum dotem, in ver. mulier, ff. solu. matrim. Oldrad. consi. 224. nu. 33. & Matthæ. Brun. consi. 180. Non recedendo, nu. 3. vol. 2.

ARGVMENTVM.

Priuilegia dotis per actionem personalem.

SVMMARIVM.

1 *Actio personalis competit sorori pro paragio.*
2 *Executio in subsidium super fructibus feudi, potest fieri, ratione actionis personalis pro paragio sorori competentis. quod ampliatur, nu. 3. & 4.*
4 *Actio personalis regulariter fundum non sequitur.*
5 *Actio pro paragio in quatuor casibus vtilissimis priuilegiata, & nu. 6. 7. & 8. numeratur.*
9 *Legatario tres dantur actiones pro legato.*
10 *Actio personalis regulariter non datur contra singularem successorem.*

DECISIO CCLXXXV.

1 Actio † personalis competit, paraturque sorori pro paragio contra fratrem. ita Napodan. in consuet. Si moriatur, in gl. sub ver. & tenentur. Ioan. Thom. Minadous cons. 2. nu. 6. & sic non semel tantum declarauit sacra Regia Audientia Barensis in anno 1589. & seqq. in varijs causis, tunc in ea exagitatis, & decisis.

2 Et hinc est, † quòd ipsius actionis personalis vigore posset dubio procul fieri executio, etiam super fructibus feudi in subsidium, vt firmat Andræ. de Iser. in consti. In aliquibus, sub ver. quintumdecimum, col. 4. & ibi Afflict. quoque, num. 31. Vrsil. in addi. Afflic. decis. 26. num. 1. Ias. in l. pro hærede, §. si quid tamen, de acq. hæred.

3 Nec † hoc erit particulare priuilegium actionis personalis pro dote cōpetentis: vtpote quia hoc idem quibuslibet creditoribus in actione personali permissum est, prout affabrè explicat Capic. in inuestit. in c. feudi execut. in ver. ex primo decreto, & in ver. ex causa iudicati, & in c. feudorum alienationes, in 29. limit. & Camer. in c. Imperialem, fol. 19. vers. tertia conclusio.

4 Et † hæc omnia eatenus vera sunt, vt meritò quidem amplificari valeant, vt nedum possit fieri executio super fructibus feudi, sed retineri etiam feudum ipsum, durante vita debitoris. l. peto, §. prædium, ff. de leg. 2. & ibi Bart. & Paris de reint. feud. fol. 552. nume. 50. Est tamen bene verum, quòd actio personalis regulariter fundum non sequitur. l. prima, §. si hæres, vbi Glos. & alij vniformiter omnes, ff. ad Trebel. Bertran. consi. 393. Viso ac diligenter perpenso, num. 1. volu. 4. & consi. 75. Viso casu, num. 1. vol. 5. Ruin. consi. 180. nu. 5. volum. 5.

5 Quare aduerte, † quòd actio pro paragio in quatuor casibus vtilissimis reperitur priuilegiata.

Primò, quòd creditor in actione personali super fructibus feudi, vsque dum feudū est penes debitorem, vel eius hæredem, exequi potest, non si penes tertium, vel alium, non vt hæredem. ita Afflict. decis. 26. pro paragio vero, etiam contra tertium, vt planè demonstrant Doct. Regnicolæ in d. constit. In aliquibus.

6 Secundò † creditor in actione personali, non potest aliter obtinere secundum decretum, nec assensum pro secundo decreto: nisi ex mera voluntate Regis, & attento præsenti tempore, nullatenus talem assensum obtinere valet: soror verò pro paragio potest obtinere secundum decretum, & assensum desuper ex necessitate, ex his, quæ signauit Andr. de Iser. in cap. 1. §. quid ergo, sub ver. feudalia, de inuestitu. de re aliena facta, & Capic. in inuest. in c. feudorum alienationes, nu. 29. saltem per necessitatem de congruo, non autem per necessitatem præcisam, iuxta tradita per Camerar. in c. Imperialem, fol. par. 92.

7 Tertiò † creditor in actione personali non faciet executionem super feudo, sed super fructibus feudi, vt tradidere præmemorati Doctores omnes: soror vero pro paragio in ipso feudo executionem faciet in subsidium. ita And. de Iser. in d. con-

d.constitut. In aliquibus, sub ver. quintumdecimum annum. ibi, dato præcepto de soluendo, & Camerarius in c.an agnatus, quæst.12.ver.iu quo non obstat.

8 Quartò,† quòd licèt verum sit, quod ex regula l.eos, C.qui potior.in pigno. habean. creditores hypothecarij præferŭtur creditoribus in actio ne personali, quæ adeò procedit in feudis, vt nec remedium separationis detur, ita vt creditor filij habens assensum super feudo erit prælatus creditori patris sine assensu super feudo quod à patre ad filium hæredem peruenit, prout temporibus nostris, & in sacro Consilio in causa Terræ Sexti, & in Regia Camera in causa Comitissæ Mignani decisum vidimus: non tamen hoc procederet contra sororem creditricem fratris pro paragio, quæ extitit etiam aliàs prælata creditoribus fratris assensum habentibus in causa Ducis Adriæ.

9 Prout † etiam denique legatario quoque tres dantur actiones pro legato, personalis, rei vendicatio, & hypothecaria, vt discurrit, utiliter quidem, Io.Petr.Surdus, consi.51. Petitio, nu.1.cum alijs seqq.

10 Sed † omnia hæc coarctantur, locum non sortiri in singulari successore: nam actio ipsa personalis contra singularem rei successorem regulariter non datur. l.si tertius, §.si quis prius, vbi Bart. ff.de aqua plu.arcen. l.1.§.si hæres, ff.ad Trebel. l. non aduersus, C. si certum peta. Soc. in regu.276. obligatio personalis, vbi hoc ponit pro regula cū aliquibus limitationibus, Dyn. etiam in c. si qui in ius succedit, num.5.de reg.iur.in 6. Ripa in d.l. 1.§.si hæres, nu.1. cum alijs seqq. Paris.consi.32. num.118.vol.1.

ARGVMENTVM.

Non currit terminus datus, donec disputatur de alijs impedientibus probationem ipsam.

SVMMARIVM.

1 *Terminus nunquam currit, donec disputetur, an quis ad proponendum, seu probandum in termino admitti debeat.*

2 *Quadriennium ad petendam restitutionem in integrum concessum, non currit pendente dubio, an restitutio peti possit.*

3 *Dilatio ad probandum data non currit, donec iudex deliberet, seu disputetur, an pertinens vel impertinens sit articulus, & nu.6.*

4 *Dilatio dierum octo, ad probandum excommunicationem, non currit, donec disputetur, an verum sit, illum esse excommunicatum.*

5 *Statuto disponente, quòd causa criminalis per iudicem intra duos menses finiatur, & reus testes contra eum productos de falso accuset, dilatio iudici statuta, falsitatis causa durante, non currit.*

7 *Terminus ad probandum non currit, donec pars positionibus respondeat, ac per consequens actor sciat, vtrum reus ipsum releuauerit ab onere probandi.*

DECISIO CCLXXXVI.

1 TERMINVS † datus nunquam currit, donec disputatur, an quis debeat admitti ad proponendum, seu probandum in termino, secundum Glo. in §.& quia, in ver.post dationem, in clem.sæpè, de verborum signif.& in c.cupientes, §.quod si per viginti, in ver. videtur, de elect. lib.6. & ita decisum aliàs extitit in sacra Audientia Barensi, varijs vicibus, in anno 1589. & sequentibus in causis in ea occursis, atque decisis.

2 Pro qua quidem sententia optimè facit,† quia quadriennium concessum ad petendum restitutionem in integrum, minimè currit pendente dubio, an restitutio peti possit, vt probat textus in cap. cum ex litteris, de in integrum restitutio. lib. sexto.

Imò pro eadem sententia facit etiam, quod vo luit Bald. in l. qui interrogatus, per illum tex-

3 tum, ff.de interrog. actio. † quòd donec iudex deliberat, an articulus sit pertinens, vel impertinēs, non currit dilatio data ad probandum.

Et hanc eandem opinionem confirmat quoque Domin. de Sancto Geminiano in cap. pia, §.

4 primo, de exceptio. lib.6. volens, † quòd dilatio dierum octo, data à iure ad probandum excommunicationem, nullatenus currit donec disputatur, an sit verum, illum esse excommunicatum.

Nec non pro conclusione prædicta faciunt etiam notata per Bald. in l.prima, col.16. vers. his expeditis restat venire ad vltimum, in quæstio-

5 ne, † si per statutum disponatur, quòd causa criminalis per iudicem finiatur infra duos menses, & reus accusat testes contra eum productos de falso, an durante causa falsitatis currat dilatio desuper statuta iudici ad indicandum, vbi quamplurima allegat, quòd non, C.qui accus. non poss.

6 Et ideo † donec disputatur, an articulus sit pertinens, vel impertinens ad causam, vt supra docuimus, non currit terminus stabilitus, præfixusq; ad probandum, teste Bal. in l.quandiu, in vltima quæst. ff.de acq.hæred.

Et sic denique pro hac parte bene facit ad pro

7 positum, quia videmus, † quod donec pars respondeat positionibus, & consequenter actor sciat vtrum reus ipsum releuauit ab onere probandi, nunquam currit terminus ad probandum, vt concedit Bald. & Francisc. Curt. in prin. in repetitio. l.prime, C. de iuramen. calum. & ita decisum extitit in casu, de quo agitur, quod donec appareat iudicatum de causa debitoris, & disputatum, vtrum possessor sit audiendus pro suo interesse de melioramentis, quæ in primis, & ante omnia sunt deducenda, & possessor habet ius retentionis, & pro illis semper ius debet esse saluum, & ante omnia deduci, non currit terminus possessori citato in domo sua, tempore intimationis clausa, & inhabitata, ad producendum iura, quominus possit, & valeat illa producere.

ARGVMENTVM.

Pœna imposita portātibus arma, tam de iure communi, quàm de iure Regni.

SVMMARIVM.

1 *Arma portandi habens facultatem, si illa coram iudice deferat, puniri debet, & similiter si deferat in congregatione hominum.*
2 *Arma miles licèt habeat portandi potestatem, non poterit ea in palatio portare.*
3 *Arma portare nemo potest de iure communi.*
4 *Arma deferens, debet ea amittere.*
5 *Arma deferens, in Regno, non debet capi de persona.*

DECISIO CCLXXXVII.

ANOELVS firmat per tex. ibi in l. qui dolo malo. ibi, item qui cum telo dolo malo in conuentu fuerit, aut ubi iudicium
1 publicè exercebitur, ff. ad leg. Iul. de vi publ. † q; licèt aliquis habeat potestatem portandi arma, si illa deferat corā iudice, debeat puniri: & ait quoque, quòd si deferantur in congregatione hominum, debeat & possit deferens similiter puniri, & est tex. etiam in titu. de pace ten. §. ad palatium.
2 Vbi † miles non potest portare arma in palatio Principis, licèt aliàs habeat potestatem portandi arma. ita Glo. & Bald. in c. 1. §. si quis rusticus, de pace ten. Alex. in l. 1. ff. ad leg. Iul. de vi pub. Ioan. Antonius de Nigris, in c. Regni 239. Vt inter subiectos, nu. 35. Petrus à Plazza in Epit. cau. crim. lib. 1. cap. 8. de armis, num. 23. 24. 25 Vbi hoc vtiliter declarat, & vide Marſ. in pract. in §. pro complemento, col. 1. in constit. Regni, Intentionis nostræ, Iaſ. Instit. de actio. §. ex maleficijs, num. 87. & Soc. in tract. fallen. in reg. Arma, fol. 12.
3 Est nihilominus bene verum, † quòd arma portare est prohibitum iure communi, vt per Corn. consi. 20. num. 4. volum. 3. Rom. sing. 267. Prohibitum est, Barto. & Ang. in l. 1. ff. ad leg. Iul. de vi publ. Bal. in l. data opera, col. 10. C. qui accuſ. non poſſ. Abb. in c. clerici, de vita & honest. cler. Marſ. in pract. crim. in §. pro complemento, num. 1. Io. Anton. de Nig. in d. c. Regni 239. Vt inter subiectos, num. 24. & seq. Petrus à Plazza, cum cumulo Doctorum aggregato per eum, in d. c. 8. num. 1. Soc. in regu. 30. Vbi hoc ponit pro regula cum septem limitationibus, & pleniori cornu, Petrus Duen. cum tribus ampliationibus, & vndecim limitationib. in reg. 55. Arma portare, & Affl. cum viginti limitationib. in const. Intentionis, Carter. in pract. crim. §. homicidium, num. 34. Couar. lib. 1. var. resolu. cap. 20. Caſſan. in consuet. Burgun. fol. 52. num. 77.
4 In tantum, † quòd deferens arma debet ea perdere, & sic vltra pœnam legis vel statuti, tenetur tunc ad pœnam etiam perditionis armorum, teste Barto. & Alex. in d. l. 1. ff. ad leg. Iul. de vi publ. Iaſ. in d. §. ex maleficijs, nu. 81. Instit. de actio. Io. Anto. de Nig. in d. cap. 239. num. 36. Petrum de Plazza in d. cap. 8. num. 22. Rusticus verò portans arma tenetur dubio procul ad pœnam amiſsionis eorundem armorum, vel ad solutionem viginti librarum, vt explicat Roma. singu. 267. cum alijs aggregatis ibi in addi. per Nicol. Pignol. ubi idem Romanus aſsignat esse text. in capit. 1. §. si quis rusticus, de pace ten. in vsibus feu. cuius intellectus discutitur diffuso calamo per Petrum à Plaz. in Epito. cau. crim. io d. c. 8. num. 16. prout etiam clericus deprehensus cum armis à ministris iudicis secularis, illa similiter amittere debet, teste D. Petro à Plaz. ibidem, num. 26. & sic ipsi ministri tunc lucrantur arma ista ita reperta penes clericos absque aliqua dubitatione, & ita fuit obseruatum in patria mea, non semel tantum, & in sacra Regia Audientia Barensi, in anno 1589.
5 Et hinc est, † quòd deferens arma, præsertimque in Regno, non pōt capi de persona, vt ostendit Ioanoes Anto. de Nig. in c. Regni 22. Statuimus, vt nullus, oum. 3. & ex delatione armorum, præstare opem dicitur qui stat armatus tempore quo maleficium cōmittitur, etiam si arma nullatenus moueret, ita Iac. Nouel. in reg. 129. Opem, tomo 2. nu. 1. cum alijs seq. vbi hoc ponit pro regula cum septem limitationibus.

ARGVMENTVM.

Testes de auditu, non probant matrimonium, nisi sint omni exceptione maiores. Et vtrum furiosi, & mente capti poſsiot contrahere matrimonium.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium testes de auditu, non probant.*
2 *Causa matrimonialis, cum grauis atque pōderosa sit, testes omni exceptione maiores requirit. & an verum, nu. seq.*
3 *Testes de auditu, vbi admitterentur, oporteret fore bonæ opinionis & non leuis, præsertim in matrimonij causa.*
4 *Matrimonium ad probandum qualitates articulandæ, & probandæ.*
5 *Matrimonium consummans absque ecclesiæ benedictione, quæ non nisi à proprio parochiali fieri debet, an peccatum incurrat mortale, vel veniale.*
6 *Matrimonium ante tempus duodecim annorum in muliere, & quatuordecim in viro, firmum remanet, cum annus inceptus ad illud sufficiat.*
7 *Matrimonium cum furioso, quia consentire nequit, & cum mentecapto, quia mente & intellectu caret, non contrahitur, & nu. 9.*
8 *Matrimonium contractum tempore sanæ mentis, furor superueniens non dirimit, nec dignitatem potestatemque patriam tollit.*
10 *Mentecaptus, furioso, stultoque æquiparatur.*
11 *Matrimonium quis contrahere non potest cum sorore illius, quam prius carnaliter cognouit.*
12 *Affinitas non tantum ex matrimoniali coitu, verum etiam ex fornicario illicitoque contrahitur.*
13 *Matrimonium contra legem interdictumque ecclesiæ contractum, dicitur nullum, dirimendumq; venit,*

nit, præsertim quando prohibitio perpetuam non autem temporalem causam habet.

14 *Matrimonio per sententiam tanquam nullo separato, vir præsertim iuuenis, vel de incontinentia suspectus, ad aliud conuolare potest: iudexq; prouidere debet, quòd cum alia contrahat.*

15 *Matrimonio ob vnius frigiditatem separato, an vtrique detur cum alio contrahendi licentia.*

DECISIO CCLXXXVIII.

1 MATRIMONIVM † non probatur per testes de auditu. ita Curt. iun. consil. 52. & Soc. iun. consi. 86. num. 34. & seq. vol. 2. vbi multas exigit qualitates ad probandum ma-
2 trimonium ipsum. Quoniam † causa matrimonialis grauis est, ardua, atque ponderosa: itaque re ipsa requirit testes omni exceptione maiores, teste Iaco. Beretta, cum alijs aggregatis per eum, consi. 80. Si primum, num. 2. volum. 1. Iacob. Leonissa, consi. 49. num. 92. & Laurent. de Pinu, consil. 71. Casus, nu. 2. & 15. vbi hoc vtiliter declarat, & Ant. Galeaz. consi. 83. Diuino, nu. 3. inter consil. matrim. lib. 1.
3 Imò † vbicunque admitterentur testes de auditu, oporteret, vt forent bonæ opinionis, & non leues, & potissimum in materia matrimonij. c. licèt ex quadam, de testib. in qua debent esse omni exceptione maiores, c. 1. vbi Abb. & cæteri, de consang. & affinit. cum alijs quàmplurimis coacervatis per Soc. iun. in d. consi. 86. num. 6. & seq. & consi. 88. nu. 8. volum. 2. sed confirmauit in Sylua cõtrarium quod ad matrimonij probationem ex decis. D. Oradini, non requirantur testes omni exceptione maiores, in opinio. 993. Testes esse possunt fœminæ, nu. 4. lib. 2.
4 Et † prædictæ qualitates sunt articulandæ, & probandæ, secundum Barbat. consi. 54. col. 3. vers. tertiò præmitto, volu. 1. Dec. consi. 310. post prin. vers. & ideo, Grammat. consi. crim. 26. num. 49. & seq. & Paris. consi. 57. num. 38. vol. 4. & ita alias declaratum extitit in Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ, Comitatusque Molisij, in anno 1583. ad fauorem cuiusdam mulieris de Triuento.

Et eo magis, cum Deus sit optimus maximus, qui primos coniuges, & humani generis parentes in ipso paradiso terrestri coniunxit, suaque be-
5 nedictione cohonestauit: Et hinc est, † quòd consumans matrimonium absque benedictione ecclesiæ, peccatum incurrit, vt per Henric. Boich in c. is qui fidem, col. fin. de spons. matrim. & in c. fin. de cland. despo. & fertiliter per Grammat. consil. ciuili 168. col. fin. Et sic accedens ad sponsam ante benedictionem ecclesiæ, & ante solemnitatem nuptiarum, quod etiam vocatur matrimonium, peccaret nempe mortaliter: quia in c. nostrates, 30. q. 5. hoc prohibitum reperitur: imò videtur, quod etiam sit quidam contemptus ecclesiæ.

In contrariã verò partem, quòd non sit peccatum mortale, imò aliquando nec veniale, inclinauit Caiet. faciens de hoc quæstionem, S. Thom. in 4. distin. 28. art. 23. Siluestrina in ver. debitum coniugale, & alij cateruatim congesti per Grammat. in d. consil. 168. Cæterùm aduerte, quòd Concilium Tridentinum, sessio. 24. de confirmatione matrimonij, hortatur, vt coniuges ante benedictionem sacerdotalem in templo suscipiendam, in eadem domo non cohabitent: statuitque benedictionẽ à proprio parocho fieri, neque à quoquã, nisi ab ipso parocho, vel ab ordinario licentiam ad prædictam benedictionem faciendam alteri sacerdoti concedi posse.

6 Et † matrimonium consummatum ante tẽpus duodecim annorũ in muliere, & quatuordecim in viro à Canonibus stabilitum firmum remanet: annus enim tunc inceptus sufficeret ad matrimonium ipsum, vt probat, & firmat Dom. Soto in 4. sent. tomo 2. dist. 35. q. vnica, art. 5. col. 3. ver. & tamen adnotandum, quòd cum hoc tempus ecclesia arbitramento quodam vsu constituerit.

7 Est nihilominus bene verum, † quòd matrimonium non contrahitur cum furioso, quia ille consentire non potest. c. dilectus filius, de spon. c. neque furiosus, 32. q. 7. & l. patre furioso, vbi Barto. & Ias. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & l. furor. & ibi Doct. & Cornel. Benincas. in tract. de paupertate, q. 1. num. 9.

8 Est bene verum, † quòd superueniens furor non dirimit matrimonium contractum tempore sanæ mentis. d. c. neque furiosus, 32. quæst. 7. nec etiam furor superueniens tollit dignitatem, l. qui furem, ff. de sponsa. & l. qui furem, ff. de statu hominum, nec denique furor ipse superueniens tollit vllo modo patriam potestatem, d. l. patre furioso, ff. de his, qui sunt sui vel alie. iur.

9 Similiterque † matrimonium ipsum minimè etiam contrahi potest à mentecapto, qui omnino mente, & intellectu caret, ita Ange. & Ias. in l. humanitatis, C. de impub. Soc. consi. 47. num. 11. vol. 3. Dec. consi. 112. & Paris. consi. 88. Viso processu causæ, sub nu. 40. vol. 3.

10 Et de hoc mirandum quippe nõ est: † nã mentecaptus æquiparatur furioso, & stulto, vt per Socin. in consi. 47. nu. 11. & Paris. in d. consi. 88. nu. 6. & seq. & nu. 38.

11 Nec † matrimonium quis contrahere potest illo quidem modo cum sorore illius, quam prius carnaliter cognouit, & sic nõ licet vllo pacto fornicanti cum sorore mulieris fornicatæ, matrimonium contrahere, vt per Innoc. & alios iuris interpretes omnes in c. discretionẽ, de eo, qui cognou. cosang. vxor. suæ. Paul. Grill. in tract. de pœnis omnifariam coitus illiciti, quæst. 4. num. 3. Paris. consil. 57. Stante priori matrimonio, num. 30. & seq. vol. 4. & Francisc. Bursat. cum alijs aggregatis per eum, consi. 98. Quia quanto diffusè, nu. 12. & ita consului in facti contingentia ad fauorem cuiusdam mei illustris clientis, de mense Martij 1587. matrimonium per eum contractum per verba de præsenti cum vna sorore post copulam habitam cum altera eius sorore, nullum, & irritũ esse, prout sic eodemmet tempore iudicatum extitit per Reuerendissimum Episcopum Aquilanum, tãquam sedis Apostolicæ delegatum, huiuscemodi matrimonium nullum, atque inualidum.

12 Et ratio præsentis conclusionis ea est: † quoniam

niam affinitas contrahitur, nedum ex matrimoniali coitu, verum per fornicarium etiam, & illicitum. ita Glo.in c.de incestis, in ver. concubitu, 35.q.2.Bero. quæst.2.num.5.& Couarru.in Epit. matrimonia. in 2.par.c.6.§.7. nu. 3. vbi post alios congestos per eum Docto.planum facit, istam esse communem opinionem, & est text.in cap.qui dormierit,27.q.2. vbi dormiens cum sorore vxoris non potest reddere debitum, idest non potest petere debitum ab ea, secundũ Gl.ibi, nec potest post mortem vxoris, sororem pollutam & cognitam habere in cõiugio, seu cum ea in coniugium copulari, vt per tex. inibi, in fi.

13 Et hinc est, † quod vbicunque matrimonium contrahitur contra legem, & interdictum ecclesiæ, dicitur nullum, illudq; meritò venit dirimendum, vt per Glo.fin.in c.tua, de sponsa duorum. Quodq́ue procedit quippe de plano, quotiescunque prohibitio ipsa legis haberet perpetuam: nõ autem temporalem causam, vt sertiliter quidem ostendit Couarru.in d.Epit.matrim.in 2.par.c.6. §.6.num.6.

14 Sed † separato per sententiã matrimonio tanquã nullo, aduerte, quòd vir ad aliud posset profectò conuolare matrimonium: & consequenter contrahere secundum matrimonium, per c.1.2. & 3. extra de sponsa duorum. Et eo magis hoc locum fortitur, quando vir esset iuuenis, vel suspectus de incontinentia: tunc enim iudex debet prouidere, vt ille contrahat matrimonium cum alia vxore, vt firmat Abb.in cap.consultationi, de frigid.& malefic. Bal.consi.3. Quoniam mulier, nu.2.inter consi.matrimonialia, vol.1.Felyn.in c. lator, col.2.de re iud.& Marsi.sing.165.Scriptum est, vbi meminit aliàs in facti contingentia vidisse casum hunc Bononiæ decisum. & ita concedit

15 etiam Aug.decis.752.lib.3. † quòd separato matrimonio propter frigiditatem vnius, non datur vtique licentia contrahendi cum alio: secus si ob scandala, aut copulam, & sic etiam consului ad fauorem eiusdem illustris D. clientis, vt stante separatione matrimonij per sententiam annullati, & irritati, & eius iuuenili ætate, atque manifestissima incontinentia, potuisset cum alia vxore matrimonium contrahere.

ARGVMENTVM.

De pluribus speciebus præsumptionum, & perbellè quidem.

SVMMARIVM.

1 *Negligentia contra prælatũ subditos malos non coercentem præsumitur: diligens tamen quilibet in officio suo præsumitur.*
2 *Veritas semper à religiosis, quando loquuntur, prolata præsumitur.*
3 *Negligentia probatur, ex quo quis facultatem agendi in iudicio aliquod iuris remedium consequendi habuit, & illis non est vsus; atque, eum potuerit, impedimentum remouere non curauit.*
4 *Fraus iuris congrui præsumitur, donatore vel venditore post donationem vel venditionem rei donatæ seu venditæ reperto, in possessioneque eiusdem rei remanente. & de alijs pluribus iuris congrui, remissiuè.*
5 *Aetas habilis in quocunque legitimè contrahente præsumitur.*
6 *Sapientia, morumq́ue grauitas in sene præsumitur, ac eius sermo veracior, & eleemosina dignior.*
7 *Bene agere in senectute is præsumitur, qui bene egit in iuuentute.*
8 *Consuetum fieri, & sic quod communiter accidit, semper extitisse factum gestumq; præsumendum est.*
9 *Domus sub consueta pensione locata censetur.*
10 *Inimicus præsumitur nolens aliũ ad pacis osculum, cum secundum consuetudinem in ecclesia datur, admittere.*
11 *Inimicus nemo præsumitur regulariter, cum amicitia præsumatur.*
12 *Præsumuntur minimè quæ non apparent, sed rebus sic stantibus iudicamus.*
13 *Effectus, quia facti est, non præsumitur.*
14 *Offensio ex noua rixa, causa & occasione præsumitur vt pax rupta non dicatur, præcipuè non apparente quis primò in ipsa rixa offendere cœperit, etiam si ex inimicitia alias conciliata processisset. distinguitur tamen.*
15 *Vicinus facta vicini scire præsumitur.*
16 *Testibus vicinis magis quàm extraneis creditur.*
17 *Consanguineus consanguinei facta non ignorare præsumitur.*
18 *Testi in causa scientiæ se vicinum dicenti, plenè credendum, eiusque assertioni standum, cum de consistentibus in facto proprio deponat.*
19 *Instrumenti mentionem faciens, in eo contentorum omnium exactam plenamq; notitiam habere præsumitur.*
20 *Totum scire præsumitur, qui partem scit.*
21 *Titulus longi temporis possessione, præsertim ex certo titulo continuata, præsumitur.*
22 *Bona fides in dubio præsumitur.*
23 *Pater in dubio inter filios æqualitatem seruare voluisse præsumitur, & vnum filium legitimum & alterum bastardum facere non debet, lexq́ue parentes hortatur, vt æqualiter inter liberos testentur.*
24 *Mortuus quis præsumitur ex luctu propinquorum.*
25 *Mortem alicuius ad probandam semiplena sufficit, cum de morte qualibet leuis præsumptio satis sit.*
26 *Positum quod intra fines alicuius priuati hominis reperitur, illius esse præsumitur.*
27 *Confinia mensuram indicant, & quicquid in ea est, includunt.*
28 *Empta res pro emptore eiusque hærede præsumitur, non autem pro eo cuius est pecunia: & sic emens videtur nomine proprio, non autem de alieno seu communi, & si communi nomine emptum sit. & vbi regula hæc non procedat, nu.30.*
29 *Actum facere quis proprio nomine præsumitur, quia nec alia persona subintelligitur extrinsecus.*
31 *Absens quis præsumitur, nisi præsentia probetur.*
32 *Ignorantia præsumitur, nisi scientia probetur.*
33 *Terminus ad probandum datus, peremptorius præsumitur.*

Bene-

34 *Beneficia libera, non autem patronata; nec non secularia, non antem regnlaria præsumnntur.*

35 *Simplicitas in rustico, muliere, atqne minore præsumitur, quibus etiam si iurassent, peritioresque consulere potuissent, nnllum præiudicium affert: error tamen iuris rnstico in lucro non sanet, atqne in muliere non rarò præsumitur.*

36 *Rusticus contra legis vel statuti formam emens, non præsumitur mala fide emisse.*

37 *Rusticitas suspitionem etiam vsurarum tollit, ab earumque præsnmpta fraude exensat.*

38 *Diligens in dubio quilibet præsumitur.*

39 *Solennitates in rei ecclesiæ alienatione ex temporis antiquitate, imò ex inramento interuenisse præsumnntur. Et an omnis defectus solennitatis ex 30. annornm circulo tollatur.*

40 *Simulatio nisi probetur, non præsumitur.*

41 *Dinortium simulatum præsumitur, si eo facto mnlier incontinenti ad maritum reuerteretur.*

42 *Licentia, seu dimissio data famulo incontinenti reassumpto, simulata est.*

43 *Absensio filij ab hæreditate paterna, qui incontinenti in bonornm possessione esse reperitur, simnlata præsumitur.*

44 *Donatio in fraudem facta præsumitur, vbi quis bona sua donat, & incontinenti homicidium committit.*

45 *Accusatus de consilio ad homicidium præstito, si probetur quòd locutus sit ad aures homicidæ, qui incontinenti aliquem occiderit, consuluisse homicidium præsumitur.*

46 *Mulier nubens, omnia bona in dotem viro dare non præsumitur, contra Aristotelem. limitaturqne, remissiuè.*

47 *Riminaldum iuniorem, Auctori cõuiciantem, mentis lumine obcęcatum.*

48 *Mulier dotata pręsumitur, nisi contrarium probetur: & si frater sorori nuptæ paragium petenti in Regno opponeret eam dotatam, an illa repellatur.*

49 *Dos, quare non præsumatur.*

50 *Mulier animum procreandi habere pręsumitur, eam qne ad partus edendos natura procreanit, cum in ea cupiditas in hoc constituta: & matrimonium ad sobolem procreandam coarctetnr: institutum per hæc verba, Crescite & multiplicamini, &c.*

DECISIO CCLXXXIX.

1 PRÆSVMITVR † negligentia contra prælatum, vbicunque prælatus ipse subditos suos malos non coercet, c. sicut inquit, 11. q. 7. Est tamen bene verum, quòd in dubio præsumitur quilibet diligens in officio suo. l. diuus, in fi. vbi Glo. ff. de offic. præsid. cap. ad audientiam, de præscrip. Craue. consi. 240. num. 3. Abb. consi. 41. num. 2. volu. 1. Francis. Becc. con-
2 sil. 37. nu. 11. † Imò veritas semper præsumitur à religiosis prolata, quando loquûtur, vt per Corn.
3 consi. 227. num. 6. volu. 2. † Et negligentia probatur eo ipso, quòd quis habuit facultatem agendi in iudicio, & aliquod iuris remedium consequendi, & illis non vsus. Beccius consi. 37. nu. 3. & 20. vol. 1. vel cum potuit remouere impedimentum, & illud remouere non curauit, vt ibi, num. 2. & 4. nam arguitur negligentia contra eum, qui non est vsus remedijs oportunis, cum posset. Beccius consi. 105. num. 26. vol. 1.

4 Præsumiturque † etiã fraus iuris congrui, quando donator, vel venditor post donationem, vel venditionem rei donatæ, seu venditæ reperiatur, remaneatque in possessione eiusdemmet rei, vt per Bart. in l. sicut, §. superuacuum, ff. quib. mod. pig. vel hypo. soluitur, & in l. post contractum, ff. de donat. Afflic. in tract. de iure prothomiseos, §. 4. sub num. 16. in fi. Alex. consi. 28. volu. 5. Fulgos. consi. 42. Pau. Aemil. Verall. decis. 143. Collusio, num. 6. in 1. par. vbi alias etiam fraudes, atque pręsumptiones quàmplurimas, vtiliter discurrit, ex quibus ius congrui fraudatur, quas verba verè desunt ad exprimendum, & calamus quidem ad scribendum non sufficeret fraudes istas (vt vtar verbis Afflicti in d. tract. de iure prothomiseos, §. 4. sub nu. 18.) & re ipsa Doctores semper occupatos video in extricandis, seu potius adinueniendis, atque fomentandis fraudibus ferè infinitis in præsenti re: taliter quòd Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ, Comitatusque Molisij in anno 1583. & seq. ter iudicauit non immeritò quidem in varijs causis pro opinione Bar. in d. §. superuacuum, & sequacium recitata.

5 Nec non † præsumitur quoque ætas habilis in quocunque legitimè contrahente, cap. in præsentia, vbi Abb. in 8. not. per tex. ibi, de probat. Dec. consi. 682. col. fin. & Ioan. Bapt. Ferret. consi. 139. Quòd domina, in prin. vol. 1.

6 Itidem † præsumitur sapientia in sene. c. porrò, 84. distin. prout præsumitur etiam senex in iustitia examinatior. c. si quid verò, 86. distinc. præsumiturque in ipso sene etiam morum grauitas, c. 1. 12. quęst. 1. Et sic denique præsumitur sermo senis veracior, c. consanguineos, 25. q. 6. Et præsumitur quoque senis eleemosina dignior, c. non satis, §. item considetanda, 86. distin.

7 Præsumitur † etiam bene agere in senectute, qui bene egit in iuuentute. Menoch. in tract. de præsump. lib. 1. q. 15 nu. 13.

8 Præsumendum † semper est extitisse factum, gestumque, quod est consuetũ fieri, & sic id quod communiter accidit, ita Corn. consi. 156. num. 5.
9 volu. 3. Afflic. decis. 58. num. 7. Et † consequenter domus censetur locata sub pensione consueta, vt per Saly. in l. excepto. C. de loca. Neuizan. consi. 28. Optaui, num. 7. Riminal. iun. consi. 6. num. 85. vol. 1. prout præsumitur etiam quid factum fuisse potius tempore licito, quàm illicito, vt per Pau. Aemil. Verall. decis. 211. Matrimonium probatur, num. 4. in 2. par. vbi indicat ita extitisse aliàs in Rota Rom. decisum, & indicatnm.

10 Item † præsumitur inimicus ille qui in ecclesia quando datur pax, non vult admittere alium ad osculum pacis, secũdum consuetudinẽ, ita Abb. in cap. cum super, colum. 1. de offic. deleg. quam quidem consuetudinem, tanquam sacrosanctissimam, in ciuitate Troiæ, audiens missam simul cum Illustrissimo Episcopo, dum essem Auditor Prouinciæ Apuliæ, in anno 1583. & sequenti, vidi obseruatam.

Est

11 Est tamen bene verum, † quòd regulariter nemo præsumitur inimicus, vt per Steph. Aufr. in tract. de recusat. num. 27. Et ratio est, quoniam inimicitia debet probari per allegantem, cum amicitia præsumatur, teste Barto. in l. si quis testibus. C. de testib.

12 Quæ † non apparent, non præsumuntur, sed rebus sic stantibus iudicamus, l. in lege, ff. de contrah. empt. cum alijs concordantibus, & Ancha. consil. 302. Materia de qua quæritur, ante fin. Et
13 hinc est, † quòd effectus non præsumitur, quia facti est. l. in bello, §. factæ, ff. de capti. & postlim. reuers. Pau. Aemil. Veral. decis. 11. Actore non probante, num. 5. in 1. par.

14 Offensio † in dubio præsumitur ex noua rixa, causa, & occasione, ne quis in pœnam incidat, vt per Alex. in l. semel, col. 2. ff. soluto matrim. Grat. consi. 73. num. 19. vol. 2. Cæpha. consi. 587. Verba, num. 33. cum alijs seqq. vol. 4. Bero. consi. 185. Stantibus, num. 14. volu. 3. Anto. Ciofium, consi. 100. Proponitur, num. 9. volum. 2. quam quidem præsumptionem, concedit etiam ibi, onus probandi contrarium, transferre in aduersarium. Et tanto magis, vbicunque nō appareat quis primò cæperit offendere in ipsa rixa: tunc enim pax nullatenus rupta diceretur, etiā si ex inimicitia aliàs conciliata, pro qua pax facta sit, illa noua rixa processisset, vt firmauit Bar. in l. si seruum, §. sequitur, in fi. ff. de verb. oblig. vbi Ias. col. fin. indicat istam esse omnium communem opinionem, & Francis. Vegius etiam consi. 57. nu. 15. cum alijs seqq. vol. 1. Alex. verò post Bal. in l. semel mora, ff. soluto matrimo. commodè quidem, circa præsentem speculationem, ita distinguit, quòd vbicunque nouæ offensæ qualitas correspondere qualitati antiquæ offensæ, eo nempè casu in dubio offensa ipsa deberet præsumi illata ob antiquam causam, atque inimicitiam, super qua pax facta extiterat, diceretur que tunc etiam illa rupta: verùm enimuerò si nouæ offensæ qualitas nō corresponderet qualitati antiquæ offensæ, pax ipsa nullatenus rupta censeretur, & sequitur quoque Bero. consi. 206. Super dubio, nu. 12. vol. 3.

15 Nec non † præsumitur quoque vicinum scire facta vicini, vt per Bar. & alios vnanimi consensu omnes in l. 1. ff. si cer. petat. Ang. in Auth. de testib. §. 1. in fi. Alex. consi. 36. Visis ijs, quæ per dominos aduocatos, sub num. 3. vol. 1. Ioan. de Amicis, consi. 25. num. 5. Tiber. Decia. consi. 7. Contendunt, num. 32. volu. 3. Ioan. Campeg. in tract. de testib. reg. vltima, & sic 441. Vicinus, vbi hoc limitat in 4. casibus, Nouel. reg. 237. tomo 2. vbi in vno casu ampliat, & in tribus alijs limitat, & Io. Maurit. Bolan. in tract. de restit. in integ. cap. 318. nu. 3. Ioan. Bapt. Ferret. consi. 295. Non constat, sub num. 7. volum. 2. Ioseph Ludouic. decis. Vm-
16 briæ 103. num. 5. & seqq. in 2. par. Et † hinc est, quòd meritò quidem, testibus vicinis magis creditur, quàm extraneis, iuxta notata per Doct. in c. 1. de controuer. feud. apud pa. term. Simon de Prætis, consi. 91. Iure, num. 29. vol. 1. & Afflictum in tract. de iure prothomiseos, in rubr. sub num. 12. & concedit etiam Alex. consi. 86. Visis dubitationibus, num. 58. vol. 2. Iacob. Philip. Port. seu potius Ant. Gabriel. in conclusio. 35. lib. 4. col. 1. versi. & propterea magis creditur, vbi ponit etiā regulam illam cum ampliationibus, atque limita-
17 tionibus, † quòd consanguineus præsumatur scire facta consanguinei, & Anton. Ciofius, consi. 548. Proposito, num. 8. vol. 1. Matth. Brun. consi. 48. Non modicæ, nu. 5. volu. 1. Tibe. Decia. consi. 109. Et prima fronte, num. 71. vol. 2. Corn. consi. 339. num. 11. volu. 1. & consi. 556. num. 6. volu. 3.
18 Imò † testi, in causa scientiæ, dicenti se vicinum, ei plenè credendū est, ac eius assertioni standum: ex quo deponit de his, quæ in facto proprio consistunt, vt per Rip. & Cagno. sub num. 139. in l. 1. ff. si cer. peta. & cum ista vicinitas non sit tunc aliter probanda: sed standum assertioni testis, admoneo hoc tanquàm quotidianū fore digito ligandum, & tanto magis cum ita obseruetur quotidie in practica.

19 In tantum etiam, † quòd mentionem faciens de instrumēto, præsumitur indubitanter quidem exactam, plenamque notitiam habere omnium in eo contentorum, sicuti concedunt constantissimè Bart. Ang. Ripa, nu. 52. & alij vnanimi consensu omnes, in l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verbo. obligat. Ruyn. consi. 119. num. 17. volu. 2. Alex. consi. 39. col. 2. volu. 2. Pau. Castr. consi. 59. vol. 1. Soci. iun. consi. 182. num. 27. vol. 2. Craue. consi. 65. num. 7. & Rolan. consi. 36. num. 21. vol. 2. & hoc posset ea palpabili comprobari ratione:
20 quoniam † scire totum præsumitur, qui scit partem: & sic ex scientia partis præsumitur absque scrupulo aliquo scientia totius. l. nō est ferendus. ff. de transact. Crauc. consi. 74. num. 2. Bart. in d. l. qui Romæ, §. duo fratres, & Iacob. Mandel. consi. 58. num. 3. Simon de Prætis, consi. 3. num. 4. volu. 1. vbi concedit, quòd filius habens penes se testamentum paternum, continens fideicommissum, præsumatur de eo habere tunc scientiam. Et tanto magis, cum in præsenti re quis falli non possit, vt per Glo. in l. scire leges. ff. de legib. eo quòd sciens non decipitur modo aliquo. l. de tutela, & ibi Bar. in prin. C. de in integ. restit.

21 Nec dubito, postremò, † quòd titulus etiā præsumitur ex possessione longi temporis, præsertim continuata ex certo titulo, vt per Alexan. consi. 108. num. 15. volu. 2. Saly. Ias. num. 15. Curt. sen. num. 16. & alij vniuersaliter omnes in l. si certis annis. C. de pact. Ruyn. consi. 75. num. 5. volum. 1. Bart. & alij omnes in l. cum de in rem verso, ff. de
22 vsu. † Prout bona fides itidem præsumitur etiam in dubio, teste Ias. in §. sed istæ, sub nu. 100. Instit. de actio. Neuiza. consi. 37. nu. 24. Nauar. consi. 11. nu. 8. de iure patro. lib. 3.

23 Estque omnibus notum † quoque, patrem præsumi in dubio, æqualitatem inter filios seruare voluisse. l. cum pater, §. euictis, ff. de leg. 2. & ibi Bart. Matth. Brun. consi. 84. Pro resolutione, num. 10. volu. 1. qui loquitur in filiabus, Ascan. Clemen. in tract. de patria. potest. cap. 5. effectu 16. num. 17. & de huiuscemodi æqualitate inter filios, tanquam de pane lucrando, ad plures meritò decisiones, & ad veram speculationem, atque fastigium,

Doctores vbique attingere videtur, & præsertim Ruyn.consi. 162.col.fi.volu.2. Tiraquel. in tract. de iure primogen. quæst. 1. num. 1. Iaf.in l.illud. C. de collat. Zanch. in l. hæredes mei, §.cum ita, par. t.num.26.ff. ad Trebell. Parif.consi.16.num. 34.volu.2. Mantica in tract. de conjectu. vltimarum volun.lib.6.tit.2.num.5.& seq. Cepha.conf. 188.num.9. Soci.iun.consi.172. num.22.volu.2. Matth. Brun. in d. consi.84. Et sic denique pater non debet vnum filium facere legitimũ, & alium bastardum, vt per Dec.in l.t.num.2. C.vnde liberi, Bal.in §.illud quoque, in Auth.de nup. Neuiz. consi.45. In causa D. magistri, num. 10. Riminal. iun. consi.428. Viso consilio, num.19. volum.4. Ascan. Clemen. in d. cap.5. effectu 16. num.19. Tibe. Decia.consi.22.Quòd autem,num.17.vol. 2.& perillustris D. Marcus Anto. Eugenius, præceptor meus,consi.62. Requisitus,nu.5 t. vbi nu. 50.planum facit etiam, quòd lex hortatur parentes,vt æqualiter testentur inter liberos.

24 Colligiturque etiã manifestè,† quòd mortuus quis præsumitur in dubio, ex luctu propinquorum.l.vxores, & seq. vbi Bald. & alij omnes,ff.de his qui notan. infam. Boer. sing.16. Præsumptio.

25 taliter, † quòd qualibet etiam leuis, præsumptio sufficit de morte alicuius, teste Alexan. consi.27. Consideratis his,num.4. volu.7. & sic in omnem quidem euentũ, ad probandum mortem ipsam semiplena dubio procul sufficeret probatio, vt per Glo. Bart.& alios vniformiter omnes in l. 2. §. si dubitetur, per tex.ibi, ff.quemadmodum testa. aperian. Bero.consi.129. Pro resolutione, sub nu. 15.volu.1.& ita de mense Augusti, in anno 1584. iudicauit Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ & Comitatus Molisij, in causa quorundam ciuitatis Manfredoniæ.

Illud quoque constitutissimum hactenus est,

26 quòd † quicquid reperitur intra fines alicuius priuati hominis positum, præsumitur dubio procul esse illius, sicuti in apertum profert Ioan.Fab.in l. cunctos populos, col.2. C.de summa Trini. & fide catho. Bal. in rubr. quæst. 11. C.de contrahen. empt. Alber. Brun.consi.34.col.2. Pau.Castr.in l. 1.ff. de acquir. possess. Rom.consi.5.num.2. Alex. consi.106.volu.6. Anto. Ciofius cum alijs signatis per eum, consi.29. In bonorum diuisione, num. 1.volu.1. Borgnin. Caualcan.decis.52. Fuit in fo-

27 ro,num.8.in 2.par. quoniam † confinia indicant quippè mensuram, & includunt quicquid in ea est. l. fines. C.de euictio. Paris. consi.4. nume.primo, volu.4.

Optabile quoque est,hoc etiã in præsenti hor-

28 reo afferre, † quòd empta in dubio res præsumitur pro emptore, & eius hærede: non autem pro eo,cuius est pecunia, vt in l. si pactũ,ff.de probat. Glo.in l.ad probationem. C.eod.titu. Fabian. de Monte in tract. de empt. & vendit. in quæst.9. & vltima principali, num.2. & est tex. etiam in l.ex pecunia. C.de iure dot. vbi res empta ex pecunia dotali, nõ efficitur dotalis. Et sic in dubio emens videtur emere nomine proprio: non alieno. l.& magis, ff.de sol. & de propria etiã pecunia, vt per Barto.in l. cum proponas. C.pro soc. Abb.consi. 46. Tria,vol.1. Bal.in l.penul. C.si quis alteri,vel sibi, Alex.consi.78. Discussis,volu.2. Rom.consi. 274. Dicta, vbi Horat. Mandos.in addit.cum alijs aggregatis per eum, in litera B. & Anto. Ciofius, consi.39. Cum causa, nu.13. vol.1. Imò etiam res empta ex pecunia aliena efficitur similiter ementis.l.si ex ea. C.de rei vend. Abb. in c.relatum, il secondo, de testam. Ant. Ciofius,consi.2.nu.18. vol.1. Imo quoque si res communi nomine empta foret,teste Bar.in l.2.C.pro socio, Rom.sing. 435. Quid si emerem. Et sic emens aliqua bona, de propria, & non de communi pecunia emisse præsumitur, vt per Cæpol. caute. 128. Si vnus ex fratribus, Crauc.consi.t31. Ad primum, colum. penul.Dec.consi.446. Viso eleganti, nu.2.& seq.

29 Quoniam † in dubio quis præsumitur actum facere proprio nomine, argumento eiusdem met l.&magis, quia nec alia persona subintelligitur extrinsecus.l.si ita stipulatus, §.Grisogonus, ff.de verb.oblig. Bar.in l.si patruus,num.4.C.communia vtriusque iud. Soc.iun.consi.95. num.13. vol. 2. Pau. Castr. consi.415.volu.1. Ioan.de Amicis, consil. 16. num.9. & huic opinioni ita roboratæ acquiescit etiam Roderic. Suares in l.1.lib.3. titu. de las ganancias del marido y de la mujer, nume. 31. vbi hoc vtiliter quidem interpretatur,

30 non procedere,† si ex coniecturis contrarium appareret,vel nisi per partes expressè hoc agatur.l.si ex lapidicinis.de iure dot.& l.si mulier.ff.de pact. dot. Bal.de Bartolin.in l. t.num.9.ff.solu. matrim. Corn.consi.270. Quæritur, volu.4. Sicuti hoc fallit etiam in pecunia militis, ecclesiæ, & minoris, ex quorum pecunia res empta, in illis casibus, eis acquiritur: quamuis eorum nomine nõ ematur. l.si vt proponis, & ibi Doct. C. de rei vend. & Fabian. in loco antesignato, vel nisi fortè in subsidium speciali fauore dotis, vt prodidit Bal.consi. 226.Ista confessio,volu.4.Bapt.de S.Blas.in tract. de priuil.in 11.centuria, nu.7. Bal.Nouel.in tract. de dote, in 11. par. nu.5. & Ioan. Boseli in tract. de nupt.lib.6. num.30.

Habendusque ijs de rebus sermo quoque est,

31 quòd † absens quis in dubio presumitur, nisi probetur præsentia, sicuti prodidit Bald. in l.præscriptione, in fi. C.quibus longi temporis præscrip. non ob. Alex.consi.t 18.num.16. vol.2. Fely.in c. tenor, extra de re iudi. & Balb. pleniori nempè cornu,in tract. de præscrip. 1.par. 4.partis principalis, §.tertiò quæro, num.1. cum alijs seqq. Gozad.consi.66.num.6.

32 Prout † ignorãtia itidem præsumitur quoque, nisi probetur scientia, vt per Menoc. consi. 213. Permultæ, num.78.volu.3. Riminal.iun.consi.t. num.29.consi.54.num. 16.consi.40.nu.31.consi. 42.num.69.vol.1. Iacob. Nouel.in reg.145. Præsumitur, tomo 2. vbi nu.1.& seqq. ponit hoc pro regula cum duabus limitationibus.

Et ne operam malè posuerim, animaduerte e-

33 tiam, † quòd terminus datus ad probandum, in dubio, præsumitur peremptorius.l.fin.in fi.C.de dilatio. Dec. in cap.pastoralis, num.9. de excep. Amid.in tract.de syndic. in ver. qui domini syndici, num.229.

Nec

34 Nec itidem illud ociosum est, † quòd benefi-
cia in dubio præsumuntur libera : non autem pa-
tronata, vt per Archid.in cap.decernimus, 16.q.
7.Rip. in respon.1. num. 3. lib.2. sic etiam præsu-
muntur omnia beneficia secularia & non regula-
ria, Filip. Fran.in c.cum de beneficio, de præb.in
6.Nauar.consi.8.nu.1.de præb.lib.3.
35 Aperiantque etiam aures studiosi,† quòd sim-
plicitas præsumitur quoque in rustico, muliere,
& minore,quæ quidem illis minimè vllum præiu
dicium affert,etiam si iurassent, & peritiores con-
sulere potuissent, ita Bal.in rub. C.de rerum per-
mut. Pau. Castr.consi.355. Postquàm iste,prope
fin. volu.1. Dec. consi.180. Visa renunciatione,
col.penul.Soc.iun.conf.116. Præsens casus,num.
13.vol.2. Capic.decis.159.In causa,num.23. Ho-
rat. Lucius, consi. 162. Diuino implorato suffra-
gio,num.8. inter consi.crim. volum.1. in fol. vbi
36 num. 10. concedit etiam ,† quòd rusticus emens
contra legis,vel statuti formam, non pręsumatur
emisse mala fide,attamen error iuris rustico in lu-
cro non fauet. Crauet.consi.407.num.23.volu.3.
Et si in muliere, vt supra, simplicitas præsumitur,
error tamen iuris in ea nō rarò præsumitur, idem
Crauet.consi.442.num.9. eod.volu.& consi.550.
num.13. vol.4. sed in his ipsam non excusat, quæ
rigoris seruandi causa recepta sunt, idem Craue.
conf.348. nu.37.vol.3.
37 Imò tibi persuade, † quòd rusticitas penitus &
omninò tollit suspicionem etiam vsurarum, eaq́;
excusat rusticum ipsum à præsumpta fraude ipsa-
rum vsurarum, vt per Glo. Bal. Curt. Parpal. Al-
cia.& alios vnanimi cōsensu omnes in l.cum alle-
gas. C.de vsur. Fulgos.Ias.& cæteros vniuersaliter
omnes in l.si quis id quod, ff. de iurisdic. omn.iu-
dic. Ferrat. caute. 16. Magna est quæstio; Cæpol.
de simulat.contract.in 6. casu princ.col.6. Horat.
Lutium in d. consi.162. num.9. & pleniori cor-
nu, Ioan.Petr.Surd.consi.86.Leuis,num.21. vbi
non obscurè quidem indicat etiam istam esse om
nium communem opinionem, prout ita iudica-
uit etiam Regia Audientia ipsa Capitinatę Apu
liæ,in anno 1583. in causa cuiusdam Vulturini.
38 Et † quilibet etiā in dubio pręsumitur diligens,
Riminal.iun.consi. 50.nu.84.vol.1.
39 Nec silentio prætereundum arbitror, † quòd
solennitates in alienatione rei ecclesiæ, ex tempo
ris diuturnitate, ac antiquitate interuenisse etiam
præsumuntur,c.peruenit,vbi Glo.extra de empt.
& vendit. Dec.conf.36. Pro tenui, col. penult. &
conf.239. Pro defensione,col.fi. Gozad.conf.73.
Circa dubia,Ias.consi.54. In præsenti causa, volu.
1. Bal. Ang.& alij vniuersaliter omnes,& præser-
tim Alex. in l.sciendum, de verb.oblig. vbi indi-
cat istam esse omnium communem opinionem,
Rolan.consi.99. Viso statuto,num.27.& 33. vol.
2.vbi citat refertque Ancha.etiam,conf.135.con
cludentem omnem nempè defectum solennita-
tis,ex circulo 30.annorum tolli,& sequitur etiam
Matth. Brun. consi. 23. Vltra responsiones, sub
num.6. vol.1. Imò in præsenti casu tempus quo-
que decem annorum re ipsa sufficeret: quod qui-
dem verum non fore,scribit Matth.Brun.in præ-
memorato conf.23. nu.6. Nec non iuramentum
etiam præsumi faceret, solennitates ipsas, in alie-
natione rei ecclesiæ interuenisse,teste Soc.in reg.
376.num.2.& 5.
40 Item † simulatio non præsumitur nisi probe-
tur. D.meus Marc.Ant.Eugen.conf.63.num.47.
vol.1. qui etiam dicit, quòd quilibet præsumitur
pauper,in conf.4.nu.55.vol.1.
41 Facto † diuortio si mulier reuerteretur ad ma-
ritum incontinenti, tunc vtique illud diuortium
citra dubium; simulatum præsumeretur. l.fi. ff.de
donat.inter vir. & vxor. vbi Bar.concedit etiam,
42 quòd † si dominus licentiaret famulum, & po-
stea incontinenti illum reassumeret, præsumi hu-
iuscemodi dimisionem & licentiam hoc casu in-
dubitanter simulatam ac fictam esse.
43 Nec non † si filius abstineret se ab hæreditate
paterna, & incontinenti facta abstensione repe-
riatur esse in possessione bonorum, animaduer-
tendum est, quod tunc abstinentia ipsa, absque
scrupulo aliquo præsumitur simulata, ita Bal. in
l.2. C.de repud.hæred.& ad hoc allegat Cyn.in l.
post contractum. ff.de donat. & facit, quod not.
Spe.in tit.de donat.§.1.vers.item pone,aliquis, &
Bal.in l.fraus.ff.de legib.
44 Similiterque † si donaui bona mea Gregorio,
& incontinenti homicidium commisi: tunc abs-
que dubio aliquo præsumitur etiā donatio isthæc
45 in fraudem facta; † prout accusatus de cōsilio præ
stito ad homicidium, si probetur, locutum fore
ad aures cum homicida,qui incontinenti Titium
occiderit; hoc nempe casu propter celeritatem
actus præsumitur quoque homicidium ipsum cō
suluisse, vt concedit Bart. in l.si ventri. §.fin.ff.de
priuileg.cred. & in d.l.post contractum,ff.de do-
nat. Cyn.in l.si quis post hac. C. de bon. dam. &
facit etiam quod voluit Bal.in l.s.C.de ser.fug.
46 Præsumēdum quoque est, † mulierem nuben
tem, marito suo, in dubio, ex authoritate Aristo
telis in Topicis, dare omnia bona eius in dotem
quam authoritatem lex nullatenus recipere com-
pertum est, teste Glo. in l.mulier bona,ff.de iure
dot.& sequitur Bar.in quæst.7. Mulier habēs am
plum patrimoniū, Bal.in l.nulla, col.2. C.de iure
dot.& in l.fi. C.de sent.quæ sine cer.quan. Ang.
conf.335. Statuto cōmunis Bononiæ,Rom.conf.
314. Laur, Calcan.consi.11.col.1. & seq. Alexan.
consi.144. Circa primum, col.1. vol.5. & consi.
142. Viso statuto, vol.7. Ruin. consi.224. vol.1.
Gozad.consi.33.nu.10.Soc.iun.consi.8.vol.2.&
in l.si constante,vbi Ias.& cæteri vnanimi concur
su omnes, ff.soluto matrim. Bero.consi.40. Viso
testamento,nu.2. & seq. vol.2. Corn.consi.127.
Licèt in hac consultatione, num.2.vol.4. Ioseph
Ludouici cum alijs signatis per eum in decis.Vm
briæ 99. Domina Horatia, num. 8. in 2. par. vbi
admonet,ita aliàs secundùm opinionem istam iu
dicasse, quæ re ipsa communis est,contra Aristo-
tel.attestante Dec.in d.auth.præterea,nu.6.Cur.
iun.consi.168.num.4. Francis.Tursan. in opinio.
119.Mulier nubens,& Rolan.in trac.de lucro do
tis, quæst.74.nu.6.cum alijs seqq.lib.1. quam qui
dem communem vtiliter cum suo necessario,ma-

gistraliq; apparatu limitauimus in Sylua, in opinio.278. Feudorum, num.8. cum alijs seqq. lib.1. prout limitat etiam Tursan. in d. opinio. 119. Crescentius decis. prima, aliàs 203. Mulier in quadam causa, tit. de secundis nuptijs, & Ioseph Ludoui.
47 ci in d. decis. 99. nu. 14. cum alijs seqq. † & dum nuper viderim Riminal. Iun. replicantem solita in suis commentarijs impressis in anno 1583. super Instit. de donat. in prin. nu. 154. vbi plura frustratoria effundendo verba contra proprium honorem, me illum locum non citasse, volens sua audacia quodammodò me alterum Deum in terra constituere, vt allegare voluissem res suas inibi adhuc non exaratas, & à nemine hactenus, quem viderim, allegatas: taliter quòd obscuram, incertamq; diuinationem, & augurium arbitrabatur euenturum: tamen cum inferre in me conuicium determinauerit, ac famam meam lędere, & studium suum illud fuerit, vt me in omne tempus, & in omnes annos, ac in perpetuum infamē redderet, volui tanquam non humili loco natus, huiuscemodi vanas infamias, maculasq; abstergere, auferre, & delere: vt vnusquisq; intelligat, ipsum Riminaldum mentis lumine obcæcatum, sed nulla culpa est, quæ non hodie subeatur: cum hodie etiam hieme semper vtamur iniocunda, & horribili, & perodiosa. Itaque scopum, veritatemque præsentis rei attingendo, concludo, improbis artibus Riminaldum fassum, me ad vnguem locutum, vt ipse egerat: cum ibi citauerat duntaxat Dec. & Gozad. & in d. opinio. mea omnes ferè Doct. præmemorati reperiuntur aggregati, atque citati, quos volui iterum allegare, vt benignissimi Lectores accuratius examinent, atque ponderēt peruersitatem istius Scriptoris, qui curis maceratur maximis, dum nihil de scriptis suis detractum est; & gaudeo, quòd contulerit suum studium ad res inanes; & scopus, ac finis in præsenti assertione mendacium fuerit: & licèt prætendat Monarcham fore: tamen nullum ex Doctoribus per me, & Iosephum de Ludouicis, in locis antesignatis citauit.

His itaque in medium explicatis, vt materiæ fęliciter intelligi possint; tamen cum ea, quæ oculis perspiciuntur, longè facilius animo percipiuntur, & commodius memoria cōmendantur, rem ergo notam cùm apertissimè intelligas, perpauca has resolutiones, vigilantissime Lector, ex me tibi celeriter coadunata suscipias, tu vel addas, vel subducas, quæ volueris, tuo quidem arbitrio positum est: satis enim, & mihi, & tibi satisfactum fuisse existimaui. cætera verò tu pro accurata perspicacis ingenij tui contemplatione, & assidua exercitationis vigilantia, quæ volueris, his rationibus, quas tibi explicaui adiunctis facilè consequaris. sed minimè hæc pauca etiam, modo, prætermittere volui, tanquam vtilia, vt operam meam tibi nauare queam, & præsertim, vt extrema primis respondeant, consentiant, atque simi-
48 lia sint, sciendum est, † quòd mulier præsumitur dotata, nisi contrarium probetur. l. si fraudator, §. s. circa fin. ibi, cum is indotatam vxorem ducturus non fuerit, & l. purè, §. pen. ff. de doli excep. & sic ista est præsumptio iuris. sed vbicunque maritata peteret paragium in Regno à fratre, & ille opponeret eam dotatam, & allegaret hanc præsumptionem, an ob hoc talis mulier repellatur. vide Luc. de Penna resoluentem in l. quicunque nu.66. C. de apoc. pub. lib. 10.

49 Verùm aduerte, † quòd dos non præsumitur tunc, quia dotare est facti, & facta nullatenus præsumuntur, nisi probentur. l. in bello, §. factæ, ff. de capt. & postlim. reuers. Dec. in auth. præterea, 1. not. C. vnde vir, & vxor. Ioan. Pet. Surd. consi. 94. Nulla, num.2. Cæphal. consil. 452. num. 34. volum. 4. & Bertran. consi. 419. Viso & ponderato, num.5. volum. 4.

50 Imò finaliter † mulier in dubio præsumitur habere animum procreandi liberos. l. 2. C. de indicta vidu. tollen. vbi tex. expressit, quòd natura, mulieres ad hoc progenuit, vt partus ederent: & maximè cum eis cupiditas in hoc constituta sit, vt ibi per illummet textum explicat Bar. & alij plerique omnes, & tantò magis cum matrimonium contrahatur ad sobolem procreandam. l. 1. & ibi Doct. ff. soluto matrim. & eò clarius etiam, cum matrimonium fuerit per hæc verba institutum, Crescite, & multiplicamini, & cętera. ita Glo. in c. vlt. de frigid. & malefic. & hinc est, quòd matrimonium fuit institutum ante peccatum, in humani generis propagationem, post verò peccatum, in infirmitatis remedium. c. quicquid, 32. q. 2. & sic matrimonij bona sunt tria, scilicet fides, proles, & sacramentum, cap. omne itaque, 27. q. 2. & Glo. iuncto tex. in c. per venerabilem, qui fil. sint legit. Habes ergo, studiosissime Lector, hæc omnia non commodiori fortasse ordine constructa, quàm expectaueras, quæ me plurimum incitauerunt, vt quædam; etiam sententias apertè satis explicarē possim, ea tibi in vnum pro magno nempè negocio coadunaui: quæ ne manca suapte natura, & trunca reperiantur, cōtuli in vnum quàm multa potui, quæ in significato concurrunt, & ut facilius intelligas, etiam quæ à maioribus tradita sunt, fateor longè plura colligi posse si quis in speculatione, ac cognitione hac laborare velit: quod fortasse aliàs faciam, cum trāquilliore animo fuero, si ocij potestas dabitur.

ARGVMENTVM.

Quomodo intelligatur, Archidiaconum & archipresbiterum non esse de capitulo, ex quo sunt capita capituli.

SVMMARIVM.

1 *Archidiaconus caput capituli dicitur.*
2 *Archidiaconus primum in choro locum, primamque in capitulo vocem habet.*
3 *Archidiaconus de distributionibus, secundum laudabilem ecclesiarum consuetudinem pro duabus partibus participare debet.*
4 *Consuetudo ecclesiæ principaliter attenditur in distributionibus eorum, quæ sunt de communi massa capituli.*

Consue-

5 *Consuetudinis, quæ pro lege seruatur, transgressor, vt diuinæ legis transgressor est puniendus.*

DECISIO CCXC.

ARCHIDIACONVS, & archipresbiter licèt non sint de capitulo, tamen hoc intelligitur verum fore, quòd nō sunt tanquam mēbra inferiora, sed tanquā caput capituli:
1 quoniam absque scrupulo aliquo, † Archidiaconus ipse, dicitur caput capituli, vt probat text. in c.dilecti filij, extra de maior.& obed. vbi Anton. de Butr. & Io.de Imola in 1. no. colligunt ex illo textu, dicente, Conquesti sunt dilecti filij Archidiaconus, & capitulum, quòd Archidiaconus dicitur re ipsa esse caput capituli, & hoc magis expressè sentit Bal.inibi, qui ex illomet textu colligit, quòd capitulum prosequitur iura Episcopatus, vbicunque Episcopus est in negligentia, vel dolo, & sic Bal.per illum tex. loquitur de capitulo conquerente, vbi interueniebat Archidiaconus cum Canonicis: & consequenter intelligit, quòd appellatione capituli venit Archidiaconus vti caput, & potissimum in fauorabilibus, & correlariè, quòd Abb. malè reprehendit Anton. & Imo.inferendo, quod Archidiaconus non sit de capitulo: quia rectè intelligendo ille tex. hoc nō probat: quę quidem sententia comprobatur ex il lo dicto Euangelico, Marci cap.16. Dicite discipulis eius, & Petro. ex hoc enim non sequitur, quòd Petrus non erat discipulus Domini: sed ideo dicitut, & Petro, quia erat caput discipulorum.

2 Et inde est, † quòd Archidiaconus ipse in omnibus, & quibuscúque ecclesijs Italiæ, habet, tam de iure, quàm de generali, & antiqua consuetudi ne primum locum in choro, & primam vocem in capitulo cum maxima præeminentia præceteris in ipsa ecclesia, prout ad faturitatem vsque demonstrauit, & aperuit Barbatia, consil. 5. Supremi optimi Principis Dei, colum.prima, cum alijs seqq. volum. 2. nam si non esset Archidiaconus de capitulo, vtique non haberet locum, & vocem in capitulo, nec etiam participaret cum illis, cuius contrarium apparet notoriè, & euidenter.

Sed negare sensum, & quærere rationem, teste Philosopho, 8. Phys.tex. 19. est debilitas intelle-
3 ctus: † meritò igitur Archidiaconus debet de distributionibus pro duabus partibus participare, iuxta laudabilem, antiquam, & generalem omnium ecclesiarum consuetudinem, prout latius scripsi in Sylua commun.opin.lib.1.opin.70. nu. 2. & ita etiam iudicari aliàs vidi, non semel tantum, in varijs causis.

4 Nam † in distributionibus eorum, quæ sunt de massa communi capituli, principaliter attenditur consuetudo ecclesiæ, vt voluit Inno.in c.cum omnes, quem referunt, & sequuntur ibi Abb. Felyn. & alij omnes concorditer, super Glos. pen. extra de constit.

5 Imò † transgressor cōsuetudinis, quæ pro lege seruatur, est sicut trāsgressor legis diuinæ puniendus, vt inquit textus formalis in cap. in his rebus, vndecima dist. & Abb. in c.cum consuetudinis, in 11.not.de consuet.

ARGVMENTVM.

Quòd tertius potest proponere iura sua, & opponere exceptionē in iudicio agitato inter alias personas, dummodo sua intersit, & tenetur statum probare suum interesse, & propter hoc impeditur non tātum cursus causæ, sed etiam executio non trium sententiarum conformium, licèt etiam tertio non valente posit opponi de iure suo quando excludit ius agentis.

SVMMARIVM.

1 *Litigantibus inter se de aliqua re, tertius cuius interest, exceptionem opponere, diffinirique facere iudicium potest.*

2 *Tertius comparens de suo interesse probare, ostendereque tenetur summariè vel arbitrio iudicis saltem semiplenè. hacq; semiplena probatio ob fraudis suspitionisque collusionem de iure rationabiliterque admittitur, nu.3.*

4 *Tertius opponens, præsertim incontinenti de iure suo docere paratus, sententiæ executionem impedit. Ampliatur tamen, tertium opponere de nullitate trium conformium ad illarum impediendam executionem.*

5 *Tertius, cuius nō interest, non admittitur in iudicio. fallit tamen, nu.8. & 10.*

6 *Tertius appellans pro suo interesse causam exprimere, eamque probare tenetur antequam in ea procedatur, aliàs non ritè appellat.*

7 *Mulier seu quæuis priuilegiata persona aliquid in iudicio prætendens, comparensque vti persona tertia restitutionem in integrum beneficiaque ad probandum obtinere potest.*

9 *Exceptionem de iure tertij opponere licet, quando quis in damnum incideret, iacturamq; indebitam pateretur, nisi ius tertij proponeret.*

11 *Opponi de iure tertij potest, vbi actus ipso iure esset nullus.*

DECISIO CCXCI.

1 LITIGANTES † de aliqua re inter se si sint, potest tunc venire tertius, cuius interest, & opponere exceptionem, & differri facere illud iudicium, vt l. si quis libertatem, ff.de pet.hæred.& ibi Bar.Couarru.magistraliter, atque fertiliter, cū necessario apparatu, in lib. practicarum quæstionum, cap. 14. num.4. & D. Antoninus Thessaurus, decis.4. Oppositio, num. 1. & seq. vbi discurrit & resoluit septem casus, in quibus admittitur oppositio de iure tertij, Alba, con sil.64.nu.3. Vnde tertius appellans pro suo interesse, eius appellatio prodest victo. Iaco. Nouel. in reg.236. Victoria, tomo 2. vbi hoc ponit pro reg. cum tribus ampliat. & septem limit.

2 Sed † tertius ipse comparens de suo interesse probare, ostendereque tenetur summariè, vel in-

continenti, idest arbitrio iudicis, saltem semiplenè, & sic semiplena probatio tunc sufficit. ita Panor. num. 5. & Fely. in princ. & num. 16. in c. cum super, de re iud. Bar. & omnes alij communiter in l. à sententia, in fi. per text. ibi; ff. de appel. & in l. à Diuo Pio, §. si super rebus, ff. de re iud. Ang. in l. si suspecta, num. t. ff. de inoff. testam. Bald. in l. fin. nu. 42. C. de edicto diui Adriani tollen. & idem Panor. in c. veniens, el 2. num. 13. de testib. Riminal. iun. consil. 445. In hoc articulo, num. 1. volu. 4. Couarru. in lib. practicarum quæstionum, cap. 16. num. 1.

3 Et † illhæc tertij probatio summaria, super suo interesse, ita de iure admittenda venit, rationabiliter quidem, ob fraudis, suspitionisque collusionem. l. si suspecta, ff. de inoff. testam. Et ratio est: quoniam audiri non debet is, cuius non interest. l. ille à quo, §. si de testamento, vbi Alexand. ff. ad Trebellian.

4 Imò † tertius opponens impedit quoque executionem sententiæ, & præsertim, si incontinenti de iure suo docere paratus est. c. veniens, il secondo, de testib. vbi Canonistæ omnes, & Legistæ in l. à Diuo Pio, §. super rebus, ff. de re iud. & l. pen. ff. de petit. hæred. & Boer. decis. 70. in princ. Bart. Bald. Imo. & alij in d. l. à sententia, Riminal. iun. consi. 445. In hoc articulo, num. 4. volu. 4. vbi nu. 3. hoc amplificat procedere etiam, post Cardin. in clem. 1. de re iudic. tertium opponere quoque posse de nullitate triũ sentẽtiarum conformium, ad impediendum illarum executionem, & sequitur etiam Felyn. & alij in d. c. cum super, Gozad. consi. 103. num. t. & to. vbi vtiliter quidem docet etiam quomodo per tertium probari debeat interesse, vt obtinere debeat pro impedienda ipsius sententiæ executione.

5 Et hinc est, † quòd tertius, cuius non interest, non admittitur in iudicio. l. non solent, de appel. recip. & c. nõ solent, 11. q. 6. ex quo de iure tertio competenti opponi non potest, Celsus Hugo cum alijs aggregatis per eum, consi. 100. Ex multis, sub num. 14.

Et quemadmodum tertius non admittitur, nisi prius doceat summariè, saltem semiplenè de
6 suo interesse: † ita tertius ipse appellans pro suo interesse tenetur causam exprimere, & illam probare antequam in ea procedatur, vt firmat etiam Matthæ. Brun. consi. 150. num. 1. & seq. volum. 2. aliàs non videtur ritè interposita appellatio. ita Innoc. Abb. Fely. & alij omnes in cap. cum super, de re iud. Bar. Alex. & cæteri in l. 1. §. fin. ff. de appella. & idem Fely. in c. quod ad consultationem, col. 10. & Matthæsil. sing. 123. nota regulam, qua cauetur, Riminal. iun. cons. 487. Primò mouetur, nu. 13. & consi. 494. Pulcherrimus, nu. 43. vol. 5. & requiritur isthæc causæ expresio, nõ equidem ad ipsius appellationis substantiam: verum ad finem, vt sciatur necne iudex deferre, vel non deferre debeat, secundum Bal. in addi. Spec. in titu. de appel. in ver. appellans à diffinitiua.

Sed aduerte, ne erres in practica, & in decisi-
7 uis, † quòd mulier, seu quæuis alia persona priuilegiata, prætendendo aliquid in iudicio, comparendoque, vt persona tertia, in causa ipsa, potest habere, obtinereque restitutionem in integrum, & beneficia ad probandum, & deducendum etiã iura sua, secundum claram decisionẽ Rotę Neap. relatam per Vrsillum in addit. Afflicti decis. 235. num. 4. & hoc itidem habui infinitis propè vicibus in facto, vt iudex, & vt aduocatus, prout ita quoque non semel tantum in varijs causis iudicauit sacra Regia Audictia Barensis, in anno 1589. & sequen.

8 Et † quamuis tertius, cuius non interest, non admittatur regulariter in iudicio (vt supra docuimus) tamen hoc claudicat non sortiri locum, primò, vt de iure quidem tertij opponi queat, vbicunque illud reperiatur exclusiuum iuris agentis, vt per Corn. consi. 202. lib. 2. Bart. Soc. & alios vnanimi concursu omnes in l. qui cum hærede, ff. de except. rei iudic. Claud. Seysel. in l. Celsus, nu. 29. ff. de vsucap. Anton. Ciofium, consi. 28. Cum diligenter, num. 31. volum. 2. Matthæ. Brun. cum alijs aggregatis per eum, consi. 19. In facto pręsup ponitur, num. 15. volum. 1. Et sic quando per oppositionem, seu exceptionem propositã iuris tertij excluditur ius agentis, eo casu, sine dubitatione aliqua semper auditur ipsa exceptio iuris tertij. l. si quis emptionis, C. de præscript. triginta annorum, Glo. Bart. in fi. & alij omnes in l. 1. & seq. C. de iure emphyt. & Ias. in d. l. qui cum hærede, sub num. 10. Neuizan. consi. 78. Vtinam, num. 9. Imò quotiescunque ius tertij foret exclusiuum iuris agentis, etiam tertio recusante, posset opponi. l. fi. C. de rei vẽd. Ant. Ciof. in d. cõs. 28. nu. 32. & seq. licèt, & malè, in casu suo firmauerit cõtrarium Riminal. iun. consil. 236. In præsenti causa, num. 13. & 16. volum. 3. licèt, & malè, Tiber. Dec. consi. 35. Quia video, num. 21. vol. 3. videatur firmare contrarium: quoniam tunc non diceretur vtique propriè excipere, sed intentionem agentis negare, vt per Bar. num. 1. & Soc. num. 6. in d.
9 l. qui cum hærede. † Imò etiam quando quis in damnum incideret, & consequenter iacturam indebitam quippe pateretur, nisi ius tertij proponeret, tũc licitum foret quoque opponere exceptionem de iure tertij. l. quamdiu. ff. de bon. libert. & d. l. qui cum hærede, vbi Bart. Soc. num. 13. & Ias. sub num. 10. Claud. Seysel. in d. l. Celsus, nu. 29.
10 ff. de vsucap. † Secundò hoc idem minimè procedit, vt in alio præsenti quoque casu opponere valeat tertius, etiam de non iure agentis: & sic exceptio de iure tertij quasi de non iure agentis indubitanter quidem opponi potest, teste Corn. consi. 92. In causa, vol. 4. & Simone de Prætis, consil. 35. Quamuis, nu. 35. vol. 1.

11 Prout † denique opponi etiam posset de iure tertij, vbicunque actus esset nullus ipso iure, vt per Alex. consi. 38. col. fin. volum. 2. Rolan. consi. 15. num. 22. volum. 1. Menoch. consi. 1. num. 120. consi. 79. nu. 28. & seq. & consi. 90. nu. 110. vol. 1. & ita aliàs iudicauit sacra Regia Audientia Barensis, in anno 1589. ad fauorem Magnificæ Vniuersitatis Melficti, contra aliquos suos ciues.

ARGVMENTVM.

Quando secundum testamentum factum inter liberos annullet primum, & quantum tempus requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum inter liberos per secundum non reuocatur, nisi primi fiat mentio illud in specie annullando, nec sufficit clausula generalis, nu. 2.*

3 *Testamentum inter liberos cum clausula derogatoria expressa ad tollendum, non sufficit in secundo exprimere, non obstante testamento inter liberos facto, sed quòd dicatur, non obstante clausula derogatoria.*

4 *Testamentum primum pro pia causa, per secundum de eo mentionem non faciens, reuocatum non censetur.*

5 *Testamentum secundum quamuis imperfectum, primum perfectum decennio transacto etiam non facta mentione clausulę derogatorię in primo appositę, tollit: & de ratione, nu. seq.*

6 *Obliuionem, decennio lapso, lex presumit.*

7 *Testamentum secundum, si ex eo de iure ciuili hereditas adiri potest, primum tollit.*

8 *Testamentum secundum solenne inter liberos omne precedens tollit etiam inter liberos absque speciali mentione clausulæ prioris derogatoriæ.*

9 *Testamento secundo regulariter primum reuocatur, secundumque attenditur, etiam si mille alia præcederent, cum ampliationibus, & limitationibus remissiuè, nec clausula, cassans & renocans, opus est: proceditque etiam si testator primum non reuocare iurauerit.*

DECISIO CCXCII.

1 Testamentvm † inter liberos côditum, per secundum non reuocatur, nisi fiat mentio primi, illud in specie annullando. authen. hoc inter liberos, C. de testam. & ibi Paul. Castren. num. 4. Corne. las. in l. limita. & alij omnes, & Borgnin. Caualcan. decis. 27. num. 66. de contractibus, Riminal. iun. consi. 235. Dubitabilis, num. 2. 19. & 20. vol. 3. Cæphal. consi. 548. Dona, num. 10. vol. 4. & idem Corne. consi. 7. nu. 6. & seqq. vol. 4.

2 Et † clausula generalis tunc non sufficit, secundum Curt. iun. consi. 169. nu. 8. Craue. consi. 152. num. 12. Guido Papæ, decis. 127. post num. 2. Couarru. de testam. in 2. par. num. 19. Iul. Clar. in §. testamentũ, quæst. 98. & seq. & Alphan. in recollect. 478. Io. Anto. Rub. consi. 24. Præsupponitur, sub

3 num. 4. † Imò hoc eatenus amplificatur, quod si conditum quippe sit testamentum inter liberos, & in eo apponatur clausula derogatoria expressa, tunc ad tollendum hoc testamentum haudquaquam sufficeret exprimere in secundo testamento, non obstante testamento facto inter liberos: sed vtique requireretur quoque, quòd assereretur, non obstante etiam clausula derogatoria, vt per Paul. Castren. & cæteros vnanimi consensu omnes in authen. inter liberos, C. de testamen. Cæphal. consi. 375. Testatrix, num. 16. & seq. vol. 3. & consi. 548. Dona, num. 13. volum. 4. Io. Anto. Rub. in d. consil. 24. num. 13. vbi enunciat illam esse omnium communem opinionem, & Rimin. iun. in d. consi. 235. num. 60. cum alijs seqq. volu. 3. Hierony. Gabriel. consi. 114. Puto, nu. 1. & seq. volum. 2. & ita decisum extitit in sacra Audientia Barensi, in anno 1589. in causa tunc exagitata inter aliquos de ciuitate Bitonti.

4 Et † testamentum primũ pro pia causa factum, per secundum de eo mentionem non faciens, reuocatũ non cẽsetur, Laur. de Pinu, consi. 24. nu. 1.

5 Est bene verum, † quod regulariter secundum testamentum, quamuis imperfectum sit, tollit dubio procul primum testamentum perfectum, atque solemne, vbicunque à primo testamento ad secundum transacti reperiantur decem anni: & tunc reuocatur primum testamentum per secundum, etiam quòd in eo facta quippe non fit mentio clausulæ derogatoriæ appositæ in primo testamento. ita Bal. num. 6. & alij omnes iuris interpretes in l. sancimus, per tex. ibi, C. de testam. Fulgos consi. 57. Alex. consi. 105. col. 2. volum. 4. & in l. si mihi, & tibi, §. fi. num. 4. ff. de leg. 1. Clarus in §. testamentum, quæstio. 99. versi. scias etiam, vbi post alios congestos per eum, recitat istam esse communem opinionem, quam sequitur etiam, atque strenuè tuetur Io. Vincent. de Anna in allegat. 10. in causa Magnifici Angeli, nume. 1. cum alijs seqq. vbi memorat quoque ita aliàs in sacro Regio Cõsilio decisum in facti contingentia extitisse, & ita in terminis doctissimè quidem consuluit Barbat. consi. 72. Illud in medium referam, vol. 3. & Bertran. consi. 133. Pro faciliori, num. 6. volum. 7. Tiber. Decian. consi. 126. Quoad illud, sub num. 2. versi. item quando, volum. 3.

6 Et ratio ea est, † quoniã lex præsumit obliuionem, vbi esset lapsum decennium. l. peregrè, vbi Doct. ff. de acquir. poss. Bart. in l. qui fundum, §. seruus, ff. pro empto. Bal. in l. 1. col. 3. C. de confes. Sed contrarium tenet Laur. de Pinu, consil. 55. num. 5. quòd primum testamentum non dicitur reuocatum per secundum non solemne, etiam, quod adsit in eo clausula, cassans & irritans, &c.

7 Necnon † secundum testamentum & tollit primum, & hoc, quando per secundum potest adiri hæreditas de iure ciuili, vt per Bart. in l. si quis eũ, §. si cum suo, in ver. iuxtam legem nostram, ff. de

8 vulg. & pupil. Prout † testamentum secundum solemniter factum inter liberos, tollit quoque omne præcedens testamentum, etiam inter liberos, absque speciali mentione clausulæ prioris derogatoriæ, vt aperit Bero. consil. 3. Viso puncto, num. 8. vol. 2.

9 Taliter, † quòd testamento secundo regulariter reuocatur primum. §. posteriore, vbi omnes Doct. Instit. quib. mod. testam. infir. Corne. in d. consi. 7. num. 5. volu. 4. Rolan. consil. 33. num. 18. volum. 3. Alber. in l. si quis in principio testamenti, num. 10. ff. de leg. 3. idque procedit ita de plano, etiam si mille testamenta præcederent, vt secundum testamentũ ipsum, tunc atten di debeat,

c. cum

c.cum Marthæ, de celebrat.missarum, & l.cũ hic status, §. 1.ff. de donat.inter virum, & vxor. Riminal. cum alijs signatis per eum, consi. 169. Magnificus, ac strenuus, sub num.5. vol. 3. vbi num.6. & seqq. ponit duas alias ampliationes, & duas itidẽ limitationes, num.86. & seq. & hoc idem ampliat quoque cum magno profectò apparatu in sex casibus Cæphal.consi.519. Conditum fuit, num.1. & seqq. volu.4. & consi.375. Testatrix, num.1. & seqq. volum.3. In tantum, quòd testamentum ipsum secundum tollit quoque primum, nec tunc clausula opus est, cassans, & reuocans, &c. vt per Ang.consi.258. Dec.consi.512. Bertra.consi.36. Testamentum, num. 1. volum.7. Rolan. consi.33. Illustris, nu.22. volum. 3. quod quidem etiam procedit si testator primum non reuocare iurauerit, quia testamentũ secundum primo præualet. Lau. de Pinu, consi.18. nu. 1.

ARGVMENTVM.

Non debet ex alterius arbitrio dependere testamẽtum. Secus autem in donatione causa mortis, quæ prouenit per legem.

SVMMARIVM.

1 *Testandi actus ex alterius arbitrio pendere non debet: & quando dependere dicatur, nu.2.*

3 *Voluntas vltima in alterius voluntatem per testatorem non confertur, sed per legem sic.*

DECISIO CCXCIII.

1 TESTANDI † actus, non debet dependere ex alterius arbitrio. l.senium, C. qui testam. facere poss. l.illa institutio, ff. de hæred. instit. & l.tam is, §. 1. ff. de donat.cau.mort.

2 Et † tunc diceretur actus ipse testandi pendere ab alieno arbitrio, vbicunque ita disponeretur & ordinaretur, instituo Gregorium hæredem, si Titius voluerit, vel facio testamentum, si Titius voluerit, vt tradunt Docto. omnes in l.captatoria, C. de militari testam. & ita iudicauit aliàs sacra Regia Audientia Barensis, in anno 1589. annullando testamentum sic publicatum in Terra Putiniani.

3 Et † licèt vltima voluntas conferri nequeat in alterius voluntatem: tamen aduerte hoc verum esse per testatorem, non autem per legem: cum hoc per eam fieri queat, vt apparet in donatione causa mortis, quæ vtique est species vltimę voluntatis, l.fin. C. de donat. cau.mort. & tamen potest pẽdere ex alieno arbitrio. l.filiusfamilias, & l.tam is, ff. de donat.cau.mort. & probatur in l.captatorias, §. senatus prohibuit, ff. de hæred.institu. & ita firmat Ang.consi.68. Præmitto primò, quòd solemnitas, & consi.126. Testamenti factio, Capra, consi.21. Cum de duobus, col.2. vers. sed his non obstantibus, & col.3. vers. quod & primò, & Soc. in l.pactum, quod dotali, in fi. C. de pact.

ARGVMENTVM.

Licèt testator disposuerit quòd hæredes permaneant in communione rerum, potest tamen ex altero eorum peti diuisio causa subsistente.

SVMMARIVM.

1 *Testatore institutis hæredibus, vt per aliquod tẽpus conuiuere vel simul habitare velint præcipiente, segregari possunt, vt alterutri non imputetur. fallit tamen, & nu.3.*

2 *Dilapidator à societate per testatorem ordinata amoueri, bonisque interdici debet, eidemque fieri sequestrum bonorũ alienatioq; prohiberi potest, ac denique is deponendus venit.*

3 *Diuisio peti potest, hæredum & sociorum aliquo rixoso existente.*

4 *Rixa, quoddam priuatum bellum, non ex publica authoritate, sed ex inordinata voluntate videtur.*

5 *Discordia disgregationem quandam voluntatum in diuersa importat, estque litium mater ac penitus extinguenda.*

DECISIO CCXCIIII.

1 TESTATOR † instituens duos hæredes, præcipiensque, vt stare, viuereque deberent in communione rerum, vel habitare simul, aliquibus annis, vel mensibus, an tunc possint segregari, vt non imputetur alterutri. respondeo, si forent discordes, vel vnus sit dilapidator, quòd sic. l. si plures curatores, §. quamuis, ff. de administr. & peric.tut. vel curat. & l.quidam, §. vsque adeò, eod.titu. & l.pater, quam, ff. de testam. tut. l.non aliter, ff. vsu, & habit. & l. eum qui. C. de episco. & cler. & Apostil. in l.in hoc, §. fin. ff. commu.diuid. & ita iudicauit sacra Regia Audientia Barensis, ad fauorem cuiusdam mercatoris Veneti, in anno 1589.

2 Et ratio viuax ea est, † nam dilapidator ipse, non solùm debet amoueri à societate ordinata per testatorem: sed debet etiam ei bonis interdici. l.is cui bonis, & ibi Glo. Barto. & alij vniformi concursu omnes, ff. de verbor.oblig. & Bal. in l.2. in fi. C. de hær. vel actio.vendi. vbi concedit quoque, eidem posse fieri sequestrum bonorum, alienationemque prohiberi, & voluit etiam Spec. ti. de actore, vers. item quòd est tutor. Imò dilapidator ipse venit denique deponendus quoque, c. licèt Hely, de simonia, c. Apostolos, 12. q.2. & cap. nullus res, 17. q.4.

3 Secundò † fallit etiam, vbicunque aliquis ex ipsis hæredibus, & socijs esset rixosus: tunc enim posset peti diuisio. ita Bart. in l.si conuenerit, ff. pro socio.

4 Et nihil mirum, † quia rixa videtur quoddam priuatum bellum, quod agitur inter personas priuatas, non ex aliqua publica authoritate, sed magis ex inordinata voluntate, teste S. Thoma in 2.

5 2. quæst.41. art.1. † imò discordia ipsa importat disgregationem quandam voluntatum in diuersa, vt per eundem S. Thom. 1 2. q.37. art.1. in tantum

tum

tum, quòd re ipsa discordia est mater litium. Glo. in extrauag. Io. 22. de ver. sig. in ver. discordia. quæ quidem discordia penitus & omnino est extinguenda, & pax conseruanda. ita in extrauag. Sixti Quarti, de treuga, & pace, in prin. & Glo. in c. conquerente, de offic. ordinarij. & hinc religiosè quidem cōcludit Ambros. lib. de Patriarchis, quòd melius est migrare cum gratia, quàm cohabitare cum discordia: & quod melius est sine lite abire, quàm cum iurgio residere. taliter quòd hanc Bar. opinionem, doctrinamq; tanquam ad quietissimam vitam mortalium tendentem in terra, suscepit Paulus Orosius de Ormesta, lib. 4. dū ita ibi testatum reliquit, quòd discordia infæliciter exagitante nulla vnquam tempora, vel prospera, vel domi quieta dicuntur. & eò magis, cū attestante Iulio Celso de gest. Cæsaris, lib. 7. magna dissensionibus incommoda oriri solent. & potissimum cum teste Salustio in Iugurta, omne bellum facilè sumitur: cæterum ægerrimè diffinitur, non in eiusdem potestate initium & finis est.

ARGVMENTVM.

Testamentum semper censetur factū secundum dispositionem, vel iuris Canonici, vel statuti, secundum quod viuitur in loco, vbi cōditum est testamentum: & ideo si vocaret proximiores in substitutione, tunc venirent vtique, qui secundum dispositionem iuris, qua viuitur in dicto loco conditi testamenti, deberent succedere.

SVMMARIVM.

1 *Testator dispositioni vel iuris communis, vel statuti in loco vbi seruatur, se conformare censetur.*

2 *Testatore ad fideicommissum proximiores vocante, si nullum in loco extet statutum, illi venirent qui iure communi inspecto respectu successionis proximiores forent, quamuis respectu naturę vlteriores gradu reperirentur.*

3 *Proximioribus vocatis, si statutum iuri cōmuni contrarium extet, hi veniunt, qui secundum illud ab intestato præferuntur. Et quid si addita sit clausula, salua gradus prærogatiua, nu. seq.*

5 *Testator prædiligere, ad fideicommissumque vel ad successionem, non eos qui naturæ gradu inspecto proximiores sunt, sed respectu successionis, vocare censetur.*

6 *Proximioribus vocatis veniunt, qui tales sunt respectu successionis ab intestato, iuxta dispositionem iuris in loco.*

7 *Filia quòd testatori, natura inspecta, propinquior sit, nihil refert, cum successionis gradus attenditur, statuto præsertim prælationis ordinem ponente.*

DECISIO CCXCV.

1 TESTATOR † sicut in loco, vbi seruatur ius commune, censetur illius dispositioni se conformare, vt per Ias. in l. cum filiofamilias, nu. 38. ff. de leg. 1. Bart. & alios omnes in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. Tiber. Decian. consi. 28. Breuiter, nu. 10. & 29. vol. 5. Riminal. iun. consi. 287. Dominus, num. 3. & seqq. vol. 3. ita vbi extat statutum contra ius commune in loco, videtur se conformare dispositioni statuti. ita Bar. in l. hæredes mei, §. cum ita, nu. 40. vbi omnes vniuersaliter, ff. ad Trebell. Imola in l. fi. ff. de condit. & demonst. Alex. consi. 15. num. 3. vol. 4. Fulgos. consi. 34. col. 2. Corn. cons. 22. num. 14. vol. 2. Brun. de stat. exclud. fem. art. 5. quæstio. 12. Tiber. Decian. consi. 26. Dubitatur, num. 67. vol. 2. & Clar. in §. testamentum, quæst. 76. ver. scias tamen, vbi enucleat istam esse communem opinionem, & ita aliàs in facti contingētia in causa quorundam de Terra Celentiæ iudicauit Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ, Comitatusq; Molisij, in anno 1584.

2 Iccirco † si statutum non adesset in loco, & testator vocaret ad fideicommissum proximiores, tunc vtique venirent hi, qui iure communi inspecto; respectu successionis proximiores forent, quamuis respectu naturæ essent, reperirenturq; vlteriores gradu, secundum Glo. & Imo. in l. cum ita, §. in fideicommisso, in fine, ff. de leg. 2. Ripa in l. ex facto, num. 7. ff. ad Trebell. Alex. ad Bart. in l. si cognatis, in ver. quæro, ff. de reb. dub. Bal. cons. 488. vol. 3. Ias. consi. 215. col. 5. vol. 2. Rub. Alexandrin. cons. 82. col. fin. & per totum, Brun. cons. 191. nu. 10. vol. 2. Ant. Gabriel. in conclus. 1. de success. ab intestato, num. 4. & Sim. de Prætis cons. 37. nu. 51. vol. 1.

3 Si verò † adsit statutum iuri communi contrarium, tunc nempè proximioribus vocatis, hi veniunt, qui secundum dispositionem statuti ab intestato præferuntur. ita Doct. omnes in d. l. cum ita, §. in fideicommisso, & in l. fin. C. de ver. signif. Anchar. consi. 433. nu. 2. Corn. cons. 27. num. 11. vol. 2. Soc. cons. 51. num. 26. vol. 4. Soc. iun. consi. 135. nu. 4. vol. 1. Bero. cons. 144. num. 15. vol. 2. & Brun. consi. 151. nu. 14. & seq. vol. 2.

4 Quæ † quidem opinio, quamuis contradictores habeat, quando verbis præfatis addita sint verba (salua gradus prærogatiua) secundùm Dec. consi. 5. col. fin. tamen contradictio hæc in puncto iuris nullatenus vera extat, vt probat Sim. de Præt. in d. consi. 37. num. 25. & seq. nihilominus tamen communis est, & magis recepta, tum quia proximiores simpliciter vocantur, vt probatur ex authoritatibus antesignatis: tum etiam quando vocarentur gradatim proximiores. ita Alex. consil. 88. nu. 4. & consi. 137. in princ. vol. 1. Ias. consi. 159. nu. 4. vol. 4. Paul. Castrens. in l. fin. col. fin. C. de ver. sig. & Dec. cons. 299. in fine.

5 Et ratio est euidens, † quia censetur testator prædiligere, & vocare ad fideicommissum, vel ad successionem non eos, qui naturæ gradu inspecto proximiores sunt: sed qui sunt proximiores respectu successionis, vt firmauere Doct. in l. Gallus, §. quidam rectè, ff. de lib. & posth. in d. §. in fideicommisso, & in d. l. fin.

6 Vnde fit, † vt proximioribus vocatis veniant illi qui tales sunt respectu successionis ab intestato, iuxta dispositionem iuris, quod in loco seruatur.

uatut. ita Bal. consi.334.nu.3.vol.3. Dec. consi. 321.nu.3.Brun.d.conf.151.nu.4.vol.2.Soc.consf. 252.ante nu.18.vol.2.& consf.51.ante nu.20.vol. 4.& Corn.d.consf.22.nu.15. vol.2.

7 Et † quòd filia sit testatori propinquior, natura inspecta, nihil referat, firmat expressè Corn. in d.consf.22.nu.15.& alij Doct.præcitati, qui tradunt attendi gradum successionis. & tanto magis, cum statutum, quo fœminæ excluduntur, ponat ordinem prælationis, teste Baldo in l.fratres, in fi.C.de inoffi. testam.

Et denique reipsa concludo, quòd filia, quæ erat in primo gradu, respectu naturæ, sit in tertio, vel quarto gradu successionis, si à vigore statuti præferatur constitutus in secundo, vel tertio gradu, respectu naturæ, vt declarat Brun. in d. consi.151.nu.14.& seq.lib.2.

ARGVMENTVM.

Quæ fiunt in occulto, prout collusio, possunt probari per indicia & præsumptiones. Et potest semel iudicatus iterum iudicari, quando interuenit collusio in prima sententia.

SVMMARIVM.

1 *Collusio per suspiciones etiam probatur.*
2 *Occultè fieri consueta, per indicia, præsumptiones, & coniecturas probantur.*
3 *Præsumptiones per iudicem admissæ, liquidissimæ probationes dicuntur.*
4 *Collusio sententiam reddit ipso iure nullam.*
5 *Confessio ex collusione emanata, tertio non præiudicat.*
6 *Condemnatus minori quàm delictum exigat pœna, iterum ab alio iudice, à quo similiter de eodem crimine inquisitus extitit, puniri non potest.*
7 *Condemnatus insufficienter reus, amplius non punitur.*
8 *Absolutus semel, amplius ex eadem causa non molestatur, nisi collusio interuenerit, nu.10.*
9 *Condemnatus semel in vno foro, in alio condemnari non potest.*

DECISIO CCXCVI.

1 COLLVSIO † de iure probatur nõ solùm per indicia, & præsumptas probationes: sed per suspiciones etiam, vt probat tex. notabilis, & singularis in l.quia autem, §.non simpliciter. ibi, si tamen nulla suspitio collusionis religionem prætoris instruxerit, ff.si quis om.cau.testam.quem tex. plurimum ad hoc notat, & commendat ibi Ang. afferens non immeritò quidem esse menti tenendum, quo ad modum probandæ collusionis, & sequuti sunt hoc idem Bal.in l.1.in fi.C.ob cau.testamen. Io. de Ana. in rub.extra de collusio.detegen.colum.fin. Paris de Puteo in tra ct.a.syndicatus, in ver.tortura, col.19. vers.licèt alijs dicatur, & col.43. vers.& in occultis iudex, & Prosper Farinacius in suis quæstionibus, & communibus opinionib.crimin.lib.1.quæst.4.sub nu. 19. vbi tradit cõmodum exemplum, & viuacem etiam rationem.

Pro qua quidem sententia optimè facit hæc viuax ratio, quoniam collusiones non fiunt in plateis, testibus vocatis, sed in occulto, ne deueniant ad partis notitiam, contra quam colluditur. &

2 hinc est, † quòd ea quæ consueuere fieri in occulto, probantur per indicia, præsumptiones, & coniecturas, vt per Docto. communi voto omnes in c.ad nostram, de empt.& vendit. & in c.illo uos, de pigno. Bart. & cæteros vniuersaliter omnes in l.post contractum, ff.de donat. Alexan. in l.fi.in fi.in addi. ad Barto. ff.de quæstio. in addit. incip. primo casu adde, in fi.per notata in l.fi.C.de probat. & in l.si qui, C. de adulter. & per Afflict. in tracta.de iure prothomiseos, in ver.nisi quis, col. 3.& seqq. vbi tradit innumerabiles propè coniecturas, & Barba.consf.31.Omnipotentem Deum, volum.4.

3 Et hinc est, † quòd vbi iudex admittit præsumptiones, illæ absque scrupulo aliquo, dicuntur liquidissimæ probationes, teste Glo.in l.fi.C.de periculo tutor.& Bal.in l.quicunque, C.de seruis fugit.& in rub. de probatio.

4 Itaque ex his conclude in practica, † quòd collusio ipsa reddit sententiam nullam: & sic sententia per collusionem obtenta est ipso iure nulla, secundum Archid. in c.si quem pœnituerit, 2.q.3. Alber.de Rosa.in rub.C. de collusio.detegen. & Canonistas in c.fin.vbi est bonus tex. de hoc, extra eod.titu.

5 Necnon † confessio emanata ex collusione minimè præiudicat tertio, per ea quæ habentur per Glo.& alios omnes in c.super eo, extra de eo qui cogno. consan. vxor. suæ. vbi illa confessio, quæ per collusionem emanauerat, non præiudicat matrimonio.

6 Et † quamuis cõdemnatus per unum iudicem minori quidem pœna, quàm exigat delictum patratum, non possit vllo nempe modo iterum tũc condemnari, atque puniri ab alio iudice, à quo similiter inquisitus extiterat de eodem met crimine, vt discurrit, ac constantissimè firmat Boer.decis.289. per totam, vbi commemorat etiam istam esse communẽ omnium in iure Scribentium opinionẽ, & videtur tex.in l.licèt, §.fi.ff.nautæ, caup. stabul. & in c.at si clerici, de iudic. vbi dicitur, nemo debet duplici contritione conteri; licèt, & malè, asseruerit contrarium Albert.Galeot.in sua

7 Margarita, in cap.31.num.14. † quòd vbicunque insufficienter reperiretur condemnatus reus, tũc posset contra eum iterum procedi. & ratio ea est, quoniam secũdum Prophetam Natham, 2. Deus non iudicat bis in idipsum.

8 Prout etiam † semel absolutus, minimè potest amplius ex eadem causa vexari, atque molestari, vt per Riminal. iun. consil. 109. Quoniam statutum, num. 12. & consi.268. Vana, num.4. volu.3.

9 Nec † cõdemnatus semel in vno foro potest condemnari in alio. Franc. Beccius, consil.69.num.2. & 4. vbi hoc vtiliter etiam explicat & explanat, & seriosius etiam Prosper Farinacius in suis quæstionibus, & communibus opinionibus criminalib.

in 1.lib. quæst.4. num.1. & seqq. nihilominus ta-
10 men †vbicunque collusio interuenisset, semel ab solutus tunc (vt omnia præmemorata vno verbo claudam) non prohiberetur, imò posset tunc absque scrupulo, iterum inquiri, vexari, ac molestari, c.fin.& ibi Abb. Io.de Anan. & alij vniuersaliter omnes, de collus.detegen. l.si cui, §.ijsdem, vbi Glo. Bar.& cæteri Legistę vniformi voto omnes, ff.de accusat. & Farinacius cum cumulo Doctorum relato per eum in d.quæst.4.num.13.vbi meminit de communi opinione, & ita in facti contingentia aliàs iudicatum extitit in anno 1589.in sacra Regia Audientia Barensi, contra B. de Terra Cisternini.

ARGVMENTVM.

Semper seruandus est stilus & obseruantia Curię, & secundum stilum & obseruantiam debent causæ terminari.

SVMMARIVM.

1 *Stilus Curiæ, præsertim sacri Consilij in Regno, vim legis habet proque lege obseruari, attendique debet.*

2 *Stilus Curiæ tantæ vis est, vt allegationum tempore à parte deduci, allegarique possit.*

3 *Allegari sine probatione vbi aliquid sufficit, satis est quòd illud in allegationibus iuris allegetur, licèt ante conclusionem in processu non fuerit deductum.*

4 *Stilus Curiæ sufficit quòd à parte tanquam notorium iudici allegetur, qui de eo se ex officio informare debet, vt rectè iudicare valeat.*

5 *Consuetudinem vel Curiæ stilum ita se habere aliquo allegante, iudex à tabellionibus curialibusque, se informare debet, an ita de consuetudine stiloque obseruatum fuerit.*

6 *Consuetudo notoria, vt est quæ in Curia viget, licèt à parte non allegetur, nec opponatur, iudex ex officio supplere debet.*

7 *Iudex contra consuetudinem iudicans, litem suam facit.*

DECISIO CCXCVII.

1 STILVS †obseruantiaque curiæ, & longæuus vsus causarum, habet re ipsa vim legis, & pro lege absque scrupulo aliquo allegari potest. clemen. sæpè, §.& quia, & ibi Card. Florent. in 6.q. Georg. Natta in repet. sua, col.2. de verb.sig. Afflic. decis.79. In causa appellationis, in fi. decis. 135. decis.253. decis.243. & decis.391. & D. meus Marcus Ant. Eugen. consi.42. Causa appellationis, num.11. volum.1. & quòd stilus communisque obseruantia pro lege obseruari debeat, tenet Menoch. consil.345. Existimo, num.52. volu.4. & Rolan. etiam, consi.70. nu.13. volum.1.& præsertim stilus sacri Consilij in Regno habet similiter vim legis, vt ostēdit cum suo necessario fastigio, & apparatu Carauita in ritu primo, sub nu.23.& in ritu 260. sub nu.7.

Et ratio ea est, quoniam stilus ipse curiæ, omnino attendi debet, teste Barto. in l.iuris peritos, ff.de excusat.tutor. Felyn.in cap.2.colum.7. extra de rescrip.& Benedict. Capra in Clem. Auditor, num.13. eod.tit.

2 Et hinc est, † quòd stilus curiæ videtur talis virtutis, & efficaciæ, quòd absque dubitatione aliqua, potest deduci, allegarique à parte, etiam allegationum tempore, vt firmat Alex. in l.1. col.1. C.vt quæ desi.aduoc.per doctrinam Ant.de But. in c. peruenit, extra de empt. & vend. vbi vtiliter
3 quidem concedit, † quòd in casibus, in quibus, absque probatione, sufficit aliquid allegari, prout est de natura notoria, iuxta no. per Glo. in clem. appellanti, de appellat. tunc sufficit, quòd illud in allegationibus iurium allegetur, quauis ante conclusionem non fuerit in processu deductum, pro quo facit itidem quod voluit idem Ant.de Butr. in c. dudum, il primo, extra de elect.

Imò stilus ipse, & obseruātia curiæ, longæuusque causarum vsus, licèt ius sit, seu lex, vel vim legis obtinere queat, & insimul quandocunque al-
4 legari coram iudice: † tamen sufficit, quòd ille iudici à parte allegetur, tanquam notorium, & tunc iudex potest & debet se de eodemmet stilo informare ex suo officio, vt valeat rectè iudicare. casus est in terminis in l.3.§.fi. ibi, diligentię iudicantis, est explorare, quæ consuetudo in ea prouincia, in qua iudicat, fuerit in testibus transmittendis, ff.de testibus. In tantum quòd per illum tex. non immeritò notat Barto. in l.seq.incip. l. Iulia,
5 eod.tit. † quòd vbi aliquis allegat ita esse de consuetudine, vel de stilo curiæ, iudex debet à seipso se informare à tabellionibus, & curialibus, an fuerit ita de cōsuetudine, & stilo curię obseruatum, cuius opinioni innititur, non leuibus suffultus rationibus, Alex. in l.1.col.1. vers. plus dico, quòd etiam si consuetudo, seu stilus, C. vt quæ desunt aduocat. iudex supple. allegando ad hoc doctrinam Cyni in l.2.C.quæ sit longa cōsuet. & But. in c.fi.extra de consuet.& ita consuluit Ange.de Vbaldis, tamquam consultor, cons.309. aliàs 409. Factum est tale, Christophorus Petri conductor, colum.2.vers.conclude ergo ex præmisis, vbi ipse consuluerat accusatos debere condemnari, & tamen quia extiterat coram eo allegatus stilus curiæ, vti consultore, in contrariam vigere, concludit atque determinat, quòd curia se informet, ac informare se debeat de veritate stili allegati, & cōstito de veritate ipsius stili, prouideat debere illum obseruari, & condemnatos absolui. & ita obseruauit non semel tantum sacra Regia Audientia Barensis, in anno 1589.& seq. in determinatione variarum causarum, tam ciuilium, quàm criminalium.

6 Imò plus dico, † quòd quando consuetudo est notoria, prout accidit, vbicunque ea viget in curia; tunc vtique, etiam si à parte non allegetur, nec opponatur, iudex debet indubitáter quidem ex suo officio supplere. ita Oldra. quem refert, & sequitur Bald. in d.l. 1. in fi. C. vt quæ desunt aduocat.& commendat Alexan. in princ. allegando tex. in auth. iubemus, cū notatis per Bal. in 4.no.

C.de

C. de iudic. vbi cōcedit Baldus ipse, quòd iudex supplet ea, quæ sunt consuetudinis.

7 In tantum, † quòd si iudicaret contra consuetudinem, faceret nempe, & absque scrupulo aliquo, litem suam iudex, ac si iudicaret contra legem. & facit etiam quod voluit idem Bal. in l. filiusfamilias, §. veteranus, col. 1. ff. de procura. vbi cōstanter quidem firmat, quòd iudex potest supplere ex officio, allegando consuetudinem.

ARGVMENTVM.

Ponuntur requisita in stipulatione, & quòd sufficit quòd appareat de stipulatione concepta per quæcunque verba, & si fieri potest inter absentes.

SVMMARIVM.

1 *Stipulationis necessaria requisita quatuor, & quæ sint.*

2 *Stipulationem probare offerens, tria requisita verificare tenetur, vt alterum per se non sufficiat, & quæ.*

3 *Stipulationis inducendæ forma, qualis.*

4 *Stipulatio interrogationem præcedentem, responsionemq; sequentem requirit, vt animus magis deliberatus ad promittendum exprimatur.*

5 *Stipulationem probare offerens, interrogationem præcessisse responsionemque incontinenti sequutam, quia stipulatio ipsa non præsumitur, docere tenetur.*

6 *Stipulatio, quomodo diffiniatur.*

7 *Stipulatio per quæcunque verba concepta reperiatur, valet.*

8 *Stipulatio verborum, vtroque loquente contrahitur.*

9 *Stipulatio contrahitur etiam si præsens præsenti det schedulam scriptam, licèt verba aliter non interueniant.*

10 *Stipulatio per epistolam etiam probatur.*

11 *Stipulatio per epistolam fieri nequit, sed inter præsentes.*

12 *Stipulatio licèt partium verba requirat, si tamen murus vel cortina in medio extaret, earum visus reciprocus non requiritur, vt stipulatio ita contracta valeat.*

13 *Stipulatio verborum interpretatur habere locum vbi probatio stipulationis debet fieri per testes, secus verò si per instrumentum.*

14 *Cancellatio verbi ita operatur, sicut facti, in instrumento, quod solo verbo cassari potest.*

DECISIO CCXCVIII.

1 STIPVLATIO † licèt exigat regulariter quatuor requisita necessaria, scilicet cōgruitatem personarum, rei habilitatem, stipulantis vtilitatem, & verborum formam, secūdum Glos. Dyn. & alios omnes in l. si stipuler, in prin. ff. de verb. oblig.

2 Et † consequenter stipulationem offerens probare, tenetur necessariò tria requisita verificare, & alterum de per se non sufficeret, scilicet quòd interrogatio præcesserit, & sequuta sit responsio, quod partes fuerint præsentes, & quod incontinenti sequuta fuerit responsio. ita Ias. cum alijs aggregatis per eum in l. si vnus ex argen. §. pactus ne peteret, nu. 44. ff. de pact.

3 Et † licèt forma inducendi stipulationem ea sit, vt fiat stipulatio ipsa per præcedentem interrogationem, & sequentem responsionem incontinenti emanatam, & non aliter, l. 1. in princ. & ibi omnes Doct. ff. de verborum oblig. & Instit. eod. ti. & l. 5. §. stipulatio, de verb. obl. & Spec. de emp. & vend. §. 1. col. 11. ver primò autem, & Alex. in rub. de verb. oblig.

4 Et hoc, † quòd stipulatio requirat interrogationem præcedentem, & responsionem sequentem, ea ratione iustificatur, vt animus magis deliberatus ad promittendum exprimatur, vt fecundè concludit Pau. Castren. Raph. Alex. & alij omnes in rub. de verb. oblig.

5 Et hinc † quamuis inductum sit, vt stipulationem probare offerens, teneatur ostendere, docereque quòd interrogatio præcesserit, & responsio sequuta fuerit incontinenti hoc ea ratione demonstratur: quia ipsa stipulatio non præsumitur. ita Glo. in d. l. si vnus, §. pactus ne peteret, nu. 44. ff. de pac. & ibi Bar. vbi hoc vtiliter interpretatur, & Alex. in l. nam & postea, §. 1. ff. de iureiur. & in l. sciendum, col. 4. de verb. oblig.

6 Et † quamuis denique stipulatio sit consensus duorum, vel plurium ad aliquid faciendum, vel dandum verbis expressis à promittente, & à recipiente: exemplum: dabis mihi centum? dabo: promittis hoc facere? promitto, Inst. de verb. obl. in prin. Nihilominus tamen aduerte, quod hoc intelligitur primò, & sincerè quidē interpretatur pro

7 cedere cū grano salis, † vt stipulatio ipsa per quæcunque verba concepta reperiatur, valeat, & teneat. l. omnes stipulationes, C. de contrahen. & committ. stipulat. & ibi Docto. prout ita in causa non leuis admodum momenti, vertente inter aliquos mercatores ciuitatis Bari, iudicauit sacra Regia Audientia Barensis, in anno 1589.

8 Secundò etiam limitatur omnia præmissa, † vt stipulatio verborum cōtrahatur vtroque loquente. l. 1. in prin. & ibi Scriben. ff. de verb. obl. & Spec. de spon. col. 1. in ver. secus.

Tertiò limitatur quoque conclusio antesignata, † vt stipulatio contrahatur, etiā si præsens præ

9 senti det, consignetq; schedulam scriptam, licèt verba aliter non interueniant. ita Bar. in l. Titius, in 11. oppo. ff. de const. pec.

10 Et † sic probatur stipulatio etiā per epistolam. l. ea, quæ, & ibi Bar. ff. de donat. inter vir. & vxor. & in d. l. Titius.

11 Et † licèt stipulatio per epistolam fieri nequeat: tamen fieri posset inter præsentes, teste Barto. vbi supra, & Specu. de instrum. edi. §. porrò, in 5. col. ver. donatio.

12 Quartò fallit, † quòd quamuis stipulatio requirat verba partium: tamen si murus, vel cortina extaret in medio: tunc nō requireretur visus reciprocus ipsarum partium, vt valeret stipulatio ita contracta inter cōtrahentes muro, & cortina existente

ſtente inter eos in medio. ita Gloſ. in §.item verborum, in ver. abſentes, Inſtit. de inutil. ſtipul. Bal. in apoſtil. in l. fi. ff. de verb. oblig. & Barth. Cæpol. in ſing. verſ. 47.

13 Quintò † interpretatur ſimiliter habere locũ, vbicũque probatio ſtipulationis deberet fieri per teſtes: ſecus verò ſi per inſtrumentum. ita Bart. Caſtren. & Iaſ. ſub num. 44. in d. l. ſi vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pact.

14 Et hinc conclude vtiliter, † quòd inſtrumentum cancellari, caſſariq; ſolo verbo poſſet, & tunc ita operaretur iſthæc cancellatio, ſicut cancellatio facti. ita Iaſ. per tex. ibi, in l. emptor, §. Lucius Titius, num. 6. ff. de pact. & de materia aliàs diffusè diſcuſsimus.

ARGVMENTVM.

Quale dicatur propriè ſtuprum, & qua pœna veniret puniendus ſtuprator. & virgo poteſt concipere abſque eo quòd fuerit ſtuprata.

SVMMARIVM.

1 *Stuprum propriè, quod ſit.*
2 *Adulterium propriè in nupta, ſtuprum verò in virgine, vel vidua.*
3 *Stuprans virginem abſque vi, vel honeſtus, vel vilis, quomodo puniatur.*
4 *Stuprata eadem, qua ſtuprator, pœna afficitur.*
5 *Stuprum violentum in virgine, vel vidua, pœna mortis naturalis punitur, & quomodo puniatur ſi uis non interuenerit, & violentia qualiter inducatur, num. ſeq.*
7 *Mulier promiſſionib. viri ſeducta, violentiã patitur.*
8 *Stuprum in genere probandũ, & quomodo, remiſſiuè.*
9 *Deſloratione virginis non probata & reperta, inquiſitus de ſtupro abſoluitur.*
10 *Virgo etiam non ſtuprata, concipere poteſt, quod tribus exemplis oſtenditur.*
11 *Matrix non ſolum receptiua, ſed attractiua, vt abſque ſtupratione generatio ſequi poßit, & ſic generatiua potentia actiua in patre perfectè, in matre imperfectè.*
12 *Afflictio non addenda afflicto, & nemo duplici pœna afficiendus.*
13 *Delictum extra animum & voluntatem, pœnam non meretur.*
14 *Stuprata per vim, non eſt infamis, neque accuſatur.*
15 *Stuprans virginem immaturam, capitis pœna, ſicut ſi maturam, non punitur.*
16 *Virginem nondum viri potentẽ in vxorem ducens, carnaliterque cognoſcens, tanquam ſtuprator punitur.*
17 *Virginis iuramento ſtatur contra deſlorantem, qualiter erat virgo.*

DECISIO CCXCIX.

1 STVPRVM † propriè eſt illicita virginum deſloratio, ſub parentum cura exiſtentium, vel inordinatus concubitus quo virginalis integritas corrũpitur, c. lex illa, 36. q. 1. Thom. in 2.2. quæſt. 154. ar. 6. & Raymund. in ſua ſumma, in 4. tracta. de luxuria, col. 3. verſ. ſtuprum propriè, Quintil. Mandoſ. conſi. 71. Excellens, nu. 1. vol. 1. Rimin. iun. ponit exempla, conſi. 199. Videbatur, nu. 28. vol. 2.

2 Et ſic † adulterium propriè dicitur in nupta, quaſi trãſiens ad alterius thorum. d. c. lex illa, 36. q. 1. Franc. Vegius, conſil. 66. num. 200. volum. 1. ſtuprum verò in virgine, vel in vidua. l. inter liberos, ff. ad leg. Iuliam, de adulter. Glo. in rub. C. eo. tit. Placentin. in tract. de accuſationibus, tit. 3. nu. 1. & Iaco. Nouel. in pract. cauſarum criminalium, in forma inquiſitionis pro inſultu ad domum, num. 15. Riminal. iun. conſi. 293. Proponitur, nu. 5. volum. 3.

3 Et † ſtuprans virginem abſque vi, puniendus quippe eſt pęna dimidiæ partis bonorum fiſco applicandorum, ſi vir honeſtus ſit: vilis verò, vel infamis de iure, vel de facto, pœna corporali, & ſic relegationis. §. item lex Iulia, Inſtit. de public. iud. Matthæſ. ſing. 99. Nota textum, quẽ pauci ſciunt, And. de Iſer. Lallus de Thuſcia, ſub nu. 4. Afflict. & alij in conſtit. *Si quis rapere*, Ange. de Aret. in tract. maleficiorum, in ver. *che m'hai adulterato la mia donna*, verſ. quæro, quæ ſit pœna ſtupri, ſub num. 53. Boſſ. in pract. crim. ti. de coitu damnato, ſub num. 19. Grammat. voto 3. & 17. Franciſ. Vegius, conſi. 66. ſub num. 203. volum. 1. Franc. Caldas in l. ſi curatorem, in ver. aduerſarij dolo, num. 57. C. de in integ. reſt. minor. & Gabriel. Saray. cũ alijs aggregatis per eum, in addi. Matthæſil. in d. ſing. 99. vbi ampliat regulam iſtam in vno caſu, & in compluribus alijs caſibus limitat. Sed tandem ſtupratoris pœna ea eſt, ſi vir honeſtæ vitæ ſit, aut in dignitate conſtitutus, partis bonorum confiſcatione, & relegatione tẽporali ad iudicis arbitriũ punitur: ſi humilis verò ſit perſona, fuſtigatur, & in exilium mittitur, Menoch. in tracta. de arbitr. iud. quæſt. in caſu 288. nu. 7. & ſeqq. lib. 2. cent. 3.

4 Amplificaturque † etiam eadem regula obtinere tũc locum ſuum in fœmina ſtuprata, vt etiam indubitanter quidem puniẽda etiam ſit eademmet pœna, qua punitur ſtuprans, vt per Glo. & Bar. in l. ſi adulterium cum inceſtu, ff. de adult. & Ang. in

5 loco præcitato: † ſtuprum verò violentum in virgine, vel vidua honeſtè viuente punitur pœna mortis naturalis. d. §. item lex Iulia, & notatur in l. 5. & ibi Bar. ff. de extraor. crim. quem tex. pulcherrimum vocat Boſſ. in d. titu. de coitu damnato, & punibili, ſub num. 64. Franc. Vegius, d. conſi. 66. ſub nu. 598. & ſeq. vol. 1.

6 Sed aduerte ne erres, † quòd iſthæc concluſio, vt ſtuprum non veniat puniendum pœna capitali, vbicunque in eo nõ interuenerit vis, & violentia, intelligenda ſanè venit, quãdo pręceſſerit ſimplex, & pura voluntas mulieris ſtupratæ tempore commiſſi ſtupri, & ſic nulla tunc quippe interueniente ſuaſione, vel promiſſione ſtuprantis, vt firmat Auguſt. de Arimi. in add. Ang. in d. verſ. quęro quæ ſit pœna ſtupri, num. 55. & ſeq. verum vbicunque præceſſerit voluntas viri, & mediante lenocinio, pretio, blandis verbis, ſuaſionibus, promiſſionibus, vel alio aliquo quouis ſimili modo

mulier fuerit ad stuprum subducta, tuoc puoiretur stuprans pœna capitis. l. 1. §. fin. de extraordi. crim. Bal. in l. raptores, circa fi. C. de episc. & cler. And. de Iser. Afflict. quæst. 3. Lallus de Thuscia, num. 4. & alij omnes in d. constit. Si quis rapere, Augustin. in loco præmemorato ad Ange. Aret. D. Foller. in pract. crim. in rubr. fi confitebuntur, num. 56. & Bosli. in allegato tit. de coitu damnato, vel punibili, num. 66. nam violentia ex promis-
7 sionibus inducitur, † & fœmina patitur violentiã promissioonbus viri seducta. Fraoc. Caldas in l. si curatorem, in ver. vel aduersarij dolo, num. 58. & seq. C. de in integ. restit. minor.

8 Aduerteq; etiam, † stuprum ipsum oecessariò probandum esse in genere: sed quomodo probã dum sit in genere, explicat ad instructionem iudicis inquirentis, D. Foller. in pract. crim. io rub. capiat informationem, nu. 13.

Et hoc quippe maximi est momenti, & speculationis in recognoscenda virginitate mulieris, vt aliàs in Sylua communium opinionum, non absque sudore proprij vultus discussimus, & nauigauimus, in opinio. 491. Matrimonium non potest nisi inter puberes contrahi, nu. 10. cum alijs seqq.
9 lib. 2. † quia non probata, & reperta defloratione virginis, inquisitus de stupro absoluendus venit, vt per Fabr. in §. item lex Iulia, col. 2. Instit. de publ. iud. Felyn. in cap. causam. col. 1. de probat. & Bosli. in d. titu. de coitu damnato, & punibili, sub nu. 67. & seq.

Sed iudex tenetur etiam ad unum oouum, & omnino incognitum penes Legistas, & Physicos
10 aduertere, † quod licèt reperiat ipse virginem non esse defloratam, vitiatam, & deuirginatam, prout re ipsa, & tactu, qui rarò decipitur, apparere posset: tamen posset inuenire iudex etiam tũc virginem ipsam esse prægnantem: & ne rideas quæso: quia hisce oculis vidi mulierem intactam esse, & claustrũ pudoris, & velamen virginitatis incontaminatum habere, & deprehendi nihilominus grauidam fore, & hoc vidi inquam in muliere nupta, & honestissima (vt testor Deum) non dum ducta ad viri domom, qui vna die visitando illam, nanciscendoque in loco commodo in paterna domo, cœpit apponere manus ad mammillas, & demum ad partes inferiores, & eleuata veste, & apposito vix membro in ore vuluæ illius (recitando historiam per filum suum) remansit mulier ipsa prægnans: & dum sensibat insolitum, & non cognitum dolorem, & pater, & maritus perspiciendo illum quotidie crescere, vocatis medicis, qui non cognita grauiditate, varia quippe tunc remedia præbuere, & omnia contraria: sed Deo annuente, mulier tractu temporis prçuidendo prægnationem, eiusque euidentissima signa, abstinuit à remedijs medicinalibus, & peperit filium in nono mense: & audita medici præsenti nouitate, interrogauerũt virum ipsum super subsecuta defloratione virginitatis suæ vxoris, qui me præsente, & vxore etiam fatebatur fregisse velamina virginitatis, transactis iam duobus mensibus post grauiditatem, apparuisseque euidentem solitamque tunc sanguinis effusionem. Vidique etiam superioribus annis aliam mulierem, quæ similiter peperit, non rupto aliter virginali claustro: ista itaque miserrima cõmorando cum eius sorore sola in sua domo, accessit ad illam vna die quidam iuueois eius affinis, qui tanquam contumax, & criminosus ad euitandum capturam remansit illa nocte cum ipsis mulieribus, quæ cum non haberet nisi vnum grabatum ob earum paupertatẽ, receperunt in illo prædictum consanguineum, & dum dormiebat, subsecuta pollutione nocturna ipsius dormieotis, & somniantis, emissoque semine illud infeliciter quidem introiuit in vuluam vnius illarum puellarum, quæ, adueniente nono mense, & tempore parturiendi, parere non poterat, & conuocatis medicis, & recognito spectaculo horribili, nesciebant discernere qualitatem illius ægritudinis: taliter, quòd adhibitis varijs remedijs, & conuolatis inibi diuersis mulieribus, ad ferẽdum opem, peperit illa mulier coram eis, & admiratione plena, lugebat, asserens, Heu me miseram, quomodo pario non cognito adhuc viro? sed quædam obstetrix audiendo lamentationes, habendoque illam ludibrio, respondit falsè tunc protulit, Puella mi, si vulua luget hodie, iam risit tempore ingressi seminis. Alium verò casum similem, occursum in Francia, de marito, qui vxorem impregnauerat per pollutionem, emanatam circum claustra pudoris, quæ tempore partus incisa extiterat, recensuit etiam Cardin. in clemen. 1. num. 52. de consang. & affin. & Phanucin tract. de lucro dotis, io glo. 2. num. 86.

11 Et de hoc mirandum quippè non est, † quia matrix nedum est receptiua, sed attractiua etiam, ex modo iam narrato, potest indubitãter quidem sequi generatio, vt per Albertum Magnum, & alios in 4. sententiarum, distioc. 31. Et sic generatiua potentia, est actiua, & est in patre perfectè: in matre verò imperfectè, secundum Thom. in 3. par. q. 32. art. 4.

His itaque omnibus rectè adductis, studiosè intellectis, atque probè cognitis, clarum est, neminem in præsenti casu, & actu puniri posse. & ra
12 tio est: † quia afflictio non est addenda afflicto, cap. ex parte, de cleri. ægrot. l. diuus, in princ. ff. de offi. præsid. l. si idem, ff. de iurisdict. omn. iudic. & l. in naui, ff. ad l. Rhod. de iactu. & ita in facti cõtingentia aliàs indicauit Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ Comitatusque Molisij, in anno 1583. absoluendo aliquos de ciuitate Larini, super præsenti re inquisitos. Et sic nemo duplici pœna debet affici, vt in l. licet, ff. nau. caup. stab. & c. at si clerici, extra de iudi.

13 Nec non † vbicunque non ex animo, verum extra animum delictum cõmittitur, pœnam non meretur. l. 1. C. si aduersus delict. & c. si quid, 14. q. 5. quoniam ea, quæ fiunt contra voluntatem sacientis, non imputantur vllo modo ipsi facienti, l. cura, ff. de muner. & honor. c. præsbiteros, 50. dist. & c. 1. cum alijs seqq. 22. q. 5.

14 Imò † stuprata per vim, minimè est infamis, ne que accusari potest, vt per Bald. in l. si qua, col. 1. C. ad Orfic.

15 In tantum,† quòd finaliter deflorans immaturam virginem minimèquaquàm puniri deberet capitis pœna, sicut si maturam stuprasset, vt per Guid. Pap.decis.555. Signor.consi.207. num.10. Lup. in rubr. in §.56. de donat. inter vir. & vxor. Gram. decis.22. & Carrer. in pract.crim. in §.homicidij species,nu.16.

16 Sed tamen †virginem nondum viri potentem in vxorem ducens,initensque insimul eam carnaliter tunc cognoscere, punitur dubio procul tanquàm stuprator, vt firmat Menoc. de arbitrar.iudic.quæst.lib.2.casu 294.nu.5.cent.3.

17 Sed omni dubio procul † statur virginis iuramento contra & aduersus deflorantem, qualiter erat virgo, ita Card.in c.1.extra de adult. & Petr. Garsia cum alijs aggregatis per eū in decisionib. extrauagantib. in dicto 412. Iuramento virginis.

ARGVMENTVM.

Quòd fideicommissum non transmittitur ad hæredes fideicōmissarij,nisi apertè appareat aliud de mente testatoris.

SVMMARIVM.

1 *Substitutionis spes ad hæredes non transmittitur: accrescendi verò ius sic,& de ratione,nu.seq.*
3 *Hæredi substituto quo ad spem actio denegatur.*
4 *Fideicommissarius decedens ante conditionis euentum,ea postea existente non transmittit.*
5 *Substituto ante hæredem præmoriente, tota hæreditas penes hæredem remanet.*
6 *Fideicommissum conditionale ad hæredes non transmittitur,& si filius sit hæres,nisi de volūtate testatoris ex coniecturis appareat, & quibus modis de illa constare dicatur quòd transmitti voluerit,nume.seq.*

DECISIO CCC.

1 SVBSTITVTIONIS † spes non transmittitur ad hæredes, facit tex. in l.si cum hæres,ff.quando dies leg.vel fideicom.ced. & in l.liber homo, §.si ita, ff.de hæred. instit. ibi, nec potest intelligi datus ei, qui in tempore dandi in rerum natura non fuit,& in l.toties,ff.de acquir.hæred. & ibi Barto. & concedit Rom. consi. 480. In casu propositæ consultationis, & consi. 162. Super puncto præmisso,per tex.in l.vnica,§. fin autem sub conditione.C.de cadu.tollen.Dec. consi.1.num.4. vbi multa allegat,discurritque per 3.colum.& fatetur istam esse communem opinionem, & vltra adducta per eum,firmat Alex.consi. 16. Viso testamento Albertini, col. 1. versi. & dictum ius,vol.6. & Bar.in l.qui ex duabus, & in d. l.toties,ff.de acqui. hæred. & consi.122. volum.2. Alex. consi.36. Consideratis narratis, volu.7. per tex. in l.qui liberis, §.hæc verba, & in l.sed si plures,in princ.& in l.qui plures,ff.de vulg. & pupil. & in l.si ex pluribus, ff.de suis, & legit. vbi Barto.
2 concludit, † quòd ius accrescendi respicit rem,& ideo ad hæredem transit: ius verò substitutionis respicit personam, & ideo ad hæredem non transit, & idem Alex. consi.62. In causa & lite vertente,lib.7.num.2.& 14. vbi determinat,† quòd hæ-
3 redi substituto in præsenti casu, debet denegari actio,& adducit tex. in l.hæredes mei, §.cum ita, ff.ad Trebell. & Glo.notabilem communiter approbatam in l.1. C.de his qui ante aper.tab. & huic opinioni ita roboratæ accedit quoque Soci. consi.14.circa fin.vol.3. Bar.in d.l.hæredes mei,§. cum ita,Ioan. Fab.in §.sed si instituto,nu.1. Instit. de vulg.substit.& Bal.consi. 145.vol.1.

4 Et sic † fideicommissarius decedens ante conditionis euentū,licèt postea conditio existat,non trasmittit,ita Glo. Bal.& alij in d.l.1.C.de his qui ante aper.tab. & Dec.consi.55. vbi planum facit, istam esse communem opinionem, & ita aliàs iudicauit sacra Regia Audientia Barensis, in anno 1589. in causa tunc vertente inter aliquos de Terra Terlitij.

5 Nam † substituto præmoriente ante hæredē, tota hæreditas tunc remanet penes hæredem, vt per Simon.de Prætis, consi.122. Subtiliter, nu.15. vol.1. Bertran.consi.450. Visis & ponderatis, nu. 2.volu.4. vbi hoc etiam meritò quidem ampliat, vt tunc fideicommissum extinguatur, seu sit vniuersale,seu singulare.

6 Et isthæc opinio in tantū vera discernitur, † vt fideicommissum conditionale nō trasmittatur ad hæredes,etiam si filius sit hæres, vt per Dec.consi. 263.consi.394.& consi.397.

7 Sed † hæc communis ita amplificata limitatur, vbicunque appareret de voluntate testatoris ex coniecturis, quòd trasmittatur fideicommissum, ita Bal.in d.l.1. Dec.consi.55 col.fi.& Curt.consi. 16.col.3.post tract.feud. vbi ponit plures quippè modos, in quibus dicitur constare de voluntate testatoris,quòd voluerit,vt trasmitteretur: & firmat etiam quòd trasmittitur vbicūque appareat de voluntate testatoris, & quòd voluntas debet colligi ex testamento, & non aliunde, vt resolutum reperitur etiam cum suis necessarijs rationibus in decisione seq.nu.4.& seq.

ARGVMENTVM.

Quòd sit inutilis hæredis institutio, defuncto prius hęrede instituto quàm testatore,& sic incidit in causam caduci,& propterea nō debentur legata etiam ad pias causas,nisi aliter appareat de mente testatoris.

SVMMARIVM.

1 *Hæres viuo testatore decedens, testamentū caducum euadit,atque annullatur.*
2 *Fideicommissum,mortuo ante grauatum substituto, caducum efficitur.*
3 *Legatum pium non debetur, vbi hæres decessit viuente testatore: & sic legata pia non debentur hæredi tate non adita.*
4 *Substitutionis spes transmittitur ad hæredes, praesertimque ad filios substituti,etiam si honoratus,pendente conditione, decesserit, quando appareret de*

expressa, vel præsumpta, tacita, ac verisimili voluntate testatoris.

5 *Testatoris voluntatem insequi conari debet iudex, prout venator leporem, quæ si dubia fuerit verisimilitudine est interpretanda.*

DECISIO CCCI.

1 INSTITVTIO † hæredis videtur inutilis, & ad causam caduci reducta, vbicũque institutus non viuit tempore mortis testatoris: & consequenter instituto mortuo ante testatorem, testamentum fit caducum quo ad ipsum institutum, & eius successores. l.vnica, §.sin autem sub conditione, C.de cadu. tollen. l.si in personam, C.de fideicom. l.4.§.sed si decesserit, ff. de alim. & cibar. leg. & l.si ex pluribus, ff.de suis, & legit. Paris.cons.26. num.46. & consi.61.num. 1.& cons.seq.num.4.volu.3.in 2.par. Ioan. Bapt. Plot.cons.21. Quia ex facto omne ius oritur, nu. 2.volu.1. Matth. Brun.cons.177. In casu, num.1. volu.1. Bertran. cons.36. Testamentum, num.3. vol.7. & ista est omnium concors communisque opinio, & ita aliàs decisum extitit in Regia Audientia Apuliæ, in anno 1584. in causa in ea tunc exagitata inter aliquos ciuitatis Luceriæ.

2 Nec non † fideicommissum mortuo ante grauatum substituto, etiam caducum efficitur, vt per Corn.cons.131. Matth. Brun.cũ alijs signatis per eum, cons.112. Proponitur, num.21.volu.2. quorum opinionem limitat in duobus fructuosis casibus D.meus Vincen.de Franc.decis.156. Clausulam, nu.1.& seq.

3 Imò † legatum piũ minimè tunc debetur, vbicunque hęres ipse decessit viuente testatore, cum illud caducũ euaserit, vt per Fulg.in l.eam quam, C.de fideicom. & quòd legata pia consequenter non debeantur hæreditate non adita, firmat Bar. in 1.lectu.num.29. & seq. & in 2.lectu. sub num. 34.in l.1.C.de sacrosan. eccle. & Alex. cons.209. nu.16.volu.2. quibus in locis ad lucem adducunt istam fore omnium in iure Scribentium communem opinionem, & veram fatetur, etiam illam amplectendo Bal.cons.187. Dicta inutiliter, num.2. volu.4. & cons.22. Super primo, num.2. & cons. 39. Viso testamento, num.2. volu.5. Bal.Saly. Fulgos.& alij vniformiter omnes in d.l.1.& hanc sententiam seruari testatur Ias.post Florian. in d.l.eã quam, nu.19. vbi similiter exposuit istam esse veram, communemque Legistarum, & Canonistarum opinionem, & Grat. etiam cons.140. In causa, num.4.volu.2. Boer.decis.41. Et videtur, num. 4. Horat. Mandos.in addit. Rom.cons.493.in littera A, & rationes adducit Bero. cons.1.num.79. cum alijs seqq. volum. 2. licèt contrarium firmauerit cum alijs aggregatis per eum, Domin. Vincent. de Franch. decis. 146. num.3. & seq. & discussimus quoque ad vtranque partem in Sylua, in opinio.359. Hærede, num.6.lib.1. In tantum, vt minimè venientes ab intestato legatum hoc testamenti resoluti, & frustratorij, ob defectum aditionis, & ex morte subsecuta hæredis, viuente testatore, soluere teneantur, ita Roma. elegantissimè, consi.493. In casu consultationis, nume.4.

Sed ad institutum redeundo, præsens communis opinio, † quòd relictum in vltima voluntate
4 siue sit institutio, siue legatum, siue fideicommissum, non transmittatur aliter ad hæredes, si honoratus pendente conditione decesserit, limitatur quoque, quòd de voluntate testatoris, nõ solum expressa, quod tunc indubitatum syncerè quidẽ foret: verùm etiam de præsumpta, & tacita sine scrupulo aliquo transmittitur spes substitutionis ad hæredes, præsertimque ad filios substituti, & ipsi filij tunc admittuntur; nec substitutio efficeretur vllo modo caduca, quando appareret, vt supra de mente, ac voluntate testatoris, vt per Bal. in l.vnica, col.fi. C.de his qui ante aper.tabu.& in l.vnica, in 1. not.C.vt act. ab hære. Soc.sen.consil.6.volu.3.Soc.iun.cons.141.vol.2. Ias.consi. ... volu.2. Dec.consi.397. Anto. Gabriel. cum alijs aggregatis per eum, lib.4. conclusionum, de hæred.instit.conclu.11. & ita consulendo cõcedunt Curt. sen. Curt. iun. Ruyn. Paris. Grat. Cæpha. Natta, Craue. & alij quàmplurimi in hac materia consulentes, & ista est omnium cõmunis opinio, teste Soc.iun. cons.63. volum.4. Et nihil mirum, quia opinio isthæc dicitur re ipsa fauorabilis, & non odiosa, vt fuit transmissio fideicommissi conditionalis, & spei substitutionis, vt per Soci. in l. qui duos, in princ. ff.de reb. dub. vbi multa allegat, & meritò quidem, tanquam fauorabilis est iuuanda, & amplianda, iuribus triuialibus, & facit l.hæredes mei, §.cum ita, ff.ad Trebell. vbi vnica duntaxat sufficit cõiectura ad inducendum fideicommissum: cum lex semper faueat fideicommissariæ testatorum voluntati.

Et ratio viuax assignari in promptu posset ista:
5 quoniam † in conditionibus, vltimisque voluntatibus præcipua est mens, atque voluntas testatoris. l.in conditionibus, cum similibus, ff.de condi. & demonstra. In tantum, quòd recedimus à verbis, vbicunque apparet de mente contraria. l.non aliter, ff.de leg.3. & ibi Doct. lex enim pedetentim insequitur mentem testatoris, sicut venator leporem, ita Bal. in l.quidam, per tex.ibi, C.de necess.seruis hæred. instit. Corn.consi.192.num. 12.vol.2.Boer.decis.146.in prin.

ARGVMENTVM.

Sententia etsi sit generalis, restringitur ad specialem petitionem. Et quando sententia interlocutoria habeat vim diffinitiuæ.

SVMMARIVM.

1 *Decretatio licèt generalis, secundum specialem petitionem intelligitur.*

2 *Responsionem per generalem Imperator interrogantis dubium determinat.*

3 *Decretum cum causæ cognitione, diffinitiuæ vim habet.*

4 *Iudice pronuntiante appellationem desertam, eius sententia dicitur interlocutoria vim habens diffinitiuæ.*

Senten-

5 *Sententia desertionis negotium principale determinat, confirmatoriaque primae dicitur.*
6 *Sententia interlocutoria, quando vim diffinitiuae habeat, & quando non. & nu. 7. 8. 10. 11. & 12.*
9 *Appellari vti potest ab expressa pronunciatione competentiae iurisdictionis, ita à tacita.*
13 *Decretum Legati ignorantes etiam afficit.*
14 *Decretum irritans etiam ignorantes ligat, sed non in paenalibus, nu. seq.*
16 *Deliberatio ieiuna nocturnaque, cur esse debeat, & quomodo deliberandum.*
17 *Inuenitur facilius quod à pluribus sapientibus quaritur.*
18 *Deliberationis mora bonum, quod consequi intenditur, perdere facit, & negligentia omnia lædit: vitiumque est esse negligentem in incipiendo, & tardum in perficiendo.*
19 *Negligens in suo officio nemo esse debet.*
20 *Iudex causas expedire non audens, miserrimum animum habere dicitur, & de negligentia, officialis punitur.*
21 *Deliberatè omnia agenda, & cautela laudabilis, in qua sibi totum ratio vendicat.*

DECISIO CCCII.

1 DECRETATO † licèt sit generalis, debet tamen intelligi secundum petitionem specialem, per l. si defensor, §. qui interrogatus, ff. de interrogat. act. c. inter dilectos, §. caeterum, & ibi Ant. de But. in prin. de fide instrum. l. post emancipationem, ff. de leg. 3. & c. cum dilecti, de accusat. & Bal. in l. s. col. 5. C. de aedilit. act. vbi concludit, quòd responsio videtur facta secundum specialiter petita.

2 Et facit ad hoc, † quod dixit Bal. in l. quaestione, col. 5. C. de sent. pass. vbi Imperator fuit interrogatus de vno dubio, & ipse respondet generaliter, per quam responsionem determinatur dubium, de quo interrogatus extitit directè, & indirectè aliud dubium per generalem responsionem, per subauditum iuris intellectum.

3 Verùm enimuerò † decretum causa cognita emanatum, & sic cum causae cognitione, habet vim diffinitiuae, prout aliàs iudicatum extitit in Rota Roma. teste Cardin. Put. decis. 388. num. 4. lib. 2.

4 Necnon † iudice pronunciante appellationem desertam, tunc eius decretum, seu sententia dicitur interlocutoria, habens vim diffinitiuae. ita Bal. in l. 2. col. pen. C. de episco. audien. Lanfran. in c. quoniam contra, in ver. interlocutoriae, nu. 512. vers. quaero vlterius, de probatio. Rota Rom. decis. 524. Nota quòd, in antiq. & decis. 427. Fuit dubitatum, in nouis, & Corne. consi. 54. In hac consultatione, & consi. 262. Pro euidentia, vol. 4.

5 Et ratio ea est, † quoniam sententia ipsa desertionis re ipsa determinat negotium principale, nisi hisque superest amplius, quàm vt sententia aliàs promulgata ad fauorem alicuius executioni demandetur, l. si praeses, C. quomodo, & quando iud. vbi Glo. in ver. adiutoie, quam ait ibi, nu. 3. Bal. vnicam fore in sure, vt sententia desertionis dicatur confirmatoria primae, & hoc idem videtur concedere Franc. in c. ex ratione, num. 80. & seq. de appel. & Gui. Papae, decis. 11. num. 5. & decis. 220. num. 4. Et hinc est, quod si non appellatur à sententia infra decem dies, vel si appellatur, & non praesentantur litterae inhibitoriales infra legitima tempora, tunc idem iudex à quo, instante parte, & expedita citatione ad dicendum, declarare tenetur diffinitiuè quidem appellationē desertam ob non prosecutionem illius factā, uel ob non appellationem interpositam. caeterū vbicunque declaretur deserta appellatio per iudicem ad quem, seruatis de iure seruandis, eo casu transactis decem diebus, expediuntur litterae executoriales, instāte parte per iudicem ipsum, ad quem, directas iudici, à quo, vt suam exequatur sententiam.

6 Caeterùm ne ignorentur termini praesentis speculationis, interpretandum, † discurrendumque necessariò venit, vbicunque sententia interlocutoria habeat vim diffinitiuae, & vbicunque non. conclude itaque primò, quòd omnis interlocutoria continens aliquid dari, vel fieri, habet vim diffinitiuae, ita Bar. in l. nec quicquā, §. vbi decretum, in prin. ff. de offi. procons.

7 Secundò aduerte etiam, † quòd quęlibet interlocutoria, quae non speret aliter aliquam sententiam post se, dicitur habere vim diffinitiuae, quoniam videtur inducere effectum, quem inducit diffinitiua, ex quo imponit finem illi instantiae, vt per Anto. de Butr. Abb. Imo. Fely. & alios Canonistas omnes in c. cum cessante, de appel. & Bart. in l. quod iussit, ff. de re iud.

8 Tertiò sententia, † qua iudex pronunciauit se iudicem competentem, dicitur etiam interlocutoria habens vim diffinitiuae, ita Glos. & alij omnes vniuersaliter, in authen. habita, C. ne fil. pro pat. & Abb. in c. ex parte, in 6. no. de rescr.

9 Et hinc est, † quòd quemadmodum potest appellari ab expressa pronunciatione competentiae iurisdictionis, eodem modo compertum est posse appellari etiam ab ista tacita pronuntia, vt per Bar. in l. à procedente, C. de dilation.

10 Quartò † vbicunque interlocutoria ipsa diffiniret aliquem articulum substātialem causae principalis, censeretur illa interlocutoria quoque tūc habere vim diffinitiuae, l. intra vtile, ff. de minoribus. Glo. in clem. s. de cau. poss. & propriet. & in clem. fin. de appel. Alexan. in l. 5. col. 15. ff. de verborum oblig. & Bal. in l. 1. C. quan. prouoca. non est necesse.

11 Quintò aduerte similiter, † quòd omnis interlocutoria, per quam finitur officium iudicis, dicitur etiam habere vim diffinitiuae, secundum Bar. in l. quod iussit, ff. de re iud.

12 Sextò nota, † quòd vbicunque minor peteret restitutionem in integrum, & iudex pronuntiaret super aetate, scilicet illum non esse minorem, tunc, si res ipsa haec esset, ac discerneretur interlocutoria; tamen sincerè quidem haberet vim diffinitiuae, nam tacitè excluditur ipse minor à restitutione petita: & consequenter deciditur articulus substantialis causae, l. intra vtile, ff. de minor. &

Alexan. in rub. col. fi. ff. de re iudic. & ita aliàs decisum fuit in Regia Audientia Apuliæ, in anno 1583. contra quendam iuuenem de Triuento.

13 Imò cõpertum est finaliter, † quòd decretum
Legati afficit sine scrupulo aliquo, etiam ignorantes, secundum communem omnium in iure Scribentium scholam, allegatam per Card. in cle. 1. de concess. præben. in 7. no. & videtur text. in c. 1. & ibi Anchar. in 4. no. de concess. præben. in 6. & Gozad. consi. 61. num. 4. & sic secundum communem ipsam, ignorantes ligantur reseruatione Legati de latere cũ decreto, & inhibitione: licèt contrarium non spernendis quidem rationibus asseueret Aeneas de Falconibus in tract. reseruationum Papalium, in 4. q. prin. nu. 1. cum alijs seq. fol. par. 45. & seq.

Et consequenter animaduertendum quoque
14 est, † quòd decretum irritans ligat etiã ignorantes. c. 1. de concess. præben. cap. si eo tempore, & ibi Glo. in ver. ignoranter, de elect. lib. 6. & c. tibi qui, §. quinimò, & ibi Glo. in ver. decretum, de rescrip. lib. 6. Hierony. Gabriel. cons. 83. Difficultatem, num. 19. vol. 2.

Sed hoc decretum intelligendum nempè ve-
15 nit cum grano salis, † non procedere, nec ligare modo aliquo in pęnalibus, vt per Glo. in cle. nolentes, in ver. ex nunc, de hæret. Anchar. in cap. si beneficia, in 2. no. per text. ibi, de præben. lib. 6. Io. And. Gemin. & Prob. num. 18. in d. c. tibi qui, Ant. de Butr. col. 4. Imo. col. 2. Fely. col. 9. in 4. limit. & alij vniformiter omnes in c. cognoscentes, de const. & Gemin. consi. 33. & in c. si apostolicæ, col. pen. de præb. lib. 6.

In tantum, quòd in omnem euentum, & non
16 intempestinè quidem † deliberatio debet esse ieiuna, & nocturna, & sic semper delibera ieiuno stomaco, & digesto cibo, quia tunc sensus melius uiget, & intellectus clarior reperitur. c. sanè, 5. q. 1. c. honestum, 22. q. 5. & c. 1. extra de testib. & ibi Abb. Sicul.

Et eo casu replica, & triplica quæ in rebus deliberandis sunt necessaria, l. cõsilio, ff. de curat. fur. & toto ti. extra de except.

Et vt melius deliberes, dicit Philosophus, quòd post somnum, quo satis dormisti, melius deliberabis: quia nullus rumor impedit sensum tuum.

Vnde eris semper memor, vt cum alijs sapientibus deliberes: quia inquit sapiens, omnia cum amico delibera, & caue an sit verus amicus.

17 Et hinc est, † quòd facilius inuenitur, quod à pluribus sapientibus quæritur, c. de quibus, 20. distin. & c. prudentiæ, extra de offic. deleg. & ita Io. Bapt. Palomb. in tracta. seu compend. de regim. offic. in reg. 3. sub num. 59. qui loquitur in aduocato, qui in causis arduis teneatur consulere alios prudentiores.

18 Sed aduerte, † quòd deliberationis moram in tantum quidam extendunt, quod bonum, quod consequi intendebant, perdunt, cap. qui bona, 17. quæst. 1.

Ideo non mirandum est, si negligentia omnia lædit, l. pen. C. de colla. & §. sed & pigritiæ, in Authen. de quæsto. collat. 6.

Quoniam vitium quippe est aliquem fore negligentem, pigrumq́ue in incipiendo, & tardum in perficiendo, l. si quis, ff. de ędil. edicto.

19 Et re ipsa † nemo debet esse negligens in suo officio, l. si duas. §. nemine, ff. de exc. tut. l. cum plures, §. nimium, ff. de admi. tut. & l. diuus Marcus, in fi. ff. de offi. præsid.

20 Et inde est, † quòd iudex, qui non audet causas expedire, dicitur habere miserrimum animũ. ita Paul. Castren. in l. properandum, §. sin autem, C. de iudic. Imò officialis de negligentia puniri posset. ita Paris de Put. in tracta. sindic. in uer. iudex.

21 Est bene verum, † quòd omnia agenda sunt cum deliberatione, & sic ad deliberandum, tempore indigemus, vt aliquid maturius agamus, vt scribit Spec. de requi. & Seneca in Prouer. ait, ꝙ deliberandum est diu quicquid semel est statuendum. ideo non sunt aliter præcipitanda consilia, & opera, vt maturius agamus. c. ponderet, circa princ. 50. dist.

Imò deliberationis cautela est laudabilis, cum qua totum ratio regit, & furor sibi nihil vendicat. c. illa præpositorum, & seq. 11. q. 3.

ARGVMENTVM.

Plus puniuntur committentes, quàm omittentes, quia nemini dolus, & fraus patrocinari debet.

SVMMARIVM.

1 *Delictum maius in committendo, quàm in omittendo esse, & nu. 3.*

2 *Delictum superueniens, legitimè factum non vitiat.*

4 *Argumentum de eo quod in committendo fit, ad id quod fit in omittendo, non valet.*

5 *Delicto ex suo nemo præmium consequi, nec meliorem conditionem facere, neque ex proprio dolo se quis iuuare potest.*

6 *Fraus & dolus nemini patrocinari debet. & prodesse alicui, atque etiam nocere simplicitati alterius non debet, ne malitijs, & fraudibus via aperiatur.*

7 *Delictum patris, in feudis præsertim, nocet filijs, si patri solùm feudum concessum fuerit, non autem patri & filijs: & hoc casu stante condemnatione patris, quomodo in filios transeat.*

8 *Delictum extra territorium commissum in loco originis, vel domicilij puniri potest, non autem in duobus locis, nisi in vno inchoatum, & in alio consummatum foret, cum locus præuentioni sit, nume. 9.*

10 *Delictum extra animum commissum pœnam non meretur, cum quæ fiunt contra voluntatem, non imputentur, num. seq.*

12 *Animus præsumitur talis, qualia verba, vel facta sunt.*

13 *Delictum in dubio non præsumitur, interpretatioq́; facienda, ob quam illud excludatur.*

DECI-

DECISIO CCCIII.

1 DElictum † maius est in committendo, quàm in omittendo. ita Glo. communiter recepta ab omnibus in l.mora, ff. soluto matrimon.

2 Cæterùm aduerte, † quòd delictum superueniens, vel noua causa, non vitiat legitimè factum, & consequenter factum legitimè nó irritatur modo aliquo, delicto superueniente. c.nosse, & c.dictum, 30.quæst.1.c.præcepta, 50.distin.c.his qui, 32.quæst.7.c.quicunque. 1.quæst.5.& q.7. cap.si quis omnem.

3 Et sic † melius est delinquere in omittendo, quàm in committendo.l.Iul.§.1.ff.de act.emp.& l.si sterilis,§.cum per venditorem, eo.ti.

4 Et hinc est, † quòd non valet argumentum de eo quod fit in cómittendo, ad id quod fit in omittendo.l.argentarijs, §.cum autem, vbi Bald. ff.de eden. Bar.in l.licet, §.fi.ff.de pec.

5 Et inde est itidem, † quòd nemo ex suo delicto præmium, commodumque sperare, vel consequi potest.l.ex dolo, ff.de dolo. l.siue hæreditaria, ff.de neg.gest.l.si ab hostibus, §.1. ff.sol.matr. l.itaque fullo, ff.de fur. & l.non fraudantur, §.nemo, ff.de reg.iur.

Nec quisquam ex suo delicto meliorem suam conditionem facere potest.l.nemo, ff.de reg.iur.

Nec itidem ex proprio dolo iuuari vllus posset, & sic nemo ex suo dolo debet lucrari, cap.2. extra de dolo, & l.sedet, §.plane, in fine, ff. ad exhiben.

6 Similiterque † fraus, & dolus nemini patrocinari debet.cap.sedes, de rescript. & l.in fundo, ff. de rei vendic.

Et denique fraus, & dolus prodesse alicui, & etiam nocere simplicitati alterius non debet, l.1. ff.de dolo. & l.ex dolo. C. de leg.

Et hoc ea de re, ne malitijs, & fraudibus aperiatur via, vt in d.l.in fundo, ff.de rei vendic. Capic.decis.176.num.33. & Glos.in l.fi. §.fin.ff.quæ in fraud.cred. cum eis pro viribus obuiare debeamus, vt in d.c.sedes, & Marsil.sing.177. malitijs.

Et præmissa eatenus vera sunt, vt meritò qui-
7 dem amplificari etiam possint, † quod delictum patris noceat quoque filijs, & præsertim in feudis, vt firmauit Barto. & alij vniuersaliter omnes in l.eum qui, ff. de interdic. & releg. & Feudistæ in cap.1. si vasal. feu. priue. & in cap. primo, de successio. feud. per textum ibi. Quodque procedit vtique de plano, vbicunque feudum reperiretur soli patri concessum: secus vero si concessum foret patri, & filijs: tunc enim crimen patris nullatenus potest obesse, nocereque filijs, vt consuluit, ex communi omnium opinione, Bero.consi. 155. Visis nonnullis, num.5.& seqq.vol.3. Afflic. in tit.quæ sint regal.in §.& bona committétium, num.5. Est tamen bene verum, quòd in hoc met casu, stante condemnatione patris, feudum transit in filios quo ad proprietatem, & in fiscum quo ad vsumfructum, durante vita cõdemnati, vt explicat Hieron.Gigas in tract. de crim. læsæ maiest. lib.2.tit.de pœnis commut.crim.læsæ maiest.q.5.

Vnde reducendo quàm simplicissimè hæc om-
8 nia ad veram practicam, animaduertendum est pro decisione imminentis dubitationis, † quòd delictum commissum extra territoriú posset puniri in loco originis vel domicilij, ita Doct.in l.1. C.de summa Trin.& fide catho. sed illud crimen non deberet puniri in duobus locis, vt notatur in l.senatus, ff.de accusa. & l.placet.ff.nau.cau.sta. & Bar.in l.iure peritos, de excu.tut.

9 Cæterùm † vbicunque delictum inchoatú foret in vno loco, & consummatum in alio, aduerte, quòd illud tunc puniri posset in vtroque loco, idest tam in loco cępti delicti, quam etiam consummati, quia erit locus præuentioni, vt voluit Cyn. Bal. & Ang. in l.1.C.vbi de crim. agi opor. Io. And.in reg.in obscuris, de reg.iur.in 6. Abb. col.fi.& Feli.num.13. in c.1.de præsumpt. Gemi. in c.1.§.1.col.fi. de statu reg.in 6. Ioan. de Anan. in c.1.col.3. de rap. & istorum opinio communis est contra Bart. contrarium asseuerantem in l.Libellorum.ff.de accusa. & sic existens in vno loco, si percuteret Titium commorantem in alio loco, posset tunc percussor ipse (vt supra ostendimus) puniri in vtroque loco: nam ex quo mittit sagittam dicitur nocens, vt est tex. in d.cap.1.de præsump. & ita firmat etiam Ioan. Bapt. Palomb. in tract. seu compend.de regimine official. reg. prima, nu.16. cum alijs seqq. & ita aliàs decisum extitit, non semel tantùm, in sacra Regia Audientia Barensi, in anno 1589. cum alijs sequentibus in casibus, & causis tunc in ea occursis.

10 Sed † delictum vbicunque non ex animo, sed extra animum committitur, pœnam non meretur, cap.si quid, 14.quæst.5.cap.1.in fi. 15.quæst. 6. l.1.C.si aduer.delic. & l.1. C.si quis Imperatori maledix.

11 Et ea ratio est, † quoniam ea, quæ fiunt contra voluntatem facientis, non imputantur ipsi facienti. d.c.1. 15.quæst.6. cap.presbiteros, 50.distin. & cap.1. cum alijs seqq. 22. quæst.5. & l.cura. ff.de munet.& honor.

12 Animus † enim præsumitur talis, qualia sunt verba, vel facta, vt per Simon.de Prætis, consi.142. Vt clarius, num.13. & consi.166. Deo, num.14. volum. 1.

13 Est nihilominus postremò bene verú, † quòd delictum in dubio nó præsumitur l.merito, & ibi Glo. ff.pro soc. Bal.in l.moueor, C.si ser.expor. vene. Barto. in l.non solum, §.sed vt probari, ff.de oper.no.nunc. Curt.sen.consi.50. In nomine sanctæ, col.9. Matth. Felician. consi.47. Ponderatis, nu.36. & seq.inter consi.crim. diuersorum, volu. 1.Marsi. in l.1.num.68. & 74. C.ad l. Cornel. de sica.& Alcia.in tract.de præsump.reg.3. præsum. 1. nume.1. cum alijs seqq. vbi ponit hoc pro reg. cum 4. limitationibus. Et sic facienda est in omnem euentum interpretatio, in dubio, ob quam delictum excludatur.l.exceptione, vbi Barto. & alij, ff.de fideiuss. & Craue. consi.151.nu.18. vbi tradit aliqua pulchra, & commoda exempla, & consi.244.num.5.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Pendente discussione instrumenti vsurarij, non potest procedi ad ipsius executionem. Et quã do tertius potest impedire executionem pro suo interesse.

SVMMARIVM.

1 *Executio instrumenti pendente querela super vsurarum crimine proposita contra creditorem producentem instrumentum ipsum, fieri non debet.*

2 *Executionem tertius comparens pro suo interesse, potest impedire, sed iudex summariè cognoscet.*

3 *Tertius quilibet potest sententiæ executionem impedire.*

4 *Tertius potest sententiam impedire proponendo nullitates.*

5 *Sententia nulla, nullam meretur executionem.*

6 *Nullitas euidens, & manifesta scaturiens ex actis, impedit atque retardat executionem, etiam trium sententiarum conformium.*

7 *Nullitas notoria retardat executionem obligationis, etiam Cameræ Apostolicæ, & magnæ Curiæ Vicariæ.*

DECISIO CCCIIII.

1 EXECVTIO † instrumenti non potest, nec debet modo aliquo fieri pendente querela super crimine vsurarum contra creditorem proposita producentem instrumentum ipsum, ita Bal. in l. fin. C. de fideicom. & in addit. Spec. in ver. appellatio, vers. quòd si iudex, & Capicius decis. 175. In causa Pirti, vbi memorat, ita extitisse aliàs in facti contingentia decisum in sacro Consilio Neap. Instrumentũ etiam liquidum non posse exequi, secundum formam ritus, sed uia, iudicioque ordinario, stante quòd tunc instrumentum hoc vsurarium atque fœneratitium discernebatur, & sic iudicaui dum eram Auditor in prouincijs Apuliæ, sub die 18. mensis Iunij 1583. in causa introducta per appellationis remedium, per Bernardinum Pretiosum de Campo basso contra quem Bernardinum apparebat accusata obligatio penes acta per Franciscum Scacciatum de eadem Terra, pro ducatis 790. & facta executione realiter, & personaliter aduersus eundem Bernardinum, sed proposita querela contra prædictum Franciscum de vsuraria prauitate, & consequenter ipsam obligationem esse fęneratitiam, & capta informatione, Regia Audientia determinauit suspensa executione emanata, & præstita cautione per antedictum Bernardinum, sed in forma depositi pro dictis ducatis 790. & pro pęna dictam executionem eidem restituendam, & procedendum super querela iam super vsuraria prauitate proposita.

2 Necnon † executionem quilibet veniens pro suo interesse, impedire etiã potest: sed super hoc iudex summariè cognoscere debet, secundum Bart. in l. à Diuo Pio, §. si super rebus, ff. de re iud.

3 Et sic † quilibet tertius impedire valet sententiæ executionem, vt per Imo. in l. à sententia, col. 4. ff. de appel. Paul. Aemil. Veral. magistraliter quidem cum suo apparatu, in decis. 327. seu 2. Executio sententiæ impeditur, num. 1. cum alijs seqq. Couarru. in lib. practicarum quæstionum, cap. 16. num. 1.

4 Necnon † potest quoque impedire sententiã, proponendo aduersus eam nullitates, vt prodidit Alexand. in dicta l. à Diuo Pio, §. si super rebus, num. 25.

5 Quoniam † sententia nulla, nullam meretur executionem. l. 4. §. condemnatum, vbi Bar. Alexan. & alij omnes, ff. de re iudic. Glos. in l. 2. C. de edicto diui Adr. tollen. & Maran. in tract. de iudicijs, par. 6. de executione sententiæ, nu. 2.

6 Imò † nullitas euidens, ac manifesta scaturiens, resultansque ex actis retardat, atque impedit executionem etiam trium sententiarum conformiũ, vt per Rom. in l. si verò. §. de viro, nu. 61. ff. sol. matrimo. Bal. in l. 1. C. ne lic. in vna eademque causa, post princip. Olds. consil. 106. num. 4. Quintilian. Mandos. cum alijs signatis per eum, in tracta. de inhibitionibus. q. 43. num. 4. Felyn. & alij vniformiter omnes in c. cum super, de re iudi. Riminal. iun. consil. 445. In hoc articulo, num. 3. volum. 4. & consi. 467. Circa primam, num. 112. eod. volum. Crescen. decis. 1. aliàs 18. num. 2. de senten. & re iudic.

7 Necnon † nullitas ipsa notoria retardat etiam executionem obligationis guarantigiæ, & sic in forma Cameræ Apostolicæ, & ritus magnæ Curiæ Vicariæ, vt per Bald. in fi. & alios vnanimi voto omnes in l. absentis, ff. si cert. peta. Rom. consi. 42. & Mandos. in d. q. 43. nu. 5.

ARGVMENTVM.

Non potest substituere alium in sui locum executor testamenti, nec transmittitur in hæredem.

SVMMARIVM.

1 *Executor testamentarius subdelegare, & cõmittere alteri officium suum, sibique substitutum dare non potest, num. 2.*

3 *Executor datus sub nomine proprio, ei substitutus non admittitur.*

4 *Executoris officium ad hæredes non transmittitur.*

5 *Persona industria vbi electa apparet, non potest actus aliter quàm per ipsum electum explicari.*

6 *Executor testamentarius bona testatoris legitimis subbastationibus præcedentibus vendere tenetur.*

7 *Executor vltimæ voluntatis rem testatoris vendere nequit, habita fide de pretio, pecunia non interueniente, alienationis tempore.*

8 *Executor testamenti alienandi res defuncti facultatem habens, alienando non transfert dominium, non præsente pecunia.*

9 *Executoris confessio, se pretium rei venditæ testatoris recepisse non sufficeret, neque probaret, nec ob illam præsumitur aliter emanata venditio pro legatorum satisfactione.*

10 *Executor testamenti habens vendendi bona à testatore*

tore auctoritatem, non nisi hæreditate adita vendere potest.

11 *Executor testamenti rem testatoris vendere delibe rans, licèt potestatem habeat, cur hæredem necessario requirere teneatur.*

12 *Executor à testatore vocatus ad distribuenda inter pauperes bona, si pauper sit, se ipsum eligere potest, nisi sit prohibitus.*

DECISIO CCCV.

1 EXECVTOR † testamentarius subdelegare non potest, cum electa sit industria suæ personæ, vt per Io. And. in addi. Specu. in ti. de instr. edit. §. nunc vero. Bar. in l. in venditione, §. fi. de bo. auth. iud. posid. Ange. in l. cum debitorem. ff. rem rat. hab. Bal. in l. nulli. C. de episco. & cler. & Felin. in c. fi. §. si autem, sub nu. 5. de offic. deleg.

2 Et sic † executor non potest alteri committere officium suum, sibiq; substitutum dare, ac illum constituere in officio suo, per no. in c. Ioannes, de testam. & Archid. in c. fi. eo. ti. lib. 6.

3 Nam † cum datus sit executor ipse sub nomine proprio, non admittitur substitutus, teste Io. Andr. in c. vt circa, de elect. in 6. & no. in c. tua, de testam. & ita in facti contingentia consului ad fauorem magnifici Ioannis Pauli Thadei Perusini de mense Iunij 1586. contra magnificum Scipionem Bardum, tanquam executorem substitutum à Serenissima Margarita de Austria, testamenti D. Mutij de Auanzatis dictæ Serenissimæ Dominæ Secretarij, & ita decisum etiam extitit in facti contingentia in sacra Regia Audientia Barensi, in anno 1589. in causa tũc vertente inter aliquos de ciuitate Canusij.

4 Et † tale officium executionis non transmittitur in hæredem, Roma. consi. 69. Viso quæstionis themate, nu. 6. & sic mortuo executore testamenti eius officium non transit ad hæredem, vt per Glo. in c. fi. extra de testib. lib. 6. Lap. in alleg. 91. Casus talis est, sub num. 3. Bald. in l. 1s, cui bonis. ff. de curat. furio. Rom. in d. consi. 69. nu. 6. vbi non obscurè quippe indicat istam esse veram, communemque omnium opinionem, & Curt. iun. etiam pleniori cornu, consi. 66. Præsupponitur in facto, nume. 1. Nic. Mil. in reper. in ver. executore testamenti mortuo.

5 Et ratio assignari posset isthæc, † quia ea in quibus electa extat industria personæ, per alium impleri non possunt, l. inter artifices, ff. de solut.

6 Sed in omnem euentum † executor testamentarius tenetur bona testatoris vendere ad incantum, & sic legitimis subhastationibus præcedentibus, secundum Bart. in l. alio hærede. ff. de alim. & cibar. leg. nu. 21.

7 Imò † executor ipse vltimę voluntatis minimè potest rem testatoris vendere, habita fide de pretio, & sic alienare nequit ipsa bona, pecunia non interueniente tempore alienationis, vt per Barto. in l. à diuo Pio. §. sed si emptor, col. 2. vers. quæro quid de executoribus, ff. de re iud. & Felyn. in c. cum olim, nu. 6. de offic. delega. vbi hoc vtiliter limitat, & idem Barto. etiam in d. l. alio hærede, nume. 22.

8 Nec † idem executor testamenti, tũc etiam habens alienandi facultatem res defuncti alienando posset transferre dominium, non præsente pecunia, ita Barto. in d. l. à diuo Pio. §. sed si emptor, cui ibi assentiuntur omnes vniuersaliter, & præsertim Ias. qui sub nu. 8. planè deducit istam esse communem opinionem.

9 Neque † etiam si executor ipse cõfitetur se pretium rei venditæ testatorem recepisse, sufficeret talis confessio, nec probaret, secundum Bart. Alexand. & Ias. sub num. 13. in d. l. à diuo Pio, §. sed si emptor. tunc enim ob huiusmodi confessionem non præsumitur aliter emanata venditio hæc pro solutione legatorum & satisfactione, teste Bar. in d. l. à diuo Pio, §. si emptor, sub nu. 23.

10 Et † quamuis executor habeat licentiam, & auctoritatem sibi traditam à testatore vendendi bona sua: non tamen posset tunc vendere huiusmodi bona, nisi prius eius hæreditas re ipsa adita sit, vt per Bar. in l. alio hærede, sub nu. 7. ff. de alim. & cibar. legat. & per Bal. Imo. & alios in l. in diem. in princ. ff. de cond. & demonst.

11 Similiterque † executor ipse vbicunque deliberaret vendere rem aliquam testatoris, etiam si haberet potestatem, teneretur necessariò requirere hæredem. ita Bar. in d. l. alio hærede, num. 16. cum alijs seqq. & ratio ea est, secundum Bart. ibi, in l. non intelligitur, §. tacitè, de iure fis. quòd executor censeretur clam agere, si secus ageret, alienaretque res hæreditarias: nam clam facere videtur, qui facit irrequisito, & non citato eo, qui posset aliquo modo contradicere, & sequitur Bertacch. in suo repert. in ver. clam, post princ. vers. item non citato eo.

12 Io tantum, † quòd executor electus, vocatusq; à testatore in suo testamento, ad distribuendum eius bona inter pauperes, potest eligere se ipsum, si pauper & egenus sit, vt firmat Io. Dilect. in tra. cta. de arte testandi, ti. 7. caut. 10. nu. 4. vbi hoc limitat locum nõ obtinere, vbicumque testator ipse prohiberet executorem, ne in propriam vtilitatem quicquam cõuerteret ex bonis distribuendis inter pauperes.

ARGVMENTVM.

Quilibet potest ædificare & omnia alia facere in domo sua, dummodo non noceat vicino & ei faciat iniuriam.

SVMMARIVM.

1 *Aedificare altius ad cælum vsque quilibet potest etiam quòd vicinis circa luminaria fiat præiudicium, & nume. 4. fallit tamen, nume. 7. 8. 9. 10. & 11.*

2 *Artem suam exercere cuique in domo sua, ignemque facere licet, etiam quòd vicino fumus noceat.*

3 *Furnum iuxta communem parietem vicinus ædificare potest.*

5 *Aedificare quis animo nocendi non præsumitur.*

Iudices,

6 *Iudices, in dubio, pro ædificijs, ne destruantur, pronunciare tenentur.*
12 *Aedificium domino soli acquiritur, & sumptus non repetuntur, sicque factum super muro, muro cedit, num. 14.*
13 *Aedificans in alterius iurisdictione, vasallus domini loci efficitur.*
15 *Malæfidei possessor, licèt vtiliter impensis in rem alienam repetitionem non habeat, expensas tamen & meliorationes vtiles in refectione antiqui ædificij absque prioris status læsione asportare potest.*

DECISIO CCCVI.

1 AEdificare † tollereque ædes suas quilibet potest altius vsque ad cœlum. l. si intercedat, & ibi Glo. ff. de seru. vrb. prædio. Corn. consi. 90. num. 49. vol. 2. & consi. 237. num. 3. eod. vol. & And. Gail. cum alijs iuribus & Doctoribus aggregatis per eum, in obseruat. 69. quòd ad æmulationem & iniuriam alterius ædificare non liceat, num. 1. lib. 2. Vbi hoc ponit pro regula cum duabus ampliationibus, num. 9. cum alijs seq. & Francis. Vegius, consi. 53. num. 1. cum alijs seqq. volu. 1. Menoc. de arbitr. iudic. in casu 56. num. 3. lib. 2. cent. 2. Sed æmulationis causa aliquid esse factũ non præsumitur. Menoc. ibidem, nu. 9. Et sic ædificare in suo solo quilibet ad suum libitum potest, & altius tollere. Menoc. vbi supra num. 1. & seq. etiam quod vicinis circa luminaria præiudicium fiat. l. altius, & l. ædibus, C. de seruit. & aqua, Quintil. Mandof. in tract. de inhib. quæst. 53. num. 2. Anto. Ciofius, consi. 44. In proposita, sub num. 1. vol. 2. vbi testatur de communi, Bertran. consi. 41. Viso casu, nu. 1. & consi. 367. Viso & examinato, nu. 1. vol. 4.

2 Imò † vnicuique in domo sua licitũ est artem exercere suam, ignemq; in ea facere, etiam quòd vicino fumus noceat, atque offendat, vt per Ioan. de Amicis, consi. 104. num. 2. cum alijs seqq. & est tex. in cap. si seruus seruum, §. si furnum, ff. ad leg.

3 Aquil. Imò † etiam licet ipsi vicino furnum ædificare, iuxta parietem communem, vt cõsuluit Bertran. consi. 5. Quæsitum, num. 4. vol. 4. vbi concedit quoque, quòd si vicinus prætenderet interesse: & sic quòd calor furni damnum inferret parieti communi, & extaret consuetudo in loco, illam fore tunc seruandam, & ita recolo iudicatum superioribus annis, in facti contingentia, in Curia nostræ ciuitatis Aquilæ, me patrocinante.

4 In tantum, † quòd ædificare licet cuique in solo proprio vsque ad cœlum, etiam si noceat vicino, Marcus Anto. Eugen. consi. 32. num. 1. & 37. lib. 1. dummodo id principaliter faciat, vt sibi prosit. l. fluminum. §. fin. ff. de dam. infec. Alex. consi. 174. col. 2. volu. 2. Dec. consi. 489. col. 3. Ias. consi. 32. col. 1. volu. 1. Marsi. sing. 154. Cæpha. consi. 130. num. 2. Ioan. Petr. Surd. consi. 27. Qui, num. 1. & consi. 127. Vasalli, nu. 18. Rimminal. iun. consi. 443. Aduersus magistrum, num. 9. cum alijs seqq. vol. 4. Bero. consi. 134. In causa nunciationis, nu. 26. vol. 3. Corn. consi. 282. nu. 4. vol. 4.

5 Et † ædificare in dubio quis nõ præsumitur animo nocendi, & sic ad iniuriam, sed propriam vtilitatem, vt per Ioan. Petr. Surd. in d. consi. 127. nu. 19. Dec. consi. 373. Parte, num. 3. Anto. Ciofius, consi. 1. sub nu. 20. & consi. 7. & consi. 44. In proposita specie, num. 2. vol. 2. Ioan. de Amicis, consi. 104. num. 3. Rimminal. iun. consi. 498. Prima consideratione, num. 14. vol. 5.

6 Et hinc est, † quòd in dubio iudices tenentur pronunciare pro ædificijs, ne destruãtur, teste Anton. Ciofio, in d. consi. 44. num. 4. & est tex. in l. senatus, ff. de contrah. empt.

7 Quæ † quidẽ regula ita illustrata limitatur per Marsi. sing. 153. & primò per casum l. fin. §. fin. C. de seru. vrba. præd. & sic vt ea procedat locumq; obtineat, si iure seruitutis non liceat in suo ædificare, seu eius domum altius tollere, & sequitur And. Gail. in d. obserua. 69. nu. 13. cum alijs seq.

8 Secundò limitatur, † quòd non licet tollere altius, quando præiudicaret vsufructuario vicino, ita Ang. in l. si is qui, ff. de vsufru. vbi concludit, quòd si locans suas domos, vel concedens earundem vsumfructum non posset postea altius tollere ędes suas, si tolleretur lumen domibus locatis.

9 Tertiò † limita non habere locum, vbicunque quis vellet tollere ad æmulationem, & sic animo nocendi, & non necessitate aliqua ductus ad altius tollendum, ita Rom. consi. 52. In quæst. vide Alex. consi. 9. Consideratis, volu. 6. Sali. & Bal. in l. altius, C. de seru. & aqua, Marsi. in d. sing. 154. Francis. Vegius, in d. consi. 53. num. 10. & seq. vbi tradit cõmodum exemplum, & Bero. consi. 135. In causa monialium, sub num. 4. & seqq. volu. 3. Illustris D. Marcus Anto. Eugen. in alleg. consi. 32. num. 38. & 52. & fusissimè And. Gail. in d. obserua. 69. num. 17. vbi num. 22. cum alijs seqq. declarat, & ponit vtiliter quidem casus omnes, in quibus quis dicatur ædificare ad æmulationem, inuidiam, & iniuriam, & tradit etiam quartam limitationem ad reg. prædictam, num. 16.

10 Quartò † fallit, vt ædificare non liceat in loco suo, quando ex pacto, consuetudine, vel statuto est imposita seruitus altius nõ tollendi, vt ita prodidit consulendo Ioan. Petr. Surd. consi. 17. in decisione, nu. 18. cum alijs seqq.

11 Quintò † claudicat etiam eadem regula, vt nõ sortiatur aliter locum, vbicunque ædificando, de alieno quis aliquid tangeret: tunc enim in alienũ nihil immittere, neque de alieno quoque tangere mediatè, vel immediatè vllo quidẽ modo posset, vt aperit Bero. consi. 131. Cum super quodã, nu. 2. 14. & 17. vol. 3.

12 Et eo magis, † cum ædificium in solo alterius factũ cedat solo, & domino soli acquiratur, & sumptus non repetuntur. Sali. in l. si aquam, num. 3 C. de seruit. & aqua. §. ex diuerso, Instit. de rer. diuis. & l. 2. C. de rei vendi. Bero. consi. 131. num. 1. vol. 3. Corn. consi. 222. num. 1. volu. 2. Rom. in sing. 383. *Tu hai vdito l'Institua*, vbi hoc vtiliter ampliat, & Soci. in reg. fallen. 3. vbi ponit pro regula cum septem limitationibus, & Guliel. Redoan. in tract. de reb. eccle. non alien. quæst. 17. sub. quid de malæ fidei possessore, num. 1. & seqq. licet materia fuerit ædificantis. Thom. Doccius consi. 16. num. 6.

num 1.6. & ampliat quoque Nat. consi.636. Multa
13 sunt, num. 102. vol. 3. † quòd ædificans in iurisdictione alterius, efficitur vasallus Domini loci.

14 Et † regula antesignata non solum procedit in solo, sed etiam in muro, vt ædificium factum super muro alterius, cedat muro, & si super solo, cedat solo, vt per Illustrem D. Marcum Ant. Eugen. præceptorem meum, consi.47. nu.36. & seq. volu. 1. vbi num.40. exprimit hoc procedere etiam ex statuto Perusino.

15 Et † licèt malæ fidei possessor eius, quod vtiliter in rem alienam impenderet, nullam habeat repetitionem. §. si quis à non domino, Instit. de rer. diuis. tamen si expensę, ac meliorationes factę per ipsum possessorem malæ fidei reperirentur vtiliter quidem in refectione antiqui ædificij, tunc licitũ quippè ei foret illas auferre ac asportare, absque læsione prioris status. l. domum, in fi. C. de rei vendi. Guliel. Redoan. in d. quæst. 17. rubr. quid de emptore, & bonæ fidei possessore, num. 10. & ita de præsenti mense Februarij 1586. in facti contingentia consului ampliori manu, in causa Do. Perotij Leopardi, vertente in Rota Romana, & sic etiam aliàs decisum extitit in anno 1589. in sacra Regia Audientia Barensi, in causa tunc in ea vertente inter quosdam de ciuitate Trani.

ARGVMENTVM.

Quæ dicantur expensæ funeris: & quando creditores in expensis funerum pręferantur alijs creditoribus anterioribus hæreditarijs.

SVMMARIVM.

1 *Expensæ funeris, quæ dicantur.*
2 *Expensæ in alicuius infirmitate erogatæ, funeris expensis æquiparantur.*
3 *Expensa in campanarum pulsatione, in sepulturæ aperitione, in corporis ad ecclesiam delatione, in missis, ceraque, & oblationibus, ac in vestibus luctuosis, propriè funeris dicitur.*
4 *Expensæ funeris, præmissa etiam factaque prohibitione, ne fierent, repeti possunt. & de quibus bonis fieri debeant, remissiuè.*
5 *Expensæ funeris per testamẽti executores factæ, dummodo rationabiles & verisimiles; item necessariè per hæredes, dummodo paruæ, habita ratione ad hæreditatem, solo iuramento probantur.*
6 *Expensa funeris adeo priuilegiata, vt in multis, creditoribus hæreditarijs etiam anteponatur: sed creditores cum hipotheca expressa anteriores posterioribus ex causa etiam funeris vel expensarum in infirmitate erogatarum præferuntur.*

DECISIO CCCVII.

1 Expensæ † funeris dicuntur quicquid erogatum extat, etiam antequàm corpus sepeliatur, vt in l. funeris, & in l. at si quis, §. funeris causa, ff. de relig. & sumpt. funer. & no. Pau. Castr. & alij omnes in l. 1. §. de impensa, ff. ad l. Falcid. & explicat vberius, quàm alius, quem hucusque viderim, quę dicantur ipsæ expensæ funeris, Pet. de Vbal. in tract. quartæ parochialis, in quæst. vltima, & Matth. Brun. consi. 139. Viso processu, nu.45. & seq. vol. 2.

2 Et † licèt expensæ erogatæ in infirmitate alicuius, nõ dicantur aliter expensæ funeris, l. & si quis, §. hæc actio. de relig. & sump. funer. tamen aduerte, quòd illis æquiparantur. l. in restituenda, & ibi Bal. C. de pet. hæred.

3 Est bene verum, † quòd impensa facta in campanarum pulsatione, & in apertura sepulturæ, inductione cadaueris, seu corporis ad ecclesiam, in recommendatione clericorum, in missis, & cera, & in oblationibus quæ offeruntur, & in vestibus luctuosis, dicitur propriè impensa funeris, ita Gl. Ang. & omnes alij vniuersaliter in l. si ex re. §. fi. ff. de stipu. seruo.

4 Et † istę expensę funeris repeti quippè possent, etiam præmissa, factaque prohibitione, ne illæ fierent, ita Glo. Bal. & alij omnes in l. fin. C. de neg. gest. & est tex. in l. at si quis, §. Labeo, ff. de relig. & sump. fune. & ita decisum extitit in Regia Audientia Apuliæ, in anno 1583. in causa tunc vertente inter aliquos de ciuitate Luceriæ. & de quibus bonis ipsę funerum impensæ fiant, fieriq; debeant, explanat Franc. Veg. cons. 17. nu. 14. vol. 1.

5 Et † si fueriut factæ per executores testamenti, solo iuramento probantur, dummodo sint rationabiles & verisimiles. Mascar. in tract. de probat. conclu. 722. num. 2. vol. 2. & similiter expensæ funeris necessarię per hæredem factæ probabuntur per solum iuramentum, idem Mascard. in alleg. conclu. nu. 1. dummodo paruæ sint, habita ratione ad hæreditatem, Mascar. in d. concl. 719. nu. 2.

6 Priuilegiata † etiam est adeo expensa funebris, vt in multis anteponatur etiam creditoribus hæreditarijs, ita Matth. Brun. in d. consi. 139. num. 44. & seqq. & Iaco. Noucl. in reg. 21. Impensa funebris, num. 1. & seqq. tomo 2. vbi hoc ponit pro regula, cum suo necessario apparatu. Sed creditores cum hipotheca expressa anteriores, præferuntur creditoribus posterioribus, etiam ex causa funeris vel expensarum in infirmitate erogatarum, prout ita decisum extitit in sacro Consilio & in Regio Collaterali, attestante Do. Vincentio de Franchis, ex varijs viuacibus rationib. ex suo prope diuino ingenio scaturientibus, in decis. 51. In causa creditorum, sub num. 1. cum alijs omnibus seqq. in 2. parte.

ARGVMENTVM.

Potest expelli colonus à re conducta pensione non soluta, & mota lite contra colonum, & per ipsum nominato domino, à quo causam habet statim est absoluendus ab obseruantia iudicij.

SVMMARIVM.

1 *Conductor ob non solutionem pensionis potest à domino propria authoritate à re conducta statim expelli. quod limita, nu. 3. & 4. ampliaturque, nu. 5.*

Colonus

2 *Colonus nisi mercede soluta, vel fide habita, non facit fructus suos.*

4 *Locator promittens non expellere conductorem, etiam tunc, pro vsu proprio expellere non posset.*

5 *Emphiteutam non soluentem canonem dominus propria authoritate expellere potest.*

6 *Emphiteuta si non soluat canonem, & renuat expelli, an directo domino armata manu expellere liceat.*

7 *Conductor de domo conducta expelli non potest, si tantum soluere paratus sit, quantum alius re ipsa offert.*

8 *Agricultor siue veteranus possessor nunquam à nouitio expelli potest, si tātundem, quod offertur, vult soluere, quod non procedit in inquilino, nume. 9. extra Regnum verò non procedit, nisi in fiscalibus, num. 10.*

11 *Conductor non soluens pensionem propria potest expelli authoritate, & extincta locatione rem restituere nolens potest similiter expelli propria authoritate etiam pro vno denario non soluto, & contra resistentem potest dominus etiam per vim, manutenere suam possessionem.*

12 *Laudans aliquem in dominum, absque eo quòd probet se nomine alieno possidere, debet absolui, & iudicium in nominatum transfunditur. Quod declaratur, num. 13.*

DECISIO CCCVIII.

1 CONDVCTOR † ob non solutionem pensionis, potest statim expelli à re conducta, propria authoritate, atque priuari commoditate vtēdi eadem re conducta. l. ędem, & ibi Docto. C. locati. Spec. de loca. §. postquàm, ver. porrò, Bart. in auth. qui rem, post princ. C. de sacrosanc. eccles. Bald. in Marg. vers. conducens, versi. fin. Alex. consi. 108. & seq. volum. 4. Marian. Soc. nep. consi. 35. nu. 12. volum. 3. Afflict. in constit. Pacis cultum, num. 23. Dec. in auth. qui rem. C. de sacrosan. eccl. & in l. diem functo, ff. de offi. assessorum. Iac. Philip. Port. Imo. consi. 59. nu. 61. & consi. 71. nu. 51.

2 Nec † colonus ipse facit vllo modo fructus suos tunc, nisi mercede soluta, vel fide habita, vt per glo. in l. si seruus communis, §. locaui, in ver. facere, & ibi Bar. & alij, de furt. & Glo. Parisien. in tit. 2. §. 52. nu. 180.

3 Sed † hoc claudicat primò non obtinere aliter locum in filio præsbiteri, cui fiscus locauit bona patris sui præsbyteri, nam tunc fiscus non potest expellere, verùm expectare tenetur eius mortem, per constit. Regni, Sicut accepimus, & ibi Afflic. col. fin. 7. not.

4 Limitatur † secundò eadem conclusio, vbicunque locans promisisset conductorem non expellere: tunc enim etiam pro vsu proprio expellere posset. ita Dec. consil. 292. nu. 3. Quod quidem intelligitur cum grano salis, si pensionem conductor ipse tūc solueret conuentā, secundum Abb. consi. 61. nu. 3. vol. 2. & Affl. in consti. Pœnam eorum, in 2. no. vers. 9.

5 Cæterùm † isthæc cōclusio ita interpretata amplificatur vtiliter quidem sortiri locum etiam in emphiteuta, vt dominus directus ipsum emphiteutam non soluentem propria auctoritate expellere queat. ita Glo. in l. 10 emphiteuticariis, C. de iure emphyt. in ver. repellere, & discussimus amplè in Sylua communium opinionum, lib. 1. opinio. 238. nu. 10.

6 Verùm † si resisteret tunc emphiteuta, concedit ibi Bal. quod ratione sui dominij, dominus ipse directus posset, etiam cum armis expellere dictum emphiteutam. sed aduerte, quod communis opinio omnium in iure Scribentium reperitur contra Bal. nam isto casu debet proprietarius adire iudicem, vt per Bar. in l. creditores, C. de pignor. Ant. de Butr. in c. potuit, extra de locato.

7 Sed in omnem euentum † conductor de domo conducta expelli non potest, si tantum soluere paratus sit, quantùm alius re ipsa offert, secundum Gl. in l. nemo cui, in ver. pacta. C. locati. Guliel. de Ludo in sing. 65.

8 Hodie verò in Regno est constitutum, † nunquam veteranum possessorem, seu agricultorem, à nouitio expelli posse, si tantundem, quod offertur, ipse soluere paratus sit.

9 Quòd † secus est in inquilino. ita Afflict. decis. 238. num. 2. & ibi Vrsil. in addi. num. 2. vbi concedit etiam, quòd respectu inquilini, non possit expelli.

10 Extra † regnum verò non procedit hoc, nisi in fiscalibus, vtpote quia in eis speciale est. ita Boer. decis. 107. num. 3.

11 Conductor † verò non soluens pēsionem, potest absque scrupulo aliquo expelli propria authoritate. l. ędem. C. locati, vbi Bal. Saly. & alij, etiam si de facto resisteret: quia possessio est penes locatorem. l. non solet. ff. locati. Imò conductor conductione finita, locatori rem restituere recusans, eum spoliare censetur, & tunc ab ipso locatore, vel eius hærede propria potest authoritate expelli. l. pen. C. loca. Alex. consil. 33. num. 2. volum. 6. Cagnol. in l. neque pignus, num. 8. ff. de regu. iur. Ias. in l. 2. col. 35. C. de iure emphit. Cæpha. consi. 47. num. 40. vol. 1.

Imò itidem cōductor pro vno denario non soluto, posset à domino expelli, vt per Bar. in prin. in d. l. 2. Bald. in l. ędem, C. locati, col. 3. in tantum quod si de facto tunc resisteret conductor, posset, dubio procul dominus etiam per vim manutenere suam possessionem contra resistentem. ita Barto. in repet. l. creditores, in 4. q. princ. C. de pignor. vbi Alexander meminit istam opinionem communem, & sequitur Becius, consi. 9. num. 2. & Io. Pet. Surd. consi. 82. De anno, nu. 17.

12 Est tamen bene verum, † quòd conductor, depositarius, vel detinens rem conductam, seu precariam, nominans dominum habentem plenum ius in re in authorem in principiò litis, statim absoluendus est ab instantia iudicij, idque transfunditur in dominum nominatum, nec tenetur modo aliquo reus conuentus, & sic conductor ipse probare, quod nomine alieno possideat: verùm quidem absoluitur, per nudam, simplicem, solamque nominationem, vt discurrit Maran. in tract. de iudic.

de iudic. in 6. par. 6. membro, num. 1. & seq. & ita iudicaui in fauorem Reuerendissimi Archiepiscopi Sipontini, seu Mãfredoniæ, nominati in authorem per aliquos suos censuarios, qui vexabantur, de mense Septembris 1583. contra D. Baronem, & eius Curiam ciuitatis Montis Sancti Angeli, me assidente tunc Auditore Regiæ Audientiæ prouinciarum Apuliæ.

13. Cęterùm † vbicũque inquilinus, seu cõductor ipse conuentus suscepisset onus iudicij in se, passusque foret litem contestari, etiã quòd postmodum nominationem hanc faceret, frustra ageret, audiendusq; non foret, sed veniret condemnandus in expensis, citra præiudicium iurium domini, vt ita decisum in sacro Regio Consilio Neap. reperitur, teste Afflicto, decis. 126. Petrus.

ARGVMENTVM.

Non valet confirmatio, nisi citata parte, cuius interest: & sic non valet præsentatio aliquorum patronorum in iure patronatus, nisi citentur etiam compatroni saltem per edictum.

SVMMARIVM.

1 *Electionis confirmatio parte specialiter non citata, si est legitimus contradictor, vel saltem generaliter per edictum, & causa non cognita, nec discussa, est ipso iure nulla.*

2 *Institutio beneficij iurispatronatus ad instantiã compatronorum præsentantium edicto non proposito, nec causa discussa, non seruata forma cap. fi. de electio. in 6. quod licèt loquatur in electione, habet tamen locum in præsentatione, redditur ipso iure nulla.*

3 *Præsentatio compatronorum large electio dicitur, & econtra.*

4 *Cap. fi. de elect. lib. 6. in præsentatione patronorum seruari debet, vt præsentandus eligatur per scrutinium, & non c. quia propter, extra eo.*

Philippus de Saracenis à Iuuenatio, laude admiratione que dignissimum tractatum super titulum de Iure patronatus, composuit.

5 *Institutio, collatio, seu prouisio ab Episcopo, spretis compatronis, facta, ipso iure nulla, cum taliter institutus beneficij occupator dicatur.*

DECISIO CCCIX.

1 CONFIRMATIO † electionis facta parte specialiter non citata, si est certus contradictor, vel saltem generaliter per edictum, & causa nõ cognita, nec discussa, & sic istis duobus copulatiuè requisitis prætermissis, est ipso iure nulla, ac nullius roboris, & momenti. text. est in c. fin. de elect. lib. 6.

2 Ita † pariformiter institutio beneficij iurispatronatus, facta ad instantiam aliquorum compatronorum pręsentantium, non proposito edicto, nec causa discussa, non seruata forma d. c. fin. redditur etiã ipso iure nulla & inualida. Quoniam illius dispositio licèt loquatur in electione: tamen obtinet quoque locum in præsentatione compatronorum, vt per Glos. in ver. electione, Gemin. Philip. Franc. Pet. de Anchar. & alios vnanimi cõsensu omnes in eodem c. fin. vtpote quia eadem subest ratio, expressa in Canone, ne prælatus manum imponat, contra doctrinã Apostoli, de qua in c. quid est manus, 78. dist. ergo & idem ius. l. illud, ff. ad leg. Aquil. l. à Titio, de verb. obl. & l. fin. C. ad leg. Falcid. cum similibus.

Quæ quidem sententia habet in se re ipsa ęqui
3 tatem, & iuris saporem: † nam præsentatio compatronorum largo sumpto vocabulo electio dicitur, & præsentando dicitur eligere, c. 2. & c. nobis, extra de iure patronat.

Et hinc concedit meritò hěpe Abb. in d. c. 2. q. licèt patronus in suo libello dicat, Eligo talem clericum ad ecclesiam iurispatronatus ad præsens vacantem, quem peto instatui, cũ omni dubio procul huiuscemodi libellus substinetur, quia verbum electio, pro præsentatione accipitur ex iuribus allegatis.

4 Et sic denique † forma, ac dispositio præcitati c. fin. de elect. lib. 6. procedit atque seruari debet absque scrupulo aliquo in præsentatione patronorum. ita Lapus in allegat. 8. præsentatus per patronos, col. pen. asserens ibi, hoc vbique per omnes obseruari, atque practicari, & hoc idem firmat quoque Abb. in c. postquam, in 3. no. extra de electio. ad lucem etiam adducens ibi fore singulariter notandum, & menti tenendum, & cum eadem sententia transiuit Stephan. de Gaieta in repet. d. c. fi. super Glo. in ver. electione, & in q. 8. Imola in clem. 2. in Glo. in ver. pręsentare, de iure patronat. & in c. publicato, extra de electio. concludens ibi, quòd in præsentatione compatronorum, non seruetur forma cap. quia propter, extra eod. tit. vt præsentandus eligatur per scrutinium, sed forma d. c. fi. & eãdem opinionem ait de iure similiter verissimam Rocchus de Curt. in tracta. de iurepatronat. in ver. honorificum, in quæst. 38. & in practica quoq; ait obseruari Illustris D. Philippus de Saracenis, de ciuitate Iuuenatij, qui huiusce titulum de iurepatronatus, solenniter sua tẽpestate commentauit, vt hisce oculis tractatum istum vidi in eius domo, nõdum impressum, omni laude, & admiratione profectò dignissimum, in rub. col. 8. vers. vltimò aduerte. & sic ista discernitur apertè magis communis, ac vera omnium in iure Scribentium sententia, quòd in præsentatione compatronorum, & institutione beneficij iurispatronatus, seruatur forma prædicti cap. fin. de electio. lib. 6. pro qua quidem consuluit etiam And. Barbat. consi. 33. Scripsit, col. pen. vol. 2.

Et quemadmodum institutio beneficij iurispatronatus facta non citatis, quorum interest, saltem generaliter per edictum, & causa non cognita, contra iuris normam, redditur ipso iure nulla, & inualida, nec potest itidem vllum generare
5 præiudicium, quantumuis leuissimum: † ita pariformiter episcopo instituente capellanum in ecclesia patronata, eo nempe casu, institutio, collatio, seu prouisio facta, spretis compatronis, est ipso iure nulla: nam patroni ita oppressi, seu delusi,

possunt dicere institutionem nullam, per textum in c. decernimus, vbi est casus, 16. q. 7. ibi, ordinationẽ suam irritam nouerit, prout tenet Io. And. in c. 2. de offic. vicar. lib. 6. & Abb. in c. illud, extra de iure patron.

Et ratio ea est, quoniam taliter institutus, dicitur occupator illius beneficij. c. ex insinuatione, extra eod. ti. & ibi no. Abb. in 2. no. hocque idem concedunt constanter quidem, Abb. Fely. & cæteri uniformiter omnes, in c. cum Bertoldus, extra de re ind.

ARGVMENTVM.

Quomodo & quando est facienda contestatio litis, & si est de essentia iudicij.

SVMMARIVM.

1 *Litis contestatio, iudicij exordium est, & negocij principalis hinc inde apud iudicem facta narratio, & subsecuta responsio; siue negando, siue confitendo, & animo procedendi in causa, nu. 2.*

3 *Litis contestatio per responsionem non conditionalem fieri debet.*

4 *Litis contestatio fit per rei responsionem petitioni actoris, nisi reus protestetur quòd nõ intendit eam contestari. Item si iuramentũ apponatur: itidem dum parti exceptio opponitur.*

5 *Litis contestatio per duos procuratores, alterum confitentem, alterum verò negantem non inducitur, sed cõtra dominum tanquam contra contumacem proceditur.*

6 *Lite contra absentem per contumaciam cõtestata proceditur, & cum de causa liqueat: imò si contestata non est, nec de causa liquet, absens excommunicandus est, nu. 8.*

7 *Actor, stante contumacia rei citati iam incursa, & non comparentis, interpositionem primi decreti, vel dationem termini ad probandum in causa eligere potest, & qualis hinc inoleuerit practica.*

9 *Litis contestatio post porrectum libellum ordine iudiciario fieri debet, & reseruari non potest, nec absente iudice fieri, nu. seq.*

11 *Litis contestatione omissa, processus non valet, & quàm generale hoc sit.*

12 *Litis contestatio, tanquam lapis angularis, & fundamentum iudicij discernitur.*

13 *Litis contestatio, vt in ciuilibus, ita in criminalibus facienda, & quando fiat in criminalibus.*

14 *Testes licèt in causa criminali, vel ciuili ante litis contestationem recipiendi non sint, nec diffinitiua ferenda, multis tamen casibus illi absque litis contestatione recipiuntur, & quibus, nu. 15.*

DECISIO CCCX.

1 CONTESTATIO † litis, est exordium iudicij. Glo. est in c. ex parte, il secondo, de
2 verborum signific. Et † contestatio ipsa litis, est negocij principalis hinc inde apud iudicem facta narratio, & subsecuta responsio, siue negando, siue confitendo, & animo procedendi in causa. ita Glo. in c. 1. de litis contesta. Bar. Bal. Saly. & alij in l. vnica, C. de litis contest. & pleniori cornu, Io. Bapt. Ferret. consi. 114. Vertitur quæstio, num. 2. & sequ. volum. 1. Bero. consi. 162. In quæstione, nume. 1. & 3. volum. 1. sed contestatio ipsa litis, re ipsa, non semper inducitur ex qualibet responsione, quæ fit aduersus petitionem, nec si partium altera præsente procedatur, ut aperit Corne. consi. 332. num. 7. vol. 1. & consi. 209. nu. 20. volum. 2.

3 Sed aduerte, † quòd contestatio litis fieri debet per responsionem non conditionalem, secũdum Glo. in c. cum venerabilis, in ver. responsionem, de except. Mar. Soc. in c. unico, q. 26. de litis contesta. & Io. Bapt. Ferret. in d. consi. 114. num. 9. vbi assignat rationem.

4 Et re ipsa † fit litis cõtestatio per responsionem rei petitioni actoris, nisi reus protestetur, quòd non intendit litem contestari, vt voluit Abb. in c. dudum, col. 3. de elect. sed non solet lis contestari per dationem exceptionum. cap. 1. de lit. contest. Paul. Aemil. Veral. decis. 229. seu 3. in 2. par. vbi explicat ita decisum extitisse in Rota Romana. Item contestatur lis, si iusiurandum apponatur, Saly. in l. 1. num. 4. C. de lit. contest. Itidem contestatur, dum pacti exceptio opponitur. Salyc. in d. l. 1. nume. 2.

5 Nec † contestatio ipsa litis inducitur per duos procuratores, quorum vnus confitetur, alter verò negat; verùm proceditur tunc contra dominum, tanquam contra contumacem, secundum Glo. in cap. si duo, in ver. admitti, & ibi Innoc. de procur. lib. sexto, licèt alij Docto. aliter sentiant, Est bene verum, quòd lite contestata cum procuratore factum, atque taciturnitas ipsius, tunc in nõ appellando, pręiudicaret domino. ita Io. Bap. Ferret. cum alijs aggregatis per eum, consil. 215. Respondendo, nu. 6. vol. 1.

6 Vnde † lite contestata cõtra absentem per contumaciam proceditur, & cum liqueat de causa. c. decernimus, 3. q. 9. & est text. in Regno etiam in Pragmat. Relatione citationis, de forma proce-
7 dendi in causis post citationem. † vbi disponitur, quòd actor, stante contumacia, iam incursa rei citati, & nõ comparentis, valeat ad eius electionem procurare, vel interpositionem primi decreti, vel dationẽ termini ad probandum in causa. Et hinc inoleuit practica, quòd relaxata citatione, seu mãdato contra reum conuentum ad cõstituendum procuratorem, & ad omnes singulos actus, vsque ad sententiam, si differat reus ipse per se, vel per procuratorem comparere, tunc, accusatis prius oportunis necessarijs cõtumacijs, proceditur contra eum in contumaciam ad contestationem litis, ad citationem ad testes, ad publicationem, cõclusionem, ad citationem ad sententiam, & denique ad promulgationem ipsius sententiæ, prout ita obseruaui, vt Aduocatus, & vt Iudex semper in varijs diuersisq; causis, & quòd possit deueniri ad probationem sententiæ in præsenti casu, parte citata, ante litis contestationem, vt supra, firmarunt Bart. & alij omnes vniuersaliter in l. consentaneum, C. quomodo, & quando iud. & in l. properandum,

perandum, §. sin autem reus, C. de iudic. & And. Gail. in obseruat. 51. nn. 6. cum alijs seq. lib. 1. vbi meminit in camera Imperiali concedi solitam esse citationem ad totam causam, prout hoc idem obseruari uidi in Regia Audientia Apuliæ, in anno 1583. cum alijs seqq. dum asidebam in ea Auditor, in qua mediante vnica citatione expedita ad totam causam, stante contumacia citatorum, protuli contra eos innumeras propè sententias. & ita obseruauit etiam indistinctè quidem sacra Regia Audientia Barensis, in causis omnibus, in anno 1589. & seqnentibus. Et quòd huiuscemodi citatio generalis ad totam causam, & ad omnes, & singulos actus vsque ad sententiam diffinitiuam inclusiuè valeat, & quòd mediante eadem met sola citatione posit iudex procedere in causa ipsa, & ad sententiam, absque vlla alia vlteriori citatione, firmauit etiam cum magna frequentia Doctorum, relata per eum, Iaffre. Lanfran. decis. 42. Consilium est, cẽturia 1. vbi illam quoque amplificauit, recensuitque communem fore, atque probari denique per text. in l. qui crimen, C. qui accu. non poss. Imò Neuiza. consi. 6. num. 7. cum alijs signatis per eum ibi, concedit etiam, quòd citatus ad totam causam, non requiritur, quòd in actu accusetur eius contumacia.

8 Imò † si contestata nõ est lis, nec liquet de causa, tunc absens per cõtumaciam solùm est excommunicandus, & ita intelliguntur c. rursus, & cap. quicunque, 11. q. 3.

9 Cæterùm ad institutũ redeundo, aduerte, † quod contestatio litis fieri debet post libellum porrectum ordine iudiciario. cap. induciæ, §. libellum. 3. quæstio. 3.

10 Et hinc est, † quòd cõtestatio litis reseruari non potest. c. induciæ, §. libellum, in fi. 3. q. 3. neque fieri iudice absente, & facta tũc etiam coram actuario minimè valet, vt per Ruyn. consil. 150. Clarissimum, num. 2. vol. 5.

11 Imò † contestatio litis vbi omittitur, processus non valet modo aliquo: c. dudum, il secondo, de elect. quod quidem est adeò generale, vt in omni materia etiam possessorij, non solùm retinendæ, sed etiam recuperandæ requiratur litis contestatio, aliter processus est nullus, vt no. in c. consultationibus, extra de offi. deleg. & per Barto. in l. naturaliter, ff. de acquir. possess. & per Ioan. Andr. in nouella, in c. non solùm, super ver. iudicis officio, de appel. lib. 6. & tunc, quemadmodùm processus est nullus, ita sententia etiam videtur nulla, vt per Specu. in ti. de sent. §. placet. vers. item est nulla ratione processus.

12 Et de hoc mirandum vtique non est: † quoniã litis contestatio substantialis est, & tanquam lapis angularis, & fundamentum iudicij apertissimè discernitur, vt aperit Riminal. iun. consi. 384. Petit. num. 37. & seq. vol. 4. Mascard. conclus. 33. num. 17. vol. 1. Bal. in c. vnico, de litis contest. Io. Crot. in repet. l. sciendum, sub nu. 56. ff. de verb. obl.

13 Et † contestatio ipsa litis, vt in ciuilibus, ita in criminalibus fieri debet, vt per Bar. Bal. & alios in l. 1. C. de lit. contest. & fit litis contestatio in criminalibus causis, quando reus, vel accusatus respondet accusationi, vel inquisitioni super facto, secundum Barto. in loco præ nominato, & ita obseruatur in Regno, vbi ducto inquisito ad tribunal, iudice sedente, & interrogato super crimine, statim habito eius responso, & depositione mediante iuramento, curia habita lite pro contestata, litemque contestando, expresè cõcedit, interueniente decreto, terminum reo ad se defendendum, & accusatori & Curiæ coadiutori, ad inquirendum & impugnandum.

14 Et † quamuis ante litis contestationem, in causa criminali, vel ciuili testes recipiendi non sint, nec sentẽtia diffinitiua ferenda, 3. q. 9. in summa.

15 nihilominus tamen † in multis casibus testes recipi possent absque litis contestatione. Et primò in hæresi post mortem. cap. sanè, & cap. seq. 24. quest. 2. Secundò in quæstione electionis Episcopi, & in causa matrimonij, ne propter moræ periculũ ecclesia dilapidetur, vel mulier fornicetur. Tertiò cum prælatus ex officio procedere per inquisitionem de excessibus subditorum. Quartò vbicunque aliqui testes reciperentur ad perpetuam rei memoriam, prout de his & alijs compluribus casibus habes in c. quoniam frequenter, & in c. seq. extra vt li. non contest.

ARGVMENTVM.

Secundum consuetudinem fiunt distribuendæ distributiones quotidianæ, verum in ecclesia noua habetur consideratio personarũ, & secundum illam consi derationem sunt faciendæ. Et qualiter sit obseruanda consuetudo.

SVMMARIVM.

1 *Distributiones quotidianæ non fiunt secundum corpora plus vel minus indigentia pro victu, sed secundum consuetudinem: & quid si ea non extet.*

2 *Distributionum quotidianarum consuetudo tam de iure canonico quàm ciuili præscripta esse debet, vt valeat: & quando præscripta dicatur.*

3 *Consuetudo non nisi rationabilis, legitima & præscripta, canoni & legi præiudicat.*

4 *Consuetudo per 40. annos præscripta, ius possessionem que acquirit.*

5 *Consuetudo non præscripta per præscriptam tollitur & in petitorio, non autem in possessorio.*

6 *Consuetudo consuetudine tollitur, & si in alicuius præiudicium sit inducaturque præscriptio, appellatur.*

7 *Consuetudo præscripta, firmata seu completa & perfecta per vnicum actum contrarium non tollitur: imperfecta verò ex actibus difformibus & contrarijs interrumpitur.*

DECISIO CCCXL

1 DISTRIBVTIONES † quotidianæ in plures fiendæ, non fiunt vllo modo secundum corpora plus, vel minus indigentiæ pro victu, c. cum accessissent, de constit. Flor. Bal. & Ang. in l. si partem fundi, ff. de seru. rusti. prædio. & Innoc. in c. cum M. de constitutio. concludens

cludens ibi ipsas distributiones fieri debere secundum consuetudinem: & sic, quòd vbi de consuetudine ecclesiæ appareat distributiones quotidianas fiendas fore, seruata forma ipsius consuetudinis: sed non extante aliter cõsuetudine super præstatione distributionum, ex quo ecclesia extat nuper fundata, & ædificata, tunc attenduntur merita clericorum respectu vestium, & aliorum bonorum necessariorum; & huic distinctioni Innoc. tanquàm verissimæ accedunt Cæpolla in tract. de seruit. rust. præd. tit. de seruit. aquæduct. num. 15. Abb. num. 9. Feli. sub num. 32. versi. in glo. penul. ibi, partes debent esse, & Marc. Mantua, nu. 77. in c. cum omnes, de constit. vbi aiunt expresè illam distinctionem esse cõmunem, qua mediante, ita de mense Augusti 1582. defendebam in facti contingentia Reuerendos DD. Archipresbyterum, & Canonicos Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Rodio, coram R. D. Vicario episcopalis Curiæ Aquilanæ, contra Reuerendos Cappellanos eiusdem ecclesiæ, qui contradicebant consuetudini præscriptę in ipsa ecclesia, in qua consueuere prædicti DD. Archipresbyter, & Canonici duas partes quotidianarum distributionum, & vnam ipsi Cappellani percipere.

2 Quæ † quidem consuetudo necessario debet esse præscripta, aliàs non valet, c. fin. & ibi Roch. Curt. sectio. 3. num. 1. de consuet. Marc. Mant. in d. c. cum omnes, sub num. 77. & est tex. etiam in c. Cumana, vbi Abb. & alij, de elect. & ista conclusio est adeo vera, vt procedat non solum de iure canonico, verum etiam ciuili, vt ipsa consuetudo debeat esse præscripta, secundum Bar. & alios omnes vniuersaliter in l. de quibus, ff. de legibus, & Roch. Curt. in d. c. fin. sectio. 3. sub num. 1. vbi in medium reseruauit istam esse communem opinionem, explicauitque quando dicatur præscripta, limitauitque inibi, nu. 5. & ita decisum aliàs extitit in Regia Audientia Apuliæ, in anno 1583. ad fauorem magnificæ Vniuersitatis sancti Seueri.

3 Et † tunc consuetudo rationabilis, legitima, & præscripta præiudicat canoni, & legi, aliàs non, secundum Glo. in c. cum causa, de re iudi. & Doct. omnes in d. c. fi. de consue. Couarr. lib. 3. varia. resolu. c. 13. num. 4. Nauar. consi. 42. nu. 12. de sent. excommu. lib. 5.

4 Imò † consuetudo ipsa præscripta per quadraginta annos acquirit ius, & possessionem, d. c. fin. in fi. de consuet. & ibi Doct. l. diuturna, de legib. & Glo. in c. fi. 18. q. 2.

5 Imò † etiam consuetudo hæc præscripta præualet consuetudini non præscriptæ, & sic consuetudo non præscripta tollitur per præscriptam, ita Bal. in c. 1. col. 1. in titu. de cog. feu. quod quippè de plano procedit in iudicio petitorio, non autẽ in possessorio, vt firmat, & explanat ibi Bal. & Io. And. in c. cum ecclesia, de elect. in no. col. 1.

6 Et † consequenter consuetudo consuetudine tollitur: & si in alicuius præiudicium fit, inducaturque, præscriptio appellatur, ita Ant. August. Episco. Illerden. decis. 574. lib. 3.

7 Itidem † consuetudo præscripta minimè gentium tollitur per vnum actum contrarium, teste Card. Put. decis. 3. de consuetu. aliàs 188. lib. 2. Et sic consuetudo firmata nõ tollitur, licèt semel vel bis contrafactum sit, vt est Glossa not. in l. nemo, §. temporalis. vbi Bar. & Dec. concordantia cumulat, nu. 1. & 2. ff. de reg. iur. Nam consuetudo completa, & perfecta per vnicum actum contrarium non tollitur, sed oportet quòd tollatur eo modo, & tempore, quibus inducta extitit, vt notanter dicit Abb. in c. fin. num. 19. extra de consuetu. Feli. in c. cum accessissent, num. 31. extra de constitu. Pet. de Rauen. in tract. de consuet. in 3. sect. in fi. & Cagno. in d. §. temporalis, in princ. per tex. in l. fin. C. de seruit. & aqua. Imò nedum tollitur talis prænarrata consuetudo per vnicum tantũ actum, sed nec per plures, nisi subsequuta fuerit contraria consuetudo, vt per Roch. de Curt. in tract. de consuet. in 4. sect. post num. 69. sed si consuetudo esset imperfecta, ex actibus difformibus, & contrarijs interrumperetur, vt tenet Abb. in d. c. fin. num. 19. & August. Berous, consi. 137. Consideratis diligenter in hac causa, num. 9. volu. 3. limita tamen per prædictos in locis supra citatis, & ad contraria responde per Roch. in d. 4. sect. nu. 70. cum seq.

ARGVMENTVM.

Semper iura inclinãt ad absoluendũ potius quàm ad condemnandum, & de absolutione ab excommunicatione.

SVMMARIVM.

1 *Absolutioni, quàm condemnationi, proniora sunt iura, & infertur ad iudicem nulliter procedentem.*
2 *Iura plus in absoluendo, quàm in obligando sunt prona. quod tripliciter limitatur, nu. 3.*
4 *Absolutio in dubijs aliquando ad cautelam impetratur, præstito iuramento, & cautione, & postea de validitate sententiæ censurarum disputatur.*
5 *Excommunicatio propter absolutionem nõ probatur.*
6 *Absolutio ad cautelam licèt faciliorẽ expeditionem causa respiciat, non tamen ea venit ob peculiarem eius naturam, nisi exprimatur; vnde per Authorem infertur.*
7 *Excommunicatus absoluitur ad cautelam, etiam excommunicationis causa non allegata, quod limitatur.*
8 *Absolutio ad cautelam, non procedit, nisi in sententia excommunicationis, lata ab homine, secus à canone.*
9 *Absolutio ad cautelam, debet concedi absque aliqua probatione, præstita tantũ canonica cautione, vbi censurarum sententia nulla foret, & tunc Papa absque alia solennitate absoluere potest.*
10 *Absolutio datur alicui sub cõditione in articulo mortis, vel ratione paupertatis, vel quia habet inimicitias capitales, vel aliam iustam excusationem, ita quòd habita opportunitate Romanæ Curiæ se præsentet, & qui excusentur à tali labore.*
11 *Absolutio conceditur in necessitate, non obstante partis contradictione, vel appellatione.*
12 *Episcopus, vel sacerdos absoluit excommunicatos,* cum

cum ex iusta causa excommunicator quæri non potest, vel difficulter inueniri.

13 *Absolutio quomodo fieri debeat, quæ sit eius forma, & absoluendus quid tenetur facere.*

14 *Absolutio ab excommunicatione potest peti à procuratore habente speciale mandatum, quod quomodo procedat, & intelligatur, nu. 15.*

16 *Absolutio facta per modum confessionis in foro pœnitentiali, probatur per cedulam presbiteri absoluentis.*

17 *Absolutio excommunicationis concessa sine iuramento, an valeat.*

18 *Absoluendus de violenta manuum iniectione, quid debeat iurare.*

19 *Absolutio concedi non debet, nisi læso prius satisfacto, ob manuum violentam iniectionem.*

20 *Excommunicatus absoluendus, tenetur iurare de parendo mandatis ecclesiæ, & absolutus quamuis postea non paruerit, non incidit ipso facto in excommunicationem, sed debet iterum excommunicari.*

DECISIO CCCXII.

1 ABSOLVERE † proniora iura sunt, quàm condemnare, c. ex litteris, de probat. & c. inter dilectos, de fide instru. & sic tutius est absoluere, quàm condemnare, ita Spec. in tit. de aduocato, §. sequitur videre, in princ. & in tit. de probat. §. 3. versi. sed pone. Et inde est quòd iudex nulliter procedens peruertendo ordinem substantialem ad inquirendum necessarium, non potest condemnare inquisitum: sed absoluere ab obseruatione iudicij, cap. qualiter, il primo, de accusat. & ità consuluit Bero. consi. 172. Viso processu, sub nu. 2. & seq. volu. 3. tunc enim deficiens aliquid de natura, substantiaque inquisitionis, illa vtique minimè gentiũ valeret, neque teneret. l. cum hi, §. prætor ait, & ibi Doct. ff. de transact. Dec. consi. 12. num. 9. & consi. 466. Stante, num. 18. Afflic. decis. 355. num. 3. cum alijs seqq. & decis. 188. num. 3. Grat. consi. 18. num. 17. & Cassau. consi. 12. num. 7.

2 Necnon † absoluere proniora sunt etiam iura, quàm obligare, l. Arrianus, ff. de actio. & obligat. & l. fauorabiliores, ff. de reg. iur. & consequenter in dubio absoluere debemus potius, quàm condemnare.

3 Sed † isthęc regula ita amplificata limitatur, primò fauore matrimonij, cap. si quis acceperit, 33. quæst. 1. secundò fallit etiam fauore libertatis, c. ex litteris, de probat. & l. si pars iudicantium, ff. de inoffi. testa. tertiò claudicat quoque fauore dotis; cum in ambiguis pro dotibus iudicare, respondereque tutior res, atque deliberatio est. l. in ambiguis, & ibi Dec. ff. de reg. iur. & Cagno. in l. semper in obscuris, num. 14. eo. tit. Glo. & alij vnanimi consensu omnes in l. nuptura, per illum tex. ff. de iure dot. quoniam mulieribus multum fauoris debetur in dotibus suis, c. nuper, de dot. post diuor. restit. & Glo. in c. duobus iudicibus, de sent. & re iud. quæ ad propositum hos ponit versus,

Stat testamentum, libertas, coniugium, dos
Si sunt æquales, quæ producuntur vtriusque.

4 Nec non † absoluitur quis etiam in dubijs ad cautelam, præstito iuramento, & cautione, & postea disputatur de validitate sententiæ censurarũ, c. per tuas, extra de sent. excommu. Curt. sen. consil. 20. num. 57.

5 Et hinc est, † quòd excommunicatus quis nullatenus probatur ex eo quòd fuerit absolutus, vt per Card. in cap. perpendimus, col. fi. de sent. excommu. & Dec. consi. 321. In causa, quæ Alexandriæ agitatur, num. 10. & in c. in præsentia, num. 63. de proba. & ita aliàs iudicauit sacra Regia Audientia Barensis, in anno 1589. in causa tunc vertente inter quosdam de Terra Cisternini: quoniã petens absolutionem ab excommunicatione, excommunicatum se esse non fatetur, secundum Innoc. Collecta. Abb. & alios omnes in c. venerabilem, de elect. Nauar. consi. 5. num. 13. de empt. & vendi. lib. 3. & Bertran. cum cęteris aggregatis per eum, consi. 77. Viso processu causæ, num. 30. vol. 1. Crauet. consi. 896. In dubijs, num. 30. lib. 5. Et tanto magis, esto quòd absolutio ab excommunicatione, excommunicationem necessariò nõ præsupponit, cum absolui quis cautelæ nomine possit, vt vbi excommunicatio appareat, absolutione illa deleatur, idem Crauet. consi. 613. De anno, num. 7. lib. 4. Francis. Beccius, consi. 55. num. 31. volu. 1. cum absolutio ipsa petatur regulariter ad cautelam, quando ipsa excommunicatio asseritur nulla. Stepha. Costa in repet. c. solet, de sent. excommu. lib. 6. num. 1. vbi in seq. num. & præsertim 41. planè resoluit, an absolutionem ipsam petens ad cautelam, possit illam obtinere, si non exprimat causam nullitatis, & alias omnes difficultates etiam attinẽtes ad præsentem materiam absolutionis ab excommunuicatione ad cautelam.

6 Et † licèt absolutio ipsa ad cautelam, faciliorem causæ expeditionẽ respiciat: nihilominus tamen nullatenus ea venit ob peculiarem eius naturam, nisi exprimatur: & sic quotiescunque aliqui absoluuntur ad cautelam, hoc necessariò exprimitur, c. ad præsentiam, de appell. & ibi Glo. & in c. capitulum sanctæ Crucis, de rescrip. & Dec. in c. præterea, nu. 23. de offi. deleg.

7 Est tamen bene verum, secundum Rotam decis. 60. Nota quòd vbi pars, in antiquis, † quòd absoluitur excommunicatus ad cautelam, etiã non allegata causa excõmunicationis, & sequitur Paris. consi. 28. Ad resolutionem, sub num. 47. volu. 4. quæ quidem absolutio ad cautelam, solet dari excommunicato, si doceat de nullitate excõmunicationis vt supra, & dubitetur de iurisdictione excommunicantis, ita Put. decis. 98. lib. 2. & Chis. decis. 56.

8 Imò † etiam absolutio ad cautelã, minimè sortitur locum, nisi in sentẽtia excommunicationis, lata ab homine: quoniam illa potest esse iniusta, & nulla: secus autem si excommunicatio feratur à canone, quæ dubio procul semper iusta est, cap. erit, 4. distinct.

9 Et consequẽter † absolutio ad cautelam, debet cõcedi absque probatione aliqua, pręstita solummodo cautione canonica, vbi sententia censurarum foret nulla, c. solent, de sent. excommu. in 6.

Feli. in c.ad nostram, de iureiur. Curt.sen. consi. 20.num.56. Parisi.consi.28.num.45.vol.4. quamuis Papa tunc posit absoluere sine aliqua alia solennitate; vt per Curt. sen. in d. consi.20. sub nume. 57. & 59.

10 Sed † absoluitur aliquando quis, sub conditione, in articulo mortis, vel ratione paupertatis, vel habens inimicitias capitales, vel aliam quamcunque iustam excusationem, ita quòd habita opportunitate, Curiæ Romanæ se præsentet, c.de cætero, de sent. excomm. Excusantur tamen à labore eundi ad Curiam Romanam infirmi, pueri, senes, mulieres, impotentes corpore, inimicitias habentes, siue aliud canonicum impedimentum, c. quamuis, de sent. excommu. Nauar.consi.13.nu. 3.& consi.39.nu.3. de sent.excom.lib.5.

11 Imò † absoluitur quis in necessitate, nõ obstante qualibet contradictione, vel etiam appellatione partis aduersæ, c.qua fronte, de appell.

12 Nec non † absoluuntur quoque excommunicati ab episcopo, cum ei iusta causa excommunicator quæri non potest, vel difficulter inueniri, vel absoluuntur à proprio sacerdote, c.nuper, in fi. de sent.excommu.

13. Et † absolutio ipsa debet necessariò fieri per manus impositionem, c.is qui, & c.sacerdos, 26. q.7. & absoluendus tunc tenetur flectere genua, d.c.sacerdos, & forma absolutionis est cum Psalmo pœnitentiali, Miserere mei Deus, & similiter cum oratione Dominica, vt per Feli. in c.à nobis, il secondo, num.1. de sent.excommun. Et potest quis absolui à suo prelato, vel sacerdote, ab excõmunicationibus Papæ reseruatis, in octo casibus discussis, & absolutis per Dom.Soto, in 4.senten. distin.22. q.2.art.3.col.fi. versi. Demum & ab excommunicationibus Papæ reseruatis potest.

14. In tantum, † quòd absolutio ab excommunicatione peti potest per procuratorem, dummodo habeat speciale mandatum, ita Glos. in c.qui ad agendum, de procur. lib.6. Bal.in cap.1.col.2.de iureiur. Feli. in c.cum desideres, num. 3. de sent. excommun.

15 Sed † hoc re ipsa intelligitur in absolutione, quę fit ad finem litigandi: secus autẽ in absolutione, quæ fieret in foro conscientię: quia illã tũc quis debet petere per se ipsum, ex quo peccatum nemo potest per procuratorem confiteri, cap.quem pœnitet, de pœnit. distin.1. ex causa tamen etiam in foro conscientię bene huiuscemodi absolutio peti dubio procul posset per procuratorẽ, vt concedunt Inno. Panor. & alij vnanimi consensu omnes in c.cum desideres, de sent.excommu.

16 Quæ † quidem absolutio ab excommunicatione probatur absque scrupulo aliquo per confessionem pœnitentiarij, vt per Cresc.decis.163.lib. 1.& consequenter absolutio facta per modũ confessionis in foro pœnitentiali probatur per cedulam presbiteri absoluẽtis, vt voluit Pal.decis.260.

17 Est tamen bene verum, † quòd absolutio excõmunicationis data, concessaque omisso iuramento fieri non debet, quoniam forma ecclesiæ generaliter obseruanda est, nec omittendum vllo modo venit iuramentum, nisi ex causa: quod nempè iuramentum si fortè omittatur, nihilominus valet, & tenet absolutio, ita Glo. Abb. Feli. sub nu. 3. versi. vtrum absolutio facta, & alij vniformiter omnes in cap.cum desideres, de sent. excommu. Ant.de Butr.in c.ab excommunicato, col.11. de rescrip. Dec.in cap.quæstioni, num.5. de appell. Et ratio est, vt puto quia absolutio ab excommunicatione semper substinetur, dummodo non adsit defectus iurisdictionis, vt per Caputaquen.decis. 108. lib.1.

18 Et hinc est, † quòd absoluẽdus de violenta manuum iniectione, debet iurare, quòd nunquam in clericum, vel monachum, aut alicuius religionis conuersum miecerit manus violentas: nisi se defendendo, vel quòd stet mandato absoluentis, c.ex tenore, de sent.excommu.

19 Imò † tunc absolui minimè debet quis, nisi læso prius satisfacto, si manus violentas iniecerit, c. parochianos, de sent.excommu.

20. Et † sic denique excõmunicatus absoluendus, tenetur præstare iuramentum de parendo mandatis ecclesiæ, vt firmat Abb. in c.prudentiam, §. si verò, in 1.not.de offi.deleg. qui quidem absolutus ab excommunicatione, ex quo promisit parere mandatis, quamuis postea non paruerit, nõ incidit ipso facto in excõmunicationem: sed opus est absque dubitatione aliqua, vt iterum excommunicetur, c.ad reprimendam, vbi Abb.de offi. ord. Rota, decis.23. de sent.excommu.in antiq.& Dec.in c.de quo vult Deo, nu.34. de iudi.

ARGVMENTVM.

Acta facta inter easdem personas de diuersis causis, semiplenam probationem faciunt.

SVMMARIVM.

1 *Acta facta in vna causa, non probant in alia, sed nunquid testium depositiones?*

2 *Acta in vno iudicio facta inter easdem personas, probant in alio.*

3 *Acta facta in vno iudicio probant in alio, non tãtum inter easdem personas, sed inter omnes, non de effectu facti, sed de facto ipso.*

4 *Testes examinati coram vno iudice, faciunt fidem coram alio in septem casibus, remissiuè.*

5 *Confessio facta per principalem in vno iudicio, & inter easdem personas, an faciat fidem in alio, si aduersus illam fuerit iudicatum.*

6 *Acta producens, non videtur producere instrumenta publica, & præsertim non registrata in actis.*

7 *Acta producta cum omnibus, in eis contentis, tunc instrumentum in actis deductum, censetur productum, sicut in eo qui sacculum cum contentis in eo produceret.*

DECISIO CCCXIII.

1 ACTA † quamuis in vna causa facta non probent in alia causa: nihilominus tamen depositiones, attestationesque testium dubio procul probarent, atque fidem face-

rent, ita Alexand. post Barto. in l.eos. ff.de falsis, Barto.& alij omnes conformiter,& præsertim Bolognet.in l.2.num. 59. C.de eden.& sic testes examinati in vno iudicio,faciunt fidem in alio, inter easdem personas. Menoch.consi. 366. In controuersia, num. 14. & seq.volum.4.vbi hoc ampliat, & vtiliter declarat,& consi.sequen.num,24. cum alijs seqq.& Simon de Præt. consil.129. Ex facto proponitur,nume.30. volum.1.& Caraui. in ritu 241. vbi affabrè quidem concedit, reum contra quem attestationes ipsæ reproducuntur, habere electionem illas acceptandi, vel procurandi repetitionem eorūdem testium,aliàs examinatorum: & ita consului,& vidi in practica obseruari in Curia nostra,de mense Ianuarij 1586. assidente tūc in ea iudice, Do.Baptista Cacciauino de ciuitate Ducali, & ita etiā aliàs iudicauit sacra Regia Audientia Barensis,in anno 1589.in causa tunc vertente inter quosdam de ciuitate Ruborum.

Est tamen bene verum, quòd testes inter alios examinati non plenè aliter probarent; sed semiplenam tunc inducerent probationem, teste Afflicto, decis.396.nu.1.Ias.num.26.& Ripa,num. 302.& seq.in l.admonendi, ff.de iureiur. Bursat. consil.357,num. 19.volu.4. vbi indicat istam esse magis communem opinionem. Et similiter acta inter alios facta etiam in casu,in quo nō probant, inducunt semiplenam probationem,vt per Alex. in l.sæpe,ff. de re iud.Thob.Non. consi.24.Cum D.Guido,num.9.

2 Necnon † acta in iudicio facta inter easdē personas probant etiam in alio, secundum Alexan. Cagnol.nu.110. Ripam,nu.33.Bolognet.nu.52, & alios vnanimi voto omnes in l.2, C. de eden. Anto.Ciofium,consi.48.Magnifici,nu.3.volu.1. Imo acta coram iudicibus secularib. facta, fidem faciunt corā iudicibus Ecclesiasticis inter easdem personas, vt per Bal.in l.2.nu.3.ff.de ferijs, Felyn. in c.causam quæ, nu.4.de testib. Menoch.consi. 367.Duo sunt,nu.25.vol.4.

3 Prout † etiam acta facta in vno iudicio, probāt itidem in alio,non solùm inter easdem personas, sed inter omnes, non de effectu facti, verùm de facto ipso.c.cum olim,de verbor.sign. l.gesta, C. de re iud.& c.quoniam,de probatio.vbi habetur acta ista perpetuò probare,atque inducere notorium, vt per Alexand. Ripam,nu.33.& Cagnol. num.100.in d.l.2.C.de eden.& demum acta ipsa inter diuersas personas facta in omnem euentum semiplenam inducūt dubio procul probationem inter alios, vt aperit cum suo apparatu, D. Vinc. de Franch.decis.158.Venationes,num.4.8.& 12. vt superius dixi: & acta inter alias personas, & in alio iudicio nihil probant,saltem cessante connexitate,Rimin.iun.consi.168. nume.28.volum.2. tamen acta ipsa & sententiæ inter alios facta, faciunt tertio aliquale præiudicium, licèt non plenè probent.Hippolyt.de Marsil. in c.at si clerici, num.112.de iudic.non tamen acta ipsa & probationes in causa ciuili probant in iudicio criminali,sed faciunt præsumptionem,idem Rimin.iun. in c.at si clerici,nu.269. de iudic.

4 Alios † verò septem casus,in quibus testes examinati coram iudice,faciunt fidem coram alio,refert cum suis circumstantijs,Io.Campeg.in tract. de testib.in reg.335.

5 Est tamen bene verum,† quòd confessio facta in vno iudicio per principalem,atque inter easdē personas,nullam admodum facit fidem in alio iudicio,vbicunque aduersus cōfessionem illam extiterit iudicatum, vt firmauit Alex.nu.27. Ripa, num.21. & Bolognet.num.68. cum alijs seqq. in d.l.2.C.de eden.& Paul.Aemil.Veral.decis.197. Confessio facta in vno iudicio, in 1.par. vbi depromit ita in Ro.Rom.iudicatum extitisse.

6 Sed † acta producens, non videtur producere instrumenta publica, & præsertim non registrata in actis. ita Inno.& alij omnes conformiter in c. quoniam contra, de probat.& Alex. in l.in fraudem,§.neque instrumenta,de iure fisci.

7 Sed † vbicunque producerentur acta, & omnia contenta in eis,tunc vtique censeretur productum instrumentum in actis deductum, sicut in eo qui producit sacculum cū omnibus in eo contentis,quę quidem productio valeret tunc,atque teneret absque dubitatione aliqua, & voluit Io. Andr. in titu.de instrum.edit. in §.videndum restat,in vers.item non exhibeas.in add.incip.de facto seruatur.

ARGVMENTVM.

Multa de Abbatibus circa ætatem,electionem,& potestatem. Sic etiam de Abbatissa, quomodo eligenda, à quo, quid facere possit.

SVMMARIVM.

1 *Abbas subest Episcopo, & eius negligentia per ipsum Episcopum suppletur.*

2 *Abbas criminosus potest deponi ab Episcopo, inuito conuentu, concessis tamen defensionibus.*

3 *Abbas electus debet esse cautus in regimine, humilis,castus, misericors, discretus, & sobrius.*

4 *Eligendus in Abbatem debet esse dignus moribus, & actibus monastica disciplinæ.*

5 *Episcopus, Abbate exempto irrequisito,nihil in eius monasterio exercere debet.*

6 *Abbas exemptus vices Episcopi gerit. & quæ possit agere.*

7 *Abbas non potest monachum sui monasterij dispensare ad succedendum suis parentibus, & de bonis disponendum.*

8 *Abbatissa, qualem habeat iurisdictionem, & quid in suas monachas possit, & clericos suæ iurisdictioni subiectos.*

9 *Abbatissa in administratione æquiparatur Abbati, & tanquam caput monasterij dicitur habere dignitatem.*

10 *Abbas plus consequitur per benedictionem, quàm Abbatissa, & quare.*

11 *Abbatissa, monialium confessiones audire nō potest, nec eis benedicere, non prædicare, non absoluere, vel excommunicare, etiam vbi esset consuetudo; in matutinis tamen Euangelium legere potest, ideo Diaconissa appellatur.*

Abbatissa

12 *Abbatissa donare non potest, & ratio.*

13 *Abbatissa executrix testamenti, potest in suo monasterio distribuere bona pauperibus relicta.*

14 *Executor ad distribuendum bona inter pauperes electus, quid possit.*

15 *Executoribus testamenti discordantibus in pauperibus eligendis, si ex eis vnus sit testatoris consanguineus, & alter extraneus, tunc electio consanguinei vires habebit.*

16 *Abbatissa debet esse triginta annorum. & quid desuper Concilium Trident. disponat.*

17 *Abbatissa debet esse virgo, & non vidua, nec etiam illegitimè nata, & an Episcopus possit dispensare, num. sequenti.*

18 *Abbatissa permittens se corrumpi, licèt virgo, est ipso iure priuata, & violans Abbatissam, vel moniales, & præsertim in monasterio Conuertitarum in Vrbe, etiam quòd Cardinalis fuerit, incurrit pœnam excommunicationis latæ sententiæ, cuius absolutio ad Papam pertinet.*

19 *Moniales in vitiũ carnis prolapsæ, grauiter puniuntur: & quot tunc crimina committantur, & qua pœna puniatur monialem cognoscens.*

20 *Vidua medium tenet gradum inter virginitatem, & matrimonium: & an resuscitatus à mortuis ad viuentem vxorem redire possit, vbi de Lazaro.*

21 *Episcopus debet esse ætatis triginta annorum, aliter tamen non dispensatur. & quid in alijs prælatis.*

DECISIO CCCXIIII.

1 ABBAS † subest Episcopo, & eius negligentia per Episcopum ipsum suppletur. Omnis enim iurisdictio, tam in monasterijs, quàm in alijs pertinet ad Episcopum, nisi exempti nempè sint. c. nullã, 93. dist. c. Abbates, 18. q. 11. & c. irrefragabili, de offic. ordin. & ipsorum Abbatum negligentia, qua in causa corrigi queat, determinat Concil. Trident. in 5. sess. de reformatione, sub cap. 1. Quoniam Episcopi canonum patres, & custodes vocantur. c. cum quibus, 24. q. 3. Rom. consi. 332. nu. 5.

2 Imò † Abbas criminosus potest quoque deponi ab Episcopo, etiam inuito conuentu. c. si quis, 18. q. 2. cæterùm Abbas ipse, etiam quouis instante, aut requirente priuari nequit vllo quidem modo: nisi copia prius, atque facultas legitimæ defensionis concedatur; etiam si crimina notoria, manifestissimave forent, auditisque partibus, causa plenariè probata fuerit, vt disponitur in motu proprio 7. Leonis Decimi, super reformatione Romanæ Curiæ, col. 2. vers. statuimus, vt nullus Episcopus.

3 Et hinc est, † quòd in Abbatem electus debet esse cautus in regimine, humilis, castus, misericors, discretus, & sobrius, c. si quis Abbas, 18. q. 2. quoniam primò humilitas in prælatis commendabilis est. c. ecce, 99. dist. Et humilitate ipsa nihil fulget in episcopali ceruice splendidius, c. cõtra morem, in fi. 100. dist. O Sancta itaque (teste Aug. in sermone de superbia) venerabilisque humilitas; tu Dei filium descendere fecisti in vterum sanctæ Mariæ Virginis; tu eum fecisti inuolui vilibus pannis, vt nos indueret virtutum ornamentis; tu eum circuncidisti in carne, vt nos circunciderct in mente; tu eum corporaliter flagellasti, vt nos à flagello peccati liberaret; tu eum coronasti spinis, vt nos coronaret suis æternis rosis; tu eum infirmari fecisti, qui medicus cunctorũ erat, solo verbo lauans omnia, & vniuersa, vt infirmos sanaret. Et denique secundum Ambros. super Lucam, lib. 7. bona humilitas nihil appetendo, totum quod contemnit, adipiscitur. nihil excelsius humilitate, quæ quasi semper superior nescit extolli: quia id affectat, quod infra se iudicat: Et hinc est, attestante Basilio in Exameron, quod tria sunt quæ radicata nutriunt humilitatem, scilicet assiduitas subiectionis, consideratio propriæ fragilitatis, & consideratio rei melioris. Concludendum est itaque, quòd humilitatis ignari, & neophiti, ad regimen ecclesiæ non sunt assumendi. c. statuimus, §. 1. 61. distinct. humilitatis enim exemplum Christus dedit verbis, & factis. c. dominus, 93. dist. & c. nullus, ante fi. 9. q. 3. & Dominus ipse respexit in orationem humilium, & non spreuit preces eorum, vt per Dauid Psal. 101. Secundò castitas continentiæ sacerdotibus imperatur, quia tempore gratiæ, non generis successio, sed vitæ perfectio quæritur. c. recurrat, §. his ita respondetur, in fi. 32. quæst. 4. castitate enim absente, omnia opera sunt imperfecta. cap. tunc. 34. q. 5. quæ quidem castitas, religione, non ferro quærenda est, vt recitatur inibi. vnde castitatis fidem Deo vouentes, irritam faciendo, damnationem incurrũt. c. 1. 27. q. 1. quid ergo castitate decorius? quæ mũdum de immundo conceptum semine, de hoste domesticum, hominẽ denique Angelum; vt docet Bernardus in Episto. ad Senon. Tertiò misericordiæ opera quilibet adimplere tenetur. ita Glo. in c. humanum genus, in ver. inferre. 1. dist. & hinc est, quòd misericordiam negantes, Christum, qui est misericordia, negant. cap. omnis, 7. q. 1. iustitia enim, teste Chrysost. super Matthæum, sine misericordia, non est iustitia, sed crudelitas. sic misericordia sine iustitia, non est misericordia, sed fatuitas. Nam vt habetur Prouerbiorum, misericordia, & veritas custodiũt Regem, & roboratur clemẽtia tronus eius. Est vtique, vt per Chrysost. in loco præmemorato, misericordia salutis præsidiũ, fidei ornamentum, propitiatio peccatorum: hæc est, quæ iustos probat: sanctos roborat: Dei cultores ostentat. imò secundum Ambrosium super Episto. Pauli ad Timotheum, 4. Pietas ad omnia vtilis est. omnis summa disciplinæ Christianæ in misericordia, & pietate est, quam aliquis sequẽs, si lubricum carnis patitur, sine dubio vapulabit. Enimuerò, teste Cicerone in oratione pro Quinto Ligario, nulla de virtutibus plurimis admirabilior, nec gratior misericordia: homines enim ad Deos nulla re propius accedunt, quàm salutem hominibus dando, nihil habet fortuna maius, quàm vt possit, nec natura melius, quàm vt velit seruare. & Valerius Maximus, lib. 5. ita firmat ẽt: nam etsi egregium est, hostem abijcere: non minus tamen laudabile infelicis scire misereri. Vnde attestante Matthæo in Euangelio, cap. 5. Beati misericor-

misericordes, quoniam ipsi misericordiam con-
sequentur. Quartò depromendum est etiam, ne
cessariam fore discretionem prælato in corrigen-
do.c.ponderet,50.dist. imò discretio ipsa est om-
nibus necessaria quoque in viuendo, vt scilicet
virtutes eligamus,& uitia reprobemus.c.hinc et-
enim,49.distinc. discretio enim omniũ virtutum
mater esse dignoscitur.c.præsentium,& ibi Glos.
1.q.1. & S.Thom. 3.sententiarum, dist.33. q.1.
artic.5.vbi planum facit, quòd discretio pertinet
ad prudentiam, & quòd est genitrix, custos,mo-
deratrixq́ue virtutum. Vnde secundum Bernar-
dum super Cantica, discretio quippè omni virtu
ti ordinem ponit, modum tribuit, decorem, &
perpetuitatem confert. est ergo discretio,nõ tam
virtus,quàm quædam moderatrix virtutum,ordi
natrix affectuum,& doctrix morum: tolle hanc,
& virtus,vitium erit, ipsaq́ue affectio naturalis in
perturbationẽ magis conuertetur,exterminium-
q́ue naturæ. Quintò sobrius est, qui in cibo, &
potu temperans est,quasi sine ebrietate: sobrieta
tis nomine,etiam temperantia significatur,vt per
S.Thom.in 2.2.q.143.c.1. & temperantiæ partes
sunt continentia, clementia, & modestia, secun-
dum Cicer.lib.Rhetor. & isthæc temperãtia pro
dest animæ,& corpori: quia nihil sic homini pro
dest, sicut moderata refectio. c.nihil enim sic, de
consecr.dist.5.in tantum quòd,teste Hieronymo
contra Ruffinum,lib.3.fuganda sunt omnib. mo
dis,& abscindenda,languor à corpore, imperitia
ab animo,luxuria à ventre,à ciuitate seditio,à do
mo discordia,& in commune à cunctis rebus in-
temperantia.

His itaque omnibus rectè adductis, studiosè
4 intellectis, atque probè cognitis, clarum est, † q̃
in Abbatem eligi debet, qui sit dignus moribus,
atque actibus monasticæ disciplinæ. cap. Abba-
tem cuilibet, 18.quæstio.2. & Abbates quomo-
do eligendi nempè sint,traditur norma per Con
cil. Triden. sessio. 25. de regularibus, & monia-
libus, cap.6.

5 Sed aduerte, † quòd Abbate exempto irrequi
sito, nihil debet Episcopus in monasterio eius e-
xercere,c.luminoso,18.q.2. nam Abbatum mo-
nasteria in quibus ipsi domicilium habẽt,à iuris-
dictione Episcoporum sunt libera,vt per Concil.
Trid.sess.25.de regularibus, & monialibus,c.11.
in tantum q̃ Episcopus nihil iuris habet in mona
chis,nisi causa disciplinæ.c.1. de statu monacho-
rum, & consequenter Episcopi non possunt cor-
rigere religiosos: nisi Abbates,vel alij eorum prę
lati negligentes sint; possunt tamen Episcopi mo
nere ipsos Abbates,& prælatos,vt corrigant illos.
c.quanto, & ibi Panor. de offic.ord.

6 Imò † Abbas exemptus vices Episcopi gerit,
arg.c.si qua, 12.q.2. & c.placuit, & de uo. c.ma-
gnæ, §.cùm igitur, Paris. consil.22. Mandatum,
sub nume.14. volum.4. Nam Abbates ipsi vsum
mitriæ,& baculi habentes adhibentur Episcopo-
rum loco in causa actualis degradationis ab ordi
nibus,& gradibus ecclesiasticis, in casibus,in qui
bus ipsorum Episcoporum præsentia,in numero
à Canonibus definito, requiritur, vt absque illis
procedere liceat. ita Concil.Trid. sess.13. de re-
formatione, cap.4. Et de hoc mirandum non est,
quoniam Abbas ipse reperitur in dignitatis cul-
mine,habetq́ue supremam potestatem, sicut Epi
scopus,vt per Glo.in c.2. de præben.in 6. Quin-
tilian.Mandos.consi.56.Tribus,num.15.volu.1.
Francis.Aret.consi.63.In præsenti,num.5. bene-
dicitq́ue etiam, atque minores confert quoque
ordines, vt consulendo demonstrat magno cum
apparatu Io.Piccardus, consi.52.Dubia,nu.133.
cum alijs seqq.posito inter consi.Menoch. vol.1.
Dom.Soto in 4.senten.tomo 2.dist.25.q.1.artic.
1.col.antep. vers. Abbatibus autem iam est facul-
tas. & Anto.Burgos in cap.decernimus,in repet.
nu.20. de iudic. & primam tonsuram ipsam con-
fert monachis sui monasterij, & non alijs: nisi ex
priuilegio sedis Apostolicæ ei competat.c.Abba
tes,in fi.de priuileg.lib.6.Ant.de Butr.consil.19.
nu.15.Rebuf.in pract.beneficiorum,titu.de cler.
& à quibus, & quomodo creentur, nu.14.fol.9.
sed casu quo Abbas conferret absque priuilegio
primam ipsam tonsuram clerico, tunc imprime-
ret solummodò caracterem, nõ autem executio-
nẽ,secundum Lap.in alleg.138.nu.1.cũ alijs seq.
Et sic denique Abbates exempti, curam anima-
rum possunt committere in locis, sibi pleno iure
subiectis, & remouere curatum, vt per Francisc.
Aret.dicto consil.63. sub num.1. cum alijs seqq.
Et Abbati licèt concessa quidem sint, quæ com-
petunt Episcopo in omnibus, & per omnia, non
tamen veniunt tunc quæ sunt ordinis episcopa-
lis,vt per Butrium,consi.19.& Rimin.iun.consi.
59.Anno Domini, num.93.volum.1. Vnde Ab
bates ipsi non sunt aliter æquales Episcopis in au
ctoritate, & asserens contrarium, hæresim incur-
reret, ex quo Abbates nõ successerunt loco Apo
stolorum,vt apertius discurrit,atque firmat Paul.
Grisaldus in decisionibus fidei catholicæ, in de-
cisio.1. Abbas, versicu.4. Abbates æquales sunt
Episcopis.

Et vt denique extrema cum primis coniungan
7 tur,expectandum nempe est,† quòd Abbas non
potest modo aliquo monachũ sui monasterij di-
spensare ad succedendum suis parentibus, & de
bonis disponendum,vt consuluit Bertr.cons.16.
Viso casu mihi misso,vol.3.

8 Abbatissa † verò non habet iurisdictionem or
dinariam.Dom.Soto in 4.senten.dist.20.quęst.1.
art.4. col.7. sub versi. sed de fœmineo sexu quæ-
stio nos interpellat,sed bene habet talem qualem
iurisdictionem,non ita plenam, sicut vir: potest
enim suspendere ab officio, & beneficio mona-
chas suas,& clericos suæ iurisdictioni subiectos,si
inobedientes fuerint, prohibere, ne celebrent in
eius ecclesia,& suspendere à beneficio,& pręben
das subtrahere. ita Lambert.in tract.de iurepatr.
artic.5.q.5.princ.1.par.lib.2.num.8.Nam Abba-
tissa ipsa habet absque scrupulo aliquo tempora-
lium administrationem, arg.cap.cum dilecta, de
confir. vtili,vel inuti.& cap.2.& ibi Glo.& Abb.
de his quæ fiũt à prælat.sine consen.cap.potestq́;
itidem sola Abbatissa absque interuẽtu duarum
ex tribus partibus monialium procuratorem con

statuere

stituere ad lites, vt per Put. decisio. 285. lib. 3. Imò ipsamet Abbatissa posset quoque pro suo monasterio esse procuratrix. ita Glo. & alij iuris interpretes omnes in d. c.dilecta, Alber. in l.fœminas, num.2. ff.de procuratoribus. & Pet. Duen. cum alijs aggregatis per eum, in reg.311. Fęmina, num.3. habetque denique Abbatissa ipsa etiam collationem beneficiorum. d. cap. cum dilecta, & ibi Abb. & Dec. num.20. & in l.fœminæ, sub nu. 8. ff.de reg. iur. & Lambert. in d.art.5. quæst.5. nu. 3. Paris. consi.13. Circa præsentem difficultatem, nu.1. vol.4. Abbatissa insuper habens iurisdictionẽ in aliquos vasallos eis pręcipere potest, sicut secularis. potestq; similiter conferre ecclesias & beneficia sibi subdita, licèt de hoc asserat certũ non fore, an habeat ratione officij vel ex Papæ commissione. Dom. Soto in 4. senten. dist. 20. q.1. art. 4. col. 50. vers. possunt item eiusinodi Præpositę si habent iurisdictionem.

9 Imò † Abbatissa in administratione æquiparatur Abbati, vt concedit Bal. in c.1. col.6. qui feu. dare poss. Dec. in c. edoceri, num.51. de rescript. Abb. & alij in c.2. de his quæ fiunt à prælat. Card. consi. 17. Circa primum, colum. 2. Nam vt caput monasterij dicitur habere dignitatem. c.indemnitatibus, §. vtrum, de elect. in 6. & l.generali, vbi Glo. C.de sacrosan. eccles. Dec. in d. l.fœminæ, sub num. 8. in repe. c.decernimus, num. 10. & seq. de iud. & in d.c.cum dilecta, nume.29. Lambert. in d.art.5. quæst.5. sub num.3. & Fely. in c.meminimus, num.5. de accu. Quintil. Mand. in reg. cancellariæ, reg.59. de infirmis, q.3. nu.2. Tiber. Dec. consi.71. Iam, nu.2. vol.3.

10 Et hinc est, † quòd Abbas plus cõsequitur per benedictionem, quàm Abbatissa: quoniam Abbas benedictus monachos benedicit. c.1. de suppl. neglig. prælat. Anto. de Butr. consi.59. num.15. & confert minores quoque ordines. c.cum contingat, de æta. & qualit. quod propter sexus fragilitatem Abbatissa non facit, c.noua, de pœnit. & remiss. & ratio est: vtpote quia moniales non sunt aliter ordinum capaces, vt per Glo. in cle. vt hi, in ver. mancipati, de æta. & qualit. & Card. in cle.2. in 6. no. eod. ti.

11 Et consequenter † Abbatissa non potest confessiones monialium audire, nec eas benedicere, nec pręedicare. d. c. noua. neque excommunicare, neque absoluere similiter valet. c. cum dilecta, de confirmat. vti. vel inuti. & Io. de Turre-cremata in c.verbum Dei, num. 10. de pœnitentia, dist. 1. etiam vbi esset consuetudo, vt per Fely. in c. dilecta, num.4. de maior. & obed. potest tamen moniales ipsas monere, & exhortari, & in matutinis Euangelium quoque legere: & hinc est quòd Diaconissa appellatur. c.diaconissa. 27. q.1. & Io. de Turre-cremata in c. mulier, num.2. distin.23. Abbatissa ex commissione potest tamen ponere præcepta spiritualia. Dom. Soto in d.dist.20. art. 4. col.pen. Sed nequit moniales benedicere, nec ipsarum confessiones audire, nec prædicare. Idem Soto in 4. senten. tomo 2. dist.25. q.1. art.2. col.4. in 1. conclu. vbi per c.sacratas, distin.23. concedit etiam sanctimonialibus ipsis prohibitum fore in censum circa altare deferre, & vasa sacra, sacratasque pallas tangere.

12 Nec † Abbatissa ipsa potest donare, vt magistraliter quidem discurrit Io. Vincent. de Anna in allegat. 55. In hac causa dubitatur, num. 1. cum alijs seqq. vbi planum facit in facti contingentia, ita aliàs decisum extitisse in sacro Consilio, prout ità determinatum reperio etiam in Concil. Agathen. c.15. vt non liceat, præsbyterum rem ecclesiæ vendere. & habetur in c.statuimus, quòd Episcopi, 12. q.2. Statuimus, quod omnes Canones iubent, vt ciuitatenses, siue dięcesani presbiteri, vel clerici, saluo iure ecclesiæ, rem ecclesiæ (sicut permiserint Episcopi) teneant: vendere autem, aut donare non præsumant: quod si fecerint, aut facta venditio non valebit, & de facultatibus, si quis habent proprias indemnem ecclesiam reddant, & communione priuentur. Et ratio ea est: quoniam bona immobilia, vel mobilia statim, quòd reperiuntur acquisita à monialibus, non licet illis illa tenere, & possidere tanquam propria, etiam nomine monasterij: sed illico traduntur Abbatissæ, & conuentui incorporantur, vt per Concil. Trid. sess.25. de regularibus, & monialibus, cap.2. Imò Abbatissa etiam minimè domina est: verum monasterium, & Deus cui omnia offeruntur. cap. cum ex eo, de elect. in 6. Marc. Mant. consil.266. sub nu.30. & seq. In tantum, quòd Abbatissa debet requirere consensum monialium in alienatione fienda, vt in c.5. §. Abbatissa, qui feud. dare poss. in vsib. feud. & in c.continebatur, de his quæ fiunt à prælat. Fabian. de Monte in tract. de empt. & vendit. in 5. quæst. princip. sub num. 154. Iodocus Damhouder. in tract. de subhastationibus, c. 1. num.28. & sic iudicauit denique etiam in facti contingentia Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ, Comitatusque Molisij, in anno 1583.

13 Est tamen bene verum, † quòd Abbatissa executrix testamenti, potest in suo monasterio distribuere bona pauperibus relicta, vt consuluit Anchar. consil.84. Domina Azolina, nume.1. cum alijs seqq.

14 Et ratio assignari posset isthæc; † nam executor ad bona inter pauperes distribuenda testamẽto constitutus, atque electus, potest dubio procul eligere propinquos, & necessarios suos, si pauperes, & egentes sint, cap.1. de cohabit. clericorum, vbi Abb. Ancha. consi.436. In his dubijs, sub nu. 1. cum alijs seqq. Iacob. Philip. Port. consi.27. nu. 20. Bal. in l.tutor petitus, §.5. de excus. tut.

15 Imò † executoribus testamenti discordantibus in pauperibus eligendis, si vnus ex eis sit consanguineus testatoris, alter verò extraneus, tunc electio cõsanguinei vires habebit. l.Imperator, & ibi Bal. ff.de pact. Roma. sing.539. Executores. Lup. in repet. c.per vestras, §.43. de donat. inter vir. & vxor. Tiraquel. in tract. consanguin. in proę. num. 44. vbi alia etiã quamplurima similia affabrè quidem discurrit.

16 Sed animaduerte, † quòd Abbatissa debet esse triginta annorum, c.indemnitati, de elect. lib.6. Ioan. de Turre-cremata in c.iuuenculas, 20. q.5. & Dec. in c. cum in cunctis, num.49. de electio.

Iacobus

Iacobus Benaudus in addi. ad Ioan. de Terra-rubea, in tract. contra rebelles, art. 4. primi tract. in 2. conclusio. super addit. de ætate iudicis delegati, fol. 28. Concilium verò Triden. sesio. 25. de regularibus, & monialibus, c. 7. exigit, vt Abbatissa, Priorissa, vel Pręposita non eligatur minor annis 40. quæ octo quidem annis post expressam professionem laudabiliter vixerit. Nec non de ætate inquisitorum habes, quòd debet inquisitor ipse esse in 40. anno, per Clemen. volentes, de hæret. Nec vtique Abbatissa ipsa posset eligi in Abbatissam, si non foret professa expresè. d. c. indemnitati, & Ioan. Vincen. de Anna, allegat. 51. num. 7. & seq. atque seruata etiam forma tradita per Concil. Triden. sesio. 25. præmemorata, cap. 15. & 17. aliàs non seruata huiuscemodi forma, professio procul dubio diceretur nulla, & hinc cunctis viribus, ac neruis, hoc aduerte diligēter, quòd professio expressa de necessitate requirit quinque necessaria requisita, tradita per Card. in c. eos, quęst. 11. de regu. Tabien. in sum. in ver. Professio, & Armil. similiter in ver. Professio.

17 Debetque † itidem eadem Abbatissa esse virgo, & sic vidua esse nequit, quantumcunque castè vixerit in monasterio. ita Glo. in clem. attendentes, de statu regular. Io. de Turre-cremata in c. iuuenculas, 20. q. 1. & Abb. in cap. cum in cunctis, de elect. vbi firmat, quòd non solùm Abbatissa non potest esse aliqua, quæ fuerit vidua: sed etiam nec illegitimè nata, patiensque defectum in natalibus, & sequitur etiam Dec. inibi, nu. 52. & est Glo. hoc idem concedens in c. indemnitatibus, in ver. canonicam, de elect. in 6. & Fely. in c. meminimus, nu. 4. de accus.

18 Et quamuis † Abbatissa necessariò debeat esse virgo. c. sanctimonialis, & ibi Io. de Turre-cremata, distinc. 23. tamen permittens se corrumpi, est ipso iure priuata, vt firmauit Cresc. decisio. 35. lib. 2. & violans, non solùm Abbatissam: sed moniales etiam, & præsertim in monasterio Conuertitarum in Vrbe, etiam quòd Cardinalis sit, incurrit pœnam excommunicationis latæ sententiæ, cuius absolutio tantummodo reseruatur summo Pontifici, vt disponitur in motu proprio Leonis Decimi, 35. Ad perpetuam rei memoriam, Saluator noster. Imò hæc eatenus vera discernuntur, vt minimè Episcopus dispensare queat cum bastarda, & corrupta, vt in Abbatissam eligi posit, vt per Felyn. post alios in d. cap. meminimus, sub num. 4. sed si accusetur Abbatissa, tunc vtique septem testes in præsenti re requiruntur, qui re ipsa absque vlla sint infamia. cap. præsul, vbi Præpos. Alexan. 2. quæstio. 5. & Marc. Mant. consi. 269. num. 6.

19 Imò † moniales in vitium carnis prolapsæ grauiter nempè puniuntur. cap. impudicas, cum alijs cap. seqq. 27. q. 1. nam moniali vitiata, & præsertim professa, committuntur re ipsa tria tunc crimina, adulterium, sacrilegium, & incestus, secundum Glo. in c. virginibus, 27. q. 1. Abb. in c. at si clerici, col. 12. de iudic. in c. monasteria, col. 1. de vita & honest. cler. & pœna capitis punitur quoque monialem ipsam cognoscens, vt per Francis. Vegiũ, cons. 62. nu. 36. & consi. 66. nu. 214. vol. 1.

20 Est tamen bene verum, † quòd vidua tenet gradum medium inter virginitatē, & matrimonium, vt per Glo. in ver. continentes, de sum. Trin. & fide catholica, in-tantum quòd secundum Thom. & Pet. de Palude, in 4. dist. 24. post mortem coniugum viri, aut mulieris, tollitur impedimētum primi matrimonij, ita q; si quis suscitaretur à mortuis, non amplius redire posset ad vxorem viuentem: quia vtique non esset aliter sua, nec vir suus: nisi denuo contraherent matrimonium. Vnde Lazarus resuscitatus ad pristinam vxorem redire nequiuit, nisi iterum firmato matrimonio: ideo ad propositũ ita cōcludit Apostolus 1. Corinth. 7. Si dormierit vir, liberata est mulier à lege viri, cui vult nubat tantum in Domino.

Et quemadmodum Abbatissa debet esse tri-
21 ginta annorum, † ita etiam ætas Episcopi, & Abbatis debet esse similiter triginta annorum, vt per Iacob. Bonaudum in d. addi. ad Io. de Terra-rubea, in loco præmemorato, & si tunc de minore ætate prouideri contigerit, non dispensatur aliter cum eisdem, vt disponitur, non obscurè quidem, in motu proprio Leonis Decimi, post prin. super reformatione Romanæ Curiæ: sed aliorũ prælatorum, vt Decani, Archidiaconi, & aliorum animarum curam habentium, ætas ipsa debet esse vigintiquinque annorum, quam attingere sufficit. c. cum in cunctis, de elect. & ibi Doct.

ARGVMENTVM.

Quando simpliciter tractatur de sententia, intelligitur de diffinitiua, & debet esse conformis libello.

SVMMARIVM.

1 *Sententia simpliciter, seu in dubio prolata, diffinitiua præsumitur, dummodo non sequatur absurditas, num. 2.*

3 *Sententia libello conformis esse debet, aliàs est nulla, nisi necessitas aliud suaderet. & qualiter conformis esse debeat, nu. 4.*

5 *Clausulæ, super præmissis ius, & iustitiam ministrari, in fine libelli positæ vis & operatio.*

DECISIO CCCXV.

1 SENTENTIA † simpliciter prolata intelligitur de diffinitiua, & sic sententia in dubio præsumitur diffinitiua. ita Glo. & ibi apostil. in l. 1. §. biduum, quando appel. sit. & in l. quod iussit, in ver. sententijs, ff. de re iudic. in l. 1. ff. quod quisque iur. & in c. cum olim, extra de testibus. Bal. in l. 1. ff. de offi. præfec. præt. & Alexan. in rub. de re iudic. in prin. Et huic regulæ adde quæ notat Bal. in l. filium, de his, qui sunt sui, vel ali. iur. in 1. no. & Saly. in l. omnes populi, in fi. ff. de iust. & iure.

Et hoc, quod sententiæ appellatione intelligatur de diffinitiua, interpretatur de plano quippe
2 procedere, † dummodo nō sequatur absurditas,

vt vo-

vt voluit Glo. in d. l. 1. §. biduum, in clem. 1. de re iudi. Bal. in addi. Spec. in titu. de senten. Card. in c. cum olim, de causa poss. & proprieta. Dommicus in c. cum appellationibus friuolis, §. si verò, de appel. lib. 6. Abb. in c. fi. de seq. poss. & fruct. & in c. causam matrimonij, de offi. deleg. & Barb. in c. cum dilectus, col. 18. de ord. cogn.

3 Et † sententia ipsa debet esse conformis libello, id est, quòd illa de alio non debet ferri, quàm de eo, quod petitum fuit. l. fin. C. de fideic. liber. Ias. in l. vinum, colum. 5. ff. si certum pet. Barto. & alij vniuersaliter omnes in l. vt fundus, ff. commu. diuid. Fely. in c. licet Hely, extra de simon. Bertr. consi. 85. Multa, num. 4. volum. 7. Paul. Aemil. Veral. decis. 20. num. 6. in 1. par. aliàs sententia est nulla, vt per Alexan. consi. 72. Viso processu, num. 3. volum. 5. & consi. 171. In causa & lite, nu. 10. vol. 6. & in l. vinum, col. pen. ff. si cert. pet. & Soc. consil. 54. Visa breui, col. 1. volum. 4. Franc. Vegium, consi. 47. Magnifice, num. 6. Matthæ. Brun. consi. 121. In causa vertente, vol. 2. nu. 4. & seq. vbi assignat rationes.

Quæ quidem regula fallit, primò vbi necessitas aliud suaderet. ita Bar. in l. vinum, ff. si cer. pet. & ibi Ias. vbi ponit 13. alias limitationes.

4 Et † qualiter sententia debeat esse conformis libello, vide Io. de Amic. fertiliter declarantem, & resoluentem, consi. 1. num. 1. cum alijs seqq. & Maran. in tracta. de iudic. fol. paruo 79. num. 48. & sequen.

5 Et hinc aduerte, † quòd petens in fine libelli sui per præmissis ius, & iustitiam ministrari, vigore huiuscemodi clausulæ, potest sententia sequi ex narratis, & probatis, quæ per appositionem clausulæ petitæ intelliguntur. ita Dec. in l. petens, C. de pact. in l. vinum, num. 22. ff. si certum pet. consil. 62. num. 2. & in c. 1. no. 1. de offic. deleg. Alex. consil. 38. Visa petitione, volum. 4. Afflict. decis. 95. Ang. num. 7. Felyn. in cap. licèt Hesi, num. 44. de simon. Ripa in l. edita, nume. 9. in fine, C. de eden. Rolan. à Valle, consil. 41. num. 8. 26. & seq. volum. 3. & Anton. Gabriel. lib. 6. commun. conclus. tit. de claus. conclus. 4. Caualcan. pleniori cornu in tract. de vsufruc. mulieri relicto, num. 107. Nam licèt in libello conclusio attendatur, l. certi condictio, ff. si cert. pet. & secundum eam sententia ferri debeat, l. vt fundus, ff. comm. diuid. tamẽ prædicta clausula operatur, vt super narratis, & probatis sententia ferri possit, ut per Docto. antesignatos. igitur vbicúque in libello deductum, atque narratum sit plenum factum, super quo reperiantur factæ concludentes probationes, debet, & potest iudex sententiare, & prouidere super omni iure, quod ex facto deducto resultat, virtute dictæ clausulæ, vt per Ange. Aret. in rubr. Instit. de excep. col. 37. vbi concludit, quod si libellus plura narret, licèt in conclusione se restringat ad vnum tantum: tamen super omnibus narratis potest ferri sententia, prout ita aliàs iudicauit quoque quamplurimis quippe vicibus sacra Regia Audientia Barensis, in anno 1589. & seq. in causis in ea tunc decisis.

ARGVMENTVM.

Iuri suo quilibet renunciare potest, & quomodo hoc procedat cum ampliationibus, & limitationibus.

SVMMARIVM.

1 Renunciare iuri suo quilibet potest.

2 Renuncians semel actioni iurique suo, amplius non repetit, nec remittentibus iura sua amplius datur regressus, nu. 3.

4 Renunciatio successionis paternæ à sorore fratribus, & hæreditatis maternæ per filium, præsertim iurata, fieri potest, & nu. seq.

6 Filius renuncians omnibus bonis paternis, verbis etiam prægnantibus, & cum iuramento, à legitima exclusus non censetur, nisi illi renunciet.

7 Renunciatio facta per filiam, matre absente, etiam iurata, renuncianti non præiudicat, quia si mater viueus consentiret, valeret.

8 Renunciatio effectum suum non operatur, nisi in illius beneficium, cui illa fiat, vel eius hæredis, vbi nominatus sit.

9 Renunciatio ad ignorata nunquam extenditur.

10 Fratres habentes fideicommissi notitiam inuicem remittentes in diuisione omne ius quod habere sperarent in bonis diuisis, etiã si aliqua caussa præcederent de præsenti, ex quo poterant aliquod ius in ipsis bonis prætendere, nunquam intelliguntur fideicommisso renunciasse, remissioq; illa ad contractus cæterosque casus præcedentes refertur atque in illis verificatur.

11 Renunciatio quantumuis iurata de omnibus bonis, quæ habebat vel habere sperabat, imò quæ sperat, ad bona superuenientia ex causa de nouo, & ignorata non extenditur.

12 Renunciatio facta in vno casu, non trahitur ad alium.

13 Renunciatione simplici statutis futuris renunciari non potest.

14 Renunciatio per quæcunque verba generalia, mulierem vltra eius consensum, non ligat, cum consensus, & cogitatio in pendentibus de futuro in alio gradu esse non possit, nec actus ad ius ignoratum extenditur.

15 Quietatio quantumuis generalis ad ea, de quibus agitur, non extenditur.

16 Renunciatio vltra renunciantis intentionem non inducitur, nec vbi veri similis non est, nec etiam ex actu proximo, nisi expressè, in dubioque sumitur, vt minus quàm fieri possit, noceat.

17 Velleiano in generali renunciatione renunciatum non videtur, cum specialis requiratur in his quæ particularem metum habent.

18 Soror amplam faciens renunciationem à successione delata ex causa incogitata, non excluditur, & de ratione, nu. seq.

19 Renunciatio strictissimè ad fauorem renunciantis intelligenda, vt nihil amplius quàm operata est operari possit: & quia stricti iuris, in ea non nisi expressa veniunt.

DECI-

DECISIO CCCXVI.

1 RENVNCIARE † quilibet poteſt iuri per ſe introducto.l.ſi quis,& ibi Docto. C.de pact.& Fely. in cap.ſi diligenti, de foro compet.vbi affert ad præſentem regulam nonnullas vtiles.quidem limitationes,& Soc. in reg.339. Et ſic quilibet poſſet renunciare iuri ſuo.l.pactū, ff.de pact.& l.pen.C.eod.

2 Imò † qui ſemel renunciauit actioni, iniriq́ue ſuo,amplius repetere non poteſt. l.qui actionem, C.qui accu.non poſſ.l.quod defecit, ad Turpil.l. ſi maritus,§.ſi negauit, ff.ad leg.Iul. de adult. & l. hi tamen,in fi.ff.de accuſ.& inſcrip.Iaſ.conſi.219. volum.2.Dec.conſi.389.nume.10. Afflict.deciſ. 22.Pariſ.conſi.12.num.10.vol.2. & Cæphal.con
3 ſil.284. num.6. vol.2.† & remittentibus iura ſua amplius non datur regreſſus. Beccius, conſil.34. num.12.& 27.& conſi.38.num.4.& conſi.58.nu. 8.conſil.74. nume.4. conſi.90. num.7. & conſil. 106.num.18.

4 Et hinc eſt,† quòd renunciatio ſucceſsionis paternæ fieri poteſt à ſorore fratribus ſuis,vt per Feder.de Sen. conſi.136.& Rom.conſi.191.& tunc renunciatio,quam facit ſoror cōtemplatione fratris,prodeſt dubio procul ſoli fratri,veluti prodidit Paul.Caſtren.conſi.252.col.3.volum.1.Alex. conſi.149.num.5.volum.7.Dec.in l.ſi actionem, num.4.C.de pact. Ruin.conſi.98.num.17.vol.1. Pariſ.conſi.69.num.53.vol.3.& Rolan.conſi.26. nu.38.& ſeq.vol.3.

5 Poteſtq́ue † etiam fieri renunciatio hæreditatis maternæ per filium. ita Bal. in l.liberti, col.10. C.de oper.lib. & Oldr.conſi.132.& eo magis ipſa renunciatio valet, ſi ea facta ſit cum iuramento,vt per Bal.in l.ſi actionem, C.de pact. & in authen.ſacramenta,col.pen. C.ſi aduer.vend.

6 Sed aduerte, † ꝙ ſi filius renunciaret omnibus bonis paternis, et verbis prægnātibus,& mediante iuro, à legitima tunc non cenſeretur excluſus, eique ob huiuſmodi renūciationem nullum ſibi præiudicium afferretur,niſi ipſi legitimę expreſsè renunciaret,vt ita doctiſsimè, & fuſiſsimè conſuluit Albanus,conſi.36. Diuino numine implorato,& ita aliàs deciſum extitit in Regia Audientia Apuliæ, in anno 1583.ad fauorem Magnifici Camilli Calui.

7 Nec non † ſi renūciatio facta fuerit per filiam, abſente matre, etiam quòd ea iurata ſit, nullum inducit præiudicium renuncianti, quia ſi mater viuens tunc conſentiret,valeret vtique renunciatio, aliàs non. ita Alex. in l.ſtipulatio hoc modo concepta,col.6.poſt Barto.ff.de verbo.oblig. vbi concedit ſic intelligendum fore cap.quamuis pactum,de pact.in 6.& idem Alexan. hoc idem firmat,conſil.155. num.10.volum.7. & Apoſtil.ibi planè deducit iſtam eſſe cōmunem opinionem, & Dec.in l.pactum, quod dotali, ſub nu.9.C.de collat.& ſequitur Couar.in d.c.quamuis pactum, in 3.par.in prin.nu.4.

8 Et † renunciatio ipſa non operatur effectum ſuum,niſi in beneficium illius,cui illa fiat,vel eius hæredis, vbicūque nominatus quippe ſit, & non alijs perſonis prodeſt,vt firmat Ange.conſi.52.in fi.& Georg.Nat.in c.quamuis,col.11.verſ.vltimò limita,de pact.in 6. Simon de Prætis, conſil.160. Iamdiu,num.39.volum.1.& Io.Ange.Piſanel.in conſuetu.incip.Si moriatur,de ſucceſſ.ab inteſta. fol. 90. in litera B. vbi affabrè quidem meminit ita pluries deciſum extitiſſe in ſacro Regio Conſilio , prout ibi adducit deciſiones ipſas, & tollit etiam omnia obſtacula cōtraria,vt egit etiam ante eum Loffred. in c.1. de nat.ſucceſſ.feud. verſ. nec obſtat conſilium Ludouici.

9 Et ratio ea eſt: † quia numquam renunciatio ipſa ad ignorata extenditur.l.qui cum tutoribus, & ibi Bart.ff.de tranſact.Riminal.iun.conſi.484. Anno,nu.41.vol.5. Simon de Prætis, conſi.150.
10 Materia,num.43.vol.1. † Fratres enim habentes notitiam fideicommiſsi, ſi remitterent inuicem in diuiſione omne ius,quod haberent, vel habere ſperarent,& poſſent,in bonis diuiſis: & alique tunc præcederent cauſæ de preſenti: veluti ex cōtractu aliquo præcedenti: ex quo fratres poterāt in ipſis bonis aliquod ius prætendere, nunquam re ipſa intelliguntur fideicommiſſo renunciaſſe, & illa remiſsio,ad contractus,& ad alios caſus precedentes refertur,atque in illis indubitanter verificatur,vt per Glo.in l.tres fratres,ff.de pact. Bart. num.19.Alex.col.36. Iaſ.num.69. Crot. nu.127. Leon.nu.456. Ripam,nu.79. Bologn. nu.157.& alij vnanimi conſenſu omnes in l.qui Romæ, §. duo fratres,ff.de verb.oblig.

Imò hoc eatenus verum eſt, vt meritò amplifi-
11 cari poſsit,† vt ſi renunciatio facta eſſet de omnibus bonis, quæ habebat, vel habere ſperabat, ꝙ ob hoc minimè extēdatur ad bona ſuperuenientia ex cauſa dē nouo, & ignorata, vt notatur in l. tres fratres, ff.de pact.& firmat Bart. in l.qui Romæ,§.duo fratres,in 1.oppoſ.verſ.ſextò quęritur, ff.de verb.oblig.vbi amplè Ripa,num.11. amplificat ſimiliter, ſi quis renunciaſſet etiam quæ habere ſperat, quòd ad ignorata non trahatur,& in proprijs terminis Benedict.Capra, conſil.12.col. fin.& conſi.530.num.11. & firmauimus etiam in Sylua,in opinio.686.renuncians,num.11.lib.2.& hoc procedit quoque in renunciatione quantumuis iurata. ita Anchar.conſi.39.col.2.& Gramm.
12 fertiliter in deciſ.57.num.8.& ſequen.† & ſic de nique renūciatio facta in vno caſu , non trahitur ad alium,vt per Alex.conſi.118.num.3.volum.7. & Paul. Aemil.Veral. deciſ.308. ſeu 13. penſio-
13 nis transferendæ, num. 11.in 2.par. † prout ſtatutis futuris per ſimplicem renunciationem minimè renunciari poteſt , vt per Albcr. de Roſate in tract.de ſtatutis,q.18.nu.6.

14 Et ratio rationis eſt: † quoniam vbicūque mulier renunciet,etiam per quæcunque verba generalia,eius renunciatio nō poteſt illam ligare vltra eius conſenſum: & non poteſt eſſe conſenſus, & cogitatio in his,quæ de futuro pendebant in aliquo gradu : nec actus poteſt extendi ad ius ignoratum, ſecundum Bart.in l.ſi mater, in 4.no. ff.de inoff.teſtam.& Dec.conſi.530.nu.11.

15 Imò † quietatio quantumuis generalis, reſtringitur ad ea , de quibus agitur, & non ad alia , ca-

sus est in l. emptor, §. Lucius, ff. de pact. & Afflict.
decis. 319. num. 1. Simon de Prætis, consi. 71. Sen-
16 tentia, nu. 18. vol. 1. nam † renunciatio non indu
citur vltra renunciantis intentionem: nec vbi ve-
risimilis nõ est: imò in casu dubio semper renun
ciatio ita sumitur, vt minus obsit renũcianti, quã
fieri possit, vt per Grat. consi. 17. nu. 46. vol. 1. Bec
cium, consi. 111. nu. 31. nec denique ea induci de
bet etiam ex actu proximo: nisi expressè actum
sit, sicuti hęc omnia probat Craue. consi. 290. col.
2. & Simon de Prætis in d. consi. 71. num. 35. cum
alijs seqq.

17 Necnon aduertendũ est, † ꝙ in generali renun
ciatione nõ videtur aliter Velleiano renunciatũ:
vtpote, quia particulare Senatusc. Velleiani intro
ductum fuit pro mulieribus. l. iubemus, vbi not.
C. ad Vellei. & sic in his, quę particularem metam
habent, non sufficit generalis renunciatio: sed spe
cialis requiritur, ad tex. in l. se si quis, §. quæsitum,
ff. si quis cautio. vbi post Gl. notant omnes, Ang.
& alij in l. obligatione generali, ff. de pign.

Vnde inhærendo denique decisionibus recol-
lectis per Pisanellum in loco memorato, cõcludo
ꝙ aliás postmodum extitit promulgata alia sen-
tentia, in eodem sacro Consilio in Rota Illustris
D. Salernitani præsidentis, iudicatumque pariter
18 in ea, ad fauorem sororis, † quæ amplam fecerat
renunciationem, vt non excluderetur à successio
ne delata ex causa incogitata.

Et ratio huius decisionis assignari posset isthęc:
19 quoniam † renunciatio est strictè, strictissimeq;
de iure ad fauorem renunciantis intelligenda, ita
Dec. consi. 551. & consi. 625. Card. consi. 120. in
fi. & Curt. iun. cõsi. 23. in prin. vbi concedit renun
ciationem ipsam adeò strictè intelligendam fo-
re, vt quamprimum aliquid operata est, nihil am-
plius operari debeat, Riminal. iun. consi. 484. An
no, nu. 33. & seq. vol. 5. Et consequenter cum ipsa
renunciatio stricti quidem iuris sit, in ea meritò
nõ veniunt, nisi expressa, vt per Afflict. decis. 350.
& ibi Vrsil. in addi. nu. 1. & seq. Calder. consi. 5. in
tit. de præb. Craue. consi. 272. num. 7. Dec. consi.
379. num. 3. Tiraquel. in præfat. l. si vnquam, nu.
128. & seq. C. de reuocan. donat. Gozad. consi. 1.
num. 7. Calder. consi. 5. de præb. Beccium, cons.
106. nume. 45. licèt & malè, magno quippe cum
apparatu, consuluerit contrarium Matth. Brun.
consil. 35. Super præsenti, & consil. 38. Scripsi,
volum. 1.

ARGVMENTVM.

Etiam quòd mulier habeat reddere rationẽ admi
nistratę tutelę suorum filiorum, habet ius retẽ-
tionis pro dote, & qualiter procedat.

SVMMARIVM.

1 *Dotem matris retinere non valent filij & hæredes, do nec per eam administratæ tutelæ ratio reddita sit. & de ratione, num. seq.*

3 *Bona matris pro tutelæ administratione sunt hipothecata.*

4 *Vxori ratione hipothecæ retentio bonorum viri competit, donec ei dos actualiter restituatur, & quæ requirantur ad hoc. Ampliatur etiam in filio ipsius vxoris, & quomodo procedat, nu. 5.*

6 *Conductori ob locatoris contrauentionem retentio pensionum debitarum competit, cum pro damnis & interesse omnium bonorum illius hipothecam habeat.*

7 *Debitoris res ad creditorem peruenta pro alio debito non retinetur. fallit tamen quatuor casibus.*

8 *Retentio melioramentorum non liquidatorum, executionem impedit etiam si foret obligatio in forma Cameræ Apostolicæ, num. seq.*

10 *Retentionem concedere, executionemque sententiæ suspendere pro meliorationibus in promptu apparentibus donec soluerentur, Consilium Neapolitanum cum fideiussione præsertim, concedere consueuit.*

11 *Retentio pro meliorationibus ante sententiæ executionem conceditur, si sententia est cum clausula, solutis prius melioramentis, fiat ei restitutio.*

12 *Retentio competit pro necessarijs melioramentis in re, de qua agitur factis, donec retinenti melioramenta ipsa soluta extent.*

13 *Retentio multo magis quàm actio pro recuperandis melioramentis creditori competit, cum illa facilius quàm petitio concedatur.*

14 *Emptor rem, quæ vti alij obligata postea euinceretur melioràns, liberat eam præstando primam æstimationem.*

DECISIO CCCXVII.

RETENTIO dotis non competit filijs, &
hæredibus contra vxorem defuncti ma-
riti, etiam quòd vxor ipsa reperiretur ad-
ministrare tutelam eorundem filiorum, confecis-
seque inuentarium, & se obligasse cum clausulis
solitis, & consuetis, & à iure requisitis ad redditio
nem administrationis tutelæ, & restitutionem bo
norùm, cum obligatione generali omnium bono
1 rum suorum: & sic † filij, & hæredes non valent
aliter vllo pacto retinere dotẽ matris, donec per
eam reddita sit ratio administrationis tutelæ, vt
firmat Negusant. in tract. de pigno. & hypot. in 5.
par. in 1. membro, num. 36. vbi respondet omni-
bus rationibus Soci. in consi. 180. volu. 2. contra-
rium suadentis. & ita in facti contingentia iudica
uit Regia Audientia Apuliæ, sub die 15. mensis
Maij, 1584. me existente in ea tunc Auditore, &
causæ Commissario, ad fauorem Augustinæ Cu-
sciæ de ciuitate Luceriæ, vt ei præstaretur assisten
tia petita in bonis sui viri pro summa, & quantita
te suarum dotium, præstita prius per eam cautio-
ne de reddendo computum, & rationem tutelæ
filiorum creditoribus mariti interesse prætenden
tibus, statim sententia ipsius assistentiæ realiter, &
cum effectu executa.

2 Et † vltra rationes adductas per Negusant. in
loco antesignato, posset commodè quoque assi-
gnari isthæc, quòd, si posset fieri retentio in præ-
senti casu, sequeretur hoc absurdum, vt mater,
retenta eius dote, viuere nequiret, & consequen-

ter de bonis operibus lapidaretur, cõtra normam Euangelij.

Sequereturque & aliud inconueniens in præsenti casu, vt pro parua summa, pro qua forsan remaneret debitrix mater, tempore reddendæ rationis tutelæ, retentio fieret auctoritate propria in omnibus bonis dotalibus vxoris, seu in maiori parte illorũ. Et hinc est, quòd quæ non apparent non præsumuntur, sed rebus sic stantibus iudicantur, l. in lege, ff. de contrahen. empt. cum alijs concordantibus, & Ancha. consi. 302. Materia de qua agitur, ante fin.

Imò in dubio præsumendum est matrem bona filiorum vtiliter, atque fideliter durante tutela administrasse, tum stante zelo, & charitate materna erga proprium filium, & heredem sui viri; tum etiam accedente similiter, quod mulierum dicitur genus auarissimum, & imaginari non posset, vt dissipare voluisset bona filij, vel illos fraudaré in administratione tutelæ sibi à legibus elargitæ. vnde ex his talis retentio omnino filijs videtur prohibita: si quidem, detrahere aliquid alteri, & hominem cum aliena locupletari iactura, magis est contra naturam, quàm mors, ita Tull. lib. 6. de offi. & Ancha. consi. 298. In territorio, col. 2.

Et hoc tantò magis suadendum est, cum filijs prouisum à iure reperiatur in præsenti casu, stan-
3 te, † quòd bona matris sunt obligata, & hipothecata pro administratione tutelæ, secundum Glo. & Bal. in l. f. §. paterna, C. de bonis quæ libe. & Soci. consi. 180. Diligenter, vol. 2.

4 Cæterùm † retentio bonorũ viri competit dubio procul vxori suæ, ratione hipothecæ, donec, & quousque ei restituatur, soluaturque actualiter eius dos, ita Sali. in l. penul. C. de non nume. pecu. Bart. in l. filio, la prima, ff. soluto matrim. Bal. in l. penul. C. de pigno. actio. Anto. Capic. decis. 119. In causa domini Goffredi, num. 3. Borgnin. Caualcan. in tract. de vsufruc. mulieri relicto, num. 201. Cotta in memoriali, in ver. hipotheca, post prin. vers. his generaliter præmissis, Hieron. Magonius, decis. 64. Spectabilis, nu. 3. cum alijs seqq. Gramma. decis. 58. Magnifica Margarita, num. 1. cum alijs seqq. vbi hoc explicat procedere de plano ex decisione sacri Consilij, vbicunque mulier produceret instrumentum suæ dotis liquidum, & non aliter, nec alio modo: prout etiam duo alia requisita concurrere, interuenireque debere, vt vxor post viri sui mortẽ, valeat bona sua propria auctoritate retinere pro dotis restitutione, discurrit Iosephus Ludouici, in decis. Vmbriæ 109. Clara est apud Doctores, in 2. par. vbi num. 2. ex communi omnium Scribentium sententia amplificat præsentem conclusionem, etiam locum sortiri in filio ipsius vxoris, vt is quoque vti queat hac retentione, & Borgnin. Caualcan. in d. tract. de vsufructu, sub num. 201. cum alijs seqq. vbi affert similiter alias ampliationes, & explicat omnia ad præsentem materiam, & speculationem spectantia vtiliter, & magistraliter, & Hieron. Magon. in d. decis. 64. Cotta in memoriali, in ver. hipotheca. & quòd pro debito dotis quælibet res mariti possit tacitè retineri, donec dos sibi restituatur, est tex. singularis, secundum vnum intellectum, in l. si mariti, in princ. ff. soluto matrimo. l. 1. in princ. C. de rei vxor. actio. Anto. de Alexan. in l. si non sortem, §. si centum, & alij Docto. ff. de condict. indebiti.

5 Sed † hoc procedit cum grano salis, vbicunque mulier, post mariti sui mortem possideret eius bona pro dote, id est, quando vacua possessio hæc absque aliquo vitio ad illam perueniret, vel si apprehenderet possessionem bonorum mariti, si vacaret, & noodum ipsam possessionem hæres apprehendisset, Bal. in l. pen. C. de non nume. pecu. Iaf. & Doct. in d. §. si centum, Riminal. iun. cum cęteris per eum aggregatis, cõsi. 224. Magnificus, num. 29. vol. 2. & consului Dec. consi. 232. Dura admodum, & rigorosa, sub num. 1. cum duobus alijs sequentibus. Et dum eueniret, controuertereturq; præsens casus de mense Augusti 1581. in Regia Audientia Apuliæ inter magnificos Octauianum, & Antonium Candidos ex vna parte, & Cæsarem Nardutium ex altera, de ciuitate Luceriæ, qui emerat quandam vineam à Francischina Gasparis Rubei, & eius communi filio, ostendebatque Cæsar ipse prædictam Francischinam iure familiaritatis possedisse huiusmodi vineam, viuente dicto Gaspare eius viro, & post eius mortem illam retinuisse, mediante publico instrumẽto cum omnibus celebrato clausulis necessarijs, & oportunis super restitutione suæ dotis. ostendebatq; itidem instrumentum eiusdem Francischinæ extitisse prius celebratum, quàm instrumentũ prædictorum Octauij, & Antonij, quibus vigore ipsius posterioris instrumenti concessa extiterat assistentia in antesignata vinea per Curiam Baiulationis eiusdem ciuitatis Luceriæ, sed illa assistentia per eandem Regiam Audientiam, me referente, fuit reuocata tanquam concessa in bonis alienis, & prouisum mediante definitiua sententia, restituendam ipsam vineam dicto Cæsari, & in ea reintegrandum, tanquam de facto potius, quàm de iure spoliatum, & eiectum. & licèt prædicti magnifici Octauius, & Antonius fundassent se in memorato cons. Dec. 232. allegantes, quod præsumebatur dictum filium tanquam hæredem in dubio potius ipsum, quàm matrem eius possedisse: tamen respondebam per præsentem casum non esse dubium, sed clarum: cum dicta Francischina alienasset simul cum ipso filio, mediante publico instrumẽto, antedictam vineam, taliter, quòd filius admisit illam vti creditricem, & habẽtem retentionem in re ad vendendum pro extenuatione suæ dotis, & hipothecæ, & ad vberiorẽ cautelam interuenerat in contractu ipso venditionis, tanquàm persona adiecta, & non vt hæres, sed vti filius: prout ita asserebatur in præmemorato venditionis, & emptionis instrumento.

6 Nec non † competit, atque spectat conductori etiam retentio pensionum debitorum, ob contrauentionem locatoris lite pendente: cũ habeat pro damnis, & interesse, omnium bonorum illius hipothecam, vt per Paris. consi. 100. nu. 35. & seq. volu. 2. Pau. Aemil. Veral. decis. 180. Conductor qui prætendit, nu. 3. in 1. par.

7 Et † quod res debitoris peruēta ad creditorem pro alio debito retineri non posfit, vt in l. fin. C. commod.

Fallit primò, si sit pro aliquo debito obligata, tunc non solum poterit pro illo, sed pro alio retineri, l. 1. C. etiam ob chirographariam pecuniam, nisi debitū illud, pro quo retinetur sit vsurarium, vel pęnale, nam tunc non posset retineri odio pęnæ, vel vsurarum, l. pignoribus, & l. per retentionem, C. de vsur.

Secundò fallit, si non sit obligata, tex. est in l. Iulianus, §. offerri, ff. de actio. empti. & l. hæreditatis, ff. de hæredit. & actio. vend.

Tertiò fallit, nisi retineatur propter expensas factas, vel aliud debitum contractum, occasione ipsius rei, quę retinetur, quia tunc retineri potest, l. in rebus, §. possunt, ff. commo. l. si in area, ff. de condi. inde. l. Paulus, ff. de doli except. l. qua ratione, §. 2. ff. de acqui. rer. dom. ex quo sequitur decisio eius, quod dixit Glo. quòd scriptor potest retinere quinternum, quem scripsit pro salario scripturæ, quia retinet eum pro melioratione, quam facit in eo. Et eadem ratione potest sutor retinere vestem, vel alios artifex artificium pro salario promisso.

Quartò fallit, nisi res peruenerit ad creditorē occasione illius debiti, pro quo vult illam retinere, casus est in d. l. si non sortem, §. si centum, ff. de condi. indeb. & in l. eleganter, §. qui reprobos, ff. de pigno. actio. l. si cum aureum, ff. de solu. quod intellige verum, quando peruenit ad creditorem ex causa dationis in solutum, vel alia causa perpetua: secus si temporaliter, quia tunc nō potest retineri pro alio debito. Pau. Cast. in d. §. si centum, qui allegat no. in l. petenti, in fi. ff. de pigno. actio. Ex quo sequitur, quòd scriptor non potest retinere quinternum exemplaris pro scriptura, quia licèt peruenerit ad eum occasione debiti pro quo retinetur, id est scripturæ, non tamen fuit in solutum traditū, sed reuocabiliter, vt redderetur post quàm esset scriptum, quod nota.

8 Retentio † melioramentorum non aliter liquidatorum impedit executionem: & sic exceptio competens defuncto regulariter cōtinuatur, transitq; ad successores, etiam particulares ab illo causam habentes, prout ius retinen. seu exceptio faciendæ retentionis domus, vel alterius rei locatæ, etiam contra executionem, quæ retardari potest, ita Crauet. consi. 248. Nobilis Antonia, in princ. volum. 1.

9 Quod † fortitur quoque locum, si foret obligatio in forma Cameræ Apostolicæ, quæ strictissima extat, & quantitas, pro qua retentio fieret, liquida adhuc non foret, prout melioramenta non dum æstimata, etiam quòd cautio de ea soluenda per petentem executionem offeratur, secundum Afflicto. Capic. decis. 17. In causa. Ruyn. consi. 84. Quoniam, sub nom. 14. volu. 1. & ita aliàs iudicatum, seruatumque extitit in sacro Rotæ Auditorio, teste Gallesi. in tract. ad for. camer. oblig. in 6. par. q. 12. & seq.

10 Sed † sacrum Consilium Neap. vbicunque melioramenta apparerent in promptu, cōsueuit concedere retentionem, & suspendere executionem sententiæ, donec soluerentur melioramenta ipsa, attestante Vrsillo in scholijs ad Afflic. in decis. 205. sub num. 5. & seq. & præsertim cum fideiussione, vt aperit D. Vincen. de Franch. decis. 112. Dum, no. 16. cum alijs seqq.

11 Conceditur q; † similiter retentio pro meliorationibus ante executionem sententiæ, vbicunque in sententia apposita reperiretur clausula, solutis prius melioramentis fiat rei restitutio: tunc enim veniunt liquidandæ prius meliorationes ipsæ, & soluendæ, & postmodum deuenitur ad executionem ipsius sententiæ, ita Capic. in d. decis. 17. & Vrsil. in addi. Afflic. in præcitata decis. 205. sub nu. 5. & seq.

12 Prout † retentio quoque dubio procul compe tit etiam pro necessarijs melioramētis factis in re, de qua agitur, donec, & quousque retinenti melioramenta ipsa soluta extent, ita Hosti. in summa de excep. §. qualiter, & quando, versi. item, si fortè, Fab. Ioan. de Plat. Aret. & alij vniuersaliter omnes, in §. certè illud. Instit. de rer. diuis. Bar. Alber. & cæteri omnes in l. in fundo, ff. rei vend. Spe. in tit. de exec. sent. §. fin. versi. sed quid si bona fide, Bertran. consi. 15. col. penult. volu. 1. Negusant. in tract. de pignor. in 4. membro 5. partis, col. 5. Ias. in l. si area, in princip. de condict. indebi. Gozad. consi. 86. & Rolan. à Valle, consi. 28. Quoniam, volum. 1.

13 Et de hoc mirandum quippè non est: † quoniā sicuti competit actio pro recuperandis melioramentis, creditori eorundem: ita multo magis retentio, quæ facilius conceditur, quàm petitio. l. Paulus, ff. de doli excep. & l. per retentionem. C. de vsur. Ruyn. consi. 66. num. 17. volu. 1. Dec. in l. Diuus, num. 2. ff. de regu. ior. Crauet. consi. 148. num. 2. Rolan. consi. 17. nu. 8. volu. 4. Cagno. in l. inuitus, §. cui damus, ff. de regu. iur. Matth. Brun. consi. 33. num. 3. volu. 1. Riminal. iun. consi. 411. Cum dominus, num. 7. vol. 4. Cæpha. consi. 393. Consultus, num. 162. & 177. volu. 3. & consi. 173. Perspectis, num. 20. volu. 4. Simon de Prætis, consi. 147. Allegantem, nom. 30. vol. 1.

14 Imò † emptor meliorando rem emptam, quæ euinceretur postea, vti alij obligata, liberat rem ipsam præstando primam æstimationem, ita Barto. & alij in l. in his. C. de prædijs, & omnibus rebus nau. lib. 11.

ARGVMENTVM.

Rustici semper excusantur propter ignorantiam, & rusticitatem, maxime quando non possunt consulere peritos.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia iuris positiui, rusticum non excusat, vt filius rusticus in ius absque venia vocādo patrem ob rusticitatem non excusetur. Et quando ei succurratur, & absolnendus sit, nu. 4.*

2 *Ignorantia iuris in rusticis semper præsumitur, nec nocet.*

Rusticus

3 *Rusticus à præsumpta vsurarum fraude ob iuris ignorantiam excusatur.*

5 *Ignorantia sine culpa excusat, omnemque pœnam euitat.*

DECISIO CCCXVIII.

1 IGNORANTIA † iuris (loquor inquam de ignorantia iuris positiui, non autem naturalis, vel quasi, vel diuini inexcusabilis, & intolerabilis) minimè excusat rusticum: taliter quòd filius vocando in ius patrem absque venia, etiam quòd rusticus sit, nullatenus eum excusat rusticitas ipsa, quin incidat tunc pœnam in iure stabilitam l. 2. C. de in ius vocan. & l. 1. C. de interdicto matrimonio inter pupil. & tutor. seu curator. & filios eorum, vbi determinatur, prohibitum esse matrimonium inter pupillam, & tutoris filium, nec rusticitatem tunc excusare modo aliquo. & hoc quòd iuris ignorantia rusticos non excuset, ponit pro regula, & pro communi etiam omnium opinione Sfort. Od. in tracta. de restit. in integ. in 1. par. quæst. 9. art. 4. num. 12. cum alijs seqq. vbi illam amplificat, & limitat etiam cum necessario apparatu in varijs casibus.

Sed animaduerte ne erres, & in labyrinthum
2 erroris incidas, † quia ignorantia ipsa iuris semper præsumitur, atque insimul toleratur in rusticis, imò illa non nocet vllo vnquam pacto. tex. est in l. 2. §. complura, ff. de iure fisci, & ibi Glo. Albe. in authen. sacramenta, num. 10. C. si aduersus vendit. & Cyrillus Fulgeonus in sua sum. seu pract. crim. in 1. par. de his qui accusari, vel accusare nō possunt, §. 5. sub num. 2. fol. 25. & Io. Anto. de Nigris, in c. Regni, 270. Nouiter nostræ maiestati, vbi nu. 24. post Glo. Bal. & alios in l. cum allegas,
3 C. de vsur. ac; † rusticum excusari à præsumpta fraude vsurarum, ob iuris ignorantiam, & Horatius Lucius, in cons. 162. num. 9. inter consi. crim. volum. 1. taliter quòd exista l. 2. §. complura, ita apertissima & aurea, quam aliàs extemplo allegaueram in sacra Regia Audientia Terræ Bari, pos-
4 set ignorantia isthæc iuris rusticum excusare: † verùm ad hoc vt ille absolui posset, necesse est tunc, ad euitādum dubias dissidentium altercationes, vt non solùm quis rusticus extet, sed etiam, quòd non potuisset congruo & opportuno tēpore consulere peritiores: tunc enim succurreretur rustico, & absoluendus foret, teste Barto. & vniuersali Scribentium schola, in l. 1. C. de iur. & facti ignor. Maran. in tracta. de iudic. in 6. par. vers. & quandoque appellatur, nume. 91. & Sfort. Od. in loco antesignato, num. 27. vbi assignat concludentissimam rationem, & in medium exponit etiā istam esse magis communem opinionem, & ita in facti contingentia decisum extitit in sacra Regia Audientia Terræ Bari, sub die 20. Nouembris 1589. me assidente tunc in ea Auditore, & causæ commissario, dum sindici, electi, & sindicatores Terræ Ciliarum, tanquam rustici, & filij rusticorum, qui arctauerant terminum in syndicatu cōtra formam Regiæ Pragmaticæ, eorum Capitaneo in fine officij, & tamen ob eorum rusticitatem, & ob necessitatem inueniendi, consulendique peritiores extitere quodammodo licentiati.

5 Et de hoc mirandum non est: † quoniam ignorantia sine culpa excusat, & euitat omnem pœnā. ita Ruminal. iun. in rubr. de constit. numē. 123. & Anto. Burg. in repet. c. cognoscentes, num. 147. eod. titu.

ARGVMENTVM.

In quo gradu sit punibilis incestus de iure ciuili, & in quo de iure Canonico.

SVMMARIVM.

1 *Incestus, an punibilis in quarto gradu, secundum ius Canonicum, an secundum ciuile.*

Sempronius Ascius à Rutigliano, vir non minus legali scientia præditus, quàm verâ religione ac vitæ probitate refertus.

2 *Gradus quartus de iure ciuili intelligitur, dum Pragmatica disponit, quòd iudex intervenire non possit in causa, in qua coniunctus est aduocatus vsque ad quartum gradum.*

3 *Incestus etiam cum moniali committitur: item adulterium & sacrilegium.*

4 *Peccans mortaliter, qualiter quatuor peccata committat.*

DECISIO CCCXIX.

1 INCESTVS † vtrum punibilis sit in quarto gradu secundum ius Canonicum, an secundū ius ciuile, Decius, consi. 58. constantissime quidem firmauit, quòd pœna iuris ciuilis locum obtinebit in incestu ipso, vbicunque nuptiæ forent de iure Canonico prohibitæ, vbi quoque commemorat hanc esse omnium in iure Scribentium communem opinionem, cui inhæret Diaz in prac. crim. canon. in ver. incestus, Pau. Grillandus, in titu. de incestu, in 7. lib. quæst. 5. & seq. nu. 11. Placentinus in tract. de adult. in prin. num. 16. Signorol. consi. 25. Steph. Costa in tract. consanguinitatis, in fi. & Boer. decis. 318. num. 5. potissimumque vbicunque sumus in fornicatione, non sic in nuptijs.

In contrariam verò partem inclinauit Ancha. consi. 391. August. in addi. ad Ang. Aret. in ver. *che m'hai adulterato la mia donna*, in vers. habeas etiam, num. 6. Dec. mutando iudicium in melius, consi. 268. Alc. in cap. cum contingat, de iureiur. vbi in medium referauit istam fore sententiam communiorem, cui accedit etiam Boss. in pract. crim. in titu. de coitu damnato, num. 73. & sequ. Clarus in sua pract. in §. incestus, in versic. quæro nunquid, Foller. in pract. Canonica, in ver. accusatione porrecta, vbi itidem expresse testatur hanc met opinionem communiorem esse, & in ver. seruari, nume. 92. cum alijs seqq. & in pract. crim. in Prag. in titu. de adult. Marsil. in sing. 154. & Apostilla ad Dec. in d. consil. 158. & ita superioribus mensibus in facti contingentia vidimus prudentissimè, & religiosissimè quidem iudicatum in

Terra Bernaldi, per D. Sempronium Ascium de Terra Rutigliani, virum non minus præditum scientia legali, quàm vera religione, ac vitæ probitate etiam refertum. & sic iudicauit quoque Regia Audientia Apuliæ, in anno 1583. in causa cuiusdam de Terra Vrsariæ.

2 Et nihil mirum, † quia Regia Prag. disponens quòd iudex interuenire non posit in illa causa, in qua coniunctus est Aduocatus vsque ad quartum gradum, gradus ipse tunc intelligitur etiam sincerè quidem vsque ad quartum gradum de iure ciuili, teste Io. Vinc. de Anna, sing. 397. fol. 286.

3 Necnon † incestus committitur etiam cũ moniali, quoniam est sponsa Dei, qui est pater noster, vt per Glo. in c. virginibus, 27. q. 1. committiturque tunc itidem adulterium, & sacrilegium, & consequenter tria peccata committuntur, secundum eandem Glo. quam allegat Abb. in c. monasterium, de vita & honest. cler. & in cap. cum dilectus, de purgat. cano.

4 Imò † quilibet peccator peccans mortaliter, quatuor committit vtique peccata: committit in quam homicidium, occidendo animam suam: cõmittit furtum, subtrahendo illam à Deo: committit similiter adulterium, quia recedens à Deo cum diabolo fornicatur: committit denique periurium, ex quo fidem in baptismo promissam nõ seruat, vt per Glo. post August. in c. cum humilitatis, 22. quæst. 2.

ARGVMENTVM.

Si emptor conuenitur iure prothomiseos à vicino, si posidet, tenetur restituere rem emptam: si verò non posidet, sed alij donauit, tunc aut ante litem motam, & non habet locum ius prothomiseos: aut post, & cum res sit effecta litigiosa, habet locum ius congrui.

SVMMARIVM.

1 Ius congrui licèt vicino contra emptorem, reique stabilis, seu domus possessorem competat: si tamen emptor seu possessor ante litem motam, rem illam sine dolo donauerit tertio, amplius non competit, & num. 3.

2 Ius congrui, ius reale seu in rem scriptum est, contra possessorem eundemque etiam emptorem tantum competens.

4 Litis pendentia per solam citationem inducitur.

5 Citatione circunducta, litis pendentia non inducitur.

6 Ius congrui sub pretij soluendi conditione competit.

7 Domo in primum venditorem lite pendente translata, vtrum quo ad domũ ipsam iure congrui consequendam sentẽtia sit executioni mãdanda contra eundem emptorẽ, & possessorẽ sine nouo processu.

DECISIO CCCXX.

1 IVs congrui, † seu prothomiseos licèt regulariter competat vicino cõtra emptorem, ac possessorem rei stabilis, seu domus; per constitutionem, Sancimus, de iure prothomiseos: tamẽ si emptor ipse, ac possessor eandemmet rem, & domum ante litem motam donauerit tertio, etiam non coniuncto, sine dolo, & fraude, certè vicinus, cui competebat ius prothomiseos, non potest tali casu agere, nec contra possessorem, quia titulo donationis posidet, nec cõtra emptorem, ex quo non posidet rem, & domum tempore litis motæ.

2 Ius † enim hoc prothomiseos est ius reale, seu in rem scriptum; quod tantum contra possessorem competit, eundemque etiam emptorem, vt probat textus in d. constitutio. Sancimus, §. vt infra triginta dies. ibi, extraneos emptores omnino repellere, vbi Affl. in 11. no. qui ponit inibi etiam formam libelli in actione iuris congrui.

3 Quo † quidem emptore desinente posidere ante litem motam absque dolo, desinere debet ius competere, argu. l. si autem, §. posidere, & l. si rem, & l. qui restituere, ff. de rei vendic. nihilominus tamen si post litem motam, & postquam effecta est res litigiosa, emptor ipse donauerit eãdem domum, non desinit ius competere contra emptorem, licèt in alium rem ipsam stabilem transtulerit ex prædicto donationis titulo. ista fuit originalis sentẽtia Sebastiani Neapodani glossatoris consuetudinis Neapolitanæ, in Glo. in ver. possessore, posita super prima consuetudine Neapolitana, situata sub rub. de iure congrui, per textum in l. 2. C. de litigios. quam nempe sententiam refert, & sequitur, ac itidem nonnihil commendat Afflict. in commento d. constitutionis, Sancimus, in §. licet enim, in 6. no. & cum ea transiuit etiam Illustris D. Antonius Caputus de Melficto, qui eandem constitutionem satis fœcundè, & solenniter exornauit, illustrauit, atque commentauit, in ver. simultate, in 2. col. & consummatissimus D. Vincent. Maxilla super consuetudinibus ciuitatis Bari, in consuetudine de iure prothomiseos, num. 3. & seqq. & ita iudicauit etiam in facti contingentia sacrum Consilium Neapolitanum, attestante Afflicto in decis. 338. in fi. & Vrsil. ibi in addi. sub num. 4. ex quibus itaque omnibus ita propositis, & allegatis, manifestè quidem apparet, quòd licèt emptor, etiam cum titulo habili ad extinguẽdum ius prothomiseos, puta donationis, alienauerit post litem motam, & postquam res effecta est litigiosa, ob hoc minime desinit ius competere contra ipsum emptorem: quod maximè procedit in casu nostro.

Quoniam cum iudicium reale quippe sit, seu in rem scriptum, vt supra probatum dignoscitur, per solam conuentionem res litigiosa efficitur, vt in auth. litigiosa res, C. de litigiosis, & in clem. fin. vt lite pend.

4 Tantoq; magis, † cum inducatur absque scrupulo aliquo litis pendentia per solam citationem, teste Afflicto decis. 220. sub nu. 13. Roma. consi. 330. sub nu. 2. & Horat. Mandos. cum alijs aggregatis ibi per eum, in addi. in litera B. Sed altius cir-

5 ca hoc speculandum, rimandumq; venit, † quòd vbicunque citatio ipsa reperiretur circunducta, idest quòd pars quę procurauit citare alteram partem non compareret, vel nuntius qui citauerit,

minimè

minimè retulisset, vel relatio non extitisset aliter in actis redacta, ob hoc equidem litis pendentia nullatenus tunc induceretur, vt per Felyn. in c. illud, sub nu. 5. vers. verumtamen super his notādæ sunt quatuor declarationes, & sub nu. 11. prope fin. ipsius nu. vers. secunda conclusio si vtius qui citauit, de præscript.

Meritò itaque potuit iudicium inceptum con tra Ascanium, cum eo finiri, iuxta terminos l. 2. C. de litigios. nec fuit sufficiens, & legitima causa eidem Ascanio relaxādi domum prædictam, pro eo, quòd nō habeat vnde pretium solueret: quia post domum petitam iure congrui solutio eiusdē pretij spectabat ad vicinum agentem iure protho
6 miseos: † cum tale ius competat sub conditione pretij soluendi, vt in d. constit. Sancimus. taliter quòd magis præsumitur factum in derogationem iuris congrui, & præiudicium iuris quæsiti Nicolao actori: quod vtique sine facto suo ab eo euelli non potest, per ea quæ no. in reg. iur. quod nostrum est, de reg. iur. in 6. prout ita extitit iudicatum etiam in sacra Regia Audientia Terræ Bari.

Et denique minime debent obstare alia in fauorem eiusdem Ascanij adducta, ex quo non ex
7 titere plenè, sufficienterq; probata. † verū ex quo prædictus Ascanius non habet facultatem rei restituendę, cum fuerit per eum translata domus ip sa in primum vēditorem post iudicium motum; & sic lite pendente, vtrum quo ad ipsam domum iure congrui consequendam sententia isthæc fit executioni mandanda contra eūdem emptorem, & possessorē sine nouo processu? de hoc etenim extat clara, perspicuaque decisio Bar. in l. fin. vers. quæro dicitur hic, C. de litig. & magis affluenter in l. creditores, col. 8. in 4. quæstio. princip. vers. videamus ergo, C. de pignor. & abunde per Abb. Imo. & alios omnes, in cap. fin. extra de alie. iud. mu. ca. fa.

Et quia de hoc non extitit inter partes quæsitum, sed tantum de reuisione sententiæ, fatuus ergo reputaretur iudex, qui condemnaret ad non petita; non fuere partes ipsius sacræ Audientiæ, in declarādo super prædictis, sufficit tamē ostendisse viam iuris. pro quauis solutione facit quod habetur per Barto. & alios omnes in l. sancimus, C. de execu. rei iudi. & in l. 1. ff. iudic. sol. de executione verò sententiæ laræ contra principalem, facienda contra fideiussorem, discutietur (Deo annuente) congruo, opportunoque suo loco, & tempore.

ARGVMENTVM.

Non valent acta facta contra iuris dispositionem, & habentur pro infectis.

SVMMARIVM.

1 *Actus gestus contra iuris dispositionem, non valet, nec tenet, & si specificè per legem non retractetur.*
2 *Actus factus contra legem, pro infecto habetur.*
3 *Actus inualidus, nullatenus præiudicat.*
4 *Actus ipse nullus de iure impunibilis.*
5 *Actus inualidus, tanquam legibus exosus, non potest ratificari.*

DECISIO CCCXXI.

1 Actus † gestus cōtra iuris dispositionem, nō valet, nec tenet, quamuis ille per ipsam legem specificè non retractetur, vt in reg. quæ contra fiunt, de regu. iur. in 6. & facit text. iuncta glo. in cap. nouit, de his quæ fiun à prælat.

2 Et consequenter † actus factus contra legem, pro infecto habetur, l. non dubium, C. de leg. & c. Imperiali, 25. q. 3.

3 Nec † ipse actus inualidus præiudicat modo aliquo, l. sicut, & ibi Bal. col. 1. C. de repud. hær.

4 Imò † actus ipse nullus non est de iure punibilis, ita Bart. in l. filium, §. quamuis bonorum, in fi. ff. de lega. præst. & sic in facti contingentia liberaui nonnullos clientes à varijs, diuersisque pęnis incursis per eos, ita quòd ob actus nullitatem, obtinui eorum absolutionem, & absolutiones, & sic decisum etiam extitit in Regia Audientia Capitinate Apuliæ, & Comitatus Molisij, in an. 1583. & sequentibus, in varijs casibus in ea tunc occursis, atque decisis.

5 Nec † actus inualidus, cum legibus exosus videatur, posset aliter ratificari, l. qui in aliena, ff. de acquir. hæred. l. 2. C. commu. vtriusq. iud. & Spe. in tit. de iudic. deleg. ver. quid si committens, & ibi Bal. in addi. in ver. quod nullum.

ARGVMENTVM.

Multa dicuntur de dilectione paterna, & quid tenetur facere pater erga filios.

SVMMARIVM.

1 *Pater pro filij salute sollicitus est.*
2 *Filius, viscerum patris pars, vna caro, atque eadem persona cum patre dicitur. & quando eadem persona non censeatur.*
3 *Pater prouidet, ne post mortem suam filium in discordia relinquat.*
4 *Pater magis optat ipse malum habere, quàm filium, cum plusquam seipsum, illum diligat, & nullus amor vincat paternum, vt maior etiam sit quàm mariti in vxorem, nu. 5. & 6.*
7 *Mater prouidet filio, ne eum extra competentem honorem relinquat.*
8 *Mater & filius correlatiua duo sunt.*
9 *Potestas patria, quòd pro liberis optimum consilium capiat: nam in pietate consistit, paterque pius erga filium præsumitur, est iuris & de iure præsumptio, num. 10.*
11 *Patria potestas inæstimabilis.*
12 *Pater ex naturali voto charitatem filio debet.*
13 *Parentum votum, vt res bonaque sua ad filios perueniant.*
14 *Pater filios diligere, æqualitatemque inter eos seruare, non autem decipere præsumitur.*
15 *Pater malignè facit contra filium iniuriā, cum suus sanguis*

sanguis sit, & aliquid patris, eademque caro dicatur, num. 16.

17 *Pater alimenta denegans, patriam perdit potestatem.*

18 *Parentes alijs quàm filijs hæreditatem relinquentes, non sanæ mentis præsumuntur.*

19 *Paterfamilias, familiam corrigere negligens, tam corporaliter quàm æternaliter punitur.*

20 *Pater corrigere filium tenetur, non tamen per viam contentiosam, sed iudici puniendum præsentare, & incarcerare in domo sua.*

21 *Iudex iustitiam facere negligens, mortale incurrit peccatum.*

22 *Episcopus de ouibus sibi creditis, Deo reddere rationem, deque animarum cura inuestigare tenetur.*

23 *Dormitare non debet, tanquàm Princeps, pastor & custos populi Regno, cuilibetque regimini patriæ præesse volens.*

24 *Negligentia contemptui, itẽ voluntati æquiparatur, & tanquàm factum punienda.*

25 *Negligentia & dissimulatio esse in superiore peccatum mortale.*

26 *Negligens in suo officio punitur, officioque ipso priuatur.*

DECISIO CCCXXII.

1 PATER † est sollicitus pro salute filij, l.
cum pater filios, §. mando filiæ meæ, ff.
2 de leg. 2. † Quoniam filius ipse est pars
viscerum patris, imago eius, vna caro, & eadem
denique persona cum patre dicitur. l. fi. C. de impuber.
& alijs substit. c. contradicimus, 35. quæst.
3. Barbat. consi. 73. Magnanimus, num. 3. volu. 4.
Tiber. Decia. consi. 40. Et breuiter, num. 15. volu.
1. Bero. consi. 74. Visa facti specie, num. 1. & seq.
vol. 2. Bertran. consi. 206. Viso casu, num. 3. volu.
5. Marc. Mant. consi. 276. num. 2. & seqq. Anto.
Bard. in tract. de tempore vtili, & continuo, cap.
12. num. 3. & seqq. vbi hoc vtiliter quidem, & fertiliter
declarat, & D. meus etiam Ranaldus Ridolfius
in oratione 2. pro filio notho legitimo facto,
nu. 42. Rolan. consi. 28. num. 10. volu. 3. & Ascan.
Clemen. in tract. de patria potest. cap. 4. num. 5. &
seq. Menoc. consi. 215. Diu, num. 148. 140. 152.
& 156. volu. 3. & consi. 250. Cum interrogatus,
num. 27. & seq. eod. vol. Cæpha. consi. 577. Consultationem,
num. 11. volu. 4. Borgnin. Caualcan.
decis. 55. Vendidit, num. 17. in 2. par. Beccius, consil.
16. num. 5. vol. 1. Ioan. de Terra-rubea in tract.
contra rebelles suorum Regum, in artic. 2. primi
tract. & ibi Apostilla in litera A, folio paruo 18.
Marin. Freccia in tract. de subfeud. Baronum, &
inuestit. feudorum, lib. 2. in rub. seu tit. quis dicatur
Comes, num. 2. & 38. fol. 71. & seqq. Incertus
Author in tract. læsæ maiestatis, quæst. 5. num. 14.
inter tractatus criminales, vbi hoc limitat non habere
locũ in matre. sed pater & filius vna, eademque
persona, secundo loco, minimè censeretur,
secundum Bero. in d. consi. 74. num. 19. vbicunque
pater, & filius non forent coniuncti, nec ad
acquirendum simul concurrerent: verum de per
se pater ipse, & post mortem patris filius.

3 Pater † prouidet filio, ne eum in discordia post
mortem suam relinquat. d. l. cum pater filios, §. dulcissimis.
filij enim dolent, quando pater plus alijs
relinqueret. l. cum oportet, C. de bonis, quæ libe.
& quòd pater ipse inter eos æqualitatem non seruauerit,
vt lex hortatur. §. illud quoque, in Auth.
de nup. Barba consi. 88. Sapienter, num. 2. & seq.
volum. 4.

4 Pater † magis optat ipse habere malum, quàm
filius. l. isti quidem, §. 1. ff. quod met. cau. D. meus
5 Ranaldus Ridolfius in d. oratione 2. nu. 44. † nam
pater diligit re ipsa filium plusquam seipsum. l. ergo
voluntate. C. de manum. testa. d. l. isti quidem,
in fi. Ascan. Clemen. in tract. de patria potest. cap.
4. num. 3. Barbat. in d. consi. 88. sub num. 2. volu.
4. Bertran. consi. 269. Ex themate consultationis,
num. 3. vol. 4. Menoc. consi. 238. Dubia, num. 44.
vol. 3. Corn. consi. 218. num. 18. volu. 1. & consi.
161. nu. 2. vol. 2.

6 Imò † nullus profectò inuenitur amor, qui vincat
paternum. l. fi. C. de curat. furiosi, Bero. consi.
161. Dubijs, num. 3. vol. 2. Marc. Mant. consi. 276.
num. 7. & D. meus Ranaldus Ridolfius in d. oratione
2. num. 46. Cæpha. consi. 421. Verè, num.
67. volu. 3. Bertran. consi. 196. Quatenus, num. 4.
volu. 5. Cæpha. consi. 607. Præsupposita, num. 13.
vol. 4. D. meus Marc. Anto. Eugen. consi. 29. num.
8. & consi. 34. num. 17. vol. 1. Signorol. de Homodeis,
consi. 43. In quæstionibus, sub num. 2. & consil.
101. Factum sic se habet, sub num. 10. In tantum,
quòd amor patris in filios maior est etiam,
quàm mariti in vxorem, vt per Ang. consi. 144.
colum. 1. Bald. in auth. ex causa, colum. 3. C. de
libe. præter.

7 Mater † prouidet filio, ne eum extra competentem
honorem relinquat, vt in Auth. de non elig.
secun. nub. in prin. ver. Gregoria.

8 Et tanto magis, † cum mater, & filius correlatiui
quippè sint, vt explicat Rimin. iun. consi. 353.
Postquam, num. 2. vol. 4. Simon de Prætis, consi.
180. Sententiæ, num. 28. vol. 1. Ascan. Clemen. in
tract. de patria potest. cap. 6. Effectu 1. nu. 26. vbi
quòd pater, & filius sint duo correlatiua, infert
etiam ad varias diuersasque quæstiones.

9 Patria † potestas consilium capit pro liberis. l.
nec in ea, in fi. ff. ad leg. Iul. de adult. nam in pietate,
non in atrocitate consistit. l. diuus, ad l. Pomp.
de parri. l. 4. ff. de curat. furio. l. 2. ff. de inoffi. testa.
& l. Mæuius, §. Titius, ff. de libe. lega.

10 Et hoc eatenus verum est, † vt meritò quidem
præsumptio iuris, & de iure sit, quòd pater optimum
susceperit consilium pro filijs. l. penul. ff. de
curat. furiosi. Alcia. consi. 57. Testamentum, seu
vltima voluntas, num. 4. tomo 3. lib. 9. & ita aliàs
in facti contingentia iudicauit Regia Audientia
Apuliæ, in anno 1584. in causa tunc vertente inter
aliquos de ciuitate Luceriæ. & quòd pater præsumatur
pius erga filium, firmauit Cy. etiam in l.
propter insidias, C. qui accus. non poss. Barbat. ex
varijs legibus allegatis per eum, consi. 81. Præclarè,
num. 6. vol. 4.

11 Patria † potestas est inæstimabilis, l. filius familias,
§. secũdum vulgarem, ff. de leg. 1. & pro tanto
amore,

amore, filij morte patris dicuntur orbari. l. filia in orbitate, C. de inoffic. testam.

12 Pater † ex naturali voto debet filio charitatem. l. nam etsi, ff. de inoff. testam. Tiber. Decian. consi. 107. Quæritur, nu. 9. vol. 2.

13 Parentum † votum est, vt ad filios res, & bona sua perueniant. l. de emancipatis, C. de legit. hæred. l. scripto, ff. vnde libe. in fi. & l. cum ratio, de bon. damnat. Decian. in d. consi. 107. sub num. 9. Corn. consi. 291. nu. 4. vol. 4.

14 Pater † præsumitur diligere filios. l. pater, in fi. de seru. lega. & in dubio etiam præsumitur æqualitatem obseruare inter filios, nec præsumitur vllo quidem modo patrem velle suos filios decipere, vt aperit Menoch. conf. 346. Respondendum, num. 6. vol. 4. & consi. 434. Cum causa hęc, nu. 34. volum. 5. Corne. consi. 161. num. 9. volum. 3. Tiber. Decian. consi. 3. num. 37. & consi. 54. Quæritur ergo, num. 21. 24. & 36. volu. 1. Riminal. iun. consi. 491. Circa primum, num. 2. & seq. volum. 5. Bero. consi. 22. Habita prius, num. 1. 3. & 15. vol. 2. vbi hoc limitat locum non sortiri, vbicunque ex coniecturis de cõtraria patris mẽte appareret.

15 Pater † malignè facit contra filium iniuriam: ex quo sanguis suus est, dicit Iurisconsultus in

16 l. 4. ff. de inoffi. testam. † & dicitur aliquid patris, & eadem caro. Io. de Terra-rubea, in tracta. contra rebelles suorum regum, in 3. artic. tertij tract. in rub. de quarto verò articulo, quo quæritur, col. 5. versic. secunda conclusio, fol. 62.

17 Et hinc est, † q̃ pater denegans alimenta filio, perdit proculdubio patriam potestatem, vt per Glo. in l. nec filium. C. de pat. potest. Albert. Bru. in tract. de statutis, art. 1. quæst. 26. & D. meus Ranal. Ridolf. in d. oratio. 2. nume. 47. vbi concedit

18 etiam, † parentes alijs, quàm filijs suis hæreditatem relinquentes, præsumi non sanæ mentis, & Tiber. Decian. consi. 40. Et breuiter, nu. 14. vol. 1. & consi. 117. Quæritur, nu. 48. vol. 3.

19 Sed † paterfamilias negligens corrigere familiam punitur, tam temporaliter, quam æternaliter, sicut patet de Heli, 47. distin. c. sicut hi, §. necesse. Ageretque tunc etiam contra omne officium, charitatemque paternam, vt per Barba. consil. 71. Præclarè, nu. 6. & consi. 88. Sapienter, nu. 2.

20 volu. 4. † Tenetur igitur corrigere filium, vt per Felyn. in c. licet Heli, in 1. no. de simo. non tamen per viam contentiosam, l. 3. C. de patr. potest. sed vt ait ibi tex. potest eum iudici præsentare puniendum. Imò teste Panormit. in cap. cum contingat, col. 8. de foro competen. potest eum incarcerare in carcere supple priuato intra domum suam, & explicat Iaco. Benaudius in addi. Ioan. de Terrarubea in tracta. contra rebelles suorum Regum, in art. 10. tertij tract. in 1. conclu. sub litera B. fol.

21 paruo 100. † & iudex negligens iustitiam facere, incurrit peccatum mortale, ita Glo. in c. ea quæ, de offic. ordin. & Nouel. in regu. 104. sub num. 1. tomo 2.

22 Necnon † Episcopus etiam de ouibus sibi creditis, Deo reddat rationem. ita Glo. in c. nisi cum pridem, in ver. desigendo, de renun. cum Episcopus ipse de cura animarum inuestigare teneatur, vt per Greg. in nouel. de verborum signific. cap. fin. lib. 6.

23 Vnde † qui vult tanquam Princeps, pastor, & custos populi præesse Regno, aut cuicumque patriæ regimini, non dormitabit, neque dormiet, vt qui custodit Israel, de quo legitur in Psalmo: Leuaui oculos meos: nec ipsam custodiam operosè perficient, nisi solicitè agant, & curent, vt malis hominibus prouincia, & maximè ipsorum patria, purgetur, sic inde careat illis. l. congruit. ff. de offic. præsid. non patiantur incolæ in ea insidiantiũ procellarum fluctus illidi. c. ecclesiæ. 97. dist. aliàs huiuscemodi damnis & deprædationibus videntur consentire, secundum Archid. in c. generali, de elect. in 6. Nam negligere, cum possis perturbare peruersos, nihil est aliud, quàm eos, illorumque delicta fouere, c. negligere, 2. q. 7. Audi itaque Gregor. in Homilia, religiosè quidem ostendentem, quòd peccata secundum Dei voluntatẽ, non negligenter vtique, sed potius velociter puniendæ sunt, & habetur in c. si is, qui prælatus est debitori dominico culpas impunè dimittit, non mediocriter profectò offendit, qui debita cęlestis Regis, & domini sua præsumptione resoluit, in 23. quæst. 4. Et ratio omniũ præmissorum ea qui-

24 dem est: † quoniam æquiparantur negligentia & contemptus, in Authen. vt cum de appel. cogno. §. si vnum de prædictis, coll. 8. & facit l. non impossibile, ff. de pactis, & cap. fi. in fi. 11. quæstio. 3. vbi æquiparatur negligentia voluntati: & est tex. etiam in c. nemo per ignorantiam, de pœniten. distinctio. 1. vbi dicitur, quòd tanquàm factum, negligentia punienda est, & firmat quoque Luc. de Penna in l. 2. col. 3. C. de nauicular. seu nauellarijs, lib. 11. vbi quamplurima adducit contra negligentes, & finaliter quibus pœnis itidem afficiantur. Imò idem Lucas stilo certè ferreo scribit ẽt in l. seruum domini, col. 3. C. de delatorib. lib. 10. quòd in malorum exercenda vltione, acceleratio commendatur, & negligentia graui pęna damna-

25 tur. c. si ea. 23. q. 4. † Certum est enim negligentiam & dissimulationem in superiore esse peccatum mortale. Glo. in c. clericis, de immun. eccles. in 6. Iac. Bonaudius in addi. superius citata. Nam Deus irascitur ex negligentia correctionis delictorum, vt ostendit Ioan. Lupi, in tract. de confœderatione Principum, in §. antequam veniam ad

26 aliud. nu. 4. † Itaque negligens in suo officio puniri debet, & priuatur ẽt officio ipso. Iac. Nouel. in d. reg. 104. Negligens, tomo 2. vbi num. 2. exprimit hoc procedere de plano, & sine scrupulo in negligentia magna, non autem parua.

ARGVMENTVM.

Multa permittuntur causa necessitatis, quæ aliàs non permitterentur: & ponuntur multi casus.

SVMMARIVM.

1 *Necessitas legem non habet, legibusque omnibus derogat, atque ei omnia obediunt, nu. 2.*

3 *Necessitatis ratione à iure communi deuiatur.*

Necessitas

4 *Necessitas sæpissimè causa est violandi regulas iuris communis.*
5 *Testes qui reperiri possunt tempore necessitatis attenduntur, non eorum qualitates.*
6 *Iuris rigor propter causæ necessitatem & utilitatem mitigatur.*
7 *Reipublicæ propter necessitatem ab inuito res aufertur.*
8 *Furari etiam religioni licet imminente necessitate.*
9 *Carnes necessitatis causa tempore ac etiam loco prohibito comedere licet: & multa permittuntur, quæ aliàs non permitterentur, num. 11.*
10 *Necessitas, illicita facit licita, & ponuntur exẽpla.*
12 *Episcopus magna imminente necessitate ecclesiæ bona alienare valet, non obstante iuramento de non alienando inconsulto Pontifice.*
13 *Pater, urgente necessitate, bona filij in quibus usumfructum habet nullo interueniente decreto, alienare potest.*
14 *Fundus dotalis ob necessitatem alienatur.*
15 *Minor absque decreto, stante necessitate, vendere potest.*
16 *Contractu in quolibet licèt secundum Regni constitutionem notarius, iudex & testes adhibeantur: ex necessitate tamen notarius solus vocatus contractum, seu testamentum conficere cogitur.*
17 *Citatus, non obstante aeris intemperie, comparere tenetur; ubi de necessitate cogitur. Aprutini tamen citati in ciuitate Neapol. de aeris intemperie à mense Iulio, usque ad Septembrem excipere possunt.*
18 *Fornicatio ad euitandum mortis periculum, & sic ob necessitatem extremam, nunquam licita.*
19 *Ludouicus Francorum Rex ad mortem infirmatus, medicis suadentibus, quòd sanaretur, si quam mulierem cognouisset, cum uxorem præsentem non haberet, potius mori voluisse respondit, quam fidem uxori violare.*
20 *Seminis fluxum pro sanitate, an desiderare liceat.*
21 *Necessitatem non habere legem in illo tantum casu, in illo die tantum, & in victualibus, ne homo pereat.*

DECISIO CCCXXIII.

1 NECESSITAS † non habet legem, vt l. 1. & ibi Bal. ff. de offic. conf. & Doct. omnes in l. pupillo, §. si quis riuos, ff. de oper. noui nunc. Ias. in l. cætera, §. sed si parauerit, num. 12. ff. de leg. 1. Ioan. Bapt. Plot. consi. 19. Casus, num. 49. volum. 1. Hierony. Grat. consil. 133. num. 22. vol. 1. Pet. Royzius, decis. 3. Tractabatur, nu. 243. cum alijs seqq. ubi hoc adducit ad varia specialia, Iacob. Nouel. in reg. 102. Necessitas, tomo 2. vbi, num. 1. cum alijs omnibus seqq. ponit hoc pro regula cum quindecim ampliationibus, & quinque limitationibus.

2 In tantum, † quòd necessitas omnibus legibus derogat, nullique legi subiacet, sed per se ipsam legem facit, vt per D. Cæphal. consi. 451. Multæ, num. 297. volu. 4. Riminal. iun. consi. 468. Anno præsenti, num. 65. volum. 4. & eo magis cum ipsi necessitati omnia obediant, teste Sapiente Ecclesiast. c. 42. in fi. Tiber. Decian. consi. 20. Et circumscripta, num. 36. vol. 1.

3 Et hinc est, † quòd ratione necessitatis deuiatur à iure communi, l. 1. in fi. ff. de offic. conf. & ibi Alber. de Rosa. Abb. Sicul. in c. fi. de relig. do. & Luc. de Penna in l. 1. C. de contra. & in l. 2. C. de decur. lib. 10.

4 Prout † necessitas ipsa est causa sæpissimè uiolandi regulas iuris, vt per Fely. in c. querelam, de iureiur. Riminal. iun. consi. 364. Accusati, nu. 30. & seq. volum. 4. cum necessitas non subijciatur legi, sed lex necessitati, teste D. Cæphalo in præmemorato consi. 451. nu. 300. vol. 4.

5 Et consequenter † tempore necessitatis non attenditur ad testium qualitates, sed adhibentur, atque vocantur illi testes tunc qui reperiri possunt, vt per Paul. Aemil. Veral. decis. 259. seu 2. testamentum Raynaldi, in 3. par. vbi explicat ita aliàs iudicatum in Rota Rom. extitisse.

6 Imò † sæpe propter causæ necessitatem, & utilitatem mitigatur rigor iuris, & tenetur qui aliàs non teneretur. l. 1. §. 1. & §. si is qui. ff. de act. emp. l. 1. §. fi. & l. 3. ff. de instit. l. fi. ff. de pet. hæred. & l. fi. & auth. ibi posita. C. de pig.

7 Prout † ob necessitatẽ reipublicæ aufertur res ab inuito. l. venditor, §. si constat. ff. communia præd. cum concord. adductis per Fely. in c. quę in ecclesiarum, de constit.

8 Necnon † furari licet, etiam religioni, propter imminentem necessitatem. c. si quis, de furt. & notat Card. Put. decis. 82. nu. 1. lib. 2. vbi firmat etiã, quòd ipsa religio si ad pinguiorem postea fortunam peruenerit, ad pretium rei teneatur.

9 Similiterque † ex causa necessitatis licitum est etiam tẽpore prohibito carnes comedere, vt per Glo. in c. de censib. quam amplificat Rimin. iun. consi. 363. Magnificus, nu. 213. cum alijs seq. volu. 4. fortiri locum, etiam loco prohibito, & sic infra portam regularem Carthusiensium, & ponit etiam aliquos alios casus similes, valde utiles.

10 Et ratio est, † quoniam necessitas, illicita facit licita, vt per Glo. & alios omnes in cap. quoniam, 48. distinc. Dec. in l. quæ propter necessitatem, ff. de regu. iur. Tiber. Decian. cum alijs signatis per cum, consi. 20. Et circumscripta, num. 16. volu. 1. & sic vt supra necessitas ipsa lege caret, sed ipsa sibi legem facit. c. ideo. §. ita ergo. 25. q. 1. vbi recitatur, licuisse Dauid ex necessitate comedere panes propositionis, quod aliàs licitum non erat: licuisseque Apostolis, etiam ex messe aliena in Sabatho colligere spicas, easque manibus fricare & comedere, prout recensuit Io. Lupi in tract. de cõfederatione Principum, §. ista quæstio, an & quando possit esse iudex in causa ecclesiæ, sub nu. 3.

11 In tãtum, † quòd causa necessitatis multa nempe permittuntur, quæ aliàs non permitterentur. l. 1. §. huius. vbi Ias. in 5. no. ff. de offic. eius, Rimin. iun. consi. 360. In præsenti causa, nu. 91. volum. 4. & cõsequenter actus expediri posset absque consensu eius, qui requiri deberet, necessitate præsertim vrgente.

12 Et similiter † si necessitas tanta immineret alienandi bona ecclesiæ, ita quòd superior consuli nequiret,

nequiret, Episcopus vtique tunc valeret alienare, non obstante iuramēto de non alienando inconsultò Romano Pontifice, vt discurrit seriosius Felyn. in vtroque casu, in c. cum accessissent, nu. 20. cum alijs seqq. de const. Nauar. consi. 1. num. 3. de reb. eccl. non alie. lib. 3.

13 Necnon † pater, vrgente necessitate, potest ēt bona filij, in quibus habet vsumfructum alienare, nullo itidē interueniente decreto, vt per Azo. in sum. C. de bon. quę lib. Bal. Paul. Castren. Alexan. Curt. num. 14. & alios vnanimi consensu omnes in l. præses. C. de transact. & Anton. Ciofium cū alijs aggregatis per eum, consi. 83. Quoniam, sub nume. 3. volum. 1. vbi meminit de præsenti communi.

14 Itidemque † fundus dotalis etiam vrgente necessitate alienari posset, vt per Glo. Fabr. Aret. & alios vniuersaliter omnes, Instit. quib. alien. lic. in prin. Ascan. Clemen. in tracta. de patria potestate, cap. 6. effectu 1. nume. 8. Bero. consil. 36. num. 14. volum. 2.

15 Necnon † minor potest etiam vendere sine decreto, stante necessitate, vt discurrit Riminal. iun. Instit. de testam. in prin. nu. 441.

16 Et quamuis † in Regno in quolibet contractu, eiusque publicatione soleat adhiberi notarius, iudex, & testes, seruata forma constitutionis, Instrumentorum robur, tamen in casu necessitatis, vbicunque in aliqua villa, seu castro non reperiretur nisi vnus notarius, tunc vocatus ipse solus, vti persona publica, potest, & debet conficere contractum, seu testamentum, & casu quo recusaret tūc interuenire, cogi vtique posset ad conficiendum cōtractum ipsum, & persistendo in obstinatione, spernendoque iudicis mandatum, puniri etiam posset ipsius iudicis arbitrio, vt firmauit Afflict. in constit. Baiulos omnes, sub num. 33. & ita consului de mense Octobris 1586. testamentum Io. Dominici Pela-gatti, de castro Arisculæ confectum, rogatumque manu Notarij Cæsaris de Largijs de Aquila, sine iudice, & coram septem testibus, in Villa Collis Brunconij, in qua nullus alius reperiebatur notarius, neque iudex, validum, firmumq; fore. & ita iudicatum tunc extitit in Curia Aquilana, & sic iudicauit etiam sacra Regia Aud. Barensis, de præsenti mense Martij 1590. in causa vertente inter aliquos de Terra Bitritti.

17 Quæ omnia interpretationem recipiunt, † vbicunque de necessitate compellitur quis à iudice ad comparendum: tunc enim non obstante aeris intemperie, quæ non excusat, tenetur vocatus, & citatus comparere, vt per Glo. Ioan. And. & alios vnanimi voto omnes in d. c. cum dilectu, de dolo, & contu. & Ioan. de Turre-cremata in c. communis filius, distin. 23. Sed nos Apruntini vigore Regiæ constitutionis, tempore æstiuo, non tenemur cōparere in Tribunalibus Regijs in ciuitate Neapolis, ob aeris intemperiem: & sic ipsi Aprutini citati in ciuitate prædicta Neap. excipere possunt de aeris intemperie à mense Iulij vsque ad mensem Septembris, teste Franc. Scalione in ritu 163. sub nu. 27. & ita obseruatur.

18 Nec non † fornicatio minimè licita est modo aliquo ad euitandum mortis periculum: & sic necessitas extrema non excusaret à peccato fornicationis, secundum Doct. vniuersaliter omnes in c. si quis propter necessitatem, de furt. Couarru. in reg. peccatum, de reg. iur. in 6. in 2. par. §. 1. num. 5. vbi fertiliter quidem discurrit, quæ sit ratio.

19 Quodque † prudenter attendēs Ludouicus Francorum Rex; infirmatus ad mortem, cui suadebāt medici sanari potuisse, si aliquam cognouisset mulierem, eo quòd suam vxorem præsentem non haberet: respondisse fertur, quòd potius voluisset mori, quàm fidem semel datam suę vxori violare. sed non reperiūtur hodie tales Reges, Principes, & nobiles: nam plerique eorum, nulla etiam vrgente ægritudine, verum cooperante libidine, postposito Dei timore, & populi scandalo, non, erubescunt palam habere ancillas, quibus itidem faciunt magna donaria in oppressionem non leuem subditorum, & in iniuriam propriæ vxoris.

20 Et † quamuis fluxum seminis sic liceat desiderare, vt naturaliter, & citra culpam accidat: potest enim desiderium hoc bonam habere causam, vt pote sanitatem, quæ ex illa superfluitatis egressione superueniret. sed hoc non admittit ita simpliciter, verum cum grano salis, circunstantijsq; suis, Dom. Soto, in 4. sent. distin. 12. quæst. 1. art. 7. col. 6. versi. hoc autem doctrinæ annexum est perscrutari, vtrum licitum sit fluxum seminis. Quoniam periculosius est desiderium præcedens pollutionem, quàm subsequens, cum præcedens pósit esse causa operis, non autem subsequens. Quodque tanquam calamitosum, & licèt misericordia dignum, tamen debent animaduertere omnes huiuscemodi morbo patiētes ac laborantes, prudentissimo Consilio, commendando se semper Deo optimo maximo super liberatione à præsenti periculo.

21 Et † necessitatem postremò, vt omnia præmemorata vno verbo claudam, non habere legem, procedit in illo casu, & in illo die tantùm, & in victualibus, ne homo pereat, vt commodè quidem explicat, & aperit Ioan. Bologn. consil. 1. nume. 189.

ARGVMENTVM.

Quod non liceat assumere arma alterius familiæ, nec mutare nomen, nec cognomen, & assumere cognomina alterius familiæ contra voluntatem ipsorum de familia.

SVMMARIVM.

1 *Arma & insignia, quare inuenta, & ex signo cognoscuntur signata.*

2 *Arma & insignia aliena sicut assumere non licet, ita nec nomen, seu cognomen mutare vel alienum accipere, præsertim in aliorum præiudicium.*

3 *Argumentum à cognomine seu nomine familiæ, ad insignia, valet.*

4 *Insignia familiæ & nomen qui prius gerere cœpit & assumpsit, præferri debet. & quomodo armis alienis vti quis, alijsque concedere possit.*

DE-

DECISIO CCCXXIIII.

1 Arma, † & insignia, inuenta extitere ad cognoscendas res, familias, & agnationes distinguendas, & denique ad euitãdum confusionem, argu. l. ad cognoscendum, C. de ingen. & manumiss. Dec. in c. causam matrimonij, num. 6. & seq. de probat. Guliel. Bened. in c. Raynutius, in ver. Raynutius de Clera, num. 57. de testam. Tiraquel. de nobilit. cap. 6. nume. 17. Et ratio ea est, quoniam ex signo cognoscuntur signara, l. signata, vbi Ioannes de Platea. C. de fabricens. lib. 11. Bal. in l. dos data, C. de donat. ante nuptias, Afflic. decis. 23. num. 3. Octauia. Cacher. decis. 48. num. 3. Cassan. in Catalogo gloriæ mundi, in 1. par. consideat. 38. conclusio. 41. Ant. Ciofius, consi. 18. Vt dilucidius, num. 7. & seq. volu. 1. vbi planũ nempè facit ex historicis, in vna eademque familia, & agnatione plures familias extitisse diuersis nominibus appellatas, etiam quòd origine non differant: sicuti in ciuitate nostra Aquilæ aliqui de nobili familia de Simeonibus nominantur, & cognominantur, de Vgolinis: alij verò de Simeonibus. Et sic aliquæ aliæ agnationes in eadem ciuitate similiter nobiles ex genere diuersis quidem appellantur cognominibus, etiam quòd origine alıter minimè differant.

2 Et † quemadmodum non licet assumere arma, ac insignia aliena: ita pari modo nequaquam permissum est alicui mutare nomen, seu cognomen, vel accipere nomen, seu cognomen alterius. l. vnica, C. de mutat. nomi. & potissimũ hoc de plano locum obtinet, vbicunque id fieret in aliorũ præiudicium, vt aperit, ac planè explicat Cassan. in d. Catalogo gloriæ mundi, in 1. par. consid. 38. cõclusio. 23. in fi. Guliel. Bened. in c. Raynutius, in verbo, Raynutius de Clera, in 5. par. nu. 58. cum alijs seqq. de testamen. cum alijs citatis in Sylua nostra, in opinione 540. Nomina, nume. 15. lib. 2. & ita iudicauit aliàs in causa aliquorum de ciuitate Manfredoniæ Regia Audientia Apuliæ, in anno 1584.

3 Et hoc ea viuaci quidẽ probatur ratione: † quoniam argumentum à cognomine, seu nomine familiæ, ad insignia valet, & tenet, vt per Barto. in tract. de insignijs, nume. 5. Antonium Ciofium, consi. 17. Proponitur, num. 4. cum alijs seqq. volum. 1. vbi definire meritò studet, † etiam quòd

4 insignia familiarum qui prius gestare cœpit, is ratione prioris temporis præferri debet, & posterior cedere ei tenetur. Et consequenter, qui prius familiæ nomen assumpsit, potest omni dubio procul alteri prohibere eiusdem nominis assumptionem, atque vsurpationem, vt per Guliel. Benedic. cum alijs coaceruatis per eum in d. ver. Raynutius de Clera, sub num. 84. sed insignibus, armisve alienis vti, citra incommodum alienum, quis potest, Crauet. consi. 829. Magnifici, num. 4. lib. 5. ac etiam insignibus alienis quòd vtatur, & à cognomine alterius appelletur, induci ab homine, & præscriptione potest, optimè Crauet. d. consil. 829. num. 3.

ARGVMENTVM.

Non redditur nulla permutatio etiam quòd alia pars det pecuniã alteri parti in recompensam valoris rei permutatæ, & sic semper remanet permutatio, nec habet locum ius congrui.

SVMMARIVM.

1 *Permutatio, si pro adæquatione vnius speciei ad aliã interueniat pecunia, interuentu ipsius pecuniæ, non alteratur.*
2 *Permutatio, quid.*
3 *Principaliter & immediatè in aliquo actu veniens præfertur, quando vnum principaliter & immediatè, & aliud ex consequentia & mediatè venit.*
4 *Accidentalia contractus, quæ dicantur.*
5 *Permutationis contractus est, non autem emptionis, vbi pecunia traditur vt species.*
6 *Congrui ius in permutatione locum non habet, nisi in fraudem illa fiat.*

DECISIO CCCXXV.

1 Permutationem † duo inuicem facientes vnius speciei pro alia, & ad compensationem valoris alterius rei, interueniẽte pecunia, ex quo intendebãt principaliter permutare, accessio, interuentioque pecuniæ, quæ accessoriè venit, non alterat aliter permutationis naturam, secundum Ioan. And. & Abb. col. 5. in c. ad quæstiones, de rerum permut. Bart. num. 2. & Rom. in l. Aristo, ff. de donat. Bal. in l. 1. col. 2. C. de rerum permut. Afflic. in tract. de iure prothomiseos, in §. 3. licèt autem, versi. sed iuxta hoc quæro, & Boer. decis. 144. nu. 1. & seq. vbi patefacit istam esse communem opinionem.

Et ratio, vltra alias allegatas per Doct. præmemoratos firmantes hanc cõmunem, assignari pos-

2 set isthæc: † quoniam permutatio est vnius rei certæ pro altera re certa vicaria præstatio. ita Glo. in d. l. 1. C. de rerum permut. vnde cum in præsenti permutatione res certæ vltro citroque interuenerint, meritò quidem dicitur vera in totum permutatio, & refusio pecuniæ, quæ cum modica fit in ipsa re cui accedit, tanquam accidens non videtur vllo modo in consideratione. Nam accidens illud verè dicitur quod adest, & abest præter subiecti corruptionem, secundum Aristo. in libro Prædicament.

3 Imò † vbicunque in aliquo actu vnum principaliter, & immediatè venit, & aliud ex consequentia, & mediatè, illud nempè præferendũ est, quod venit principaliter, & immediatè. l. fi. ff. de impen. in reb. dot. fac. l. 2. §. idem Labeo, ff. ne quid in lo. pub. & l. 1. ff. si vsufruc. petat.

4 Et tantò magis, † cum accidentalia contractus dicuntur quicquid accedit contractui vltra rem, pretium, & consensum, ita Bal. in l. in ementis, q. 4. de contrah. empt.

5 Itaque † cum pecunia in præsenti casu videatur tradi, vt species, non mirum est, si contractus iste erit permutationis, non autem emptionis, vt faciunt

ciunt not. in l.si.ff. de condic. ob cau. & per Ioan. And. in d.cap.ad quæstiones. Et ex his inferunt, & concludunt, Afflic.& Tiraquel. in locis pręme
6 moratis, † in præsenti permutatione locum non obtinere ius prothomiseos: & sic ipsam permutationem ita & taliter gestam penitus excludere vicinium à iure congrui, vigore constit. Sancimus. & ita respondi in facti contingentia, sub die 19. Septembris 1582. ad fauorē Ioannis Angeli Muscei de Castro Barisciani Comitatus Aquilæ, qui permutationis nomine dederat Muccio Mucciet tæ eiusdem oppidi, petiam vnam terræ, & refuserat ipsi Muccio ducatos octo, & acceperat vigore eiusdem permutationis aliam petiam terrę ab eodemmet Muccio, omni fraude remota, præsentem permutationem validam, atque excludere etiam vicinum à iure prothomiseos. Sed isthæc communis per sacrum Consilium Burdegalense limitatur vtiliter, teste Boer. in d. decis. 144. non sortiri aliter locum, vbicunque talis permutatio appareret facta in fraudem vicini prætendentis ius congrui, quæ quidem decisio sacrosancta, & irrefragabilis apparet, & secundum eam vltra bis iudicauit in varijs causis Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ, Comitatusque Molisij, in anno 1583. & sequentibus, me assidente in ea tunc Auditore.

ARGVMENTVM.

Non ligantur clerici statutis clericorum, quantumuis generalibus, & rationabilibus.

SVMMARIVM.

1 *Statutum laicorum de clericis expresse non loquens, sed simpliciter de instrumentis certo modo exequendis disponens, an seruandum contra clericum in foro ecclesiastico, secundum doctrinam Bartoli in l. cunctos populos, & nu. 3.*

2 *Statutum verba ad iudicem dirigens, quantumcunque rationabile, & iustum, factum inter clericos, nunquam ligat clericos, & ad forum ecclesiasticum non porrigitur.*

DECISIO CCCXXVI.

1 STATVTVM † laicorum, quod expressè non loquitur de clericis, sed simpliciter disponit de instrumentis certo modo exequendis, num seruandum sit contra clericum in foro ecclesiastico, secundum doctrinam Bart. in l. cunctos populos, C. de sum. Trin. & fide cathol. & respondendo breuiter dico primò pro attingenda veritate præsentis difficultatis, quòd si rectè consideremus doctrinam Barto. loquitur expressè vbicunque statutum esset æquum, iustum, & rationabile, per textum in capitu. cum venissent, extra de eo, qui mittit. in poss. cau. rei ser. sed in casu nostro statutum est re ipsa iniustum, & contra dispositionem iuris, tam ciuilis, quam canonici, ac etiam iuris naturalis, tollens facultatem defensionis, si eo modo intelligatur, vt præsupponit creditor, meritò non ligat clericum, nec doctrina Barto. locum sortitur in casu, de quo agitur.

Secundò respondetur quoque, quòd memoratum statutū dirigit verba sua ad iudicem, prout
2 manifestè colligitur ex verbis illius: † sed vbi statutum dirigit verba ad iudicem, tunc quantumcunque rationabile, æquum, & iustum, factum inter laicos, nunquam ligat clericū, & ad forum ecclesiasticum nō porrigitur, prout expressè ita consuluit Soc. sen. consi. 13. Insignis Doctor in causa præsbyteri, col. 4. vers. ex quo elicio vnum fundamētum, vol. 4. allegando doctrinam Abb. & aliorum approbatissimam in cap. ecclesia Sanctę Mariæ, extra de constit.

3 Tertiò respondeo etiam, † quòd sentētia Bar. in d. l. cunctos populos, in hoc discernitur communiter reprobata: & contrarium illius, quod imò statutum laicorum quantumcunque generale, & rationabile non debeat seruari in foro ecclesiæ, nec liget clericos, concessit expressè Io. de Lignano, & post eum Anton. de Butr. in d. cap. ecclesia Sanctæ Mariæ, col. 5. Nauar. consi. 4. nu. 5. de constit. lib. 1. vbi annectit etiam, quòd sententia Bar. communiter damnatur per Canonistas, & idem firmat ibi Io. de Imola, col. 5. vers. & per prædicta, & post eum Abb. in prin. Fely. Anchar. Barbat. & alij concorditer omnes, sequentes doctrinam Hostien. in c. si. extra de solutio. & in sum. in titu. de consuetudine, §. de veritate, & Cyn. in l. 2. circa fin. C. quæ sit longa consuet. eandemque sententiam Bar. damnauit Saly. quoque in authent. cassa & irrita, C. de sacrosan. eccles. Anchar. in repet. c. Canonum statuta, fol. 23. de constit. & in c. fi. extra de consuet. Ant. de But. in c. tua, vbi planum facit esse casum contra Bar. extra de decim. Abb. Butr. & cæteri vniuersaliter omnes in c. quod clerici, extra de foro competen. Bal. in c. cum causam, extra de re iud. Lapus in allegatio. 106. Calderin. consi. 11. in titu. de constit. & quòd doctrina Barto. communiter sit reprobata, clarescit Socin. sen. consi. 56. Viso decreto, volum. 1. vbi adijcit etiam, quòd contra Bar. ipse consuluit, & multi Doctores Bononienses, & Perusini se subscripsere, & idem firmat magis copiosè in consi. 14. Circa dubia data, volum. 4. Barbat. copiosissimè quidem cum alijs aggregatis per eum, per 4. col. in d. cap. ecclesia Sanctæ Mariæ, in princ. vbi ad saturitatem vsque respondet ad iura, & motiua Barto. Cum igitur sententia Barto. sit communiter reprobata, meritò quilibet maturissimus, grauissimusque iudex, ac etiam ornatissimum Collegium non potest fundare motum animi sui in ea modo aliquo, & tanto magis, cum Soci. sen. in consil. antesignato explanauit, quòd contrarium iudicare esset contra conscientiam. taliter quòd vocato in quodam Collegio ecclesiastico cum sapientissimis uiris, & auditis partibus, cum eorum strenuis aduocatis, extitit de currenti anno 1587. iudicatum contra opinionem Bart. recitatam, huiuscemodi statutum laicorum clericos nullatenus ligare.

ARGVMENTVM.

Non potest sententia exequi contra tertium possessorem, nisi facta discussione bonorum debitoris.

SVMMARIVM.

1 *Res inter alios acta, facit sufficientem, & habilem præsumptionem ad deferendum iuramentum suppletorium.*
2 *Sententia inter alios lata, alijs non præiudicat, nec potest exequi contra tertium possessorem, non facta discussione bonorum condemnati.*
3 *Fiscus non potest exequi facere sententiam in sui fauorem prolatam, nisi facta discussione bonorum debitoris contra tertium possessorem.*
4 *Tertius possessor in omnibus debet audiri, aliàs sententia est nulla, & sibi non præiudicat.*

DECISIO CCCXXVII.

1 RES † inter alios acta, quamuis regulariter tertio non præiudicet, facit nihilominus præsumptionem sufficientem, atque habilem ad deferendum iuramentũ in defectum semiplenæ probationis, vt per Decium, consi.42. col.pen.& consil.172. col.2. Couar. in lib. pract. quæst.c.13.num.4. Matth.Brun.consi.182.Quia, num.6. vol.2.

2 Est tamen bene verum, † quòd sententia lata inter aliquos alijs præiudicare non debet, nec potest exequi contra alium, nisi contra condemnatum, ita notabiliter Bart. in l.si fundus, §.creditor, ff. de pignoribus, etiam quòd sit pro causa priuilegiata, vt puta dotis: nam tunc sententia nõ potest exequi cõtra tertium possessorem vllo modo, nisi prius facta discussione bonorum mariti, contra quem fuerit lata sententia pro assicuratione dotis vxoris, §.hoc autem. Auth. de fideiussoribus, Corne. consil.246.num.2. volum.4. auth. hoc si debitor, C.de fideiussor. & ibi Bar.& ita fuit in sacra Regia Audientia Terræ Bari decisum, in fauorem Magnifici Horatij Ianuensis, V. I. D. de Ciuitate Ruborum, contra Peram Matini de Ragusio.

Et in tantum hoc est verum, quòd sententia non potest exequi contra tertium possessorem,
3 quòd † si fiscus obtineret sententiam in sui fauorem, non posset exequi contra tertium, nisi facta discussione bonorum debitoris, notab. tex. est in l.Moschis, ff. de iure fisci.

4 Et ratio ea potissimum est, † quoniam tertius nullo modo in sententia inter alios prolata, fuit auditus, & propterea ipso iure, respectu tertij, est nulla, & sibi præiudicare nõ potest, l. de vnoquoque, ff. de re iudic. l.si quoniam, C. de test. Paulus Castren. in l.sæpe, num.4. ff. de re iudicata, & tertius semper pro suo interesse debet in omnibus audiri, l.nam ita diuus, ff. de adopt. Afflict. decis. 396. num.1.

ARGVMENTVM.

Excommunicatus priuatur fructibus beneficiorum, donec persistit in excommunicatione, & hoc quando fuit iustè excommunicatus: secus verò, si iniustè, & non fuit in mora petendi absolutionem.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus beneficium habens, fructus prouentusque ecclesiasticos meritò amittit, cum ei ecclesiæ communio denegetur, etiam si in sententia de hac re nil dictum sit. Limitatur tamen in excommunicato sine iusta causa, nu.2. Item in non existente in mora petendi absolutionem, seu iusta causa illam petere impedito, num.4. Tertiò fallit, quando super fructibus medio tempore perceptis, per prælatum dispensaretur, nu.5.*
3 *Excommunicatus iniustè fructus, quos durante excommunicatione amisit, secuta absolutione recuperabit.*

DECISIO CCCXXVIII.

1 EXCOMMVNICATVS † habẽs beneficium, amittit fructus. ita Palud. in 4. distin. 18. quæst.4. vers.secundus effectus, Gabriel. ead. dist. quæstio.2. art.3. S. Antonin. in 3. par. suæ summæ, tit.24. cap.76. vers.9. Ang. in sum. in ver. excommun. l'vltimo, §.10. Siluestrina in ver. excommun. il terzo, §.5. vers.9. Tabien. in ver. excommun. il primo, §.9. Rosella in ver. excomm. il settimo, §.49. Caiet. in ver. excommun. ad fin. vers. scito, Turre-cremata in c.si inimicus, 11.q.3. num.12. qui citat ad hanc sententiam confirmandam, communiter tentum in cap. pastoralis, §.verum, de appel. vbi dicitur, quòd excommunicato meritò quidem subtrahuntur ecclesiastici prouẽtus, cum ei ecclesiæ cõmunio denegetur. Et hoc procedit, ex Panormitano ibidem, nu.17. etiam si de hac re nihil dictum sit in sentẽtia, quicquid velit Glo. finalis ibi, & Asten. in loco præcitato, q.4. & hoc ex ratione textus allegati, & ex contra dictione sui ipsius, quæ colligitur ex Glo.

2 Sed † isthæc sententia ita amplificata, limitatur primò locum nõ sortiri in illo nempe excommunicato, qui sine iusta causa excommunicatus extat: talis enim in conscientia facit fructus suos, ne addatur iniuria iniuriæ, & afflictio afflicto, vt per Palud. in 4. dist. 18. quest.4. in 2. effectu, S. Antonin. Siluestr. & Tabien. in locis antesignatis, & Nauarrus de rescriptis, remedio 2. nume.32. ex Innocentio in d. cap. pastoralis, §.uerum, circa fin. quem asserit ab alijs esse receptum, conceditque etiam reum, qui excommunicatus extitit, valide quidem, sed iniustè, recuperaturum esse fructus omnes, qui excommunicationis tempore obue-
3 nerunt: in tantum, † quòd excommunicatus, secuta absolutione, recuperabit fructus, quos amisit, durante excommunicatione: secus verò si iustè fuerit excommunicatus: tunc enim illos nullatenus recuperat. ita Io. Crot. in repet. c. pastoralis,

ralis, num. 23. de appel. per text. in l. cum allegas, C. de re milit. lib. 12. & ita vidi in facti contingentia responsum, de præsenti mense Nouembris, 1589. eminentiori quidem fastigio, ac pleniori cornu, per illustrem D. Gasparem Isnardum, virum vigilantissimum, ac studiosissimum, & Vicarium, ac officialem generalem in spiritualibus, & temporalibus, deputatum per Illustrissimum, ac Reuerendissimum Archiepiscopum ciuitatis Bari, in diœcesi Barensi.

4 Secundò † claudicat quoque eadem met sententia, locum nullatenus obtinere, vbicunque quis non est in mora petendi absolutionem, nec stat aliter per eum, quominus absoluatur, vt per Caie. in ver. excom. in fi. Nauar. c. 25. num. 124. in summa, Dec. in d. c. pastoralis, §. verum, num. 18. qui enodat, quòd si excommunicatus foret impeditus ex aliqua iusta causa, & non posset absolutionem petere, esset illi tunc prouidendum, sicut suspenso ob crimen, vt viuere queat de redditibus ecclesiæ, Card. post Io. de Ligna. in cle. ut hi qui, §. 1. quæst. 20. de æta. & qual. Alsten. in 2. par. lib. 7. tit. 9. quæst. 8.

5 Tertiò † coarctatur etiam sententia prædicta minimè procedere, quando post obtentam, impetratamq; absolutionem ab excommunicatione, prælatus potens, valensque dispensare, dispensauit cum tali, super fructibus, perceptis medio tempore, vt videntur velle Palud. S. Antonin. Siluestr. & Tabien. in locis memoratis.

ARGVMENTVM.

De promissione vendendi, & cõtrahendi, quòd propter hoc non cogatur vendere, nisi interuenerit stipulatio & causa.

SVMMARIVM.

1 *Promissio contrahendi, etiam iurata, ab ipso contractu longe differt.*

2 *Vxorem accipere aliud est, & aliud id promittere.*

3 *Promissio de vendendo, & reuendendo nuda conuentione, actionem non producit, cum vendere, & id promittere differant: maximè si simpliciter sine causa facta sit.*

4 *Agere seu petere aliud est, & aliud agere seu petere velle.*

5 *Promissio de beneficium renunciando, non est renunciatio.*

6 *Esse nullatenus, vel inutiliter esse, paria sunt.*

DECISIO CCCXXIX.

1 PROMISSIO † contrahendi longè distat ab ipso contractu, & si promissio facta sit etiam cum iuramento, vt fundatissimè concedit Boer. decis. 3. Io. Ant. Rub. cons. 29. Viso contractu, nu. 1.

2 Necnon † aliud est accipere vxorem, & aliud id promittere, teste Vincent. cui innititur ibi Io. And. in c. si inter, de spons. Henric. in c. si is qui fidem, col. pen. eod. titu. Tiraq. cum alijs coaceruatis per eum in tracta. de tract. §. fin. num. 53. cum alijs seqq. & idem Io. Andr. in cap. fin. de spons.

3 Quodque ea ratione fulcitur: † quoniam promissio de vendendo, & reuendendo nuda conuentione, non producit aliter actionem: cũ differant profectò vendere, & promittere vendere, vt consuluit Barthol. Soc. consi. 253. volum. 2. Bart. in l. si pupillus, in prin. ff. ad leg. Falcid. Glo. Paul. Castren. Fulgos. Ias. & alij vniuersaliter omnes in l. in bonæ fidei, ff. de eo quod cer. lo. & ita aliàs iudicauit Regia Audientia Apuliæ, de mense Iunij, in anno 1583. in causa tunc vertente inter aliquos ciuitatis Sancti Seueri.

Et eo commodius hoc locum suum sortitur, vbicumque promissio simpliciter emanata sit, & facta extet ex simplicitate quadã sine causa, quæ de iure non obligat: nisi adiecta sit re ipsa stipulatio. l. cum de indebito, §. sed hoc, & ibi Barto. de probat.

Et facit ad hoc in argu. l. amplius, ff. rem ratam
4 hab. † vbi aliud est agere, aliud agere velle, & aliud petere, aliud petere velle, vt tradit Sely. in l. si quis argentum, §. sed etsi quidem, C. de don. & Domi. in c. à collatione, de appel. in 6.

Congruit denique etiam antedictis omnibus
5 conclusionibus, † quòd promissio de renunciando beneficium, non est renunciatio. clemen. 1. de renunc.

6 Quoniam † paria sunt, aliquid nõ esse, vel inutiliter esse. l. de etate, §. nihil, ff. de interrog. act. l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudi. l. quoties, ff. qui satisd. cog. & l. unica, C. de rei uxo. actio.

ARGVMENTVM.

Multa dicuntur de reconciliatione ad hoc, vt non præsumatur inimicitia, & quot modis præsumatur reconciliatio.

SVMMARIVM.

1 *Reconciliationis signis certis, & concludentibus, non autem incertis, & æquiuocis sequentibus iniuria remissa præsumitur, cum animi affectio durare præsumatur, nisi concludentibus argumentis mutata appareat.*

2 *Reconciliationis signum primum est, cum inimici inuicem manus tangunt, & octo alia recitantur, vsque ad finem.*

3 *Iniuria ex salutatione per literas, seu viua voce, remissa præsumitur.*

4 *Reconciliatio discernitur cum inimicis inuicem sesalutantibus, & capita sibi inuicem detegentibus.*

5 *Reconciliatio præsumitur, & iniuria inimicitiaq; remissa dicitur, si inimicorum potatio adinuicem probetur.*

6 *Reconciliatio præsumitur, si simul inimici conuersentur, vel mutua sibi exhibeant obsequia.*

7 *Reconciliatio facta præsumitur per legatum ab vno inimico alteri factum: seu cum vnus eorum tutor ab altero constituatur, nu. 8.*

9 *Reconciliatio ex venditione feudi per vasallum inimico suo facta colligitur.*

10 *Iniuria sublata videtur dissimulatione, veluti ludendo.*

11 *Inimicitia, reconciliatione non probata, durare præsumitur.*

DECISIO CCCXX.

1 RECONCILIATIONIS † signa, si sequantur, præsumitur iniuria remissa: sed signa ipsa debent necessario esse vera, & concludentia, non autem promiscua, incerta, & æquiuoca: nam voluntas suscepta, & animi affectio durare præsumitur, nisi concludentibus argumentis appareat mutata, vt per Bal. in l. in ipsius, C. famil. ercisc. Et licèt quis iniuriam sibi illatam aliquando ad animũ reuocauerit: tamen si postmodum signa reconciliationis, & pacis ostenderit, censetur remissa iniuria. ita Bal. & alij omnes in d. l. in ipsius. & sic iudicauit sacra Regia Aud. Barensis, in causa aliquorum de ciuitate Trani, de mense Octobris, in anno 1589.

2 Vnde aduerte, † quòd primũ signum certum reconciliationis ostẽdi posset hoc, vbicunque inimici inuicem tangant manus, cum ea quippe sit salutationis, & amicitiæ species, vt firmauere Pau. Castren. & alij omnes in l. 1. ff. de pact.

3 Secundum † argumentum recõciliationis colligitur etiam per salutationem, siue salutatio fiat per litteras, siue viua voce, & tunc præsumatur remissa iniuria, vt per Archid. in cap. olim, de iniur. & dam. da.

4 Tertium † signum amicitiæ, & reconciliationis discernitur quoque, quando inimici inuicem se salutãt: & sic pileum, seu biretum sibi inuicem detecto capite educunt, secundum Bald. Imo. & Alex. in l. filio quem, ff. de liber. & posth.

5 Quartum † similiter signum reconciliationis commodum tradi potest, si inimici simul bibant in eodem poculo, vel soli in eadem mensa compotent: tunc enim præsumitur reconciliatio, & sic si probetur potatio adinuicem dicitur remissa iniuria, & inimicitia, vt per Glo. in §. in summa, Insti. de iniur. Bal. in auth. si dicatur, C. de testib. Alexan. in l. 1. ff. de pac. Lancellot. Conrad. in tract. de duello, in 6. par. conclusio. 104. nu. 1.

6 Quintò † præsumitur itidem reconciliatio, si simul inimici conuersentur, vel si mutua sibi exhibeant obsequia, & seruitia, teste Baldo in d. l. in ipsius, C. fam. ercisc. Menoch. consi. 431. Proposita facti species, nu. 28. vol. 5.

7 Sextò † per legatum factum ab vno inimico alteri præsumitur etiam facta emanataque reconciliatio inter eos, ita Barto. & Bald. in l. 3. §. fin. ff. de adim. legat. & idem Bal. in d. l. in ipsius, in fi.

8 Septimò † præsumitur quoque secuta reconciliatio inter inimicos, vbicunque vnus eorũ constituatur tutor ab altero. l. athletæ, §. dant, & ibi Glo. & Barto. & §. inimicitiæ, de excusatio. tuto. & Glo. in §. inimicitiæ, Institu. eod. titu. prout euenit superioribus annis hac nostra tẽpestate, dum Rex Francorum elegit tutorem in suo testamento Regem nostrum Catholicum, & eotẽpore vidi hisce oculis in portu Neapolis omnes ferè triremes Regis Francorum ad eundem portum trãsmissas, & destinatas.

9 Octauò † colligitur similiter reconciliatio per venditionem feudi factam per vassallum inimico suo, ob quam quidem, & absque scrupulo aliquo emanata, & facta reconciliatio præsumitur, attestante Baldo in l. prima, colum. 3. de prohib. feudi alien. per Feder. per tex. in l. creditor, §. infra, ff. mandati.

10 Nonò † tollitur iniuria, & ea sublata esse videtur ista itidem dissimulatione, veluti ludendo, vt per Iacob. Bel. in pract. iudiciaria, nume. 85. & Lancellot. Conr. in tract. de duello, in 6. par. conclusio. 104. num. 1.

11 Sed † inimicitia præsumitur durare, nisi probetur reconciliatio, vt per Felyn. in cap. quoties, de testibus.

ARGVMENTVM.

Quod sententia licèt nulla, si reperitur iusta, potest confirmari à iudice, coram quo tractatur de nullitate, etiam quòd nullitas esset ex defectu iurisdictionis.

SVMMARIVM.

1 *Sententia nulla quo ad merita causæ, si reperiatur iusta, à iudice nullitatis, ab eo cõfirmari debet: quod ampliatur si nullitas ipsa ex defectu iurisdictionis procederet, num. 2.*

3 *Notorium ex actis resultans, effectum suũ operatur.*

4 *Notorio in manifesto, & ex actis, ordo iudiciarius non est seruandus.*

DECISIO CCCXXXI.

1 SENTENTIA † nulla, quoad merita causæ, si reperiretur iusta à iudice nullitatis, posset illa tunc indiscriminatim quidem cõfirmari, vt per Alex. consi. 67. volu. 6. Chis. decis. 77. Riminal. iun. consi. 424. Arbitror, nu. 26. cum alijs seqq. vol. 4. Crescen. decis. 1. num. 3. de arbit. Vant. in tract. de nullit. in rubr. quib. mod. sent. nulla defend. num. 132. vbi indicat istam opinio-

2 nem communem fore; † amplificatq; etiam non obscurè, illam locum obtinere, ex altera quoque communi sententia Doctorum, si ex defectu iurisdictionis nullitas ipsa prætenderetur, vt tunc iudex nullitatis huiuscemodi sententiam iustam, possit confirmare, & eo modo, & forma pronunciare, quibus primus iudex pronunciauit. & eidemmet opinioni communi, quòd non consideratur nullitas processus, neque attenditur, vbi constaret de bono iure, & de iustitia sententiæ: & quòd iudex appellationis deberet tunc illam confirmare, accedit etiam Ioan. Bapt. Ferret. consi. 356. Dixi, nu. 2. cum alijs seqq. vol. 2. vbi adducit varias concludentes rationes, atque memorat ita iudicasse in facti contingentia Rotam Romanam, prout sic iudicauit quoque Regia Audientia Apuliæ, compluribus quippè vicibus, in anno 1583. & seqq. in varijs, diuersisq; causis, me assidente tunc in ea

in ea Auditore: quæ sententię postea extitere partim re ipsa confirmatæ in magna Curia Vicariæ, & partim in sacro Consilio Neapo. & ita quoque consului de præsenti mense Nouembris 1587. cũ solito apparatu, ad fauorem Reuerendi D. Bernardini Alfenij, clerici Aquilani, in causa vertente cum Reuerendo D. Honorato de Aduersana, atque delegata per summum Pontificem, Illustrissimo, & Reuerendissimo Cardinali Cornelio. Et sic quòd sententia nulla, defectu mandati confirmanda etiam sit, reperio decisum quoque in Rota Rom. sub die 14. Maij, 1563. teste Sarmient. in suis decisionibus, eod. anno emanatis.

Et huic veritati opem afferre maximam videtur præsentis speculationis notoria certitudo. & cum notorium facti ita exhibeat se cõspectui hominum, quòd nulla potest tergiuersatione celari.
3 c. tua nos, & c. fi. de cohab. cler. vel mulie. † meritò itaque notorium hoc resultans ex actis operatur absque difficultate aliqua effectum suum, vt per Cyn. Bal. & alios omnes in l. ea quidem. C. de accusat. Alex. consi. 145. num. 12. volu. 6. Innoc. in c. ex insinuatione, de appell. Pau. Castr. consi. 39. Bal. in auth. ad hæc. C. de vsur. per l. qui sen-
4 tentiam. C. de pęnis. Et tanto magis, † cum in notorio hoc, & manifesto ordo iudiciarius non sit aliter obseruandus, c. de manifesta, & c. quæ Lotharius, 2. q. 1. & c. cum sit Romana, de appell. esto quòd (vt supra ostendimus) acta faciunt, inducuntq; absque scrupulo aliquo rem notoriam, sicuti firmauere Gl. in ver. liquere, & alij vnanimi consensu omnes, in c. significauerunt, de testib. & in c. quoniam contra, de probat. Corn. consi. 233. volu. 3. Soc. consi. 38. num. 15. volu. 1. Grat. consi. 25. num. 13. vol. 2.

ARGVMENTVM.

Quòd sententia interlocutoria potest & debet ex eisdem actis reuideri: secus in diffinitiua, & ponuntur fallentiæ.

SVMMARIVM.

1 *Sententia ex eisdem actis reuideri debet, interlocutoria tamen, non autem diffinitiua, quæ ex nouiter deducendis retractari potest, nu. 2.*
3 *Sententia ex actis eisdem reuidenda, nisi vbi iudex de facto supplere tenetur.*
4 *Sententia in reuisione deduci possunt, quæ in primo iudicio claudi non potuere.*
5 *Sententia ex eisdem actis reuidetur, nisi per eundem iudicem reuocari peteretur: tunc enim ex nouiter deducendis retractari posset.*
6 *Sententia interlocutoria, quo casu à iudice reuocari, vel non reuocari queat.*

DECISIO CCCXXXII.

1 Sententia † debet ex eisdem actis reuideri. clem. appellanti, de appellatio. vbi Doct. vniuersaliter omnes tradunt hoc pro regula.

2 Quæ † quidem regula de plano & absque difficultate aliqua locum sortitur in interlocutoria, non autem in diffinitiua sententia, quæ potest retractari ex nouiter deducẽdis, ita Maran. in tract. iudiciorum, in 6. par. princ. in 2. actu, num. 161. & seqq. per tex. in l. scio, §. fi. ff. de appell. & ibi Bart. & alij vniformiter omnes hoc notant, Glo. etiam in d. cle. appellanti, vbi Card. & Imo. & alij communiter concedunt omnes, quòd regula isthæc nullatenus procedat in reuisione sententiæ diffinitiuæ, sed tantum in interlocutoria, ex quo illa est re ipsa modici præiudicij.

3 Nec non † secundo loco minimè locum obtinet regula hæc, vbi essemus in his, in quibus iudex tenetur supplere de facto, secundum Imo. in cap. cum inter, extra de elect. per Glo. & communem scholam Scribentium in c. constitutus, extra de appella. & firmat etiam Ancha. in d. cle. appellanti, in 3. not. & ita non semel tantum iudicauit in varijs causis sacra Regia Audientia Barensis, in anno 1589.

4 Tertiò interpretatur eademmet regula, † quòd ea quæ non potuere claudi in primo iudicio, possint in reuisione sententiæ deduci, ita Bal. concludit viuacibus rationibus, limitando d. clem. appellanti, in l. inuitus, col. fi. versi. quartò videtur hoc expressum, C. de procurator. & videtur assentiri etiam Alex. in l. per hanc, in addit. ad Barto. C. de temp. appell. & facit quod voluit Feli. in c. intimauit, col. 2. extra de testib. Rom. sing. 278. & Maranta in loco antesignato d. tract. de iudicijs, in 6. par. in 2. actu, nu. 162. & seq.

5 Quartò † claudicat quoque regula prędicta, vt procedat vbicunque interlocutoria reuideretur per iudicem ad quem, quæ tunc deberet impugnari ex eisdem actis: secus tamen vbi peteretur per eundem iudicem contrario imperio reuocari. tunc enim illa absque scrupulo aliquo posset ex nouiter deducendis retractari, vt per Innoc. in c. fin. extra de oper. noui nuncia. quem refert, & sequitur Bald. in l. eleganter, §. si quis post, col. 5. versi. tertiò quia interlocutoria, ff. de cõdictio. in-
6 debiti, † & explicat etiam, quo casu sententia ipsa interlocutoria à iudice reuocari, vel non reuocari queat, Marcus Antonius Marscot. in repet. cap. vt animarum, num. 68. de constitutio. lib. 6. & Maran. in tract. iudiciorum, in 6. par. princ. in primo actu, num. 7. 9. & 21. Alias verò sex limitationes ad regulam prædictam, in principio positam, discurrit Maranta in d. tract. de iudicijs, in 6. par. in 2. actu, nu. 165. & seqq.

ARGVMENTVM.

Pater cõstituendo annuum censum super aliquo suo feudali prędio, ad id soluendum tenentur omnes alij filij, præter primogenitum.

SVMMARIVM.

1 *Pater annuum certum redditum constituendo super aliquo suo feudali prædio, & generaliter in defectum in alijs suis bonis, si decedat relictis pluribus*

eius filijs, an pensiones elapsæ post mortem patris, & in futurum debendæ a primogenito successore in ipso feudo, vel ab omnibus filijs pro hæreditaria portione debeantur, & quòd pro rata debeantur. & de ratione, nu. 2. ampliatur, nu. 3.

DECISIO CCCXXXIII.

1 ANNVVM † certum redditum pater constituendo super aliquo suo feudali prædio, & generaliter in defectū in alijs suis bonis, vt passim vsu receptum est, & decedendo relictis pluribus eius filijs: quæritur, an pensiones elapsæ post mortem patris, & in futurum debendæ, à primogenito successore in ipso feudo vel ab omnibus filijs pro rata hæreditaria debeantur. & disputando Glo. Parisien. præsentem quęstionem ad partes in primo titulo, §. 11. nu. 12. & seq. concludit, redditum tūc debere prętari per omnes filios æqualiter pro quota hæreditaria, & Boer. etiā pleniori cornu, decis. 66. sub nu. 3. & seq. vbi patefacit istam communem conclusionem fore, sicq; similiter iudicatum in Burdegalensium Senatu.

2 Et ratio ea est, † nam in omni debito semper potius attenditur obligatio personalis resultans ex contractu: præsertimque in venditione annuę præstationis ex fructibus fundi, ex tex. in l. fin. §. Lucius, ff. de contrah. empt. & non hipotheca vel submissio accessoria, quando res remanet in naturali possessione debitoris: vnde considerata actione personali illa non sequitur rem, sed personam, & sic hæreditariam portionem. text. est in l. 1. §. si hæres percepto fundo, ff. ad Trebell. quare redditus ipse annuus præstādus venit per omnes filios, vt supra, ex præmissa ratione actionis personalis, quæ descendit in quemcunque pro rata hæreditaria, & quæ principaliter est attendenda: quoniā hipotheca & demonstratio certi fundi est recepta respectu creditoris, non debitoris, qui vendit annuū redditū, & actione personali altrictus ad electionem creditoris, & ita refert eadem Glo. Parisien. in loco præcitato, extitisse in facti contingentia iudicatum in parlamento Parisiensi contra secundogenitos: subijciendo etiam ibi, nume. 14.

3 quod † id magis atque magis procederet respectu annui introitus, subiecti pacto de retrouendendo, qui videtur resolui in summam pecuniæ pro qua redimi potest vsque omninò onus hæreditarium censeatur: & ita in specie est aliàs per sacrum Consilium Neap. decisum ad fauorē agnatorum annis superioribus: & sic venditio annuorum redditum super aliquo corpore cum pacto de retrouendendo dijudicatur onus hęreditariū: ergo pro rata hæreditaria ab hęredibus est soluendum, & non per successorem, ad quem obuenit illud prædium submissum iudicio testatoris, sed prouidentia legis, vt discurrit etiam Boer. in d. decis. 66. sub num. 4. vbi planum facit, ita iudicatum quoque in Curia Burdegalensi, prout ita etiam decisum aliàs extitit in Regia Audientia Apulię, & Comitatus Molisij, in anno 1584. in causa vertente tunc inter quosdam de Isernia.

ARGVMENTVM.

Formam dare esse rei: & ideo si non fieret denunciatio infra triginta dies prætendenti ius prothomiseos, semper sibi remanet actio, & forma contractus non potest impleri per æquipollens, nisi ex causa necessitatis, vt quando forma non esset magni momenti.

SVMMARIVM.

1 *Forma dat esse, spiritumque rei, & cum fine connexionem quodammodo inseparabilem habet.*
2 *Formæ triplex species, & quæ, remissiuè.*
3 *Forma inuestituræ est præcisa, à cuius tenore recedi non debet.*
4 *Tenor inuestituræ contractus, & cessionis ad litteram seruari debet.*
5 *Forma est indiuidua.*
6 *Forma statuti præcisa videtur, vt ei addi, vel detrahi non possit: eaque non seruata actus, & processus redditur nullus. & quando quid de forma esse dicatur, remissiuè.*
7 *Denunciationem super iure congrui intra triginta dies faciendam, de forma legisque substantia esse, & ad vnguem seruanda, & quantum isthæc notificatio necessaria.*
8 *Forma in confectione instrumenti non adhibita, instrumentum nullum facit.*
9 *Forma testamenti præcisa dicitur; estq; sanè triplex.*
10 *Forma per æquipollens impleri non potest, quod in statuto per dictionem taxatiuam disponente ampliatur, si tamē vltra procederet annullando actū. Fallit tamen, num. 11. 12. & 13.*
14 *Hominis de forma quod est, per æquipollens non impletur, sed quod est legis sic.*

DECISIO CCCXXXIIII.

1 FORMA † est, quæ dat esse, & spiritum rei. l. Iulianus, §. si quis, ff. ad exhiben. & c. 1. & seq. de con. ecc. vel altaris, Glo. in c. porrò, de priui. & Inno. in rub. de consecrat. eccl. vel altaris, Barbat. consi. 13. A Ioue principium, colum. 9. vers. item forma est quæ dat esse rei, vol. 3. Caualcan. in tract. de vsufruc. mulieri relicto, c. 9. num. 89. Io. de Amic. consi. 145. nu. 5. Simon de Pręt. consil. 181. Placet, num. 7. vol. 1. Cæphal. consi. 610. Contra, num. 38. vol. 4. Io. And. Rizar. de Sali. consil. 109. Repetita, nu. 7. Grammat. decisio. 79. In causa, nu. 14. Marc. Mant. consil. 108. num. 31. consi. 116. num. 11. & consil. 232. nu. 10. Anto. Massæ Gallesi. de exercit. iurisper. in 1. lib. num. 53. vbi concedit etiam ipsam formam habere quoque connexionem cum fine quodammodo inseparabilem.

2 Formæ † autem triplex species, substantialis, accidentalis, & materialis: vnde forma ipsa substantialis, accidentalis, & formalis quæ sit, explicat Cepol. in tract. de interpret. legis extensiua, in rubr. de extensione passiua, nu. 7. & seqq.

3 Et hinc est, † quòd præcisa est forma inuestituræ, à cuius tenore non potest aliter vllo modo recedi,

cedi, vt per Bald. in cap. 1. §. denique, in titu. quæ
4 fuit prima causa benefi. amitt. † Imò tenor inuestituræ, contractus, & concessionis semper ad litteram seruari debet, vt voluit Roma. consil. 33. Viso inuestituræ tenore, in fi. & consi. 494. In casu propositæ consultationis dicendum arbitror, sub num. 1. vbi Horat. Mandos. in addi. cum alijs aggregatis per eum in litera B.

5 Et † consequenter forma est indiuidua, vt per Soc. Ruin. & alios iuris interpretes in l. 1. §. qui præsens, ff. de verb. oblig. Cæphal. consi. 480. num. 33. vol. 4. & consi. 377. Nobilis, nu. 66. & seq. vol. 3.

6 Necnon † forma statuti videtur etiam præcisa, nec ei addi, vel detrahi potest. Laur. de Pinu, consil. 151. num. 9. eaque non seruata actus redditur tunc nullus. ita Borgnin. Caualcan. cum alijs signatis per eum, decis. 20. num. 24. de indicijs, Marin. Freccia, in tract. de præsentatione instrumentorum, secundum formam ritus, in 5. par. nu. 18. Riminal. iun. consil. 336. Mortuo, num. 3. volu. 3. Laurent. de Pinu, consi. 84. nu. 5. & d. consi. 151. nu. 8. consi. 153. num. 1. vbi explanat etiam, quando quid esse de forma dicatur, & similiter forma non seruata processus esse nullus. Rimin. iun. consil. 203. nu. 16. vol. 2. Gaspar Caballin. in tracta. de euictionibus. §. 3. num. 29. & Anto. Ciofius, consil. 54. Quoniam, num. 6. vol. 2. Afflict. in tract. de iure prothomiseos, §. 2. vt infra triginta dies, sub

7 nu. 1. † vbi concedit, denunciationem faciendam infra triginta dies super iure congrui esse de forma, seu de substãtia legis, taliter quòd ad vnguem illa seruanda venit, & sequitur Marc. Mant. consi. 116. num. 10. cum alijs seqq. imò isthæc notificatio adeò necessaria est, vt per Marc. Mant. consil. 235. num. 7. vt non sit satis etiam eos, quibus fieri debet fuisse præsentes, & testes in instrumento, & ita aliàs iudicauit Regia Audientia Apuliæ, in anno 1583. in causa tunc vertente inter aliquos de ciuitate Manfredoniæ, quæ quidem sententia extitit postmodum confirmata in sacro Consilio.

8 Itidemq; † forma non adhibita in confectione instrumenti, eaque prætermissa tanquam necessaria facit instrumentum nullum, vt per Marin. Freciam in d. 5. par. nu. 15. & seq.

9 Prout † præcisa dicitur etiam forma testamenti, quæ quidem est re ipsa triplex, substantialis, formalis, & probatoria, vt aperit Bart. in l. cum quis, de iuris, & facti ignoran. & exemplificat Hieron. Grat. consi. 16. nu. 19. & seq. vol. 1.

10 Et de hoc mirandum non est, † quoniam forma minimè per æquipollens impleri potest, vt per Glo. in clem. 1. de vita, & honest. cler. Barto. in l. non sunt liberi, ff. de statu hom. Laurent. de Pinu, consi. 18. nume. 13. & 15. Riminal. iun. consil. 126. num. 11. vol. 2. Lancellot. Galliau. in repet. l. 1. sub num. 4. ff. de verb. oblig. Marc. Mant. consil. 287. num. 1. Ant. Ciofius, consi. 40. Multum, sub num. 6. vol. 1. Marin. Freccia in tract. de præsentatione instrumentorum, secundum formam ritus, in 4. par. nu. 15. Iacob. Beret. consi. 11. Eo durior, num. 12. consi. 74. Hæc causa, nu. 26. & consi. 144. Scribendo, num. 4. volum. 1. Paris. consi. 97. Satis, sub num. 13. volu. 4. Riminal. iun. consi. 247. Casus, nu. 12. volum. 3. Caualcan. in d. tracta. de vsufruc. cap. 9. sub nu. 89. Menoch. consil. 388. Consultatio, num. 2. vol. 4. Grat. consi. 16. num. 3. consil. 26. num. 40. volu. 1. Rolan. consi. 49. Iudicium, num. 16. vol. 3. Ias. consi. 149. num. 10. lib. 2. Matthæ. Brun. consil. 175. Quamuis, num. 16. volu. 2. vbi hoc amplificat in tantum procedere, quòd si etiam statutum per dictionem taxatiuam disponeret, si tamẽ vltra procederet annullando actũ, tunc non sufficeret per æquipollens adimpleri.

11 Cæterùm † hoc non procedit in casu necessitatis: nam forma ex causa necessitatis, potest impleri in æquipollenti, sicut & remitti, vt per Brun. in tracta. de forma, Alex. Ias. num. 13. & alios omnes vniuersaliter in l. 1. ff. de liber. & posth. Felyn. in cap. quoniam, vt lite non contest. Riminal. iun. consi. 332. In causa domini, num. 16. & 20. vol. 3. & consi. 364. Accusati, num. 32. volum. 4. & iudicauit sacra Regia Audientia Barensis, in anno 1589. in causa aliquorum de ciuitate Canusij.

12 Limitaturq; † hoc idem etiam in alio casu, quòd forma impleri nequeat per æquipollens, per Neuiz. consil. 2. sub num. 30. cum alijs seqq. & per Grat. consi. 16. nu. 14. & 16. volum. 1. Galliau. in repet. l. 1. §. eadem autem, num. 1. ff. de verborum oblig.

13 Sicuti † claudicat postremò, quãdo forma nõ foret magni momenti, considerato effectu: & sic vbicunque aliquid pro forma requiritur ad effectum exprimendi, vel demonstrandi, tũc id adimpleri quidem potest per æquipollens, & aliter quàm expressum sit, dummodo habeatur idem effectus demonstrationis, vt per Ias. in l. vniuersis, num. 3. C. de precib. Imper. offer. Prosper Paseth. consi. 144. In causa illorum, sub num. 18. & seq. Riminal. iun. consi. 539. Ea vidi, num. 23. volu. 5. Soc. in l. si nominatim, ff. de condit. & demonstrat. & probatur in l. 1. & 2. de liber. & posthum.

14 Prout † illud etiã, quod esset de forma hominis, minimè per æquipollens posset adimpleri, secus verò de forma legis, teste Croto in l. 1. nu. 21. ff. de verb. oblig. Cæph. consi. 355. nu. 36.

ARGVMENTVM.

Quod forma specificè impleri debet taliter, quòd ea non impleta corruit actus, nec partes possunt huic formæ renunciare, & quando videatur inducta forma, & per quæ verba.

SVMMARIVM.

1 *Forma specificè implenda, integraliterq; in minima etiã qualitate seruanda, aliàs actus corruit etiam si de pia causa ageretur, nec addi, vel detrahi quicquam potest.*

2 *Actus nullus dicitur, aliquo deficiente.*

3 *Formæ inobseruantia actum nullum facit, eaque non seruata propriè substantia perire dicitur.*

4 *Conuentio, vt forma non seruata pro expressa adhibitaque habeatur, nihil operatur, nec valet actus, nec forma attendenda, etiam si actus in melius expediatur, vitiaturque actus, non tantum contra, sed præter formam factus.*

Fide-

5 *Fideiussorem praestari debere lege praecipiente, pignus dare non sufficeret.*

6 *Forma tunc tradita non videtur, vbi in dispositione legis dicitur, ita demum fiat, vel aliter fieri non possit. Inductaq; dicitur, quādo aliquid per prius vel posterius datum sit, vel lex vtatur illis verbis, ita tamen, dumtamen. Item quando in actu explicando tempus adijcitur. item dem cum aliquid exprimitur aliter, quàm à iure communi requiratur.*

7 *Solemnitas illa de forma cēsetur, quae actui non inest, sed de nouo adijcitur.*

8 *Forma substantialis inducitur apposito decreto irritante, vel vbi disponens nullitatem aduersus non obseruantiam suae dispositionis adijcit. item per temporis praefixionem, & quare necessario non semper seruanda.*

DECISIO CCCXXXV.

1 FORMA † debet impleri specificè seruarique, vt iacet, integraliter, & ad vnguē, & ea non seruata etiam in minima qua litate corruit actus, & vitiatur dispositio, ex quo ita transgreditur in minimo defectu, sicut in magno. c. quaerītur, §. Episcopus, 22. q. 2. Fely. in c. cū dilecta, extra de rescript. Grammat. decis. 79. In causa, sub num. 14. Laur. de Pinu, cons. 116. num. 10. & cons. 151. nu. 7. Riminal. iun. consi. 467. Circa primum, num. 13. & 42. vol. 4. & cons. 247. Casus, num. 28. volum. 3. Quintil. Mandos. consi. 98. Quaesitum, nu. 15. volu. 1. Prosper Pasethus, cons. 128. Illustris, num. 8. Caephal. consi. 422. Constitutiones, num. 6. vol. 3. Menoch. consi. 443. Peregregiji his propositis, num. 2. volu. 5. vbi hoc amplificat quoque procedere, vbicunque ageretur de causa pia, & fauorabili, adeo quod ipsi formae nihil addi, vel detrahi potest. Ias. consil. 149. num. 11. lib. 2.

2 Quoniam † nullus dicitur actus, quando aliquid deficit. ita Ludouic. Gomes. in reg. Idioma, quaestio. 8. consistit enim forma ex integritate, vt per Dec. in l. hac consultissima, num. 12. C. qui testam. face. poss. Caephal. cons. 421. nu. 28. & cons. 438. num. 4. vol. 3.

3 Et sic † inobseruantia formae facit actum nullum. l. cum hi, §. praetor ait, ff. de transactio. c. venerabili, de offic. deleg. & c. Pisanis, de restit. spolia. Dom. in c. Romana, §. sed nec, de senten. excom. lib. 6. Abb. Felyn. & alij in c. cum dilecta, extra de rescript. Dec. cons. 229. & Afflic. in constit. Instrumentorum robur, sub nu. 25. & decis. 355. Si praestitus, num. 3. cum alijs seqq. & Io. Bapt. Plot. cum alijs aggregatis per eum, cons. 30. sub nom. 63. Cephal. cons. 582. Conclusio, nume. 32. volum. 4. & d. cons. 422. num. 7. vol. 3. Grat. cons. 140. num. 3. volum. 1. Grammat. in d. decis. 79. num. 11. Anto. Cionus, cons. 54. Quoniam, nu. 6. volum. 2. Mar. Mant. cons. 198. num. 9. & D. meus Ranaldus Ridolfinus in oratione pro pupillo, nu. 140. D. Vincent. de Franch. decis. 185. nu. 2. & seq. Bero. consil. 89. Absque multiloquio, nu. 3. volu. 3. & cons. 101. In causa, nu. 14. eod. volum. Nam forma non seruata, proprie substantia perire dicitur. Laur. de Pinu, cons. 68. num. 6.

4 Imò † si millies partes consentirent, vt forma non seruata haberetur pro expressa, & perinde ac si fuisset adhibita, tunc huiusmodi conuentio nihil operaretur, vt per Ioan. de Imo. in l. quicquid astringendae, ff. de verb. oblig. Anto. de Butr. in c. prudentiam, extra de offi. deleg. & Signor. de Homode. cons. 71. In proc. facto, Ru in. in l. 1. §. qui praesens, num. 5. ff. de verb. oblig. & ita aliàs iudicauit sacra Regia Aud. Barensis, in anno 1589. ad fauorem magnificę Vniuersitatis Pali, contra aliquos suos ciues. In tantum, quòd non valet actus, etiam si recedatur à forma de voluntate, cō sensuque partium, secundum Bar. in d. l. cum hi, §. praetor ait, Bald. in l. 1. C. qui admit. & Felyn. & alios in c. si diligenti, extra de foro compet. Mar. Frecciam in tracta. de praesentatio. instrumentorum, secundum formam ritus, in 9. par. q. 8. num. 11. & seq. Riminal. iun. in d. consil. 467. num. 12. nec forma omittenda est, etiam si actus expediretur in melius. ita Felyn. in cap. causam, sub nu. 8. extra de iudic. & Gomes. in §. fuerat. Institu. de actio.

Nec non hoc procedit, ac amplificatur etiam, vt actus vitietur, non solum si contra formam: verum quoque si praeter illam fieret, vt firmauit Io. And. & alij vnanimiter omnes in d. c. prudētiam, & Rimin. iun. in d. consi. 467. nu. 9.

5 Et hinc est, † quòd lex vbi praecipit fideiussorē praestari debere: tunc non sufficeret dare pignus, iuxta frequentiorem Legistarum opinionem in l. 1. ff. qui satisd. cog. quam declarat ibi Alex. nu. 6.

6 Et † forma ipsa tunc nempè tradita videtur, vbi cunque in dispositione legis dicitur, ita demum fiat, vel aliter fieri non possit, vt per Bart. in l. fi. C. de ven. rer. ciuit. lib. 11. & Feli. in d. c. cum dilecta, col. 19. ver. septimum signum, Ioan. Iaco. Leonar. consi. 114. Altissimi, num. 48. inter consi. Alber ti Bruni, Mar. Mant. consi. 116. num. 14. Et forma ipsa tunc etiam inducta dicitur, quando datum sit quippe aliquid per prius, vel posterius, secundum Feli. in d. c. cum dilecta, ver. sextum signum, & Pau. Acmil. Veral. decis. 175. seu 3. Literae resignationis, num. 3. in 2. par. & denique lex vtens illis verbis, ita tamen, dum tamen, & similibus, verba haec tunc dubio procul formam quoque inducunt, ita Ruy. in l. 1. ff. de ope. noui nunc. Cepha. consi. 480. Cum spect. nu. 31. & seq. & consi. 598. Magnificus, num. 25. volu. 4. Inductaque etiam videtur forma, quando in explicando actu tempus adijcitur, vt in auth. quae supplicatio, C. de precib. Imper. offeren. Marsi. consi. 65. nume. 4. Fely. nu. 33. & alij vnanimi consensu omnes in c. cum dilecta, de rescrip. Beccius pleniori cornu, cōs. 12. num. 25. & consi. 63. num. 44. volu. 1. Ioan. Petr. Surd. consi. 124. Ex forma, num. 5. Imò inducitur similiter forma, vbicunque aliquid exprimitur aliter quàm requiratur à iure communi, vt per Are. in l. 1. ff. de libe. & posthu. Ancha. consi. 241. Ex tenore priuilegij, sub num. 6. Rolan. cum alijs coa ceruatis per eum, consi. 72. Stante statuto, nu. 61. vol. 3. Beccium, d. cons. 12. nu. 24. Ioan. Pet. Surd. in d.

7 in d.consi.124. num.3. † & sic de forma censetur illa solennitas, quæ actui non inest, sed de nouo adijcitur, ita Imo. in l.eum qui. in fi. ff.de acquir. hæred. & Calca. consi.24. col.6. Sicuti postremo
8 forma † substantialis inducitur vbicunque appositum est decretum irritans, vel disponens adiecit nullitatem aduersus non obseruantiam suę dispositionis, vt per Bal. Ang. Alex. Ias. & alios vniuersaliter omnes in d.l.1. ff.de libe. & posthu. Quintil. Mandos. cum alijs signatis per eum, consi.98. Quæsitum, num.11.vol.1. & tandem forma ipsa etiam per præfixionem temporis inducitur. Ias. consi.191. num 6. quæ quidem forma necessario non semper seruanda cum fini sit satisfactū, propter quem lex requirit aliquid. Lauren. de Pinu, consi.28.num.11.

ARGVMENTVM.

Forma priuilegij & contractus, dat legem priuilegio & contractui.

SVMMARIVM.

1 *Forma rei deficiente, deficit esse rei.*
2 *Tenor & forma priuilegij, rescripti, siue contractus, ipsis legem dat, & formam.*
3 *Forma ex verbis, dum tamen, & ita tamen, inducitur.*
4 *Tenor inuestituræ diligenter obseruandus & spectandus, cum vim contractus ostendat, ac omni feudorum naturæ deroget.*
5 *Tenor priuilegij omnino attendendus.*
6 *Forma in contractibus seruanda, seruatamque probare tenetur actum validum dicens, quæ omissa dispositionem vitiat.*
7 *Forma legis magis quàm ratio attenditur.*
8 *Forma legis, quid.*
9 *Forma rei, quid sit.*

DECISIO CCCXXXVI.

1 FORMA † rei, vbi deficit, deficit esse rei, l.non sunt liberi, ff.de statu hom. & sic vbi non adest forma, ibi non est esse.l. Iulianus, §.sed & si quis, ff.ad exhiben. & c.quia propter, de electio.
2 Ideò † non immeritò tenor & forma priuilegij, siue rescripti, siue cōtractus, dat legem, & formam rescripto, contractui, & priuilegio, vt per Bal. in c.1.col.7. in tit.an agna. vel fi. defunc.rep. & facit tex.in c.porrò, & in c.accepimus, de priui. Inno. Abb. & alij in c.per venerabilem, extra qui fil. sint legit. Curt.sen.consi.48. & Io. Iacob. Leonard.consi.114. Altissimi, nu.492. inter consi. Al-
3 berti Bruni: † quia forma ex verbis, dū tamen, inducitur. Cæpha.consi.480. Cum spectabilis, num. 31.vol.4. & inducitur per verba, ita tamen. Cęph. consi.598. Magnificus, num.25.volu.4. in tantum,
4 quòd † tenor inuestituræ diligenter obseruari debet: quia vim contractus ostendit, c.1. in fi. vbi Bald. de duobus fratribus à Cap.inuestit. Matth. Brun.consi.52. Pro resolutione, num.1. volu.1. & alij coaceruati per Iacob. Berettam, consi.13. Non est necesse, num.3. & consi.78. Licèt consultatione, num.15.vol.1. Nam inuestiturę tenor spectandus est, cum is re ipsa deroget omni naturæ feudorum, vt per Iacob. Berettam, consi.9. Inuentio-
5 ne, num.1. cum alijs seqq. † Nec non priuilegij tenor est omnino attendendus, teste Io.Pet.Surdo,
6 consi.1.nu.31. † seruanda est igitur forma in contractibus: & formam ipsam fuisse seruatam tenetur probare ille qui dicit actum validum, vt fertiliter quidem ostendit Ant.de Burgos in tract. de empt. & vendit.in c.cum dilecti, num.3. cum alijs seqq.eod.tit. & ita iudicauit aliàs sacra Regia Audientia Barensis. Quæ nempe forma omissa dispositionem vitiat, vt l.qui Romæ, §.Flauius, ff.de verbor.obligat.in l.cum hi, §.si prætor, ff.de transact. in c.prouide, & in c.fin.de elect.in 6. & in c.Pisanis, de restit.spol. Tho. Doccius, consi.79.num.2.
7 Et eo magis, †. cum forma legis magis quàm ratio attenditur, vt per Marc.Mant.consi.143.nu... vbi ponit hoc mirabile fore.
8 Estque † verè legis forma, ordinata dispositio, ordinans certos actus, & fines hominis, vt in l.forma, de censi. & in l.certa forma, ff.de iure fisci, & not. Afflic.in tract. de iure prothom. §.2.vt infra 30.dies, sub num.1. & Cæpha.consi.438.Inquisitionis, nu.7.vol.3.
9 Et † forma rei est vltima perfectio substantialis ipsius, & sic ordinata quædam series rem ad substantiam deducens, teste Bal. in l.quia indignus, col.1.ff.de sena. Afflic.in d.§.2.nu.2. Marc.Mant. consi.232.nu.11. & Cæpha.pleniori cornu, consi. 421. Vera, nu.35.vol.3.

ARGVMENTVM.

Inducitur ademptio legati in personam primi legatarij, quando testator quod primo legauit transfert in alium.

SVMMARIVM.

1 *Legatum sicut adimi potest, ita & ad alium transferri.*
2 *Legatum omnium pannorum lini, & lanæ, petiam panni lini repertam ad vsum, continet, dictoque legato cedit.*

DECISIO CCCXXXVII.

LEGANS testator Titio aliquem fundum, posteaque dicens in altero testamento, quod Titio legaui, id Seio do, lego: tūc illud idem, quod extat primo legatum transfertur in secundum legatarium, cum hoc contineat
1 in personam Titij tacitā ademptionem: † nam sicut adimi legatum potest, ita ad alium transferri. l.sicut adimi, cum l.seq. ff.de adimen.leg. & facit tex.in l.etsi transferam, & in l.legatū, §.pater hortos, eod.ti. vbi inquit Iurisconsultus, quòd si quis facit legatum alicui, & postea transfert legatum in personam incapacem, licèt nō valeat legatum in personam incapacis; tamen legatum est ademptum,

ptum, & reuocatũ, & dicit tex. in d. l. legatum, §. pater hortos, quod si pater donauit hortos instructos filiæ suæ, post legatum quædam ex mancipijs ipsorum hortorum donauit mulieri suæ, licèt illa donatio facta vxori nullo modo valeat, & sit inutilis: tamen habet in se vtilem ademptioné, & reuocationem illius legati, quia non consideratur persona, in quam transfertur res legata: sed consideratur sola voluntas disponentis, quæ colligitur ex actu translationis: nam eo ipso, quòd res est donata vni, & eandem testator alteri donat, ex hoc actu colligitur voluntas reuocandi primam donationem. & ita aliàs in facti contingentia decisum extitit in Regia Audiẽtia Capitinatæ Apuliæ, Comitatusq; Molisij, in anno 1584. in causa tunc vertente inter quosdam de Terra Cagnani.

Verùm enimuerò vbicunque legatum foret factum in altero diuerso casu infrascripto, † tunc legitum omnium pannorum lini, & lanæ, continet petiam panni lini reipsa repertam ad vsum, & cedit dicto legato. ita Bar. in l. Diuus, ff. de bon. damn. sicut etiam in legato pannorum, ornamentorum lecti, atque cæterorum pannorum in camera testatoris commorantium facto vxori, venire omnes, & quoscunque pannos ipsius vxoris, omniaque sua ornamenta, & totum lectum cum suis ornamentis in camera tempore testamẽti existentibus, atque repertis, probat, & determinat Bar. consi. 216. Adelandus, num. 6. & Gozad. eminentiori fastigio, & cum suo apparatu, consi. 82. num. 3. & seqq.

ARGVMENTVM.

Semper leges debent, quando fieri potest, reduci ad concordiam, quamuis sint contrariæ, & lex non tollitur per non vsum.

SVMMARIVM.

1 *Leges semper ad concordiam reducendæ, etiam si vltima lex haberet clausulam, non obstante alia lege.*
2 *Mos populi, institutaque maiorum, pro lege seruanda in his, de quibus nil certi diuina scriptura statuit.*
3 *Institutiones ecclesiasticæ, quotuplices sint.*
4 *Gentes legem non habentes, sed quæ legis sunt facientes, ipsæ sibi sunt lex.*
5 *Priuilegia, leges priuatorum sunt.*
6 *Lex quintuplex, & quæ.*
7 *Lex per non vsum non tollitur, sed per contrarium.*
8 *Lex generaliter loquens, generaliter intelligi debet, nisi in absurditatem in lege expressam incurreretur.*

DECISIO CCCXXVIII.

1 Leges † vbicunque sunt contrariæ, & vna sit posterior altera: tunc si possent reduci ad concordiam, reconciliari deberet, etiam si vltima lex haberet clausulam, nõ obstante alia lege, ita Glo. in Auth. de hæred. quæ ab intestato defer. circa princ. super ver. non obstante, late Rom. consi. 57. Per totum, & consi. 322. nũ. 2. quibus in locis voluit, quòd lex in ea parte, in qua non est correcta, possit allegari ad decisionem causarum.

2 Imò † in illis quoque rebus, secũdum August. ad Casulanum præsbyterum, & habetur in c. in his, 11. distin. de quibus nihil certi statuit diuina scriptura, mos populi Dei, & instituta maiorum, pro lege tunc seruanda sunt: & sicut præuaricationes diuinarum rerum, ita contemptores ecclesiasticarum consuetudinum coercendi sunt. ipsorum enim morum nobilitas, plus famosum facit, quàm generis dignitas. c. nos, & seq. 40. dist.

3 Et hinc est, teste August. in lib. ex dictis Basilij, & habetur in c. ecclesiasticarum, dist. 11. † quòd ecclesiasticarum institutionum, quasdam in scriptis, quasdam verò apostolica traditione, per successores in ministerio cõfirmatas accipimus: quasdam verò consuetudine roboratas approbauit vsus: quibus par ritus, & idem vtrisque pietatis debetur affectus. mores enim faciũt legem, & commune ius legibus, & moribus constat. cap. omnes, 1. distin.

4 In tantum, † quòd gentes, quæ legem non hãbent, sed ea quæ legis sunt faciunt, ipsæ sibi sunt lex, vt per Paul. ad Roman. c. 2.

5 Imò secundum Isidor. lib. 5. etymolo. & habetur etiam in c. priuilegia, distin. 3. † priuilegia itidem, sunt leges priuatorum, quasi priuatæ leges. nam priuilegium dictum est, eo quòd in priuato feratur.

6 Et sic denique † lex est quintuplex, scilicet æterna, diuina, naturalis, humana, deriuata à naturali, vt conditio ex principio, & humana deriuata à naturali, vt determinatio quædam. ita Glo. in extrauag. Bonif. VIII. vnica, §. lex æterna, de dolo, & contuma.

7 Sed † lex ipsa in omnem euentum non tollitur per nõ vsum: absit enim hoc à sæculo, vt vtar verbis Bar. sed requiritur contrarius vsus, secundum Barto. in proœm. ff. in §. & antea, vers. quæro, nunquid. Dec. in c. cum accessissent, col. 10. num. 95. vers. & in simili bene facit, de constitu. Ias. in l. de quibus, col. 9. vers. sextò nota, num. 33. ff. de legib. Felyn. in c. 1. col. 4. num. 10. de treg. & pace, Ripa, consi. 28. Per non vsum, lib. 1. Io. de Amic. consi. 1. num. 43. Alex. consi. 136. num. 19. Aldobrand. in §. sed naturalia, nu. 10. Institu. de iure nat. gent. & ciui. & ita resolutum, decisumque fuit in Rota Rom. superioribus annis, in illa Romana præcedentiæ inter Canonicos ecclesiæ Lateranensis, & Sancti Petri, legem præsumi vsu receptam, & per non vsum non censeri abrogatam. & ita indicauit etiam sacrum Consilium in anno 1559. in causa tũc vertente inter quosdam concives meos super iure prothomiseos, existente ipsius negotij commissario eo tempore D. Ioanne Fœlice de Rubeis. & sic iudicauit quoque, non vna tantum vice, sacra Regia Audientia Barensis, in varijs causis, in anno 1589. & seq.

8 In tãtum, † quòd lex etiã generaliter loquens, debet generaliter intelligi. l. prospexit, ff. qui, & à quibus

quibus manumissi, &c. sed hoc fallit, quoties in curreretur in absurditatem: nam ratione euitandæ absurditatis fit extensio, & dispositio est impropriandá, §. sed quod Principi placuit, Instit. de iure nat. Bar. in l. Cæsar. de public. colum. 7. & Abb. in c. 1. extra de clandesti. dispons at. Et hoc quoties absurditas est expressa in lege, & pro intellectu, vide Bald. in l. non dubium, col. 3. C. de legi. & de ratione, vide eundem in l. fin. col. 1. C. communia vtriusque iudi. & in l. si quis seruo. de furt.

ARGVMENTVM.

Non possunt sine causa legitimare inferiores à Papa, & à Principe, & quomodo sunt exprimendæ causæ, & multa alia circa legitimationem, & de clausula generali, ad quæ debet referri.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio sine causa ab inferiore à Principe, & à Comite palatino facta, non valet.*

2 *Princeps aliquid de reseruatis concedens, cum plenitudine potestatis, qua vti solebat, concedere non videtur, sed vt ea cum maxima causæ cognitione vtatur.*

3 *Legitimandi facultate concessa, Comes plenitudine potestatis vti, & in tertij præiudicium legitimare non potest, in quo tãquam inferiore, legitimante probabilis causa requiritur, laudabilisque, legitima & iusta in ipsa legitimatione, vt valeat, inserenda, legitimationesque secundum potestatem legitimanti concessam regulandæ, & nu. 4.*

5 *Legitimatio causam specialem expressam exigit, nec releuant generales in ipsa expressæ, nec Comiti asserenti causæ cognitionem adhibuisse creditur.*

6 *Legitimationem omnis minima obreptio, vel subreptio nullam reddit.*

7 *Legitimatio nulla est, nisi in supplicatione omnia exprimantur quæ legitimantem ad non legitimandum, vel difficilius legitimandum, inducere potuissent.*

8 *Legitimatio nulla discernitur ex omissione nominis, cognominis, ignobilitatis, & nobilitatis: & matris qualitas necessario exprimenda, vt dispensatio Papæ cum nato ex coniugato nobili, & soluta nobili non valeat, nisi de materna nobilitate fiat expressa mentio, vbi duæ assignantur rationes, num. seq.*

10 *Gratia incerta non valet.*

11 *Legitimationi de filio certi patris, & incertæ matris generalitas opposita, cur reprobetur: & nomen proprium exprimere non sufficit, sed duæ quoque demonstrationes requiruntur, nu. 12.*

13 *Legitimatio, quando valeat etiam non probata, vel nominata certa legitimati matre.*

14 *Legitimatio cum patris consensu fauorabilis, & neminem lædit, etiam si de spurio, incestuosóque facta sit.*

15 *Legitimationũ stilus Curiæ Rom. nomen, cognomen, & qualitatem concubinæ non ponit.*

16 *Legitimatio etiam à Principe facta, ob omissionem nominis matris, vel consobrinæ, est nulla.*

17 *Sacrilegos legitimatos per Pontificem, vel Imperatorem, Auctor inuenire non potuit, licèt Comites Palatini officio abutentes priuilegiorum fines excedant, vt meritò eorum omnis legitimatio clandicet, frustratoriaque declaretur, & talium sacrilegorum nulla, impossibilisque, ac noua, scandalosa, & monstrosissima iudicanda, nu. 38.*

18 *Sacrilegium esse crimen atrocissimum, ac illi læsæ maiestatis simile.*

19 *Legitimatio contra formam priuilegij in casu maiori, atque duriori expressis, nulla.*

20 *Dictio, alijs, ad similia expressis, non ad maiora, & ad dissimilia refertur.*

21 *Mutanda non sunt, quæ semper certam interpretationem obseruantiamque habuerunt, nec à communi obseruantia recedendum.*

22 *Nouitatibus tanquam odiosis non fauendum, quæ tanto magis euitandæ ob scandala præsertim, quæ afferre possent, & discordias semper pariunt, & tristissimi euentus, vbi nulla euidens vtilitas appareat, quæ esse debet, vt recedatur à iure, quod diu æquum visum est, nu. 24.*

23 *Indecens, secundum Theologos omnes, impossibile.*

25 *Clausula, & quoscunque natalium defectus patientes, &c. in priuilegijs legitimantium ad sacrilegos non extenditur, sed de similibus expressis intelligitur.*

26 *Dictio, alios, licèt in clausula, & quoscunque natalium defectus patientes, reperiatur, ad similia ex pressis restringitur, cum istæc clausula generalis ad specificata restringatur, nec casus, de quibus cogitatum non extitit, comprehendat.*

27 *Princeps non plus concedere intelligitur, quàm quæ æqua, & iusta sunt, cum non sit potentiæ defectus nolle iniqua & iusta, aliàs tempestatis, non potestatis plenitudine vti diceretur.*

28 *Mandatum generale, quæ in similibus fieri solita sunt, comprehendit, vt illud ad inuestiendum habens, inuestituram secundum morem consuetum, & non aliter, concedere teneatur.*

29 *Mandato in generali Principis inhonesta, illicitaq; non veniunt.*

30 *Verba Principis generalia ea, ad quæ cõcedenda difficilis esse solet, non comprehendunt.*

31 *Principis à voluntate quæ pendent, nisi concedi consueta sint, impossibilia censentur.*

32 *Clausula generalis legitimandi spurios ex quocumque illicito, illegitimo, damnatoque coitu, etiam natos plurimum odiosos, & sic sacrilegos non comprehendit.*

33 *Clausulæ, exceptis filijs illustrium Principum, Comitum, & Baronum, &c. vigore legitimans, an filium sacerdotis legitimare possit.*

34 *Legitimatio filij Doctoris illustris ob lecturam viginti annorum, per Comitem Palatinum facta, post patris mortem ex defectu iurisdictionis, est nulla.*

35 *Sacerdos mœchans quatuor crimina committit, & quæ, & totidem monialis professa: & cognoscens monialem, capite punitur.*

36 *Turpitudinem suam allegans, imo sui etiam auctoris, non est audiendus.*

Mater

37 *Mater, & filius, correlatiua.*
39 *Legitimatio ex insolitis concessa, simulata arguitur.*
40 *Insolita si introducantur, obseruari non debent.*

DECISIO CCCXXXIX.

1 LEGITIMATIO † sine causa ab inferiore à Principe, & à Comite Palatino facta, nõ valet, neque tenet, c. cum nostris, §. nos verò, de concess. præben. c. requiritis, §. nisi rigor, 1. q. 7. Alex. consi. 60. num. 34. vol. 2. Ancha. consil. 241. Marsil. in l. 1. §. præterea, nume. 76. de quæst. Ruin. consi. 109. num. 19. vol. 3. Dec. consi. 393. col. fi. num. 11. Cæphal. consi. 442. nu. 24. & Rolan. consi. 89. num. 51. volu. 1. Canonistæ vniuersaliter omnes in c. 2. extra de scisma. & in c. diuersis fallacijs, extra de cler. coniuga. Bursat. consil. 390. In causa petitæ hæreditatis, nu. 34. volu. 4. Gozad. consi. 29. num. 2. Prosper Pasethus, consil. 165. In hac causa, nume. 5. Anton. de Rosellis in tracta. de legitimatione, in titu. de causa formali legitimationis, sub nu. 7. Tiber. Decian. consi. 38. Quæstio, num. 55. volu. 3. & consil. 40. Quæritur, num. 53. eod. vol. Riminal. iun. consi. 522. Prætendit, num. 35. & seq. vol. 5.

2 Imò † Princeps concedens aliquid de reseruatis, non videtur illud concedere cum plenitudine potestatis, qua ipse uti solebat: sed concedere censetur potius, vt ea sanè vtatur cum maxima causæ cognitione. ita Bero. famil. quæst. q. 60. num. 6. & seq. Imola in c. cum ad monasterium, nu. 4. de sta. monac. Bal. in l. 2. C. de seruit. & aq. num. 34.

3 vbi † in specie loquendo de facultate legitimandi alicui concessa, firmat, quòd talis Comes non poterit vti plenitudine potestatis, & in præiudicium tertij legitimare, & sequitur Abb. in c. at si clerici, §. de adulterijs, num. 12. de iudic. Imola in c. de multa, extra de præben. Iacob. in sua inuesti. in ver. Princeps, nu. 14. Fely. in c. quæ in ecclesiarum, num. 25. de constit. Rube. consi. 50. sub nu. 6. Grammat. consi. ciui. 83. nu. 6. Alex. consi. 94.

4 & seq. volu. 1. † vbi constanter quidem concedit in inferiore, & sic in Comite Palatino legitimante causam requiri probabilem, & ita firmant Canonistæ quoque vniuersaliter omnes in c. per venerabilem, extra qui filij sint legit. per text. ibi, & alij Docto. congesti per Matthæ. Brun. consi. 70. Super puncto, num. 11. volum. 1. quòd causa laudabilis quippe, & iusta requiratur, atque inferri necessario debeat per Comitem Palatinum in legitimatione, aliàs non valet, neque tenet, cum Comes ipse tunc, licèt habeat amplam quidem legitimandi facultatem: nihilominus tamen minimè gentium legitimare valeret sine legitima, rationabilique causa, quam vtique in legitimatione inserere obnoxius foret, vt consuluit Curt. sen. consi. 73. Paul. Castrensi. consi. 180. volum. 1. Dec. consil. 307. Tiber. Decian. consi. 88. Quæritur, num. 46. & seqq. & consi. 90. Nobiles de Ripa, nu. 24. & seq. vol. 2. Riminal. iun. in d. consil. 522. num. 37. & seq. volum. 5. & consi. 584. Prima igitur, nu. 24. & seqq. eod. vol. In tantum, quòd legitimationes ipsæ denique regulandæ semper nempè veniunt, secundum potestatem legitimanti concessam in suo priuilegio. c. porrò, de priuileg. Riminal. iun. fecundissimè quidem, consi. 294. Dominus Fabritius, num. 15. cum alijs seqq. volum. 3. Tiber. Decian. in d. consi. 88. nu. 41.

5 Nec † itidem releuant causæ generales expressæ in legitimatione ipsa: sed requiritur necessariò causa specialis expressa, vt per Paris. consi. 6. num. 36. & seq. uolu. 2. & Prosp. Pasethum in d. consi. 165. sub num. 5. Tiber. Decian. in d. consi. 90. sub num. 25. vbi post Soc. concedit etiam, quòd minimè creditur Comiti tunc asserenti se causæ cognitionem adhibuisse, & d. consi. 38. num. 56. & seqq. vol. 3. & consi. 40. Quæritur, nu. 54. eod. vol. & Riminal. iun. in d. consi. 584. num. 24. & seqq. vnde legitimationem factam per DD. de Campegijs de filio Episcopi, & monialis professæ, fore nullam, & contra veram iuris normam, atque priuilegiorum formam, vnicuique facilè suaderi potest.

6 Omnis † enim minima obreptio, vel subreptio vitiat legitimationem, redditque illam nullam, & penitus inualidam, vt magno cum apparatu consuluit Prosper Pasethus, consil. 165. In hac causa, num. 1. cum alijs seqq. Hierony. Gabriel. cons. 26. nu. 1. & seqq. volum. 2. Angel. de Gambiglionib. Arct. consi. 119. num. 1. & seqq. volu. 1. Menoch. cons. 461. num. 1. cum seqq. vol. 5. Tiber. Decian. consi. 19. Et certè, num. 47. cum alijs seqq. volum. 1. & consi. 88. Quæritur, num. 26. & seqq. volu. 2. Riminal. iun. consi. 194. num. 8. 9. & 15. volum. 2. & consi. 584. Prima igitur consideratione, nu. 53. & seq. volum. 5. Imò subreptionis vitium, etiam nullis clausulis generalibus, potest conualidari, vt per Tiber. Decian. consil. 38. Quæstio, num. 51. volum. 3.

7 Et hinc est, † quòd omnia necessariò in supplicatione veniunt exprimenda, quæ potuissent legitimantem inducere ad nõ legitimandum, vel difficilius legitimandum, aliàs legitimatio nulla foret, vt per Francis. Curt. consi. 16. cum alijs aggregatis per eum, Tiber. Decian. in d. consi. 19. num. 41. Gozad. consi. 6. sub num. 6. & cons. 25. sub nu. 5. & seqq. & consi. 85. num. 3. 4. & 23. Bellam. decis. 698. circa finem, vbi ponit exempla circa ea, quæ eueniant in legitimatione exprimenda.

8 Vnde † ex omissione aliquarum circunstantiarum, & sic nominis, cognominis, ignobilitatis, & nobilitatis monialis prædictæ, huiusmodi legitimatio discernitur apertissimè nulla, atque frustratoria. Et quòd qualitas matris necessariò exprimenda sit in specie, consuluit Ruin. cons. 66. sub num. 26. volum. 3. Tiber. Decian. in d. consil. 38.

9 nu. 36. & 53. Dispensatio † enim facta per Papam cum nato ex coniugato nobili, & soluta nobili, non valet, nisi de nobilitate materna expressa extitisset facta mentio, vt per Fely. post Io. Andr. in c. fi. nu. 14. de fil. presbyt.

Et ratio ea est: quoniam si reperiretur diuersa conditio matris à conditione patris, & diuersus sit status vtriusque, tunc filius natus si ex parte patris esset diuersæ conditionis, quàm ex parte matris, sequeretur tunc absque scrupulo aliquo con

ditionem

ditionem ipsius matris. ita Glo.in c.fin. de cland.
despon. & clem. 1.de consang. & affin. Bald.in l.
qui contra.C.de incest.nupt. vbi tradit præsentis
speculationis commodum exemplum, & est tex.
in c. ex tenore, qui filij sint legit.

Assignarique posset etiam altera efficacior ra-
tio ad hoc stabiliendum : nam dum vrget incer-
titudo matris in legitimatione ista, potest quo-
que dici nulla, cum incertitudo soleat vitiare a-
ctum.c.innotuit, de arbit.l.tutor incertus,ff.de te
10 stam. tut. † & quòd gratia tanquam incerta non
valeat, neque teneat vllo modo, firmauit in specie
Barbat.consi.33.nu.4.vol.1.

11 Et inde est, † quòd generalitas apposita in legi
timatione hac de filio certi patris, & incertæ ma-
tris reprobatur.c.sedes, de rescript.& c.ex litteris,
de dolo, & contum.

Et nihil mirum, quoniã hæc tacita solent red-
dere Principem difficiliorem,& vitiant, vt not.in
c.pastoralis,& in c.postulasti, de rescriptis. Tiber.
Decian.cum alijs signatis per eum,consi.38.Quę
stio, num.33.vol.3. Riminal.iun.consi.525.Ex pri
mó, nũ.39.volu.5.nam verba generalia non com
pręhendunt ea, super quibus Princeps solet diffi
cilis esse in concedendo. Riminal.iun. consil.33.
num.24.vol.1.

Et ratio est, quia probatio debet esse certa.l.nõ
hoc, C.vnde legit. vbi Bald. & alij omnes, & ha-
betur per Scribent. in cap. in præsentia, extra
de prob.

12 Imò clauum stringendo, † non sufficit nomen
proprium exprimere, sed vltra nomen requirun-
tur duæ demonstrationes. Barto l.demonstratio
falsa, in 7.q. ff.de condit.& demonstr. & Bal. in l.
hac consultissima, colum.1.C.qui testam.fac.pos.
vbi firmauit volentem aliquem demonstrare, te-
neri necessario ad ostendendum nomen proge-
nitorum, vel alias demonstrationes, ex quibus no
minatus reddatur certus, & sequitur Dec. cum a-
lijs signatis per eum, consi.13.colum.pen. taliter
quòd abstinere quidem debemus etiam ab his,
de quibus incertum est, an sit peccatum, aut re-
prehensibile. cap.sicut, 14.distin. cap.ad audien-
tiam, de homi.cap. iuuenis, de sponsa. Glo.in cap.
1. de scrut.

Et quamuis aliàs cõtrarium videatur decisum
in Rota, teste Cardin.Put. decis.435. Fuit resolu-
13 tum, lib. 1. † quòd legitimatio valeat, & teneat,
etiam non probata, seu nominata certa matre le-
gitimati : tamen re ipsa non obstat talis decisio:
cũ ea legitimatio emanata fuerit viuente patre le-
gitimati, & ad eius instantiam, ex euidenti, palpa-
biliq; ratione eiusdem decisionis, dum determi-
nat casum, ob habilitationẽ ad successionẽ patris.
14 Taliter, † quòd legitimatio facta patre consen-
tiente fauorabilis est, neminiq; præiudicat, & ne-
minem lædit, etiam si facta sit de spurio, & ince-
stuoso, vt per Nattam consi.623. nu. 1. cum alijs
omnibus seqq. Ias.in §.omnium, nu.35. Instit. de
actio. Cephal.consi.276.nu.38.

Secundò minimè obstare decisio isthęc vide-
tur ex altero capite, cùm talis legitimatio facta
fuerit per Papam, non autem per Comitem Pala-
tinum, vt ita in dubio præsumendum est. Tali-
15 ter, † quòd eo casu secundùm stilum legitima-
tionum in Curia Rom. non ponitur nomen, co-
gnomen, & qualitas concubinæ, teste Prospero
Pasetho, consil. 72. Pro resolutione dubiorum,
nume.122.

Tertiò haudquaquam obstat prædicta decisio,
cùm ea in terminis, in casu, de quo agitur limite-
tur per Ludo. de Sardis in tract. de naturalibus li-
beris, legitimatione, & successione eorum, tit. de
legitimatione impetranda, quæst. 17. Decimo
quartò quæritur; vbi religiosè, & doctè more suo
16 in indiuiduo firmauit, † quòd ob omissionẽ no-
minis matris moechæ, vel consobrinæ in legiti-
matione, etiam facta non à Comite Palatino, sed
à Principe, nulla sit.

Sed adhuc legitimationem ipsam ex alio etiam
capite nullam dici posse reor, idest ex defectu po
testatis: nam in priuilegijs DD. de Campegijs tra
dita extat potestas legitimandi naturales, spurios,
incestuosos, nefarios, manseres, nothos, bastar-
dos; & quoscumque natalium defectu laboran-
tes : taliter, quòd in priuilegijs ipsis non fuit ali-
17 ter cõcessa facultas legitimandi sacrilegos : † pro-
ut Papa, vel Imperator nunquam hoc concedere
consueuere; tamquam in mundo monstrosissi-
mum, & contra Dei, & totius Ecclesię honorem:
Imò Papam, vel Imperatorem aliquando sacrile-
gos legitimasse ad successionem etiam longo, la-
boriosoq; adhibito studio reperire non potui:
Nec itidem valui, etiam non vulgari ingenij acie
penetrare, seu speculari causam, qua Papa ad le-
gitimandum sacrilegos, ortos ex duplici sacrile-
gio moueri potuisset. Et cum Comites Palatini
pluribus in rebus abutantur eorum officio, exce-
dendo fines priuilegiorum, sicuti discernit quàm
optimè Iacobus Benaudus in add. ad Ioan. de Ter
ra-rubea in tract. contra rebelles suorum Regum,
in procemio, in litera A. col. 5. fol. 2. taliter quòd
omnis ferè legitimatio, vt experientia docet, clau
dicat, & innumeras vidimus nostris quidem tem-
poribus in varijs eminentissimis tribunalibus le-
gitimationes ipsas nullas, insipidas, atque frustra-
torias declaratas.

18 Et eò magis, † cùm sacrilegium sit quippè atro
cissimum crimen, & simile crimini lęsæ maiesta-
tis, ut per Gl. in c.cum primis, in versi. etiã ministris,
2.q.1.& Anch.cons. 173. Circa primum, col. 3.

19 Et † quòd nulla sit præsens legitimatio, tam-
quam manata contra formam priuilegij in casu
maiori, atque doriori expressis, prodidit Tiber.
Decian. in d.cons.19.sub num.39.cum alijs seqq.
20 Nec † obstat dictio alijs, in priuilegio apparens;
nam talis dictio debet ad similia expressis, non
autem ad maiora, nec ad dissimilia referri. Rim.
iun. cons.299. Videbatur, nu. 87.vol.2.

21 Vnde † mutanda non sunt, quę semper habue-
runt certam interpretationem, obseruantiam, &
vsum, arg.l.minimè, ff.de legi. Gl.in c.1.§.præter-
ea, in fi. de cap. Corradi, Tiber. Decian. cons.22.
Anno, nu.40.vol.1. Rolan.consi.80.In casu, nu-
me.50. vol.3. & consequenter non est aliter rece-
dendum à communi obseruantia, ut per Alexan.

cons.27. Viso libello, col.4. vol.1. nec facilè discedi debet ab eo, quod diu æquum visum est. l. in rebus, ff. de constit. princip.

22 Imò † istis nouitatibus, tamquam odiosis, minimè est fauendum, teste Anch. cons. 157. col.2. cùm tentans nouitates ipsas, repræhendi debeat. cap. quis nesciat, 11. dist. & tantò magis nouitates istæ euitandæ quippè sunt, ob scandala præsertim quæ afferre possent. cap. quod dilecto, de consangui. & affin.

Et præsertim cùm res, de qua agitur, inde-
23 cens quippè sit: sequitur ergo, † quod omne indecens est imposibile, secundùm Theologos vniformiter omnes varijs in locis sacræ Theologiæ, Cardi. in rep. c. licèt de euitanda, de elect. & in rep. c. perpendimus, de sent. excom.

24 In tantum, † quòd nouitates ipsæ in omnem euentum semper sunt euitandæ, cùm semper etiā pariant discordias. c. cùm consuetudinis, de consuet. Iacobus Benaudus in add. ad Io. de Terrarubea in tracta. contra Rebelles, in art.4. 1. tract. concl.4. in add. in litera B. incip. impedire, ante fi. Nauar. cons.2. nu.5. de rebus eccl. alienan. lib.3.

Sintque etiam odiosę, atque plenæ tristisimi euentus, vbi euidens vtilitas nulla appareat, vt concedit Marc. Ant. in subscriptione sua ad consi. Ioannis Piccardi 52. Dubia, nu.154. & seq. positū inter cons. Menoch. vol.1. Anch. consi. 157. nu.4. Neuizan. consi. 11. nu.3. vbi firmat, quòd nouitas in homagijs induci non debet, aliàs præsumitur impresiua.

In nouis enim rebus constituendis euidēs debet esse vtilitas, vt recedatur ab eo iure, quod diu æquum visum est, vt ita inquit tex. notabilisimus in d. l. in rebus, ff. de constitu. princ. Anchar. in d. cons. 157. sub nu.2. in fi.

25 Et quamuis adhuc illa vrgeat difficultas, † dum legitimans speraret ex illa clausula in eius priuilegijs posita, & quoscumque natalium defectus patientes &c. potuisse sacrilegos legitimare: reminisci tamen poterat hoc agere non valuisse modo aliquo: cùm illa clausula intelligenda nempè sit, vt legitimare potuisset in casibus similibus expresis, & sic adulterinos, vulgò conceptos, & similes: non autem alios penitus incapaces, & has omnes species filiorum illegitimè natorum commemorat Paleot. in tract. de nothis, & spurijs filijs, c.12. nu.9. & in c.16. nu.3. Capra cons.1. nume.29. cum alijs seqq.

Et quòd hoc verum sit, varijs, efficacisimisq;
26 ostenditur rationibus. † Nam in illa clausula, & quoscumque natalium defectus patientes, licèt reperiatur dictio, alios, restringitur reipsa ad similia specificatis, secundum Franc. Aretin. consi.504. sub nu.9. vers. tertiò hoc probatur. nec potèst tunc vllo quidem pacto maiora expresis cōprehēdere. l. fi. §. cui dulcia, ff. de vino, trit. & oleo leg. & in terminis, Tiber. Decia. d. cons. 19. nu.80. vol.1. & cons.40. nu.46. vol.3. Riminal. iun. consi.540. Et prima consideratione, num. 504. vol.5. Nauar. consi.82. nu.5. de Regul. lib.3.

Secundò clausula isthæc generalis restringitur ad specificata, vt per Franc. Aret. consi.104. sub nume.9. sub versic. tertiò hoc probatur clarè.

Imò isthæc clausula generalis minimè gētium comprehendit casus, de quibus cogitatum non extitit, prout extemplo audiendo præsentem casum Illustris. & Reuerendis. D. Cardinalis Deza, istam viuacem rationem asignabat, sicuti postea ita vidi consuluisse Dec. cons. 10. sub nume.5. & Tiber. Dec. d. consi. 19. sub nu.81. ver. item respondetur, vol.1.

Tertiò hæc clausula generalis referri solet ad specificata, si fieri posit, salua ratione recti sermonis, vt per Bar. in l. Aurelius. §. Caio, ff. de libe. leg. Franc. Aret. consi.60. sub nu.3.

Nam sermo etiā generalis restringitur ad prius specificata, teste Ias. nu.2. cum alijs aggregatis per eum in l. si de certa. C. de transac.

Quartò eadem clausula quamuis generalis tributæ facultatis, restringenda necessariò tamen est ad ea, quæ de iure concedi possunt, non autem valet comprehendere ea, quę sunt iniqua:
27 quandoquidem † princeps ipse non plus concedere potest, aut intelligitur, quàm ea, quæ iusta sunt, & æqua: cùm non sit potentiæ defectus, nolle iniqua, & iniusta, vt consuluit Crauet. consil.241. nu.10. Imò teste Præpos. in clem. pastoralis, de re iudic. si contrarium asseratur, vtique Principem absoluta aliqua potestate, nulla ratione regulata, tempestate crudeli velle tunc vti diceretur: & sic plenitudo potestatis in Principe debet esse iusta, aliàs esset plenitudo iniquitatis, & tempestatis, & sequitur Fulgo. consi.61. col. penul. Bal. consi.345. col.2. vol.1. Tiber. Decia. consi.25. Quæritur ergo, nu.27. vol.1.

28 Et consequenter † mandatum generale comprehendit omnia, quæ solita sunt fieri in similibus, vt per Bald. in l.1. C. si propter pub. pensitationem, Bar. in l. si fraudatis, ff. de ijs quæ in fraud. cred. Tiber. Decia. cons.73. Circa primam, nu.39. & seq. volu.2. vbi in terminis concedit, quòd habens mandatum generale ad inuestiendum, tenetur duntaxat inuestituram cōcedere, secundum morem solitum, & consuetum, & non aliter. vbi nu.47. & seq. vtiliter quidem resoluit solitum fieri, dici, vbicunque plures inuestituræ eo modo concessæ reperiantur, repeririq; etiā tanti temporis circulum, de cuius contrario memoria non extet in præsenti: & hinc est, quòd verisimile non creditur, quod fieri non solet. l. fideicommissa, §. si seruo, ff. de leg.3. Alex. cons.75. col. pen. vol.5. & Crauet. cons.719. nu.5.

29 Et eò magis, † cùm in mandato Principis generali non veniunt aliter inhonesta, & illicita. l. si procurator, & ibi Doct. ff. de condict. indeb.

30 Verba † enim Principis generalia comprehendere minimè solent ea, ad quæ concedenda solet esse difficilis, vt voluit Bal. in c. naturalis, in fi. in tit. si de feudo fuer. contro. & Crauet. consi.172. nu.4. sed huiusmodi legitimationem non solum Princeps non solet difficulter concedere, verum eam nunquam concesit.

31 Sequitur ergo necessariò, † quòd ea, quę à Principis voluntate pendent, imposibilia censentur, nisi sint consueta concedi, vt per Dec. in l. quæ-

cunque,

cunque, num.31.ff.de offi. eius cui mand. est iurisd. & Boss.in pract. crim. tit.de Principe, & priuilegijs eius, num.206.

32 Quintò,† quòd si in priuilegio reperiretur clausula generalis legitimandi spurios ex quocunque illicito, illegitimo, damnatoque coitu etiam natos, tunc ea re ipsa restringitur, vt minime comprehendat plurimum odiosos,& sic ex sacrilegio, seu monachatu natos, vt in terminis firmauit Bal. in l.eam quam, num.38. C.de fideicommiss. Cæpolla, consi.fin. nu.3.& seqq. causarum ciuilium, Tiber.Decia.cum alijs signatis per eum, consi.40. Quæritur, num.44. volu.3. Bero. consi.172. Et si nunc, sub num.19.volu.2. Riminal.iun.consi.25. num.30. vol.5.

Et licèt allegatæ nullitates sufficiant: tamen vrget quoque postremò alia non minor nullitas expressis, dum DD. de Campegijs legitimarunt in casu expressè prohibito, & exceptuato in eorum priuilegijs, dum Imperator in illis excepit filios Illustrium, Principum, Comitum, atque Baronū: & nihilominus voluere filium Episcopi legitimare, non aduertendo Episcopum actu, & habitu Principem fore, prout nemo est qui hoc ignoret, sicuti experientia, tanquam rerum magistra hoc docet, simul cum legibus diuinis, & humanis: taliter quòd in re tam notoria, & omnibus manifesta non sustineo laboris plus, quàm satis sit. & tanto magis, cum in facti contingentia meminit aliàs iudicasse Boss.in pract.crim. in tit.de Principe, & priuilegijs eius, num.2. annullando legitimationem à Comite Palatino factam, in cuius priuilegio filij Principum, Comitum, atque Baronum excludebantur.

33 Vnum tamen non præteribo,† quòd vigore præsentis clausulæ, exceptis filijs Illustrium, Principum, Comitum, & Baronum &c. consuluit, & singulari expressit, atque exornauit artificio Barbat.consi.58. Sapienter dixit Psalmista, nu.4.cum alijs seqq. vol.2. quòd etiam legitimans tunc, minimè legitimare queat filium sacerdotis: & cum nemo melius viuacibus rationibus hoc illustrauerit, non vereor illius illustris Doctoris opinionem fore sacrosanctam, & magnum apud eos, qui rectè iudicant huiusmodi sententiam pondus habere, licèt certò sciam aliquos Docto. varijs in locis iuris nostri firmasse contrarium, & præsertim Ascan. Clement. cum alijs congestis per eum in tract.de patria potestate, c.5.nu. 182. Bero.consi. 168. Tria sunt, nu.5.& seqq.vol.2.

Imò consuluit doctissimè etiam in proprijs terminis Tiber. Decia.consi.38. Quæstio, volum.3.

34 quòd † legitimatio filij Doctoris Illustris ob lecturam 20.annorum, per Comitem Palatinum facta per mortem patris nulla,& inualida sit, ex defectu iurisdictionis ipsius Comitis.

35 Et nihil mirum,† nam sacerdos ipse dicitur primò committere crimen adulterij, secundò stupri, tertiò sacrilegij, & quartò incestus, vt magistraliter aperit Rimmal. iun. consi. 199. num.26. cum alijs seqq. debetque cognoscens monialem ipsam pęna capitis puniri, teste Francis. Vegio, consi.62. nu.36.& consi.66.nu.214.vol.1.

Nec non monialem professam eademmet crimina similiter committere compertum est, vt per Glo.in cap.virginibus, 27.quæst. 5. Abb.in c.at si clerici, col.52.de iudi.

Præterea ostensa nullitate præsentis legitimationis perspicua, ex rationibus propositis, addo non ab re, ipsum legitimatum nulliter, nullam etiam habere in re, de qua agitur actionem, & cō

36 sequenter non audiendum,† cum allegauerit turpitudinem suam. l.mercedem. C.de condict. ob turp. caus.l.transactione. C.de transact. & c.inter dilectos, de donat.& ibi Glo. Thom. Ferrat. cautela 4.num.5.Imo.in l.qui superstitis, ff.de acquir. hæred. Alexan.in l.iusiurandum, §.procurator, ff. de iureiur.

Imò allegans turpitudinem sui authoris minimè tunc auditur.l.filios. C.de reuocan. donat. & ibi Glo. & tanto magis cum Episcopus se gesserit tanquàm pater sollicitus pro salute filij. l.cum pater filios, §.mando filiæ meæ, ff.de leg.2. procurando alteram legitimationem, eo viuente, ex alijs diuersis causis (vt audio) taliter quòd malignè se gessit filius contra patrem ei, & ecclesiæ atrocissimam, acerbissimamque inferendo iniuriam.

In tantum, quòd quis turpitudinem suam allegare nequit contra monasterium, & ecclesiam, vt per Glo. in cap. inter dilectos, extra de donat. Matth. Brun. consi. 87. In causa, nume.5. & 42. volum. 1.

Vnde cum videam chimeram, legitimatum miraculosè sine metre natum, os claudo, & calamus quassatus remanet, scopum vnicū, & solum

37 attingendo, † quòd mater & filius sunt correlatiui, vt explicat Capra consi. 1. nu.3. Riminal. iun. consi.353.num.2.volu.4. Simon de Prætis, consi.

38 580.nu.28. volu.5. taliter, † quòd huiuscemodi legitimatio, non solum nulla: sed impossibilis, noua, scandalosa, & monstrosissima in hac nostra misera tempestate, iudicanda est, potius per Papam, quàm per Rotam, cum de eius potestate, & interpretatione priuilegij DD. Campegiorum & de perpetuo sedis Apostolicæ præiudicio agatur, & præsertim vbi eiusdem Papæ copia haberi potest, vt aperit tex. in c.cum venissent, de iudi.& ibi Doct. & Hierony. Gabriel. consi.582. Quoad primam, nu. 14.& 18. vol.2.

Et eo magis cum Papa, & Imperator in concessione facultatis legitimandi id nunquam cogitarunt, vt aduertit Tiber. Decian. in d. consil. 19. sub nume. 8 t. versic. neque etiam Pontifex &c. volum. 1.

39 Itaque † apertè postremò arguitur fraus, atque simulatio ex præsenti legitimatione, tanquam ex insolitis concessa.l.si quis sub cōditione, ff.de condit.instit.vbi Bal. Tibe. Decia.cum alijs aggregatis per eum, consi.109. Et prima fronte, num.63. volum.2.

40 Quæ † quidem insolita, vt omnia claudam vno verbo, si introducantur, non debent vllo pacto obseruari, vt per Illustrem D. Cępha. consi.583. Illustrissimi, num.31.vol.4.

ARGVMENTVM.

Licèt actor non petierit, potest tamen iudex qui procedit sola facti veritate inspecta códemnare reum ad petita: sed petens plus debito, con demnatur in expensis, & ad pœnam corporalē, vigore Regię Pragmaticæ, & iudex supplet defectum aduocatorum.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ex vi clausulæ, sola facti veritate inspecta, super probatis & non petitis condemnare potest. & quomodo procedat, nu. 4.*
2 *Iudex ex clausula, sola facti veritate inspecta, manu regia procedere potest, modò partibus defensiones non auferat.*
3 *Sententia absque petitione proferri nō potest ex Pragmatica, Dispendia litium, aliqualem in iudicijs inchoandis petitionem requirente.*
5 *Iudex supplet de iure, quæ aduocatis desunt: quinimò ex officio, quando de iure actoris ex probatis & deductis in iudicio constaret, nu. seq.*
7 *Iudex in notorijs ex ijs, quæ extra processum sunt, moueri potest, & super notorio parte non citata se informare potest.*
8 *Plus petens est in expensis condemnandus.*
9 *Plus debito petentis pœna vt sit commissa, dolus requiritur.*
10 *Excommunicationem procurans contra aliquem, malitiosè petendo plus credito, ad damna expensasque condemnatur, excommunicatioque nulla & iniusta dicitur.*

DECISIO CCCXL.

1 IVDEX † vigore Regiæ Pragmaticæ disponentis, quòd procedatur sola facti veritate inspecta, potest reum condemnare ad probata, licet non petita: si quidem iudex ipse potest iudicare vt Deus in terris, attendens solum ius diuinum, & naturale, & soli veritati innitens, ita Bald. in l. penul. versi. quæro. C. de iure delibe. Doct. omnes in l. vinum, ff. si cer. peta. Neuiza. consi. 80. num. 39. & Gramm. decis. 19. Ioan. Pet. Surd. cum magna cohorte scribentium, consil. 12. Præsens, nu. 74.

2 Quinimò † iudex ex vi & efficacia prædictæ clausulæ, sola facti veritate inspecta, potest etiam procedere manu regia, modò partibus defensiones non auferat, vt voluit Bal. in l. prolatam. C. de senten. Gramm. in d. decis. 19. num. 4. Aret. cons. 84. num. 3. prope fin. Rolan. à Valle, cons. 7. num. 31. & seq. vol. 3. & cons. 53. num. 12. & seq. volu. 2. Menoc. de arbit. iudi. lib. 1. quæst. 3 t. Octauia. Cacher. in decis. 1. per totam.

3 Sed aduerte, † quòd in Regno extat altera Pragmatica, Dispendia litium, quæ in iudicijs, & litibus incohandis requirit aliqualem petitionem, ergo sine petitione sententia proferri non posset, ad tradita per Octauia. Cacher. in d. decis. 1. num. 21. versi. id tamen limita.

4 Vnde supra firmata conclusio, † quòd iudex ex efficacia præmemoratæ clausulæ, sola facti veritate inspecta, possit super probatis, & non petitis sententiam ferre, intelligi debet, vbi error, siue diuersitas esset in causa, vt si petita fuerint centum ex causa mutui, & fuerit probatum deberi ex causa depositi: hoc enim casu iudex potest iudicare super causa probata, licèt non petita. at si petatur equus, & probetur de boue: eo nempè casu iudex non potest super boue pronunciare, qui non extitit aliter petitus, ita Bal. in l. edita, nu. 30. vers. sexta principalis quæstio, C. de eden. Feli. in c. 1. num. 2. de probat. Crot. in l. 1. §. si quis ita, nu. 21. circa fin. ff. de verbo. obligat. & Borgnin. Caualc. qui alios allegat in tract. de vsufru. mul. lega. nu. 107. & secundum Hierony. Gabriel. consi. 33. nu. 3. & Simon de Præt. consi. 177. sub num. 16. vers. ad secundum, de rescripto, volu. 1. isthæc clausula non operatur, nisi circa ordinem iudicij: non autem circa substantialia, quæ ex ea sublata non dicuntur, prout ita aliàs declaratum extitit in Regia Audientia Apuliæ, in anno 1583. ad fauorem magnifici Petri Seuerini de ciuitate Luceriæ.

5 Nec non † iudex supplet etiam de iure, quæ desunt aduocatis, c. bonæ memoriæ, extra de postul. & l. 1. & 2. C. vt quæ desi. aduoc. beatus Ioan. de Capistrano in Speculo conscientiæ, in 2. par. prin. restat nunc respondere, num. 166. & seq. posito in 1. tomo tractatuum impressorum in anno 1584.

6 Quinimò † potest etiam iudex ipse ex officio suo supplere pro actore, vbicunque de iure ipsius actoris constaret ex probatis, & deductis in iudicio, vt no. Bald. post Cyn. in d. l. 1. C. quæ desi. aduoc. & Aret. consi. 128. Clarissime Domine, col. 2. in fi. vbi rationem affert: vt pote quia probatio inducit notorium, & super notorio iudex potest supplere, vt per Bar. in l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de dam. infec. & præsertim vigore clausulæ appositæ in libello, petens super præmissis ius, &c. vt ibi per Rip. nu. 99. & seq.

7 Imò † in notorijs moueri potest iudex etiam ex his, quæ sunt extra processum, ita Afflic. decis. 28. Dec. cons. 445. num. 55. Crauet. consi. 198. in finalibus verbis, & Prosper Paseth. consi. 131. nu. 1. lib. 1. & tanto magis cum iudex ipse possit se informare super notorio, etiam parte non citata, vt per Bal. in c. inter vos, extra de consuet. Catonem Saccum in l. si vero, §. qui pro rei qualitate, ff. qui satisd. cog. Zasium cons. 5. nu. 1 10. lib. 1.

8 Similiterque † iudex plus vero debito petentē tenetur etiam condemnare in expensis: & consequenter agens pro decem, & obtinens, reportansque sententiam in quinque, tunc de iure venit in expensis condemnandus, ita Innoc. in c. finem litibus, de dolo & contum. Saly. & Ias. in l. properandum, §. fin autem alterutra, C. de iudi. Ange. Aret. in §. si quis agens, Instit. de actio. & Lanfran. de Oriano in c. quoniam contra, de probat. in c. 10. de interlocutorijs, & appellationibus, sub nu. 35. vers. circa prædicta quæro, an iudex possit pro parte condemnare, & pro parte absoluere, vbi allegat text. expressum in cap. vnico, de plus petit. Alex. consi. 73. In causa, num. 6. volu. 6. Neuiza. consi. 94. Abijciamus, nu. 11. Bertran. cons. 440.

Inspecto

Inspecto processu, num. 11. volu. 4. & consi. 255. Existimo, num. 5. volu. 6. Bero. consi. 188. Vltra,
9 num. 1. & 6. volu. 3. † vbi vtiliter etiam concedit, quòd pœna plus debito petentis, vt sit commissa, attenditur, atque requiritur, quòd dolosè plus petierit. & ita iudicauit Regia Audientia Apuliæ, de mense Iunij 1584. me existente tunc in ea Auditore, & causæ Commissario, condemnando Iacobum de Sexto, de Ciuitate Luceriæ, ad expensas, qui plus repertus fuerat petijsse suo vero credito. Sed postmodum emanata extitit in Regno Prag. aliam corporalem quidem infligentem, parantemque in casu hoc pœnam.

Et quemadmodū plus petens vero debito con
10 demnatur in expensis, † ita pariformiter procurans excommunicationem cōtra aliquem, petendo malitiosè plus vero suo credito: tunc excommunicatio secuta dicitur dubio procul nulla, & iniusta, & debet condemnari ad omnia damna, interesse, & expensas, vt ita determinauit Rota Rom. sub die 20. Octobris, 1557. dum condemnauit D. Ludouicum Aroyo ad damna, & expensas per D. Franciscum de Maralaza factas, & passas ob nullam, & iniustam excommunicationem in eo latam, teste D. Ioan. Bapt. de Rubeis in suis decisionibus, in princ.

ARGVMENTVM.

Cautio de nō offendendo, potest peti per quemlibet: & iudex potest cogere ad fideiubendum, & ne inimicus transeat ante domum inimici, & iudex tenetur visitare carceratos, & quilibet iudex est competens pro captura, quando est suspitio fugæ.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ad fideiubendum de non offendendo cogere potest, timente ipsius officium implorante.*
2 *Iudex non tantum præcipere potest, ne inimicus ante domum inimici transeat, sed etiam prohibere, nequis de propria domo exeat, rixosumq; ad possessionem accedere.*
3 *Iudex maleficiorum carceratos visitare tenetur ad eorumq; necessaria prouidere.*
4 *Carcerati miserabiles personæ dicuntur, cum eorum causa pia sit, nu. 5.*
6 *Ecclesiæ res pro carceratis liberādis alienari possunt.*
7 *Executor ad pias causas, pro liberatione carceratorum etiam pro maleficio soluere potest.*
8 *Iudex veritatem omniuo inquirere debet.*
9 *Iudex certam ferre sententiam tenetur.*
10 *Veritate nihil fortius, iustitiæq; mater.*
11 *Citatio non requiritur, vbi iudex ad capturam ob fugæ suspitionem deueniret, sed pro executione sententiæ, seu præcepti sic.*
12 *Iudex omnis est competens ad omnem capturam in fugæ suspitione.*
13 *Captura antequam concedatur, quæ requirantur.*
14 *Captura non conceditur absque indicijs præcedentib.*
15 *Iudex ad quem honorē iudicis à quo reddere, tueriq; debet: vbi de sententijs ex eisdē actis reuidēdis.*
16 *Iudex ad quem primam sententiam iudicis à quo confirmare debet.*
17 *Iudex appellationis iudicis à quo defectum supplet, nisi processus fuerit ineptus.*

DECISIO CCCXLI.

1 IVDEX quempiam † cogere potest fideiubere de non offendendo, vbicunque timens imploraret officium iudicis. ita Bar. in l. illicitas, §. ne potentiores, ff. de off. præsid. & est text. & ibi Cyn. in l. denunciamus, C. de his qui ad Ecclesias confug. Io. Tabiens. in sum. Tabiena, in vers. iudex, §. 5. & Barth. Fumus in sum. Armilla, in ver. iudex, §. 30. & ita aliàs prouisum, executumq; fuit in Regia Audientia Apuliæ, in anno 1583. contra Magnificos de domo Scassæ, Auriæ, & aliarum nobilium familiarum de ciuitate Luceriæ.

2 Sed † iudex qualiter possit præcipere, ne vnus inimicus transeat antè domum alterius, vide Bar. declarantem, & decidentem in l. quod iussit, nume. 4. ff. de re iudi. & sic iudex ad euitandum scandala, non solùm prouidere potest, ne vnus inimicus transeat antè domum alterius: sed prohibere etiam ne quis exeat de propria domo, l. fin. ff. de interd. & releg. vt quotidie practicatur, & obseruatur, & prohibere quoque rixosum accedere ad possessionem, vt per Parid. de Put. in tracta. de duello, in ver. an si duo subditi, lib. 1. & alia similia exempla tradit, vt iudex prohibere queat, ne scandala eueniant, pleniori quidem cornu, Ioan. Neuizan. in Sylua nuptiali, lib. 1. nu. 80. post Ias. in d. l. quod iussit, nu. 17.

3 In tantum, † quòd iudex maleficiorum postquā deuenit ad capturam, tenetur visitare carceratos. Lancillot. Conrad. in tract. de offi. prætoris, in tit. de carceratione, num. 24. & prouidere ad eorum necessaria. ita Ang. in tract. maleficiorum, in uer. fama publica præcedente, col. 29. stante quòd uisitatio loci dicitur lucidissima probatio iudicis officio, ut per Corn. consi. 197. nu. 17. vol. 2.

4 Cùm † carcerati, reipsa, miserabiles personæ dicantur, teste Baldo in tract. de carcer. in fi. & est text. in l. si quis ad declinandam, C. de episc. & cle.

5 Et ratio ea est: † quoniam carceratorum causa pia est, vt per Bal. in l. si quis pro redempt. C. de donatio.

6 In tantùm, † quod pro eis res Ecclesiæ alienari possunt, & redimi, ne in carcere macerentur, & dilationes amplius abbreuiari. l. quamuis, ff. solu. matri. l. fi. C. de custod. reorum, & c. sacrorum canonum, & ibi Glo. 12. q. 2. Marc. Mant. consi. 266. nu. 5.

7 Imò † executor ad pias causas, potest quoque soluere pro liberatione carceratorum, quamuis etiam in carceribus pro maleficio teneantur, vt per Bal. in l. sed & si, in princ. ff. soluto matr.

8 Tenetur q; † etiam iudex ipse laborare ad veritatem inueniendam: & sic debet omninò inquirere veritatem. l. is apud quem. C. de eden. Iacob. de Arena in tracta. de positionibus, §. 1. nume. 4. Et hinc Lactan. Firm. diuin. Instit. ad gen. lib. 1.

ita ad propositum discurrebat: Magno, & excellenti ingenio viri, cùm sese doctrinæ penitus dedissent, quicquid laboris poterat impendi contẽptis omnibus publicis, & priuatis actionibus, ad inquirendæ veritatis studium contulerunt: existimantes multò esse præclarius humanarum, diuinarumque rerum inuestigare, ac scire rationem: quàm struendis operibus, aut cumulandis honoribus inhærere. quibus rebus, quoniam fragiles, terrenæq; sunt, & ad solius corporis pertinent cultum: nemo melior, nemo iustior effici potest. erant quidem illi veritatis cognitione dignissimi, quam scire tantopere cupierunt, atque ita, vt eam rebus omnibus anteponerent. nã abiecisse quasdam res familiares suas, & renunciasse vniuersis voluptatibus constat, ut solam, nudamq; virtutem nudi, expeditiq; sequerentur, tantum apud eos virtutis nomen, atque authoritas valuit, vt in ea esse summi boni præmium prædicarent. Vnde Aristo. lib. 3. Metaphi. meritò aiebat, quòd dubitationum solutio est, veritatis inquisitio. Et veritatem inquirentes sine dubitatione, similes sunt nescientibus quò ire debent. imò Cicero Tuscu. quæst. lib. 3. ita se expedit, atque extricat à præsenti speculatione: Quid enim laboro nisi, vt veritas in omni quæstione explicetur.

Et eatenus laborandum est per iudicem pro
9 scrutanda veritate, † vt certus remanere quidem debeat, alioquin quomodò poterit certam ferre sententiam? quod facere tenetur, §. curare, Instit. de action. Iacob. de Arena in tract. de positionib. §. 6. nume. 3.

10 Et tantò magis, † cùm veritate nihil fortius. Eaq; etiam est mater iustitiæ. Et ipsi veritati semper locus esse debet. Et denique veritas omnia vincit, vt fertiliter discurrit Cæph. consi. 454. Causa, nu. 58. 59. 60. & 62.

11 Cæterùm † iudex, vbicunque deueniret ad capturam alicuius, propter fugæ suspitionem, non requireretur tunc citatio: secus verò si deueniretur ad capturam pro executione sententiæ, seu præcepti, ita in l. si quis curialis, C. de episc. & cle. post Iacob. Butr. in auth. qui semel. C. quomodo, & quan. iud. quos refert Paul. Castren. consi. 37. In causa capturæ Iacobi Pacis.

12 Et hinc est, † quòd ad omnem capturam committendam, omnis iudex est competens, & hoc in suspitione fugæ, secundùm Bal. in l. apertissimi, C. de iudic. & in l. placet, C. de iurisd. omn. iud. licèt Neuizan. consi. 52. Omnipotens Deus, nume. 14. firmauerit, capturam concessam per iudicem incompetentem nihil valere.

13 Et † captura ipsa antequàm concedatur, multa requiruntur, & tria enumerat Caccialup. in tract. de debitor. fugit. quæst. 6. col. 1. vbi scribit istam esse communem omnium opinionem. Quatuor verò enumerat Bal. consi. 238. In causa carcerati, vol. 4. & sex vltimo loco discurrit cum suo necessario utili apparatu, Cuit. in tract. de sequestro, in 6. quæst. principali, & Neuizan. in d. consi. 52. nume. 12.

14 Attamen † nisi saltem præcedant inditia, captura nunquam conceditur, secundum veriorẽ, & magis cõmunem opinionem; vt ostendit Prosper Farinacius in suis quæstionibus, & communibus opinionibus criminalibus, in quæst. 27. nume. 25. & seq. lib. 1.

Verùm enimuerò in omnem euentum contingere potest aliqua exclamatio partium: tunc
15 enim † iudex ad quem, tenetur reddere honorem iudici à quo, suumq; honorem etiam tueri, vbi tractatur de sententijs reuidẽdis ex eisdem actis. ita Philipp. Franch. in c. vt debitus, de appell. in 6. & Lancellot. Conrad. de off. prætor. rubr. de appellat. nu. 5.

16 Et † in dubio iudex ipse ad quem, tenetur primam sententiam iudicis à quo confirmare: quia pro ea præsumitur, secundùm Ias. in l. de die, sub nu. 2. ff. qui satisd. cogan. & Perusi. in c. de priore, sub nu. 2. de appel.

17 Et licèt iudex appellationis suppleat defectum iudicis à quo: tamen hoc locum obtineret, nisi processus foret ineptus; secundùm Bal. in l. 2. C. de rescind. uendit.

ARGVMENTVM.

Quando instrumentum celebratum inter diuersas personas præiudicet tertio, & quando plenè, & quando semiplenè probet.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum inter alios confectum, alijs præiudicare nequit, nec quo ad extraneos fidem facit, licèt contra tertium semiplenè probet.*

2 *Instrumentum ad nominati extranei fauorem, non principaliter, sed incidenter semiplenè probat. & quando plenè inter personas, inter quas non extitisset principaliter celebratum.*

3 *Confessio & si inter alios facta de recepto inter fideiussorem, & creditorem plenè probat pro debitore ad creditorem agentem repellendum.*

DECISIO CCCXLII.

1 INSTRVMENTVM † inter alios celebratum, confectumque alijs præiudicare nequit, nec probat, vel fidem facit contra alterum vllo modo. ita Cyn. in l. antiquæ, quæst. 3. C. ad Vell. & Spec. de instrum. edit. §. nunquam, & de loca. §. nunc verò, vers. 57. & Cardin. consi. 154. col. 11. vbi & ipse concedit etiam instrumentum fidem non facere quoad extraneos, sed re ipsa in omnem euentum instrumentum contra tertium semiplenè probat, vt aperit Cæphal. consi. 458. Reuerendissimus, nu. 47. vol. 4.

2 Est bene verum, † quòd si nominetur aliquis extraneus in instrumento non principaliter, sed incidenter quidem, tunc illud ad sui fauorem semiplenè probaret, vt firmat Bar. in l. admonendi, num. 32. vers. item quæro, quid si instrumentum publicum, ff. de iureiur. vbi ponit exemplum de instrumento diuisionis inter fratres, quorũ vnus restituat alteri mille, quæ ille acceperat mutuo à Gregorio, conceditque vt instrumentũ hoc tunc

probet

probet etiam inter alios, quàm inter illos, inter quos extiterat celebratum,& sic pro Gregorio ipso faciat semiplenam probationē, & sequitur ibi Alexan. num.42.& in consi.37. Viso dicto instrumento,num.4.volu.3. Afflict. in constit. Baiulos omnes,sub num.83. Anton.de Butr. in c.fi.extra de iureiuran. Abb.& Imola in c.fi cautio, de fide instrum.& licèt Felyn.ibi,num.30.vers.fallit quin tò quoad semiplenam probationem, post Bal. in l.in bonæ fidei, C.de reb. cred. asseueret contrarium: tamen quicquid isti suadeant, sacra Regia Audientia Barensis, non semel tantum, in anno 1589. iudicauit pro opinione Bar. tanquam communi atq; sacrosancta, in causis in ea tūc decisis.

Sed instrumentū hoc aliquando probaret quidem plenè, etiam inter personas, inter quas non extitisset principaliter celebratum, vt si celebretur instrumentum inter te, & Gregorium de mutuo, quod ego sibi deposueram,probaret vtique tunc depositum pro me, secundum Bald. in l.2. C. de eden. & Cyn. & Bald. in l. desiderium, C. deposi.

3 Nec non † confessio de recepto facta, emanataque inter fideiussorem, & creditorem, probat etiam pro debitore, eique prodest etiam quoad plenam probationem,vt possit repellere creditorem agentem, licèt huiusmodi confessio reperiatur inter alios facta. ita Alex. consil.90. Viso instrumento celebrati contractus, nume.3. & sequen. lib.3.

ARGVMENTVM.

In vnoquoque actu debemus inspicere finem.

Et inducta in vnum finem, non debent contrarium effectum operari.

SVMMARIVM.

1 *Finis noster, Deus.*

2 *Finis eorum necessitatem imponit, quæ sunt ad finem, qui medijs virtutibus attingitur.*

3 *Virtutes connexæ, vt vna habita, oēs habeantur, & per consequens vna carere, cūctis carere oporteat.*

4 *Finis in quolibet actu humano inspiciendus, & attendendus.*

5 *Tractatus in contractibus obligationem non inducit, antequam à partibus pro perfecto habeatur.*

6 *Agens omne propter finem agit, qui agētem mouet.*

7 *Agendi, vel excipiendi modus ad quem finem tendat, semper in practica attendendus.*

8 *Tractantur, discutiunturque multa inter partes, non tamen perficiuntur, & quali cautela vtendum, vt à partibus non discrepetur, nu.11.*

9 *Contractum habuisse pro absoluto partes non censentur, licèt inter eas super celebratione instrumenti ex interuallo facienda discursum sit.*

10 *Sententia dici non potest ex minuta formata pro illa proferenda, sed potius ad eam prauia dispositio.*

12 *Facta non præsumuntur, nisi probentur.*

13 *Testis de tractatu deponens, actus consummationem non probat.*

14 *Exitus acta probat.*

15 *Inducta ad vnum finem, contrarium effectum inducere non debent, nisi contrarius effectus in consequentiam veniret, nu.seq.*

DECISIO CCCXLIII.

1 FINIS † noster, est Deus. ita Theologi vniuersaliter omnes varijs in locis sacræ Theologiæ, & præsertim Thom. 12. quæstio.1.Ric. in 4.distinct.49. & ibi Scot. in eadem distinct.

2 Et cum † finis imponat necessitatem eorū omnium, quæ sunt ad finem, vt per Philosophum.1. & 2.Phys. hunc finem attingere non possumus, nisi virtutib. mediātibus, & sic per virtutes ipsas, quæ dicūtur debita media, de quibus Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi,serua, &c. & Hierony. ad Eusto. æterna vita non nisi obseruatione præceptorum acquiritur. Et hinc ad propositum religiosè quidem discurrit Francisc. Petrarcha, de remedijs aduersæ, & prosperę fortunæ, vbi ita quiescens, delicato eius sermoni finem imponendo, spero vitam æternam. Respondeo. Nulla maior, nulla pulchrior, nec sanctior spes: modo nō præceps cęcavè sit. sunt enim qui semper malè agendo, bonum sperent, quo nihil stultius.

3 Est † quædam virtutum consanguinitas, atque connexio, vt à philosophis disputatum est: in tātum vt necesse sit qui vnam habet, omnes habere virtutes. cui illud est consequens, vna carere, cunctis carere virtutibus. quod si de moralibus verū est, quid de Theologicis opinemur? Itaque si spem viuam habeas, charitatem simul habeas oportet & fidem: si qua harum desit, non iā spes illa viua: sed & præsumptio inconsulta.

4 Est nihilominus bene verum, † quòd in omnę euentum, finis in omni actu humano, inspici potissimum debet. ita Philosophus in 3. Physic. & in 3. Metaph. & tex. in l. si filia nupta, in 1. respon. ff. famil. ercifcun. & in l. si mater, in fi. C. ne de sta. defun. & hinc concludebat Ausonius de septem sapientum sententijs,

Expectare solum finem docet ortus Athenis.

Et sic finis actus, est attendendus. l. cum Sylleianum, C. ad Sylleia. & l. 1. C. de no. Co. fac. & per Glo. in cap. scientes, de cens. Neuizan. consi. 50. Viduæ, num. 21.

5 Vnde † in contractibus, tractatus non inducit aliter obligationem antequam à partibus tractatus ipse pro perfecto absolutoque habeatur, c. 1. de reb. eccles. non alien. & l. si voluntate, C. de rescind. vendit. & Alex. consi. 18. Viso processu causæ, & consi. 28. Visis, & accuratè pōderatis, vol. 1. prout ita non semel tantum decisum extitit in sacra Regia Audientia Baren. in anno 1589. & sequentibus, in causis tunc ibi decisis.

6 Et ratio cōmoda assignari posset isthæc: † nam omne agens agit propter finē, & finis est qui mouet agentem l. si pater, & l. cum apud. C. de hęre. instit. & l. eam quam, vbi Bal. C. de fideic.

7 Et hinc est, † quòd semper attendendus est in practica modus agendi, vel excipiendi, ad quem finem tendat, ita Gl. magna, in fi. in c. hoc quippe,

pe, 3. q. 6. quam vocat appellatque valde singularem Bal. in l. Papinianus, col. pen. C. de sent. & in c. pastoralis, extra de except.

8 Quare aduerte, † quòd multa tractantur, & discurruntur inter partes: sed tamen illa non perficiuntur, c. 1. de reb. eccles. non alien. & cap. tua nuper, de his quæ fiunt à prælat. vbi habetur, tractatum separatum vtique fore ab ipso contractu, & est tex. etiam in l. sciendum, §. dictum, ff. de ædilit. edic. Bald. in l. multum, nu. 26. C. si quis alteri, vel sibi. vbi concedit multa tractari, quæ non ducuntur aliter ad conclusionem, finemq; suum, & hoc idem firmat Bal. in l. cum allegas, nu. 8. C. de vsur. & Alex. consi. 13. nu. 17. Ex his quæ, vol. 1. Dec. consi. 463. nu. 1.

Ex his itaque non immeritò consuluit Pau. Castren. consi. 241. In quæstione, quæ vertitur in ci-
9 uitate Castelli, vol. 1. † quòd minimè partes censentur contractum habuisse pro absoluto, atque perfecto, etiam quòd discursum fuerit inter eas super celebratione instrumenti ex interuallo facienda.

Quodque comprobari facilè posset etiam ex scriptis per Oldr. consi. 119. Titius, num. 2. qui lo-
10 quitur in testamẽto, & sententia, † vt ea dici non posit sententia, ex minuta formata pro illa proferenda, verum potius quædam præuia dispositio ad sententiam.

11 Et de hoc mirandum quippe non foret: † nam semper (vt experientia docet) tractatur inter partes, quid agendum concludendumque sit in suis differentijs, & negotijs: & finaliter super rebus aliàs stabilitis, tractatis, & conclusis, postea celebratur contractus: imò aliquibus vicibus post cõclusum tractatum, & dum notarius cœperit stipulari gesta inter ipsas partes ante finem ipsius contractus, vidi vt Aduocatus aliquos ex ipsis cõtrahentibus discrepasse in rebus minimis recusasseque iurare, & sic non habuisse locum aliter contractũ ita cœptum. Vnde ad euitandum quascumque contradictiones tempore publicandi cõtractum, consueui facere minutam (vt vocant vulgariter Causidici) super contractu conficiendo ante stipulationem, & publicationem ipsius, accedente consensu ambarum partium, & secundum ipsam minutam, eiusque formam celebratus semper extitit contractus absq; cõtradictione aliqua.

12 Et inde est, † quod facta non præsumũtur, nisi probentur, l. in bello, §. factæ, ff. de capt. & post. reuersi. Matth. Brun. consi. 106. Viso compromisso, sub nu. 4. vol. 2. Rimin. iun. consi. 339. In causa eximij, nu. 31. vol. 3.

13 Vnde aduerte in practica, † quòd testis vbicunque deponeret de tractatu, non probaret vtique vllo modo consummationem actus. ita Bal. in c. fi. de iuram. calum. Dec. consi. 488. In causa, & lite, num. 9. & seq. Paul. Castr. in d. consi. 241. Glo. in l. eleganter, in ver. puto, ff. de cond. indeb. Ant. Ciofius, consi. 60. Quamuis, nu. 1. vol. 1.

14 Et hoc cõmoda ratione suaderi potest: † nam vt habetur in Epistola Ouidij,

Exitus acta probat, careat successibus opto,
Quisquis ab euentu facta notanda putat.

Et habetur etiam in c. litteras, extra de despon. impub. in c. præterea, de testib. cog. vel non, in l. si quis, ff. de ritu nup. in l. non intelligitur, §. si quis palam, ff. de iu. fis. in l. Mela, ff. de alim. & cib. leg. & in §. quia nõ hactenus, in Auth. de nup. coll. 4.

15 Et sic † denique inducta ad vnum finem, non debent contrarium effectum inducere. l. qui hominem, §. fin. ff. de solut. vbi solutio debet operari obligationem, l. si certis, C. de pact. & sic illa quæ ad vnum finem ordinantur, non debent contraria operari, l. quod fauore, & iuncta ratione illius §. fortissimi, C. de legib. & l. legata inutiliter, ff. de adim. lega.

16 Sed † hoc claudicat, non sortiri aliter locum, vbicumque contrarius effectus veniret secundariò, & in consequentiam. l. denique, §. interdum, & ibi Bar. ff. de pecul. leg. Dec. in c. cum venerabilis, extra de except. super Glo. in ver. confessus, & Bal. in d. l. quod fauore, per tex. ibi.

ARGVMENTVM.

Nemo potest conducere aquam in suo ex flumine sine licentia Regis, vel Baronis, cuius sint flumina.

SVMMARIVM.

1 *Flumina de iure Codicis, Regis sunt, vel Baronis, cui in priuilegio aquæ conceduntur: ciuium autem vsus aquam hauriendi reseruatur, vt sine eorum permissu aquam ex flumine publico capere non liceat, & illam deducens ad fundum suum, fundo priuatur. Fallit tamen, si aqua sit in vsu publico: vt si Princeps, vel Baro ad molendinorum vsum ea vti cœperit, nu. 2.*

3 *Aquam ducendi concessionem à Principe habens, iustum titulum habere videtur.*

DECISIO CCCXLIIII.

1 FLVMINA † secũdum iura nouissima Codicis, sunt Regis, vel illius qui causam habet à Rege, qualis est Baro, cui in priuilegio conceduntur aquæ, & flumina: & Barones sunt, qui ædificia possident, & construunt in flumine. Ciuibus autem solus vsus aquas hauriendi est reseruatus. ita And. de Iser. in tract. de feu. in ver. flumina. titu. quæ sint regal. & est text. in l. vsum aquæ. C. de aquęduc. lib. 10. ibi, vsum aquæ veterem singulis ciuibus manere censemus, manfura pœna in eos, qui ad irrigationes pratorum, vel hortorum delitias, furtiuis aquarum meatibus abutuntur. & facit etiam tex. in l. si quis, seu l. 2. eo. ti. Cod. quæ condita est ab Imperatoribus Valentino, & Valente, & l. fin. eod. titu. quæ nedum reuocata, sed amplificata: etiam reponitur sub his verbis (quatenus nemo, vel in hac sacratissima Vrbe, vel in prouincijs aquam de publico aquæductu, seu fonte aquam trahere permittatur.) & secundum hoc ius Imperatorum viuitur in Regno Neapo. vt demonstrauit Capicius in sua inuestitura, in ver. fluminibus, sub his

his verbis: Et ob hoc fortè in Regno nostro, vel alibi non est licitū sine permissu Domini Regis, vel Baronis capere aquam ex flumine publico: nam debet adesse aliqua generalis prohibitio, quæ quidem sine aliqua causa fieri potuit per Regem authoritate l. quominus, ff. de flumin. nec alicui ob hoc iniuria facta est. Et licèt recordatus nō extiterit Capic. in loco antesignato de prohibitione generali: nihilominus tamen qualis illa sit, expressit in ead. inuestitura, in ver. fontibus, asserens, quòd deriuans scienter aquam de aqua publica, & conducens ad fundum suum, priuetur fundo suo. & ad hoc allegat eandem l. 2. C. de aquæd. lib. 10. & hoc idem voluit Lucas de Penna in d. l. fi. eo. titu. qui post quæstionem fertiliter disputatam, an liceat aquam ducere ex flumine, vel alijs locis publicis, subnectit hæc verba: Econtra quòd etiam sine aliquo incommodo, atque expressa Principis permissione hoc fieri nequeat, & ad id citat plura iura, & in hoc residet, & sequitur etiam Afflic. in ver. flumina. quæ sint regal. sub his verbis: Item quæro, vtrū sit necessaria expressa Principis permissio, vt aqua duci possit ex flumine publico, vel aliqua alia aqua in prædium proprium? videtur quod non: nisi vbicunque cū incommodo alterius duceretur. In contrarium tamen est veritas, scilicet, quod etiam sine aliorum incommodo, sine expressa permissione Principis hoc fieri non possit, & est tex. in terminis in l. fin. C. de aquæduc. quem ibi ponderat Luc. de Penna, & licèt Doct. Regnicolæ hoc constanter asseruerint ad fauorem Baronum: tamen hoc idem concedit etiam Cassan. in cōsuet. Burgun. in rub. des forestes, §. 2. num. 6. ibi, sed quæro quid de flumine publico, subnectit hæc verba pro conclusione: Ex quo dico, ꝙ in quocunque loco sit aqua, de flumine non debet detrahi ad irriganda prata. Cum itaque liqueat ius Codicis nouissimum, & nostri Regnicolę testentur, quòd secundum tale ius in Regno viuimus, frustra adducuntur ea, quæ Veronensis tradidit, secundum ius Digestorum in cap. de seruit. aquæduc. nu. 39. & 41.

2 Cæterùm † isthæc conclusio limitatur per Doctо. non procedere secundum iura Digestorum, vt nemini liceat aquam ducere ex flumine, vbicūque aqua erat in vsu publico, prout tradidit Bart. in d. l. quominus. ff. de fluminib. in 2. lect. & Veronen. in d. c. de seruit. aquæduc. num. 39. exemplificans, puta si respubl. Princeps, vel Baro cœperunt vti aqua prædicta ad vsum molendinorum: quoniam tunc non licet illam ducere sine expressa Principis permissione, Reipublicæ, vel Baronis, & ita loquitur l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quot. & æsti. cum Glo. ibi. Et cum omnes Barones in Regno cœperint vti aqua fluminum in eorum Baronia existentium ad vsum molendinorum, meritò igitur Luc. de Pen. in loco præcitato pro confirmatione suæ conclusionis allegauit d. §. permittitur, volens inferre, quòd in præsentiarum etiam secundum ius Digestorum non licet aquam ducere ex flumine publico, postquam Barones cœperunt vti aqua ad molendina.

3 Et hinc est, † quòd habens cōcessionem à Principe aquam ducendi, dicitur habere iustum titulum, vt per Alex. consi. 203. col. 2. volu. 6. Francis. Vegium, consi. 1. num. 94. volu. 1. & ita decisum, declaratumque extitit in Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ, Comitatusque Molisij, in anno 1584. ad fauorem quorundam de Boiano, in causa tunc discussa atque decisa.

ARGVMENTVM.

Professio facit monachum, & non habitus, & quomodo sit facienda professio, & quibus vestibus vti debeant religiosi, & laici.

SVMMARIVM.

1 *Habitus non facit monachum, sed professio regularis. & quomodo procedat, nu. 11.*
2 *Habitus quid, & quid à dispositione differt, nu. 3. variæ significationis, remissiuè, nu. 4.*
5 *Habitum clericalem in duobus consistere.*
6 *Moniales ante professionem habitum distinctum ab illo professarum deferre possunt.*
7 *Religiosi diuersi habitus in eodem monasterio stare nequeunt, & religiosus vnius religionis in alterius prelatum non erigitur.*
8 *Laicus incedens habitu clericali, vel monachali, animi solatio, aliquibus temporibus, & locis, ob scandalum, peccat.*
9 *Mulier ob luxum vanitatemq; seu luxuriam habitum virilem assumens, mortaliter peccat, anathemaq; incurrit.*
10 *Meretrix virili habitu induta, nocturno tempore inuenta Luceriæ fustigata, exulq; facta.*
12 *Professionem quis facere potest in domo propria in manibus Abbatis, vel Episcopi, qui ei certum locum statuere, bonaq; sua in administratione concedere possunt.*
13 *Professio sub conditione fieri potest.*
14 *Monachus in certo loco vt perpetuò relinquat, nullus citra Papam se obligare potest, nisi in pactum adijciatur.*
15 *Regum, militum, sacerdotum, rusticorum, aduocatorum, & monachorum habitus proprij. & quilibet secundum suam dignitatem vestiri debet.*
16 *Doctores insignibus suis, puta cingulo deaurato vtentes, non sunt vituperandi, in præsentiaque etiam Principis eis vti possunt.*
17 *Aduocati ad regia tribunalia Ciuit. Neap. officialiūque domos, nō nisi solita toga induti, ingrediūtur.*
18 *Mulieres nostri temporis etiam matronæ, in vestib. & incessu excedūt, & quomodo incedere debeant: & ex earum pompis iniqua exempla multa, pluraq; scandala oriuntur, nn. 20.*
19 *Mulier ad Dei imaginem non facta, sed homo: licèt Nauarrus imaginem Dei ita esse in muliere, ac in viro asserat.*

DECISIO CCCXLV.

1 HABITVS † non facit monachū, sed professio regularis. c. porrectum, & ibi Glo. in ver. monachum, & c. ex parte, de regular. tran. ad relig. Anto. Ciofius consi. 46. Magnifice,

gnifice, num.8.volum.1. Tiber.Decian. consil.8.
num. 229. volum.1. Guliel. Redoan. in tracta.de
spolijs ecclesiast. quæstio. 16. His volo annecte-
re, num.6.
2 Nam † habitus, est quædam animi qualitas ac-
quisita ex frequentatis actibus, vel ex vno mul-
tùm vehementi, quo anima faciliter disponitur
3 ad aliquid faciẽdum. † differt autem à dispositio-
ne, quia habitus non est de facili mobilis à suo su-
biecto: dispositio verò de facili mobilis. ita Arist.
lib. Prædic. & sic habitus est secundùm quem ad
aliquid nos habemus benè, vel malè, vt per S.
Thom. prima par. quæstio.83. art.11. & denique
habitus religionis est obseruantia regularis, per-
tinens ad tria principalia vota, vt signum obliga-
tionis, secundum S.Thom.2.2. quæst. 186. art.7.
4 Et † habitus apud auctores variæ significationis,
vt ostendit Mascard. inferendo ad varias, & ne-
cessarias quęst.in tract. de probat.conclu.848.nu
me.1. & seqq. vol.2.
5 Sed aduerte, † quòd habitus clericalis consistit
in duobus, scilicet in tonsura, & vestibus, c.si iu-
dex, §.idem esse, de senten.excommunic. lib.6.&
hinc aiebat religiosè quidem Isydorus in sinioni-
mis, Professionem tuã habitu, & incessu demon-
stra, vt sit in ingressu tuo simplicitas, in motu pu-
ritas, in gestu grauitas, & in incessu honestas. ita-
que habitus clerici non in uestibus, nec in calcea
mentis decorem debet prætendere. c.clericus, &
cap. sequen. & c. parsimoniam, 41. distinctio.
6 Est bene verum, † quòd moniales ante profes-
sionẽ possent dubio procul deferre habitum di-
stinctum ab habitu aliarum monialium professa-
rum, vt per Io.Vincen. de Anna in allegat.51. in
hac causa dubitatur, nu. 12. & seq. & ita obserua-
tur vbique.
7 Notaque etiam, † quòd religiosi diuersi habi-
tus non debent stare in eodem monasterio, vel
conuentu: & propterea religiosus vnius religio-
nis non potest eligi in prælatum alterius religio-
nis, vel habitus.clem.1.de elect.
Vnde reducendo quàmsimplicissimè omnia
8 præmemorata ad practicam, non vereor † ince-
dentem laicum, animi solatio, aliquibus tempori-
bus, & locis habitu clericali, vel monachali pecca
re, & hoc ratione scandali, malique exempli. ita
Glo.Abb.& alij in c.cum decorem, de vita, & ho
nest.cleric. & Tabien. cum alijs aggregaris per eũ
9 in summa, in ver.habitus, nu.3.† nam etiam mu-
lier propter luxum, vanitatem, seu luxuriam assu-
mens habitum hominis virilem, peccatum morta
le, & anathema incurrit.c. si qua mulier, il secon-
do, 30.dist. & Armilla in summa in ver. habitus.
10 imò † quandã meretricem repertã nocturno qui
dem tẽpore in ciuitate Luceriæ, in anno 1585. &
hominis habitu indutam, Regia Audientia Apu
liæ, meritò tunc ob hoc graue, detestabileque sce
lus, & escam tristis, ac penitus amari admodum
euentus sodomorum, atque pediconum; iussit,
decreuitque illam fustigandam, & insimul exu-
landam.
Et denique prædicta regula in principio posi-
11 ta, † quòd habitus non facit monachum, & quòd
ille nõ est de substantia regulæ, interpretanda est,
vt procedat, & obtineat quidem locum suum, vbi
cunque masculus, vel fęmina profitentes religio-
nem, in manibus alicuius religiosi efficiuntur re-
ligiosi, licèt non ingrediantur alter religionem,
& monasterium, verùm in domo sua remaneant,
etiam quòd non recipiant habitum, dummodo
sint expresè professi, vt per Innoc. Abb. & alios
omnes vnanimi cõsensu, in c.insinuante, qui cler.
vel vouen. Tabien.in summa Tabien.in ver.pro-
fessio, num.2.
12 Et sic † professionem potest facere quis in ma
nibus Abbatis, vel Episcopi, in domo propria, &
Abbas, vel Episcopus tunc potest illi statuere cer
tum locum, vbi moretur, concedereque bona sua
in administratione, teste Innoc. in c.fin. qui cler.
vel vouen.
13 Et ratio ea est, † quoniam professio fieri potest
sub conditione, secundum Spec. de statu mona-
chorum, nume.38. ver. trigesimosecundò quæ-
ritur, & ibi Bald. in additio. ver. professio, Paul.
Castrens. consilio 69. Visa quadam commissio-
ne, volum.1. & Tabien. in dicto ver. professio,
sub num.3.
14 Sed † nullus profectò citra Papam põt se obli-
gare, vt relinquat perpetuo monachum in certo
loco, nisi hoc adijciatur in pactum, vt firmat In-
noc. Abb. & alij vnanimi voto omnes, in d.c.fin.
qui cler. vouen.
15 Est tamen bene verum, † quòd chlamys est mi
litum, purpura regum, stola sacerdotum, habitus
rusticorum, toga aduocatorum, & cuculla mona-
corum.l.vnica, & ibi Gl. & Luc.de Penna, C.nul.
lice.in fre.anre. lib.11. Quilibet enim secundum
suam dignitatem decenter vestiri debet.cap.cum
de diuersis mundi partibus, & ibi Glo. de priuil.
in 6.nã si Doctor quidem sit, maximè in actibus
doctoralibus, & miles in actibus militaribus to-
ga doctorali, & chlamyde militari respectiuè ta-
men vti debeant, Glo.in c.ecclesiastica, 23.distin.
Io.And.in c.vt quique præsbyter, de vita, & ho-
nest.cler. & Rom. in sing.383. quamuis aliquan-
do inusitare se dixerit. Glo.nihilominus loquitur
in diacono, vel subdiacono. alibi protulit Glo.in
c.ad apostolicæ, in ver.dignitatum, de priuile. in
6.reputata singularis per Barbat. in 1.q. Basilica,
col.16. ad hoc: quamuis ratione defendatur, vt
16 Doctores togati, variati, & ornati incedãt: † quia
non sunt vllo modo vituperandi Doctores ipsi
vtentes insignijs suis, puta cingulo deaurato secũ
dum Glo.in d.c.ad apostolicæ, de priuileg.lib.6.
Et licèt Doctor non habeat necesse semper vti in
signijs: potest nihilominus si vult etiam in præ-
sentia Principis, vt per Barto.in l.1.C.de bon.va-
17 can. lib. 15. Et hinc † ad euitandum pestiferum
hodiernum quippe abusum, emanata meritò ex-
titit Pragmatica in Regno, in anno 1573. quæ est
prima, in tit.de habitu Doctorum, disponens, vt
Aduocati ingredi nullo vnquam modo valeant
ad Regia tribunalia ciuitatis Neapolis, & domos
officialium, nisi solita toga togati sub pęnis in ea-
dem Regia Pragmatica expressis. Et licèt habitus
18 cuiuslibet generis expressus quidem sit: † tamen
in

in habitu mulierum quem, qualemque modum, & finem tradendum penitus re ipsa ignoro, esto quòd nostræ miseræ, infelicisque tempestatis mulieres, etiam matronæ, miserabiliter excedunt, tractò (vt creditur) à meretricibus exemplo, quæ vestibus ascisis, non velatæ impudicè incedunt, pectore, mamillis, colloq; patentibus, quæ cuncta iuuenes plurimum ad libidinē colliciunt, maximè illa intuentes, iuxta Glo. illam vulgatam in l. quod ait lex, ff. ad leg. Iul. de adult. facit etiā tex. & ibi Glo. in c. si qua mulier, suo proposito vtilē dijudicans, 30. distin. vbi mulier quæ suam à fronte scidit vestē (vt sic magis habilis, & magis prompta, sic veste scissa ad meretricandum existat) anathematizatur: quodq; his diebus nostrates factitant mulieres: sed quare loquuntur ipsæ, seu potius partes viri, fratresque earundem. hoc tamen vnū rectissime scio, quòd nos, nisi in graue damnum, & periculum animarum iuuenū introeuntium, iuxta illud, Si quis viderit mulierem ad concupiscendum (quod facilè accidere in sic ornatā potest) iam mœchatus est in corde suo. debent enim mulieres incedere, de iure velatæ etiam facie cooperta. cap. hæc imago, 33. quæstio. 5. cum factæ non sint ad Dei imaginem, dicit text. ibi, cuius verba formalia hæc sunt, Vir quidē non debet velare caput suum: quia imago & gloria Dei est: sed mulier ideo velet, quia non est gloria
19 aut imago Dei. † & quod mulier ipsa non sit facta ad Dei imaginem, firmat etiam Glo. in c. dilecta filia, in ver. iurisdictioni, de maior. & obed. & hinc Augustinus in quęst. noui & vete. testam. & habetur in eod. c. hæc imago, ita scribit: Hæc imago Dei est in homine, vt vnus factus sit dominus ex quo cæteri oriantur, habens imperium Dei, quasi Vicarius eius, quia vnius Dei habet vit imaginem: ideoque mulier ad imaginem Dei non est facta. Sic etenim dicit, & fecit Deus hominem ad imaginem Dei fecit illum. hinc ēt Apostolus, Vir quidem, ait, non debet velare caput, quia imago & gloria Dei: mulier ideo velet, quia non est imago aut gloria Dei. Nec non, teste Ambrosio, super primā epistolam ad Corinth. & habetur in c. mulier, 33. q. 5. mulier debet velare caput, quia non imago Dei, sed vt viro ostendatur subiecta: & quia præuaricatio per illam incboata est: hoc signum debet habere in ecclesia propter reuerentiam episcopalem, non habeat caput liberum, sed velamine tectum, nō habeat potestatem loquendi, nam episcopus habet personam Christi, quasi ergo ante iudicem Christum, ita ante episcopū sit, quia Vicarius Domini est, propter peccatum originale subiecta debet videri. In tātum quod secundum Isydorum, & habetur in c. fęminæ, 30. q. 5. fęminæ dum maritantur, ideo velantur, vt se nouerint semper maritis suis subditas esse, & humiles. Contrarium verò, videlicet, quòd imago Dei, & mulieris, ita sit in muliere, ac in viro, firmat non immeritò quidem Nauar. in Manuali Confessariorum, in tertio præludio, nu. 17. vers. vndecimo infertur, imaginem Dei ita esse in
20 muliere, ac in viro. † Sed hodie mulieres ipsę sprętis omnibus honestatis habenis ferè innumerabiles, varijs lasciuis, deformibusq; vtendo vestibus, peccare videntur. incedūt hercle hoc tempore mulieres etiam pauperrimæ, viris illas concomitantibus adeo fastuosæ, adeo pomposæ, ita vt Reges, & Reginas agere videantur nullo prorsus inter nobiles, & plebeios subsistente discrimine. Vnde ex hoc iniqua exempla multa, scandala plura, & paupertates plurimæ sequūtur, taliter quòd denique ad parentum dedecus sese prostituunt, & turpiter se subagitari faciūnt. Vnde non immeritò in Regno, in anno 1579. extitit per Illustrissimum D. Don Ioannem de Zunica, tunc Viceregem, emanata Pragmatica, quæ est secunda in ordine, in qua religiosissimè quidem tam hominibus, quàm mulieribus reperitur tradita norma, sub grauibus pœnis vestium deferendarum.

ARGVMENTVM.

Legata facta sub conditione, non transeunt in legatarium, nisi adueniente conditione, & interim sunt in dominio hæredis.

SVMMARIVM.

1 *Relictum sub conditione hæredis est ea pendente, nec ad legatarium transit.*

2 *Conditio vna quòd extiterit, non sufficit, sed omnes adimpleri debent.*

DECISIO CCCXLVI.

1 HÆREDIS † est res sub conditione relicta, & non transit ad eum, cui relicta reperitur, non existente conditione. l. si fur, ff. de vsufruc. ibi, exemplo rei sub conditione legatæ, quæ interim hæredis est, & c. & est etiam propè similis tex. in l. & post litem, ff. famil. ercisc. vbi dicitur, rem sub conditione legatam hæreditatis fore, & ideo venit in familiæ erciscundæ iudicium. Et est tex. in l. 1. §. serui, ff. ad Sillan. vbi disponitur, quòd serui appellatione etiam ij continentur, qui sub conditione legati sunt: nam medio tempore hæredes sunt, sed deficiente conditione, deficit petitio. facit text. in l. si ea conditione, C. de conditio. inser. cum l. sequen. incip. legatum. & est bonus text. in l. Iulianus, §. sin autem is, qui, C. ad Trebellia. vbi dicitur expressè, quòd deficiente conditione, deficit fideicommissi petitio.

2 Imò † non sufficit, quòd vna tantum conditio extitent: sed debent necessariò omnes conditiones adimpleri. text. est in l. generaliter, in princip. C. de institutio. & substitut. sub condit. fact. & l. Lucius, la seconda, ff. de hæred. instit. & ita firmat in proprijs terminis Alex. consi. 88. volu. 7. in princ. vbi hoc corroborat varijs, diuersisque rationibus. & sic aliàs decisum extitit, in an. 1583. in Regia Audientia Apuliæ, ad fauorem magnifici Ludouici Rosæ.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Stantibus suis hæredibus, hæreditas non dicitur ia cere, etiam quòd actu non se immisceat.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas suo hærede existente, licèt minimè se immiscente, non iacet, cum sola eius existentia dominium continuet.*

2 *Filij, siue sui hæredes tam ab intestato, quàm ex testamento, necessario hæredes fiunt, aditioque in eis non requiritur.*

3 *Hæres semel, non potest desinere esse hæres.*

4 *Approbatum semel, amplius reprobari nequit.*

DECISIO CCCXLVII.

1 HÆREDITAS † non iacet, vbi suus hæres est, licet nõ se immisceat: quia sola existentia sui hæredis cõtinuat dominium. ita Glo. & Bald. in l. cum hæreditas, C. deposi. Proindeque si reperiretur filius institutus interim ante scilicet, quàm se immisceat, seu abstineat, hæreditas non diceretur aliter tunc iacere, vt per Angel. in l. in suis, num. 15. & seq. ff. de lib. & posthu.

2 Imò † filij, siue sui hæredes, velint, nolint, tam ab intestato, quàm ex testamento, ex l. 12. tabul. hæredes fiunt, ex necessitate à lege imposita, §. si autem. Instit. de hæred. qual. & differ. Quo fit, vt in suis haudquaquam requiratur aditio: verùm habetur re ipsa hæreditas pro adita, argumento eorum, quæ scribit Ange. in repet. d. l. in suis, nu. 47. prout aliàs extitit declaratum, in anno 1583. in Regia Audientia Apuliæ, in causa tunc in ea decisa, inter aliquos de Serra Capriolæ. Nam patre viuente, filius ipse censetur dominus, quamuis administrationem non habeat, sed eam illo demum mortuo nanciscatur. §. sui, Instit. de hæred. qualit. & differ. & l. in suis, ff. de lib. & posthu.

3 In tantum, † quòd qui semel est hæres, non pot desinere esse hæres. l. ei qui soluendo, ff. de hær. insti. Bal. in auth. hoc amplius, C. de fideicomm. Bertr. cõs. 121. Punctus super quo, nu. 1. vol. 8. Ceph. consi. 497. Post quã, nu. 33. vol. 4. & Hiero. Gabr. consil. 109. Scripseram, nu. 1. & consi. 90. nu. 12. vol. 2. Corn. consil. 91. num. 44. consil. 164. nu. 2. vol. 1. & consil. 160. nu. 9. vol. 4. & consi. 10. nu. 9. vol. 3. & Ias. consil. 88. In præsenti consultatione, nu. 3. vol. 3.

4 Et ratio ea est, † quoniam approbatum semel non potest amplius reprobari. l. Pantonius, ff. de neg. gest. Ioan. Pet. Surdus, consi. 18. Non reuocatur, nu. 2. & Dec. consi. 665. Ad dubium, nu. 1. & seq. Menoch. præsumpt. 14. num. 14. lib. 2.

ARGVMENTVM.

Quando sermo est æquiuocus, & habet plures interpretationes, non releuat producentem talem probationem, & talis probatio reijcitur.

SVMMARIVM.

1 *Probatio dubia producentem non releuat, & quid dicatur dubium.*

2 *Interpretatio, in sermone æquiuoco, duasque interpretationes habente, rei gerendæ aptior est tenenda.*

3 *Interpretatio iniustitiam, absurditatemq; continens, in dubijs fieri non debet.*

4 *Verba generalia interpretari non debent, vt quis indebitè damnum patiatur.*

5 *Abstulisse me rem Titio si probatum sit, non concluditur quòd rapuerim.*

6 *Venenum me alicui porrexisse si probatum fuerit; pœna l. Corneliæ de sicar. non teneor, cum de veneno quoque bono intelligi possit.*

DECISIO CCCXLVIII.

1 DVBIA † probatio non releuat producentem. c. in præsentia, & ibi omnes iuris interpretes vniuersaliter, de probatio. Et dubium dicitur aliquid, vbicunque dupliciter potest intelligi, ita Bal. in l. cum Stichus. ff. de sol.

2 Sed † vbi sermo æquiuocus foret, haberetque duas interpretationes, illa tunc esset tenenda quę rei gerendæ aptior foret, vt per Alexand. consi. 8. col. 3. & consi. 97. col. 1. volum. 4. & consi. 179. volum. 5. & ita decisum aliàs extitit varijs vicibus in sacra Audientia Barensi, in anno 1589. & sequenti in diuersis causis, & casibus in ea tunc occursis.

3 Nec † in dubijs fieri debet interpretatio, quæ contineret in se iniustitiam, & absurditatem, vt in l. sire oportet. §. illud, ff. de excus. tut. l. in ambiguis, ff. de reb. dub. & Bar. in l. omnes populi, vers. iuxta præmissa quæro, ff. de iust. & iure.

4 Nec † verba generalia debent interpretari taliter vt quis indebite damnum patiatur, vt in l. si serui vestri, C. de noxal. & l. quamuis, ff. de in ius vocan. l. adigere. §. quamuis, de iure patr. & l. non dubium. C. de legib.

5 Et sic dubia probatio nihil releuat, † vnde si probatum sit contra me, quòd abstulerim rem Titio, non ob hoc concluditur, quòd rapuerim, ita Ange. post Glo. ibi, in ver. abstulisset, in l. postquam legatũ, ff. de petitio. hæred. & ratio est, quoniam discernitur tunc dubia probatio.

6 Nec non † si fuerit probatum me dedisse, porrexisseque venenum alicui, nõ ob hoc teneor pœna l. Corneliæ, ad leg. Iul. de sicar. & venefic. quia posset intelligi de veneno bono, per text. in l. qui venenum, ff. de verbo. signif. & ita firmat Alexan. consi. 203. vol. 2. & vide quęstionẽ eiusdem Alex. in l. 1. ff. de acq. pos. de eo, qui fuit percussus cũ lapillo, de qua per Fel. in c. auditis, ext. de præsump.

ARGVMENTVM.

Non possunt testificari familiares, nisi in causis difficilis probationis: potest tamen coniuncta persona agere pro coniuncta.

SVMMARIVM.

1 *Familiares, & domestici, qui dicuntur.*

2 *Familiares, & domestici repelluntur à testimonio, etiam in causa matrimoniali.*

Domestici,

3 *Domestici, & familiares admittuntur in testes, quando aliter veritas haberi non potest.*

4 *Coniuncta persona sine mandato admittitur ad agendum, licèt non possit solutionem recipere.*

5 *Coniuncta persona licèt non possit cogere debitorem ad soluendum, potest tamen cogere ad deponendum pecuniam.*

DECISIO CCCXLIX.

1 FAMILIARES † sunt, seu appellantur, cõsanguinei, colonus, ascriptitius, mercennarius, filius in potestate, libertus, seruus, & omnes habitantes in domo: domestici verò appellantur proprie quibus imperari potest ratione patriæ, vel dominicæ potestatis, secundum glo. in c. in litteris, de testi.

2 Qui † quidem familiares, & domestici, à testimonio absque dubio aliquo repelluntur, c. in litteris, & ibi Felyn. & alij, de testi. l. etiam, C. de testib. Bar. Bald. & cæteri vniformiter omnes in l. 2. eo. tit. Lanfran. in tract. de testi. num. 84. Foller. in prac. crimin. in ver. capiat informationem, in 2. par. Boss. in tract. de oppo. contra test. num. 93. Bero. consi. 97. Super dubijs, num. 2. & seqq. volu. 3. & consi. 172. Extat prouisio, num. 6. eo. vol. Rimin. iun. consi. 211. nu. 41. vol. 2. Iacob. Leo, consi. 49. In Christi nomine, num. 55. inter consil. matrim. lib. 1. vbi concludit, familiares, habitantesque in domo ad testimonium simpliciter minime admitti in causa matrimoniali, nec in casibus in quibus sola facti veritate inspecta procedi potest, vt aperit Bero. consi. 97. Super dubijs, num. 5. vol. 3. Io. Bapt. Ferret. consi. 259. Verba, nu. 4. & consi. 296. In causa matrimoniali, nu. 2. vol. 2.

3 Est tamen bene verum, † quòd testes familiares admittũtur in his quæ sunt difficilis probationis, & ubicunque ex natura negotij veritas aliter haberi non possit, vt per Ioannem Andream in additio. Specul. §. 1. num. 11. de teste. Mars. in pract. crimin. §. diligenter, nume. 81. Ioan. Bapt. Ferret. consi. 390. Quia audio, num. 9. vol. 2. vbi ex communi opinione concedit in probanda copula illicita, admitti probationes per familiares, & domesticos, ratione difficilis probationis. quódque de plano vtique procedit, si testes ipsi familiares forent bonę qualitatis, & famæ, teste Roma. consil. 420. num. 5. Burs. consi. 400. Cum iam satis, nu. 2. & seqq. volum. 4. Innocen. Ant. Butr. Ioannes de Imola, & alij omnes in c. litteris, de testib. Celsus Hugo, consi. 120. Si dici possit, sub nu. 63. & hoc intelligendum sanè est, nisi indicia specialiter vrgeant contra eos, Riminal. iun. consi. 183. Dominus, nu. 2. & 17. vol. 2.

Demum animaduertendum est in materia nostra, quòd quamuis familiares, & domestici ad te
4 stificandum non admittantur, † nihilominus coniuncta persona admittitur pro coniuncto, sine mandato ad agendum, tex. est. & ibi Doct. in l. exigendi, C. de procura. tamen re ipsa non potest solutionem recipere, Gl. in l. vero procuratori, in ver. administratio, ff. de solu. & debitor ei soluens, nõ liberatur, Rober. Maran. consi. 15. nu. 16.

5 Cæterùm aduerte in casu nostro, † quòd licet non possit solutionem recipere, potest nihilominus cogere debitorem ad deponendum pecuniã, ita Bal. in l. fin autem, ff. de nego. gest. & sequuntur Moderni omnes in l. 3. in prin. ff. solu. matrim. Dec. in l. filius, in 2. no. C. de pactis. & Ias. in l. non solum, ff. solu. matrim. & ita iudicauit sacra Regia Audientia Barensis, in anno 1589. in causa tunc discussa inter quosdam Ciues ciuitatis Bari.

ARGVMENTVM.

Pęna corporis afflictiua non potest moderari, neque componi, aut commutari in pecuniariam inconsulto Prorege in Regno, nec mulcta taxata. & quæ dicatur pęna criminalis, & quæ ciuilis, & quando pęna apposita per partes in contractibus potest exigi.

SVMMARIVM.

1 *Pęna mortis naturalis, vel mutilationis membri, à nullo officiali in pecuniariam, inconsulto Prorege, commutari potest.*

2 *Mulctam taxatam in l. eos, C. de modo mulct. magistratus excedere nequit, & quo procedat, nu. seq.*

4 *Pœna vt criminalis dicatur, non sufficit quòd fisco applicetur, sed quod à criminali causa dependeat.*

5 *Pęna dationi quantitatis adiecta non valet; cum in fraudem vsurarum apposita præsumatur: secus in adiecta facto, seu speciei.*

6 *Pęnam certam apponere in contractu ad euitandam probationem interesse, legis consilium est.*

7 *Ratum habere sub pœna promittens, eam aliter non incurrit, si de facto contrauenit, cum de iure, non autem de facto intelligatur.*

8 *Pęna promissioni pacti adiecta, obligatione, dationeque quantitatis præcedente, exigi potest, nisi contrahens, cui pœna soluenda esset, fœnerari solitus esset. Et an verum, & quomodo procedat, nume. 9. & 10.*

DECISIO CCCL.

1 POENA † in grauibus delictis, in quibus veniat poena mortis imponenda naturalis, vel mutilationis membri, per Regentem, & iudices magnę Cur. Vicarię, gubernatores prouinciarũ, & alios quoscunque officiales regni, commutari nequit modo aliquo in pecuniariã, inconsulto Prorege: & talis compositio, commutatioq; aliter facta, est nulla, & officialis amittit officium, Prag. 6. in 3. casu, in tit. de off. iudicum, & aliorum officialium, fol. 185.

2 Sic itidem † mulctam taxatam in l. eos, C. de modo mulcta. quæ à iudic. afflig. magistratus excedere non potest, prout hoc ponit pro regula cum limitationibus, Soc. in reg. 248.

3 Et † licèt iudex excedere non possit mulctam impositã à lege, hoc sincerè quippè procederet, vbicunque in præcepto certam mulctam non expressisset: sed si expressisset pœnam excedentem legis tramitem, tunc posset eam imponere, hac le

ge non obstante. Ita Ias. cũ alijs aggregatis Doct. illustribus per eum in l. vnica, col. 1. vers. limita sin gulariter, ff. si quis ius dicen. non obtemper. Et hoc idem sublimitatur, quando in præcepto foret apposita pœna inconsueta: puta si fuisset solitum in mandatis apponi pęnam decem florenorum, & mandatum, de quo quæritur, contineret longè maiorem: tunc enim, non solùm non tenetur ad illam pęnam: imò non cogitur comparere, vt concedit Ias. in d. l. 1. §. 1. nu. 3. ff. si quis ius dicen. non obtemperauerit.

4 Nec † sufficit, quòd pœna applicetur fisco, ut dicatur criminalis: sed quòd dependeat à causa criminali, vt sit criminalis. ita Glo. subtiliter ponderata in l. 3. in ver. centum aureorum, ff. de sepul. viol. & istam Glo. ait singularem Ang. Aret. Insti. de action. in princ. col. 6. ante nu. 9. ad hoc, quòd licèt pęna sit pecuniaria: si tamẽ applicetur fisco, non ob hoc dicitur criminalis, sed criminaliter intentata. si verò dependeat à ciuili, licèt veniat applicanda pœna fisco, erit ciuilis. & ita probat text. in l. 1. ff. si quis ius dicen. non obtemp. & ita intellexit Maran. in tract. de iudic. fol. 14. nu. 27. vbi citat Bal. & Alex. & huic opinioni Glo. in d. l. 3. assentitur Rota decis. 19. de iud. in antiq. Alex. in l. viro, ff. sol. mat. Corn. consi. 19. Videtur, col. 2. vol. 3. Bar. in d. l. 3. in l. licitatio, §. quod illicite, de publica. & in l. si qua per calumniam, C. de episc. & cler. Canonistæ cõmuniter in rub. ext. de iud. Ias. & alij in Instit. de act. in princ. Maran. in d. tra cta. de iudic. in 4. par. in 1. distin. in princ. vbi adijcit istam esse communem opinione. & ita firmat etiam Glo. in c. ex parte, ext. de testib. Riminal. iun. consi. 336. Mortuo, nu. 31. vol. 3.

5 Nec † pęna adiecta dationi quantitatis valet. l. cùm allegas, & ibi Glo. C. de vsu. & l. Iulia, § idẽque, il 2. ff. de act. emp. quoniam pęna tunc præsumitur in fraudem vsurarũ apposita. l. rogasti. §. si tibi, ff. si cer. pet. Alex. consi. 50. vol. 4. Franc. Vegius consi. 68. nu. 133. cum alijs seqq. vol. 2. secus verò si adiecta foret facto, siue speciei. l. Lucius, ff. de act. emp. & l. sciendum, & ibi Bar. ff. de euict. & sic vbicunque pęna poneretur super promissione facti, nulla præcedente obligatione quantitatis, nulla admodum præsumeretur fraus: imò illa tũc posset exigi, etiam quòd excedat interesse: nec re-

6 quireretur aliter alia probatio interesse: † imò con silium legis est apponere in contractu pœnam cer tam ad euitandum probationem interesse. §. fin. Insti. de verb. oblig. Abb. in c. dilecti, de arb. Alex. in l. stipulationum, §. si sortem, ff. de verb. obl. ubi patefacit istam esse communem omniũ opinionẽ, & consi. 158. vol. 2. & Gram. decis. 58. nu. 6. & seq.

7 Prout † vbi quis promittit sub pœna habere ratum: tunc contrauenienis de facto non incurrit aliter pœnam: cum isthæc promissio intelligatur de iure, non autem de facto, vt per Bart. in l. id quod pauperibus, C. de episc. & cler. sed ad euitan dum præsentem Scyllam, de consensu partiũ debet apponi clausula ista in contractu, vt non valeant partes ipsę, nec de iure, nec de facto contra uenire, vt suadet Corset. sing. in ver. pœna. l'ottauo, aliquis promisit, in fi.

8 Et hinc est, † quòd pęna promissioni facti adie cta, prius obligatione pręcedente, & datione quã titatis, exigi potest: nisi contrahens cui pęna ipsa soluendo esset, teneratur solitus foret: quoniã tunc in fraudem vsurarum adiecta censeretur, vt firmat Iacob. Butrig. in l. cùm allegas, C. de vsur. Bar. in l. rogasti, §. 1. ff. si cer. pet. Ant. de Butr. & Abb. in c. dilecti filij, de arbit. Franc. Vegius in d. consi. 68.

9 sub nu. 133. & seq. † In contrariam verò partem, videlicet, quòd indistinctè in fraudem usurarum pęna hæc tunc adiecta pręsumatur, inclinauit idẽ Bar. post Dyn. reuocando sententiam in melius in l. cùm seruus, ff. de condit. & demon. Io. And. in add. Spec. in tit. de obli. §. 1. ver. ad primũ; quorum opinionem patefacit magis communem esse Io. de Imo. in d. l. cùm seruus, & Bero. in d. c. dilecti filij, nu. 84. & seq. & ita iudicauit Regia Audiẽtia Apulię, in cã quorũdã ciuitatis Troię, in an. 1583.

10 Interpretarurque † etiam prædicta non procedere in pęna dationi quantitatis apposita, vbicun que tunc adesset, vrgeretque iuramentum: tunc enim ratione iuramẽti pœna sine difficultate, scrupulo que aliquo exigi posset, vt consuluit Alex. consi. 158. In causa & lite vertente, col. 1. vol. 2. licèt & non absque ratione contrarium asseueret Francis. Vegius in d. consi. 68. num. 155. & seqq. quòd pœna apposita in fraudem vsurarum, non validetur, etiam iuramento.

ARGVMENTVM.

Potest testator in quacunque parte testamenti facere hæredis institutionem, & de validitate testamenti facti per cæcum.

SVMMARIVM.

1 *Institutio hæredis in qualibet parte testamenti, & per cæcos conditi fieri potest.*

2 *Temporalia ad agendum, sunt temporalia ad excipiendum.*

DECISIO CCCLI.

1 INSTITVTIO † hæredis in quacunque parte testamenti fieri potest. l. quo loco, ff. de hæred. instit. & Bal. in l. hac consultissima, C. qui testam. facere poss. vbi meritò quidem hoc ampliat, locum sortiri etiam in testamẽto cæci, & sequitur ibi Alexan. & Rolan. à Valle consulendo in proprijs terminis, consi. 82. Prima facie videtur dicendum, vol. 1. vbi fusissimè tuetur opinionem, & planum quoque facit communem fore, tollitque finaliter omnia obstacula con traria. & iam hodie in Regno, & in toto mundo, vsu vniuersali recepta extat isthæc communis, & hisce oculis vidi, tam in Regno, quàm extra, varijs in locis, condita testamenta per aliquos cęcos, semperque insimul obseruari formam cõsuetam in alijs testamentis ordinarijs: & sic poni institutionem hæredis in fine ipsorum testamentorum, asserebatque tunc Notarius in testamento, ferè in fine ipsius, demum verò testator ipse cęcus, in om nibus

nibus alijs suis bonis, mobilibus, & stabilibus, iuribus, & actionibus, residuis à legatis in præsenti testamento contentis, atque descriptis suum vniuersalem hæredem instituit, & esse voluit Titium: & ita proposita aliàs nullitate, & inualiditate testamenti cuiusdam cæci de Castro Pignano in Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ, Comitatusque Molisij, iudicatum extitit, in anno 1583. pro validitate testamenti ad fauorem hæredis instituti per cæcum ipsum.

Est nihilominus tamen bene verum, quòd nullitas vbicunque opponitur, prout opposita discernitur in casu isto, per modum exceptionis, tunc ius ipsum agendi de nullitate videtur perpetuum, nec tollit vllo modo quamcunque temporis præ-
2 scriptionem: † quia quæ sunt temporalia ad agendum, sunt re ipsa perpetua ad excipiendum, ita Ang. consi. 260. Dec. consi. 8. & Corn. consi. 302. volum. 1.

ARGVMENTVM.

Delictum factum in vno actu, licèt comprahendat pluralitatem delicti, vnica tantum pœna punitur.

SVMMARIVM.

1 *Horarum canonicarum omissio, earumque recitationes & officij totius prætermissio, vnum tantummodo peccatum, non septem efficit.*
2 *Verba nonnulla iniuriosa simul & semel contra aliquem proferens, vnica tantum pæna tenetur, statuto disponente, quòd aliam iniurians puniatur.*
3 *Pæna vna tantum pro vno verbo, id est, vna oratione imponitur.*
4 *Actus geminatus in momentaneis pro vno habetur.*
5 *Actus eodem tempore binus, non sufficit ad consuetudinem inducendam, ad quam binus actus requiritur.*
6 *Venditio de pluribus rebus eodem instrumento & tempore pretioque facta, vnica dicitur, & non plures.*
7 *Cognoscens alienius vxorem pluries eodem loco, continuato q; proposito, vnum tantum committit adulterium.*
8 *Blasphemia vna tantum præsumitur in eo, qui pluries eodem iracundia calore aliqua verba blasphemiæ repetijt.*
9 *Furtum vnico tempore de pluribus rebus factum, vnicum tantum dicitur.*
10 *Producens plures falsos testes & instrumenta, de vnica tamen falsitate tenetur.*
11 *Arma portans varijs vicibus, locis, temporibusque, pro qualibet vice punitur.*
12 *Fornicator toties pænitentiam agere debet, quoties eam commisit cum eadem muliere.*
13 *Blasphemia duplex dicitur, duplicique pæna tenetur blasphemus impiè proferens, Al dispetto di Dio, & della Vergine Maria, quod in statuto simpliciter loquente locum non habet.*
14 *Blasphemans cum temporis interuallo, iuxta blasphemiarum numerum accusari, punirique potest.*

DECISIO CCCLII.

1 Horis † canonicis omissis, earumque recitatione, & sic toto officio non peccat septem peccatis mortalibus, sed vno dumtaxat peccato. Et ratio ea est, quoniam cadit sub vno præcepto prætermissio hæc, & officij recitatio, secundum Ioan. Viguerium in Instit. ad Christianam Theologiam, in titu. de virtute iustitiæ, versi. de necessitate orationis, sub num. 6. sub litera D. fol. 191. Archid. in cap. 1. in fi. 91. distinct. & Nauarrus in tract. de oratione, & horis canonicis, cap. 7. num. 6.

2 Nec non † proferens nonnulla varia, diuersaque verba iniuriosa vnico contextu, & sic simul, & semel contra aliquem, debet vnica tantum pœna puniri, stante statuto, quòd iniurians alium puniatur, ita Bal. in l. si infamia, ff. de iurisdic. omn. iudi. secus verò si cum temporis interuallo vnum verbum ab alio separatum foret. l. item apud Labeonem, §. conuitium, ff. de iniurijs, & ibi Bart. & Glo. in l. nunquam plura, ff. de priua. delic.

3 Et ratio ea est: † quia pro vno verbo, vna tantum pœna imponitur. Et vnum verbum dicitur, ac intelligitur, id est vna oratio, vt voluit Bar. in l. si quando, C. de bon. vacan. lib. 10.

4 Sicuti † etiam actus geminatus in actu momentaneo habetur pro vno: vt si eodem tempore bina confessio emanauerit, vnica quidem confessio censebitur: secus si per temporis interuallum, quia duplex esse videretur.

5 Sicut † etiam ad inducendam cõsuetudinem, ad quam requiritur binus actus, non sufficit actus eodem tempore binus, vt per Crot. in l. 1. nu. 92. & seq. ff. de verb. oblig.

6 Prout † etiam venditio de pluribus rebus in eodem instrumento, & tempore facta, & eodem pretio, vnica venditio dicitur, & non plures, ita Tiraquel. de retract. municipal. in glo. 1. §. 23. secus si singulæ res singulis pretijs vendantur, vt per eundem, eo in loco, nu. 17.

7 Itidem † vxorem alicuius cognoscẽs in eodem loco, & continuato proposito pluries, non dicitur committere plura adulteria, sed vnum; & pro vno adulterio pœna punitur, ita Glo. in l. vulgaris eil quæstio, in ver. fur erit, ff. de fur. Bal. in l. quicunque, col. fi. versi. secundò nota. C. de ser. fugi. & Marsi. in l. fi. ff. de sica.

8 Similiterque † vna tantum blasphemia præsumitur, vbicunque quis pluriès in eodem calore iracundiæ repetierit aliqua verba blasphemiæ, ita Veronen. consi. 7. & Alcia. in tract. de præsump. reg. 3. præsumpt. 6. nume. 4. & ita aliàs iudicatum extitit in sacra Audientia Barensi, in anno 1589. in causa tunc decisa contra quendam de ciuitate Trani.

9 Et † hoc idem dicitur re ipsa in furto, quod si fieret de pluribus rebus, vnico quippè tempore vnicum furtum diceretur, & pro vno tantum fieret condemnatio: secus autem si diuerso factum esset, l. eum qui, §. idem, & ibi Bart. ff. de furt. Bal. consi. 257. Ad audientiam, volu. 5. Bartho. Veronens. in auth. sed nouo iure, nu. 68. C. de ser. fugi.

vt pote, quia fit, & dicitur continuatio eiusdem facti, antequàm fur ad diuersos conuertatur actus.

10 Item † producens plures falsos testes, & instrumenta, tenetur etiam de vnica tantum falsitate, vt per Bal. in d.l. quicunque, C. de seru. fugit. col. 11. versi. item facit ad quæstionem.

Sed hoc limitatur, non obtinere aliter locum

11 in arma ferente: † nam portans arma prohibita varijs, diuersisque vicibus, locis, & temporibus, tenetur dubio procul ad pœnam portationis armorum pro qualibet vice, vt probat, firmatque Gramma. in consti. Regni, Intentionis, nu. 14. tit. de illicita portatione armorum, lib. 1.

Claudicatque hoc idem secundò, non procedere in committente frequenter fornicationem.

12 nam † fornicator totiens pœnitentiam agere debet de fornicatione ipsa, quotiens committit fornicationem cum eadem muliere, ita Glo. in c. imitare, 6. q. 1. Et facit etiam Glo. in c. ad apostolicæ, de re iudi. in 6. in ver. deierauit, vbi determinat, quod totiens quis committit periuriũ; quotiens venit contra iuramentum.

13 Tertiò fallit similiter, † vbicumque blasphemus impiè proferret *Al despetto de Dio, et della Vergine Maria*. tunc enim duplex dicitur blasphemia isthæc, & meritò blasphemus ipse duplici pœna affici punirique debet, ita Bal. in consi. incip. Statuto ciuitatis Castelli. cæterùm hoc non obtineret aliter locum, quotiescunque statutum simpliciter loqueretur, si quis blasphemaret, nec exprimeret pro qualibet vice; tunc nempè pro vna blasphemia, blasphemus puniendus veniret, licèt plures blasphemiæ fuerint prolatæ, secundum Bal. in l. si familia, ff. de iurisdic. omn. iudi. quoniam verborum multiplicatio, vel blasphemia simul commissa non inducit nisi vnum delictum, vel aliter constituit pluralitatem.

14 Quartò † blasphemans cum temporis interuallo, aduerte, quòd toties accusari potest, & cõdemnari, quoties blasphemauerit, ita Cæpol. consi. 77. colum. 1.

ARGVMENTVM.

Per delationem annuli præsumitur matrimoniũ, & quando hoc procedit.

SVMMARIVM.

1 *Annulum delatum, signũ esse matrimonij cõtracti.*
2 *Sponsum sponsam annulo teneri desponsare.*
3 *Annulum sponsæ à sponso, & econtra dari, signum mutua dilectionis, & coniugalis fidei.*
4 *Annulum quarto digito à sponso sponsæ, quare inseri.*

DECISIO CCCLIII.

1 ANNVLVS † delatus, signũ est matrimonij contracti: & sic annulus ipse in digito fœminæ est signum matrimonij, atque illius annuli gestatio re ipsa inducit pro matrimonio præsumptionem. c. sed illud quoque, de præsumptio. & ibi Abb. Paul. Merenda consi. 86. Diuino, num. 32. inter consilia matrimonialia, lib. 1. In tãtum quòd annuli subarrhatione præsumitur matrimonium contractum. ita Glo. & Archid. in c. fœminæ, de despõsat. impub. Alb. in rub. nu. 11. C. de sponsa. Dec. consi. 162. col. 2. Ant. Galeatius consi. 83. Diuino, nu. 33. inter consilia matrimonialia, vol. 1. Simon de Prætis consi. 154. Pro Euãgelista, nu. 4. & seq. vbi dicit, quòd facit præsumi matrimonium, etiam si alia inditia non essent: ita quòd annuli delatio, qui dari solet in contrahẽdo matrimonium, est signum matrimonij. Menoch. consi. 368. Nulla enim, nu. 2. 25. & seq. vol. 4. & in tract. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 2. nume. 2. cum alijs seqq. etiã altiori fastigio in præsenti speculatione, distinguẽdo ponit decem casus utiles, & necessarios. & ita aliàs declaratum extitit, in anno 1583. in Regia Audientia Apuliæ, ad fauorẽ cuiusdam mulieris de ciuitate Larini. & eò magis cùm tunc, non solùm annuli gestatio: sed alius ẽt actus, atque tractatus contrahendi matrimonium præcesserit: tunc enim absque discrimine vllaque alia difficultate hęc omnia arguunt matrimoniũ, vt per Paris. cons. 60. volum. 4. Couar. in epitome de sponsalib. c. 4. & Menoch. consi. 199. nu. 52. volum. 2.

2 Sed de hoc mirandum quippè non est, † quoniã annulo spõsus sponsam non debet ac tenetur desponsare. c. nostrates, 30. q. 5.

3 Et † annulus ipse sponsæ à sponso, & econtra datur in signum mutuæ dilectionis, & fidei coniugalis. cap. fœminæ, circa fi. 30. q. 5. & Neuizan. in Sylua nuptiali, lib. 3. nu. 13.

Cæterùm aduertendum est hic necessariò quidem,

4 † quòd annulus quarto digito à spõso sponsæ inseritur, scilicet annulari manus sinistræ, vt sicut vena in illo digito cordi coniungitur, sic eorum corda coniunguntur. c. fœminæ, in fi. 30. q. 5. Aul. Gell. lib. 10. c. 10. Veteres, Neuizan. in loco antesignato, Cassan. in consuetu. Burgun. in titu. des droiz & appar agens martez, in princ. nu. 17. & est text. etiam in d. c. nostrates.

ARGVMENTVM.

Testis deponens per dictionem, circa, in causa, quæ est fundata in tempore certo, non probat concludenter: secus vero, quando non tempore certo.

SVMMARIVM.

1 *Testes per dictionem, circa, ad certum tempus probandum, ad aliquid inducendum requisitum, concludenter non probant: secus vbi intentio principalis in tempore certo non fundatur.*
2 *Verbum, circa, plus vel minus arbitrio iudicis iuxta rei qualitatem declarandam operatur; iudexq; arbitrari debet de quinque, vel sex ad summum.*
3 *Testes in quantitate per verbum, circa, vel plus minusve, legitimè concludenterq; probare dicũtur.*
4 *Testis per verbum, circa, de tempore ætatis probat etiam tunc tempus minus.*

DECISIO CCCLIIII.

1 LICET † ad probandum certum, determinatumq; tempus, quod fortasse ad aliquid inducendum requiritur, non probent concludenter testes deponentes de illo tempore per dictionem, circa c.fi.de desponſ. impuber. vbi Ant. de Butr. Riminal. iun. conſ. 339. In cauſa eximij, nu. 165. vol. 3. nec etiam, vbi aliàs requiritur certi temporis probatio, vt per Celſum Hugonem, conſ. 65. Ex processu, nu. 9. & in duobus exemplis traditis per Rebuf. etiã in pract. beneficia. lib. 2. in tit. de diſpenſa. ratione ætatis, §. ſeu circa, num. 5. & ſeq. fol. 292. Nihilominus tamen vbicunque principalis intentio non eſt fundata in tempore certo, & limitato, tunc profectò testes concludenter probare dicuntur, teſte Abb. in c.fi. no. 2. de desponſ. impûb. & ita aliàs declarauit ſacra Aud. Barenſis, in an. 1590. In cauſa tunc vertẽte inter aliquas mulieres de ciuitate Ruborum.

2 Eſt tamen bene verùm, † quòd regulariter illud verbum, circa, operatur plus, vel minus arbitrio iudicis, iuxta rei de qua agitur qualitatem declarandam, vt explicat Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. centu. 1. caſu 46. ubi ſubdit quoque ex mente Doctorum, iudicem arbitrari debere de quinque, vel ſex ad ſummum, vt per Alex. conſi. 88. nume. 21. vol. 5. Grat. conſi. 43. nu. 24. vol. 2. & Soc. iun. conſi. 135. nu. 5. vol. 2. qui meritò quidem id totum in iudicis arbitrio reponit.

3 Quimmo † in probanda quantitate, tunc teſtes deponẽtes per verbũ, circa, vel plus, minusve, dicuntur legitimè, & concludenter probare in quantitate, quam deponunt cum illa dictione, ut probat apertè tex. in l. Publia, §. fi. ff. depoſ. & tradit Iaſ. in l. & ſi poſt tres, nu. 18. ff. ſi quis caution. ubi inquit, quòd illa dictio nihil operatur.

4 Prout poſtremò † teſtis deponens per hoc idẽ verbum, circa, de tempore ætatis, probat ẽt tunc tẽpus minus, vt per Corn. conſ. 247. nu. 23. vol. 1.

ARGVMENTVM.

Non poteſt impunè occidi bannitus, quando appellauit à banno, durãte tẽpore appellationis.

SVMMARIVM.

1 *Bannitus non poteſt impunè offendi vigore ſtatuti infra tempus decem dierum conceſſum ad appellandum, nec poſt interpoſitam appellationem infra ipſamet legitima tempora: & tunc appellatio operatur quòd interim condemnatus non dicatur aliter bannitus, nu. 2. Ampliatur, nu. 3.*

4 *Banniens aliquem iniuſtè, bannito tenetur de damnis omnibus q̃uocunque, & qualitercunque occurſis.*

DECISIO CCCLV.

1 BANNITVS † non poteſt impunè offendi, vigore ſtatuti, infra tempus decem dierũ conceſſum ad appellandum, nec poſt interpoſitam appellationem infra ipſamet legitima tempora. ita Barto. in l. qui à latronibus, §. 1. in fi. ff. de teſtam. & in l. 3. §. ſi ſeruus, ff. de acq. poſſeſſio. & ibi Rom. & Alex. Bero. conſi. 184. Quidam, num. 7. & ſeq. & conſil. 186. Quidam, nu. 4. & 14. volum. 3. & Nellus, in tracta. de bannitis, in 4. par. primi temporis, nu. 23. & ſeqq.

2 Vbi † concedit, appellationem tunc operari effectum hunc, quòd interim condemnatus non dicatur aliter bannitus, & huic opinioni aſſentitur etiam Apoſtil. ad Fely. in c. quærenti, de offic. delega. ſub num. 2. ſub litera D. quam quidem ibi veram, communemque vocat, & magis communem, Marcus Mantua in rubrica, extra de appellationibus, ſub nu. 12. vbi aſsignat rationem,
3 hoc † procedere de plano, & ſine ſcrupulo aliquo, tam in appellatione interponenda infra decem dies, quàm in appellatione interpoſita ſtatim poſt latam ſentẽtiam: cum idem dicendum quippe ſit de appellatione in potentia, quod de appellatione in actu, & finaliter iſta eſt veritas, cum data ſupplicatione, & appellatione in præſenti cãſu forindicationis ſuperioribus, per eos, inhibetur in forma iudex à quo, & tranſmiſſa tũc copia proceſſus, diſcutiuntur merita cauſæ ſuper validitate, ſeu inualiditate ſententiæ forindicationis.

4 Et † eo caſu ſi reperiretur bannum, & ſic forindicatio iniuſtè emanata, teneretur quippe banniens de damnis omnibus bãnito quomodocunque, & qualitercunque, vigore iniuſti banni occurſis, ſecundum Innoc. in c. fi. de his quæ ui, metuſque, in fi. & Bartho. Fumum in ſum. Armil. in ver. bannitum. §. 2.

ARGVMENTVM.

Officiales non debent diſcedere ab eorum officio, & relinquere locumtenentes, durante eorum officio.

SVMMARIVM.

1 *Barones in Regno tenentur & debent deputare in eorũ terris Capitaneos, Aſſeſſores, & iudices ſecundarum cauſarum, quod cum quidam non faciant, ab Auctore deploratur, & nu. 5.*

2 *Officia deſerentes in terris Baronum, puniri deberent, non leni pœna, & præſertim priuatione officij.*

3 *Officiales non ſolùm temporales officio, verum ẽt Cardinales nõ reſidentes in diœceſi, priuantur eccleſia.*

4 *Epiſcopi perſonalem reſidentiam facere debent, tanquam curam gregis gerentes.*

DECISIO CCCLVI.

1 BARONES † in Regno tenẽtur, & debent deputare in eorũ terris Capitaneos, Aſſeſſores, & iudices ſecundarum cauſarũ, vt extitit ita in facti cõtingentia deciſum in ſacro Conſilio, atteſtãte Freccia, ſuper feudis, fol. 223. num. 3. ſed aliqui Barones his modernis miſeris temporibus, (vt hiſce oculis vidi) non deputando aliter Cõſultores ordinarios, atque annales in ſuis terris tranſmittunt proceſſus, modo huc, &

modo illuc, non absque iactura temporis, & patrimonij, & discrimine denique propriæ animæ. Et aliquos alios Barones vidi etiam eligentes officiales, qui cum continuam minimè faciant in eorum officijs residentiam, deserunt infelices vasallos fide & factis in ærumnis; imò etiam facilem, commodamque ansam bannitis, & delinquentibus præbere videntur spatiandi in ipsis locis, ita destitutis: vnde non cupiendo aliter spem à prudentia diuina, nō vereor inter paucos breues dies S. Maiestatem super præsenti deprauata, & vastata religione, opportuna adhibere remedia, & summa sit rerum omnium tranquillitas, summa quoque animi quies.

2 Et † cum deferentes officia in terris Baronum puniri deberent non leui quidem pœna, & præsertim priuatione officij, postquàm in patentalibus litteris cuiuscunque Regij officialis apponi consueuerit pœna priuationis officij, ob discessum ab officio absque licentia.

Et meritò quidem hoc obseruatum uidetur:
3 nam † non solùm officiales temporales tenentur ad residentiam: verùm Cardinales etiam, & illi residentiam non facientes personalem in diœcesi, priuantur ecclesia. c. 2. de cler. non resid.

4 Et † residere debent etiam præcipuè episcopi, qui curam gregis debent gerere. c. Pontifices, 17. q. 1. & residere negligentes præter reatum peccati mortalis, incurrunt quoque alias pœnas, statutas à Concil. Triden. sessio. 23. de reformatio. c. 1. & in motu proprio Pij Quarti, super residentia episcopali, & in motu proprio 143. eiusdem Pij Quarti, super exequutione Cōcilij, & litterarum contra archiepiscopos, episcopos, prælatos, & alias personas ecclesiasticas, non resid. in eorum ecclesijs. Sunt enim residere negligentes salutis propriæ immemores, vt per Concil. Trident. sess. 6. de reformatione, sub c. 1.

5 Imò † aliquos alios vidi etiam officiales Baronum contra formam iuris Regni deferentes officia, constituentesque locumtenentes atque substitutos in officijs ad Dei offensam, & vasallorum perniciem, & gregis commissi periculum. Et sincere quidem non possum nō excandescere, dum hæc non absque lachrimis scribo: sperando tamen in breuissimo temporis circulo, quòd S. Maiestas, suique officiales debeant mederi, obuiareque præsenti morbo, scandalo, atque abusui. & tanto magis, cum quamplurimas sententias, prolatas per istos substitutos, vidi hisce oculis, annullatas in Regia Audientia Apuliæ, in an. 1583. & seqq. & in sacra Regia Audientia Barensi, etiam in anno 1589. & sequenti.

ARGVMENTVM.

Non perdit dotem mulier, si committit adulterium, quando maritus retinet concubinam.

SVMMARIVM.

1 *Vxorem habens, retinendo concubinam, faceret contra bonos mores.*

2 *Mulier committens adulterium, quando maritus retinet concubinam, non perdit dotem.*

3 *Mulier potest agere ad separationem thori, quando maritus detinet concubinam.*

DECISIO CCCLVII.

1 Vxorem † habens, retinendo tunc concubinā, faceret contra bonos mores. l. ex ea parte, §. 1. & hinc est, quòd vxoratus damnabilis quidem est qui accedit ad aliam, vt per Corn. consi. 25. nu. 1. vol. 1.

2 Vnde † si eo casu vxor cōmitteret adulterium, non vtique perderet dotem, ita Pau. Castren. consil. 128. Hæc mulier. Nec etiam filiusfamilias committens adulterium perdit dotem vllo modo in præiudicium patris, vt per glo. in authent. si filij aliàs & contra, C. de repu. & in l. consensu, eod. titu. & Anto. Rub. cum alijs signatis per eum, consil. 25. Præsupponitur, num. 12. Neutra. consi. 95. Ego dabo, num. 3. & ita aliàs iudicauit sacra Regia Audientia Barensis, in facti contingentia, in anno 1589. in causa inter aliquos plebeios de ciuitate Bari, tunc vertente.

3 Est tamen bene verum, † quòd regulariter hoc casu potest quis agere ad separationē thori, item lucrari et donationem propter nuptias, ita Cur. consi. 165. Domina Andriola, & Dec. in l. pacta quę, C. de pact. & in l. semper in stipulationibus, ff. de reg. iur.

ARGVMENTVM.

Danda est copia primi libelli cum scripturis mentionatis in primo libello reo cōuento per actorem sumptibus actoris.

SVMMARIVM.

1 *Libelli copia sumptibus actoris pro conuento, priusquam respondere compellatur, edenda. quod ampliatur, nu. 2.*

3 *Scriptura in libello conditionaliter, vel limitatiuè mentionata, pars libelli censetur.*

4 *Erubescimus cum sine lege loquimur. fallit tamen, vbi ratio naturalis seu vrgens adest, seu adducitur, num. 7.*

5 *Ratio, quæ lege non probatur, non valet.*

6 *Doctori nihil allegant non creditur.*

8 *Ratio naturalis lege deficiente in causarum decisionibus licitè allegari potest.*

9 *Ratio naturalis, clypeus legis optimus, & allegata sufficit pro lege, præsertim vbi lex ipsa deficit, nu. 11.*

10 *Ratio non minus quàm lex inspicienda, proque lege seruanda est.*

12 *Ratio quid postulet, quantæque vis sit, cum multiplici eius descriptione.*

13 *Incidens articulus vbi in aliqua causa emergit, in dex prius quàm ad vlteriora procedat, super eo declarare debet, aliàs pars ex hoc grauata ad superiorem appellare potest.*

14 *Exceptio dilatoria sui natura litis ingressum impedit.*

DE-

DECISIO CCCLVIII.

1 REo † conuento, priusquam ad respóden dum cópellatur, edenda est copia libelli sumptibus actoris, teste Io. And. in cle. sæpe, §. verum, in ver. pronunciatio, de verb. sign. & in clem. quamuis, in ver. oblato, de appellat. & est tex. in c. 2. & ibi Abb. Anto. de Butr. & alij omnes vniformiter, de lib. obla. & in authen. offeratur, & ibi Doctores communiter omnes, C. de litis contesta. & hoc idem apparet etiam stabilitum in Regno in Pragmat. Comparente reo, posita in titu. seu rubr. de modo procedendi contra reum
2 non contumacem. † quæ quidem sententia est adeo vera, vt amplificari meritò etiá posset, illam itidem locum obtinere absque scrupulo aliquo, quòd si actor in suo libello, seu petitione mentionem faceret de aliquo instrumento, vel scriptura conditionaliter, & limitatiue, prout in tali instrumento habetur, quòd producit &c. teneretur túc vtique, illud edere reo, priusquam ad litis contestationem procedatur, vt per Bar. Bal. Pau. Castr. Alex. & alios omnes in l. edita actio, C. de eden. & ita aliàs non semel tantum iudicauit Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ, in anno 1583. & seq.
3 in varijs casibus tunc decisis. Et ratio ea est, † quoniam taliter mentionata scriptura censetur ipsa esse pars illius libelli, secundum Alexan. in l. 2. colum. 1. ff. de eden. & facit quod voluit Bal. in l. in ciuile, ff. de leg. & Alexan. consi. 3. volum. 2. si ergo est pars ipsius libelli, sicut tenetur actor ipse edere suis expensis libellum productum, ita et instrumentum limitatiue mentionatum in eo, quod absque dubitatione aliqua censetur pars illius: cum idem ius sit de toto, quod de parte, l. quę de tota, ff. de rei vend. nec debet obstare, quod in huiuscemodi libello continetur factum proprium, quia adhuc reo edendum foret, vt valeret cú consilio aduocati deliberare, an velit cedere, vel contendere: aliàs si secus diceremus ex quo communiter, vt plurimum in libello cótinetur atque narratur ipsius rei, raro vel nunquam deberet copia exhiberi, sed statim deliberare super ipsis actis, nisi vt hæres conueniretur, seu instrumentum foret penes ipsum, quod vtique nó est dicendum, nec
4 iure talis limitatio probatur. † Erubescimus nempe cum sine lege loquimur, l. illud, C. de collat. §. consideremus, in Authen. de trien. & sem. coll. 3. Glos. in extrauag. Ioannis XXII. de præbendis, & dignitatib. in ver. 7. l. fi. C. de consul. lib. 12. & l. qui filium, §. Sabinus, ff. ad Trebel. Iac. Bonauid. in addit. Io. de Terra-rubea contra rebel. suorum reg. in art. 10. 3. tracta. in litera A. fol. paruo 99. Corneus, consi. 127. num. 6. volum. 3. Angel. de Gambigl. Aret. consi. 73. num. 10. volum. 1. Anr. Corb. in tract. de causis, ex quib. emphit. iure suo priua. de causa priuationis ob non solutum Canonem, ampliat. 12. num. 5. Cæpba. consi. 451. Multæ, num. 61. & consi. 611. Statutum, nu. 33. vol. 4. Tiber. Decian. consi. 1. nu. 149. vol. 3. & consi. 62. Ex præmissa, nu. 78. vol. 3. vbi hoc limitat non sortiri locum, vbi adesset ratio naturalis.
5 Nec † valet responsio, quæ l. non probatur. ita Glo. in d. §. consideremus, in ver. erubescimus, & Card. in consl. 78. audacissime asserebat núquam voluisse alijs fidem præstare, atque adhibere, nec Io. nec alteri, quamuis magno commentatori, nisi quatenus eorum rationes vrgerent, prout in diffi cultatibus explicandis, absoluendis, & extricandis incedendum esse per viam silicatá tex. & non opinione fatetur non obscure quidem Bal. cons. Super eo, sicuti refert hæc & alia quáplura ad propositum, Lambert. in tracta. de iure patro. in 58. art. q. 9. principali primæ par. 2. lib. sub nu. 5.
6 Et hinc est, † quòd Doctori qui nihil allegat, non est credendum vllo modo, c. ego solis, dist. 9. etiam si esset Glo. ita Bald. in l. respublica, C. ex quib. cau. maior. & Archid. in c. nolite, 11. q. 3.

Sed reliquum est itaque, ne ab instituto, & recto deuiemus ordine, prout ad rem de qua peti-
7 tur pertinet, memoriaque dignum etiam, † quòd Doctori licet turpe sit sine lege loqui: tamen secus est, vbi adducitur vrgens ratio, quá tunc reipsa sufficit allegare, vt per Corn. consi. 256. nu. 27. vol. 1. Et hoc vtique nemini mirum videri debet,
8 nam † ratio naturalis, licite allegari quidem potest in decisionibus causarum, vbi deficit lex, teste Abb. in c. in Genesi, in 3. notab. in fi. de elect. Philip. Fran. in c. secundo requiris, de appel. & facit tex. in c. fi. de transact.
9 Ratio † enim ipsa naturalis dicitur clypeus optimus legis, vt per Bal. in l. 1. §. in primo, in primo
10 no. C. de caduc. tollen. Vtpote † quia ratio non minus est inspicienda, quàm lex, secundum Archidiac. in c. vbi periculum, de electio. in 6. Silua. consi. 1. num. 141. volu. 1. imo ratio seruanda est pro lege, attestante Specu. in titu. de teste, §. 7. ver. quid si de muto.
11 Et postremò † ratio naturalis allegata sufficit pro lege, l. scire, §. sufficit, de excu. tut. Ioan. And. in c. ex eo, de elect. in 6. & Doctores omnes vniuersaliter in l. cum ratio, de bon. damna. & potissimum vbi lex deficit, secundum Ang. per tex. ibi, in l. si idem cum eodem, ff. de iurisdict. omn. iud.
12 Et eo magis, † esto quòd ratio semper deprecatur ad optima, vt aperuit Aristo. lib. 1. Ethico. Ratio itaque hoc postulat, vt per Cicer. lib. Offi. ne quid insidiose, ne quid simulate, ne quid fallaciter: imo attestante, eodem Cicer. lib. 2. Tuscu. quæst. præsto est domina omnium, & regina ratio, quę connexa per se, & progressa longius fit perfecta virtus: fortes enim non modo fortuna adiuuat, vt est in veteri prouerbio, sed multo magis ratio, quæ quibusdam preceptis confirmat vim fortitudinis, est quippe animus in partes duas distributus, quarum altera rationis est particeps, altera expers. Cum igitur pręcipitur, vt nobis ipsis imperemus, hoc præcipitur, vt ratio coerceat temeritatem, in animis omnium est fere natura molle quidem, demissum, humile, eneruatum quodammodo, & largú senile, sed aliud nihil homine deformius, sed præsto, & domina omnium, & regina ratio, quæ cum nexa per se, & progressa longius fit perfecta virtus hæc, vt imperat illi parti animi, quæ obedire debet, id viuendum est uiro. Sola namque ratio, teste Seneca, Epistola 68. incommutabilis,

bilis,& iudicij tenax est: non enim seruit, sed imperat sensibus. & Epistola 66. sic scribit etiam, Ama rationem, huius te amor contra durissima armabit. Ex quo secundum Ciceronem, de Leg. lib. 1. lex vera atque particeps apta ad iubendum, & ad uetandum est ratio recta. & de Nat. Deor. lib. 2. nihil est mente & ratione melius. & secundum etiam Quintum Curtium, de gestis Alex. lib. 4. nihil potest esse diuturnum, nisi cui subest ratio, & Manilium, lib. 2. nam neque decipitur ratio, neque decipit vnquam, & Cic. in lib. Parado. irrideat si quis vult plus apud me, me vera ratio valebit, quàm vulgi opinio.

Et ratio istorum omniũ ea est, nã ratio est motus animi, veri à falsis distinguens, à qua fit ratiocinatio, quæ à Græcis Syllogismus dicitur. est aũt teste Aug. in lib. de Spiritu, & Animo, Ratio, aspectus mentis, quæ bonum, malumque discernit, virtutes eligit, Deum diligit. Estque etiam ratio, vt per S. Tho. 1. sen. dist. 3. q. 4. natura intellectualis obumbrata. & ratio ipsa, vt est pars prudentiæ, est discursus intellectus, quo applicantur vniuersalia principia agibilium ad particularia varia, & incerta agibilia. & sic eã ponit Macrobius ex sententia Platonis.

Et hinc in practica animaduertendum est, redeundo post tam necessariam digressionem ad institutum nostrum, quòd vbicunque instanter per reum petita reperiatur copia libelli, & oppositum, quòd nõ procedatur ad vlteriora, nec non protestatum, quod non currat terminus, ex quo impeditur culpa, & facto actoris, debet tunc indubitãter quidem, super hoc primum interloqui
13 quàm ad vlteriora procedatur, vt pote, † quia vbi in aliqua causa emergit incidens articulus, iudex tenetur, & debet prius super eo declarari, quã ad vlteriora procedat, l. mutari, & l. seq. §. 1. ibi, hoc finiri oportet, & sic loquitur per ver. necessitatiuum, & ibi etiam ad hoc nonnihil commendat Bal. ff. de procura.

Quodque in tãtum verum est, & de plano procedit, vt si iudex emergenti articulo prætermisso ad vlteriora procederet, pars ex hoc grauata, potest ad superiorem appellare, l. à procedente, iuncta Glo. ibi, in ver. improbari, secundum vnum intellectum, C. de dila.

Et ratio præsentis speculationis est in promptu,
14 quia † exceptio ista dilatoria discernitur, quæ de sui natura litis ingressum impedit, teste Angelo in l. vir bonus, ff. iudi. sol. & Mar. Soc. in proprijs terminis, in c. 1. in 7. prin. art. de litis contesta.

ARGVMENTVM.

Subhastatio requiritur in venditione gabellarum finito tempore primæ locationis. & quando vltimus licitator priorem repellat si meliorem attulerit conditionem.

SVMMARIVM.

1 *Gabellarum in venditione, locationis primæ finito tẽpore subhastatio requiritur, in qua plus offerenti subintelligitur, si idoneè caueat: quo non satisdante, primus minus offerens non liberatur. & nu. 2.*

3 *Conditio in contractib. tã expressa, quàm tacita actionis natiuitatem, obligationisq; effectum, ac ius sibi quæri impedit ante illius implementum.*

4 *Licitator vltimus priorem repellit, si meliorem afferat conditionem: meliorem q; affert qui non est idoneus ad cauendum, etiam si plus offerat.*

5 *Contractu à ritè perfecto per alium penitus imperfectum non intelligitur de iure recessum.*

6 *Oblationis nudæ summa minoris actus, non est aliter contractus perfectus ac sufficiens ad primum tollẽdum, vt venditione non perfecta periculum apud venditorem remaneat.*

7 *Fideiussorer in eo pluri superaddito, eis non consentientibus, non tenentur.*

8 *Nouatio de nouo iure Codicis, ope etiam exceptionis non inducitur, nisi partes hoc expressè dicant.*

9 *Licitatio vltima priori actedit, non autem illã nouat.*

DECISIO CCCLIX.

MAGNIFICA vniuersitas Ciuitatis Butonti habens ius imponendi gabellas, & vectigalia exigendi, ex concessione, ac priuilegio Serenissimi Regis Ferdinandi Primi, prout & aliæ quamplurimæ Ciuitates Regni hoc idẽ priuilegium retinent, ex permissu eiusdem Serenissimi Regis, attestãte Afflicto, decis. 400. circa medium, & inter alia gabellam vini, quam mediãte persona sui generalis Sindici vendidit, & concessit cuidam Notario pro certa summa soluenda in certis terminis, cum pacto expresso, quòd emptor ipse amoueri queat quandocunque, alio in maiori summa licitante, etiam ex quocunque augmento, datis per eundem N. tribus fideiussoribus, sicuti ex instrumento affluentius, commodiusq; discernitur. accidit quòd eodem N. gabellam per plures menses exigente infra annum dixisse dicitur Sindico prædicto, quòd offerebat de nouo dare grana decem vltra primam summam, pro quibus etiam requisitus corã iudice fideiussores non dedit, nec celebratum vllatenus extitit instrumentum nouæ licitationis, seu concessionis istius gabellæ, seu datij, ratione minimi augmenti, ita & taliter sine fideiussoribus promissi. agente igitur Cascerio eiusdem Vniuersitatis, qui tanquam Cascerius fuerat stipulatus antedictam summam ab ipso N. & fideiussoribus, opponitur de noua oblatione, & augmento granorum decem, quod cùm fuerit per Sindicum recepta, censetur recessum à prima licitatione, & contractu, fideiussores q; etiã liberatos. Sed replicat Cascerius stipulator, quòd per solam licitationem, & oblationem absq; cautione idonea non est aliter primus contractus resolutus, & quòd factum Sindici non consentiente Vniuersitate ei nullatenus ius quæsitum tollit: & ideò oportunè potest recursum habere ad eosdemmet fideiussores, qui primæ licitationi interuenerant, seu intercesserant.

In tãtum quòd in dissentione hac nullo admodum afficior stupore, quòd prædicti fideiussores cum principali nullatenus videantur à primæua obliga-

obligatione liberati, per nudam oblationem, &
licitationem augmenti granorum decem sine fi-
deiussoribus factam post primum cōtractum per-
fectum. & presuppono vnum in iure verissimum,
1 quòd † in venditione gabellarum, finito tempo-
re primæ locationis, subhastatio de necessitate re-
quiritur, ut probat tex. in l. penes, & ibi Bar. & cæ
teri omnes, C. de vectigal. & commis. & in l. licita-
tio, & ibi Bar. Rom. Imo. & alij, ff. de publican. &
uectig. & in l. si tempora, & ibi Glo. Bar. & cæteri,
C. de fi. instru. & iure hastæ fis. lib. 10.
2 In † qua quidem subhastatione plus offerenti
subintelligitur, si idoneè caueat, vt firmat Glo. ma
gistra in d. l. penes, per tex. in d. l. licitatio, in prin.
vbi est casus, & ibi Scriben. quo nimirum idoneè
non satisdante primus tunc quamuis minus obtu
lerit, nihilominus tamen nullo pacto liberatur, vt
est text. notabilis atque singularis in l. Sabinus, ff.
de in diem addictione. vtpote quia semper dici-
tur inesse tacita conditio, si satisdando securum
reddiderit venditorem, vt inquit tex. in l. quod au
tem Sabinus, in ratione sui. eo. ti. & concordat quo-
que expresse Bar. in d. l. licitatio, in princ. cui ac-
quiescit ibi Salic. & Ro. & Io. Bertach. in tract. de
gabellis, in 2. par. quęst. 8.
Quorum Doctorum nempe sententia reipsa
habet verum iuris saporem, & rationem etiā con
gruam atque palpabilem. nā in contractibus præ-
memoratis subintelligitur sincerè quidem à lege
isthæc tacita cōditio, si idoneè caueat. Sed dubiū
3 non est, † quòd conditio in contractibus non so-
lùm expressa, verùm tacita etiam impedit natiui-
tatem actionis, & obligationis effectum, ac ius si-
bi quæri ante illius implementum, ut tenet Glo.
notabilis, & communiter ab omnibus in iure scri
bentibus approbata in l. item quia, ff. de pact. Bal.
in l. 1. C. de cadu. tol. in l. 3. C. de arbit. & in l. si ex
cautione, quæst. 8. C. de non nu. pec. Imola in l. 3.
ff. de leg. 1. & ita consuluit quoque Dec. consi. 2.
col. 3. & sic cōditio debet prius verificari, & adim-
pleri, quàm agi possit ex dispositione conditiona
li, vt per Dec. consi. 107.
Cùm igitur in casu nostro de quo quęritur, pre
fatus N. post primum contractum ritè, ac rectè, &
solenniter celebratum, atque perfectum cum ido
neis fideiussoribus, offerendo astutè quidem mo
dicum augmenti granorum decem, & fideiusso-
res etiam requisitus minimè præstiterit, non est
vtique à primæua obligatione liberatus: cùm no-
ua ipsa obligatio contineat in se tacitam illam cō-
ditionem, si idoneè satisdederit, superius explana
tam. quod nempè dictum habet pariter in se sum
4 mam equitatis rationem: † nam vltimus licitator,
tunc demum repellit priorem si meliorem attule-
rit cōditionem. d. l. penes. C. de vectigal. cęterùm
prædictus N. augendo quantitatem pecuniæ pro-
missæ, non modò in illo modico pluri non facit
conditionem Vniuersitatis meliorem, nullatenus
dando fideiussores: imò intendit ob hoc, anti-
quam soluere obligationem, & se, ac fideiussores
suos liberare, in euidens eiusdem Vniuersitatis
venditricis, & iuris sibi ex primo contractu quæsi
ti præiudicium. quod profectò nullus iudex sani
capitis diceret: nisi esset quædam bestia humana,
vt vtar verbis Bal. in auth. ei qui appellat, col. 2. C.
de temporib. & reparationib. appellat. quod me-
liorem conditionem afferat, qui non est idoneus
ad cauendum, etiam si plus offerat, vt probat tex.
in l. quod autem Sabinus. ibi, quasi non videatur
melior conditio allata si non securè secundo lici-
tatori gabella adijciatur, vt in l. cum qui, § melior,
ff. de in diem addictione. itaque audiri nō debet.
& pro ista sententia consuluit quoque Bal. in con
sil. incip. Modus, & forma datiorum in Ciuitate
Cremonæ, cui nititur non vulgari quidem ancho
ra Fabia. in tract. de emp. & vend. in 5. par. col. 23.
dum tractat atque discurrit de subhastationis ma
teria. ad hæc considerandum est etiam, quòd in
casu isto nō sumus in licitatione facta in actu sub-
hastationis à pluribus certatim licitantibus ad al-
terum excludendum, & priuandum insimul ac-
quisitionis commodo: sed imò prius præfato N.
tanquam vltimo licitatori, & plus exinde offeren-
ti extitit datium furni adiudicatum, per contra-
ctum perfectum, & omni debita, necessariaq; ro-
boratū solennitate, cum idoneis fideiussoribus, p
Vniuersitatis cautela, vt in eo fęcundius apparet.
Cui quidem non debet aliter derogare nuda
ipsa oblatio absque fideiussore: vtpote † quia à
contractu ritè perfecto, nō intelligitur de iure re-
cessum per aliud penitus & omnino imperfectū,
vt probat tex. in l. si id quod, cum ibi notatis per
Glo. & alios scriben. ff. de rescin. vend. & in l. san-
cimus, C. de testam. Præterea etiam per solā obla-
tionem maioris summæ receptam à venditore, &
factam maximè ab eodem emptore sibiipsi licitā
te, vt in casu nostro, haud dicitur ipso iure indu-
cta liberatio à primęua obligatione legitimè per-
fecta, & stipulata cum fideiussoribus idoneis. nam
exploratum quippe est, quòd in ipso actu licita-
tionis non dantur fideiussores, neque discutitur
de idoneitate licitantis, & an reperire queat fide-
iussores: quia ad quem spectare debeat adhuc in-
certū est, & postmodū de fideiussorib. quæritur.
6 Et ideò † actus nudæ oblationis maioris sum-
mæ non est aliter contractus perfectus, atque suffi
ciens ad primum tollendum, teste Paulo Castren
se in l. licitatio, in princ. ff. de publican. in tantū q
in omnem euentum venditione non perfecta re-
manet periculum apud venditorem, vt per Curt.
iun. in l. quod sæpè, §. in his, ff. de contrah. emp.
Imò vltimo licitatore non reperto idoneo, lici-
tè potest, & valet venditor ad priorē, licèt minus
offerentem redire, quod profectò tanquam mar-
moreum negari vllatenus potest, quia poneretur
quodammodo os in cęlum, & esset assertio con-
tra casum d. l. Sabinus, in tātum quod vbi extat le-
gis casus, ibi nulla dubitatio restat. l. ancillæ, & ibi
not. Bal. C. de furt. nisi expressè ageretur inter par
tes, quòd altero licitante, alter in totum liberare-
tur. quod vtique probatum modo aliquo non ap
paret, tanquam in facto consistens.
Postremò hoc alijs etiam facibus illuminandū
est, quòd in huiusmodi casu non extant diuersi li-
citatores, plus exinde certatim offerentes ad finē,
ac effectum, vt alter alterum excludat, sed vnius
&

& idem emptor & licitator, qui primò magnam summam cum stipulatione, & fideiussoribus solenniter promiserat, & postmodum minimum superaddidit: in tantum, quòd ex eo quod plus obtulerit, non est à primæua obligatione liberatus: imò illam confirmat: quoniā in contractibus extat in iure verissimum, quòd in maiori summa inest minor. l. 1. §. stipulanti mihi, & ibi Doct. omnes, ff. de verb. oblig.

7 Est nihilominus benè verum, † quòd fideiussores in eo pluri superaddito, eis non consentientibus minimè penitùs tenerentur, per ea quæ habentur in l. si cum Herinus, C. locati.

Nec dici potest, quòd per receptionem nouæ licitationis sit facta nouatio: & sic priores fideiussores absoluti, iuxta terminos l. nouatione, C. de fideiussor. quia cum de prima pecunia oblata sit facta expressa stipulatio cum fideiussoribus, & deinde accesserit oblatio maioris summæ, quæ non fuit modo aliquo stipulata, seu in stipulationem deducta, per hoc quòd accesserit per nudam oblationem augmentum pecuniæ maioris summæ;
8 nullatenus † inducitur de iure nouatio, de nouo iure Codicis, nisi partes hoc expresè dicant, & agant, quòd nouare velint, per textum in l. fi. C. de nouationib. & quòd hodie non inducitur nouatio, etiam ope exceptionis, firmauit Alex. post Barto. & alios, quos affluenter congerit in l. qui vsumfructum, col. fin. ff. de verbo. oblig. & consi. 117. Ponderatis his, volu. 2. & ibi Apostilla, & ita in proprijs terminis in gabellota sibi ipsi licitante, quòd non sit facta nouatio, maximeque absque nouis fideiussoribus, & q̃ primi remaneant obligati pro prima tamen summa stipulata, & nō pro ea superaddita, concedit And. de Iser. in tit. quæ sint regalia, §. vectigalia, col. 2. in fi. volens ac
9 concludens, † quòd vltima licitatio accedat priori, & non quòd illam nouet, cuius quidem dicta refert & sequitur Paris de Puteo in tract. de sindica. in ver. fideiussor. & consequenter dicendum est, quòd primi fideiussores non fuerant liberati per nouam licitationē sibimet ab eodem emptore factam, vt supra.

Nec obstare vllatenus etiam habet, quòd sint petiti fideiussores: quia cum in superaddito fideiussores primi non tenebantur, licitè potuit, & valuit petere sindicus memoratus nouos fideiussores ab ipso gabellota, cum primi in tota summa non tenerentur: ideo cum commodè & conuenienter fieri posit interpretatio in fauorem reipublicæ, dicendum non est, quòd sit facta nouatio: Præterea considerandum est itidem vigilanter & intentè in præsenti casu, quòd etiam si voluisset idemmet sindicus nouare expressè primam obligationem cum fideiussoribus receptam in aliam, sine fideiussoribus, deteriorando conditionem ipsius vniuersitatis, vtique non posset: quia ad hoc non habebat mandatum, & sine mandato tenetur & debet conditionem ipsius vniuersitatis meliorem, & non deteriorem facere. insuperque vniuersitas, eiusq; etiam Sindicus procurabre transferri stipulationem solutionis prædictæ quantitatis pecuniarum primo loco promissarum in persona sui Cascerij, conuertendam in solutionem fiscalium functionum, prout ex ipso instrumento obligationis non obscurè quidem colligitur: & sic censebatur Sindicus ipse tacitè prohibitus huiuscemodi nouare obligationem: cum ius, ex tali contractu, & mihi stratio illius erat concessa supradicto Cascerio pro certa & deputata causa, & ita patrocinante in hac causa D. Ioanne Antonio Sansone, cum alijs strenuissimis Aduocatis, extitit decisum in sacra Audientia Barensi, in anno 1588. quòd licitè potuit vniuersitas ipsa, & idemmet Cascerius nomine illius regressum habere contra prædictos fideiussores.

ARGVMENTVM.

Hæredes quando habeant iustam ignorantiæ causam, quæ ab expensis releuet, ab ipsisque litigandi causa excuset, ac de iuramento suppletorio in materia probandi valorem rei, atque de semiplena probatione actoris reo plenè probante.

SVMMARIVM.

1 *Hæredes iustam ignorantiæ causam habent, quæ ab expensis releuat, nisi sint actores: & an mulieres ad expensas teneantur, nu. 2.*

3 *Litigantes iusta causa ab expensis earumque condemnatione excusat tam in ciuili quàm criminali. & quando id verum, nu. 4.*

5 *Iuramento suppletorio, in materia probandi rei valorem, non est locus.*

6 *Actoris semiplena probatio, reo plenè probante, pro nulla habetur, vt succumbens in expensis condemnetur.*

DECISIO CCCLX.

IN causa filiarum, atque hæredum quondam Marini Monacelli cum Dominico Casciono, super rescissione venditionis cuiusdam fundi, ex capite enormissimæ læsionis: Actrices re ipsa per vnum testem probauere valorem rei, tempore contractus, inducentem læsionem vltra dimidiam iusti pretij. Versaq; vice conuentus per complures quidem testes edocuit etiā eodem tempore fundum ipsum emptum extitisse quanti verè valebat, pro exclusione prætensæ læsionis. vnde fuit promulgata sententia per Curiam Terræ Canneti, absoluendo conuentum ab impetitis: actrices nihilominus tamen ab expensis releuando ex causa: fuit dubitatū in sacra Audientia Barensi, ad quam extitit appellatum per conuentum ab absolutione expensarum, an ipsæ actrices ad expensas tenerentur.

Pro illarum itaque parte primò adducebatur,
1 quòd † hæredes habent iustā quidem ignorantiæ causam, quæ solet ab expensis releuare. ad quod maturè atque faciliter responsum extitit, hoc nullatenus procedere, vbicunque forent actores, vt in casu, de quo agitur. l. qui in alterius, & ibi Scribentes, ff. de reg. iur.

Secundò

Secundò afferebatur quoque Glo. in l.edita, C.de eden. vbi non obscurè quidem concedit,
2 mulieres † non teneri modo aliquo ad expensas, verum enimuerò de hoc nulla admodum fuit habita ratio: ex quo in contrariam sententiam, tanquam tutiorem, veriorem; inclinauere optimis rationibus, contra illam Glo. ibi Bart. num.33. & Dec.num.96. & Moder. omnes, in tantum quòd pro scopo habemus dicta probatissimorum Anthorum.

Postremò allegabatur etiam, quòd actrices ipsæ habent ad suum fauorem, atque auxilium semiplenam probationem, per depositionem vnius te-
3 stis, ad notata in l.admonendi, ff.de iureiur. † ex qua oriebatur iusta litigandi causa, quæ absque scrupulo excusat ab expensis, sicuti post alios firmat Ias.in l properandum, §.siue autem alterutra, sub nu.8. versi.quarta conclusio, C.de iudi. Alexan.consi.115. Viso themate supra scripto, & atte stationibus, col.fi.& ibi Apostilla, volu.4. Et iusta causa ipsa excusat à condemnatione expensarum, tam in causa ciuili, quàm etiam criminali, ita Cravet. consi.178. num.10. & Prosper Farinacius in suis quæstionibus, & communibus opinionibus criminalibus, lib.1. de accusatione, quæst.16.nu.33.cum alijs omnibus seqq. vbi num.61.&72. & seq. memorat etiam, se vbi viget statutum, quòd victus victori condemnetur in expensis, vidisse sæpissimè quidem iudicatum in curia Capitolij victum, nedum in causa ciuili, sed in criminali etiam, ob iustam causam, iudicis arbitrio fuisse absolutum.

Ad quod nempe extitit accommodata realis
4 isthæc responsio, † id verum esse in casibus, in quibus potest iuramentum deferri suppletoriū, prout ita explicat atque declarat Soci. in reg. 181. & Menoc. de arbit.iudi. casu 177. quorum quidem declaratio omni dubio procul grauis est, & realis.
5 in † materia autem probandi valorem rei, vt hic, non est aliter locus huiusmodi iuramento, vt per Alexan.consi.109. in secundo dubio principali, sub nume.15. versic. nec est tractandum de deferendo iuramento, volum.4. Ripa in d. l.admonendi, nume.183. cum alijs cateruatim congestis per Pinell. in repet. l.2.in 3.par. cap.4. & vltimo, nume.13. C. de rescind. vendit. taliter quòd (vt scopum attingam) magna caterua Scribentium in hoc consentit. debebant itaque actrices ipsæ perpendere, animaduertereq; prædictam semiplenam probationem eis suffragari non posse ad euitandum expensas, teste Menoc. in loco antefignato.

Insuper ex parte appellantis fuit denique adducta decisio Bal.in auth. generaliter, col.4. sub nu.9.versic.ex prædictis autem hic concludo, vbi di-
6 cit, † quòd semiplena probatio actoris quando reus plenè probauerit, habetur pro nulla: & proinde succumbens condemnatur in expensis, & sequitur Alex.in d.l.properandum, §.siue autem alterutra, num.17.& Menoc.in d.casu 177. & ita iudicatum extitit in sacra Audientia Barensi, referente D. Francisco Valcarcer Auditore integerrimo, ac sinceratissimo, malè fuisse prouisum, & benè appellatum, atque insimul actrices ipsas fore condemnandas ad omnes expensas, sub die 27. Iunij, 1590.

ARGVMENTVM.

Citatio, quòd habeatur pro non facta, continens breue tempus ad notificandum, & assignatio termini absenti facta intimari debet.

SVMMARIVM.

1 *Citatio habetur pro non facta, vbicunque cōtinet breue tempus ad notificandum.*
2 *Aduocatus animaduertere debet in practica in Regno, dum allegatur absentia citatorum, vt opponat de nullitate, & breuitate termini ad euitandum contumacias.*
3 *Termini assignatio absenti facta debet intimari. & terminus quis dicatur breuis, vel longus, remissiuè.*

DECISIO CCCLXI.

1 Citatio † habetur pro non facta, vbicū que cōtinet breue tempus ad notificandum, clem.1. vbi Glo. & Imo.num.41. de iudi. Bar.in l.aut qui aliter, ff.quod vi aut clam, Afflic.decis.124.sub num.3. Foller.in pract.crim. in prima parte secundæ partis, in rubr. vt eos verbaliter citari faciat, num.22. Sali. in l.qua in prouincia, num.5.& seq. C.vbi de crim. agi oportet, & Pau. Aemil. Verall. decis.261. seu 3. Nulla est sententia, num.8. in 2.par. & ita iudicauit non semel tantum Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ, Comitatusque Molisij, in anno 1583. & sequentibus, annullando varias, diuersasque tunc contumacias, tam contractas, incursasque, ex termino nullatenus commodo & congruo ad comparendum in citationibus apposito: quàm ex breui etiam dilatione ad notificandum concessa.

2 Et † hinc aduerte tu Aduocate, in practica in Regno, dum quotidie allegatur absentia citatorum in causis ciuilibus, mixtis, atque criminalibus, vt opponas de nullitate, ac breuitate termini ad euitandum contumacias: cum aliquando viderim hisce oculis aliquos iudices errare, stabiliendo breue, atque breuissimū, nempè tempus, dum allegatur per consanguineos, affines, & amicos absentia citati in vltimo peremptorio: & tamen vbi citatus reperitur tunc extra prouinciam, vel ignoretur locus, in quo moram faciat, tenetur in istis casibus, & similibus iudex concedere dilationem vnius mensis ad notificandum, & perquirendum, secundum And. de Iser. in constit. Edictorum ordinem, col.5. versi. item probato, quòd erat, & est absens, & ita semper obseruatur sacra Audientia Barensis, in anno 1588. & seqq. in causis in ea tunc occursis, & præsertim in causa Francisci Pacifici de Terra Grumi, fratri cuius, de mense Octobris, in anno 1590. dum tractabatur de eodem foriudicando, extitit eo tempore concessus terminus ad perquirendum duorū mensium.

Quæ

3 Quæ † quidem assignatiò termini facta absenti, compertum est, quòd necessariò atque indubitanter debet intimari, vt per Bal. in l.2. col.1. C. vbi in rem actio. Et terminus quis dicatur breuis, vel longus, faciliter nempe explicat Spec. in ti. de citat. §.3. circa princ.

ARGVMENTVM.

Tormentum mutare quando liceat, & contra famosos quomodo procedatur, & an iudex pro morte secuta tormentorũ occasione teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Tormentorum mutatio, quãdo licita, vt iudex etiam in sindicatu, ex mutatione non teneatur, nu.3.*
2 *Tortus non dicitur eleuatus à terra, sed territus.*
4 *Torquendi instrumenta, dummodo solita, consideranda, vt illis vtatur iudex.*
5 *Famosos contra latrones magno cum rigore proceditur, & qui famosi dicantur, & qui soliti.*
6 *Inquisitus pro tribus furtis etiam minimis, proque duobus punitus, pro tertio suspenditur.*
7 *Iudex ob ream in tormentis deficientem, nõ tenetur, modo legitima præcedant indicia.*
8 *Delictum tunc dicitur, vbi dolus, & propositũ adest.*

DECISIO CCCLXII.

IN causa magnifici Marci Antonij de Helia, V. I. Doctoris, de ciuitate Bari, venit necessariò quidem consideranda vita, & qualitas Iosephi de Bellina de Terra Bitritti, de cuius morte modò agitur. erat etenim famosus, & insignis latro iste, solitusque furari, vt ex processu satis planè discernitur, aliàs non semel tantum, pro huiuscemodi criminibus tormenta sustinuisse. & licèt postmodum tanquam non confessus extitisset sub cautione liberatus: tamen infra menses paucos redeundo ad vomitum, commisit alia tria furta, cũ eius fratre associatus, de quibus cum conuictus reperiatur, & in flagranti etiam captus crimine: seruatis demum de iure seruandis, extitit positus ad torturã, quam varijs, diuersisque vilipendendo signis, vix tunc mediocriter, leuiterque tortus, fuit positus in tormento ignis ad indagandam contra socios veritatem, ex quo in se conuictus erat, qui post tormentum hoc ita emanatũ, ex superueniente infirmitate extremum effudit spiritũ ad dies vigintiduos. ob quod equidem, ad querelam matris ipsius Iosephi inquiritur prędictus Marcus Antonius. quia in re veniũt tria profectò principaliter consideranda. Primò, an licuerit mutare tormentum. Secundò, an præsumatur excessus. Tertiò & vltimò, an iudex teneatur pro morte secuta in tormẽtis, seu tormentorum occasione.

1 Quò verò ad primum dico, † quòd tormentum potest, & licet mutari absque scrupulo aliquo, duplici ratione, veluti si quis extitisset leuiter ac modicè tortus: quia tunc propriè tortus nõ diceretur: sicut leuis febricula, nõ dicitur febris, 2 teste Matthæo Bruno, consi.61. num.7. † Imò tortus nullatenus quidem dicitur, eleuatus à terra, sed territus, vt per Brun. ibi, num.6. & ita non semel tantum obseruauit sacra Regia Audientia Barensis, & potissimũ in personam Ioannis Mortalei, de Terra Medunei, de præsenti anno 1590. licèt & malè Ange. in l. ita apud, §. quæstionem, in ver. leuis territio, ff. de iniur. & Cataldin. de Boncompag. in tract. de sindica. num. 102. asseuerent contrarium, quòd cõfessio tunc facta per malefactorem, dicatur metu tormentorum ex-
3 torta. † & sic licita est mutatio ipsa tormentorum, secundum Bal. in l. obseruare, C. quando prouocare nõ est neces. & l. ob quæ vitia, ff. de ædil. edic. & seriosius quidem Grammat. decis. 34. num. 56. & Marsil. super tit. ff. de quæstionibus, in princip. sub num.55. vbi profert magnũ quippe verbum, iudicem ex mutatione tormentorum nunquam teneri in sindicatu. sic ergo ratione modicæ torturæ, cum de ea nulla admodum habetur ratio, extitit licita mutatio ipsa. Est itidem licita, altera nempe ratione, si reus appareret dormire in tor-
4 mentis, illam contẽnendo. † nam teste Bosio in sua pract. in titu. de tort. num.39. sunt consideranda omnia instrumẽta ad torquendum, vt illis vtatur iudex, dummodo non sint insolita. tormentum igitur ignis insolitum non extat, quoniam Franc. Brun. in tract. de indic. & tort. in vers. sextò principaliter quæro, illud inter cætera tormentorum genera enumerat, nulla certè qualitate apposita, seu modificatione, nisi quod pedum plantæ igni ad hoc propositum accenso obijciantur, & larido etiam porcino vngantur, nullam de tabella aliquando tunc interponenda mentionem faciens, quæ in omnibus curijs, iu communi, vniuersalique extat vsu.

Quò etiam ad secundum, minimè gētium potest aliter excessus præsumi, & præsertim attenta ipsius rei qualitate, cumque admodum robustus, attentaque etiam fama, quia erat famosus latro, & multoties extiterat pro furtis tortus, & nunquam
5 confessus, taliter † quòd contra famosos proceditur cum magno rigore. l. capitalium, §. famosos, ff. de pœn. & famosi dicuntur qui publicè, & cum violentia furantur. auth. sed nouo, & ibi Bar. C. de seru. fugit. Abb. in c. ex parte, de testib. Cataldin. de Boncompag. in tracta. de sindica. num. 100. & Alex. consi. 91. volum. 4. per tex. in §. successor, in Auth. vt nul. iud. Dicunturq; itidem latrones, qui homines iter facientes aggrediuntur, & spoliant. d. l. capitalium, §. famosos, Glo. in cap. inter alia, de immun. eccles. & Marsil. cum alijs aggregatis per eum, cons. 22. num. 16. volum. 1. & Francis. Brun. in tract. de indic. & tortur. in 3. quæst. primæ partis, num. 22. vbi concedit etiam, istos quoque de socijs interrogari posse. in tantum quòd licet in istos iura transgredi ad aliorum metum: cum latrones ipsi suspendio, vel bestijs subiecti, priuentur aura vitali, teste Placentino in tract. de accusationib. tit. 7. nu. 18. & eo magis vbicunque sunt soliti. & solitus dicitur re ipsa qui tria etiam minima furta commiserit, & capite punitur; sicuti pro his omnibus faciunt tradita per Io. Anto. de

Nigris

Nigris in cap. Regni, ad hoc, num. 3. 13. 16. 56. & 64. imò ibidem, num. 68. & sequen. concedit quo
6 que, † quòd si quis inquisitus reperiatur pro tribus furtis, etiam minimis, & pro duobus punitus extiterit, pro tertio, indubitanter quidem, posset suspendi. His igitur attentis atque consideratis non potest aliter excessus præsumi, accedente præsertim ad hoc, quòd sumus in arbitrarijs, de quibus iudex non tenetur, teste Crauetta, consil. 78.

7 Quò ad tertium, & vltimū dico, † quòd si reus defecerit, seu fuerit in tormentis debilitatus, iudex ad aliquid nullatenus tenetur, dummodo legitima præcedant inditia, vt per Gand. in tracta. maleficiorum, in titu. de persecu. post tort. in ver. forma, & latius per Carrer. in sua pract. crimin. in princ. num. 200. Cyn. & Salicet. in l. Gracchus, C. de adulter. & Barto. in l. quæstionis, la prima, ff. de quæstionibus. si igitur non tenetur iudex, reo deficiente in tormentis, quanto magis si non in tormentis, nec tormentorum ratione.

Postremò inficiari haud potest modo aliquo,
8 tunc † demum dici delictum, vbi adest dolus, & propositum. l. 1. de sic. sed ex his tormentis vnde potest dolus considerari? si ergo non adsit dolus, nec consequenter delictum: si nō delictum, nec vllam meretur pœnam, prout ita de currenti anno 1590. extitit iudicatum in sacra Audientia Barensi, in qua fuit tunc absolutus, & licentiatus idem Marcus Antonius pro prædicta tormentorum mutatione.

ARGVMENTVM.

Iudex ordinarius suspectus, an penitus remouendus, & qualis suspitio seu causa sufficiat.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ordinarius etiam suspectus, non remouetur in totum, sed adiūctus datur: licèt de Canonica æquitate, qua Regnicolæ vtuntur, à cognitione causæ penitus remoueatur, ac eius quoque processus sit nullus.*

2 *Suspitionis causa contra iudicem talis esse debet, quæ si probata foret, deberet legitima reputari.*

3 *Recusationis causa iusta reputatur, si iudex parti inimicus fuerit: & qualiscunque probabilis causa inimicitiæ sufficit, etiam non capitalis, imò quòd inimicus reputetur.*

4 *Quæstio ciuilis ansam criminalibus præbere, odiumque non solum magnum, sed maximum quoque parere consueuit.*

5 *Iudex partis aduersæ, vel inimici partis, consanguineus vel affinis, vt suspectus recusatur.*

6 *Iudex consimilem litem cum litigantibus habens, vt suspectus recusari potest.*

7 *Recusationis contra iudicem causa iusta quinquaginta quinque, remissiuè.*

8 *Iudex, vt suspectus post conclusum in causa non recusatur.*

9 *Consultor vel Doctor ad consulendum in causa eligendus, vt suspectus recusatur.*

10 *Iudex de Consultore electionem facere nequit, nisi prius citatis partibus ad dandam listam suspectorum.*

DECISIO CCCLXIII.

QVAMQVAM secundum iuris ciuilis disposi-
1 tionem, † ordinarius iudex, etiam legitimè suspectus, in totum non remoueatur, sed detur adiunctus. l. apertissimi, & ibi Glo. Ias. & alij vniuersaliter omnes, C. de iudic. Carauita in ritu 265. sub num. 13. Alber. per tex. ibi in fi. in authent. si verò contigerit, C. de iudi. Paris de Put. in tracta. sindicat. in ver. suspitio, sub num. 1. & seq. nihilominus tamē, iuxta Canonicam æquitatem in totum à cognitione causæ absque scrupulo remouetur. c. suspitionis causa, extra de offi. deleg. & c. cum speciali, extra de appel. & hoc iure hodie vtimur in Regno. imò si iudex recusatus tanquam suspectus procederet in causa, processus tunc foret ipso iure nullus, vt ibi per Abb. Bart. Alex. & cæteros vniformi consensu omnes in l. quia poterat, ff. ad Trebel. Io. de Amicis, consil. 109. num. 5. Caputaquens. decis. 88. lib. 1. & Io. Ant. de Nigris in c. Regni, 217. Prolixitatem, nu. 16. vbi in maximis laboribus tollit omnia obstacula contraria.

2 Quæ † quidem suspitionis causa talis esse debet, quæ si foret probata, deberet proculdubio legitima reputari. d. c. cum speciali. sicut & in appellationis causa dicimus. cap. vt debitus, extra de ap
3 pellat. † & iusta recusationis causa reputatur, si iudex fuerit inimicus parti. c. quod suspectus, 3. q. 5. & l. vnica, §. illo, & ibi Barto. C. si qua præ. pote. imò qualiscunque probabilis causa inimicitiæ sufficit, nec requiritur, quòd sit inimicitia capitalis, vt est Glo. notabilis in c. secundo, & ibi Gemin. de procur. lib. 6. & sufficit etiam, quòd illum reputet, vt inimicum, licèt inimicitia ipsa non habeat fomitem veritatis, vt dicit Inno. in c. cum in ea, extra de re iudic.

Nec non iudex ex lite etiam ciuili potest suspectus recusari, & præsertim vbicūque probabilem
4 dederit causam inimicitiæ: † cum ciuilis quæstio ansam præbere soleat criminalibus, vt inquit tex. in l. properandum, in princ. C. de iudic. imò non solum magnum, sed maximum etiam odium parere consueuit, attestante Pragmatica de causis compromittendis, quæ loquitur inter coniunctas personas, inter quas amor sanguinis deberet tales motus odij reprimere.

5 Similiterque † iudex, vbicunque esset consanguineus, vel affinis partis aduersæ posset omni dubio procul vt suspectus recusari. cap. postremo, & ibi Glo. & alij vnanimiter omnes, extra de appel. Glo. & cæteri Canonistæ omnes in c. 2. extra vt lite non contesta. imò si esset consanguineus, vel affinis inimici partis posset quoque ex hoc licitè, vt suspectus recusari, c. accedens, il secondo, extra vt lite non contest. & ibi Abb. & Scriben.

6 Præterea † iudex habens consimilem litem cū litigantibus posset ob hoc itidem, vt suspectus recusari, ex eo quòd habet cum eis litem. ita Spec.

in titu.de iud. deleg. §.superest videre, per text. in
l.propter litem, ff. de excus.tutor. & Philip.Franc.
in c.postremo, col.pen.vers.38. si iudex cum alte-
7 ra parte, extra de appella.† & de omnibus præme
moratis iustæ suspitionis affluentius, exuberan-
tiusque discurritur per Steph.Aufre.in tracta. de
recusationibus, & per Io.Bertach.in tract. de epi-
scopo, in 4.par. lib. 4.quæst.11. vbi distinctè qui-
dem enumerat quinquagintaquinque iustas recu
sationis causas, & 70. Card. Alex. in d.cap.postre
mo, Specu.in titu.de iudice delega. §.superest vi-
dere, & Ias. in l.apertissimi, C. de iudic. sed ani-
maduertendum est accuratè, & vigilanter qui-
8 dem, † quòd suspectus iudex recusari non potest
post conclusum in causa, vt per Marsil. in pract.
crim.§.sequens, num.22.Hostiens. in titu.de iud.
deleg.§.quando, in prin.

Verùm enimuero omnia hæc, ita trutinata,
9 nullatenus † re ipsa locum obtinent in Consulto
re, vel Doctore, eligendo ad cõsulendum in cau
sa, qui nulli dubium est, quòd recusari potest vti
suspectus. ita Ange. consil.182. Statuto ciuitatis
Ferrariæ, in princ.& Bal. in c.super quæstionum,
col.11.de offic.deleg.& in l.s.in princ. C.de rela.
10 vbi non obscurè quidem concedit etiam,† iudi-
cem nõ posse modo aliquo electionem facere de
Cõsultore, nisi prius citatis partibus ad dandum
listam suspectorum, & sequitur Philip. Franc. in
c.cum speciali, col.7. vers.decimoseptimò quæri-
tur, an Consultor, vel Doctor, qui debet eligi ad
consulendum, & ita de currenti anno 1590.deci-
sum extitit etiá in sacra Regia Audiétia Barensi,
quæ nõ immeritò quidem declaranit votũ Con-
sultoris electi per Capitaneum Terræ Medunei,
partibus non citatis, nullum & inualidum, in cau
sa tunc agitata inter aliquos de eadem Terra.

ARGVMENTVM.

De pœna matris non petentis curatorem ventri, seu tutorem insra annum: & transiens ad secunda vota, quid facere debeat: & quando tutorem non petens excusetur.

SVMMARIVM.

1 *Mater curatorem ventri dari tenetur petere, dissoluto matrimonio morte mariti, alioquin successione posthumi priuatur.*

2 *Mater, quæ non petijt tutorem ventri, si postea filij tutelam gerat, nihilominus filij successione priuabitur, nisi solutum sit matrimonium in fine nouem mensium, ita vt mulier pariat infra triginta dies, nume. 3.*

4 *Pœna non petiti tutoris, qualis à iure introducta sit.*

5 *Matri non sufficit personam pupilli tueri, & bona quoque administrare, nisi etiam inuentarium fecerit, & alium tutorem dari petierit.*

6 *Mater transiens ad secunda vota, quid prius facere teneatur eum filio suo, ne successione priuetur.*

7 *Mater tutela filij priuatur, quando ad secunda vota transcurrit.*

8 *Mulier virum habens secundum, redditur legi suspecta, vt filium excoriet.*

9 *Mulier sponsalia contrahens tantum de futuro, vel tractans de nubendo, legi suspecta non redditur.*

10 *Mater non debet relinquere eius filium sine tutore.*

11 *Tutor datur non minus personæ, quàm rebus.*

12 *Auus licèt sit pupillo tutor legitimus, mater tamen ei præfertur.*

13 *Mater si non facit locum legitimo tutori, administrare ipse non potest.*

14 *Pupillus quando non habet bona paterna, sed solum sunt bona dotalia, mater excusatur in non petendo tutorem, & nu.15.*

16 *Tutor si non conficit inuentarium ob modica bona, quæ habet, excusatur, & nu.20.*

17 *Aes alienum si superat patrimonium pupilli, mater in non petendo tutorem ipsi consulere videtur, ne amplius molestetur à creditoribus.*

18 *Pupillus si non habet defensorem, & curatorem, si conueniatur, nec processus tenet, nec sententia valet.*

19 *Curator datur bonis, tutor verò personæ.*

20 *Hæres illius, qui bonis cessit, non tenetur vltra vires hæreditarias, si non confecerit inuentarium.*

21 *Mater rationem reddere non tenetur, vbi nulla præcesserit administratio; nec tutorem petere, vbi pupillus nihil habet in bonis.*

22 *Pupillus superuiuens, de iure præsumitur pubescere.*

23 *Mater non potest dici priuata successione filij, eo adhuc pubescente, etsi tutorem ei non petierit.*

24 *Pupillo si hæreditas est delata, ad quã mater potest aspirare ab intestato, tenetur eidem de tutore prouidere, aliter successione hæreditatis priuabitur, sicut & quilibet extraneus pupillo successurus.*

25 *Mater præfertur auiæ in administratione tutelæ, & in successione etiam hæreditatis pupilli obtinet primum locum.*

26 *Auia si post mortem matris non petierit infra annum tutorem nepoti suo dari, casu quo ipsa tutelam recuset administrare, successione priuatur.*

DECISIO CCCLXIIII.

CONSIDERANDVM in medijs occupatio-
nibus, & in maximis laboribus arbitror,
quòd tria conducibiliter quidem obij-
ciuntur Lucretiæ matri petenti, pro conseruatio-
ne iuris succedendi. Primò, quòd cum tempore
mortis mariti remanserit prægnans nullatenus pe
tijt dari curatorem ventri. Secundò, quòd infra
annum à tempore natiuitatis posthumi, nec ipsa
filij tutelam accepit solennibus adimpletis, nec
de alio tutore prouideri postulauit. Tertiò, quia
transiuit ad secunda vota, nõ petito tutore filio,
nec aliqua ratione reddita pro annis quinque præ
teritis. & substantialiter dicendum est, quòd
1 sic, † quoniam mater quæ remãsit prægnans tem
pore dissoluti matrimonij morte viri, de iure tene
tur petere à prætore dari curatorem ventri, aliàs
absque dubitatione aliqua priuatur successione
posthumi, vt est textus in l.2. §.quid si curatores,
quem Barto.ibi opportunè ait fore menti tenen-
dum, & Alber. de Rosate scribit quoque eo in lo
co esse notandum contra mulieres prægnantes, ff.
ad

ad Tertul. & sequitur Bal. in l. precibus, colum. 6.
vers. item dixi confestim, C. de impuber. & alijs
substit. & in consi. 288. Quidam decessit, in fi. vo-
lum. 2. Tiraquel. in l. si vnquam, in ver. susceperit
liberos, num. 124. de reuoc. donat. & Ascan. Cle-
ment. in tract. de patr. potest. in c. 4. nu. 38.

Quod quippe in tantum verum est, & proce
2 dit,† quòd si mater quæ non petijt tutorem ven-
tri postea gerat filij tutelam, adhuc priuatur etiã
successione filij ob curatorem nõ petitum, secun
dum Bald. in l. matres, C. ad Tertull. & Nicol. de
Vbal. in tract. de successio. ab intest. in 2. par. in 5.
quæst. princ. vers. quartò fallit.

Sed hoc sanè ac essentialiter quidem coarcta-
3 tur, locum sortiri,† nisi matrimonium solutum ex
titisset in fine nouem mensium; ita quòd mulier
parturiat infra triginta dies, prout illud dictum li
mitat atque explanat Bart. in l. 1. §. eleganter, per
illum textum, ff. de libe. agnosc. Cum igitur præfa
ta Lucretia in casu, de quo agitur, remanserit præ
gnãs, & partum ediderit longè post triginta dies,
sequitur, quòd deberet successione priuari.

Præterea & ex alio capite mulier ipsa videtur
incidisse in eandem pœnam à iure stabilitam, quia
cum ex Hieronymo eius viro susceperit Lucium
posthumum, communem filium, & illius tutelam
nec mater ipsa legitimè gesserit, nec alium tuto-
4 rem petierit per annos quinque iam elapsos,† cer
tè in pœnam non petiti tutoris, à iure introdu-
ctum extat, vt priuetur successione filiorum, vt
est tex. in l. 2. §. si mater, & ibi Barto. Alber. & alij
vniuersaliter omnes, ff. ad Tertul. l. matres, & ibi
Barto. Bal. & cęteri omnes, C. eod. titu. l. si minor,
§. sunt autem, & l. diuus, ff. qui pet. tutor. l. sciant,
C. de legitim. hæred. l. 2. C. si aduer. delict. & §. fi.
Instit. ad Tertul. Ang. consi. 345. Primò, & Cor-
nelius Benincasius in tracta. de paupertate, in 4.
quęst. nu. 20. & Sylua Nuptialis, lib. 2. Viduæ non
est nubendum, sub num. 52. Paris. consi. 86. Circa
præsentem consultationem, nu. 18. vol. 1. & Deci.
in c. ex parte, il secondo, nu. 53. & seq. de appel.

Imo adeo tenetur mater infra annum tutorem
5 petere,† quod etiam si diligenter personam pu-
pilli tueatur, & bona eius administrauerit, nihilo-
minus tamen si inuentarium nõ fecisset, & solen-
nia minimè impleuisset, nec petijsset alium tuto-
rem dari, priuaretur dubio procul successione fi-
liorum, Soc. sen. consi. 39. Visis, & inspectis, col.
7. & Bal. in d. l. precibus, col. 5. vers. sed quid si ma
ter, & in l. matres, col. 2. vers. quæro nunquid ma-
ter, C. ad Tertull. per textum in l. 2. §. si mater, iun
cta Glo. in ver. legitime, ff. eod. titu. vbi expressè
hoc firmat etiam Bar. & Alber. dicit esse bene, &
accuratè notandum: ex quo quamplurimæ qui-
dem mulieres ob earũ importunitatem illaquean
tur; & eidem sententiæ assentitur quoque Bal. in
l. cum oporteat, §. fin. C. de bon. quæ liber. Et tan
to magis, cùm maius quippe delictum sit non fa-
cere inuentarium quàm tutorem non petere, vt
diligenter aduertit Sylua Nupt. cum alijs aggrega
tis per eam, in lib. 2. Viduæ non est nubendum,
sub num. 53. in limit. 4. & Vrsil. in addi. Afflic. de
cis. 75. num. 15. habes igitur, quod prędicta Lucre
tia in casu de quo agitur, nec tutelam legitimè su-
scepit, nec etiam petijt tutorem filio per annos
quinque iam elapsos, taliter quòd dicendum est,
quòd iure suadente extitit successione eiusdem
filij priuata, nisi filius ipse ad pubertatem deueni-
ret, per tex. in d. l. matres.

Nec obstare vllo quidem pacto deberet, quòd
mater ipsa diligentissimè, atque accuratissimè tu-
telam personæ sui filij custodiuit, alimentauit, &
curam illius habuit per annos quinque, & donec
6 ad secunda vota transiuit,† vtpote quia priusquã
transiret ad secunda vota tenebatur tutorem pe-
tere, filio rationem reddere, & reliqua soluere, a-
liàs successione priuatur, vt in auth. eisdem penis,
& ibi affluenter Bald. & alij omnes, C. de secund.
nupt. & in Auth. de nupt. §. si autem, vnde sumi-
tur, & ibi Ange. collat. 4. & ita consuluit quoque
in terminis, Paris. in d. consil. 86. num. 20. & se-
quen. volum. 1.

7 Cum † mater transiens ad secunda vota, ipso
iure tutela filij priuetur, vt in §. præterea, in Auth.
vt sine pro. matr. collat. 7. & in authen. sacramen-
ta, C. quan. mulier tut. offic. fungat. & Boer. decis.
124. num. 12. vbi scribit, istam esse omnium com
munem. amplificatque procedere etiam in ma-
tre tutrice testamentaria. imò mater omni dubio
procul amittit quoque tutelam statim, quòd va-
dit, acceditque ad iudicem, & dicat declaratque,
se velle ad secunda transire vota, vt per Bald. in d.
authen. sacramentum. Bar. in l. si quis sub condi-
tione, col. pen. ff. de testam. tut. & Dec. in c. ex par-
te, il secondo, nu. 29. de appel.

8 Esto † quòd mulier habens secundum virum,
est re ipsa nonnihil legi suspecta, cum lex ipsa prę
sumat, quòd excoriaret filium propter secundum
virum ipsum, teste Bart. in l. si quis sub conditio-
ne, colum. 5. vers. quæro, per authen. requiruntur,
ff. de testam. tut. per textum in l. lex quæ tutores,
C. de admin. tutor.

9 Licèt † secus esset profectò dicendum, vbicun
que mulier sponsalia tantum de futuro contraxis
set, vel tractatum, & colloquium habuisset de nu
bendo, per ea quæ notat Ange. in l. solet, ff. de his
qui notan. infam. Salyc. in auth. sacramentum, C.
quando muli. tute. offi. Rom. sing. 222. Tu habes:
quòd mater per transitum, & ibi Apostilla, Go-
zad. consi. 18. Videtur, col. 1. & Afflict. decis. 157.
quicquid asseruerit idem Ang. in auth. matri, &
auiæ, in fi. secutus Bar. in l. si quis sub conditione,
col. 5. ff. de testam. tutela.

Si igitur mater ipsa per transitum ad secunda
vota fuit ipso iure priuata tutela filij sui, etiam q
10 illam legitimè per prius gesserit,† certè non de-
buit relinquere prædictum eius filium sine tuto-
re, & defensore: quia hoc materna quidem pietas
non patitur. l. matris pietas, C. qui pet. tuto. cum
re ipsa habere debeat & personæ, & rerum defen
sorem. l. fi. §. defensionem, C. de administ. tut.
11 Cum † tutor non minus detur personæ, quàm
rebus, per ea quæ notantur in l. in copulandis, C.
de nupt. & in §. certæ autem rei, Instit. qui da. tu-
to. poss. & notat etiam Bal. in auth. eisdem penis,
col. 3. C. de secun. nupt.

12 Nec † etiam matri suffragatur, aut illam à præ-
dicta pœna excusat, quòd pupillus habet auum,
in cuius potestate mortuo patre constitutus fue-
rat, vt io §. fin. Instit. de patria potesta. & sic legiti-
mum tutorem. oam mater præfertur legitimo. d.
auth. matri, & auiæ.

13 Et ideo † legitimus non potest administrare, si
mater non renuntiet, ac faciat locum legitimo iu
re isto, aut alium tutorem petat, aliàs successione
priuatur. ita Bar. in l. 2. §. quod si pater, ff. ad Ter-
tull. & in l. si minores, colum. 1. ff. qui pet. tut. Bal.
in l. præcipimus, col. 5. C. de appel. in l. matres, col.
2. C. ad Tertul. & in l. eisdem pęnis, C. de secund.
nupt. Abb. & alij vniuersaliter omnes in c. ex par-
te M. extra de appel. & Bero. cons. 525. Tria sunt,
sub num. 9. vol. 3. ex quibus omnibus substantia-
liter quidem videtur inferendum, prædictam Lu
cretiam fuisse & esse priuatā successione filij præ-
memorati ob nō petitum tutorem, vel curatorem
in termino à iure statuto.

Cæterum Regia Audientia Apuliæ, in anno
1583. iudicauit, in casu de quo agitur, pro con-
traria sententia, ad fauorem eiusdem Lucretiæ.
& hoc ea confirmatur ratione, nam pupillus ipse
(vt dilucidè in processu discernitur) nihil habe-
14 bat in bonis, † ex quo Hieronymus eius pater,
tanquam filiusfamilias, & in potestate Aurelij pa
tris constitutus, nihil aliud possidebat, quàm do-
tes, & bona dotalia, quæ dissoluto matrimonio
morte uiri ad ipsam Lucretiam eius vxorem su-
perstitem de iure spectabant, & pertinebant. l. in
rebus, C. de iure dot.

15 In tantum, † quòd non me latet, quòd vbi pu-
pillus oihil habet in bonis, excusatur mater, si nō
petat tutorem, seu curatorem filio suo pupillo:
casus est vnicus, & singularis, qui tergiuersari nō
potest, & perpetuò menti tenendus, in l. 2. §. si ma
ter, vers. sed si penitus egenis, ff. ad Tertul. quem
quidem textum ad hoc notat ibi Alber. de Ros.
asserens per illum textum absque vlla oempe dif-
ficultate excusari tutorem qui pupillo inopi, &
pauperi non fecit inuentarium, & huic sententiæ
assentitur etiam Bar. per illum textum, in l. 2. C. de
negoc. gest. vbi apertè profectò concedit, quòd
mater excusatur si non petat tutorem filio peni-
tus egeno, & idem sentit quoque Alexan. in add.
ad Barto. in d. l. 2. §. si mater, Marsil. sing. 302. Ma-
ter, & Cornel. Benincasius in tracta. de pauperta-
tę, in quæst. 4. sub nu. 20. vbi assignat percommo-
das ac multiplicatas ratiooes. & Bero. consil. 125.
num. 1. cum alijs seqq. volum. 3. Sylua Nupt. lib. 2.
Viduę noo est nubendum, sub num. 53. limit. 10.
Saly. verò io l. 3. C. ad Tertul. curiosè quidem sua
det matri, vt adhibita tunc tutela hac, protestetur
circa occurrētia coram probis viris, vel omni alio
modo tutiori. quæ nempe cautela io reb. ita no-
torijs, & à lege absolutis foret re ipsa vtilis, sed
non necessaria.

Pro qua quidem sententia opportune, & fauo-
rabiliter facit, quod voluit Bar. in l. mediterraneę,
16 ff. de anno. & trib. lib. 10. † quòd tutor excusatur
nō solùm si pupillus nihil habet in bonis, sed vbi-
cunque etiam habet tam modica bona, quòd es-
set maior impensa in conficiēdo inuentario, quā
vtilitas, & sequitur Ant. Corset. in tract. de mini-
mis, col. 3. vers. decimosextò.

Imò isthæc conclusio eatenus vera extat, & ma
17 turè nempe procedit, † quòd mater non petens
tutorem filio excusetur, non solùm si pupillus ni
hil habet in bonis: sed etiam si habeat bona, &
tamē æs alienum superat patrimonium, ita quod
non est soluendo: isto enim casu mater excusa-
tur, si non petat tutorem pupillo ipsi consulendo
vt minus inquietetur, tanquam indefensus, qui
conueniri non potest, tutore non dato. & istam
ratiooē ponit textus expeditè quidem in eadem
l. 2. §. tractari, vers. ego etiam si mater. vbi formali
ter dicit Iurisconsultus, si mater ei qui soluendo
non erat non petijt tutorem, puto ignoscendum.
consuluit enim ei, vt minus inquietetur quasi in-
defensus. ecce igitur, quòd non modo excusatur
mater, vbi pupillus nihil habet in bonis: sed etiā
si habeat aliqua bona, & nihilominus propter æs
alienum paternum reputatur non soluendo, &
istam sententiam, & limitationem amplectitur pu
rè quidem Glo. in d. l. matres, C. ad Tertul. vbi ex
cusatur mater, quando videat interesse pupilli, tu
torem non petere, ne amplius molestetur à credi
toribus, & sequitur etiam Bald. ibi, in prima col.
versi. secuodus casus, & Rom. sing. 105. Secundò
quæro si mater non petit, in fi.

18 Vbi enucleatè nempe scribit, † quòd si pupil-
lus non habeat curatorem, & defensorem, si con
ueniatur, nec processus quidem teneat, nec sen-
tentia valeat. l. contra pupillum, ff. de re iudi. & l.
cum minores, C. si aduer. rem iudic. igitur excusa
tur mater, si non petierit tutorem filio egeno ha-
beoti multos creditores. d. l. 2. §. tractari, versi. ego
etiam si mater. & pro sententia hac consuluit etiā
Aocha. consi. 104. Pro declaratione quæsitorum,
col. 2. & seq. reliquum est itaque concludenter
dicendum, ex quo pupillus ipse ante mortem aui
nihil habebat in bonis, quòd mater excusetur, si
ante illius mortem non petijsset tutorem filio, in-
tantum quòd residuum denique est, vt illius suc-
cessione minimè gentium priuari posset.

Quodque longè magis procedit in curatore
19 non petito, † ex quo curator datur bonis, & tu-
tor personæ, iuxta notata per Glo. & alios vniuer-
saliter omnes in l. in copulandis, C. de nupt. & In-
stit. qui da. tutor. poss. §. certæ autem rei, & ibi Gl.
& Nicas. num. 1. & 3. & cæteri Scribentes omues,
& Bero. in d. consil. 525. num. 6. volu. 3. Quamuis
in omnem euentum ipse datus bonis non tenea-
tur prætextu ac pro causa gestæ administrationis
per eum, nisi de dolo & lata culpa, l. prætor, §. est
præterea, ff. de bonis author. iud. possid. glo. Bart.
& alij io l. 5. §. si tres, ff. de curat. bon. dan.

Et pro ista sententia optime vtique facit, quia
20 videmus, † quòd excusatur tutor, si inuentarium
non confecerit, dum pupillus oihil habebat in bo
nis, vt in medium reserauit Bal. in l. fi. col. 2. versi.
extra quæro, C. qui bon. cedere poss. & sequitur
Alberic. in d. l. 2. §. si mater, versi. quod si penitus.
& hioc oon ab re infert Bald. in d. l. fin. in vltimis
verbis, quòd hæres eius qui cessit bonis, etiam si
inuen-

inuentarium non conficiat, nullatenus tamen teneatur vltra vires hęreditarias,per allegata per eũ.

Nec vllo quidem modo obstare debet in casu nostro, quod mulier transierit ad secunda vota,
21 ratione non reddita,& reliquis non solutis:† quia sicut mater non tenetur petere tutorem, vbi pupillus nihil habet in bonis, ita nec reddere rationem, vbi nulla præcesserat administratio. l.libertate,§.fi.ff.de sta.libe. & in l.Thais,§.Splendophorus, ff.de fid.liber. Restat igitur concludenter in publicum asserendum, quòd prædicta Lucretia mater non venit priuanda successione Lutij pupilli eius filij, ex eo quòd non petierit tutorem, aut curatorem filio ante mortem aui, & quòd rectè, ac legitimè nunc petierit tutorem dari delata sibi hæreditate auita.

Ad quod quidem enodandum vltra superius
22 adducta,moueor itidem,† quia pupillus ipse adhuc superuiuit, & de iure præsumitur pubescere, per text.in l.hæreditatum, iuncta Glo. in ver. triginta,& ibi Doct.omnes, ff.ad leg.Falcid.
23 Sed † eo pubescente mater non potest dici priuata successione filij, quantumcunque tutorem nullatenus petierit, vt est text. in l.matres, C.ad Tertull. itaque inspecto præsenti statu, non potest dici, nec declarari, quod fuerit, aut sit illius successione priuata, ita Bald. in l.precibus, col.5. versic. ego dico, C.de impub. & alijs substit. nec etiam potest, aut debet submoueri à iure petendi tutorem filio, etiam quòd infra annum non petijsset prouideri pupillo tunc egeno, & nihil possidenti,ex quo erat legitimè excusata, vt supra distinctè,ac liquidè explanatum est.
24 At in præsentiarum, † cum fuerit eidem pupillo hæreditas auita delata, & mater posset ad filij luctuosam hæreditatem aspirare. auth.defuncto, C.ad Tertull. certè si tanquam successura ab intestato non peteret prouideri pupillo de tutore infra annum delatæ hæreditatis, priuaretur successione pupilli, sicut & quilibet extraneus pupillo successurus. l.sciant omnes, C.de legit. hæred. & Cornel. Benincas. in tract. de paupertate, in 4.q. num.20. vbi fertiliter quidem planum facit istam esse omnium in iure Scribentium magis communem opinionem.

Et hoc probatur ea ratione: nam ex quo tunc manifestè, patenterq; cessauit causa legitima suæ excusationis, ideo meritò quidem cessare debet etiam eius effectus,cap.cum cessante,extra de appell. & l.à filio, §.alumno, ff.ad Trebel. quare ad petendum modo tutorē filio mater debet admitti, ne sine eius culpa priuetur ex isto capite illius successione.

Quodque probatur & alio fundamento: nam si superuiuat mater,& auia,si mater non petat tutorem filio pupillo, licèt ipsa ex tali causa sit priuata successione filij, tamen ob hoc auia non censetur priuata pari modo eadem successione: tum quia mater dum viuit, licèt sit successione priuata, nihilominus volens tutelam administrare non repellitur, quia non est effecta inhabilis, ne dupli
25 ci pœna puniatur: tum etiam, † nam non potest auia imputari quare non petijt illam compelli, cũ mater volens admittatur. d. auth. matri, & auiæ. nec viua matre, quę obtinet primum locum inter ascendentes ex ipsa linea potest ipsius pupilli hæreditas deferri ad auiam, vt sit locus dispositioni d.l.sciant cuncti.
26 Sed clarum est,† quòd si auia post mortem matris non petat infra annum tutorem nepoti suo dari, vbi ipsa non vult tutelam administrare, ex quo cessauit impedimētum post mortem matris pupilli,bene priuatur successione, ita Bald.in d.l. precibus, col.5. versi.sed quid si impubes, & in l. matres, col.11.C.ad Tertull. & Bart.in l.2.in fi.ff. qui petant tutores, & perillustris Do. Vincen. de Franchis,Præsidens sacri Consilij Neap.magistraliter quidem,& solito necessario apparatu, in decis.167. Matri vendicanti hæreditatē, per totam, in prima parte. Ex quibus quidem euidenter apparet,quòd ex quo cessat impedimentum, mater dubio procul debet petere tutorem,aliàs cum lex non præstet sibi iustā causam excusationis priuaretur profectò successione. meritò itaque volens indemnitati suæ consulere,debet admitti ad tutorē petendū. & rectè quippe sibi consuluit in stando pro tutore cōcedendo ex eo tempore ex quo sciuit auitam hæreditatem pupillo extitisse delatam,per iura,& rationes supra propalatas.

ARGVMENTVM.

Iudex,bonus vir dicitur,& ex omisione criminaliter punitur, grauiusque in omittendo quàm committendo delinquit.

SVMMARIVM.

1 *Iudex dicitur bonus vir.*
2 *Iudex licèt pro se boni viri præsumptionem iuris habeat, si tamē ex imperitia aliquem contra ius condemnauerit, punietur quantum iudicantis religioni videbitur.*
3 *Iudex tenetur ad interesse totale, si quid omiserit condemnandum.*
4 *Iudex sæpe ex omissione criminaliter punitur.*
5 *Negligens magis, quàm faciens punitur.*
6 *Testis omittēns veritatem, grauius delinquit, quàm exprimens falsitatem.*
7 *Vxorem interimere, & ægrotantem derelinquere, paria sunt.*
8 *Necare iudex dicitur illum, quem à carcere, vbi moritur, non subducit.*
9 *Occidi non prohibens hominem, cum possit, irregularis efficitur.*
10 *Medicus ita peccat medicinas omittendo propitias, sicut dando nocivas.*
11 *Omissio in sacra pagina semper intelligitur etiam in commissione, & econtra, & peccatum silentij grauius est quàm locutionis.*
12 *Iudex existens in peccato mortali, iudicando, quare peccet mortaliter.*
13 *Iudex criminosus, cum sententiā in alterius crimen profert, se ipsum condemnat. Et cuius vitæ esse debeat iudex.*

DECISIO CCCLXV.

1 IVdex, † bonus vir dicitur. l.vir bonus, ff.
iudi.sol. Glo.in c.potuit, extra commod.
Abb.in c.Quintauallis, nu.38.de iureiu.
2 Et † quamuis iudex pro se boni viri iuris præ-
sumptionem habeat, d. l.vir bonus: tamen si ex
imperitia aliquem contra ius condemnauerit, &
sic in faciendo, puniretur vtique tũc tantummo
do quantum iudicantis religioni videretur.l.fi.ff.
de var.& extraord.cognitio.l.ex maleficijs, §.si iu
dex, ff.de actio.& oblig.& §.1.Insti.de oblig.quæ
3 ex quasi delicto nascun. † sed si in quo iudex de-
buerit cõdemnare omisit in solidum ad totale in
teresse tenetur. l.properandum, §.sin autem alter-
utra, & l.sancimus, C.de iudic.& ibi Ang.& Pau.
Castren. asserens, quòd grauius delinquit iudex
in omittendo, quàm in committendo, & ita aliàs
iudicauit Regia Audiẽtia Apuliæ, in anno 1583.
confirmando tunc sententiam per sindicatores
prolatam contra Capitaneum ciuitatis Sancti Se
ueri. & sic melius est delinquere in faciendo quã
in omittendo, l.Iulianus, §.5. ff.de actio.emp. & l.
si sterilis, §.cum per venditorem, eo.ti.
4 Et ratio palpabilis ea quippe est, † nam sæpe ex
omissione iudex criminaliter re ipsa punitur. l.
mancipia, vbi Glo. Bal.& Ang. C.de ser. fugi.l.si
quos, C.de offi.præfec.præt.ori.& §.1.in Auth.vt
dif. iudi. per quem hoc no. Bar.in d.l.fi.ff.de var.
& extraord. cogni. Et aliquando morte plectitur
etiam.l.addictos, C.de episco. audien.l.fi. C.ad l.
Iul.de vi publica, & ibi Ang.& in l.5.C.de priuat.
carcer.vbi concedit per tex. ibi, & in l.5.etiam, C.
5 ad l.Iul. maiest. † quòd magis punitur negligens,
quàm faciẽs, prout hoc idem firmat quoque Ale
xan.ad Bar.in d.l.fi. vbi & ipse rationem assignat,
quà demonstrat plus peccare iudicem qui negli-
git, quàm qui imprudenter malè iudicat.
6 Ita † itidem grauius testis delinquit, qui verita
tem omisit, quàm qui falsitatem exprimit, vt hæc
comprobat Glo.in l.si ab hostibus, §.5.sol.matr.
7 Quæ † quidem Glo. paria esse protulit, vxorem
interimere, quod in faciendo profectò consistit,
& ęgrotantem derelinquere, quod in omittendo
est. & extat etiam tex.in l.si seruum, ff.de verbor.
obligatio.
Imò per Glo.in d.l.si ab hostibus, Barto. in l.si
captiui, C.de episco.& cler. meritò quidem con-
8 cludit, † quòd iudex illum necare dicitur, quem à
carcere, vbi moritur, non subducit, & est tex.in c.
sicut dignum, §.illi etiam, extra de homic. vbi qui
potuit liberare hominem à morte, & non libera-
uit, illum occidit. ob quod nempe non ab re Ma-
ria.Soc.in repet.c.ad audientiam, 95.quæst.septi-
9 mæ quæstionis principalis, extra eo.tit. † ostendit
illum irregularem esse, qui hominem occidi non
probibuit, cum posset, & Agapetus in libello ad-
monitorio, quem ad Iustinianum scripsit in Grę
co sermone, ait quoque, Peccare, & peccantes
non cohibere, æstima primum in faciendo, secun
dum in omittendo.
10 Et inde est, † quòd medicus ita peccat propi-
tias omittendo medicinas, sicut nociuas dando,
vt per Innoc. in c.tua nos, extra de homic. quod
comprobatur etiam sacrorum Theologorum au-
thoritate: nam cum Leuit.4.pro peccato, quod in
faciendo consistit, sacrificium institutum fuerit,
Nicolaus de Lyra huiusmodi sacrificiũ & ad pec-
catum in omittendo trahit, tanquàm vtriusque
sit idem iudicium, eadem culpa, & grauitas. Vbi
11 subdit etiam, † in sacra pagina omissionem sem-
per intelligi, etiam in commissione, & econtra. &
ideo Alex.Ales in 2.par.summæ, quæst.138. silen
tium grauius esse dicit, quàm locutionis peccatũ,
& in Regno postremo habemus constitutio. in-
cip. In terra qualibet, vbi commissionis delictum
bonorum mobilium publicatione, omissionis ve
rò vltimo supplicio punitur.
Cæterum, vt vno tantum verbo omnia præme
morata claudam, animaduertendum est, quòd
quemadmodum iudex grauius quidẽ delinquit
12 in omittendo, quàm in committẽdo, † ita iudex
tam ecclesiasticus, quàm secularis existens in pec-
cato mortali, nõ solum notorio, sed occulto etiã,
peccat mortaliter iudicando in tali statu aliquem
reum. & ratio ea est, quoniam indignè quidem
tunc vtitur officio suo. ita S. Thom. in 4. senten-
tiarum, distin. 19.quæst. 15.art. 11. Guilielmus Pe
pin. in suis sermonib. in epistolas quadragesima-
les, sabbato post tertiam Dominicam quadragesi
mæ, de adultera, col. 56. versi.quæritur circa illud
Christi verbum, Qui sine peccato est vestrum, pri
mus &c. & Ioan.Paulin.in sermonib.quadragesi-
malib.in sermo.1. & in ordine 85.sabbato post 3.
Dominicam, col.5.versi.circa quod quæri potest
vtrum homo in peccato existens possit alios re-
prehendere, vel iudicare. vbi assignat etiam alias
quamplures efficaciores rationes, & aliqua itidẽ
commoda exempla. Nec nõ fulcitur quoque sen
13 tentia hæc alia ratione, † nam iudex criminosus
cum sententiam in alterius crimen proferat, se ip
sum condemnat, c.sacerdos, §.item in euangelio,
3.q.7. Imò iudex, cuius vita cum loco iudicij non
cõcordat, sæpe immeritos dãnat. c.plerunque, 11.
q.3. & hinc Ambrosius super Beati immaculati,
& habetur in c.iudicet, 3.q.7. iudicet ille de alte-
rius errore qui non habet in se ipso quod cõdem
net. iudicet qui non agit eadem, quæ in alio puta-
uerit punienda, ne cum de alio iudicat in se ferat
sententiam. iudicet ille qui ad pronunciandum
nullo odio, nulla offensione, & nulla leuitate du-
catur. & hoc idem videtur firmare etiam Grego.
homil.26.vbi scribit, quòd plerunque contingit,
vt non iudicis locum teneat, cuius ad locum vita
minimè concordat, ac sæpe agitur, vt vel immeri-
tos damnet, vel aliquos ipse ligatus soluat. sępe in
soluendis, ac ligandis subditis suæ voluntatis mo-
tus, non autem causarum merita sequetur: vnde
fit, vt ipse ligandi, aut soluẽdi, potestate se priuet.
Est tamen bene verum, ne ignorentur princi-
pia, quòd regulariter delictum maius est in com-
mittendo quàm in omittendo, vt per glo. com-
muniter receptam ab omnibus in l.mora.ff.solu-
to matrimo.

ARGV-

ARGUMENTUM.

Testibus duobus affirmantibus plus creditur, quàm mille negantibus, regula cum tribus limitationibus.

SUMMARIUM.

1 *Testibus duobus affirmantibus plus creditur, quàm mille negantibus, nisi in criminali pro innocentia, nisi verisimiliora, nisi denique de peritia deponerent, nu. 2. 3. & 17.*
4 *Testibus numero minoribus verisimilia deponentibus fides maior est adhibenda, quàm numero pluribus non verisimilia proferentibus.*
5 *Exceptionem inuerisimilem admittere iudex non debet, & verisimilitudinis præsumptio, quid operetur.*
6 *Excellentia personæ & dignitas, quòd magis operetur, quàm idoneitas testis verisimilia deponentis.*
7 *Laicis duobus negantibus magis creditur, quàm duobus clericis affirmantibus non verisimilia.*
8 *Verisimilitudo, altera natura dicitur, proque lege habetur.*
9 *Verisimilitudo in hominum actibus semper spectāda.*
10 *Testibus verisimiliora deponentibus standum.*
11 *Verisimili potius, quàm suo contrario inhærendum, cum ea in probationibus multum attendatur, & quanta sit efficacia, nu. 12.*
13 *Verisimile quod non est, falsi imaginem habet.*
14 *Testi rem non verisimilem deponenti, nulla fides adhibetur.*
15 *Verisimilitudo maior, an tollat minorem. & quid sit verisimile, & quid non verisimile.*
16 *Testes dicti sui causam reddentes, cæteris paribus, esse præferendos alijs eam non reddentibus.*

DECISIO CCCLXVI.

1 DUOBUS † testibus affirmantibus plus creditur, quàm mille negātibus, vt per Gl. in l. diem proferre, §. si plures, ff. de arbi. Bart. num. 7. & Aret. num. 3. in l. hæredes palam, ff. de testam. lat. pleniori quidem apparatu in repet. l. admonendi, ff. de iureiu. & in l. interpositas, C. de transactio. Francisc. Curt. in tracta. de testib. conclusio. 25. num. 54. & seq. Bal. in l. testium, colum. fi. C. de testib. & in l. actor, col. 3. C. de prob. vbi assignat huius regulæ hanc viuacem rationē, hoc contingere, eo quia deponens super affirmatiua, reddere pōt causam magis credibilem: nam negatiua nō ita se offert sensui, sicut affirmatiua.

Verùm enimuerò isthæc regula, primò claudi-
2 cat, † nisi testes pro innocētia deponerent in causa criminali: nam si duo testes negant me commisisse delictum in tali loco, & tēpore, licèt duo alij testes affirment: tamen tunc omni dubio procul statur dicto negantium, ad excludendum delictum. ita Glo. in c. clerici, 80. dist. quam ad hoc Legistis reuelauit Bal. secundum aliquos in l. data opera, C. qui accus. non poss. & huic opinioni acquiescit etiam Rom. in l. hoc iure, in fi. ff. de verbor. oblig. Francisc. Curt. in d. tract. de testib. conclusio. 25. sub num. 55. in 3. fallen. Felyn. in c. cùm P. Manconella, in fi. de accusat. & Io. Vincent. de Anna, cum alijs aggregatis per eum, in sing. 512. Testes deponentes homicidium. & ita non semel tantum iudicauit Regia Audientia Apuliæ in varijs causis, in anno 1583. & seqq.

3 Secundò † itidem limitatur eademmet regula, nisi testes negantes verisimiliora deponerent. l. ob carmen, in fi. ff. de testib. Bald. in c. 1. quib. mod. feud. amit. & in cap. 1. de conten. inter domin. & vasal. & Nicol. de Neapo. in l. 1. ff. de uent. inspic. & Pet. Garsia cum alijs signatis per eum, in decisionibus extrauagan. in Dicto 543. Quamuis regula sit.

4 Et ratio palpabilis ea est, † quoniam si testes numero quidem minores essent, & verisimilia dicerent, tunc illis absque dubitatione aliqua maior fides adhibenda est, quàm numero pluribus non verisimilia proferentibus. ita Bal. in l. testium, C. de testib. & in l. scripturæ, vbi Saly. etiam, C. de fide instrum. qui ait, quòd in probationibus verisimilitudo multum attēdi debet, atque plurimum operatur, & probatur in l. ob carmen, ff. de testib. ibi, qui rei aptiora, ac vero proximiora. & ibi, qui bus potius lux veritatis assistit, & probatur etiam in l. 3. §. 1. ff. de testib. ibi, verisimiliora responderint, quam quidem l. Bald. interpretatur in dicta l. testium.

Et ideo Anto. in c. super hoc, extra de renunc.
5 protulit hoc vtile quippe verbum, † quod iudex non debet inuerisimilem exceptionem admittere. qua de re etiam, quod testes non essent ex toto idonei, si tamen verisimiliora deponant, quia habēt verisimilitudinis præsumptionem pro eis, efficiuntur idonei, secundum Alex. in l. si duo patroni, ff. de iureiur. & consi. 27. In causa, volum. 2. & Ang. consi. 246. Philippus ciuis de Florentia affabrè quidem asserebat, quod nulla dispositio tā generalis est, quæ trahi debeat ad ea, de quibus non est verisimile deponentem cogitasse.

6 Et † quamuis credendum sit verisimilia deponentibus, etiam si minus idonei forent: nihilominus tamen si valde digni, & nobiles viri essent non verisimilia deponentes, eis tunc dubio procul magis creditur, quàm alijs magis idoneis quantumcunque verisimiliora proferrent: nam hi habēt verisimilitudinem veritatis propter personæ excellentiam, ita Fel. in c. quia verisimile, de proba. & Marsi. in sing. 273. Notissimum.

In contrariam vero sententiam realioribus ac solidioribus quidem fundamentis inclinauit Barba. consi. 7. volu. 4. col. 2. vbi non obscurè conce-
7 dit, † quòd magis creditur duobus laicis negantibus, quàm duobus clericis affirmantibus non verisimilia. & sequitur Pet. Garsia in decisionib. extrauagantib. in Dicto 543. in fi. & Dec. in c. licet causa, num. 90. & seqq. de proba. & sic demum in facti contingentia in anno 1584. ad fauorem magnifici Camilli Calui de ciuitate Luceriæ in Regia Audientia Apuliæ iudicatum etiam extitit.

8 Et ratio ea est, † quoniam verisimilitudo dicitur cognata naturæ, vel altera natura, & habetur proculdubio etiam pro lege, ita Oldra. consi. 13.

Cum quæstio, in fi. Bal. consi. 180. Mortuo filio, vol. 3. & Cæpha. consi. 338. Præsupponitur, num. 43. vol. 3. & consi. 603. Cum nobilis, num. 27. vol. 4. Bursat. consi. 368. Inquiritur, num. 37. & seq. volum. 4.

9 Vnde † verisimilitudo in actibus hominū sem per spectanda quidem est, vt per Cæpha. consi. 455. Magnifici, nu. 56. volu. 4. & Bursa. in d. consi.

10 368. num. 38. & seqq. Et consequenter † testibus verisimiliora deponentibus (vt in casu nostro) stan dum nempe est, teste Bertran. consi. 8. Ex his, nu. 3. volu. 7. & consi. 57. num. 4. volu. 1. 2. partis. vbi

11 concedit, † quòd verisimili potius inhærendum est, quàm suo contrario, cum in probationibus multum attēdatur verisimilitudo ipsa, vt per Bal. in l. scripturæ, col. 2. C. de proba.

12 Imò re ipsa † extat tam magnæ vtilitatis, & efficaciæ verisimilitudo, vt in omnem euentū transferat nempe onus probandi contrarium, secundū Cæpha. in d. consi. 455. nu. 58.

Imò etiam (vt præsentem speculationem vno

13 verbo claudam) animaduertendum est, † quòd il lud quod non est verisimile, imaginem quandam falsi habet, teste Bal. in l. 1. C. de ser. fugi. Alexan. consi. 27. sub num. 4. vol. 2. & Bertran. consi. 157. Punctus quæstionis, num. 3. vol. 7. Crauet. cōnsi. 28. num. 1. & consi. 56. num. 19. vol. 1. Soc. in l. 3. §. item si reipublicę, col. 4. ff. ad leg. Falcid. & est tex. in l. milites, §. oportet, C. de quæstio.

14 Et sic postremò † testi de re non verisimili deponenti re ipsa nulla fides adhibetur, c. quia verisimile, de præsump. c. licet causam, de proba. c. literis, de testib. l. ob carmen, de testib. & l. non est verisimile, ex quib. cau. maior.

15 Et † an maior verisimilitudo tollat minorem notat, & resoluit Bal. in l. siue possidetis, C. de pro bat. & Ias. quòd sic in l. si extraneus, ff. de condic. cau. da. & in l. si quis in fundi vocabulo, ff. de leg. 1. nam verisimilibus duobus datis, illud nempe at tenditur quod est magis verisimile, secūdum Ias. in d. l. si extraneus. Et quando dicatur testem verisimiliora deponere, explicat, & discurrit Inno. in c. auditis, de præscriptio. Ioan. And. in c. innumera, extra de testib. Bal. in l. testium, C. de testib. & in rubr. de controuer. inuestit. Alex. consi. 180. In causa, vol. 2. sed verisimile est, id quod verum videtur, & vero simile extat. l. miles, §. mulier, ff. de adult. non verisimile verò dicitur id, quod à vero extat multū dissimile. l. non est verisimile, ff. quod metus causa.

16 Si vero † testes numero, ac dignitate ęquales essent, & æque verisimilia dicerent dicti sui causam reddentes, cęteris causam non reddentibus præferuntur, etiam si in casibus essemus, in quibus dictum testis rationem non reddentis valeret, vt si nō sit de ea interrogatus, & de his deponeret quę sensu, non autem intellectu percipiuntur, & in causa ciuili, ita Bal. in l. presbiteri, C. de episcop. & clericis.

Veruntamen, ad institutum mansuetè modo

17 redeundo nostrum, † coarctatur postremò regula præmemorata in principio posita, nisi testes de peritia deponerent, vt per Bal. in l. nemini, C. de aduoc. diuer. iud. Francis. Curt. in tract. de testib. conclusio. 26. sub num. 55. Nico. de Neap. in l. 1. ff. de vent. inspicien. vbi concedit, quòd si septem Doctores scholarem examinent, & tres illorum idoneum asserant, quatuor vero negent; standum esse tunc dicto negantium. & re ipsa regula hæc ita demum semper etiam locum obtinet, vbi cunque negatiua ipsa non foret probabilis, aliàs secus, vt ex ipsiusmet Nicolai de Neap. pharetra, in loco præmemorato, nō indigestē quidem, hoc depromptum reperio.

ARGVMENTVM.

Bona deducto ære alieno, deductaque legitima intelliguntur: idem tamen in vsufructu dicendum.

SVMMARIVM.

1 *Bona intelliguntur deducto ære alieno, ac etiam deducta legitima filiorum, non tantum de communi iure, verum etiam municipali, nu. 2.*

3 *Filius acceptis bonis etiam supra legitimam renuncians omnibus bonis paternis, à petitione maternæ dotis nullatenus excluditur.*

4 *Vsusfructus etiam hæreditatis intelligitur deducto ære alieno.*

5 *Vsusfructus legitimam non comprehendit.*

DECISIO CCCLXVII.

1 BONA † intelliguntur re ipsa deducto ęre alieno. l. subsignatum, §. bona, ff. de verbor. signif. Ias. num. 22. Dec. in 7. no. & alij vniuersaliter omnes in auth. præterea, C. unde vir & uxor, Neuizan. consi. 62. Homini bono. num. 32. Corne. consi. 212. num. 9. volum. 1. Riminal. iun. consi. 379. Magnifici, num. 11. volu. 4. Simon de Præt. consi. 182. Dominus, num. 9. vol. 1. Hierony. Gabriel. consi. 59. Conclusioni, nu. 1. volu. 2. & Bertran. consi. 56. Visis, & ponderatis, num. 4. vol. 8.

2 Et hinc est, † quod bona etiam intelliguntur, deducta legitima filiorum. ita Marian. Soc. consi. 30. col. 11. & hoc non solum sortitur locum de iure communi, verum de iure etiam municipali. vnde statutum de lucro dotis minimè includit vllo quidem modo legitimam ipsam: & consequenter stante statuto, quod vir lucretur dimidiam par tem dotis, etiam stantibus filijs, tunc omni dubio procul detrahere filij possunt suam legitimam ante huiusce lucri detractionem, vt ex cōi omnium in iure Scribentiū sententia nō mediocriter triti nata, ita bis iudicauit Senatus Pedemontanus, teste Domino Antonio Thessauro in decisio. 184. Marito lucrante, nu. 1. & seqq.

3 Imò † filius, qui acceptis bonis, etiam supra legitimam, renunciauerit omnibus bonis paternis, à petitione maternæ dotis, tunc nullatenus excluderetur, quoniam bona intelliguntur sincere qui dem deducto ære alieno, vt per Bar. & alios vniuersaliter omnes in l. vt iurisiurādi, §. liberis, in fi. ff. de

ff.de ope.libe. & ita aliàs,non semel tantum,iudicauit Regia Audientia Apuliæ, in anno 1583.& seq.in varijs,diuersisque causis, in ea tunc decisis.

4 Nec non † vsusfructus, etiam hæreditatis,intelligitur absque scrupulo aliquo, deducto ære alieno.l.Papinianus, §.quarta, ff.de inoffic. testam. & Cæpha. consi. 479. Dominus Ioannes, num.51. volu.4.Imo relicto vsufructu omnium bonorum etiam patri vel matri, in primis & ante omnia filij tunc similiter legitimam detrahere valent indiscriminatim quidem,

5 † cum vsusfructus ipse nullatenus legitimam comprehendat, vt per Bart. & alios in l.vxori,ff.de vsufru.lega. & Dom.Anton. Thessau.in præcitata decis. 184.vbi num.9. sic iudicasse Senatum Pedemontanum planè testatur, prout hoc idem decisum fuit etiam in quarta, vt ea debeatur omni ære alieno deducto, sicuti discernitur sup.in decis. 165. incip.Quarta debetur.

ARGVMENTVM.

Pax cum promissione de non offendendo in personam facta, quando rupta videatur: & de iniuria leui,modicaque offensa,quòd non sit causa ruptæ pacis,& aliqua de iracundiæ calore.

SVMMARIVM.

1 *Pax cum promissione de non offendendo in personam, an ob vestem laceratam rupta esse censeatur.*

Pompeius Circius à Monte Regali, strenuus Aduocatus, præstanti, acutissimoque vir ingenio.

2 *Excommunicationem non incurrit baculũ contra clericum vibrans, eum non percutit.*

3 *Iniuriarum actione tenetur, qui eleuauit manum contra aliquem quasi percussurus.*

4 *Iracundiæ calor non tuetur aliquem ab iniuriarum actione.*

5 *Iniuria leuis est, ac leue crimen, lapides contra aliquem proijcere.*

6 *Offensa modica, quæ fiat per viam vrtando cum cubito inimicum, cum quo pax iam inita fuerit, non est in causa, vt pax rupta esse videatur, & pœna commissa percusso dicatur.*

7 *Statutum puniens offendentem clericum, comprehendit solum inferentem ei iniuriam atrocem, non autem leuem.*

8 *Excommunicationem non incurrit legens schedulam aliquo impetu ac indignatione tangendo & remouendo propria manu clericum illam legere volentem vel affectantem de ea copiam.*

9 *Promittens non offendere aliquem, si insultum fecerit, personam & corpus non percutiendo, in pœnã non incidit.*

10 *Motus, secundum Arist. quid, & qualiter animi motus feruidus non sit in potestate nostra.*

11 *Iracundiæ calore quod fit, non imputandum, nisi iteratio vel perseuerantia adsit.*

12 *Racha, qualis vox sit, & eius significatus.*

13 *Pax solo metu & per actum proximum & immediatum rupta dicitur, vt etiam per exonerationem archibusij: & in similibus casibus affectus punitur, licet non sequatur effectus.*

DECISIO CCCLXVIII.

1 Pax † inter aliquos facta cum promissione de non offendendo in personam, an videatur rupta ob vestem laceratam cõprehensi in pace, ita & taliter, quòd tunc is censeatur in pœnam incidisse? affirmatiuam opinionem absque vllo quidem scrupulo tenere videtur Bar. in l.sed quæstionis,ff.de iniur. contrariæ verò sententiæ, videlicet quòd vt quis offensus in personã dicatur, requiratur necessariò profectò, quòd tangatur res cohærens personæ, vt pili, capilli, vel vngues, & similia, acquiescit Innoc. & Ancha. in c. super, extra de sent.excomm. Bertran. consi.274. col.fi.vol.1. & Octauianus Vulpel.in tract.de pace, inducijs,& promissionibus de non offendendo, in quæst.91. num.1. cum alijs seqq. & est textus in l.1.§.hoc autem edicto,ff.de noui ope.nun. vbi habetur, quòd offensio facta in personam, intelligitur quando fieret circa id quod est inseparabile à persona, & hoc idem videtur quoque innuere alter tex.in l.1.§.hæc autem verba, ff.de his qui deiec.vel effud. verum enimuerò cum iste casus ita difficilis tractaretur in magna Curia Vicariæ superioribus annis cum Curiæ coadiutore Terræ Introduci Comitatus Aquilæ, contra magnificum Leonardum nepotem Francisci de Sanctis, qui habebat pacem cum Ioanne Baptista Serano: nam Leonardus volens offendere, vt prætendebatur Vlissem filium ipsius Ioannis Baptistæ, vulnerauit gladio mediatorem, & perforauit pallium prædicti Vlisis, non extitit aliter decisus, vtram in partem inclinatura foret victoria: sed tunc, etiam quòd concordia fuisset secuta inter partes: nihilominus in causa tanquam strenuus Aduocatus quamplurima patrocinando allegauit in iure D. Pompeius Circius de Terra Montis Regalis ex suo præstanti, & acutissimo ingenio maximi ponderis. at Regia Audientia Apuliæ, in anno 1583. dum in ea trutinabatur, ac tractabatur de scissione vestis cuiusdam clerici de ciuitate Sancti Seueri, iudicauit scissionem huiusce vestis leuem admodum prædicto clerico intulisse iniuriam.

2 Et ratio palpabilis ea est, † quoniam excommunicatus quidem nõ est, nec vllam incurrit excommunicationem vibrans baculum, etiam intentione deliberata percutiendi clericum, & non percutiat, vt per Pet. Follerium, cum alijs aggregatis per eum, in pract. criminali canonica, in 2. par. iudi. c.23. vel crimen veneficij, num.4.& Matth.Brun. consi.134. Plura in voce, num.2.vol.2.& Nauarrum, consi.37. Quidam hommes, nu.1. cum alijs seqq.lib.5. vbi consuluit in durioribus quippe terminis, proferentem verba iniuriosa contra episcopum, & illum insultantem, procurantemque percutere, & non percutiat, nullam incurrere excommunicationẽ: prout hoc idem magistraliter quidem alias firmauimus ante Nauarrum in Sylua communium opinionum, in opinio.88. Cardinalem, nu.2. cum cæteris seqq.lib.1.

3 Est tamen bene verum, † quòd tunc actione iniuriarum tenetur, dum quis non extiterit pulsatus, nec percussus, sed solummodo territus ob eleua-

eleuationem manus quasi vapulatus. c. si quis pulsatus, de peniten. distin. 1. Hosti. in sum. §. qualiter proferatur, col. 4. Bal. in l. si prædium, C. de ædil. actio. & consi. 198. volu. 2. Barba. consi. 11. Illud, col. 9. & seq. volu. 4. Steph. Aufrer. in repet. clem. 1. de offi. ordi. & Matth. Brun. in d. consi. 534. sub 4 num. 2. Et sic † ira, seu calor iracundiæ non tuetur modo aliquo aliquem ab iniuriarũ actione. l. aut facta, §. causa, in fi. ff. de penis, & l. si non conuitij, C. de iniurijs, & notat Hermannus de Bare. in tract. de formandis libellis, in libello 95. num. 10. & Abb. Sicu. in cap. eum T. de senten. & re iudica. ubi non obscurè quidem explicat etiam, an iniuriarum actio danda sit pro re admodum minima.

Imo iniuria isthæc in casu, de quo agitur, dici-
5 tur quippe leuis: † prout proijcere cõtra aliquem lapides, dicitur quoque leue crimen, & leuis iniuria, secũdum Papiensem in sua pract. in forma inquisitionis, in glo. in ver. hæc est quædam inqui-
6 sitio, col. 12. & ibi Apostil. imò † stante etiam pace, & promissione generali, & simplici de non offendendo cum armis, vel sine, nec directè, nec indirectè, vel alio quouis modo, si inimicus olim pertransiens per viam vitauerit cum cubito inimicum suum, non dicitur poena commissa tunc percusso, nec pax ob huiusmodi leuem, & modicã offensam rupta censetur modo aliquo, ita Bal. consi. 195. col. 2. volu. 2. Marsi. consi. 80. num. 34. volu. 2. Paris. consi. 165. Pacem, vol. 4. & Francis. Herculanus in tract. de cautione de nõ offendendo, cap. 27. num. 18.

7 Iustificaturque hæc etiam, & alia ratione, † nã statutum, seu lex puniens offendentem clericum comprehendit solummodo inferentẽ ei atrocem iniuriam, non autem leuem, teste Bal. in l. si quis in hoc genus, & in l. fin. C. de episc. & cler. & Nauarro, consi. 74. An canonicus, lib. 5. de sent. ex-
8 commun. vbi consuluit, † excommunicationem non incurrere vllo quidem modo legentem schedulam, tangentemque ac remouentem clericum propria manu, mediante aliquali impetu, ac indignatione, dum illam legere volebat, vel de ea copiam affectabat, repellendo, & ita consuluit etiã Corn. consi. 44. Deueniendo ad primũ dubium, in litera K. & L. volu. 4. quòd pax nullatenus fracta dicatur, auferendo aliquid de alterius manibus per vim & violentiam.

Postremò congruit quoque cum opinione pre-
9 dicta, † quòd promittens nõ offendere aliquem, minimè gentium incidat tunc in poenam, si eius personam, & corpus non percusserit, licèt ei insultum fecerit, vt firmat Cæph. cum alijs signatis per eum, consi. 587. Verba, nu. 41. vol. 4.

Et racio viuax potest huiuscemodi conclusionis assignari isthæc, quæ satis firmo testimonio
10 comprobatur. † nam motus Græcè κίνησις dicitur κινέω moueo. est autem motus actus entis in potentia, secundum Aristotel. lib. 3. Ethicorum. motum siquidem, secundum Cassiodorum, super Matthæum, animi feruidum propter humanam fragilitatem in potestate habere non possumus, suffragante tamen gratia Dei, ratione disciplinandi continemus. nam si irascamur, nec Dei consideratione refrenemur, sed à uoto nostro impediamur aliquo necessitatis obiectu: tunc vtique constat nos facti crimen portare, etiam si nõ possumus, quod volebamus efficere.

11 In tantum, † quòd iracundiæ calore quicquid fiat, vel dicatur, non est vllatenus imputandum, nisi adsit iteratio, vel perseuerantia. c. si quis iratus, 2. q. 3. & c. vulgaris, §. cogitatio, de poen. dist. 1. & eo magis, cum nulli irascenti ira sua videtur esse iniusta. ira enim inueterascens ita fit odium, dum quasi iusti doloris admixta dulcedo diutius eam in vase detinet, donec totum arescat, vasque corrumpatur, attestante Augustino ad Diascorum, vtpote quia explanante Ambros. ad Vercellen. non ira imperat, sed indulget naturæ, quã homo præuenire non potest, mitigare potest igitur, & si irascimur affectus noster motu recipiat: sed secundum naturam, non peccatum præter naturam. vnde Gregor. lib. 3. Moral. qui irascitur fra-
12 tri suo, reus erit iudicio. † Racha Hæbrea vox est interiectionis, quæ animum irascentis ostendit, nec tamen plenum verbum iracundiæ exprimit. prius ergo ira reprehenditur sine voce, postea verò ira cum voce, sed necdum plenè verbo formata, ad extremum ira cum verbo. & notandum, quod in ira prohibet reum esse iudicio, in voce iræ, quæ est Racha, reum concilio, in verbo vncis reum gehennæ. per gradus enim culpæ crescit ordo sententiæ, quia iudicio adhuc causa discutitur, in concilio autem sententia diffinitur: in gehenna verò ea quæ de cõcilio egreditur sentẽtia expletur.

Sed vt scopum attingam, animaduertendum est, quòd omnia præmissa aliquando claudicant,
13 non vno tantum pede: † nam pax solo quidem metu dicitur rupta, & per actum proximũ & immediatum, vt etiam per exonerationem archibusij. ita Marsil. consi. 21. num. 39. & consil. 83. l. is, qui cum telo, C. de sicar. & ita in publicum profert, se semel iudicasse in ciuitate Firmana Nicolaus Moronus in tract. de treu. & pace, quæst. 45. nume. 25. prope fin. & in similib. nempe casibus punitur affectus, licet nõ sequatur effectus, secundum Marsil. in d. consi. 21. Bal. Alex. & Ias. in l. 1. ff. quod quisque iur. Alexan. consi. 140. volum. 2. Corn. consi. 202. volum. 1. Fely. in tract. de conatu. Moronus in loco antesignato, in fi. & D. Pet. Follerium dulcis recordationis, in Pragm. de ictu Scoppettæ, sub num. 1. & 49. vbi affabrè & doctè explanat atque resoluit etiam sub num. 13. cum alijs seq. quòd fisco tunc onus probandi quidem incumbat, quod animo nocendi exoneratio ipsa archibusij facta sit.

ARGVMENTVM.

Quòd contractus censualis, licitus censeatur, & de tredecim eius requisitis.

SVMMARIVM.

1 *Contractus censualis permittitur, nec vsurarius dicitur, contractuiq; emptionis assimilatur, habet tamen*

men per extrauag. Pij V, tredecim requisita, nume.2.4.6.7.9. vsque 17.

3 *Census si constituatur super omnibus bonis constituentis, non specificatâ aliter re particulari immobili certis finibus designata, contractus redditur fœneratitius, & vide nu.21.*

5 *Contractus, & obligationes, in quibus bona mobilia soluuntur pro emptione annui census, fœneratitij sunt, siue fiant mediãtibus scripturis priuatis, siue sine: & quomodo contrahentes, notarij, & magistri actorum instrumenta conficientes puniantur.*

8 *Mutuantes pecuniam per annum aut biennium, censum de illa recipientes non factis debitis cautelis, vsurarij sunt.*

18 *Contractus contra legem, seu contra iuris prohibitionem celebratus, seu à quo lex potentiam remouet, nullus est.*

19 *Contractu ex vsurario obligatio nõ oritur, nec actio contra obligatos datur: imo soluti repetitio per indebiti condictionem competit.*

20 *Exceptio vsurariæ prauitatis est perpetua, & contractus vsurarius nunquam præscribitur, vt debitor scienter soluens vel condemnatus repetere possit.*

22 *Vtile per inutile, regula non habet locum, vbi contractus per pactum alteratur.*

DECISIO CCCLXIX.

1 PAPA † permittit cõtractum censualem, & quòd infimul capi queant eius vigore ducati decem in quolibet anno pro lucro ducatorum centum: in tantum quòd contractus ipse censualis, licitus censetur, nec potest dici vsurarius modo aliquo: est nihilominus bene verum, quòd si aliqua deficit in eo conditio, claudicat reipsa contractus, & efficitur omni dubio procul illicitus, atque vsurarius: iste enim contractus censualis assimilatur equidem contractui emptionis: † imò habet etiam duodecim requisita necessaria, videlicet primum, quòd census, aut annuus redditus emi non possit, nisi super re immobili, aut quæ pro immobili habetur, & quæ de sui natura sit fructifera, & quòd nominatim certis finibus designetur: in tantum quòd si res ipsa immobilis non esset fructifera, & certis finibus designata, censeretur dubio procul contractus factus in fraudem vsurarum, ex quo se periculo nullatenus exponit, prout aliàs seriosius etiam absoluimus in Sylua cõmunium opinionum, in opinio. 1052. Vsuram non committeret Titius, sub nu.3. lib.3. nam pro pecunia illa emitur census super re, quæ fructum producit, & sic videtur emptus fructus illius rei, quæ si infructuosa efficiatur, penitus & omnino perditur census, teste Io. de Lignano in c.in ciuitate, & in c.si.q.1. de vsur.
2

3 Et hinc est, † quòd si constituitur census super omnibus bonis constituentis, non specificata aliter aliqua re particulari immobili certis finib. designata, contractus tunc redditur illicitus, atque vsurarius. ita Laurent. de Rodulph. in cap. consuluit, in 11. par. quæst. 12. S. Antoninus in sum. in 2. par. titu. 1. c. 8. §. 10. Foller. in Pragm. de censib. in rub. huiusmodi censualia super rebus, nu.48. vers. nunquid autem census possit cõstitui super omnibus bonis, vbi meminit etiam ita obseruari de cõsuetudine, & huicmet opinioni acquiescũt quoque alij quàmplurimi Docto. aggregati per Couarru. in lib. variarum resolutionum, lib.3. c.7. sub num.5. & seqq. vers. verum in hoc de redditibus annuis emendis tractatu, elegãs ab omnibus iuris vtriusque diuini, & humani professoribus quæstio discutitur, vbi non obscure quidem explicat istam esse communẽ omnium in iure Scribentium opinionem, licèt ibi firmauerit aliquibus coloratis rationibus cõtrarium, & Dom. Soto etiam de iust. & iure, lib. 6. quæst. 5. art. 1. tamen sacra Regia Audientia Barensis, in anno 1590. iudicauit secundum communem præallegatam ad fauorem Iosephi Ferrutij, & fratrum de ciuitate Vigiliarum, contra magnificum Stephanum Pedonem. & licèt facilè euitari possent rationes in contrarium adductæ: tamen, vt in portu nauigemus, & nullatenus itidem circa disputationes versemur inutiles, sufficit, vt ita statutum fit per Pium V. in extrauaganti super forma cẽsus, emanata, & publicata, sub die 19. Ianuarij, in anno 1568. vbi dicitur, Hac nostra constitutione statuimus cẽsum, seu annuum redditum creari, constituique nullo modo posse, nisi in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur, de sui natura fructifera, & quæ nominatim certis finibus designata sit. & cõtractus sub alia forma post hæc celebrandos fœneratitios iudicamus, & re ipsa ita semper obseruari vidimus, & legimus, & non aliter, nec alio modo, tam in contractibus antiquis, quàm modernis: imò fateor nunquam vidisse, nisi huiusmodi contractum prædicti magnifici Stephani ita & taliter celebratum, qui nõ immerito quidem illicitus atque nullus declaratus extitit in eadem sacra Audientia.

4 Secundum † verò requisitum illud dicitur, quod pecunia verè numeretur tempore contractus, ita quod in hoc contractu censuali minimè admittitur confessio de recepta prius pecunia, et quòd effectualiter, & realiter prius soluta extitisset, non posset vtique hic contractus celebrari, nisi pecunia numeraretur, & solueretur tempore contractus. vnde apparet, quod si tu debes mihi centũ ex aliqua iusta causa, & non habeas vnde soluas, nõ potero à te ego pro illis centum mihi verè debitis emere censum, aut annuum redditum: quia illa pecunia non est in promptu, & pretium census dicitur ante solutum contra constitutionem, seu extrauag. Pij V. præcitatam. imò hoc idem reperitur quoque statutum in Regno per Pragmaticam primam, in titu. de contractibus, vbi disponitur, † quod huiusmodi contractus, seu obligationes, in quibus soluuntur bona mobilia, equi, margaritæ, nomina debitorum, ac bona stabilia pro emptione annui redditus, quod illicitæ, vsurariæ, & fœneratitiæ, & ipso iure nullæ, & inualidæ reputentur, seu fiant mediantibus scripturis priuatis, seu sine scripturis, & quod itidem contrahentes puniantur vti vsurarij publici, & alia et pœna arbitrio Principis reseruata, & quod notarij, & magistri actorum conficientes huiusmodi instru-
5

instrumenta,& obligationes incurrant pro prima quidem vice in pœnam vnciarum centum: pro secunda verò vice in pœnam vnciarum 200. & priuationis etiam officij. Est tamen bene verum, q̄ census constitutio, ob pecuniam ante à venditore debitam valebat, & tenebat ante extrauagan. Pij V. sicuti consuluit Nauar.consi. 5.de empt.& vendit.lib.3.

6 Tertium † requisitum istud est etiam, quod si tu es alicuius verus creditor, non potes mihi cedere illud creditum, & pro eo imponere super re mea immobili annuum censum. oportet ergo, vt pretium census emendi soluatur venditori tempore contractus.

7 Quartum † requisitum similiter necessariò interuenire debet, quòd contractus iste celebretur in scriptis præsentibus testibus, & notario in actu celebrationis instrumenti, & est quippe vnus de casibus, in quibus requiritur scriptura, quos enumerant cum suo necessario ordine, & apparatu Docto. varijs in locis iuris nostri, & Bertachin. in suo repertor. in ver. scriptura de substãtia quibus casibus fit. nam scripturæ melius nimirum probant, quàm testes in 29. casibus positis, & absolutis per Specu. in tit. de instrum. editio. §.restat videre, ver. sed si alij testes, Glo. in c. t. de censib. in 6. & in l. pactum quod bona, in ver. secũdum ius,

8 & ibi Bal. C. de pact. † vnde illi qui mutuant alicui pecuniam per annum, aut biennium, & recipiunt censum de illa pecunia, non factis debitis cautelis sunt omnino vsurarij, & ad restitutionem tenentur, vt per d.extrauag. Pij V.

9 Quintum † requisitum extat etiam, quòd solutio census non anticipetur, sed solui debeat in fine anni, in anno enim primo fundus reddit fructum, & accipiens pecuniam non ea integra vtitur anno, ex qua lucrari possit, soluendo per tertias, magis si soluat in principio contractus: nam si do tibi 100. & anticipo annatam census, non remanent tibi nisi nonaginta, & soluere censum de centum esset vsura, ita quòd anticipationes fieri non debent, nec de annatis, nec de tertijs, debet venditor census vti pretio, quo censum vendit per integrum annum.

10 Sextum † requisitum colligitur quoque, quod pacta quæ ad casus fortuitos obligant contra formam contractus non valent, nec sunt seruanda, nec directè, vel indirectè obligarent vendentem censum. vnde nec tenetur soluere censum alibi, quàm in loco celebrati contractus, & recepti pretij, ne pecunia amittatur, vel si fructus à fundo censui supposito colligi non possunt propter bellum, aut pestem, nec debet solui census qui impositus est super illa re fructifera infructuosa effecta propter casum fortuitum.

11 Septimum † requisitum ex eiusdemmet extrauagantis Pij V. pharetra deprompto similiter videtur, quòd res censui supposita liberè alienari possit sine solutione laudemij, aut quinquagesimæ, aut alterius quantitatis, vel rei, & transit cum onere suo in emptorem, quia dominus census non habet aliud ius, nisi censum exigendi super illa re censui supposita, de qua potest dominus ad sui libitum inter viuos, vel in vltima voluntate disponere.

12 Octauum † requisitum ostendit etiã hoc emolumentum, quòd pacta nõ valeant, sed irrita sint, & nulla apposita cõtra morosum debitorem censu, & ideo non tenetur, nec ad interesse lucri cessantis, nec ad cambium, quibus fortè creditor cepit quantitatẽ census ab aliquo mercatore, nec etiam tenetur ad certas expẽsas, aut certa salaria, nec etiam potest creditor expensas suo medio iuramento liquidare, aut cedere, seu incurrere aliquam pœnam ob non solutionem census. vnde pactum apponi solitum in instrumẽtis, quod possit creditor mittere procuratorem ad exigendum censum ad rationem carolenorum octo, seu quinque pro quolibet die, non valet, & est vsurarium.

13 Nonum † requisitum similiter hanc apportat vtilitatem, quod non possunt tertiæ poni in capitali, & tertiæ non solutæ non augent censum, & nouum creant super eadem, vel alia re. esset enim vsura exigere tertias tertiarum.

14 Decimum † requisitum etiam in medium explicandum est, quòd pacta quibus venditor obligatur soluere collectas, & onera, quæ spectant ad creditorem, seu emptorem non debent seruari, sed sunt nulla, quia sic solueret plusquam decem pro centenario: nam fundus valoris ducentum, si est appositus censui ducatorum decem, debet soluere emptor pro eo, quod habet super fundo, & venditor pro residuo fundi, qui sibi remanet sine censu, prout ita disponit d. extrauag. Pij V. quam accuratè quidem interpretatur Nauar.con. fil. 14. num. 1. & seqq. de censibus, lib. 3. procedere, quod pactum hoc nullum, & iniustum quippe sit, quòd census sit liber ab omni onere, impositione, gabella, ac vectigali, vbicunque contrahentes intellexere ab onere soluendi impositionem, & gabellas, seu vectigalia, quæ de iure communi adimpleri deberent: secus verò si contrahentes ipsi intellexere de soluẽdis oneribus, ad quæ teneretur venditor cẽsus propter prædium, super quo illum vendebat, seu aliquid aliud, & tunc non sit aliter contra formam d.extrauag. Pij V. eo enim casu quis non obligatur certè ad aliud, quàm ad id quod iure tenebatur.

15 Vndecimum † requisitum suo cõmodiori ordine digestum, extat hoc, quòd si res censui supposita pro parte perijt, vel infructuosa reddatur, pro illa parte census perimitur, nec exigi potest, re in totum, vel in parte perempta, aut infructuosa effecta, & hæc conditio facit contractum hunc censualem licitum, quia emptor exponit se periculo.

16 Duodecimum † requisitum est hoc, quod venditor potest censum, aut redditum extinguere soluendo capitale quandocunque, nec potest emptor non retrouendere censum. vnde cõtractus, in quibus emitur census soluendus per duos, aut tres annos, quibus transactis dicebatur census effici perpetuus, sunt vsurarij, quia in arbitrio est vẽditoris reemere quandocunque voluerit censum venditum, nec ipsi census efficiuntur perpetui, sed quando proprietas fundi conceditur alicui

pro

pro annuo censu soluendo, tunc census est perpetuus, quia fundus, quem ego tibi dedi est perpetuus, & perimit ille census perempto fundo in totũ, vel in partem, prout superius explicauimus.

17 Tertiumdecimum † requisitum illud est etiã, quod reemptio facienda est pro pretio, quo fuit census venditus, quia ex temporis diuturnitate non fuit effectus census perpetuus, ita quòd reemi possit pro illo pretio, quo emuntur census perpetui. si itaque omnia hæc requisita seruantur, contractus dicitur licitus, si aliquid verò deficit contractus est illicitus, & vsurarius, prout hæc omnia colliguntur ex allegata extrauag. Pij V. in viridi obseruantia existente.

18 In tantum, † quòd contractus contra legem celebratus est re ipsa ipso iure nullus, vt per Imo. & Franc. de Aret. & alios in l. 1. ff. de testamen. & Carauit. cum alijs aggregatis per eum, in Pragm. de Senatuscon. Maced. §. 15. fuit de ordine, num. 10. & Nauar. consi. 10. Franciscus, nume. 1. de vsuris, lib. 5. & sic contractus nullus est ipso iure, à quo lex remouet potentiam. l. à Diuo, de ritu nupt. l. non dubium, C. de legib. Bal. in l. 1. col. 2. C. plus val. quod agitur, & in §. ad hæc, col. 2. de pace iuram. firm. in vsib. feud. & denique contractus si celebretur cõtra iuris prohibitionem est etiam nullus. l. libertum minorem, ff. de iure patr. & c. 1. de reb. eccles. non alien. in 6.

19 Imò † ex contractu ipso vsurario minimè gentiũ oritur obligatio, nec ex eo datur vlla quidem actio contra obligatos, vt per Nauar. in d. consil. 10. sub num. 1. imo si aliquid solutum tunc extitisset cõpeteret omni dubio procul repetitio per condictionem indebiti, teste Scipione Rouito in Prag. 3. nu. 2. in rub. de empt. & vend.

20 Nec non † iura ita abhorrent vsurariam prauitatem, vt eius exceptione ipsa sit perpetua. ita Socin. iun. consi. 145. volum. 1. Alexan. consi. 46. volum. 3. vbi concedit, quòd contractus vsurarius nunquam præscribitur, vt si etiam debitor scienter & sponte soluat, vel condemnatus per sententiam possit & valeat condictione indebiti repetere, vt per Lup. in cap. quamquam, §. 3. commen. 4. nu. 38. de vsur. & Io. Bap. Bouium in tract. de stat. vrb. præscript. glo. 5. per totum.

21 In contrarium autẽ, de quo agitur, † extat impositus census super omnibus bonis debitoris, taliter quod hoc pactum de per se facit contractum vsurarium, teste Io. Bapt. Bouio in tract. de statu. vrb. præscript. glo. 10. num. 7. & ita iudicauit aliàs Rota Rom. in vna Argen. vt est decis. Gomes. 92. per no. per Bald. consi. 441. volum. 2. & per Paul. Castrens. in l. si quis sub conditione, de condit. & demonstr.

Nec dicatur, quod istud pactũ est indiuiduum

22 vt quatenus vsurarium vitietur, & nõ vitiet, † per reg. l. vtile per inutile. quia illa regula non obtinet quippe locum, vbicunque per pactum alterã tur cõtractus in totum, prout hic: nam intrat partis interesse, vt merito quidem non pro parte valeat, sed in totum vitiatur. ita conciliat opiniones Claud. Seysel. in ti. qui feud. dare pos. col. 26. vers. tertiò potest, cum pluribus seqq.

Sed postremò penitus, & omnino cessat hic quælibet difficultas, quando magnificus Stephanus ipse declarauit velle prædicto instrumento censuali in omnibus vti: taliter quòd ex declaratione ista, pacta sunt connexa, & per consequens ex inualiditate vnius alia corruant absque difficultate aliqua, vt per Rain. in l. 1. §. sed et si. ff. de verbor. oblig.

ARGVMENTVM.

Quòd producens instrumentum nõ solenne omnia in eo contenta vera esse fateri videatur: & an etiam enuntiatiuè, non autem dispositiuè posita.

SVMMARIVM.

1 *Producens instrumentum non solenne, etiam cum protestatione, quatenus pro se faceret, omnia in eo contẽta vera fore fateri videtur, maximè quando ab altera parte reproducitur: tunc enim pro vtraque parte probat, nu. 3.*

2 *Innocentius tantæ est auctoritatis, vt eius verba pro communi sententia habeantur. est item pater legis, quem organum veritatis Cardin. Albanus appellat.*

4 *Producens instrumentum, an confiteri vera esse censeatur, quæ in illo enunciatiuè posita sunt.*

5 *Articulus positioque si in iudicio produceretur, in quo expressa aliqua verba principalia dispositiuaque reperirentur, & aliqua alia enunciatiua, & reus vocatus per verbum; credit, vel non credit, responderet, censeretur confiteri tantum in illa principaliter posita.*

6 *Impugnans instrumentum, vel quodlibet aliud ius alterius seu compositionem, tutus non est, & commodum consequi non potest: limitatur tamen duobus modis in practica vtilioribus, nu. 7.*

DECISIO CCCLXX.

1 PRODVCENS † instrumentum non solenne, fateri videtur absque dubitatione aliqua vera quidem fore omnia in eo cõtenta, secundum Innoc. in c. cum venerabilis, extra de exceptio. Bald. in l. 2. in fi. C. de fideicom. libert. per tex. in auth. ad hoc, C. de fide instrum. & eundem Bal. in margarita sua, in ver. instrumentum, vers. qui producit. vbi non obscurè nempè concedit, quòd reus volens probare pactum de non petendo, si producat instrumentum minus solenne debiti, illa productio habet re ipsa vim confessionis, & probat debitum, etiam si aliter de ipso debito nõ appareat, & istorum Scribentium opinio adeo vera extat, vt communis expeditè &

2 stabiliter discernatur. † nam Innoc. est re ipsa tam maximè authoritatis, quod eius verba pro communi sententia habenda sunt, teste Alexan. in l. quod iussit, col. 2. ff. de re iud. & apostilla ad eiusdem Innoc. lecturam, in princ. & Ias. in l. 1. col. 6. ff. si cer. pet. Felyn. in c. ex parte, il primo, col. 18. de rescrip. imò scribit Calc. consi. 15. Visis, col. 6.

quòd Inno. est pater legis. necnon Card. Alban. non immeritò quidem appellat etiam illum orga num veritatis, in lucubrationibus ad Bar. in l. fin. num. 5. ff. de iurisd. omn. iud. & Fely. in c. 2. num. 59. de rescript.

3 Imò † eatenus isthæc communis, verissima ac tutissima redditur, quòd licèt productum quoque foret instrumentum ipsum mediante protestatione hac, quatenus pro se faceret: nihilominus tamẽ illa minimè gentiũ releuaret, per quod pars posset se fundare super ea, vt est notabilis do ctrina Bal. & aliorum omnium in l. 1. C. quæ desunt aduocat. cui acquiescit Ang. in l. appellanti, ff. de appellat. & idemmet Bald. in c. præsentium, col. 2. extra de testib. Ang. de Aret. magister practicæ in §. item si quis, col. 2. Insti. de actio. Rom. consi. 433. Quo ad primum, in fi. & ibi D. Horat. Mandos. in addi. in litera I. & hoc maximè procedit absque discrimine aliquo, vbicunque eadem scriptura reproducitur ab altera parte: tunc enim indubitanter quidem probat pro vtraque parte, vt concedunt Docto. vniformi consensu omnes in d. c. cum venerabilis, extra de exceptio. & ita varijs vicibus iudicauit etiam Regia Audientia Apuliæ in diuersis causis, in anno 1583. & seq. & sacra Regia Audientia quoque Barensis, in anno 1589. & sequenti.

4 Est tamẽ bene verum, † quòd in omnem euentum, instrumentũ producens confiteri aliter non censetur ea vera esse quæ in illo enunciatiuè posita sunt, sed ea quæ dispositiuè, vt voluit Bal. in d. cap. cum venerabilis, colum. penul. per tex. in l. Aurelius, §. fin. ff. de libera. leg. cui innititur Prosper Paseth. consi. 131. In causa magnifici, num. 9. Ias. in l. contra iuris, §. si filius, colum. 2. ver. tertiò adde pulchram quæstionem, ff. de pactis, vbi adijcit etiam præsentem opinionem fore in practica maximi quidem momenti & efficaciæ: sed contrarium firmauimus in Sylua communiũ opinionum, in opin. 1038. Verba enunciatiua, nume. 6. lib. 3.

Quæ profectò sententia Bal. ea ratione iudicio
5 meo posset meritò fulciri: † nam vbicunque produceretur in iudicio articulus, positioque in qua reperirentur expressa aliqua verba principalia, & dispositiua, & aliqua alia enunciatiua demonstratiua, & incidentia, & reus vocatus ad respondendum per verbum credit, vel non credit, responderet simpliciter huiusmodi positioni, censeretur vtique tũc cõfiteri solummodo posita in illa principaliter, non autem incidenter demonstratiuè, & enunciatiuè, vt concedunt Bart. Bal. & alij vniuersaliter omnes in l. si cui, §. 1. ff. de leg. 1. & Matthæsil. in sing. 43. Nota quòd si in positione, num. 1. cum alijs seqq. vbi ponit commodum nempe exemplum pro faciliori intelligẽtia præsentis opinionis, cui assentitur etiam ibi Gabriel. Saraynæ in addit. exprimitque finaliter illam magis communem fore.

Et quemadmodum producens instrumentum videtur fateri omnia & quæcunque in eo conten
6 ta: ita itidem † impugnans instrumentũ, vel quodlibet aliud ius alterius, tutus non est, per tex. in l. Papinianus, §. meminisse, ff. de inoffi. testam. & in c. cum olim, de censib. vbi dicitur, quòd ex compositione, quam quis impugnat, commodum cõsequi non potest, & ita voluit Bart. num. 6. & alij omnes in l. post legatum, ff. de his quib. vt indig. Alex. consi. 209. In causa & lite inter spectabilem virum, num. 4. vol. 7. Dec. consi. 317. sub num. 17. & seqq. & Curt. iun. consi. 41. vbi commemorat istam esse omnium in iure Scribentium communem opinionem, prout ista est vera, & approbata etiam regula, quam habemus in c. ex eo, de regu. iur. in 6. & ibi Ioan. And. & in d. c. cum olim, & ibi Abb. in 6. not. quæ etiam claudicare videtur in quamplurimis casibus traditis, atque absolutis per Abb. in fi. & Feli. num. 8. versi. regula ex eo, in c. capitulum Sanctæ Crucis, de rescrip. & per eundem Fely. in c. examinata, sub num. 3. versi. & aduertas subtiliter, de iudi.

7 Sed inter has nempè limitationes, † istæ duæ videtur grauiores, ac vtiliores in practica. Prima igitur limitatio ista est, quòd impugnãs potest se fundare in eo, quod impugnauit pendente impugnatione, pro qua adhuc non extiterit aliter determinatum, vt per Abb. in fi. Fely. & alios vniuersaliter omnes in d. c. capitulum Sanctæ Crucis, Rom. consi. 347. Quoad articulum primum, sub num. 6. & seq. & ibi Horat. Mandos. in addi. in litera D. & Petr. Garsiam in decisionibus extrauagantibus in Dicto iuris 558. Ex eo quod impugnauit. Secunda vero limitatio est hæc, quòd impugnãs instrumẽtum, vel quodlibet aliud ius alienum, sibi nullatenus præiudicare videtur, vbicunque quis impugnat lege suadente, ac permittente: secus vero quando contra legem, atque indebitè impugnaret, vt per Canonistas omnes communi omnium voto in d. cap. capitulum Sanctæ Crucis, & per Cagno. in auth. ex causa, num. 17. C. de liber. præter. taliter quòd impugnans tunc lege suffragante, sibi nullatenus quidem obstat intentio exceptionis & facti, vt non debeat commodum sentire ex eo quòd nixus fuerit impugnare.

ARGVMENTVM.

Famulus, qui, & quomodo dominos defendere teneantur, & non obedientes eorum dominis, quid amittant.

SVMMARIVM.

1 *Famulus dominum cum vitæ etiam discrimine adiuuare debet, nisi sit conductitius, nu. 3.*
2 *Seruus domini necem vindicans, libertatem consequitur.*
4 *Famulus determinando aggressum dominum adiuuare, si delictum aliquod committeret, dominus ipse non teneretur.*
5 *Famulus domino non obediens, nulla pœna tenetur, nisi quòd salarium habere non debet.*
6 *Seruientes pro mercede, non refert quòd largè serui à seruiendo dicantur.*
7 *Famuli cum domino paciscentis de præstandis seruitijs historia, qui noluit ipsi domino præcipitato in foueam*

foueam ab equo auxiliari, eo quòd in capitibus cō uentionis id non esset expressum.

8 *Famuli ægrè nobis seruire intelliguntur.*

DECISIO CCCLXXI.

1 FAMVLVS †tenetur dominum suum adiuuare, & defendere armis, clamore, & quocunque alio modo, etiam cum discrimine vitæ, vt per Floriao. in l. scientiam, §. qui cum aliter, ff. ad leg. Aquil. Alex. in l. 1. §. sed licet, quod met. cau. & Ang. Aret. in tract. maleficiorum, in ver. & dictus Titius, num. 34. aliàs puniretur absque dubitatione aliqua, pœna mortis. l. fi. C. de his quib. vt indignis.

2 Imo † seruus necem domini vindicans libertatem etiam consequeretur, teste Saly. in l. 1. nu. 1. in quib. cau. ser. pro præmio.

3 Seruus † verò conductitius non tenetur aliter ad huiuscemodi domini defensionem se accingere, si nollet, vt prodidit Bald. in l. 1. C. vnde vi, & Petr. à Plaza in epitom. delictorum, cap. 22. num. 17. & ita extitit iudicatum in Regia Audientia Apuliæ, in anno 1583. ad fauorem cuiusdam famuli de ciuitate Sancti Seueri, qui tunc in ea fuit absolutus, ob auxilium non præstitū domino suo aggresso, atque vulnerato.

Et ratio posset isthæc asignari præsentis deci-
4 sionis satis commoda: † nam si famulus tunc determinando, domino aggresso aliquam opem ferre, & aliquod committeret delictum, animaduertendum est, quòd dominus non teneretur eo casu de delicto familiarium suorum, ita Doct. in c. 1. de resti. spol.

Secundò comprobatur etiam eadem conclu-
5 sio: † nam famulus in omnem euentum, non obediens domino, non tenetur similiter vlla quidem pœna: sed non debet re ipsa habere salarium, vt per Bar. in l. Nesennius, ff. de excusa. tuto.

6 Nec obstat, † imò parum, aut nihil refert, quòd largo modo, etiam seruientes pro mercede, vt famuli dicantur etiam serui à seruiendo, secundum Abb. in rubr. de Iudæis, & Sarac. & Bar. in l. iubemus, C. de præposi. sacr. cubi. lib. 12. sufficit ergo quòd famulus non sit seruus, ac ei nullatenus æquiparetur.

7 Et hinc † quidam famulus non immeritò quidem conductus in ciuitate Neapolis, annis superioribus, voluit pacisci cum eius patrono super seruitijs præstandis, rogauitque illum, vt voluisset ei tradere capita omnium & quorumcunque seruitiorum gerendorū, qui traditis capitibus, & conuentionibus, impulsus tunc ad iter arripiendum Apuliam versus, parum benigna fortuna, equus cadendo, præcipitauit dominum in quadam fouea, qui vocato famulo, vt ei opem ferret, recusauit hoc agere: sed inuentis capitulis, & conuentionibus ipsis, quas secū deferebat, cœpit illas omnes legere, & non inuenta promissione aliqua de præstando auxilio in præsenti dura fortuna, voluit iterum pacisci cum domino suo, ac nouam procurare promissionem: & licèt res videatur ridiculosa, tamen vera extitit. & re ipsa cum dominis crudelibus, semper adhibendæ forent cautelæ, quæ si infinitæ ferè essent, minimè sufficerent: & dum vituperare studeo dominos, nequaquam
8 laudo famulos, qui rari boni: † quoniam famuli ipsi ægrè nobis seruire intelliguntur. c. ex P. extra de cler. non resid. & ibi Glo. & Francis. Petrarcha de remedijs prosperæ fortunæ, vbi ita prudentissimè discurrit; Gaudeo, serui multi mihi sunt. Respondeo: multi serui, multæ lites, multæque discordiæ, multa denique bella domestica: quorum vel spectator fœdus, vel laboriosus compositor sis oportet: interque reos, & accusatores medius seruus suis seruias, iudex factus ex domino. Melius enim pauci seruirent, quàm multi. vbi multi serui sunt, alter alterius manus aspiciens quiescit, laboremque fugit. At quidem vbi multi serui, ibi multus est strepitus, pauca seruitia, secretum nullum. Quot seruorum linguæ, tot præconum tubæ. quot seruorum aures, atque oculi, tot domorum rimulæ: quibus etiam quæ in fundo sunt facilè dilabuntur. pertusum vas, ac futile seruilis animus, nihil diu cōtinet; quicquid infunderis, mox effluet. famma est, curiosissimum animal seruus ad inquirendum, negligentissimum ad obsequēdum. quid cogites, aut quid agas, nosse vult: sed quid iubeas ignorare.

ARGVMENTVM.

Quod venditor, auctor laudatus, hæreditario iure ad defendendum emptorem super mota lite teneatur. Et an habilitatio à iuramento per defunctum præstito concedenda sit hæredi.

SVMMARIVM.

1 *Auctor laudatus emptorem necessario super mota lite defendere debet, alias de euictione tenetur.*

2 *Actiones mero iure actiuè & passiuè in hæredes transeunt.*

3 *Reus excipiendo agere dicitur, exceptionalemque libellum, sicut actor, concipere debet, alias repellitur.*

4 *Habilitatione à iuramento per testatorem præstito ad petendum post lapsum termini ad soluendum, seu aliter in periurium incidisset, non admittitur.*

5 *Iuramentum quo ad periurij vim ac pœnam personale est, & in hæredes non transit, vt hæredes ipsi ab huiusmodi iuramento habilitationem petere non debeant.*

6 *Contractus etiam de re ecclesiastica valet, vbi emptor vult rem esse venditam, licèt in contractu emptionis læsio deceptioque interuenerit.*

7 *Habilitatio non concedenda, quæ non producit effectum respectu defensionis, stante contractu valido siue iuramento.*

8 *Habilitatio petita non concedenda maiori nobili, non mulieri, neque rustico, qui contraxit cum iuramento de non contraueniendo ex quauis causa, & ob enormem læsionem, renunciando l. 2. C. de rescind. vendi.*

9 *Contractum iuratum per defunctum, quare hæredes seruare teneantur.*

10 *Moderator & arbiter quilibet, etiam in abutendo, in re propria.*

11 *Legum beneficijs quampluribus renunciari potest, remissiuè.*

DECISIO CCCLXXII.

1 VENDITOR † author laudatus, est suapte natura defensor necessarius emptoris, qui absque scrupulo, tenetur illum in foro moti iudicij defendere, aliàs euictionis periculum substinebit. l. 1. C. vbi in rem actio. & l. vnica, C. de iudi. & ibi Bart. & alij vniuersaliter omnes, & l. si perlusorio, §. 1. ff. de appell. Cæpha. consil. 168. num. 14. & consi. 265. nu. 34. vol. 2. Afflic. decis. 227. Quidam nobilis, num. 2. & Gaspar Caballinus in tract. de euictionib. in §. 3. nu. 518. vbi assignat viuaces rationes.

Vnde Horatius de Stephano de ciuitate Larini tractus, vocatusque in causa coram Reuerendo Vicario eiusdem ciuitatis per Do. Nicolaum, in lite sibi mota per Antonium Vulpellum, super quodam fundo, laudauit in suos authores filios & hæredes quondam Zuccardi de eadem ciuitate, à quo causam habuit, & habet emptionis titu-
2 lo: † cum actiones mero quidem iure actiuè, & passiuè transeant in hæredes. l. 1. C. vt actio ab hæred. itaque petens litem motam intimari debere prædictis authoribus, vt veniant ad iudicium suscipiendum, expensas subministrandum, & alia faciendũ, quæ euictionis iure tenetur vigore Prag. Regni 26. dubitationem circa dilationẽ petitam in realibus, & ibi Annibal Troysius Cauensis, & alij Regnicolæ Doct. omnes, qui nempe hæredes laudati nolentes, recusantesque iudicium, ac defensionem suscipere, frustatoriè certè opponunt testatorem ipsum deceptum in ipsa venditione vltra dimidiam iusti pretij, petentes satis incompetenter, & ineptè seipsos habilitari à iuramẽto per testatorem præstito, vt sine metu periurij de læsione dicere queant, & se à defensione prædicta subtrahere. replicatur pro parte præfati Horatij habilitationem in casu, de quo agitur, nullatenus competere, & defensionem stipulatione promissam præstari debere. quæritur ergo in Regia Audientia Apuliæ hodie, quid iuris.

In quo dubitationis articulo dicẽdum, est prædictos hæredes ad petita admitti non debere ad effectum, finemque fugiendi defensionem promissam per testatorem pro se, & hæredibus. & prę-
3 suppono vnum in iure verissimum, † quòd reus excipiendo agere dicitur. l. 1. ff. de exceptio. imò ita debet aptè suum libellum exceptionalem concipere sicut actor, aliàs à iudicio ineptè excipiens repellitur. l. 1. §. Labeo, & ibi Bar. Ang. & alij vniuersaliter omnes, ff. de fluminib. & in d. l. 1. ff. de exceptio. & Ang. Aret. in rub. Instit. de excep. q. 10.

Sed clarum est in casu nostro, quòd habilitatio ad hoc petitur, & cõceditur, ne iurans incidat per
4 contradictionem in periurium: † vnde si petens habilitationem ipsam post lapsum termini ad soluendum, seu aliter iam incidisset in periurium, ad habilitationem petendam nullatenus admittitur, secundum Abb. in 7. quæst. Fely. & alios vniformi consensu omnes in c. 1. extra de iureiur. Card. & Imo. quæst. pen. in c. debitores, eo. tit. imò etiã si foret obtenta habilitatio ipsa, hoc tamen tacito, vel expresso, esset omni dubio procul ipso iure nulla, teste Ancha. consi. 198. Prædictis subtiliter, in fi. & Fel in loco antesignato, & alijs per nos aggregatis in Sylua communium opinionum, in opinio. 2. sub nu. 6. lib. 1.

5 Cæterum † iuramentum quoad vim & pęnam periurij est personale, & non transit in hæredes, vt per Inno. Abb. & communiter Canonistas omnes in c. veritatis, de iureiur. post Glo. 24. quęst. 3. in summa, & 5. q. 3. in summa, & Card. consi. 137. in fi. Et consequenter hæredes habilitationem ab huiusmodi iuramento petere non debent, vt dicit Imo. in repet. cap. cum contingat, 12. col. in 3. membro principali, de iureiur. nec hæres potest criminaliter accusari, vt per Afflic. decis. 381.

Est nihilominus bene verum, quòd hæres ipse ad obseruantiam contractus tenetur, non quia iurauit, sed quia actiones hæreditariæ transeunt in hæredes, vt infra affluentius explanabimus. igitur prædicti hæredes citati satis ineptè dicuntur quodammodo excipere, ac patere habilitationem à iuramento præstito à testatore defuncto. vnde à tali inepta petitione meritò quidẽ repelli debent, & defensio petita non impediri.

Præterea etiam si ab ipso defuncto peteretur defensio, adhuc tamen in casu nostro ad defendendum emptorem in iudicio, tanquam author laudatus teneretur, etiam quòd assereret se deceptum vltra dimidiam iusti pretij. & consideran-
6 dum vtique est, † quòd licèt in contractu emptionis interueniat talis prætensa læsio, seu deceptio, tamen emptore volente rem esse venditam, contractus valet & tenet, etiam si res esset ecclesiastica. casus est in c. cum dilecti, & ibi Abb. But. Barbat. & alij vniuersaliter omnes, extra de empt. & venditio.

In tantum, quòd si peteretur rescissio contractus ex capite prædictæ deceptionis simpliciter, libellus non teneret, & sentẽtia foret de iure nulla, stante validitate dicti contractus, vt probatur ibidem manifestè. & sic denique vbi extat casus legis, nulla admodum tunc versatur dubitatio. l. ancillæ, & ibi Bal. C. de furt. igitur si contractus emptore volente valet & tenet mero iure, etiam decepto nolente, & inuito, saluo iure petendi supplementum pretij, meritò nempe ad prædictam defensionem tenetur, & ad petitam habilitationem non debet admitti ad effectum impediendi
7 defensionem contractus mero iure validi, † quæ si esset concessa nullum produceret effectum, respectu defensionis, stante validitate contractus absque iuramento, per ea quæ notat Rom. consi. 46. In causa D. Camillæ, & Fely. in cap. 1. q. 10 extra de iureiur. volentes, quòd habilitatio concedi non debet, quæ nullum operatur effectum, tum quia crimen periurij hæredes non tangit: tum etiam quia, etiam iuramento sublato, contractus venditionis remaneret ualidus, & rescindi non deberet inuito emptore.

Ad

Ad hæc ex alio quoque capite habilitatio peti ta non venit vllatenus cōcedenda in casu nostro, ad effectum præsertim consequendi beneficium,
8 l. 2. C. de rescind. vendit. † quia vbi maior nobilis, non mulier, neque rusticus contraxit, & iurauit non contrauenire ex quouis iure, seu causa, & ex capite enormis læsionis, renunciando beneficio d. l. 2. prout fecit prædictus testator, illud absque difficultate perdit, ad quod petendum nō debet tunc admitti, sicuti ista est communis, & concors omnium in iure Scribentium sententia in c. pen. extra de iureiur. & in d. l. 2. A quo quidem iuramento habilitatio peti non potest aliàs, vbi læsio interueniret re ipsa in maiore: quia iura di sponentia iuramenta puberum, & maiorum seruari debere, si per viam habilitationis possent tolli, & contra promissionem iuratam veniri, qua seruata, non vergit in dispendium salutis æternæ, irrita essent imposita verbis, & non rebus, vt firmat in proprijs terminis Anton. de Butr. in maiore, licèt in minore contradicat, in c. cum contingat, & Imola etiam ibi, in repe. in 3. membro principali, extra de iureiur. & huic sententiæ, quòd habilitatio concedenda non sit, assentitur quoque Alex. nonnihil solenniter, consi. 123. Visis, & consideratis, col. 6. vers. non obstat, quòd deceptio, & ibi Apostilla, volum. 1. & Abb. consil. 71. Quinque dubia, col. fin. volum. 1. & hoc idem in maiore iurante, & renunciante beneficio d. l. 2. & cap. pen. quòd teneantur omnino iuramentum seruare, cō cedunt communiter Doct. in locis prælibatis, asserētes, quòd licèt aliqui velint discrepare, tamen contra communem opinionem ipsam Gl. & Doctorum non posset in practica obtineri.
9 Vnde † in casu isto quamuis hæredes non iurauerint, nihilominus tamē tenentur seruare omnino contractum iuratum per defunctum, non quia ipsi iurauerunt, sed quia hæres tenetur seruare contractum testatoris iuramento firmatum: aliàs si hæres posset contradicere, lex vtique deciperet contrahentes, quod non est dicendum, per notata per Gl. 2. in authen. sacramenta puberum, C. si aduers. venditio. prout ita in terminis planū facit Vital. in tracta. clausularum, in clausula 108. Sed videamus, quando posit, & debeat peti absolutio, col. 4. vers. prædicta maximè. & tenent quoque, atque probant Canonistæ communiter in c. veritatis, de iureiur. Bald. in l. cum quis decedens, §. codicilli, col. fin. ff. de leg. 3. Bal. in authen. sacramenta puberum, in fi. C. si aduers. venditio. & Afflict. decis. 381. in fi. vbi allegat dictum Andr. de Iser. in constit. Regni, eos qui. idemque multum feliciter ac prospere discurrit & confirmat Anto. de Rosel. in repet. d. c. cum contingat, 23. col. ver. & hoc nota, de iureiur. fretus non quia vinculum iuramenti ratione periurij descendat ad hæredes, cum personale sit, sed quia hæres tenetur seruare contractum à testatore firmatum.

Vltra prædicta ex alio itidem capite dicēdum est in præsenti casu habilitationem à iuramento nō competere: esset enim frustratoria, & nullum productura effectum. nam etiam si non foret iuratum, adhuc non posset contrauenire, nec petere beneficium d. l. 2. cui renunciauerat, renunciareque potuit, tanquam in sui fauorem introductum, per textum in l. si quis in conscribendo, C.
10 de pact. Vtpote, † quia in re propria quilibet est moderator, & arbiter, l. in re mandata, C. mandati, etiam in abutendo. textus est singularis in l. sed etsi, §. consuluit, vers. dum se abuti putat, ff. de petitio. hæred. iniquū est enim ingenuis hominibus liberam rerum suarum administrationem auferri, dixit Iurisconsultus in l. non vsque adeo, in fi. ff. si quis à par. fuer. manum. & iustum est denique vnicuique sua committere. l. nemo exterus, C. de Iudæ.
11 Nam † & in alijs quamplurimis beneficijs ll. renunciari potest; de quibus fęcundè quidem per Spec. in titu. de renunciat. §. 1. ideo ad ius semel repudiatum amplius non datur regressus, iuribus triuialibus. & sic stante prædicta renunciatione, non est tractandum de habilitatione iuramenti, quia etiam si non esset iuratum ius non competeret renūcianti petendi beneficium legis à se sponte repudiatum pacto, & stipulatione legitima. vnde non immeritò quippe eadem Regia Audientia in anno 1583. iudicauit prædictos hęredes cō uentos, tanquam authores laudatos hæreditario iure teneri ad defendendum emptorem super lite mota pro euictionis periculo euitando, oppositis non obstantibus.

ARGVMENTVM.

In contractibus vsurarijs vsuræ solutæ computantur in sortem principalem, & illam extenuant.

SVMMARIVM.

1 *Vsurarum solutio sortē principalem extenuant. quod ampliatur, nu. 2.*
3 *Vsuras soluere promittens, an & quando peccet. & pro resolutione commodè distinguitur.*

DECISIO CCCLXXIII.

1 Vsurarum † solutione videtur extinctū capitale, & sic vbicunque creditor reciperet vsuras, tūc omni dubio procul vsuræ ipsæ, ipso iure extenuarent sortem. tex. est in c. 1. in ver. absolutè, quem ibi ponderant Abb. & alij vniformiter omnes, de vsur. & traditur etiam in c. 2. & in c. conquestus, eod. ti. & extat quoque tex. de iure ciuili in l. 1. & 2. C. de pignor. actio. & explicant itidem Glo. Saly. Bald. & cæteri vniuersaliter omnes in d. l. 1. concedentes ibi stabiliter & constanter, creditorem recipientem vsuras in pecunia, ipso iure extenuare sortem: vtpote quia ipso iure fit compensatio. l. si conuenerit, ff. de pign. actio. & est optimus textus denique in cap. ad nostram, de iureiur. & ita non semel tantum iudicauit Regia Audientia Apuliæ in anno 1583. & sequenti in varijs causis in ea tunc occursis, atque
2 insimul decisis. & hoc eatenus verum extat, † vt amplificari meritò quippe posit, non solùm locū obtinere, vbicunque peteretur vsura, seu fructus

computari in sortem: sed etiam si nullatenus quidem peteretur vsura ipsa, vel fructus in sortē computari debere: verùm peteretur solummodo, seu ageretur potius ne vsura solueretur, verbi gratia si instaretur instrumentum declarari, atque decerni vsurarium ad finem, vt eo instrumēto quis amplius vti non valeat: tunc enim exceptio hæc etiā releuat, propagatque ac extendit radices, viresq́; suas, similiter quoad computationem prædictam faciendam in sortem, prout non ociosē quidem aperit Laurentius de Rodulphis in tract. de vsuris, in q. 147. vers. quæro 147. cum petitur vsura, vel fructus in sortem computari.

3 Verùm enimuerò † recipiens ad vsuras pecunias, subsistente maxima necessitate, non peccat, & sic peccatum quidem non est in promittente soluere vsuras, sed in recipiente vsuras ipsas, secundum Gui. Papę, decis. 581. Ioannes, nu. 3. cęterùm hoc non ita videtur simpliciter verum: ideo pro resolutione ponam huiuscemodi commodam distinctionem, videlicet quòd assumens pecuniam sub fęnore, si ea tunc indigeret, profectò non peccaret vllo modo, vteretur nempè peccato alterius ad vtilitatem, commodumque suum proprium: quod licitum foret, asserente Alex. de Neuo, consil. 100. In casu, in quo requisitus fui, nume. 15. & Sanc. Thoma de Aquino in 2.2. quæstio. 74. arti. 4. vbi assignat rationem hanc, quòd Deus vtitur omnibus peccatis ad aliquod bonum. ipse enim ex quolibet malo elicit aliquod bonum. ita Aug. in Enchiridion, cap. 10. & quamuis secundum S. Thom. vbi supra, & Canonistas in c. super eo, de vsur. Caietan. in summa, in ver. vsura, & in 2.2. quæst. 78. art. 4. Io. Tabien. in sua summa Tabien. in ver. vsura, l'ottauo, sub §. 4. & Nauar. in suo Manuali confessorum, cap. 17. §. 29. num. 262. & seq. non liceat modo aliquo aliquem hominem inducere ad mutuandum sub vsuris: nihilominus propter aliquod bonum, idest propter subuētionem suæ necessitatis, & alterius licitum foret mutuum accipi sub vsuris à solito consuetoque fęnerari, & à prompto ita, & taliter mutuare.

Hocque interpretatur, & intelligitur, non solùm de necessitate absoluta, verùm etiam de necessitate vtilitatis, quam quis consequitur agendo negotia sua, sicuti mercando, aut artem suam exercendo. & hinc perspicuè patet, quòd mercator motus iusta necessitate, & non valens vnde honestè viuat, nisi mediante mercatura, si fortè peteret mutuum ab vsurario, quem optimè nouerat aliàs non mutuaturum pecuniam, nisi cum vsuris, nō peccaret quidem, si ad eum recurreret, maximè, si non posset alium inuenire, qui gratis ei mutuaret, & ista est concors omnium Doctorum sententia, attestante Fratre Io. Tabien. in d. ver. vsura, l'ottauo, sub §. 3. Si verò accipiens ad vsuram pecunia accepta nō indigeat, & illam quidem accipiat, nulla vrgente necessitate, sed potius hac spe ductus, vt diuitias immodicè congerat, aut vt ludis, & vanitatibus seculi peramplius vacet, peccaret mortaliter, vt voluit euā Sanctus Bernardinus, protector & defensor noster, in suis sermonibus, de Euangelio æterno, sermone 38. articu. 3. c. fin. & sermone 43. articu. 3. sub c. 2. sub titulo sequēti, incipiente, Tria malorum genera, quæ ex manifestis vsuris venire solent, col. 3. Ex quo itaque patet, quod illi mercatores, qui absque mercatura habent, vnde decenter viuere queant, mortaliter quidem peccarent si ad vsurarios recurrerent, vt mediante pecunia ab eis recepta sub vsuris superflua congregarent, sperantes magis lucrari ex ipsa pecunia sub vsuris accepta, quam sit, extetque damnum, quod sufferant de vsura soluta. & hoc idem rectè concludendum est de illis nobilibus, videntibus aliquod feudum venale, ipsum emunt, & quia non semper habent pecuniam promptam recurrunt ad nummularios à quibus recipiunt mutuum sub vsuris, & tunc indubitanter ob hoc mortaliter peccarent, maximè cum absque huiusmodi feudo decenter viuere valeant: secus vero dicēdum foret, si haberent plures filios, & vnicum feudum, & ideo vellent alterum feudum acquirere, seu emere, vt illis in posterum melius prouiderent, vel etiam si ante dictum feudum in manu aliena ipsis nobilibus non nihil nociuum, damnosumque foret, sed in manu propria magnam commoditatem illis afferret, & hoc idem concludendum est de rustico accipiente mutuum sub vsuris, occasione emendi aliquem fundum. iccirco conclusiuè stabiliendum est in hac materia, quòd accipiens mutuum sub vsuris propter necessitatē absolutam, vel iustam, excusatur à peccato, non autem hoc agens, vt superfluè congregaret, & adderet domum ad domum; agrum ad agrum; pratum ad pratum; vineam ad vineam; & feudum ad feudum: quinimò vnusquisque istorum peccaret mortaliter, vt optimè probant auctoritates superius allegatæ.

ARGVMENTVM.

Pupillus conuentus & eius tutores, an teneantur super libello valido & claro litem contestari, vel copiam habere scripturæ in libello nōmentionatæ, qua actor vsurus non est, & sine qua deliberare potest.

SVMMARIVM.

1 *Libellus vt procedat ea cōtinere sufficit, quæ si forent prolata, actor obtinere deberet.*
2 *Testamentum nuncupatiuum de sui natura, & substantia scripturam aliter non requirit.*
3 *Legis casus vbi est expressus, ibi nulla dubitatio.*
4 *Actor intentionem suam per testes probare, & non scriptura vti intendens, etiam si illa interuenisset, scripturas quibus vsurus non est, edere non compellitur: secus si appareat actorem velle vti in libello narratis.*
5 *Aditio hæreditatis solo animo, nudaque voluntate fit, & verbo expeditur.*
6 *Procurator pro hæreditate adeunda, quare constitui nequeat, & si constituatur, illa adiri censetur.*
7 *Mater filium in potestate, & sic hæredem suum & necessarium non habet.*
8 *Extraneus dicitur, qui non est in potestate.*

Hæres

9 *Hæres extraneus hæreditate adita tenorem testamen*
ti scire præsumitur: sic etiã suus hæres, qui actum
spectantem ad hæredem fecisset.
10 *Hæredi, facta etiam testamenti in scriptis mentione,*
editio non est necessario facienda, vt deliberare
possit.
11 *Acta de iure notorium in causa faciunt.*

DECISIO CCCLXXIIII.

IN causa Stephani Vulpelli, propter noto
riam partis aduersæ calumniam, contin-
git hodie incidenter dubitari in Regia
Audientia Apuliç, num Franciscus Antonius pu
pillus conuentus, & eius tutores teneantur super
libello de iure valido & claro litem contestari, vel
debeant habere copiam scripturæ in libello non
mentionatæ, qua actor ipse vsurus non est, & sine
qua deliberare potest? Et indubitanter dicen-
dum est, quòd teneantur litem contestari, nullis
copijs exhibitis.
Et præsuppono vnum in iure regulariter veris
1 simum, † quòd ad hoc vt libellus recipiatur, at-
que procedat, sufficit re ipsa, quòd contineat ea
quæ si forent prolata, actor deberet obtinere, iux
ta doctrinam Bar. Pauli Castren. Alex. & aliorũ,
communi concursu omnium approbatam in l. 2.
ff. si quis in ius voc. non ier.
2 Nam † actor ipse, si verba sui libelli ponderen
tur, fundat profectò eius intentionem super testa
mento nuncupatiuo, quod nempe de sui natura,
essentia, atque substantia non requirit aliter scri-
pturam. casus est apertus in l. hac consultissima,
§. per nuncupationem, vbi textus declarat, idest
sine scriptura, C. de testam. Bellon. in rub. Institu.
de testam. sub num. 14. Port. in §. nihil, nu. 6. Insti.
eod. tit. & Thob. Nonius in §. sed cum aliquis, nu.
12. Instit. de testam. vbi discurrit cum suo appara-
tu tres casus, in quibus testamentum nuncupati-
uum probari possit.
3 Et hinc est, † quòd vbi casus legis extat expres-
sus, ibi nulla cadit dubitatio. l. ancillæ, & ibi Bald.
C. de furt. & l. si pignore, §. cum furti, ff. eod. ti. Ro
lan. consi. 69. nu. 18. & consi. 80. nu. 4. vol. 1.
4 Vnde † cum actor met intendat probare inten
tionem suam per testes, iuxta formam iuris, & nõ
intendat vti aliter scriptura, etiam si interuenisset
ad futuram rei memoriam, non potest de iure cõ
pelli edere scripturas, quibus vsurus non est, vt l.
1. §. edenda. ibi, non tamen instrumenta, quibus
quis vsurus nõ est, compellatur edere, ff. de eden.
Est tamen bene verum, quòd vbicunque appare-
ret, actorem velle vti narratis, & enũciatis in eius
libello, teneretur tunc omni dubio procul de eis
copiam tradere, reo instante, vt ponit hoc pro re-
gula Cagnol. in l. 1. nume. 56. cum alijs seqq. C.
de edendo.
In tantum quòd perspicuè quidem discernitur
de euidenti calumnia prædictorum tutorum. nã
Franciscus Antonius ipse hæres institutus vnà cũ
eius tutoribus maternam adiuere hæreditatem:
ex quo comparendo in iudicio de solutione de-
biti hæreditarij tractauerunt, impetrando etiam
super hoc decretum curiæ: & sic actum quidem
gessere, qui citra ius & nomen hæredis fieri ne-
quit, & consequenter hæreditatem adiuerunt.
5 quoniam † aditio ipsa hæreditatis, re ipsa solo ani
mo fit, nudaque voluntate, & consequenter adi-
tio hæc de facili fit: verbo nanque expeditur. l.
pro hærede, & ibi Glo. ff. de acquir. hæred. Nica-
sius magistraliter quidem, in §. itẽ extraneus, nu.
2. & seq. Instit. de hæred. qualit. & differ. Dilect. in
tract. de arte testandi, titu. 11. caut. 2. num. 1. Oze-
rius in §. fin autem, nu. 2. Instit. de pupillari subst.
& l. gerit, & ibi Bar. Bal. Alex. & alij vniuersaliter
omnes. ff. de acquir. hæred.
6 Vbi non immeritò quidem cõcedunt, † quòd
non potest vllo modo constitui procurator ad hę
reditatem adeundam: quia eo ipso, quòd quis de
clarat intentionem suam se velle esse hæredem,
efficitur & euadit hæres. sed dato quòd hæres vel
let ad sui libitum procuratorem tunc constituere
eo ipso quòd ad hæreditatem ipsam adeundam
procuratorem constitueret, censeretur etiam eo
casu hæreditatem adire, vt firmauit in terminis
Bertran. consil. 285. Viso processu causæ ceptæ,
num. 1. vol. 4.
Et quia sumus in hæreditate materna, explora-
7 tum quippe est, & in iure verissimum, † quòd ma
ter non habet filium in potestate, vt in §. fin. Insti.
de patr. potesta. & discurrit Ascanius Clemenri-
nus vbertim quidem in tract. de patria potestate,
cap. 4. sub nu me. 18. vbi hoc etiam ampliat, & sic
non habet hæredem suum, & necessarium. §. fin.
Instit. de exhæred. liberorum. & consequenter su
8 mus extra materiam filiatis: vtpote † quia extra-
neus quilibet dubio procul dicitur, qui non est in
potestate. l. 1. §. extraneum, C. de rei vxor. actio. &
ibi Glo. & alij vniformiter omnes, & in §. sui, Inst.
de hæred. qualit. & differen.
In tantum quòd Franciscus Antonius ipse hæ
res, post aditam hæreditatem maternam, cum tu-
toris authoritate, non tantùm dicitur scire con-
9 tenta in testamento iuris præsumptione, † tanquã
hæres extraneus, qui quidem, hæreditate adita,
absque vlla difficultate prẽsumitur scire tenorem
testamenti. l. cum hæres, iuncta Glo. in ver. post ta
bulas, ff. de liber. legata, l. quidam ita, §. si quis fi-
lium, cum ibi notatis per Glo. magistram, & alios
omnes, ff. ad Trebel. imò etiam si essemus in suo
hærede, qui fecisset actum spectantem ad hære-
dem, vt in casu nostro, tunc itidem scire præsume
retur quoque tenorem testamenti. ita Bar. secun
dè quidem in l. qui Romæ, §. duo fratres, in 3. q.
ff. de verb. oblig.
10 Ideo in casu nostro, † cum conuentus ipse sit
hæres matris, etiam si esset facta mentio testamen
ti in scriptis, non foret ei necessario vllatenus fa-
cienda editio, vt deliberare posset, per textum in
l. si legatum, ff. de eden. vbi est casus: quantoque
magis cum nulla admodum fiat mentio scriptu-
ræ, nec intentio actoris super illo fundetur.
Sed non eundo per iuris præsumptiones, quia
in incertis, non autem certis locus est cõiecturis,
l. cõtinuus, §. cum ita, in fi. & §. stipulatus, in fi. iun-
cta Glo. in ver. nullus, ff. de verb. obl.

Nonne

Nonne constat ex actis notoriè, & euidenter
11 quidem, † cum acta faciant omni dubio procul de iure notorium in causa.cap.significauerunt,& ibi Inno.& alij omnes,extra de testib.quòd idem Franciscus Antonius conuentus,& sui tutores ex dispositione testamenti suæ matris circa prædicta habuit, & habet veram notitiam, imò omnia de verbo ad verbum ex seipsis exposuere curiæ, decretũ causa nempe cognita super hoc impetrantes,vigore ipsiusmet debiti hæreditarij, vt ex actis planè discernitur,cuius vigore facta reperitur alienatio pro isto debito soluendo, prout ex publico instrumento apparet per pupillum,& tutores, iurasse in eo, omnia prædicta esse vera.

Volentes igitur modo dicere & allegare per euidentem calumniam se illa ignorare, veniunt repellendi, attentantes contra formam præstiti iuramenti, per ea quæ habentur in l.si quis maior, C.de transactio. & sic euidentem calumniam pati non debet,arg.c.finem litibus,extra de dolo,& contum.cum similibus. Quia nemo tam audax reperitur qui posit inuito iudice litem protelare. l.properandum,in prin.C.de iudic. vnde per eandem Regiam Audientiam, in anno 1583. extitere condemnati prædicti rei conuenti ad contestandam litem absque exhibitione copiæ scripturarum.

ARGVMENTVM.

Iudices debent maturè decidere causas, & non cũ festinantia: & ponuntur casus,in quibus celeritas cõmendatur,& in quibus improbatur.

SVMMARIVM.

1 *Festinantia & ira liberum hominem non decent.*
2 *Causa in Consilio Neapolitano,Regiaq; Camera Summariæ,ac in magna Curia Vicariæ,nec non in Curia Romana, maxima cum speculatione ac magna deliberatione, & maturitate deciduntur.*
3 *Celeritas decem casibus commendatur, & plerunque virtuti, rebusque bellicis præualet, & quot casibus, num.4. licèt nimia improbetur, num.7.*
5 *Celeritas in dotis exactione non mediocriter necessaria, vt vir eam non exigendo vxori teneatur.*
6 *Negligentiæ nullatenus succurri solet,quæ etiam culpam quandoque arguit.*
8 *Vendiiio rei ecclesiæ absque debitis solemnitatibus vndecim casibus procedit, remissiuè.*
9 *Donatio omnium bonorum in fraudem præsumitur, si inconsiaenti post eam factam quis homicidium patret.*
10 *Celeritas actus, præsumptionem, suspitionemq; fraudis inducit: & fraus, qualiter & quot modis percipi, ac præsumi possit.*

DECISIO CCCLXXV.

1 FESTINANTIA, † & ira, teste Laertio de vita & moribus Philosophorum, & reperitur etiam in Pœnulo Plauti, eiusq; comedia lepidissima,

Liberos homines per vrbem medico magis par est gradu
Ire: seruile esse duo festinantem currere,
Præsertim in re Populi placida, atque interfectis hostibus,
Non decet tumultuari.

Ideo, ò iudex, hoc primum te moneo,vt tuarum actionum, consiliorum, decretorum, & sententiarum finis, terminus, scopus, honor, religio, & prudentia,atque scala musicalis sit, & quòd insimul magnum apud eos,qui rectè iudicat,tua sententia pondus habeat. itaque libros de manibus nunquam deponas, atque vsum studiorum vllo vnquam tempore minimè dimittas: imò in eam curam incumbe, nequa muneris iudicandi scintilla relinquatur, vt in omni genere officij, maximè omnium diligentissimus apparere possis, &
2 eo magis exempla te monere possunt, † cum in sacro Consilio Neapolitano, & in Regia Camera Summariæ, & in magna Curia Vicariæ causæ omnes terminentur maxima quidem cum speculatione: nec non in Curia Romana causæ in ea occurrentes cum magna etiam deliberatione, & maturitate deciduntur,teste Specula.in tit.de appellat.§.nunc breuiter, vers.item si ex iusta causa, & Card.Zabarel.in rubr.de sequestr.poss.& fruc. col.6. vers.nonò quæro, quare restrinsit author.
3 Sed animaduerte,† quòd celeritas ipsa,aliquando commendatur, vt suadetur hoc optimis nempe rationibus,in nouem casibus,per Glo.in c.fin. de elect.lib.6.& per Io.de Turre-cremata in c.sacratas,num.2. distin.23. Primò propter debitum obedientiæ. Secundò propter rectitudinem dispositionis. Tertiò ob transgresionis enormitatem. Quartò propter continuationis lepram. Quintò propter vsurpationis modum. Sextò vbi cunque res est tempore peritura. Septimò propter authoritatem rei iudicatæ. Octauò propter absentiam testium futurorum. Et nonò propter licitam diminutionem. Decimò vbi timetur periculum ex malitia aduersarij: tunc enim fortiretur absque scrupulo aliquo locum sententia Lucani de Cæsare.

Tolle moras, semper nocuit differre paratis.

Et huic sententiæ accedit etiam tex.in c.baptizari,dist.5.& in c.si homo, 27.quæst.1. & in c.cu-
4 stos. † & sic celeritas plerunque præualet virtuti, & rebus bellicis, vt planum non defectuosè quidem facit Neuizan.in Sylua Nuptiali, lib.5.num. 108.nam secundum Lucium Apulæium de Deo Socratis, Nec quicquam omnium est,quòd habere & laudem diligentiæ, simul & gratiam celeritas posit.magna nempe res est,teste Quinto Curtio Ruffo de gestis Alexandri, celeritatis est præmium,& ignauiam quoque necessitas acuit,& spe desperatio spei causa est.
5 Nec non denique † celeritas ipsa est etiam necessaria non mediocriter quippe in dotis exactione. nam maritus dotem non exigendo, ob eius negligentiam vxori tenetur, vt per Ray. Dyn. Rapha.Cuman. Alex. & alios vniformiter omnes in l.nupta,§.quoties,ff.soluto matrim. Bero.conf.4. Viso toto processu, num.3. volum.1. & habetur in

in l. vir ab eo, ff. de iure dot. & firmat quoque, atque insimul diffusiori apparatu resoluit Boer. decis. 329. Veniendo ad secundam quæstionem, nu. 1. & seqq. & ita aliàs varijs vicibus extitit iudicatum in Regia Audientia Apuliæ in diuersis causis in ea decisis, in anno 1583. & seq.

Et ratio marmorea, ac viuax potest assignari
6 isthæc: † nam negligentiæ nullatenus succurri solet. l. non enim, ff. ex quib. cau. maior. Alex. consi. 108. in fi. vol. 5. & Guido Papæ, decis. 473. imò negligentia ipsa in præsenti speculatione arguit culpam. l. magna negligentia, ff. de verborum signif. & Pet. de Biasio, in tract. nũcupato Directorium conficiendarum electionum, cap. 52. sub nu. 14. in 3. par.

7 Cæterùm † celeritas nimia aliquando improbatur. c. 1. 23. q. 5. & c. illa præpositorum, 11. q. 3. imò casus particulares, in quibus celeritas damnatur, habes recitatos per Glo. in cap. fin. de electio. lib. 6. & per Archid. in c. communis fidis, 23. distinc. & tres alios casus, in quibus festinantia reprobatur, congerit Raymund. in eius summa, de Canone missæ, tracta. 3. & primum vtique casum assignat, ordinatim certè, in omnibus personis promouendis, vt nullus eorum sine debita examinatione confirmandus, secundum verò casum ponit etiam, vt Episcopi non alienent res ecclesiæ celeriter, ac præcipitanter: sed circa hoc procedant maxima cum maturitate, maturaque deliberatione. & tertium refert quoque casum, vt Iudæi nõ recipiantur ad baptismum, nisi prius probati per octo menses, vel saltem per 40. dies.

8 Est nihilominus bene vetum, † quòd venditio rei ecclesiæ sine debitis solennitatibus procedit in vndecim quidem casibus, relatis atque signatis per Capic. decis. 105. In causa monasterij, nu. 2. & sequen.

Similiterque celeritas actus suspitionem etiam
9 fraudis inducit, & præsertim † si quis donaret omnia bona sua, & incontinenti patraret homicidium, præsumeretur vtique tunc in fraudem facta donatio ipsa, ut per Barto. in l. post contractum, ff. de donatio. & in l. si ventri, §. eorum, ff. de priuileg. credit. & Corset. in sing. in ver. præsum-
10 ptio, il terzo, † vbi refert duos alios casus, in quibus celeritas inducit præsumptionem, & suspitionem fraudis, ibique assignat commodam etiam rationem. & hinc meritò aiebat Bias Philosophus, & Socrates, quòd consilio maximè contraria est festinantia, & secundum opinionem hanc Barto. & sequacium ita iudicauit Regia Audientia Apuliæ, Comitatusque Molisij in facti contingentia in anno 1584. contra Spiritum de Terra Ritiæ.

Et nihil mirum, nam celeritas actus inducit omni dubio procul suspitionem fraudis, vt per Glos. in d. l. si ventri, §. eorum, ff. de priuileg. credito. & Corset. in sing. in ver. presumptio, il terzo, vbi opportunam, & accommodatam assignat rationem, quòd illud quod fit incontinenti præsumitur præordinatum, atque præcogitatum. & fraus ipsa qualiter, & quot modis percipi, ac præsumi possit in donatione, ad saturitatem vsque explanat, atque demonstrat Petrus Antibolus in tract. de muneribus. §. 4. super quæstionibus munerum, sub num. 70. & seqq. & Afflict. in tract. de iure prothomiseos, §. 4. nu. 17. & seqq.

ARGVMENTVM.

Affinitas dissoluitur per mortem eius, per quem est contracta affinitas, nisi ad impediendum matrimonium: & ideo omnia introducta in fauorem affinium cessant, cessante affinitate per mortem ipsam.

SVMMARIVM.

1 *Affinitas morte vxoris inter virum vxorisque consanguineos, & consequenter inter generum & socerum dissoluitur, nisi quo ad matrimonium impediendum.*

2 *Venia petendæ priuilegium, affinitatis intuitu introductum soluta affinitate cessat.*

3 *Affinitas eatenus durat, quatenus matrimonium extat.*

4 *Compromitti causa non debet inter quondam socrum, & generum ob mortem vxoris matrimonio dissoluto, statuto stante quòd causæ inter affines compromittantur. idem, si quæstio foret inter priuignum & nouercam mortuo patre, nu. seq.*

6 *Admitti ad aliquod beneficium in alterius præiudicium tanquam affinis volens matrimonio dissoluto non admittitur, vt inter socrum & generum mortua vxore causa compromittenda non fit.*

7 *Affinitatis effectus omnes sublati sunt matrimonio, & affinitate soluta, præterquam ad matrimonium ratione publicæ honestatis impediendum.*

Aretinus practicæ magister.

8 *Socrus generum in ius absque venia vocare nequit matrimonio, & affinitate durante. & quare.*

9 *Furti permittit lex per pupillum contra nouercam matrimonio dissoluto.*

10 *Socrus in reuerentiam priuilegia introducta, an affinitate dissoluta remaneant.*

DECISIO CCCLXXVI.

Dum tractatur de exigenda pœna l. pen. seu fin. ff. de in ius vocan. per Aerarium Ciuitatis Larini à G. incursa, ob non petitam veniam per eum tempore litis motæ contra Lauram eius quõdam socrum, animaduertẽdum
1 non obiectè quidem est, † quòd ex morte vxoris affinitas soluta penitus nempe extat inter virum, & consanguineos vxoris, & consequenter inter socerum, & generum, vt est tex. in l. cui eorum, §. affinitates, ff. de postulan. nisi quoad matrimonia impedienda, §. affinitatis, vers. socrum quoque, Instit. de nupt. vbi tex. expeditè quippe ait, quòd ipsum, dissoluta demum affinitate procedit. quæ profectò iura stabiliter canonizata discernuntur in c. tria sunt, vers. affinitates, 3. q. 7.
2 Et hinc est, † quòd si soluta est affinitas, cessare meritò quidem debet priuilegium veniæ petendæ, intuitu affinitatis introductum, teste Glo.

nota-

notabili,& singulari in l.sed hoc ita,in ver.succurrendum,ff.de re iudic.

Et proinde vtiliter,& opportunè protulit Bar.
3 in d.l.qui eorum,§.affinitatis,† quòd affinitas eatenus durat,quatenus durat matrimonium.
4 Vnde† si staret statutum in ciuitate,quod causæ inter affines compromittantur,prout hodie in Regno stabilitū extare videtur per Regiam Pragmaticam, Odia quæ inter coniunctos, si matrimonio dissoluto morte vxoris, contingat litem oriri inter quondam socrum,& generum,illa causa nullatenus tunc compromitti debet : quia hoc intelligi debet affinitate durante, vt ibi per Cauensem in commento,sub num.37.Bal.Paul.Castren.& alios vniformi consensu omnes in d.l.cui eorum,§.affinitates,Alexand.in l.generaliter,nu, 1.ff.de in ius vocan.Bald.& Saly.in l.fin. C.de verborum signif. vbi non lentè & soporatè quidem explicat,quòd dissoluto matrimonio,non dicitur amplius verè & propriè socrus, cum filia sit mortua , quæ erat radix huiuscemodi affinitatis. pro quo extat optimus etiam tex.in l.3.§.fin.C.de donat.inter virum & vxorem. vbi mortua vxore,nō dicitur amplius socer,sed quondam socer,eādemque sententiam firmauit quoque idemmet Bald. in l.affinitatis, in fi. C.commun. de successio.vbi concludit, quod mortua vxore, sopita est re ipsa affinitas quoad omnia,præterquam quoad matrimonium impediendum : quia affinitas ipsa consumpta,pro nullo habetur.
5 Et ideo † si quæstio foret inter priuignum, & nouercam,mortuo patre, causa non deberet compromitti, vt per Bald. in loco antesignato, & per Petr.de Anchar.in repet. c.Canonum statuta, in 14.quæst.vers.quæro vlterius de verbo consanguinei, asseuerantem ibi, quòd mortua filia verè, & propriè non potest amplius dici,appellarique socrus, dissoluta affinitate.

Et pro eadem sententia nō prostratè nimirum facit, quod voluit Pau.Castren. in l.rei iudicatæ,
6 §.socero,in fi.ff.soluto matrimo. † quòd si aliquis vult admitti ad aliquod beneficiū, in alterius præiudicium,tāquam affinis, matrimonio dissoluto, admitti nullatenus debet, quoniam censetur dissoluta affinitas : vnde inter socerum,& generum mortua vxore,causa compromittenda nō est, vbi Alexan.in finalibus quidem verbis planum facit, quòd tex.in §.affinitatis, Instit.de nupt. procedit tantum quoad hoc, vt sciamus, vtrum matrimonium hoc contrahi queat : non autem quoad alios effectus affinitatis : quia tunc procedit Glo. in d.l.sed hoc ita, ff. de re iudic.

Ecce igitur, & præcitati Doct. serenè quidem firmant, quòd socrus dissoluto matrimonio nullum potest prætendere priuilegium,seu effectum ratione affinitatis in præiudicium tertij, quantoque magis etiam petere pœnam veniæ non petitæ à quondam socru, quæ tempore litis motæ nō erat socrus: sed quondam socrus , vt supra ostensum extitit . eandemque sententiam amplectitur Zasius in §.pœnales,num.22.Instit.de actio.ac exprimit quoque communem Alexand. in d.l.sed hoc ita,quam legit cum l.non tantum,quæ illam præcedit, col. fin. vbi etiam refert, quòd pro ista sententia, tanquam magis communi aliàs consuluit in casu fortiori, si mulier perseueraret in viduitate, quòd adhuc minimè gentium posset implorare beneficium statuti,vt causa, tanquam inter affines compromittatur, & huicmet opinioni assentitur quoque Ias.in d.l.sed hoc ita, quam legit cum l.sicut autem,quæ immediatè illam præ-
7 cedit, col.fin. vbi finaliter concludit, † quòd omnes effectus affinitatis sunt sublati, matrimonio, & affinitate soluta,præterquàm quoad impediendum matrimonium prædictum, per not. ibi per Glo. quam omnes Doct. aiunt esse singularem in iure : sed verè habet consimilem, videlicet in c.affinitates, 3.q.7.in ver.affinitatis, quæ vult, quòd defuncto altero ex coniugibus, dissoluta est affinitas quoad omnes alios effectus,præterquā quoad matrimonium impediendum,ratione publicæ honestatis.

Et ideo protulit in proprijs terminis nostris Ange. Aret.magister practicæ, in §.affinitatis,in vlti-
8 mo not.Instit.de nup.† quòd licèt socrus non possit in ius vocari à genero sine venia.l.generaliter, ff.de in ius vocan.tamen illud sincerè quidem locum sortitur, matrimonio, & affinitate durante : non autem finito matrimonio ipso morte vxoris, & eidem opinioni acquiescit etiam Maria. Soc.in tract.de citatione, in 20.art.in prima quæst.col.5. versic.vndecimò in nouerca, vbi exprimit, quòd pro ista sententia, quòd soluto matrimonio,socrus possit conueniri venia non petita , extat casus in terminis in l.de his, C.de furt. sic illam ingeniosè inducendo: nam socrus,& nouerca ideo non possunt in ius vocari, venia non petita , quippe quia in loco matris sunt, vt habetur in d.l.generaliter, & in d.§.affinitatis,Instit.de nupt.

Contra quas quidem personas non datur vllo pacto actio famosa, in tantum quòd tunc agi debet venia petita , ad hoc vt Prætor discernat ante citationem , vtrum actio intentata famosa sit, ne sigillet, perstringat, atque attentet famam matris socrus,seu nouercæ,quæ faciliter loco matris sunt. & ideo ius introduxit , quòd prius agatur venia coram Prætore petita,qui tenetur discernere vtrū venia sit concedenda, vel non, vt inquit tex. in l. sed hac lege, §.prætor ait, ff.de in ius vocan. sed
9 nos videmus,† quòd contra nouercam,matrimonio dissoluto, lex permittit furti per pupillum, & sic actione famosa, per textum in d.l.de his, C.de furt.& ita concedit ib. Odofre.cum dissoluto matrimonio,dissoluta videatur affinitas,concludendo in effectū , quòd in tali casu agitur venia non petita .

Cæterum per ista conuincitur doctrina Alex. in l.generaliter, ff.de in ius vocan. quod ea falsa
10 quippe sit, volens, † quòd affinitate dissoluta remaneant priuilegia introducta in reuerentiam socrus : quia pace tanti viri dixerim, est detestabiliter contra tex.& Glo.in l.sed hoc ita,ff de re iudi. & in l.rei iudicatæ, §.socero, ff.soluto matri. quia vt conueniatur,nisi in quantum facere potest, est introductum in reuerentiam soceri: & tamen dissoluto matrimonio cessat priuilegium , affinitate

soluta,

soluta, vt habetur in iuribus prçmemoratis, & sentit Alex. in illis locis sibi contrarius, volens, quòd cessent omnes effectus affinitatis, præterquàm quoad matrimonium. Præterea quòd non conueniatur actione famosa, minimè introductum est in reuerentiam socrus, & nouercæ: & tamen soluta affinitate agitur actione famosa, vt explanat Marian. Soci. in loco antesignato, maxime quia Glo. singularis, & ab omnibus approbata in d.l. sed hoc ita, digestè quidem, atque expugnabiliter planum facit, quòd cessant omnia priuilegia, & fauores affinitatis. & isthæc sententia est vera, & communis, pro qua aliàs consuluit idem Alex. vt ipse ibidem refert, & potissimum quia sumus in pœnalibus, vbi mitior sententia debet attendi: & vbi agitur de præiudicio alterius non dicitur amplius hæres, nec appellatur gener, vt supra non angustè explanatum extat. & ita iudicatum fuit in Regia Audientia Apuliæ, in anno 1583. in socru, & genero, etiam filijs superuiuentibus, quòd dissoluta affinitate, nō debeatur pœna veniæ non petitę, nec ea exigibilis vllatenus sit: ex quo cessat fauor priuilegij affinitate soluta.

ARGVMENTVM.

Furor, ex quibus signis probetur: & quis sanæ mētis præsumitur.

SVMMARIVM.

1 *Furor, per quæ signa tam factorum, quàm dictorum probetur. & quis dicatur furiosus, nu. 2.*
3 *Furore anteriori per præteritum tempus, præsertim diuturnum, probato, præsumitur affuisse tempore actus gesti, nisi contrarium probetur. & nu. 18.*
4 *Donare quædam furoris ac etiam dilapidationis species est, cum donare sit perdere.*
5 *Donare aliquid liberè etiam extremè indigenti nemo tenetur.*
6 *Prudens, quis ex qualibus actionibus præsumatur.*
7 *Testis dictum vbi in vno reprobatum apparet, in cæteris etiam testificatis ei non creditur, quamuis concludens reprobatio in illis non reperiatur.*
8 *Falsus in vno, falsus in omnibus.*
9 *Testium contrarietate extante, verisimiliora deponētes præferuntur, seu illi, pro quorum dicto præsumptiones verisimiliaque indicia extant.*
10 *Testes verisimiliora deponere dicuntur, qui pro se iuris præsumptionem habent.*
11 *Testibus deponentibus quem fore bonæ vitæ standum magis, quàm malæ, si tamen pares numero extent.*
12 *Mentis sanæ quòd quilibet fuisse & esse præsumitur, præsumptio iuris est & de iure.*
13 *Testibus de sana mente deponentibus potius statur, quàm de insania.*
14 *Talis quis præsumitur, qualis naturaliter esse debet.*
15 *Matrimonium etiam spiritnale, quod est religionis ingressus, cum furioso non contrahitur.*
16 *Furiosi nulla voluntas, qui absentis, quiescentis, dormientisque ac mortui loco habetur, vt nullum negocium contrahere valeat.*
17 *Furor non probatur, nisi quatenus testis interrogatus sui dicti causam reddit.*
19 *Donare sæpe melius quàm vendere.*
20 *Donatio cum clausula, quòd reuocari nequeat ex filiorum etiam superuenientia, fieri potest.*

DECISIO CCCLXXVII.

Furor Petri Iacobi, num probatus sit ex depositionibus testium Marci eius fratris, quoad effectum inualidandę donationis factæ magnifico Francisco de Bonis? Allegat itaque Marcus ipse eius intentionem apertè quidem ostendisse ex dictis eorundem testiū: cum ex eorum depositionibus, ac attestationibus satis planè constare videatur de actibus, & verbis ineptis, atque insipidis eiusdem Petri, ex quibus furor probatur: cum nonnulli ex ipsis testibus deponant, quòd ille faciebat furta, & pudibunda, & alia quamplurima impertinentia, & ridiculosa, quæ sanis hominibus nullatenus conueniebant, neque itidem ad propositum aliter respondebat, & quòd pariter per viam incedebat faciendo, &
1 patiendo ridicula, etiam à pueris, † per quæ nempe signa, tam factorum, quàm dictorum, probatur furor ipse, iuxta notata in c. 1. 17. distin. & in l. quidam, ff. de condit. instit. & per Domin. de Sancto Gemin. in c. 1. de cleri. ægrotan. lib. 6. & in c. filij, de hæret. & per Doct. vniuersaliter omnes in l. furiosum, C. qui testam. face. poss. & in l. 2. ff. de testam. & per Dec. consi. 448. num. 1. Couarr. de testamentis, epito. secundæ partis, cap. 2. num. 6. & Parisium, consi. 87. Ad veritatem, num. 1. & seqq. volu. 3. Barba. in c. cum dilectus, col. 2. de success. ab intesta. Ias. in d. l. furiosum, col. 1. Marc. Anto. Blanc. in pract. crim. in cap. incip. imbecillitate,
2 num. 12. & seq. & † furiosus quis dicitur, qui per vicos more insanorum deridenda loquitur. & Vrsillus in addi. Afflic. decis. 365.

Et quamuis etiam minimè gentium probetur adfuisse furorem in illo actu, seu tempore, quo prædictus Petrus fecit donationem ipsam: nihilominus tamen videtur satis esse, ad præsumendum tunc etiam adfuisse furorem, quòd testes illi probent, quòd furor eiusdem Petri fuit etiam ante, non quidem per modicum tempus, sed per plu-
3 res, & plures menses, ac etiam annos. † quo nempe casu, ita probato furore anteriori per præteritum tempus, præsertimque tam longum, præsumitur quoque adfuisse furorē tempore actus gesti, de quo quæritur, nisi vtique probatum sit ex aduerso tempore ipsius actus, illum de quo agitur fuisse sanæ mentis, vt per Glo. in c. fin. in ver. compotem, extra de success. ab intesta. & in cap. indicas, in ver. ostenderis, 3. quæst. 9. cui assentitur Ancha. & Card. Floren. & Pau. de Leaza. in clem. 1. de homic. & idem Card. & alij vniuersaliter omnes in cap. inter vos, de elect. Saly. & cæteri omnes in l. furiosum, C. qui testam. face. poss. Innoc. Ioan. And. Ant. de But. Abb. & alij vnanimi consensu omnes in d. c. fi. & Alex. fœcundiori quidem apparatu, ac eminentiori fastigio, consi. 141. Consideratis matureque perspectis attestationibus, sub nu. 1. & 4. volu. 1. & consi. 147. Viso the-

themate,& dubijs, nu.7.10.12.& 14. volu.7. qui nempe Doct. omnes præmemorati ita explanant atque declarant ea, quæ voluit Barto. in l.2.C.de bon.poss.infan.fur.delat. ex quo videbatur, quòd stante probatione testium actoris dicentium, non solum quòd pluribus annis ante tempus prædictæ donationis Petrus ipse fuit furiosus: sed quòd etiã semper vsque ad eius mortem erat furiosus. taliter quòd ob hoc expeditè probatum censetur, quòd donatio hæc non fuerit valida: & maximè quia huiusmodi donatio videtur actus potius cõgruens dementi, quàm sano homini, vt fæcundè per quamplurima ostendit Alex. in consilijs antesignatis,& Soci.consi.73.nu.18.volu.1. vbi con
4 cedit, † quòd donare est furoris quædam species, & dilapidationis etiam, vt per Paris.consi.88. Viso processu causæ vertentis, nu.13.vol.3.& Mantuam, consi.80.num.8. & seq. vbi hoc vtiliter declarat. Et de hoc nihil mirandum est, quia donare est perdere.l. filiusfamilias,de pact. & l. cum de indebito,de probat. Pau. Castr.consi.352. Curator datur, num.5. volu.1. Ioan.de Amicis, consi. 62.num.15. Bertran.consi.157.num.2.volu.7. &
5 consi.122.vol.8. In tantum,† quòd quis minimè tenetur vllo quidem modo ad donãdum aliquid liberè etiam extremè indigenti,& existenti in extrema necessitate, vt aperit Couarru. in reg.peccatum,in 2.par.§.1.colum.10. versi.quid tamen erit agendum.

His verò omnibus, hodie replicatur per donatarium ipsum, quòd testibus examinatis,atque receptis super hac prætensa probatione furoris, non est fides modo aliquo adhibenda: nam constare videtur illos falsum, saltem in vno, deposuisse: ex quo omnes testes ipsi dicunt, quòd semper videre eundem Petrum ab omnibus eum cognoscentibus teneri,& reputari, ac tentum, reputatumq; fuisse furiosum,ac dementem, imò dicunt de temporibus longinquis: aliqui verò à pueritia eiusdẽ Petri: aliqui itidem à 20. aliqui aliją à 30.annis: alij qui denique à pluribus annis vsque ad eius mortem: & ita concludunt per omnia hæc memorata tempora illum extitisse semper reputatum insanum. hoc autem constat euidentissimè quidem falsum esse. nam adsunt re ipsa manifestissimæ demonstrationes, ex quibus ostenditur, quòd imò à cognoscentibus eum nullatenus reputabatur, neque habebatur vt stultus. quod non obscurè quippe probatur absque vlla falsitatis, aut dubietatis suspitione. nam hoc quòd publicè non reputaretur per omnia prædicta tempora, vt furiosus à cognoscentibus eum: patet primò, quia ipsemet Petrus gesserat, ac exercuerat tria officia varijs diuersisque temporibus, in quibus prolatæ extitere per
6 eum quamplurimæ sententiæ,† qua in re quis prudens præsumitur, sicuti considerat Ioan. Bapt. Plotus, consi.17. De pluribus dubijs, nu.8.& 12.vol. 1. quomodo ergo dicere possumus, quòd Petrus his temporibus reputaretur furiosus, dum sanæ quidem mentis notoriè reputabatur? Secundò discernitur etiam in processu, Petrum aliàs fecisse diuisionem bonorũ paternorũ cum fratribus suis, mediante vtique publico contractu, ac instrumẽto, taliter quòd illum non quidem stultum, sed tunc prudentem, tam fratres, quàm alij omnes vniuersaliter reputauere. Tertiò fecit etiam compromissum cum eisdem fratribus de aliquibus differentijs inter eos vertentibus in arbitris eo tempore vnanimiter electis. Quartò,& vltimò fecit similiter societatem de pluribus millibus ducatis cum vno ex suis fratribus. in tantum quòd ex actibus, & prædictis negotijs gestis ab ipso Petro, vt homine sanæ mentis, autumandum non est, quòd ita semper ab omnibus eum cognoscẽtibus per memorata tempora insanũ, & furiosum reputatum.
7 si ita est itaque, † quòd vbicunque apparet, quòd testis dictum reprobatur in vno, tunc ei minimè gentium creditur in cæteris, etiã testificatis, cum uis in illis non reperiatur concludens reprobatio, vt voluit Innoc. in cap. fraternitatis, de hæret. assignans ibi hanc viuacem rationem, quia virtus, & efficacia testis pendet à iuramento. l. si quando, C.de testib. vnde si cõcernatur eius periurium in vno tantum ex suis dictis, in cæteris autem, cum vrgeat, obstetque periurium ipsum ei nullatenus creditur,& ita firmauit Bal. & alij etiam vniformi consensu omnes in l. si ex falsis, C.de transactio. & sic ista est omnium in iure Scribentium com-
8 munis opinio, † quòd falsus in vno, est falsus in omnibus, secundum Corn. consi.61.volum.3.& Bossium in sua pract.crim. in tit.de falsis, qui scribunt istam esse communem sententiam.

Accedit etiam, quia sexdecim testes omni quidem exceptione maiores, concludenter nempe, & per optimas rationes probant eiusdem donatarij intentionem, quòd imò Petrus ipse extitit semper sanæ mentis, eo tempore quo eum cognouere, redduntque itidem sufficientem causam dicti eorum ad probandum eius sanam mentem, vide licet quòd cum ipso pluribus quippe vicibus contraxere emendo, & vendendo, & quamplurima alia negotia gerendo, non admodum leuis ponderis & momenti: taliter quòd istis testibus foret
9 potius de iure credendum, saltem ex eo, † quòd vbi extat talis contrarietas testium semper illi præferãtur, qui deponunt verisimilia, vel illi pro quorum dicto extant præsumptiones, ac verisimilia indicia, teste Glo. in c. si testis, 4.q.3. & in c. in nostra, extra de testib. cui acquieuere omnes communiter ibi,& in l. ob carmen, §. fin. ff. de testibus. vbi non immeritò quidem potius ponderant has verisimilitudines, & inditia, quàm numerum, & Paris.consi.88.nu.32.vol.3.

Et sic vbicunque testes ab vtraque parte inducti contradicunt inter se, iudex sequi absque scrupulo conscientiæ debet dictum illorum, qui deponunt verisimiliora, non attendendo tunc mo-
10 do aliquo numerum testium. † dicuntur itaque deponere illi testes verisimiliora, qui habent pro se præsumptionem iuris, secundum Innoc. Abb. & alios omnes in cap. auditis, de præscript. & eundem Abb. in c. licet causam, col. 3. de probatio. Dec. consi.448. Vis tota propositæ consultationis, num.10.& seqq.& Ancha.consi.253. In Christi nomine, in quæstione præsbiteri, sub num.3.
11 vbi concedit,† quòd si testes ex vna parte deponant

nant quem esse bonæ vitæ :alij verò deponant,q
est malæ vitæ,& extent pares numero,quòd stan-
dum tunc est potius illis testibus qui deponunt,
quod est bonæ vitæ : quia quilibet de iure bonus
præsumitur, nisi probetur malus. c.vno, extra de
scrutin.ab ord. facien. c.dudum, de præsumptio.
& c.non omnes,§.à barbaris,ff.de re milit. & alle-
gat ita tenere Innoc.in c.veniens,extra de præscr.
12 taliter, † quod ista præsumptio, quod in dubio
quilibet præsumitur fuisse,ac esse sanæ mentis,est
iuris,& naturæ, teste Io.Bapt.Ploto,consi.17.De
pluribus dubijs,sub nume.7.volum.1. & Parisio,
consi.87. Ad veritatem præsentis consultationis,
13 num.1.& seqq. volum.3.& † sic potius statur te-
stib. deponentibus de sana mente, quàm alijs de-
ponentibus de furore,ac insania,& ita iudicatum
etiam extitit in sacro Consilio Neapol. teste Vr-
sillo in addit. Afflic.in decis.365.nu.3.

Vnde in proposito nostro quilibet præsumi-
14 tur sanę mentis,nisi probetur contrarium:†quia
præsumitur quis esse talis, qualis deberet esse na-
turaliter.l.nec codicillos, C.de codicillis, cum si-
milibus, & discurrit Dec.cum alijs aggregatis per
eum in d.consi.448.sub nume.9. & Couarruuias
de testamentis,in Epito.secundæ partis,cap.2.nu.
6. Bero.consi.56. num.21.volum.2. & Albanus,
consi.12.num.1.

Imò vltra istam iuris præsumptionem,ita truti-
natam,vrget hic etiam, hæc alia efficacissima præ
sumptio,dum discernitur in processu, tam ex scri
pturis, quàm ex testibus, prædictum Petrum ha-
buisse duas vxores. vnde ob hoc planè quidem
demonstratur illum ex huiuscemodi contractio-
ne primi,atque secundi matrimonij non extitisse
aliter furiosum, sed potius sanæ mentis. & ratio
15 ea est palpabilis, † quia matrimonium non con-
trahitur cum furioso.l.patre furioso. ibi, nam fu-
riosus,licèt vxorem ducere nō possit, ff.de ijs qui
sui,vel alieni iuris sunt,& discurrit fertiliter quip-
pe Couarru.in d.cap.2.num.5.& 8. & concordat
etiam textus de iure Canonico in cap.dilectus fi-
lius,extra de spon.& in c.neque furiosus, cum se-
quenti,32.q.2.& Cornel.Benincasius in tract.de
paupertate,in 1.q.nu.9. & hoc idem obtinet quo
que locum in matrimonio spirituali, puta ingres-
su religionis,vt in cap.sicut tenor, extra de reg.&
trans. ad relig. Summa Armilla in ver. furiosus,
& summa Tabiena, in ver. furiosus, Marsil. sin-
gul. 380.
16 Et ratio assignatur isthæc, † quia furiosi nulla
est voluntas.l.furiosi,ff.de reg.iur.imo furiosus ip
se habetur loco absentis,quiescentis, & mortui.l.
2.§.fin.ff.de iure codicil.& Menoch.consi.82.nu.
204.volum.1. vbi probat etiam,num.203. furio-
sum ipsum dormienti similem fore, & Bertrand.
consi.48.nu.19.in 2.par.primi voluminis, & con
sil.462.volum.4.in tantum, quod ex defectu con
sensus,furiosus nō potest cōtrahere emptionem,
nec venditionem.l.2. C.de contrah. empt. & Pa
ris.consi.87.nume.10.volum.3. imò furiosus ipse
nullum itidem negotium contrahere valet, atte-
stante Alphano cum magna caterua Doctorum,
aggregata per eum, in collectanea 257.

Postremò dato,quod testibus actoris in aliquo
forte esset quodammodo credendum super his,
quæ deposuere de pretenso furore ipsius Petri an
te donationem per causas illas redditas ab aliqui-
bus ex eis: tamen adhuc colligitur satis digestè,
nullo modo eos concludere, quod eo die, & eo
tempore,quo facta erat donatio, Petrus extitisset
furiosus. nàm licèt dicant, quòd omni tempore
erat furiosus: nihilominus re ipsa nullatenus con
17 cludunt de eo die: vtpote † quia furor non con
cluditur, neque probatur, nisi quatenus testis red
dit causam sui dicti,cum interrogatus sit. ita Bal.
Saly.& alij in l.furiosum, C.qui testam.fac.poss.&
in l.solam, C. de testib. præsertimque per notata
per Innoc.in c.cum causam, extra de testib. unde
ipsi testes cum nullam reddant causam, saltem cō
cludentem, patet quòd intentio per hos testes
non concluditur, quod eo iure donans esset fu-
riosus.

Et quamuis vera, concors, & communis om-
nium sententia sit, quòd probato furore præteri-
ti temporis,præsertim cum in vno actu, momen-
taneo tamen, præsumatur etiam furorem ipsum
18 postea durare: † nihilominus hoc limitatur non
immerito quidem vniformiter ab omnibus, nisi
probaretur ex aduerso, quod tempore actus ille,
de cuius furore agitur,esset sanæ mentis. nam fa-
cta huiusmodi probatione actus omni dubio pro
cul remanet validus. ita Card. Anchar.& alij vni-
uersaliter omnes, in clem.1.de homicid. asseren-
tes,se ita consuluisse,& Alex.Ias.& cæteri vnifor-
mi voto omnes in d.l.furiosum, prout sic proba-
tum apparet per quatuor testes, omnes quidem
instrumentarios,bonæ opinionis, viros præstan-
tes,& nobiles,quòd Petrus ipse fuit sanæ mentis,
nedum eo die,quo actus ille gestus extitit,sed ip-
sa etiam hora publicatæ, ac celebratæ donatio-
nis. ergo sumus in casu certo, dum probatur sa-
nitas mentis in illomet tempore emanatæ do-
nationis.

Et quamuis concedam, quòd donatiò de per
se sine aliquo respectu non sit actus, qui inferat
sanam mentem: tamen quando appareret facta
ex causa,tunc vtique dici aliter non posset, quòd
ea mētem insanam argueret: nec aliquis Doctor
reperitur,qui dicat,quòd subsistente tali causa do
19 natio arguat furorem. † nam donare sæpè me-
lius est,quàm vendere. l.tutor ad vtilitatem, ff.de
administr. tutor.
20 Nec obstat,† quòd donatio hæc cōtineat clau
sulam,quòd reuocari nequeat, etiam ex filiorum
superuenientia. nam hoc nullam quippe arguit
insaniam: cum personæ etiam prudentes hoc fa-
ciant, & iura permittunt hoc fieri posse, vt patet
ex notatis in l.si vnquam, C.de reuocan.donat.&
in l.Titia,§.Imperator,ff.de leg.2.dum præsuppo
nunt, quòd vbicunque ita extat facta mentio de
filijs nascituris, valeat donatio, nec tunc reuoce-
tur per natiuitatem superuenientem filiorum, &
firmat etiam Soc.sen.cons.147.colum.5. vers.sed
his non obstantibus,& in l.cum auus, colum.47.
& 51.ff.de condit. & demonst. & Caccialup. in l.
generaliter,§.cum autem, C.de institu. & substit.

quæst. 17. Bero. consi. 49. num. 43. volum. 1. & ita per Regiam Audientiam Apuliæ, in anno 1583. extitit iudicatum huiusmodi donationem validam, atque absoluendum fore etiam donatarium à petitis.

ARGVMENTVM.

Inquisitus de vsuraria prauitate per suum ordinarium absolutoriam obtinens si citetur per Regiam Audientiam, an personaliter comparere debeat, & Audientia ipsa sententiam reuidere retractareque possit. Et vt quis dicatur vsurarius manifestus, sufficit probare, quòd publicè pro vsurario habeatur.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio, Grandis vtilitas, de citato pro crimine capitali loquitur, vbi pœna corporis afflictiua imponitur, ad bannumque & foriudicationem proceditur.*

2 *Citatus à Iustitiario pro causa etiã ciuili ad tertiam bonorum mobilium partem puuitur post vltimam contumaciam accusatam per comparitionem non recuperandam ex. constitut. Pœnam nouem vnciarum.*

3 *Citatus pro delicto pœnam pecuniariam, seu relegatione minorem ingerente, per annumque in contumacia permanens omnia bona perdit etiam non constito de delicto nisi ob contumaciam, & captus in carcere causam dicet.*

4 *Pœna capitalis si non venit inferenda, sed bonorum publicatio contra contumacem, ad diffinitiuam licitè proceditur.*

5 *Coadiutor Curiæ appellandi, dicendique sententiam nullam etiam contra fisci commodum latam, beneficium non habet.*

6 *Ritus, & stylus magnæ Curiæ alijs inferioribus Curijs dat formam & regulam, quem alij quoque iudices in toto Regno obseruare tenentur.*

7 *Fiscus ante sententiam in delictis, & pœnis ius nullum habet.*

8 *Coadiutor Curiæ, præsertim ob iudicis fordes, super nullitate sententiæ iudicis ordinarij superiorem adire potest.*

9 *Vsurarius manifestus, vt quis dicatur, sufficit si probetur quòd publicè & manifestè pro vsurario habeatur absque alia sententia declaratoria.*

DECISIO CCCLXXVIII.

MAVRVS ANTONIVS de ciuitate Vigiliarum, inquisitus de vsuraria prauitate primo loco, per Capitaneum eius iudicem ordinarium, à quo cum obtinuerit inquisitus ipse ad sui fauorem sententiam liberatoriam, atque absolutoriam, & postea iterum inquisitus per sacram Regiam Audientiam Barensem, quæ ipsum citauit super eodemmet crimine ad informãdum, vt personaliter compareset, num ex hac causa debeat personaliter comparere, purgareq; contumaciam contractam, & denique reuideri queat sententia ipsa in eadem Audientia? & certè si cuncta quæ ex ipsa contumacia euenire possent, considerare velimus, quo ad pœnam tertiæ partis bonorum mobilium, & annotationis, quæ
1 contumacibus infligi consueuit, †licèt non simus in terminis constitutionis Regni, Grandis vtilitas, cum loquatur re ipsa de citato pro crimine capitali, vbi venit profectò imponenda pœna afflictina corporis, in quibus quidem casibus proceditur tantum ad bannum, & foriudicationem, vt ibi per Andr. de Iser. Affli&. & alios vniuersaliter omnes: in tantum quòd extra hos casus de iure communi erat pœna arbitraria iudicis citantis arbitrio reseruata, secundum magnitudinem causæ, & qualitatem personarum, vt ita firmauere vni formi consensu omnes Docto. in l. vnica, ff. si quis ius dicen. non obtemp. Nihilominus tamen ho-
2 die in Regno, † cum citatio emanauerit in casu, de quo agitur, à Præside, Iustitiarioq; Prouinciæ, etiam si esset pro causa ciuili, posset vtique omni dubio procul citatus puniri ad tertiã partem bonorum mobilium, statim post vltimam contumaciam accusatam, quam etiam comparendo nullatenus recuperat, per dispositionem cõstitutionis Regni, Pœnam nouem vnciarum, quæ quidem absque scrupulo indistinctè procedit in Iustitiario citante, teste Glos. fin. ibi, & alijs Scribentibus, & Afflict. in dicta constitut. Grandis vtilitas, num. 5.

Et quamuis regulariter post cõtumaciam, pro talibus minoribus excessibus, non sequatur bannum, & foriudicatio, vt impune quis possit in per-
3 sona offendi: † tamen si pro huiusmodi delicto citatur, vbi venit imponenda quidem pœna pecuniaria, seu minor relegatione, & contumax per annum minimè comparuerit, certè tunc perdit omnia bona sua, etiam si aliter de delicto non cõstaret, nisi per contumaciam. imò si captus foret, in carceribus tunc causam diceret, imò etiam si innocens esset repertus in pœnam contumacię in eodem carcere perseneraret pro rata temporis cõtumaciæ, vt disponit c. Regni 155. Siue quis fit. quod quidem cap. est in viridi obseruantia, teste Neapod. in commento d. c. & Io. Ant. de Nigris, nu. 6. & 16.

Est tamen bene verum, quòd quo ad bona fisco applicanda seruatur forma constitutionis Regni, Foriudicatorũ bona, vt habeatur ratio filiorum, & parentum, iuxta tenorem illius, vt exuberantius ostendunt Docto. Regnicolæ in loco antesignato.

Et si volumus considerare commodum contumaciæ, quia absens non poterit diffinitiuè con-
4 demnari, facilis erit responsio. † nam cum non veniat pœna capitalis inferenda, sed bonorum publicatio, licitè quippe contra contumacem proceditur ad diffinitiuam, iuxta ea quæ habentur in l. absentem, ff. de pœn. in l. seruum quoque, §. publicè, ff. de procurator. & per Afflict. in d. constitut. Grandis, in 3. no. itaque prædictus Maurus ex sua contumacia nullum admodum posset reportare commodum, prout ita iudicauit sacra Audientia ipsa, in anno 1588.

Modo

Modo vero, non intempestiuè quidem, venio ad secundum hęsitationis articulum, utrum sacra Audientia ipsa posit de iure reuidere, ac retractare sententiam, aliàs promulgatam, ad fauorem prædicti inquisiti, per magnificum Capitaneum ciuitatis Vigiliarum. & tunc non immeritò quippe disquirendum est, quòd aut sacra Audientia procedit super contentis in prima querela: an de nouo velit ex officio inquirere, nulla admodum præcedente instantia Curiæ coadiutoris ciuitatis Vigiliarum: & hoc casu non sunt terga vertenda, nec vllatenus referendi pedes. quia dato quòd in eadem sacra Audientia Curiæ coadiutor ipse institerit pro contentis atque propositis in prima querela, quod dubiū ambiguum minimè extat, tunc concludendum est, quod cum semel fuerit per Curiam prędicti Capitanei, & iudicis competētis primarum causarum iudicatum ad fauorem inquisiti coadiutor Curię, & protector causę fisci non posset dicere dictam sententiam iniquam,
5 seu iniustam: vtpote, † quia coadiutor Curię non habet beneficium appellandi, ac dicendi sententiam iniquam, & iniustam, quantumcūque latam contra commodum fisci, prout dictat ritus magnæ Curiæ Vicariæ 186. Item seruat ipsa Curia nullum denunciatum. vbi deciditur, quòd siue procedatur per inquisitionem, ex mero officio, siue præcedente accusatione, seu querela, licèt sequatur absolutio contra fiscum, nunquam ab ea pro parte fisci appellatur: merito itaque potest opponi contra coadiutorem fisci, quod non debet audiri, volens venire contra sententiam absolutoriam, contra fiscum latam, secundum formam d. ritus, qui quidem absque dubitatione aliqua debet obseruari in hac sacra Audientia.
6 Quoniam ritus, ac stilus magnæ Curiæ dat formam, & regulam alijs inferioribus Curijs in Regno, sicuti dictat c. Reginæ Ioannæ, Legislatoris est proprium, positum in fi. rituum. & ideo dixit supremæ authoritatis Lucas de Penna in l. 1. col. 3. C. de præfe. qui in vr. Con. lib. 12. quòd in Regno Apuliæ dici consueuit, quòd ritus magnæ Curiæ, idest magistri Iustitiarij tenentur omnes alij iudices obseruare, per textum qui bene probat in §. fin. Instit. de satisdatio. & sequitur Andr. de Iser. in constitut. Regni, Si quis in posterum, in 4. colum. dicens, quòd illud quod obseruat magna Curia Vicariæ, debet obseruari in toto Regno, maximè quia iste ritus non deuiat à ratione iuris.
7 Nam † fiscus ante sententiam nullum re ipsa habet ius in delictis, & pęnis, teste Baldo in l. fi. col. 2. vers. modò quæritur, C. de fructib. & lit. expen. Afflicto in d. cōst. Regni, Si quis in posterum, in 17. no. & Lucio Follerio in Prag. fin. de compositionibus, sub nu. 103.

Aut & secūdo loco vult dicere prædictam sen-
8 tentiam ipso iure nullam, & inualidam, † & tunc Curiæ coadiutor ipse super nullitate sententiæ iudicis ordinarij posset adire superiorem, præsertim quę si dicatur nulla propter sordes iudicis, ita in proprijs terminis Philip. Franc. fertiliter quidem in c. dilecto, col. 42. vers. vigesimoseptimò principaliter quæritur, extra de appel. & ita quoque sacra Audientia declarauit.

Quò verò ad tertium hęsitationis articulum, vtrum isthæc dicatur prima, vel secunda causa, distinguendum sincere quidem est, quòd aut sacra Audientia vult cognoscere de eadem prætēsa vsura in querela contenta, super qua aliàs fuerat iudicatum per viam iniquitatis sententię, & me profectò multiplicatę quędam rationes suadendi hodie plurimum incitauere ad concludendum, quod aut determinat cognoscere de eadem prætensa vsura in querela expressa, super qua aliàs fuerat iudicatum per viam inquisitionis sententiæ, & tunc minimè quaquam valeret, licèt dici posset secunda causa, estò quod fiscus nullum habet beneficium appellandi in criminalibus à sententia lata contra commodum fisci, vt nō prostratè quidem supra ostensum extitit. aut vult procedere super nullitate sententiæ, maximè, si dicatur per sordes iudicis obtenta, & eo casu iudex superior posset omni dubio procul de huiuscemodi nullitate cognoscere: aut verò vult de nouo, ex mero officio, generaliter inquirere cōtra prædictum Maurum, & aduersus eundem nouum formare processum, tanquam vsurarium, & tunc duæ rationes obstare, & insurgere videntur efficacissimæ contra iudicem inquirentem. Primò, quod in cognitione primarum causarum non valet aliter se intromittere vigore priuilegiorum præmemoratæ ciuitatis. Secundò, quia ex mero officio procedi nequit, nisi fuerit vsurarius manifestus, prout dictat Regia Pragmat.
9 Sed † ad hoc, vt quis dicatur vsurarius manifestus, non sufficit modo aliquo, quòd constet de contractu vsuratio, nisi etiam probetur, quòd communiter, & publicè præstabat ad vsuras, vel habebatur, & reputabatur pro vsurario ab omnibus: licèt aliqui Docto. in illam inclinauerint opinionem, quòd requiratur præcedens sententia declaratoria: verùm enimuerò communiter tenetur, quòd sufficit si probetur, quòd publicè & manifestè pro vsurario habebatur, per ea quæ notantur per Glo. & Docto. vniformi voto omnes in cap. 1. & 2. de vsur. lib. sexto, per Bald. in l. prima, colum. secunda, C. de sacrosanc. eccles. & consil. 475. volum. 3. Anchar. in cap. quia in omnibus, colum. vndecima, versicu. quis autem dicatur, de vsur. per Angel. etiam de Gambellionibus Aret. in tracta. de testamentis, in glos. 18. sub nume. primo, per Barbat. in rubr. de fide instrumen. fol. 17. colum. fin. & frugalius per Laurent. de Rodulph. in repetitio. c. consuluit, in 88. quęstio. extra de vsuris. vnde cum causa isthæc reuideatur ex eisdem actis, & in eis nullatenus constet prædictum Maurum vsurarium publicum, & denique in processu nulla admodum nullitas discernatur, meritò quidem, & nulla ratione repugnante extitit per sacram Audientiam iudicatum, sententiam absolutoriam per Curiam ciuitatis Vigiliarum, prolatam ad fauorem eiusdem Mauri iustam fore, & exequendam.

ARGVMENTVM.

Quomodo fideiussores pro eo contribuere debent, quod deest de substantia debitoris. Et quomodo ad fideiussorū bona deueniendum principalis bonis non sufficientibus.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussoribus principalibus pro eodem debitore, se obligantibus, beneficium diuisionis locum habet. & quid in se ex interuallo obligantibus, nu. 3.*

2 *Epistola D. Adriani licèt obligationem ipso iure inter fideiussores non diuidat, ad diuidendum tamen mediante exceptione creditorem admittit.*

4 *Solutione eius, quod debetur omnis obligatio, etiam pignoris, tollitur.*

5 *Fideiussor assumitur, vt magis cautum sit creditori in sui crediti conseruatione.*

6 *Principalis prius discutiendus quàm fideiussor, duæque excussiones requiruntur: fideiussorique excussionis beneficium competit, non obstante iuramento per eum interposito.*

7 *Fideiussori in bonis principalis ius aliquod quæri non debet, nisi creditori integre sit satisfactum.*

8 *Principalis bona quando ad debiti satisfactionem non sufficiunt, ad fideiussores deueniendum est, qui residuum soluere tenentur. Et quid, quando sunt diuersa debita, quorum aliud fideiussorem habet, & aliud non, nu. 9.*

DECISIO CCCLXXIX.

IN causa illorum de Buccellis, in qua dubitatur, quomodo fideiussores Caroli cō tribuere debeant pro eo, quod deest de substantia ipsius Caroli ad satisfactionem Dominæ Lenæ, breuiter ponam conclusiones, tāquam perspicuas, iuridicas, & veras. Prima conclusio igi
1 tur sit, † quòd quando principales fideiussores se obligant pro eodem debitore, semper vtique inter eos locum obtinet beneficium diuisionis, vt est textus in authen. præsente, C. de fideiussorib. & explanat Io. Ronchegal. in tract. de duob. reis, in §. vbi duo, legis 3. nu. 153. Marsil. in repet. rub. ff. de fideiussorib. sub nu. 27. & seqq. & Bellonus in §. 1. num. 9. & seqq. Institu. de fideiussorib. vbi hoc ponit pro regula cum sex limitationibus.

2 Est tamen bene verum, † quòd licèt epistola D. Adriani non diuidat ipso iure obligationem inter fideiussores: nihilominus admittit creditorem ad diuidendum, mediante exceptione, vt in l. fin. C. de constit. pec. in l. inter fratres, ff. eod. & in l. 3. C. eo. & in §. si plures, Instit. de fideiussorib. & D. Antoninus Thessaurus in decis. 191. Duo, num. 2. & 5. ex quo non immeritò quidem infertur, quòd cum Marcus, & Antonius extiterint fideiussores pro Carolo penes Dominam Lenam, quòd illud quod soluendum venit ratione ipsius fideiussionis, est re ipsa æqualiter diuidendum inter Matthæum, & Antonium.

Nec obstare vllo quidem modo videtur, si di-
3 catur, † quòd illud verum est, vbicunque fideiussores se obligant eodem tempore, secus vero si ex interuallo, prout in casu nostro: tunc enim non debet vllatenus profectò habere locum prædictū beneficium: sed videtur, quòd qui prius fideiussit, prius debeat soluere. nā respondetur percommodè nimirum, quod etiam quando fideiussores obligant se ex interuallo sortitur dubio procul locum inter eos beneficium prænotatum, vt est textus qui hoc probat in terminis à contrario sensu in l. si Titius, ff. de fideiussorib. nam ideo ibi non habet locum beneficium diuisionis inter fideiussores, qui ex interuallo se obligauerunt, vtpote quia ille qui secundo loco fideiussit non poterat effectualiter conueniri: ergo à contrario sensu si effectualiter potuisset conueniri, habuisset locum beneficium præmemoratum, non obstante, quod ex interuallo fideiussissent. & ita illum textum explanat atque declarat Pau. Castren. in l. si plures, super prima Glo. ff. eod. & sic conclusio isthæc stat tanquam marmorea.

Nec etiam obstat cōclusioni huic, quod audio in præsentiarum allegari per possessores bonorū prædicti Antonij, videlicet, quòd Antonius ipse solum promisit, quòd Carolus obseruabit promissa per eum in instrumento promissionis dotis vsque ad summam ducatorum quingentorum, & non vltra, aliàs de suo proprio attendere, & obseruare vsque ad dictam summam. vnde cum ex bonis Caroli sit satisfactū Dominæ Lenæ vltra summam ducatorum quingentorum, videtur dicen-
4 dum eundem Antonium liberatū extitisse, † quia solutione eius quod debetur tollitur, ac soluitur omnis obligatio, vt Instit. quib. mod. toll. oblig. in princ. Grat. consi. 14. num. 3. volu. 2. Rolan. consi. 49. In præsenti consultatione, num. 40. volum. 1. Soci. iun. consi. 134. num. 31. volu. 1. & consi. 55. num. 3. & consi. 116. num. 1. & seq. vol. 2. Marcus Angelellus consi. 84. nu. 2. & Michael de Accolt. consi. 94. num. 6. inter consilia diuersorum ad causas vltimarum voluntatum, Bertran. consi. 25. nu. 1. in 2. par. secundi voluminis, & Paris. consi. 52. num. 38. vol. 2. & Bero. consi. 204. Visis dubijs in causa D. Giliæ, num. 7. volum. 1. vbi etiam hoc amplificat locum sortiri, quòd solutione eius quod debetur, obligatio quoque pignoris tollatur, & Ruin. consi. 146. nu. 4. vol. 4.

Sed huic obiectioni, etiam faciliter respondetur, quòd Domina Lena habebat obligata omnia bona Caroli pro dotibus suis. & propterea quando Antonius promisit, quòd Carolus obseruabit vsque in summam quingentorum ducatorum, hoc sincere quidem intelligi debet tūc, isto modo, videlicet quòd Carolus obseruabit omnia & singula, & cętera; aliàs quòd Antonius ipse pro eo quod deficeret se obligabit vsque ad summam quingentorum ducatorum. Et ratio palpabilis ea
5 est, † quia fideiussor assumitur re ipsa in subsidium vnum, vt magis cautum sit ipsi creditori in conseruatione sui crediti. l. 1. §. si autem, ff. de actio. & oblig. & Instit. de fideiussorib. in prin. & ibi Nicasius, nu. 3. & Christ. Port. nu. 2.

6 Et hinc est, † quòd de iure prius debet discuti principalis, quàm fideiussor, vt in auth. præsente, C. de

C. de fideiussorib. imò fideiussor ipse conueniri nō potest, nisi factis duabus etiam excusionibus contra principalem debitorem, teste Marsi.in repet.rubr.ff.de fideiussorib. num.24. imo etiam fideiussori competit similiter beneficium excusionis, non obstante iuramento per eum interposito, vt per Alex.in l.fin.ff.si cert.peta. & Gramma. consi.ciuili 570. Pridie,in fi.licèt Rolan.cum alijs aggregatis per eum,consi.6. Quoniam, num.45, inclinauerit in contrariam sententiam, & Gozad. quoque,consi.32. num.14. Quorum nempe sententiā accuratissimè quidem animaduertit de plano procedere D. Antoninus Thessaurus in decis. 566. Fideiussor, num.4. in renuntiatione iurata, quæ fieret specificè & expressè beneficio excusionis: atque alteram primam opin. Alex. & sequacium locum obtinere in renuntiatione generaliter facta,& ista est pura ac sincera veritas,prout binis quidem vicibus ita iudicauit Regia Audientia Apuliæ,Comitatusque Molisij,in anno 1583. & seq. in causis in ea tunc decisis, patrocinante in illis D. Claudio de Auria, & D. Horatio de Bonis,primarijs in prouincia Aduocatis.

7 Non † enim quæri debet aliquod ius fideiussori in bonis principalis,nisi creditori fuerit integrè satisfactum.l.2.ibi, nisi totum exoluatur, C.de fideiussoribus, & concedit Bellonus in §. si plures, num.14.Instit.de fideiussoribus. & propterea vanum,atque penitus inutile quippe foret dicere,q̄ Antonius esset liberatus pro quingentis ducatis solutis Dominæ Lenæ de bonis Caroli debitoris, & quod Domina Lena ipsa consequi non posset totum suum creditum à prædicto fideiussore, & sic consequenter postremò frustratoria fuisset huiusmodi fideiussio contra regulas præmemoratas.

Et isthæc responsio confirmatur hac etiam optima,ac viuacissima ratione: † quia quando bona
8 principalis non sufficiunt ad satisfactionem debiti, tunc absque scrupulo deueniendum est ad fideiussores, qui quidem soluere tunc tenentur residuum. casus est in l.fideiussores magistratuum, §.1.ibi, & ita in id quod defuisset, ff.de fideiussoribus. facit etiam l.decem,ff.de verb.obl.

9 Nam quicquid sit, † quando sunt diuersa debita,quorum aliud habet fideiussorem,& aliud nō, quia illud quod soluitur in dubio cedit absq; dubitatione aliqua in satisfactionē debiti, pro quo est datus fideiussor: & sic illud quod solutum esset, cedat in liberationem primi fideiussoris. l. & magis,ff.de solutionibus. Bero.consi.196. In causa illorum de Velis,num.24.volum.1.Ruin.consil.536.nu.14. & seq.volum.4. tamen vbicunque vnum, & idem debitum habet pro parte fideiussores, & pro parte non, illud quod soluit de bonis debitoris nunquam tendit ad liberationem fideiussoris, sed cedit in eam partē debiti, pro qua non erat datus fideiussor, & reliquum debet suppleri per fideiussores,vt est textus in d.l.fideiussores magistratuum. & ita in anno 1588. extitit iudicatum in sacra Regia Audientia Barensi,prædictum Antonium non fuisse liberatum, nec liberari potuisse, nisi vltra id quod exactum est de bonis Caroli soluerit, de eo quod deficit vsque in quantitatem,pro qua fideiusit.

Sed vbicunque correi ipsi reperirentur obligati tam ex causa necessaria, quàm etiam ex voluntaria: tunc quippe si vnus duntaxat ex eis, obligatus insolidum,conuentus foret in iudicio à creditore,condemnaretur, & solueret, solutum hoc casu pro rata omni dubio procul repetere posset ab altero correo, teste D.Antonino Thessauro in d.decis.191. vbi ad lucem adducit, ita aliàs determinasse sacrum Senatum Pedemontanum: quamuis ibi in fi.prudenter quidem, more solito aduertat, tradatque remedium hoc ad euitādum circuitus, vanasque, ac inutiles disputationes, & correus ipse facta solutione totius debiti, procuret, acceleretque totis viribus cessionem à creditore agendi & experiendi contra correum, prout ita quotidie obseruatur etiam ab idiotis. imò per triginta duos annos continuos, quibus Deo annuente,versor in hac legali palestra,nunquam vidi solutionem factā per correum obligatum in solidum, nisi eodem instanti fuerit ēt facta sibi per creditorem satisfactum cessio prędicta in forma.

ARGVMENTVM.

Laudum latum per arbitros non seruata forma compromissi, est nullum, & debet causa nullitatis tractari coram iudice ordinario, qui sine compromisso erat cogniturus de causa,& non potest remitti etiam cum iuramento reductio laudi ad arbitrium boni viri, & absolutio à iuramento non est necessaria, quādo petitur laudum reduci ad arbitrium boni viri.

SVMMARIVM.

1 *Quærendum prius de personis, quàm de rebus.*

2 *Iudex competens sententiæ arbitralis, an sit, qui aliàs erat de eadem causa cogniturus, si cōpromissum factum non fuisset, & nu.5.& 6.*

3 *Iudex ille transactioni auctoratur, qui & litis transactæ futurus erat.*

4 *Debitor pecuniam deponere, vsurarumque cursum impedire volens, illud cum illo iudice qui futurus est iudex illius causæ facere debet.*

7 *Læsus ab arbitris, iudicem loci ordinarium,vbi prolata est sententia, adire debet.*

8 *Arbitri formam compromissi, à qua eorum potestas dependet, sequi debent, nec nisi de contentis in eo iudicare valent.*

9 *Coniunctim à pluribus illud fieri dicitur, quod separatim non fit. Idemque importat verbum insimul, quod duorum concursum requirit.*

10 *Verba geminata, plusquam simplicia operari.*

11 *Dictio, tantum, orationi affirmatiuæ apposita, illud quod ponit affirmat, excludens omne, quod est extra modum & formam eius, quod ponitur.*

12 *Clausula, & non aliter, nec alio modo, importat, q̄ si aliter actus expediatur, pro non facto habeatur, habens verba plurimum prægnantia atque præcisa, vt nullatenus patiantur actum aliter expediri validum.*

13 *Sententia duorum, tertio absente etiam requisito, de iure ciuili non tenet partibus in tres arbitros compromittentibus, sed de iure Canonico: & quare secus in arbitris iuris, & necessarijs, nu. 16.*

14 *Iuris Canonici dispositio decisioni iuris Ciuilis expressè contradicens in foro suo in terrisque ecclesiæ, non autem Imperij seruatur.*

15 *Papa vbi extra peccati materiam summus, deque animæ præiudicio agitur in terris Imperij dispositionem iuris Ciuilis tollere nequit.*

17 *Arbitri duo, tertio requisito, in foro etiam Canonico iudicare non possunt, si partes sub conditione compromittant, quòd omnes interueniant.*

18 *Arbiter vnus alteri vices suas delegare non potest.*

19 *Sententia post compromissi terminum prolata, est ipso iure nulla.*

20 *Arbitro vno ex tribus electis inhabili ad compromittendum reperto, compromissum quo ad alios duos habiles, laudumque per eos prolatum valet: secus verò in facto in duas personas, quarum vna incapax esset.*

21 *Limitata causa, limitatum producit effectum.*

22 *Sententia arbitri excedentis potestatem ipsis tributam est ipso iure nulla.*

23 *Laudum compromissi fines excedens, adeo ipso inre nullum est, vt partium consensu ratificari conualidarique nequeat.*

24 *Testes etiam si coram arbitris procedatur, necessario publicari debent: publicatioque fieri debet in causa, cum sit defensionis species, etiam si summarie procedatur, non deneganda.*

25 *Repulsa in iudicio etiam summario concedi debet.*

26 *Arbiter & si de iure & de facto procedere possit, testes tamen malam dicti sui causam reddentes admittere nequis.*

27 *Sententia notorie iniqua & iniusta, per superiorem legitimè retractanda venit.*

28 *Index reductionis ad arbitrium boni viri, vtrum arbitralem sententiam declarare possit ipso iure nullam.*

29 *Sententia nulla, nunquam transit in rem indicatam, quia quod nullum est, nullum producit effectum.*

30 *Prælatus loci, eiusque Vicarius ex iustis legitimisq; causis subditum à vinculo iuramenti habilitare potest: quod de ordinario absoluendi, non autem eius, in cuius fauorem præstitum est, intelligitur, num. 32.*

31 *Episcopus in sua diœcesi Christi Vicarius censetur.*

33 *Iuramentum ad obseruantiam eius, quod fuit contra formam compromissi iuramentique tenorem iurantem non obligat: sed laudum nullum, iuramento non obstante, dicere potest, & si à parte sit approbatum, nu. 37.*

34 *Compromittentium pactum, quòd cōtra laudum non possit aliquid dici, vel allegari, aut peti ad arbitrium boni viri reduci etiam cum iuramento, non valet: imò etiam si dicatur, quòd arbiter possit de iure vnius dare alteri lædereque in maxima quantitate, læsus tamen semper conqueri potest, numero 35.*

36 *Læsum enormiter, verborum cautela non inuenitur, quæ reductionem ad arbitrium boni viri petere impediat.*

38 *Habilitatio à iuramēti vinculo per loci ordinarium, parte etiam non citata ex iustis legitimisque causis concedi potest, non autem totalis relaxatio, seu absolutio.*

39 *Iudex causæ præparantis, est & præparata. & quomodo procedat, nu. 42.*

40 *Iurans pars si absolutionem à iuramento petat, isq; in cuius fauorem iuratum est, illud relaxet, cognitio totius causæ, an spectet ad forum ecclesiasticum.*

41 *Iurans obseruare contractum, si coram episcopo à iuramento absolutionem petat, vt contractum vsurarium simulatumque dicere queat, absolutio causa cognita parte citata, auditisque quorum interest, concedenda prout totalis iuramenti relaxatio fieri debet.*

43 *Habilitatus coram suo indice exposita, inhabilitatisque causas non probans, in pœnam periuriumq; reincidit.*

44 *Appellatio ab interlocutoria iurisdictionem indicis à quo non suspendit, donec per superiorem inhibitum fuerit: & quando vlterius se intromittere non possit.*

45 *Iudex laicus post partis habilitationem impetratā, non solum de validitate ac iniquitate sententiæ arbitralis cognoscit, sed etiam de ipsius habilitationis obreptione subreptioneque, si à parte opponatur.*

46 *Iudici ecclesiastico inhabilitationem interponenti causa cognita, parte non citata iurisque ordine non seruato, laicus iudex obedire non tenetur.*

47 *Habilitatio quot modis obreptitia subreptitiaq; dicatur, remissiuè.*

DECISIO CCCLXXX.

MOTA lite in Curia ciuitatis Vigiliarum inter A. & B. in & super certa pecuniarum quantitate, & interesse passo, sicuti ex actis seriosius colligi potest, volentes ambę partes ipsæ parcere sumptibus, & expensis communium amicorum interueniente tractatu, eorum differentias compromisere in manibus, & posse trium arbitrorum, quibus quidem potestatem dederunt prædictas suas differentias audiendi, cognoscendi, decidendi, atque postremò fine etiam debito terminandi, cōiunctim, & insimul, & non aliter, nec alio modo, prout ex facie ipsius compromissi ita non obscurè quidem discernitur. accidit modo, quòd licèt per antedictos tres arbitros extitisset inceptum cognosci, tamen vno ex ipsis arbitris penitus absente, duo ex tribus, post receptionem nonnullorum testium, nolentes in causa publicationem facere, licèt instanter petitam, nec copiam depositionum exhibere, aut repulsam, aliasque itidem necessarias competentes admittere defensiones, tertio tunc arbitro absente, protulere quoddam laudum, seu arbitralem sententiam, in quamplurimis enormiter lędendo prædictum A. in maxima rerum, olei, & pecuniarum quantitate. ob quod equidem pro eius parte, sic, vt præmittitur, enormiter lęsus dolo saltem re ipsa eorundem arbitrorum, fuit de nullitate dictum,

dictum,& quatenus aliquod foret,petitum dictũ laudum, tanquam notoriè iniustum conditionaliter, & successiuè reduci ad arbitrium boni viri per eandemmet Curiam Vigiliarum. sed pro parte prædicti B. aduersus petita per eius aduersariũ duo in effectu extitere opposita, & allegata. Primò de incompetentia iudicis, asserendo cognitionem eiusdem causæ spectare ad Capitaneum ciuitatis Bari, eiusque Curiam. Secundò itidem opponebatur exceptio litis finitæ,& iudicatæ,nec non & iurisiurandi. cæterum cum Curia ipsa Vigiliensis recusasset,vigore prouisionum sacræ Regiæ Audientiæ,tunc expeditarum, prouidere super petita remissione causæ, fuit causa auocata in eadem Audientia, atque prouisum in illa terminandam & decidendam. venit igitur in præsentiarum congruenter, ac vigilanter etiam de duobus discutiendum in eadem sacra Audientia. Primò, nũ cognitio huiuscemodi causæ spectet, ac pertineat ad Curiam Vigiliensem? Secundò data ipsiusmet Curiæ competentia, vtrum fuerit legitimè dictum coram ea de nullitate supradicti laudi, seu arbitralis sententiæ?

1 Et quia † prius de personis,quàm de rebus quærendum opportunè quidem est, vt ait text. in l.si quæramus, ff.de testamen.& in l.quidam referunt, ff.de iure codicillorum. Et ideo de exceptione incompetentiæ iudicis pro parte prædicti B. nulliter oppositæ, quærendum laboriosè nempe est, secundum veras iuris regulas, quis possit dici iudex competens præfatæ causæ nullitatis arbitralis sententiæ, atque reductionis ad arbitrium boni viri, vt supra petitæ. Et certè in huiusmodi hæsitationis articulo, si velimus amplecti sententiam Bartol. in l. societatem, §.arbitrorum, colum.3. versi. quæro quis erit iudex, ff.pro
2 soc. volentis, † quod erit iudex causæ, qui erat aliàs de eadem causa cognitурus, si cõpromissum factum non fuisset, per tex. in l.cum hi, §.transactionis alimentorum,ff.de transact. vbi dicitur limatè quidem,quòd ille iudex super transactione alimentorum aditur,qui esset futurus iudex super illa lite: pro quo exprimit etiam esse bonum tex. in cap.exposita,extra de arbitr. vbi Papa,non tanquam superior arbitrorum, sed tanquam iudex partium de validitate laudi cognoscit.

Pro qua nempe sententia optimè sincerè facit quod voluit Ang.Paul.Castren.Ias.& cæteri vniformi voto omnes in d.l.cum hi, §.transactionis,
3 quòd † ille iudex authoratur trãsactioni,qui erat futurus iudex litis transactæ, pro qua consuluit Alex.consi.3.Consideratis his,volu.5. & ita protulit esse tenendum Anto. de Butr. in c.si clericis laicum,col.fin.referendo doctrinam Bar.extra de foro competenti.

Imò pro eademmet sententia principaliter facit etiam illud,quod concedit Bal.in l.acceptam,
4 in 13.quæst.C.de vsur. † quod debitor volens deponere pecuniam,atque impedire cursum vsurarum,illud facere debet cum illo iudice qui est futurus iudex illius litis.

Nam & querela non numeratæ pecuniæ debet necessariò quidem proponi coram illo iudice,qui haberet cognoscere de viribus contractus, teste Bal.in l.in contractibus, §.penul. C.de non num.
5 pecu.† & eandem sententiam Bar. in proprijs terminis reductionis ad arbitriũ boni viri, quòd intentari,& peti possit coram iudice competenti illius causæ,refert & sequitur Ancha. in repet.c.ea quæ fiunt à iudice,in 17.quæst. versi.iuxta prædicta breuiter applico vnum de tribus articulis, de reg.iur. lib.6. vbi in medium reseruauit etiam sententiam Bar.fore verisimam, & illi assentitur quoque Ang.in l.qui certo loco,ff.de condic.indebi. per tex.in l.2.C.vbi & apud quos,& Floria.etiam in d.l.societatem,§.arbitrorum, Ant.de But.in c. Quintauallis, col.22. versi.venio ad quartum, de iureiur.& Federic. de Senis,consi.275. Petrus rector Sanctæ Mariæ,vbi affabrè quippe respondet ad omnia ferè iura, & rationes quæ possent in cõtrarium allegari. si itaque postremò volumus sequi præmemoratam Barto.sententiam, & sequaciũ, sincerè quidem casus iste nullam admodum habet iuris hæsitationem, quòd cognitio causæ prædictæ spectet ac pertineat ad Curiam Vigiliẽsem,cum vtraque pars sit de illius foro, & iurisdictione, quæ nempe sententia hodie in Regno approbata reperitur per Regiam Pragmaticã, Et si aliqua partium, positam sub rubr.de reclamatione laudi.

6 Aut † volumus tenere sententiam Ang. in l.si specta,§.si.ff.de inoffi.testam.quòd pro reductione hac sit recurrendum ad superiorem arbitratoris,pro qua consuluit Rom.cõsi.265.In casu proposito,& fuit aliàs in sacro Consilio Neap. obseruatũ, teste Afflic. decis.51. Item fuit dubitatum, etiam secundum istam sentẽtiam pars aduersa minimè posset habere intentum: nam in huiusmodi causa extitere tres arbitri assumpti, idest duo de ciuitate ipsa Vigiliarum,& vnus de ciuitate Bari, vnde satis ineptè & incompetenter petit causam reuisionis remitti ad iudicem Barensem.

Nec debet obstare obiectio facta, quòd vnus ex arbitris prædictis sit incola ciuitatis Bari, quia alter collega est ciuis Vigiliensis: nec non principalis in causa compromissa extat etiã de foro eiusdẽ iudicis, vt supra ostensum extitit, taliter quòd duo vincula, videlicet qualitas arbitri, & natura causæ, magis ligant, quàm vnum, vt dicit tex.in c. 1.extra de treuga & pace, quod hodie in dubium verti non debet, cum sit casus in terminis, qui tergiuersari non potest in d.Prag.Et si aliqua partiũ,
7 vbi expressè dicitur, † quòd si pars senserit se læsam ab ipsis arbitris, debet adire iudicem ordinarium loci, vbi prolata est arbitralis sententia.

Sequitur modò, vt discutiamus, cum compertum quippe sit, & in iure verisimum, quòd Curia Vigiliensis est iudex competens prædictæ reuisionis, vtrum eadem arbitralis sententia fuerit & sit ipso iure nulla, & inualida. In quo quidem hæsitationis articulo, pro veritatis indagine confidendum est,
8 randum est, † quòd arbitri tenentur, ac debent sequi formam compromissi, à quo nempe dependet compromissio omnis arbitrorum potestas dependet, vt inquit tex. in l.non distinguemus, §.de officio, & §. quæsitum,ff.de arbit. Non enim valent arbitri iudicare,

dicare, nisi de his quæ in compromisso continentur. l. si cum dies, §. plenum compromissum. eod. tit. & in c. cum dilectus, extra de arbit. & ita consulendo firmauit Soc. sen. consi. 20. col. 1. & consi. 22. col. 1. vol. 1. & consi. 220. in princ. vol. 2. & Ias. consi. 168. vol. 4. si igitur potestas arbitrorum dependet à compromisso, & illius forma est attendenda, ita quòd non posit arbiter illam præterire, aliàs facit actum nullum, certè in casu de quo agitur ex facie compromisi apparet euidenter, quòd prædictæ partes compromiserunt expresè quidem in tres arbitros, cum hac conditione & qualitate expressa, quòd posint & valeant dictas eorum differentias cognoscere, & diffinire coniunctim, & insimul tantum, & non aliter, nec alio modo, & consequenter secundum formam compromisi omnes tres arbitri insimul debebant esse præsentes in cognitione, & prolatione arbitralis sententiæ. quod vtique digestè colligitur ex illis duob. verbis geminatis, côiunctim, & insimul.

9 Nam † illud dicitur fieri côiunctim à plunbos, quod non fit separatim, vt probat text. in l. 1. in princ. ff. de vsufruc. accres. & in §. coniunctim, Instit. de legat.

Et idem importat verbum, insimul, quod requirit re ipsa concursum duorum, sicuti probat text. in c. 1. de consuet. lib. 6. quod sanè tantò magis comprobatur, quoniam sunt prolata ab ipsis partibus verba geminata idem importantia, & ex ipsa gemination verborum colligitur manifesta voluntas partium quòd velint obseruari ab ipsis arbitris.

10 Vtpote † quia geminata verba plus operantur, quàm simplicia, vt probat text. in l. balista, & ibi Doct. ff. ad Trebell. & est optima Glo. in c. vt circa, in ver. omnia & singula, de electio. lib. 6. & ita consulendo assentitur etiam Alex. consi. 214. Nec arguendi fumus, col. 5. versic. septimò confirma, vol. 2. & Dec. consi. 2. col. 4. vol. 1. vbi loquitur de duabus dictionibus taxatiuis. & côsequenter iuxta compromisi verba, duo ex arbitris non potuere aliter validum proferre laudum, seu arbitralem sententiam.

Et quod partes ipsæ voluerint arbitris omnibus simul præsentibus procedi ad decisionem causarum, discernitur expeditè quidem. nam vltra geminationem verborum, concursum omnium

11 arbitrorum significantium, † apposuerunt dictionem taxatiuam, & exclusiuam, tantum, quę de sui natura, si apponatur orationi affirmatiuę, prout in casu nostro, affirmat illud quod ponit, & excludit ac negat omne aliud quod est extra modum, & formam eius quod ponitur, vt explanat Bar. in l. 1. in princ. ff. si quis ius dicen. non obtemp. per tex. in l. fi. cum ibi notatis, C. de patr. potest. & in l. ob æs, C. de præd. minorum.

Imo ad maiorem contrariæ obseruationis prohibitionem, & declarationem, non solùm ipsæ partes apposuere verba cumulatiua, videlicet coniunctim, & insimul, cum dictione taxatiua, tan-

12 tum: † sed etiam addidere clausulam annollatiuam contrarij, & non aliter, nec alio modo, quæ de sui natura important, quod si aliter actus expediatur, & fiat, habeatur pro non facto, secundùm Glo. in l. si quidem, in princ. in Glo. magna, circa fin. C. de exceptio. quam profectò nonnihil commendat Bal. ibi in 2. col. vers. nota glo. vbi dicit illam esse singularem, quæ quidem clausula habet verba plurimum prægnantia, atque præcisa, adeo quod nullatenus permittunt, nec patiuntur actũ aliter expediri validum, vt acutè nempe aperit Socin. sen. consi. 251. Quoniam in præsenti, col. 4. vers. postremò, volum. 2. & consequenter de expressa voluntate ipsarum partiũ fuit conuentum in ipso compromisso, quod nisi essent omnes tres arbitri insimul, & coniunctim præsentes, nõ possint ad decidendas illorum differentias procedere, & quod factum est à duobus, tertio absente contra formam compromisi, & extra potestatem sibi attributam fuit, & est ipso iure nullum, & inualidum: quia omnis potestas arbitrorum ab ipso compromisso depẽdet, & eatenus possunt procedere, quatenus extitit à partibus permissum, per supra adducta & allegata.

13 Imo † dato etiam, quod partes simpliciter compromisissent in tres arbitros, adhuc tamen duorum sententia, tertio absente, etiam requisito, de iure Ciuili non teneret, vt est casus clarus, & in terminis, qui tergiuersari nequit vllo modo, in l. si in tres, ff. de arbit. & in l. item si vnus, §. item si plures, §. fin. eod. tit. & concedunt Docto. vniformiter omnes in l. duo ex tribus, ff. de re iud. & Marcus Anton. Blancus in tracta. de compromissis, in quæst. 9. de sententijs, & earum effectu, & executione, num. 53.

De iure vero Canonico aliter foret dicẽdum, quia duo arbitri, tertio absente requisito possent omni dubio procul ad sentẽtiam arbitralem procedere proferendam, per textum in c. fi. de arbit. lib. 6. & ita firmat etiam Marcus Ant. Blancus, in loco antesignato.

14 Quæ † nempe dispositio cum expresè contradicat decisioni iuris Ciuilis, seruatur in foro suo, & in terris ecclesiæ, quæ sunt de temporali iurisdictione sedis Apostolicæ, & non in terris Imperij, teste Glo. singulari in d. cap. fin. in ver. ciuilis, in fi. quam sequitur ibi Anchar. Franchus, & alij vniuersaliter omnes, Barto. in l. item si vnus, §. item si plures, ff. de arbitr. & in d. l. duo ex tribus, & ibi etiam Io. de Imo. Alexan. & cæteri vniformi uoto omnes.

Quod sanè, & absque scrupulo procedit, & est verum, non solùm in casu de quo supra: sed etiã generaliter, vbicunque dispositio iuris Canonici

15 contradicit dispositioni iuris Ciuilis: † quia vbicunque sumus extra materiam peccati, & vbi nõ tractatur de præiudicio animæ, Papa non potest in terris Imperij in foro ciuili tollere dispositionẽ iuris Ciuilis, vt per Glo. in c. possessor malæ fidei, in Glo. 1. circa medium, de reg. iur. lib. 6. & faciũt ea quæ notantur per Glos. & alios communiter omnes in clem. dispendiosam, in ver. vsuris, in fi. de iudic. & per Io. And. Calder. & alios in cap. 1. de oper. noui nunc. & eidem sententiæ, quod in terris Imperij seruetur dispositio iuris Ciuilis, quando non tractatur de præiudicio animæ, acquiescit

quiescit Bar.& Bal.io l.prinilegia, C.de sacrosan. ecclesi.& in l.quia poterat,ff.ad Trebel. & Ange. in l.ab executione,colum.1.& seq.C.quorum ap pel.non recip.& consi.217.In causa accusationis. & consequenter non solum in casu, de qoo agitur, imò generaliter verum est dicere, quòd ubicunque ius Canonicum contradicit iuri Ciuili extra materiam peccati,quodlibet ius seruatur in foro suo.

Est oihilominus bene verum,quod Bar.in hac materia profert vnum notabile, ac singulare verbum, quòd in arbitris voluntarijs duo ex tribus non possunt ferre validam sententiam, tertio ab-
16 sente,etiam requisito, per iura præcitata: † tamē si essemus in arbitris iuris,& necessarijs, qui eligi debent iure, aot statuto cogente: prout est inter coniunctas personas in Regno, tunc profectò verum est dicere, qoòd duo ex tribus, tertio absente,bene possent procedere ad diffinitionem causæ in terminis d.c.fi.ita Bart.in l.itē si vnus §.item si plures,ff.de arbitr.Marcus-Anto.Blancus,cum alijs aggregatis per eum,in tracta.de compromissis,in quæst.9.sub no.53. versi.de arbitris verò statutarijs,Pet.de Suz.in l.si in tres,aliàs Celsus, la 1. ff.de arbitr.& Philip.Franc.in d.cap.fin.colum.1. versi. & quid io arbitro iuris. vbi mouetur hac viuaci ratione,nam tales arbitri magis accedunt ad naturam iudicum delegatorum,quàm arbitrorū, & ideo ab eis appellatur, per ea quæ in c.ab arbitris,de offic.deleg.lib.6.pro quo est bonus tex.in l.fin.& ibi Bart. C.de iudic.& ad boc quamplurima cumulauit Felyo. in c.fio. col.pen. extra de re iudic.& præmemoratam cōclusionem Bar.quòd in arbitro voluntario non procedat dispositio d. c.fin.in Regno, sed in arbitro necessario, refert & seqoitur Cauensis in commento Pragmaticæ Regni,Odia inter coniunctas personas,colum.8.versicu. electo tertio in terminis oostris.Cum igitur nos simus in arbitris voluntariè electis in terris Imperij inter partes,quæ expreſsè conuenere, quòd omnes simul, & semel tantum, & non aliter, nec alio modo,in tali casu non obtinet locum dispositio d.c.fin. de arbitr. lib.6. sed dispositio ioris Ciuilis d.l.si in tres. vnde cum in casu nostro fuerit lata senteotia à duobus arbitris,tertio absente,indubitāter quidem est ipso iure nulla, potissimum que quia protulere sententiam aliter quàm fuerit eis à partibus commissum.ita tex. formalis in l.Podius,in fi.ff.de arbitr.

17 Et † quòd vbicunque partes compromittunt causam cum conditione, qoòd omnes arbitri interueniant, in cognoscendis, ac decidendis differentijs,quòd non procedat, etiam in foro Canonico dispositio d.cap.fin.vt doo posśint, tertio requisito iudicare, firmat Glo.& Francus ibi,col.2. versi.aliquando fit cōpromissum in plures. & mouetur, quia omnis potestas arbitrorum à tenore compromisśi dependet.l.non distinguemus, §.de officio,ff.de arbitr.& eandem sententiam ante eū tenuit Specu. io titu.de arbitr. §.fin. col.17.versi. sed quid si actum est in compromisso,& Lanfran. in tracta.de arbitr.in 5.par. in 13.quæst.& mouetur ibi hac palpabili ratione, quia verba compromissi de voluntate partium apposita debent aliquid operari,& sic ista est concors, & communis omnium in iure Scribentium sententia, ex qua quidem meritò infertur, quòd arbitralis sententia ita & taliter, vt supra lata, fuit & est ipso iure nulla.

Et ad ostendendum eiusdem sententię nullitatem,considerandum est secundo loco, qoòd licèt partes ipsæ dederint in compromisso potestatem prædictis tribus arbitris insimul, & coniunctim procedendi,laudandi,& arbitrandi, ac debito fine terminandi,tamen post primum terminum in compromisso appositum finitum vnus solus arbiter fecit prorogationem, alijs arbitris absentibus, quæ purè quidem fieri debebat per omnes arbitros coniunctim,iuxta formam compromisśi: vnde acta aliter gesta nullatenus probant, per iura allegata, nec huiusmodi nullitatem excusant literæ aliorum arbitrorum: nam compertum vtique
18 est,† quòd vnus arbiter non potest alteri delegare,seu committere vices suas. ita Glo.in l.sicuti,io ver.omnes,& in l.non distinguemus,§.quæsitum, in ver.delegari,ff.de arbitr.Bal.in l.Celsus,eo.tit. Bar.in l.duo ex tribus,in fi.ff. de re iud.& Cauensis in d.Pragm. Odia inter coniunctas personas, col.7.versi.& an vnus ex arbitris, nu.70.Cum igitur prorogatio fuerit nulla & ioualida, facta per voum ex arbitris, alijs duobus absentibus, sequi-
19 tur manifestè dicendum,† quòd sententia hęc arbitralis reperitur prolata post terminum compromisśi, & consequenter ipso iure nulla, vt probat tex.in l.si cum dies,in prin.& §.si intra diem,& in l.arbiter ex compromisso,ff.eodem titu.& firmat Lanfran.in tracta.de arbitr.in 6.par.in prin.

20 Est oihilominus bene verum, † quòd vbicunque vnus arbiter ex tribus arbitris electis reperiretur inhabilis ad compromittendum,valeret tamen tunc in omnem euentum compromissum quo ad alios duos habiles,qui compromittere potuere, valeretq; etiam laudum prolatum per eos, atque teneret,vt per Ioan.Bapt.Perusinum, generum Bartoli, in tract. de arbitris, lib.2.cap.17.nu. 2.& Bald.consi.42.volum.3. sed vbicunque compromissum foret factū in duas personas, quarum vna esset incapax, tūc compromissum nullatenus valeret, & laodum prolatum eo casu per eum omni dubio procul esset nullum, teste Lanfrao. io tracta.de arbitris,in 2.par. num.23.& Io.Bapt.Perusinum in d.tract.de arbitris,lib.2.c.17.nu.2.

Tertia etiam causa nullitatis eiusdem arbitralis sententiæ colligitur dilucidè qoippe ex alio fundamento; nam ex facie ipsius compromisśi apparet,quòd partes ipsæ afferentes caosam motam in Curia Vigiliensi in & super certa summa, & pecuniarum quantitate, & interesse contra prædictum B.eandem causam cum dependentibus, & annexis compromiserunt in manibus prædictorum arbitrorum, quibus dederunt omnimodam potestatem cognoscendi de prædictis, & sic ipsi
21 arbitri habent limitatam potestatem. † sed limitata causa limitatum producit effectum. l.ita autem,in prin.ff.de administr.tutor. & in l.in agris, ff.de acq.rerum domin.& consequenter non potuerunt

tuerunt arbitrari, nisi de contentis in compromisso, cum vltra tenorem compromissi nullam ha-
22 beant potestatem: † sed in casu de quo agitur, su prædicti duo arbitri, non solùm de contentis in compromisso, verùm etiam super compluribus alijs negotijs, & pecuniarum, olei, & rerum quantitatibus à prædictis in compromisso mentionatis penitus diuersis, manus extendere contra iuris formam, & tenorem compromissi, excedêtes potestatem illis attributam, prout ex facie arbitralis sententiæ colligitur, protulere sententiam ipso iure nullam, per tex. in l. non distinguemus, §. de officio, ff. de arbitr. & in l. si cum dies, cum ibi notatis per Bar. Bald. & alios omnes, eod. ti. & per Canonistas in c. cum dilectus, extra de arbitr. & per Spec. in titu. de arbitr. §. excipitur, vers. item quòd non est latum super eo, & Ias. consi. 168. vol. 4. & Io. Bapt. de S. Blasio in tract. de arbitro, & arbitratore, quæst. 71.

23 Et ideo dicitur, † quòd si laudum excedit fines compromissi est ipso iure nullum, adeo quòd nô posset consensu partium ratificari, ac conualidari, teste Bal. in ti. de pace Constantiæ, in ver. sententiæ quoque, in vsibus feudorum, Rom. consi. 355. Præmissum laudum, col. 1. & consi. 175. Dictum vltimum laudum, col. 2. & Dec. consil. 11. Quoniam iudicantium responsa, col. 4. vers. tertiò principaliter respondetur, & ita consuluit per nonnulla iura, & rationes Soc. sen. consi. 104. Viso compromisso, vol. 4. restat igitur conclusiuè dicendum, quòd ipsum laudum taliter, vt supra latum, fuit & est ipso iure nullum.

Præterea etiam si laudum hoc non foret de iure nullum ipso iure: nihilominus tamen ex eisdê actis & processu colligitur, quòd de iure venit reuocandum, & annullandum. nam clarum est &
24 in iure verissimum, † quòd etiam si procedatur coram arbitris, testes debent necessario publicari, & sic publicatio fieri debet in causa, vt est casus in terminis, qui tergiuersari nullatenus potest in c. præsentata nobis, & ibi Docto. communiter omnes, extra de testib. Nam publicatio est species defensionis, quæ denegari non potest, etiam si procedatur summariè, & de plano, sola facti veritate inspecta, ad hoc vt illis publicatis habeant partes ipsæ facultatem suas faciendi defensiones, & testes fortè odiosos, atque infames repulsandi, vt per Bar. in extrauag. ad reprimendum, in ver. fine figura iudicij, col. 2. vers. sed an requiratur publicatio, per notata in l. si quâdo, C. de testib. & huic sententiæ assentitur quoque Paris de Puteo in tracta. sindicatus, in ver. sententia, col. 6. vers. nec requiritur sentêtia partium in examinatione, pro qua est bonus tex. in cap. fin. & ibi Domin. & alij communiter omnes, de hæret. lib. 6. & in c. qualiter & quando, §. debet igitur, extra de transactio. & secundius quidem per Geor. Nattam in repet. clemen. sæpe, §. quæ omnia, colum. 25. de verborum signific.

Si enim non fit publicatio, minimè gêtium potest fieri repulsa reproborum testium, qui per par-
25 tem aduersam producerentur; † quæ quidem repulsa, etiam in iudicio quantuncunque summario concedi debet, vt per Afflict. decis. 351. Bis
26 fuit dubitatum. † nam licèt quis posset procedere de iure, & de facto, sicut arbiter, nô tamen posset admittere testes qui malam reddunt causam dicti sui. ita Bald. in l. solam, in fi. C. de testib. Felyn. in cap. canonum statuta, col. 18. vers. & si dicatur, procedas de iure, & de facto, extra de côstit. & firmat êt in proprijs terminis arbitrorum, Lanfran. in tract. de arbitr. in 7. par. quæst. 42. ex quibus sequitur euidenter, quod partes possunt coram arbitris testes inhabiles, & nô rectè deponentes repulsare pro defensione causæ suæ, ad quam profectò deuenire non potest, nisi facta publicatione.

Si igitur publicatio in casu nostro erat necessaria, tanquam respiciens defensionem, quæ est de iure naturæ, sequitur constanter, stabiliterque dicendum, quòd præfati duo arbitri nolentes publicationem facere, enormiter læsere partem instantem, & petêtem publicationem fieri testium ex aduerso examinatorum, ad hoc vt posset illorum inhabilitatem, & falsitatem detegere, de quo pluries fuerat protestatus: quæ omnia supradicti arbitri satis impiè denegauere, ad prolationê prædictæ arbitralis sententiæ nimis properè, & de fa-
27 cto procedentes, vt supra. † vnde isthæc sententia ita & taliter prolata, denegata publicatione, etiam si ex isto capite nô posset dici ipso iure nulla, venit tamen per superiorem de iure legitimè retractanda, tanquam notoriè iniqua, & iniusta, per ea quæ notantur per Abb. Felyn. & alios omnes in c. cum I. & A. in princ. extra de re iud. per Bar. in l. prolatam, C. de senten. & interloc. omn. iud. & per Geor. Nattam in repet. cle. sæpe, §. quæ omnia, 25. col. de verb. signif. & ideo meritò quidem ex isto etiam capite notoriæ iniquitatis veniret de iure reuocanda.

28 Sed † vtrum iudex reductionis ad arbitriû boni viri possit declarare eandem arbitralem sententiam ipso iure nullam. in quo hæsitationis articulo promptè vigilanterq; dicendum est, quòd sic: ita Archi. in c. â iudicibus, 2. q. 6. Bal. in c. dilecto, in fi. extra de appell. & in tit. quo temp. mil. inue. pete. deb. in c. sancimus, in vsib. feudorum, Alex. in l. societatem, §. arbitrorum, in addit. ad Bart. ff. pro socio, in addit. incip. quis erit iudex, & Lanfran. in tract. de arbitris, in 7. & vltima par. quæst. 28. & sic ex præmemoratis, conclusiuè dicendum est, quòd iudex reductionis cum inuenerit sentêtiam latam contra formam, & tenorem compromissi, debet declarare illam ipso iure nullam.

Nec habet obstare exceptio rei iudicatæ, & finitæ per partem aduersam opposita: quia cum arbitralis sententia fuerit ipso iure nulla, etiam si foret diffinitiua à iudice competente lata, habente
29 ordinariam iurisdictionem, † vbicunque est nulla nunquam transit in rem iudicatam, nec parit exceptionem rei iudicatæ, per ea quæ notantur per Glo. & Doct. in l. si expressim, ff. de appellat. Imò quod nullum est, nullum admodum producit effectum, vt probat tex. in l. 4. §. côdemnatum, & ibi Scriben. ff. de re iudi. & in l. non putauit, §. non quæuis, ff. de bonorum possess. contra tab. &

ita

ita in proprijs terminis arbitralis sententiæ nullæ & inualidæ firmauit Soc.sen. consi.95.col.2.versi. secundò principaliter, vol.3.

Neque etiam potest vllo quidem modo obstare exceptio iurisiurandi secūdo loco opposita per partem aduersam, in qua facit totum fundamentum. quia huic motiuo, ac obiectioni substantialiter, atque multipliciter etiam respondetur. & primò, quia talis exceptio in hoc casu de iure nullatenus procedit; ex eo quia loci ordinarius eundē A. habilitauit à vinculo præstiti iuramenti ad effectum agendi corā suo iudice, quatenus isto vinculo iuramenti non obstante valeat & possit suas facere defensiones, & de nullitate, & iniquitate ipsius laudi dicere, ac in iudicio comparere, atque reductionem ad arbitrium boni viri petere, & se ab illatis grauaminibus à supradictis duobus arbitris contra formam iuris, & tenorem compromissi releuare, prout ex ipsa habilitatione in actis causæ non obscurè quidem discernitur.

30 Quoniam † loci prælatus, & eius Vicarius quo ad relaxationem vinculi iuramenti, ex iustis, & legitimis causis, vicem Apostoli obtinet, & legitimè potest iurantem subditum à vinculo iuramenti, taliter præstiti habilitare, vel relaxare, ne illud sit iniquitatis vinculum contra mentem iuris, vt protulit Innoc. in cap. debitores, extra de iureiur. Abb. in cap. ad aures, col.2. versi. idem est, quod met. cau. Lauren. de Rodul. in cap. consuluit, in quæst.123. de vsur. & Fely. in c.1. col.5. versi. extra glossam, de iureiur.

Quæ nempe sententia ea confirmatur ratione, 31 quia † episcopus in sua diœcesi censetur Christi Vicarius, vt ait tex. in c. mulier, 33.q.5. & Abb. in d.c.r. col.3.

32 Quod † sanè quidem intelligitur de episcopo, seu ordinario ipsius qui venit absoluendus, non autem illius, in cuius fauorem iuramentū est præstitum, secundum Lapum in allegatio.19. Et dominus Abbas, & ibi D. Quintilia. Mandos. in addit. & Capic. decis.18. In causa nobilis Alphonsi, vers. sic dicimus in reo. igitur non immeritò quippe tale vinculum, nullatenus præstat impedimentum, quod reperitur ab habente potestatem remissum.

Vel secūdo loco respondetur, & magis strictè, quòd posito, vt extitisset facta habilitatio, adhuc tamen iuramentum haudquaquam posset obstare, seu impedire recursum ad boni viri arbitrium: quia supradicta arbitralis sententia extitit lata à duobus arbitris, tertio absente, & super alijs, etiā nullatenus in compromisso contentis, & post terminum, prorogatione tantum facta per vnum, cæteris absentibus: & consequenter contra formam compromissi, à quo omnis potestas arbitrorū dependebat, prout hoc conceptum, iure suadente, manifestè, ac vigilanter denudaui.

33 Cæterùm nemini dubium esse potest, † quòd iuramentum præstitum super compromisso, non obligat iurantem ad obseruantiam illius, quod fit contra formam compromissi, & tenorem iuramēti: & consequenter potest dicere in tali casu laudum nullum, non obstante prædicto iuramento. ita in proprijs terminis, Lanfran. in tract. de arbit. in 7. par. in quæst.51. asserens ibi sic extitisse consultum per Raph. Fulgos. in suo consi. incip. Viso processu causæ motæ.

Et pro ista sentētia bene facit, quod voluit Dy. & Ioan. And. in regula, scienti, de reg. iur. lib.6. di

34 centes ibi, † quòd si compromittentes faciunt in compromisso, quòd contra laudum nō possit aliquid dici, vel allegari, aut peti ad arbitrium boni viri reduci, etiam cum iuramento, quia tale pactum videtur remittere dolum futurum, & inuitare arbitrum ad malè, & iniquè arbitrandum, & ideo de iure non tenet, & sequitur Spec. in tit. de arbit. §.1. versi. sed pone compromittens, & ita cōsuluit Oldr. consi.156. Primum, de quo quæritur, & Soc. sen. cons.24. Visis & maturè inspectis, col. 2. volu.1. & huicmet sententiæ, vti sacrosanctæ, & communi acquieuere Bar. & alij omnes in l. societatem, §. arbitrorum, ff. pro socio.

35 Imò, vt loquar in fortioribus terminis, † etiam si in compromisso dicatur, quòd arbiter possit de iure vnius dare alteri, & lædere in magna, & maxima quantitate, & ideo promiserunt stare laudo, seu arbitramento cum iuramento, etiam si enormiter, & enormissimè fuerit læsus, in ampla forma: nihilominus semper potest pars quæ læsa extitit, dolo arbitri, vel arbitratoris, ex proposito, vel re ipsa conqueri, & petere huiusmodi cōpromissum reduci ad boni viri arbitrium, non obstante tali pacto, etiam iuramento firmato, vt per Innoc. in c. Quintauallis, & ibi Ant. But. Imo. Abb. & alios vniformi voto omnes, de iureiur. quia illa verba censentur re ipsa apposita ad captādam beneuolentiam arbitri, sub spe æquitatis seruandæ hoc ipsum probat tex. in l. si libertus ita iurauerit, ff. de ope. liber.

36 Et proinde † nulla potest inueniri cautela verborum, quæ impediat enormiter læsum petere reductionem ad arbitrium boni viri, teste Bal. in l. si vnus, §. illud, in fi. ff. de pact. Saly. in auth. sacramenta puberum, C. si aduersus venditio. Ang. in disputatio. sua, incip. duo adinuicem litigantes, Ancha. in alia disputatio. incip. cum C. laicus, & ita consuluit Ant. de But. consi.24. Quæstio hæc vulgata, Auge. consi.172. Laudum arbitratoris, Pau. Castren. consi.74. Quia frustra, & consi.329. Præmitto, vol.3. Ancha. consi.208. In quæstione, Rom. consi.90. Viso themate, Fulgos. consi.224. Quoniam, Abb. consi.44. In præsenti quæstione, Ioan. de Anania, consi.16. Viso puncto, Soc. sen. consi.85. Viso compromisso, vol.2. & Dec. consi. 11. col.6. & consi.39. col.3. vol.1.

37 Quod † nempe dictum sanè procedit, etiam si laudum arbitratoris foret expressè à parte approbatum, vt consuluit Dec. consi.60. col.3. ex quibus quidem omnibus manifestè colligitur, quòd etiam si nulla esset facta habilitatio iuramenti, quia adhuc aduersarius ipse non posset habere intentum: quia iuramentum non obligat iurantem ad obseruantiam eorum, quæ fiunt contra tenorem compromissi, & mentem contrahentium.

Quantòque magis ista procedunt in casu no-
38 stro, † vbi fuit obtenta, & impetrata ab ordinario loci

loci oportuna habilitatio, cui profectò habilitationi minimè debet obstare, quòd ea fuerit concessa parte non citata: quia cum non sit totalis relaxatio, seu absolutio à vinculo iuramenti, sed solum habilitatio ad effectum agendi, ex iustis, & legitimis causis in ea expressis, & saluum est ius parti defendendi promissionem iuratam, communis est, & sacrosanctissima Doctorum sententia vtriusque classis, quòd potest, etiā parte non citata concedi, licèt secus in totali absolutione, & relaxatione iuramenti, prout ita consulendo concedit Oldra. magnus Canonista, cōsi. 120. Ad duplicem si nem, Ancha. consi. 18. In quęstione quæ vertitur, col. fi. Calder. consi. 7. sub rub. de iureiur. col. fio. & firmat etiam Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de iureiur. super rub. in versi. vbi autem iurasset non denunciare, Ant. de But. col. penul. versi. in principali proposito, & Ioan. de Imo. in c. debitores, col. 5. versi. alia fuit practica, de iureiur. Lapus in allegatio. 10. Soc. sen. in tract. de citat. in 7. art. col. 8. Afflic. decis. 220. vbi Vrsil. in addi. meminit, ita aliàs extitisse iudicatū in sacro Consilio, & istam sententiam approbauit etiam communis practica, & stilus curiarum in tota Italia, & maximè in Regno, vt percommodè aliàs docuimus in Sylua communium opinionum, in opinio. 2. sub num. 2. lib. 1.

Vnde stante, quòd supradicta habilitatio non potest dici de iure nulla & inualida, sequitur modo, vt ad solutionem, extricationemque eius deueniamus, quod vltimo loco opponebatur, quòd cognitio eiusdem causæ sit remittenda ad forum ecclesiasticum, & sic ad Episcopum Vigiliensem, & eius Vicarium, qui ipsum A. habilitauit à vin-
39 culo præstiti iuramenti, † vt qui fuit iudex causæ præparantis, sit similiter iudex causæ præparatæ, iuxta doctrinam Bal. in l. ordinarij, C. de rei vendi. ad quod equidem multipliciter respondetur, & primò, quòd doctrina Bal. posset procedere in iuramento obligatorio, quod obligat iurantem ad obseruantiam sententiæ arbitralis, & præstaret impedimentum agere volenti: tunc enim posset tutè procedere, quòd iudex absolutionis ipsius iuramenti esset iudex totius causæ, prout loquitur Bal. in casu, de quo ibi per eum: sed nos sumus in terminis longè diuersis, vbi tractatur de laudo, seu arbitrali sententia lata contra formam cōpromissi, & tenorem conuentionis partium, & mentem compromittentium: & consequenter contra tenorem promissionis iuratæ, quo nempe casu iuramentum non est obligatorium. Præterea si talis conuentio, etiam iurata, teneret, remitteret dolum futurum, & pariter inuitaret arbitros ad delinquendum, & ad iniquè arbitrandum. & ideo cum iuramentum non erat obligatorium, ac nullum itidem præstabat parti impedimentum, si ab eo petatur absolutio, non necessaria, incidenter quidem, ad cautelam, minimè gentium traheret causam principalem ad se.

Nam accessorium non trahit ad se principale. l. si eum, §. qui iniuriarum, & ibi Doct. vniuersaliter omnes, ff. si quis cautio.

Et pro ista sententia facit ad tem, quod voluit consulendo Pau. Castr. in consi. 68. Visis & ponderatis omnibus de quibus supra, & in d. l. ordinarij, quem refert, sequiturque etiam Alex. in l. quo-
40 tiens, C. de iudi. dicentes, † quòd si pars quæ iurauit, peteret absolutionem à iuramento, & ille, in cuius fauorem fuit iuratum, iuramentum hoc relaxaret, tunc vtique non sortiretur locum doctrina memorata Baldi modo aliquo, vt cognitio totius causæ spectet ad forum ecclesiasticum, sub ea videlicet ratione, quia non caderet necessaria absolutio: vnde absolutio, quæ extat in hoc casu impetrata ad cautelam est magis facti, quàm iuris: & consequenter non operatur præfatum effectum, per iura per eos allegata. ita etiam instructè quidem dicendum est in casu nostro, cum iuramentum aliter non liget compromittentem ad obseruantiam laudi prolati contra formam compromissi, nec præstabat, nec præstat impedimentum quominus pars læsa valeat petere reductionem ad arbitrium boni viri, sequitur, quòd talis habilitatio est magis facti, quàm iuris: & consequenter non impedit quominus iudex laicus, & ordinarius de prædicta causa cognoscat, iuxta doctrinam, & limitationem Pauli, & Alex. in locis præmemoratis.
41 Vel & secundo etiam modo responderetur, † quòd vbicunque pars quæ iurauit obseruare contractū petit coram episcopo absolutionem à iuramento præstito, vt dicere queat contractum vsurarium, atque simulatum: & sic impetrat absolutionem ab eodem iuramento, ac totalem illius relaxationem: tunc & eo casu talis absolutio conceditur causa cognita parte citata, ac illis quorum interest sufficienter auditis: prout vera, & totalis absolutio, & relaxatio iuramenti fieri debet, per ea quæ notantur per Abb. Ant. Butr. Imo. Fely. & alios
42 concorditer omnes in c. 1. de iureiu. † & isto profectò casu potest sincerè quidem procedere doctrina Bal. quòd de causa præparante, & præparata idem iudex cognoscat. quia tam actore, quàm reo præsente episcopus incepit cognoscere de meritis causæ, tanquam iudex inter partes: nihil ergo mirum si tunc de toto negotio cognoscet, & iudicabit.

Aut & secundo quidem loco pars volens agere coram iudice laico suo ordinario, ac dicere de iniquitate, & dolo arbitratoris, & eius enormissima læsione, & tunc quia vinculo iuramenti impeditur coram illo iudice comparere petit à loci prælato se habilitari, vt possit fauorabiliter quidē coram suo iudice comparere ad effectum agendi, & se defendendi in ipsa Curia seculari. quo nempe casu loci prælatus, ne iuramentum sit iniquitatis vinculum, contra textum in l. quando, de iureiur. illum habilitat summariè & de plano, expositis aliter non verificatis, & parte non citata.
43 Qui † quidem habilitatus si coram suo iudice nō probat exposita, & habilitationis causas, reincidit in pœnam, & periurium, vt per Canonistas vnisormi concursu omnes in c. 1. de iureiur. & tūc quia episcopus non cognoscit de vinculo iuramenti iudicialiter, vt iudex, sed cognitionem veritatis expositorum remittit ad iudicem laicū ordinarium partium.

Vnde

Vnde cum episcopus habilitet à nexu iuramẽti ad effectũ agendi in foro seculari, vigore istius habilitationis peti non potest causam remitti ad episcopum ipsum, quia habilitatio fit ad effectum hunc remittendi causam ad iudicem secularem: ideo non potest operari cõtrarium effectum, per ea quæ habentur in l. legata inutiliter, ff. de adim. lega. & ibi Doct. communiter.

Et quòd prædicta sint de iure verissima, considerandum est, quòd pars grauata de consensu sui prælati ipsam habilitantis, accedit ad iudicem laicum, non obstante vinculo iuramenti, & consequenter fit recursus ad eum de consensu prælati, qui ob hoc videtur cognitionem illius causæ à se abdicare, quod expeditè quidem probatur. nam perspicuum est, quòd iudex à quo post interlocutoriam latam, & appellationem interpositam, adhuc remanet iudex, & potest de causa cognoscere: 44 † quia appellatio interposita ab interlocutoria non suspendit iurisdictionem iudicis à quo, donec per superiorem fuerit inhibitum, vt probat tex. in cap. non solùm, de appel. lib. 6. tamen si idem iudex defert huic appellationi, etiam friuolæ, nulliter & sine legitima causa interpositæ, & illam admittat, etiam quòd aliter non sit sibi inhibitum, non potest vlterius in causa se intromittere: vtpote quia per huiusmodi admissionem abdicauit causam à se, & illam deuoluit, atque remisit iudici ad quem, vt inquit textus in cap. cum appellationibus friuolis, de appel. lib. 6. & ita firmãt Io. And. & Gemin. in c. 1. §. post hæc, eo. tit. idemque Io. And. in c. Romana, in prin. eod. titu. Rota Rom. decis. 385. Item si appellatur, Philip. Franc. in c. vt debitus, col. 2. vers. vltimo pone, quòd interponitur, extra de appel.

Ita itidem dicendum est in casu nostro, si Episcopus habilitauerit partem à vinculo iuramenti ad effectum agendi coram iudice laico, cognitionem causæ remittit ad iudicem secularem. vnde vinculo iuramẽti sublato iudex laicus, qui de causa principali erat iudex competens, de illa vtique 45 cognoscet inter subditos suos. † imò idem iudex laicus in tantum remanet iudex ordinarius, & cõpetens illius causæ post habilitationem impetratam, quòd non solùm potest cognoscere de validitate, & iniquitate arbitralis sententiæ: sed etiam de obreptione, & subreptione ipsius habilitationis, si opponatur à parte: ita quòd cognitionem præsentis subreptionis, vel obreptionis non tenetur remittere iudici ecclesiastico, sed ipsemet iudex laicus cognoscit de nullitate habilitationis, prout ista fuit singularis, & notabilis doctrina Petri de Anch. consil. 382. Retento ordine, col. 2.

46 sub ea conuenienter ratione, † quòd iudex ecclesiasticus interponit habilitationem causa non cognita, parte non citata, & iuris ordine non seruato, quo nempe casu iudex laicus non tenetur obedire iudici ecclesiastico, qui processit causa non cognita, per notata per Io. And. in c. cum in iure, extra de offic. deleg. & in c. 1. extra de offic. ordin. & huic sententiæ Pet. de Anchar. assentitur etiam Fely. in c. 1. col. 7. in 3. quæst. vers. posset etiam iudex secularis, extra de iureiur. & in c. cum sit, col. 6. vers. limita quintò, extra de foro compet. & ita extitit aliàs iudicatum in sacro Consilio, teste Afflicto decis. 220. In causa D. Ioannis, in 4. dubio.

47 qui & in sexto dubio ponit, † quot modis habilitatio dicatur obreptitia & subreptitia, idque latè etiam prosequitur Gramma. decis. 66. igitur quando sumus in habilitatione obtenta, parte non citata, & iuris ordine nõ seruato, vt in casu nostro, non debet vllatenus obtinere locũ doctrina Bal. præmemorata: sed vbi processisset in absolutione à iuramento causa cognita, & partibus auditis. & sic denique post non leues altercationes extitit iudicatum in sacra Audientia Barensi, in anno 1588. supradictam arbitralem sententiam nullam, & inualidam.

ARGVMENTVM.

Iuramentum suppletorium tunc datur, quando vnus testis deponit, quando vnus testis est omni exceptione maior, & iudex etiam si per partem non opponatur, potest cognoscere de conditione & qualitate testis.

SVMMARIVM.

1 *Testem vnum omni exceptione maiorẽ pro se habens, semiplenam habet probationem, vt iuramentum suppletorium obtineat.*

2 *Consanguineus & magnus amicus partis, semiplenam probationem non facit.*

3 *Probanti per testem vnum inhabilem, vel pauperem, iuramentum suppletorium non debentur.*

4 *Frater licèt pro fratre ad testificandum in causa ciuili admittatur, minus tamẽ ei creditur, quàm alijs extraneis.*

5 *Testis omni exceptione maior, quis sit.*

6 *Testi, se inimicum, vel consanguineum partis asserenti ad effectum etiam, vt repellatur, creditur.*

7 *Testis iudici interroganti, se consanguineum respondens, dictum suum infringit, eiusque dicto statur de qualitatib. suis quo ad ipsum repellendum.*

8 *Iudex ex officio testem interrogare potest, an sit consanguineus vel inimicus partis ad effectum etiam ipsum repellendi.*

9 *Acta causa notorium inducunt, maximè si in causa est conclusum.*

10 *Iudex, si sibi aliquid notoriè, ac manifestè ex actis constet, ob quod quidem fides testis diminueretur, moueri potest ad minus ei credendum, licet à parte non opponatur.*

11 *Iudex vbi quid notoriũ est ex actis, tuta conscientia, parte etiã non opponente, de facto supplere potest.*

12 *Constare clarè dicitur, quod ex actis apparet: ideoque alia probatione non egent, sed sola allegatione, etiam post conclusum in causa in termino ad allegandum in iure stabilito.*

DECISIO CCCLXXXI.

IN causa vertente inter Alexandrum Putinianum ex una parte, & Ludouicum Marauegliam Mediolanensem, in sacra Audientia Barensi, ex altera parte, in & super petitione

titione certæ quantitatis pecuniarum,prouenien
tis ex causa lucri allegatæ societa tis discutiēdum,
trutinandumque est hodie,vtrum Alexander ip-
se sit in statu,in quo sibi deferri queat iuramentū
suppletorium quoad deposita, atque testificata
per magistrū Antonellum de Putiniano, testem
productum per eum. & quia exploratum semper
1 mihi fuit, † quòd habens vnum testem pro se,tūc
dicatur semiplenam habere probationem, vt qui
dem obtineat, obtinereque etiam valeat & possit
petitum iuramentum, si ille testis non dubiè aut
prostratè quippe sit omni exceptione maior,iux-
ta notata in l.etiam matri, ff. de probatio. & per
Bar. Bal. Alex. Ias. Curt. num.305. & alios vnifor-
mi consensu omnes, in l.admonendi, ff.de iureiu.
Bald.Saly.& cæteros omnes in l.in bonæfidei, C.
eo.ti.Nat.consi.53.nu.8.vol.1.

Qui quidem Doct.illis in locis non discrepan-
2 ter nempè ex hoc inferre videntur, † quòd con-
sanguineus, & amicus magna coniunctus amici-
tia partis non facit semiplenam probationem. ita
Ant.de Butr.& Abb. in c.fin.extra de iureiur. &
Alex.consi.13. Ex his quæ in themate narrantur,
3 in 2.dubio,volum.1. in tantum, † quòd tunc pro
banti per vnum testem ita inhabilem, vel etiam
pauperem, non defertur iuramentum suppleto-
rium, vt explicauimus in terminis, in Sylua com-
munium opinionum, in opinio.988. Testis pau-
per, num.2.& seq.lib.3.

4 Et ratio ea est, † quoniam etsi frater admittitur
pro fratre ad testificandum in causa ciuili: tamen
minus sibi creditur, quàm alijs extraneis, vt per
Barto.in l.qui testamento, §.quæcunque, ff.de te-
stamen.per Alex. consi.18. Viso processu causæ,
num.4.volum.1.per Docto.omnes in l.parentes,
C.de testib.& per alios aggregatos per me in Syl-
ua communium opinionum, in opinio. 981. Te-
stis idoneus est frater in causa fratris, nume.1. &
seqq. lib.3.

Videamus itaque modo suauiter quidem, num
prædictus magister Antonellus possit dici inte-
ger testis, ac omni etiam exceptione maior, qui in
sua depositione fatetur se esse fratrem ipsius Ale-
xandri producentis, licèt à parte nullatenus oppo
5 situm fuerit, † cum testis omni exceptione maior
ille re ipsa dicatur, cui nihil opponi potest, secun
dum Glo. & alios omnes in c.1. extra de consan-
guinit.& affinit.& in §.item verborum, Institu.de
inutil.stipulat.& Bursa.consi.320. Colligo ex pro
cessu, nu.90. volum.3.& sic an eius soli dicto cre-
datur, etiam ad effectum ipsum repellendi, parte
aliter non opponente, nisi in termino statuto ad
allegandum in iure.

6 Et discretè vtique respondeo, † quòd testi asse-
renti se inimicum, vel consanguineum partis sibi
creditur fidesque præstatur, etiam ad effectum, ut
repellatur, & sibi nullatenus credatur. casus est in
terminis in c.inquisitionis, §. tertiæ dubitationi,
vers.aut etiam aduersus eos, extra de accusatio.&
ibi Abb. Butr. Fely. Io.de Anan. & cæteri uniuer
saliter omnes.

Et ideo viriliter, atque digestè dixit Bald. in au
then.si dicatur, col.2. C.de testib. post Innocen.
7 in d.cap. inquisitionis, † quòd testis potest & de-
bet per iudicem interrogari, si est consanguineus,
qui si respondeat, quod sic, infringit profecto, &
absque scrupulo aliquo dictum suum, & faciunt
etiam notata per Ang.consi.296. Visis attestatio-
nibus testium, sub num.3.& seq.& per Nepotem
à Montalbano in tracta. de exceptionib. in vtro-
que foro, artic.19.num.71. taliter quod statur de-
nique dicto testis de & super qualitatib. suis quo
ad ipsum repellendum, per notata per Bar.in l.de
cem, col.2.ff. de uerb.oblig.& Salyc.in l.si quis te-
stibus, C.de testib.

Nec obstare vllo quidem pacto potest, quòd à
8 parte hoc nullatenus opponebatur: † quia iudex
vigilanter profecto ex suo officio potest testem in
terrogare, si consanguineus, vel inimicus sit par-
tis, etiam ad effectum illum repellendi, ut est Glo.
notabilis in l.3.in ver. inimicitiæ, ff.de testib. in l.
1.§.si præses, ff.de magistra. conuenien.& in Au-
then. de testib. §.sancimus, in ver. officij causam,
collat.7. Bar.in l.si quis libertatem, col.4. ff.de pe-
titio. hęred.& in l.4.§.hoc autem iudicium, col.3.
ff.de dam.infecto. Innoc. Io.Andr. Butr. Abb.&
cæteri vniformi concursu omnes in d. c.inquisi-
tionis, §.1.de accus.

Et consequenter cum iudex debeat ex officio
se informare de conditione, & qualitate testis, si
sit consanguineus, vel inimicus, si testis respon-
deat, quòd sic, dicitur sibi notoriè constare ex a-
9 ctis; vtpote † quia acta causæ inducunt omni du-
bio procul notorium.c.significauerunt, & ibi In-
nocen.extra de testib. & in c.ex insinuatione, ex-
tra de appel.in fi. Bal.in l.1.col.2. C.quomodo &
quando iud. Felyn.in c.euidentia, ante fin.de ac-
cusat.& in d.c.significauerunt, col.2. vers. sed in
contrarium, & potissimum quando esset conclu-
sum in causa, vt per Ias.in l.ait prætor, §.si damne-
tur, col.pen.ff.de iureiuran.in l.eius, colum.2.ff.si
certum petat.& in repet. l.admonendi, col.41.ff.
de iureiur.

10 Sed † quādo constaret aliquid iudici notoriè,
ac manifestè ex actis, ob quod equidem fides te-
stis diminueretur, iudex posset tunc mouere ani-
mum suum ad minus illi testi credendum, quam-
uis à parte non opponatur, vt extat expeditissima
doctrina Ang. in Auth. de testib. in §.sancimus,
col.1. quam refert, & sequitur Lanfran. in repet.
c.quoniam contra, in ver. testium depositiones,
col.15. vers. adde tamen quòd quando opponi-
tur, extra de probatio. moti atque etiam fræti ex-
11 quisitissima ratione: † quia vbi aliquid est noto-
rium ex actis, iudex potest faciliter, tutaque etiam
conscientia supplere de facto, parte itidem mini-
mè tunc opponente. ita Innoc.in cap.ex insinua-
tione, extra de appel. & in c.per tuas, extra de te-
stib. Ang.in l.si pars, ff. de inoffic.testam. & in l.fi.
ff.de petit.hæred. & Alexan. in l.vnica, colum.1.
vers.limita tamen prædicta, C.vt quæ desunt ad-
uocat. Bursat. consil.433. Pro clariori, num.20.
volum.4.

Ad hæc etsi requireretur postremo partis alle-
12 gatio, † quia id quod apparet ex actis dicitur enu
cleanter, ac clarè constare, & ideo alia probatione
non

non indiget, sed sola allegatione. cap. euidentia, cum ibi no. extra de accusat. & in clem. appellanti, extra de appel. & in cap. 2. vt lite non contest. imò sufficit quòd allegetur etiam post conclusum in causa in termino stabilito ad allegandum in iure. ista est singularis decisio Anto. de Butr. & Imolæ colum. pen. in c. peruenit, extra de empt. & uend. & Alexan. in l. 1. col. 1. C. vt quæ desunt aduocat. quod præsertim procedit in consideranda fide testium productorum, quod arbitrio iudicis committitur. l. 3. in prin. ff. de testib. frustra enim concederetur iudici se informare ex officio de conditione, ac testis qualitate, si non posset animum suum mouere, ac disponere ex eius informatione. Præterea imputari minimè potest, quando nõ fuerit protestatus tempore iuramenti, vt fieri, obseruarique solet, quia testes non iurauere in termino in citatione comprænhenso. quare sacra Audientia ipsa Barensis, expeditè quidem in anno 1588. iudicauit petitum iuramentum suppletorium nõ debere vllo modo prædicto Alexandro actori præstari.

ARGVMENTVM.

Venditor tenetur actione redhibitoria, & sic ad restitutionẽ pretij, & recipere rem venditam, quando res vendita reperitur morbosa.

SVMMARIVM.

1 *Venditor emptorem certiorem reddere debet cuiuslibet vitij ac morbi rei venditæ: alias si tacuerit, redhibitoria locus est, deque dolo tenetur, licèt dixisset nolle pro aliquo morbo teneri.*

2 *Venditor licèt morbum ignoret, redhibitoria tamen tenetur, cum emptoris non referat, an ignorantia vel calliditate venditoris fallatur: sciens tamen morbum ad omne damnum interesseque, quod emptor incurrisset, teneretur.*

3 *Venditor si pronunciet equum bonum esse ac perfectum, non ad nudam tamen commendationem, sed ad qualitatem comprobandam, quomodo teneatur.*

4 *Consuetudinem ad probandam, quæ necessariò requirantur.*

DECISIO CCCLXXXII.

CVM Nicolaus-Vincentius Massarius ex partibus Dalmatię recepisset nonnullos equos, & equas causa negociationis, vt extat eius potissimum exercitiũ, quosdam ex eis venales exposuit in platea publica ciuitatis Bari, quosdam verò domi detinuit, & in suo stabulo gubernauit: in tantum quòd ex istis, existentibus, commorantibusque in stabulo, Donatus de Bartholomęis emit equum, de quo agitur post plures dies, quàm ibi retinuerat, pro pretio ducatorum viginti duorum inter eos conuento, atque soluto, nulla admodum tunc facta à venditore denunciatione alicuius morbi, vel vitij rei venditæ: taliter quòd equo ipso ab emptore recepto, ac itinere facto ad quinque ferè miliaria detectus extitit morbosus, & vt vocant bulsus, qui quidem morbus, cum profundè lateat, atque occultè, motu vehemẽti, aut potius exercitatione percipitur: ideo tempore emptionis cognosci non potuit, et à peritis, non facto aliquo experimento. iccirco emptor eodem met die, ac nulla mora interposita remisit equum ipsum ad venditorem, eoq; accipere recusante, extitit depositus in hospitio cũ protestatione, de qua in processu.

Vnde ex istis infertur necessariò quidem, Nicolaum Vincentium teneri absque scrupulo aliquo ad restitutionem pretij, per regulam l. 1. in
1 princ. de ędilit. edicto, † qua cauetur uenditorem debere certiorem reddere emptorem cuiuslibet vitij, ac morbi rei uenditæ: quod si non fecerit, & tacuerit, redhibitoriæ, seu æstimatoriæ actioni locum esse. Imò venditor equi teneretur itidem de dolo pro morbo, seu vitio quod suppressisset, licèt dixisset nolle aliter teneri pro aliquo morbo, vt per Fabian. de Monte in tracta. de emptio. & venditio. in 6. quæst. principali, num. 58. & per Gasparem Caballinum in tracta. de ædilitijs actionibus, cap. 2. num. 20. & seq. & per Io. Pet. Surd. consil. 36. nume. 16. & alios complures aggregatos in Sylua nostra communium opinionum, in opi. 9. Actio redhibitoria, nu. 7. lib. 1. vbi hoc solito apparatu firmauimus.

Nec obstat, quòd vẽditor ignorauerat morbũ ipsum. Primò, quia hæc ignorantia non est verisimilis, cum venditor pluribus diebus retinuerit equum domi suæ, & insimul gubernauerit, sitque etiam valde expertus in emendis, & uendendis equis, vt in processu faciliter discernitur. Secun-
2 dò: † nam licèt omnino morbum ignorasset, teneretur nihilominus redhibitoria, per textum in d. l. 1. §. causa. nihil enim interest emptoris, cur fallatur ignorantia vẽditoris, aut calliditate, aut certè æstimatoria, ut l. Iulianus, in princ. de actio. empti. & concedit Cyn. in l. 1. C. de ædilit. actio. & Abb. in c. iniustum, nume. 6. de rerum permut. & Gaspar Caballinus in tract. de ædilitijs actionib. cap. 2. sub num. 17. & seq. imò si venditor sciuisset morbũ, teneretur quoque tunc ad omne damnum, & interesse, quod emptor incurrisset. d. l. Iulianus, etiam si extra rem contigisset. ita Bald. in d. l. 1. C. de ædilit. actio. & Gaspar Caballinus in loco præmemorato.

3 Et hoc eò facilius procedit in casu nostro, † cũ venditor bonum, atque perfectum esse equum pronuntiauerit, non ad nudam tantum commendationem, vt in l. quod venditor, de dolo, & in l. ea quæ, de contrahen. empt. sed potius ad qualitatem ipsius equi comprobandam, ac præstandam: taliter quòd detecto tunc vitio equi, detegitur et fraus venditoris, vt ordinatim quidem, atque digestè discurrit, ac resoluit Io. Nider. in tract. de cõtractibus mercatorum, in cap. 1. nume. 11. & seq. imò venditor, dum mediãte stipulatione, equum sanum promitteret, qui postmodum, post consignationem, atque promissionem de euictione, morbosus reperiretur, daretur vtique tunc actio emptori contra venditorem ad interesse, vt habe-

tur in l. si fundus, ff. de euictio. & notat Bapt. de S. Blasio in tracta. de actione, & eius natura, in actione 201. nu. 1. cent. 3.

Nec postremò obstat prætensa cõsuetudo, seu obseruantia, qua solummodo innititur venditor: quia ipsemet asseruit eam locum obtinere in illis equis, & equabus, quæ venduntur in publica platea. Secundò etenim consuetudo ipsa minimè gentium probatur. nam testes deficiunt in tempore, in identitate actuum, in consensu populi, &
4 in multis alijs rebus, † quæ necessario requireban tur ad probandam consuetudinem ipsam, vt fęcundè ac fertiliter deducit Abb. col. 6. in glo. fin. & Rocch. Curt. in c. fin. de consuet. & Alexand. consi. 136. num. 7. & seq. volum. 2. & consil. 173. volum. 6. per totum, & ibi Apostil. Tertiò, quia contrarium probant testes eiusdem venditoris, videlicet Notarius Ioãnes Baptista Bonatius, & Notarius Ioannes Dominicus Vulpicella, qui deponunt plures confecisse cautelas pro prædicto emptore de equis venditis ab eo, ex Dalmatia trãsuectis, in quibus ipse conuenit cum emptoribus, vt ex quouis morbo, seu vitio occulto, aut apparente nihil præstare teneretur: quæ quidem conuentio, seu exceptio, licèt intelligenda foret, iuxta l. quæro, de actio. emp. tamen ex eo necessario quidem infertur nullam extare de hac re consuetudinem, aut saltem variam, & incertam, nec communi ciuium consensu comprobatam: in tantum quòd postremò, ita in anno 1589. iudicatum extitit in sacra Audientia Barensi, atque in ea condemnatus prædictus Nicolaus Vincentius ad restituendum dictos ducatos vigintiduos, & ad recipiendum equum, ita & taliter bulsum, patrocinante tunc in præsenti causa Domino Francisco Vannello, viro laudatissimo, atque exercitatissimo.

ARGVMENTVM.

Impleta dicitur conditio, quando stetit per eum, per quem debet impleri, ne impleatur: & debet impleri, secundum dispositionem iuris in pupillo & furioso.

SVMMARIVM.

1 *Conditio pro impleta habetur, si per eum stet, cui impleri debet, vt per legatarium implenda pro impleta habeatur, si staret per heredem quominus impleretur, cum hærede, seu altero quouis, ad quē spectat, inuito, impleri non potest, sed pro impleta habetur. & vide nu. 5.*

2 *Conditio impleta, pro pura habetur. Item conditio actum iu eius euentum suspendit.*

3 *Conditio in hæredis persona implenda, à die adita hæreditatis currere incipit.*

4 *Conditio in totum impleta esse debet, vt ne particula quidem desit.*

6 *Conditio dandi decem furioso, vel pupillo, sola datione impleta non dicitur, nisi illa decem in eorum vtilitatem conuersa fuerint.*

DECISIO CCCLXXXIII.

1 CONDITIO † habetur pro impleta absque scrupulo, si stet per eum, cui debet impleri: & sic conditio per legatarium implenda, habetur re ipsa pro impleta, quando staret per hæredem quominus impleretur. cap. cum non stat, de reg. iur. in 6. & ibi Glo. & Dyn. & l. in executionibus, §. fin. ff. de verbor. oblig. l. si rem, §. fin. ff. de præscript. ver. & l. iure ciuili, & ibi Bart. ff. de condit. & demonstra. & in l. quæ sub conditione, §. quoties, ff. de condit. instit. & in l. vter. in fi. eodem titu. & in l. Titia autem, §. si ea, ff. de leg. 2. Bald. in l. 1. quæst. 3. C. de instit. & substit. Alex. consil. 111. volum. 1. & Ioan. Dilect. in tracta. de arte testandi, titu. 6. de legatis, cautela 35. num. 1. cum alijs seqq. vbi hoc prouidenter quidem ponit pro regula cum aliquibus declarationibus vtilibus, & necessarijs. & ratio palpabilis ea est, quoniam hærede ipso, seu altero quouis ad quem spectat, inuito, non potest impleri, sed habetur pro impleta, vt per Bald. in l. si plures, colum. fin. versicu. sed nunquid possit compelli, C. de condit. insert. & per Dyn. in regu. imputari, de regu. iuris, in sexto.

2 In tantum, † quòd conditio impleta in omnem euentum pro pura habetur, vt per Anton. Ciofium, consil. 75. nume. 1. volum. 1. imò conditio ipsa similiter suspendit actum in euentum ipsius, teste Abb. in cap. constitutus, colum. 2. de rescript.

Et quemadmodum conditio per legatarium implenda habetur pro impleta, quando stat per hæredem quominus impleatur: ita conditio dandi hæredi infra certum tempus impletur profectò, & absque difficultate etiam, vbicunque non stat per implere debentem, quominus det hæredi, sed per hæredem, quia non adit hæreditatem. l. statuliberos, §. si quis seruum, ff. de statuliber. vbi
3 suauiter quidem probatur, † quòd conditio implenda in personam hæredis incipit currere à die aditæ hæreditatis.

Vnde, vt scopum præsentis speculationis attin
4 gam, animaduertendum est, † quòd conditio ipsa debet esse impleta in totum, & si deficiat particula, non videtur impleta in totum. ita Ange. consi. 34. Constantinus Arculani, num. 2. & 9. & Oldrad. consi. 242. Tota præsens quæstio, sub nu-
5 me. 1. & seq. & † conditio hæc ita & taliter impleta, habetur pro impleta statim, etiam quòd duret vno momento, quando stat per eum, cui debet impleri, vt per allegata, & per Bart. in l. si quis hæredem, num. 2. C. de instit. & substit. sub condit. fact. imò hoc eatenus verum est, quòd si postea pęniteat eum, qui voluit conditionem impleri, vt petens eam impleri nullatenus audiatur: & sic hoc casu vltima mora non nocet vllo pacto, ita Bald. in l. 1. in fi. C. instit. & subst. & Alex. in l. si seruum, §. sequitur, de verb. obl.

Et inde est, vt attingas portum claræ ueritatis,
6 † quòd conditio dandi decem furioso, vel pupillo, non dicitur aliter impleta sola datione, nisi illa decem fuerint conuersa in eorum vtilitatem,

vt

vt per Glo. in l. Stichum, §. vsumfructum, ff. de so lut. & ita mediante doctrina hac, extitit iudicatum in sacra Audientia Barensi, in anno 1589. ad fauorem cuiusdam pupilli, de ciuitate Monopolis.

ARGVMENTVM.

Quod confessio procuratoris etiam iurata, & de errore aliter nõ docto, reuocari posit. & quòd sit ficta, & quãdo domino præiudicet, & quan do non.

SVMMARIVM.

1 *Confessio procuratoris etiam cum iuramento emanata, ac non aliter docto de errore, reuocari potest. & quare, nu. 2. & 3.*

2 *Procurator per dominum necessario informari tenetur, ad quod dilationem habere debet.*

3 *Procurator conditionem domini deteriorem facere nequit, sed meliorem.*

4 *Confessio procuratoris, cum ficta sit, domino non præiudicat, & nume. 6. & quando non procedat, nume. 7.*

5 *Confessio ficta alicuius, suo hæredi non nocet, nec illa filij patri, potissimum in ciuilibus.*

8 *Confessio procuratoris cum libera potestate se recepisse, domino præiudicat.*

9 *Procurator generalis cum libera potestate, pro speciali habetur, vt domino noceat.*

DECISIO CCCLXXXIIII.

1 Confessio † facta per procuratorem reuocari potest, etiam si emanata ea fit cũ iuramẽto, ac etiam non docto aliter de errore. ita Rota Romana decisio. 140. In nouis, Aegid. decis. 146. Franc. in cap. fin. col. 3. de iureiuran. Fely. in c. accedens, il primo, num. 16. vers. non reperi in specie, vt lite non contest. & Paul. Aemil. Veral. decis. 1[illegible]. Confessio procuratoris, in 1. par. vbi hoc non immeritò quidem amplificat quoque locum sortiri in quacunque confessione, etiam si illa geminara foret, explicatque de
2 nique ita iudicatum in Rota Rom. † vbi assignat hanc palpabilem, viuacemque rationem, hoc re ipsa contingere, ex quo præsumitur ab ipso procuratore emanata confessio, tãquam de causa ma lè informato. & tanto magis, cum procurator teneatur necessario quidem per dominũ informari, ad quod nempe absque difficultate aliqua debet habere dilationem, vt per Inno. in c. exposuit, in glo. sua, in ver. tenen, de dilatio. & Bal. in Marg. in ver. procurator.

3 Imò † assignari potest, non quidem intempestiuè, altera etiã ratio, ad hoc idem stabiliendum, nam procurator non potest facere conditionem domini deteriorem, sed meliorem sic. l. ignoranter, & ibi Glo. & alij omnes, de procura. & faciunt tradita per Bar. in l. 2. §. fi. ff. si certum petat. & in l. 2. C. de iure fisci, lib. 10. & consuluit Alc. in terminis in casu notabili, consi. 331. nu. 1. & seqq.

Nec non comprobatur itidem tertio loco hæc
4 eadem conclusio: † nam confessio procuratoris non est vera confessio domini, sed ficta, & interpretata, taliter quòd ea non debet ipsi domino vl lo nempe modo præiudicare, per notata per Bar. in l. cum filius, ff. de verb. oblig. & in l. eius qui de
5 latorem, ff. de iure fis. vbi vult, † quòd ficta confessio alicuius non nocet suo hæredi, si non habuerit effectum contra defunctum. nec itidem confessio filij ficta nocet patri, vt notatur in d. l. filius. quodque procedit de plano, & absque scrupulo, si ageretur ciuiliter, tunc profectò confessio facta inter certas personas non præiudicat quoad aliam personam, vt l. pen. ff. de interrog. actio. & Abb. in c. per inquisitionem, col. 5. de elect.

Taliter, quòd ad institutum nostrum redeun-
6 do, † confessio sola simplicis procuratoris nõ præ iudicat vllo quidem modo domino, vt firmauere vniformi consensu omnes in l. si debitorem, ff. de nouatio. & in l. 2. §. verbis, ff. si cer. peta.

7 Cæterum hoc non me latet, † nullatenus procedere, vbicunque in mandato reperiretur apposita isthæc clausula, Instituo procuratorem Gregorium instructum, & instructissimum. tunc enim cum res clara sit, cessetqꝫ etiam omnis & quæcun que ambiguitas: meritò itaque confessio procuratoris in hoc casu facta reuocari nequit, iuribus
8 triuialibus, † prout etiam confessio procuratoris cum libera, confitentis se recepisse, præiudicat tũc quoque absque difficultate aliqua domino, ita Glo. Bal. & Ang. in l. non abstulit, ff. de nouatio. Bart. col. 2. & Bal. colum. 5. in auth. hoc ius porrectum, C. de sacrosan. eccle. & sic iudicauit non semel tantum sacra Audientia Barensis in varijs diuersisque causis & casibus in ea decisis in anno. 1589. & sequenti.

9 Et nihil mirum, † quoniam procurator generalis cũ libera æquiparatur omni dubio procul procuratori speciali, & consequenter procurator ipse generalis cum libera potestate habetur re ipsa pro procuratore speciali. l. procurator cui libera, cum Glo. ff. de procura. & Bal. in l. illud, §. 1. de mulieri. in tantum quòd in omnem euentum, factum procuratoris, ad hoc vt noceat domino, requiritur, quòd sit procurator specialis, vel generalis cum libera. l. procuratoris, & ibi Glo. ff. de tribu. Bar. & alij vniuersaliter omnes in l. 1. §. si procurator, ff. si quis ius dicen. non obtempe.

ARGVMENTVM.

Litigiosi vitium durat, peremptione instantiæ nõ obstante. Et sententia cõtra principalem reum, an executioni mandari posit contra rei litigio sæ emptorem.

SVMMARIVM.

1 *Instantia in ciuilibus perempta, litigiosi vitium non videtur sublatum: alienatio tamen non improbatur, ac pœnæ contra alienanter locum non habent, num. 2.*

3 *Acta ordinaria sunt quæ pereunt.*

4 *Sententia contra reum principalem, an contra rei litigiosæ emptorem executioni mandari possit. & circa hoc, qualiter c. Regni, Conuentus, disponat.*
5 *Alienatio rei litigiosæ, quando fieri possit.*

DECISIO CCCLXXXV.

1 INSTANTIA † perempta in ciuilibus, remanet adhuc vitium litigiosi, & sic ex peremptione instantiæ nullatenus videtur vitium ipsum litigiosi sublatum, ita Glo. in ver. iudicij, Bal. Saly. Ias. & cęteri communiter omnes in l. properandum, §. si quidem, C. de iudi. Innoc. & Abb. num. 9. in c. causam, de testib. & Guido Papæ, decis. 337. num. 4. & Doct. vniuersaliter omnes in l. 1. C. de præscrip. lon. temp. & in l. cum lite mortua, ff. iudi. sol. & Maran. in tract. de multiplici alienatione prohibita, num. 94. posito in fine suorum consiliorum. vbi etiam numerat istam esse communem opinionem.

In tantum, quòd vitium litigiosi durat, nō ob-
2 stante peremptione instantiæ: † verum enimuerò non improbatur tūc alienatio, nec locum habent pęnæ contra alienantes res litigiosas, inductæ in auth. litigiosi, C. de litigios. nec Accurs. fuit aliter sibi ipsi contrarius in d. l. 1. cum ibi nequaquam firmet cōtrariam propositionem, sed benè infert alienationem validam fore rei deductæ in litem, stante instantia perempta, prout hoc ita conciliatur per Bar. ibi, sub nu. 4.

3 Acta † enim ordinatoria sunt, quæ pereunt. l. cum lite, ff. iud. sol. vbi Barto. sed effectus litigiosi non est actus ordinatorij iudicij, cæterum oritur cum ipsa lite, vel mota, vel contestata, statim res, de qua in iudicio agitur, litigiosa efficitur.

4 Et quamuis super illo articulo, † an sententia lata contra reum principalem posit mandari executioni contra emptorem rei litigiosæ, discurrat tres nempe casus vtiles atque necessarios pro resolutione, Neuiza. consi. 20. Clementissimi Dei, nu. 13. cum alijs seqq. nihilominus tamen in Regno videntur cessare præsentes difficultates, cum in casu hoc habeamus dispositionem in cap. ipsius Regni 151. Conuentus, & ibi Ioan. Ant. de Nigris, num. 1. & seqq. quòd cępta lite cum possessore, sententia quæ inde sequitur, demandatur executioni contra quemcunque possessorem, etiam si per mille manus res ipsa deambulasset: & sic per dispositionem d. c. Conuētus, censetur inductum vitium reale, & tanquam onus rei adiectum, & quemcunque sequitur, ex quo modo aliquo potést separari circa liberandū rem ex prædicto onere, & vitio litigiosi peremptio instantiæ, sicuti planè aperit atque demonstrat Fabian. de Monte in tract. de empt. & vendi. in 4. quæst. principali, nu. 36. prout non semel tantum ita iudicauit etiam sacra Audientia Barensis in varijs causis in ea decisis in anno 1589. & sequenti.

Sed d. c. Conuentus, cum materia, & sic l. fi. C.
5 de litigio. † quòd alienatio rei litigiosæ fieri nequeat, limitatur ac interpretatur nō sortiri locum in quamplurimis casib. vtilibus & necessarijs, per Afflic. in constitutio. eorum fraudibus, per Neuiza. in d. consi. 20. sub num. 13. versic. tertius casus Bartoli est, per Ioan. Ant. de Nigris, in d. cap. Conuentus, num. 6. per Fabia. de Monte in tract. de empt. & vendit. in 4. quæst. principali, sub nu. 35. per Glo. in c. ecclesia sanctæ Mariæ, vt lite penden. Spec. de ces. act. §. 1. ver. sic autem, Ange. in Authen. de liti. §. 1. collat. 8. & Cæpol. caute. 190. Litigiosa.

ARGVMENTVM.

Testis de auditu, præsumptionem facit, & quòd bonæ famæ omniq; exceptione maior esse debeat. Et quid requiratur vt plene probet.

SVMMARIVM.

1 *Testis de auditu ab eo qui interfuit, præsumptionem, aliquamque probationem facit, concurrente potissimum aliquo adminiculo.*
2 *Visus de omni sensu prædicatur, cęterisque sensibus præstantior.*
3 *Testis de auditu non probat, vbi de visu desideratur, in criminalibus præsertim, vbi visus requiritur.*
4 *Testis de auditu, facile prosternitur.*
5 *Testis de auditu, grauis bonæque famæ ac omni exceptione maior esse debet.*
6 *Testis de auditu, vt plenam inducat probationem, se ante litem motam audiuisse deponere debet, alias nec semiplenè probat.*
7 *Testis de auditu, licèt non probet, nec eius testimoniū admittatur, indicium tamen præsumptionemque facit, per quam in aduersariū onus probandi transfertur.*
8 *Testis de auditu, cum fama publica, in criminalibus non iunguntur, nec plenè probant: fallit tamen in casibus difficilis probationis, & de multis casibus vbi admittuntur, remissiuè, & quæ dicantur difficilis probationis, nu. 11.*
9 *Fama sola aliquibus indicijs concurrentibus in casibus difficilis probationis, plenè probat, vt vsurarius ex pręsumptionibus coniecturisque puniatur.*
10 *Vsurarium ad probandum, probationes aliàs non sufficientes, ob probationum difficultatem, inexcogitabilesque vsurariorum fraudes, admittuntur.*
12 *Testis vnus de visu super re, quæ in iudicio petitur, & alius de auditu ab eo qui super re ipsa conuenitur, licèt non sufficienter probet, vehementissimè tamen adminiculatur, vt reo non probante quod obtulerit, condemnatio sequi debeat.*
13 *Scire dicitur etiam qui partem confiteri audiuit, non tantum qui vidit.*
14 *Probatio fortior ex confessione, quàm ex actu reali insurgens.*

DECISIO CCCLXXXVI.

1 TESTIS † de auditu ab eo, qui interfuit tempore patrati criminis, facit præsumptionem, & aliquam probationem, & potissimum vbi cōcurrit aliquod adminiculum, vt fama publica, vt per Bero. consi. 193. In causa Gregorij, nu. 28. vol. 3. & Rom. consi. 424. Circa

pro-

propositum thema, sub num.6. & ita extitit iudicatum in sacra Regia Audientia Barensi, sub die 2. mensis Octobris, in anno 1590. in causa Petri del Spagnolo de Terra Fasciani, qui dum conuictus extiterat de furto olei in comitiua cum bannitis per duos testes, vnus quidem ex eis asserebat vidisse eundem Petrum huiuscemodi committentem crimen, & pariter cognouisse: alter verò testis tunc similiter præsens, & videns deponebat audiuisse ab alteromet teste, ita illum nominari, & cognominari, contra quem vrgebat etiã fama publica, atque fractura carceris, qui licèt quòd tortus quoque extiterat cum protestatione citra præiudicium probatorum & nihil in tortura fassus fuerat: nihilominus damnatus fuit tunc per eandem sacram Audientiam ad exulandum per triennium continuum à prædicta terra Fasciani, eiusq; territorio, & à ciuitate Monopolis, & eius territorio, in quo furtum patratum fuerat.

2 Et de hoc mirandum vtique non est, † quoniã visus de omni sensu prædicatur, teste Bal. in Margarita sua, in litera T, vers. vnde qui audiuit, & Socin. sen. consil. 54. Visus, volum. 3. Imò Isidor. 11. Etimol. cap. 1. concedit quoque, quòd visus dicitur quasi cęteris sensibus viuacior, ac prestantior, siue velocior, & inter cætera mentis officia plus quam memoria viget: vicinior est enim cerebro, vnde omnia manant, ex quo fit, vt ea quæ ad alios pertinent sensus, videre dicamur, vide quomodo olet, vide quomodo sonat. Prouerb. c. fi. Gustauit, & vidit, quia bona est negotiatio eius. nam videri quoque dicitur id, quod auditur, vt legitur Genes. cap. 45.

3 Est tamen bene verum, † quòd testis auditus non probat in casibus, in quibus testis visus desideratur. l. testium, C. de testib. & cap. in quadam, extra de celebr. missarum, Felyn. Francis. de Aret. & alij omnes in cap. tam litteris, extra de testib. & Cæphal. cum alijs cateruatim adductis per eum, consi. 250. num. 17. volum. 2. & præsertim in criminalibus, vbi visus testis requiritur. l. 3. ff. de testib. c. testes, vbi Glo. 2. 3. q. 9. & d. cap. tam litteris. Et hac de re Plautus in Truculento, com. 20. ait, quòd pluris est oculatus testis vnus, quàm auriti decem, qui nempe audiunt, audita dicunt, auditaque referunt: qui verò vident planè sciunt. nã si de auditu deponerent, non æquè plenè probarent, ac si de visu testificarentur: vtpote quia visu carenti, magna pars veri latet, teste Seneca tragedia. 5. & hinc Gregor. super Ioannis 20. quia vidisti me Thoma, & cætera, dixit: Vt verus de ipsius Domini resurrectione testis appareret, voluit Dominus ipse, Thomam deesse, quando post resurrectionẽ discipulis apparuit, vt postea veniens audiret, audiens dubitaret, dubitans palparet, palpans crederet: & sic palpando factus est verus, & idoneus testis veræ resurrectionis.

4 Et hinc est, † quòd testes de auditu deponentes, facilè prosternuntur, teste Craue. in tract. de antiq. temp. in 1. par. num. 309. & Cæphalo, con-
5 sil. 250. num. 29. volum. 2. & tanto magis, † cum testes de auditu deponentes, in omnem euentum debent esse graues, ac bonæ opinionis, & famæ. c. licet ex quadam, de testib. debentque etiam esse testes ipsi necessariò quidem omni exceptione maiores, vt per Dec. cons. 105. num. 4. & Cæphal.
6 d. consi. 250. num. 26. & seq. imò † testis de auditu deponens, ad hoc vt eius dictum plenam inducat probationẽ, requiritur sincere quidem, quòd deponat se ante litem motam audiuisse, aliàs minimè gentium probat, et semiplenè, vt per Rom. sing. 753. Omni casu, vbi assignat rationem, & ibi Apostil. cum alijs signatis per eam, in fi. & Herculan. in tract. quis teneatur probare negat. nu. 313.

7 Et † quamuis testis ipse de auditu, non probet, nec aliter eius testimonium admittatur: nihilominus tamen in omnem euentum facit omni dubio procul inditiũ, atque pręsumptionem, vt in principio ostendimus, vt firmat quoque Pau. Castren. consi. 17. In causa quæ vertitur Parmæ, colum. 10. per quam quidem præsumptionem indubitanter quidem träsfertur onus probandi in aduersariũ, ita Archid. in c. hoc videtur, 22. quæst. 5. Rom. in singu. 345. Testimonium de auditu proprio, seu alieno non probat, & ibi Apostil. & Francis. Curt. in tract. de testib. in conclusio. 31. num. 68. & Cæphal. consi. 170. nu. 46. vol. 2.

Sed in casu nostro reperiebantur examinati duo testes de visu, & vnus ex eis re ipsa cognouerat delinquentem furtum committentem: alter verò testis licèt vidisset eundemmet reum huiusmodi patrantem crimen, & concordasset cum altero teste circa crimen, & signa corporis delinquentis: tamen ex quo nullatenus nouerat delinquentem, tanquam sibi incognitum, sed intellexerat ab altero teste ita illum, vt supra, nominari, & cognominari, reputatus extitit sincerè quidem perinde ac si deposuisset de visu, & auditu simul & semel: in tantum quòd non immerito quidem sacra Audientia ipsa ex depositione duorum testium, ita deponentium, accedenteque fama publica, & fractione carceris sic iudicauit, condemnando prædictum Petrum ad exulandum, qui huic sententiæ, tanquam iustæ & rationabili statim acquieuit, illam acceptando.

8 Est nihilominus bene verum, † quòd testes de auditu, cum fama publica in criminalibus regulariter non iunguntur, nec faciunt plenam probationem. ita Glo. in c. tam litteris, extra de testibus. & Marsil. in l. de minore, §. plurium quoque, nu. 94. vers. sed limita tamen hic, ff. de quæstio. Alexan. consi. 25. In causa, col. 11. volum. 4. nec etiam fauore piæ causæ, vt per Dec. consil. 154. Casus proponitur.

Verùm enimuerò hoc vtique nullatenus procederet, ac locum sortiretur in casibus difficilis
9 probationis: † nam adeò probationes iura ampliant in his quæ difficilis sunt probationis, quòd per solam famam, aliquibus concurrentibus inditijs plenè probari, dixerunt Canonistæ in c. præterea, extra de testib. Anto. de Butr. in c. veniens, eod. tit. & in c. transmissæ, qui filij sint legit. & Felyn. in d. cap. veniens. & Laurent. de Pinu, consi. 168. num. 13. vbi concedit probationem per coniecturas in his, quæ sunt difficilis probationis, sufficere, & hac de re vsurarius ex præsumptionibus, & con-

& coniecturis punitur. c.cum in diœceſi, in ver.ſi tamen argumentis, de vſur. & Io.And.in c.ex lit-
10 teris,de iureiur.dicit, † quòd ad probandum quę vſurarum illæ admittuntur probationes, quæ aliàs ſufficientes non eſſent, propter probationum difficultatem, & inexcogitabiles vſurariorũ fraudes,& ſequitur Alex. conſi.151. Circa,volum.2. & Boer. deciſ.101. & in Regno diſpoſitum eſt ẽt per Pragm. t.de vſur.Regis Lud.& Reginæ Ioannę,incip.Regẽti Curiam, vbi Annibal Troyſius,
11 num.1. & ſeq. † alios verò caſus, in quibus teſtis de auditu admittitur, ponit Ripa in l.1. num.86. ff.ſi cert.pet.& Apoſtil.ad Crot.in tract.de teſtib. in quæſt.1.nume.366. & quæ itidem res dicantur difficilis probationis,explicat limatè etiam Franciſc. Herculanus in d.tract. quis teneatur probare negatiuam,nu.310.& ſeq.
12 Imò † in cauſis ciuilibus, ſi vnus deponeret de viſu ſuper re, quæ in iudicio petitur,& alius teſtis de auditu ab eo qui ſuper re ipſa conuenitur, licèt tunc non ſufficienter probent: tamen vehementiſsimè adminiculantur: in tantũ quòd hoc caſu reo nõ probante illud quod ſe obtulerit probaturum, condemnatio ſequi debet. c.cum dilectus,de ſucceſs.ab inteſtato, & Roma.conſil.290. In cauſa propoſitæ conſultationis, num.8.in fi. &
13 ratio ea eſt: † nam ſcire dicitur re ipſa, nõ ſolùm qui vidit, verum qui etiam confiteri partem audiuit, vt per Anto.de Butr. per tex. cum Glo.ibi in
14 c.2.extra de offic. ordin. † imò fortior eſt probatio quæ ex confeſsione inſurgit,quàm ex actu reali, teſte Abb. in cap.at ſi clerici, col.7. de iudic.& Franciſc. Curt. in tracta. de teſtib. concluſio.61. num.114.

ARGVMENTVM.

Clericus in ſeculari iudicio comparens,forum declinare nequit. & quòd ei minori coram iudice laico contra laicum agenti per iudicem laicum curator etiam dari poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Clericus ſententiæ executionem inter laicos per iudicem ſecularem promulgatæ opponens,alium iudicem mutare nequit. & quare.*

2 *Clericus corã eodem iudice ſeculari,coram quo comparuit, litigare tenetur.*

3 *Clericus in ſeculari iudicio comparens,vt cęptum iudicium proſequatur, cũ non dicatur propriè reus, forum non declinat.*

4 *Clerico minori coram iudice laico contra laicum agenti,iudex laicus curatorem etiam dare poteſt.*

DECISIO CCCLXXXVII.

1 CLERICVS † tanquã tertius poſſeſſor rei, ſuper qua extitit lata ſententia, opponens aduerſus ipſius ſententiæ executionem, inter laicos promulgatæ per iudicem ſecularem, non poteſt alium iudicem mutare, ſed tenetur & debet coram eodem iudice ſeculari negotium terminari, teſte Salyc.in l.conſulta, C.de teſtam. Bal.in l.teſtamenta,eod.ti.& Steph.Aufr. in tract.de poteſtate ſecularium ſuper eccleſiaſticis perſonis, in reg.2.num.10. verſ.decimò fallit, vbi clericus tanquam tertius poſſeſſor, & eſt tex. in c.clericum,11.q.1. vbi diſponitur, quòd clericus quandoque reſpondere debet coram iudice laico,videlicet, vbicunque ipſe ſe ſubijcit ex permiſsione Epiſcopi.

Et ratio viuax ea eſt, quoniam clericus iſte tũc vltro contra executionem opponens, oſtendit ſe
2 re ipſa actorem eſſe, † taliter quòd ſibi præiudicat, & tenetur corã eodem iudice ſeculari coram quo comparuit litigare, vt in terminis firmat Anchar.conſi.333. Ad dubia quibus quæritur,capio primum,nume.3.& ſeqq.& ita extitit iudicatum poſt longam diſceptationem,ſub die 24.Decembris, in anno 1590. in ſacra Regia Audientia Barenſi, ad fauorem reuerendi D. Ioannis Leonis de Balthaſaris de Terra Molæ, contra magnificos de Suſca.
3 Imò † clericus comparens in iudicio ſeculari, non vt in ſe ſuſcipiat nouum iudicium, ſed vt cęptum cõtra laicum proſequatur, non dicitur profectò propriè reus, icirco non poteſt meritò quidem forum declinare, vt per Franc.Aretin.in l.ait prætor, nu.3 ff.ſi cert.pet.

Et licèt in contrarium quamplurima tunc oppoſuiſſet maximi ponderis D. Ortenſius Cadegna, Doctor Tranenſis, quibus ſolito ſtilo, & ordine, poſt has ſanctiſsimæ Natiuitatis Domini noſtri feſtiuitates, reſpõſum daturum (Deo annuente) non vereor: ne grauis profectò illius Doctoris iactura contingat circa ſuas ſpeculationes: & ne reſponſum quoque effugiam. cæterùm in pręſentiarum quàm raptim, & ex improuiſo poſſet
4 accommodari hæc congrua reſpõſio, † quòd vbicunque clericus minor, ſi ageret cõtra laicum coram iudice laico, iudex laicus tunc ſuper illa lite poſſet omni dubitatione remota dare etiam curatorem. ita Oldr.conſi.59.Steph.Aufrer. cum alijs ſignatis per eum, in trac.de poteſtate ſecularium ſuper eccleſiaſticis perſonis, in reg.2.nu.29. verſ.vigeſimonono fallit in clerico minore, Rota Rom. deciſ.204. Clericus minor, Domin.& Geminianus, num.6.in c.ſi annum.§.in huiuſmodi,de iudicijs, lib.6. vbi commodè quidem tollit omnia obſtacula contraria.

ARGVMENTVM.

Blaſphemus quilibet punitur pęna ordinaria Regiæ Pragmaticæ, etiam ſi blaſphemauerit per verba hæc, *Potta de Dio*.

SVMMARIVM.

1 *Blaſphemare propriè dicitur proferens verba hæc,* Potta de Dio, *cum omne vituperoſum verbum, ſeu iniurioſum impieque contra Deum prolatum blaſphemia dicatur.*

2 *Statutum contra maledicentem Deum, tam in eo qui eum maledicit, quàm contra turpia in eundem.*

dem proferentem locum habet.
3 *Blasphemus, quis dicatur: & quid sit blasphemia.*
4 *Blasphematur tunc Deus, cum contemnitur, & quomodo blasphemia committatur.*
5 *Blasphemare etiam dicitur, qui per membra Dei iurat, pœnaque punitur. & quare sic iurandum non sit.*
6 *Iniuriam Deo illatam per blasphemiam ex iuramento per membra Dei, cum species hæresis sit, officiales ecclesiastici, & seculares remittere nequeunt.*
7 *Blasphemia, reputata hæreticalis in Curia Archiepiscopali Neapolitana, dum dicitur,* Potta de Dio.
8 *Blasphemia grauitatem infidelitatis habet, cum concurrentibus suis circumstantijs, vel hæresis est, vel præsumi potest error intellectus, vel suspitio hæresis, vt inquisitores eam punire possint.*

DECISIO CCCLXXXVIII.

IOANNES-DOMINICVS Palumbus de Ciuitate Bitonti, Alguzerius sacræ Regiæ Audientiæ Barensis, dum accesserit ad Terram Pali de mense Februarij, currentis anni 1591. pro executione aliquarum litterarum executorialium, voluit licẽtiam impetrare pro earundem litterarũ executione à Capitaneo prædictæ Terræ, qui tunc huiuscemodi concedere licentiã libenter obtulit, dummodo eius commissionem prius ostendisset: qui cum eam secum deferebat, suapte natura proiecit illam in banca, eo in loco existente, magna cum indignatione, hæc formalia proferendo verba, *Ecco la commissione mia, Signor Capitano, potta de Dio.* Vnde capta informatione contra Ioannem-Dominicum ipsum de crimine hoc, eoque insimul transmisso ad eandem sacram Audientiam, una cum processu & informatione, & factis debitis necessarijs defensionibus per blasphemum ipsum, hæsitabatur in Regia Audientia, num verba hæc ita impiè, turpiter que probata contra Deum inducerent blasphemiam, & prædictus blasphemus veniret de iure puniendus, atque condemnandus pœna ordinaria Regiæ Pragmaticæ, ac sacræ constitutionis Regni. & relata causa per me, tanquam illius Commissarium, sub die 23. Maij 1591. extitit condemnatus prædictus Ioannes-Dominicus ad Regias triremes per quadriennium.

1 Et de hoc mirandum utique non est: † nam proferens huiusmodi verbum, *Potta de Dio,* dicitur propriè blasphemare, cum omne verbum vituperosum prolatum contra Deum dicatur sincere quidem blasphemia, prout ita in proprijs terminis concedit Cataldinus de Boncompagnis in tract. de sindicatu, num. 105. vers. secus tamen puto, Alexander Romanus in Pragmatica Regni, prima, nu. 64. & seq. & 83. de blasphemia, & Bossius in tracta. crimi. in titu. de inquisitione, sub num. 131.

Et ratio ea est, nam quodlibet verbum iniuriosum, & impiè prolatum contra Deum, dicitur blasphemia, cum lasciuè, contraq; etiam bonos mores dicatur pronuntiari, teste Bart. per illum tex. in l. item apud Labeonem, §. ait prætor, ff. de iniur. & ibi etiam Ang. & Alex. Io. de Anania in c. statuimus, num. 18. extra de maledicis, sub num. 17. & seq. Host. in c. ex his, eod. titu. Glo. in c. qualis, 25. dist. Cataldin. de Boncompagnis in tracta. de sindicatu, sub nume. 504. & sic demum omne verbum uituperosum, secundum Ange. in l. 1. C. si quis imperat. maled. dicitur blasphemia, etiam si aliter Deus nullatenus maledicatur.

2 Et inde est, † quòd stante statuto contra maledicentem Deum, vt obtinere debeat illud locum tam in eo qui dicit, maledico Deum, quàm in eo qui verba turpia profert contra Deum, vt per Angel. & Io. de Imo. in l. his uerbis, §. 1. de hæred. instit. & Canonistas vniformiter omnes in cap. *t.* & seq. de maledicis, & Boer. decis. 301. nu. 11.

3 Comprobaturque itidem eademmet conclusio ex diffinitione ipsius blasphemiæ: † nam blasphemus dicitur, vbicũque aliquis attribuit Deo, quod ei nullatenus conuenit, vel de Deo negatur, vel detrahitur, quod ei conuenit, secundum Aug. & Ambrosium, aliosque Theologos vniformi voto omnes, varijs in locis Theologiæ, Ludouicum Montaltum in tract. de reprobatione sententiæ Pilati, post principium, in primo dubio, nu. 1. Soc. sen. consil. 102. In præsenti consultatione videtur prima facie dicendum, col. 2. vol. 1. & Couarruuias in c. quamuis pactum, in prima par. §. 7. num. 8. de pactis, in 6. & secundum S. Thom. in 2. 2. quæst. 13. art. 1. & ibi Caietan. blasphemia est cõtumelia, vel conuicium in iniuriam Creatoris, & consequenter blasphemia est verbum in contumeliam Dei prolatum, vt per Clarum cum alijs aggregatis Doctoribus per eum, in pract. crimin. lib. 5. §. blasphemia, in princip. vbi commemorat istam esse omnium in iure Scribentium communem opinionem, & Nicolaus Domini Iacobi de Montelbaro, consi. 48. sub num. 6. & seqq. posito inter consilia criminalia diuersorum, collecta per Io. Bapt. Zilettum, volum. 1. & denique blasphemia est (vt omnia vno tãtum verbo claudam) per

4 quam Deo falsa dicuntur. † nam blasphematur re ipsa tũc Deus, quum contemnitur. c. cũ apud, 33. q. 5. & Grammat. decis. 50. Marcus, sub nu. 6. imò secundum Hugonem de Sancto Victore in lib. de fructu carnis, & spiritus, cap. 6. blasphemia est cum quadam probrosa irreligiositate conuiciorum iacula in diuinam maiestatem committere, & sic cum diminutione honoris diuini vituperium, aut conuicium. & consequenter quibus alijs modis committatur blasphemia, explicat quoque, ac explanat, Boer. in d. decisio. 103. num. 2. & sequen.

Imò etiam nõ solùm dicitur blasphemia, dum profertur verbum contumeliosum cõtra Deum,
5 sed † etiam blasphemare Deum ipsum ille dicitur qui iurat per membra Dei, & potest itidem pœna puniri. c. fin. de maledicis, & ibi Ioan. de Anania, sub num. 13. vbi assignat rationem, qua de causa per mẽbra Dei, & Christi iurandum non sit, tum quia sic iurãs reputatur re ipsa periurus, atque blasphemus: tum etiam, quoniam incurrit quoque peccatum quippe mortale. vbi profert magnum
6 quidem etiam verbum, † officiales tunc, tam ecclesia-

clesiasticos, quàm seculares huiusmodi iniuriam Deo illatam per blasphemiam remittere non possе modo aliquo: cum hæc iniuria sit dubio procul species hæresis,& idem firmat quoque Socin. sen. in d. consi. 102. col. fi. volum. 1. Couarru. in d. c. t. quamuis pactum, in 1. par. §. 7. sub num. 9. versicu. octauò eadem Regia responsio, & Alex. Romanus in d. Pragm. 1. de blasphemia, num. 65. &
7 inde non immeritò quidem,† nō semel tantum, vidimus in Curia Archiepiscopali Neapolitana, talem blasphemiā, dum dicitur per blasphemum, *Potta de Dio*, reputatam hæreticalem, atque connumeratam inter casus reseruatos. & nihil mi-
8 rum: † nam blasphemia ipsa habet omni dubio procul grauitatem infidelitatis, teste S. Thoma in 2.2. quæst. 13. art. 3. & Alphonso à Castro, lib. 1. de iusta hæreticorum punitione, c. 12. quoniam blasphemia concurrentibus suis circumstantijs, vel hæresis est, vel præsumi potest error intellectus, vel suspitio hæresis: in tantum, quòd tunc inquisitores meritò quidem possent eam punire, sicut de sortilegijs cauetur in c. accusatus, §. sanè, de hæretic. in 6.

ARGVMENTVM.

Testes tacentes veritatem, vel se occultantes ne eam deponant, peccant mortaliter. Et in Regno testes citati & non comparentes reputantur contumaces,& contra eos exequitur pœna contumaciæ.

SVMMARIVM.

1 *Testis etiam religiosus in iudicio veritatem tacens, mortaliter peccat. item qui metu alterius eam occultat. ampliatur tamen, nu. seqq.*
2 *Sacerdos vouens de nunquam iurādo, si compellatur se purgare vel super contractu veritatem dicere, tenetur iurare, quia superioris authoritas excepta est.*
3 *Mentiri etiam extra iudicium, est peccatum mortale.*
4 *Mendacium omne, esse peccatum mortale, quomodo intelligatur.*
5 *Testis verum tacens, punitur etiam de falso, sicut si falsum diceret.*
6 *Testis non examinatus, sed latitans, ne veritas inueniatur, mortaliter peccat. & licèt falsarius non sit, apparet tamen dolosus, crimineque stellionatus tenetur, non autem lege Cornelia.*

DECISIO CCCLXXXIX.

1 TESTES † vocati in iudicio, siue religiosi sint, siue quicunque alij, tacentes veritatem in suis attestationibus, dubio procul mortaliter peccant. c. aliqui. 6. q. 1. c. prædicandum, 22. q. 5. & c. præceptum, 32. q. 5. & maximè peccat, qui veritatem metu alterius occultat: iram enim Dei super se vocat: quia magis timet hominem, quàm Deum, & reus est vterque, & qui veritatem occultat,& mendacium profert: nam ille quidem prodesse non vult, & iste nocere desiderat, c. quisquis, 6. q. 3.

Imò isthæc conclusio ampliatur primò proce-
2 dere etiam, † quòd sacerdos si fecisset votum de nunquam iurando, & postea cōpelleretur se purgare, vel super contractu veritatem dicere, tenetur iurare, quia superioris auctoritas est excepta, secundum Bar. Brix. quæst. 29. Domin. de Sancto Gemin. post Ioan. And. in c. quia plerique, circa fin. de offi. ordi. in 6. & Fely. in c. constitutus, col. 6. versi. per istam ampliationem, de rescrip.

Secundò ampliatur quoque eadem conclusio,
3 quòd † mentiri etiam extra iudiciū, est peccatum mortale, c. cauete. 22. quæst. vlt. c. 1. & c. mihi, 22. q. 2. & notant Ioan. Tabien. in sua summa Tabiena, in ver. mendacium. nu. 4. & seq. Ang. de Clauasio in summa Angelica, in ver. mendacium, nu. 3. & Bartholomeus Fumus in summa Armilla, in ver. mendacium, nu. 1. cum alijs seqq.

In quibus quidem locis latè discurrunt, & con
4 cludunt cum aliquali temperamēto,† omne mendacium esse peccatum mortale, quod quippè crederem indistinctè, absolutè, & simpliciter procedere, & verum esse in homine perfecto mendacium committente: quia mendacium siue benignitatis, siue malignitatis saltem in ipso homine perfecto dicitur semper peccatū mortale, & perfectionem cessare facit, vt notatur in cap. ne quis arbitretur, 22. q. 2. si quidem dicitur ad Ephesios, 4. Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem vnusquisque cū proximo suo: quoniam sumus inuicem membra: omnis sermo malus ex ore vestro non procedat; sed, si quis bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus. Et Apocalipsis 21. timidis autem, & incredulis, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in stagno ardēti igne, & sulphure, quod est mors secunda. Et Psalmo 5. Odisti omnes, qui operantur iniquitatem: & perdes omnes, qui loquuntur mendacium.

Tertiò amplificatur etiam præmemorata con-
5 clusio,† quòd testis tacens verum, non solum peccat mortaliter, sed punitur etiam de falso, sicut si falsum diceret, vt firmant Bar. in l. præscriptione, per illum text. in fi. C. si contra ius, vel vtili. publi. Bal. in c. fraternitatis, in fi. de testib. & Fely. in c. 1. colum. 1. de testi. cogen. vbi hoc limitat in tribus casibus.

Quartò similiter ampliatur antedicta conclu-
6 sio,† vt testis, qui non est examinatus, sed latitat, vt veritas non inueniatur, mortaliter peccet etiā: & licèt falsarius non sit iste testis, tamen dolosus apparet: & sic non tenetur lege Cornelia, sed crimine stellionatus, vt notat Bald. in l. data opera, col. 6. ver. his ad solatium interpositis, C. qui accu. & sequitur Fely. in c. dilectorum, in fi. de testib. cogen. sed in sacra Audientia Barensi, non immeritò quidem, relaxari consueuit, cōtra testes, mandatum quippe pœnale ad deponendum in causis criminalibus, fisco etiam instante, qui quidem testes, tunc citati, non comparendo, incusantur contra eos contumaciæ, & condemnantur ad pœnam in mandato ipso comminatam, prout ita aliàs de

currenti

currenti anno 1591. extitit in eademmet sacra Audientia iudicatum, exequendum contra testes citatos ad instantiam Ioannis Francisci Passaris de ciuitate Melficti, & fisci, etiam productos contra magnificum Scipionem Massam capitaneum eiusdem ciuitatis, pro exactione pœnæ prædicti mandati duntaxat, & non aliter, nec alio modo.

ARGVMENTVM.

Quod sententia iudicis suspecti, non recusati, teneat; eiusque suspitio qualiter proponi ac opponi debeat.

SVMMARIVM.

1 *Sententia iudicis suspecti, non recusati valet, vt scilicet in iudicio per partem suspectur allegetur, suspitioque pariter probetur, nu. 2.*

3 *Statutum pœnale, si matrimonium contrahatur sine agnatorum consensu, non habet locum, si vnus ipsorum tantum consentiat, cum negatiua copula requirat omnia copulata negatiuè, concurrere negatiuè, cuius natura est concursum copulatorum exigere quo ad pœnæ commissionem.*

4 *Iudex ad priuatam vtilitatem officium suum motu proprio impartiri non debet, nisi imploranti.*

5 *Iudicis suspitio proponi, allegari ac opponi, prodq; illa probanda terminus necessario peti debet. quod si iudex hoc agere recusset, ab eo appellatur, nu. 6.*

7 *Citatur pro eadem re coram duobus iudicibus, si remissio causæ ad iudicē præuentum non petatur, & præuentio litisque pendentia opponatur, processus vtriusque iudicis valet: secus si coram secundo opponatur, & super tali exceptione remissioneq; non prouideatur: quæ tamen exceptio tanquam dilatoria litisque ingressum impediens, necessariò ante litis contestationem opponi debet, nu. 8.*

9 *Termino super remissione earundem causarum concesso, tam in ciuilibus, quàm etiam in criminalibus litiganter, quid facere consueuerint.*

DECISIO CCCXC.

1 SENTENTIA † prolata per iudicem suspectum valet & tenet, nisi recusetur, ita Glo. in c. consanguinei, 3. q. 5. Fely. in c. causam quæ, limit. 7. de offic. deleg. & ibi etiam Dec. latissimè, & Castr. in l. qui iurisdictioni, ff. de iurisdict. omn. iudi. & ita iudicauit in anno 1583. & sequenti, non vna tantum vice, Regia Audientia Apuliæ, Comitatusque Molisij in varijs casibus tunc in ea decisis, declarando validas nonnullas sententias promulgatas per iudices ipsos suspectos, & non recusatos.

2 Quæ nempe sententia comprobari hodie commodè quidem posset ea palpabili ratione: † nam hic non solum requiritur, quòd iudex discernatur suspectus, sed requiritur quoque necessariò vtique, vt is suspectus per partem allegetur in iudicio, atque itidem probetur suspitio ipsa, in tantum quòd duobus copulatè requisitis, alterum adesse tunc nullatenus sufficeret, ita Glo. in l. fin. ff. de diuor. in ver. authoritas, & Doct. omnes in l. si is qui ducenta, §. cum ita, ff. de reb. dub. & videtur tex. in l. quemadmodum, ff. de acqui. possess.

3 Et hinc est, † quòd statutum pœnale, vbi matrimonium contrahitur sine agnatorum consensu, non sortitur aliter locum, si vnus ipsorum tãtum tunc consentiat. & ratio ea est, quoniam copula negatiua requirit necessariò & absque scrupulo, quòd omnia copulata negatiuè, concurrant negatiuè. & sic natura copulæ est exigere concursum copulatorum quoad cõmissionem pœnæ, ita Ancha. consi. 21. nu. 8. Glo. Zabarel. Imola & alij vniuersaliter omnes in clem. in plerisque, de elect. & ista est concors, communisque omnium in iure Scribentium opinio, teste Ioan. Bapt. Ploto, consi. 15. Dariam, nu. 17. vol. 1.

4 Comprobatur etiam secundo loco eadem sententia, hac alia speculatione: † nam iudex non potest, nec debet motu proprio ad priuatam vtilitatem officium suum impartiri nisi imploranti: & consequenter iudicis officium non solet impendi modo aliquo, nisi imploratum, l. dies cautioni, §. hoc autem iudicium, ff. de dam. infec. Innoc. in c. ad nostram, il secondo, de iureiur. Bertran. consil. 107. Illud palam est, num. 3. volu. 2. in 2. par. & alij aggregati in Sylua nostra communiũ opinionũ, in opinione 418. Iudex non potest motu proprio, num. 1. cum alijs omnibus seqq. lib. 1. vbi ponitur hoc pro regula cum aliquibus limitationibus.

5 † Et sic de necessitate debet proponi, allegari, atque opponi suspitio ipsa iudicis, ac peti etiam terminus pro illa probanda, sicuti consuluit Bertran. consi. 19. Vniuersitas Iudæorum, num. 3. volum. 8. vbi aduertit quoque,

6 † quòd si iudex recusaret hoc agere, quòd tunc ab eo appelletur, prout ita consuluit etiam in terminis Iacob. Mandellus consi. 92. In priore articulo, nu. 4. & seqq. vbi voluit, quòd etiam si iudex præuideret talem suspitionem allegatam non subsistere, nec militare, posse tunc itidē ab huiusmodi decreto appellari.

7 Et quemadmodum (ad propositũ, institutumque nostrum redeundo) valet sententia promulgata per iudicem suspectum non recusatum: † ita pariformiter citatus vbicunque reperitur quis coram duobus iudicibus pro eadem re, & non peteretur remissio tunc causæ ad iudicem præuentũ, opponereturque præuentio ipsa, & litis pendentia, valeret omni dubio procul processus vtriusq; iudicis, vt per Innoc. Fely. col. 12. & alios vniformiter omnes in c. cum M. Ferrariensis, de constit. & Afflic. decis. 354. & ibi Vrsillum in addit. Sed quando opposita foret coram iudice secũdo præuentio ipsa, & non prouideretur per eum super huiuscemodi exceptione, & remissione causæ, processus profectò tunc nullatenus valeret. l. contra pupillum, §. fin. ff. de re iudi. c. si duobus, & ibi Glo. & alij, de appella. & Marta cum alijs aggregatis per eum in tract. de tribunalibus vrbis, & eorum præuentionibus, num. 23. qui quidem tractatus reperitur positus in fine decisionũ Crescētij.

8 Quæ † nempe exceptio tanquam dilatoria, atque litis ingressum impediēs, debet necessariò quidē opponi ante litis cõtestationem, aliàs non admittitur,

titur, teste Bal. in l. peremptorias, in fi. C. senten. rescin. Soc. sen. consi. 38. volu. 1. Afflic. in d. decis. 354. & ibi Vrsill. in addit. & Alex. consi. 105. col. 2. volum. 3.

Est nihilominus tamen bene verum, secundum omnes præmemoratos Docto. quòd vbicunque prouideretur per secundum iudicē cognitionem causæ ad se spectare, debet appellari ab huiusmo-
9 di prætenso grauamine. † sed in Regno, dato concessoque termino, tam in ciuilibus, quàm etiam in criminalibus causis super remissione earundē causarum, tam per inferiora tribunalia, quàm per Regias etiam Audientias, consueuère litigantes tunc conuolare ad magnam Curiam Vicariæ, ac in ea itidē impetrare necessarias opportunas prouisiones, ac rescripta, disponentia, quòd si iudex tunc foret in voto, quòd causa remaneat, vel remittatur, quòd in eo casu transmittat acta ad eandem magnam Curiā, & per aliquot dies non procedat in causa. vnde tunc discussa causa, & auditis partibus iudices iudicant, proferuntque decreta causas ipsas remanendas, vel remittendas, & transmittendam copiam etiam processus, iuxta earundem prouisionum magnæ Curiæ formam, prout ita semper vidimus obseruari in Regia Audientia Apuliæ, in anno 1583. & sequenti, & in sacra Audientia Barensi, in anno 1589. & sequēti. imò in ipsis Regijs Audientijs, & in alijs omnibus Audientijs Regni, ad instantiam partium solent etiā expediri similes prouisiones, & rescripta iudicibus omnibus iurisdictioni subiectis.

ARGVMENTVM.

Baculo percutiens aggrediensque vel insultum faciens cum armis, quomodo puniatur, & de deportationis, ac percussionis vsque ad sanguinem pœna.

SVMMARIVM.

1 *Armorum appellatione baculus & lapis venit.*
2 *Aggrediens aliquem cum baculo atque caput eius percutiens, animum occidendi habuisse præsumitur.*
3 *Insultum faciens cum armis etiam si solus, lege Iul. de vi pub. puniendus.*
4 *Legis Iul. de vi pub. pœna citra homicidium est vltra relegationem, estque deportatio, cuius loco bannimentum successit, licèt in Regno ea minime sublata sit.*
5 *Deportationis pœna, arbitraria, & quibus casibus in Regno sublata.*
6 *Nobilis æquè nobilem verberans, nobilitate priuatur, extraque Regnum per annum exulabit.*
7 *Percussio in rixa præsumitur illata, nisi pensamenti qualitas probetur.*
8 *Percussio si non est vsque ad sanguinem, aggrediens quomodo puniatur, & nu. 10.*
9 *Constitutio, Si quis aliquem, quòd percutiens vsque ad sanguinem pœna manus, qua percussit puniatur, de armis prohibitis intelligitur.*

DECISIO CCCXCI.

1 PERCVTIENS cum baculo, dicitur re ipsa cum armis percutere. † armorum enim appellatione venit dubio procul baculus ipse, & lapis. l. armorum, ff. de verborum significat. & l. 3. §. armis dijectum, ff. de vi, & vi armata, constitutio. Regni, Intentionis nostræ, Arnon. cautela 2. Titius cum quodam fuste, Carauita in ritu 68. nu. 3.

2 In tantum, † quòd aggrediēs aliquem cum baculo, si percussisset illum in capite, tunc vtique præsumeretur, ac præseferret animum intentionemque habuisse occidendi: secus verò si in aliqua alia corporis parte offendisset, vt per Bal. in l. sed etsi quemcunque, §. si magister, ff. ad legem Aquil. Casonus in tract. de indic. tract. 4. de indic. homicid. præmed. in delicto, in inditio à modo, fol. 353. Et per D. Antoninum Thessaurum, decisio. 224. Baculo aliquem percutiens, in fi. Sed hoc procedit de plano, vbicunque percussor percuteret aliquem in capite, cum fuste, seu baculo pluribus quippe percussionibus. tunc enim absque scrupulo præsumitur animū præmeditatum ad homicidium ex reiteratione percussionum habuisse, vt aduertit, & firmat Iacobus Nouel. in pract. crim. in tit. seu forma, inditia quæ præcedere debeant, nu. 28. & seq.

3 Cæterum in omnem euentum † faciens insultum cum armis puniendus quippe foret l. Iulia de vi publica, nedum si plures, verùm etiam si solus non coadunato cœtu excogitatè insultum fecerit. ita Bar. in l. si criminis, C. ad leg. Iul. de vi publica. & ita communiter teneri, obseruarique communi, ac vniuersali iudiciorum vsu scribit Marinus in constitutio. Regni, Si quis aliquem, & Grammat. in constitutio. Regni, fol. 10. num. 5. & 12. & sequitur hoc etiam Carauita in ritu 68. nu. 3. & 5. & Clarus in sua pract. lib. 5. §. fi. quæst. 83. vers. vim publicam. Et commodiori apparatu D. Antoninus Thessaurus decis. 35. Vis publica, num. 4. cum alijs omnibus seqq. vbi profert, istam sententiam communem, ac insimul eam strenuè tuetur atque demum tollit, remouetque omnia obstacula contraria.

Habes ergo, mi studiosissime Lector, digestè
4 quidem hodie, † quòd pœna ipsa legis Iuliæ de vi publica citra homicidium, est securè ac tutè quoque vltra relegationem, vt per Barto. in d. l. si criminis, & Caraui. in d. ritu 68. nu. 3. estq; etiam deportatio. §. item lex Iulia, Insti. de public. iudic. & ibi Docto. omnes, Glo. in l. qui dolo, in fi. ff. ad leg. Iul. de vi public. & Carauita in d. ritu 68. nu. 4. quam quidem pœnam aiunt sublatam Doct. allegati ibi per eum, num. 5. & seq. & quòd loco deportationis successerit bannimentum, & publicatio bonorū sublata. verùm enimuerò in Regno fideliter nempe deportatio ipsa sublata non extat modo aliquo: vtpote quia magna Curia Vicariæ quotidie deportat nobiles, & sacrum Consilium confirmat, teste perillustri D. Vincent. de Franchis in decis. 116. In causa Reuerendi Io. Francisci Rauascherij, in fi.

Sed

5 Sed latè quidem patuit in toto orbe,† pœnam ipsam deportationis,arbitrariam fore,sicuti fatentur Alex.Corn.Afflict. & Grammat. à Carauita relati in d.ritu 68.nume.6.& Clar.in d.quæst.83. testatur vim publicam,seu priuatam committentem ex generali consuetudine iudicis arbitrio puniri. & illa obiectio quæ allegari solet, quòd pœna deportationis in Regno sublata nullatenus sit vera extat in his præsertim casibus, in quibus Doct.asseuerant eius loco successisse pœnam banni: sed dum tractatur in specie de pœna vis publicæ, quamuis de iure communi sit pœna deportationis, ex generali tamen consuetudine illa non imponitur taliter vim inferenti,sed arbitraria. & tanto magis, esto, quòd in Regno habemus legem

6 expressam, quã cauetur, † quòd si nobilis æquè nobilem verberauerit,priuetur nobilitate,& pariter exulabit extra Regnum per annum, vt in constitut. Vt dignitatum, de qua meminit Gramma. in voto 15. num.5. ergo pro huiusmodi delicto non venit quis pœna corporali plectendus. & ita aliàs pro percussione cum baculo in rixa, sacrum Regium Consilium condemnauit ad exiliũ triennale extra ciuitatem Neapolis per octo miliaria Vinceguerram Cerasolum,qui in rixa verberauerat cum baculo famulum Montis Oliueti, teste Grammat. in decisio.17. In causa Vinceguerræ. Ita iudicauit etiam Senatus Pedemontanus quendam percussorem cum baculo pœna exilij similiter per trienium,vt per D. Antoninum Thesaurum in d.decis.224.sub nu.1.

7 Et circa hoc non frustra ponitur opera,† quòd regulariter percussio præsumitur in rixa illata, nisi qualitas pensamenti probetur, vt per Blanc. de indic. nume.54. & sequen. & Anto. Columb. in tracta. proced. in controuer. crimin. articu. 79. 80. & 81.

Nec vtique conclusio isthæc ita comprobata in eo versatur discrimine, per textum de pace te-

8 nen.in §. si quis aliquem,dum disponit, † quòd si percussio non est vsque ad sanguinem aggrediẽs punitur in decem libris parti,& in viginti Curiæ, quoniã loquitur de violante pacem, vt per And. de Iser. ibi, in vers. in pacis edictum, & vers. manus amputetur, nume.9. & Bald. in princ. num. 8. & sequen.

9 Neque † itidem hoc vllo quidem pacto perturbat illa procella constitutionis Regni, Si quis aliquem,de percuss. illic,cum armis, dum disponit, quòd percutiens vsque ad sanguinem, punitur pœna manus cum qua percussit,quia loquitur de percutiente cum armis prohibitis, vt ibi per Marinum in addi. ad Bartholom. de Capua, & Arnon.de differentijs inter vtrunque ius,differen.4.

10 de † iure verò communi si percussio non est vsque ad sanguinem, punitur percutiẽs arbitrio iudicis,cum hodie pœna manus non frequenter imponi consueuerit,sed potius arbitraria, & extraordinaria,iuxta qualitatem delicti,offensi, & offendentis,& loci,& temporis,teste And.de Iser. Afflicto,& Marino in d.constit. Si quis aliquem,lo. Ant. de Nigr. in c.Regni, Vt inter subiectos,nu. 21. & in c.ab illo inchoandum, nu.48. Boer.decisio.168.& Diaz.in pract.crim. Canonica,in ver. violentiæ illatores, c.95. & in ver. arbitrarijs pœnis, cap.138.

ARGVMENTVM.

Interpellatio sola extraiudicialis in personalibus actionibus præscriptionem interrumpit,in moraque debitorem constituit: & quòd negatiua ab eo probanda sit, qui in ea se fundat.

SVMMARIVM.

1 *Interpellatio sola extraiudicialis præscriptionem de iure cõmuni in personalibus actionibus interrumpit, vt super petita dote, moraque vnius rei debendi alteri nocet quoad interrumpendam, quando interpellatio facta sit.*

2 *Interpellatio sola extraiudicialis ad debitorem in mora constituendum sufficit.*

3 *Actio personalis competit, et paratur pro paragio vxori eiusque legitima, seu pro eius supplemento.*

4 *Interpellatio extraiudicialis per actorem affirmantem non probatur, sed per reum potius negantem, an verum.*

5 *Negans, cum fundatam habeat intentionem suam, probare non tenetur.*

6 *Actori onus probandi incombit.*

7 *Negatiua à fundante se in ea probanda. Ampliaturque in nouem casibus remissiuè: fallit autem nunquam.*

8 *Actore non probante reus nullam defensionem, ac probationem præstare cogitur: estque tam in ciuilibus, quàm criminalibus casibus absoluendus etiam si nihil probauerit, etiam si onus probandi in se susceptisset intentionemque suam non probasset.*

9 *Negatiua probatur eo ipso, quòd contrarium non probatur.*

10 *Reus in dubio absoluendus, ad eiusque fauorem iudicandum.*

DECISIO CCCXCII.

LICET ius petendi legitimæ supplementum triginta annorum præscribatur curriculo,vt denudauimus, ex omnium in iure Scribentium communi sententia, in Sylua nostra communium opinionum, in opinio.458. ius petendi, num. 1. cum alijs seqq.lib.2.& ita eandem sententiam communem,approbatam etiam per Dec.consi.304. nu.2.& 5. discernitur, quam commendat Guido Papæ,decis.82. Doctores nostri varia dixerunt, ad lucem adducens ibi eam opinionem in iudicando seruari in Curia Parlamenti, & sic per eius Dominos extitisse semper determinatum. & determinauit etiam mediante perspicua decisione Rota Romana, teste Mohedano,decis.2.aliàs 151.fuit dubium in Rota,tit. de præscript. Nihilominus tamen vbicunque ante huiusmodi temporis præfinitionem, interueniret interpellatio,in præsenti casu,& ea extraiu-

dicialis etiã foret, tunc omni dubio procul isthæc interpellatio extra iudiciũ facta impediret actionem personalem ipsam de dote, & legitima præ-
1 scribi: † & consequenter interpellatio sola extra iudicialis interrumperet profectò præscriptionẽ de iure communi, in actionibus personalibus, teste Paulo Castren. in l. fin autem, §. si homo, nu. 3. ff. de rei uendicat. in relectionibus nouis, Ioan. Bapt. Bouius in tract. de statutaria vrbis præscriptio. in cap. 1. in glo. 22. num. 3. Bursat. consi. 419. Dubium contra dominum Salomonem, nu. 16. volum. 4. & Boer. decis. 333. Præsuppono quod epistola, num. 5. & seq. ubi firmiter determinat in terpellationem ipsam extraiudicialem, super peti ta dote, interrumpere præscriptionem. Imò mora tunc unius rei debendi, nocet etiam alteri, quo ad interrumpendum præscriptionem, quando in terpellatio hæc facta extet, ut per Cagnol. in l. uni cuique mora sua nocet, num. 4. ff. de reg. iur. Balbum in tract. de præscriptionib. in 3. par. sextę par. princip. quæst. 4. princ. nu. 50. & est textus, secundum Dec. in d. l. vnicuique, sub nu. 2. & in l. fi. C. de duob. reis. Vnde stringendo clauum præsentis speculationis, concludo quòd in huiusmodi præscriptione non consideratur vllo quidem modo mala vel bona fides, nisi à tempore quo creditor in prædicto legitimæ supplemento declarauerit, explicaueritque, se velle agere, ut per Mohedanum in præmemorata decisione 2. sub nu. 2. de præscript.

Et ratio præsentis conclusionis ita & taliter am
2 plificatæ ea quidem est, † quoniam interpellatio ipsa extraiudicialis sufficit ad constituendum debitorem in mora, ut per Ruin. consi. 206. Ex pluribus per ordinem quæritur, nume. 24. volum. 2. Corne. in terminis nostris super interpellatione pro residuo dotis, consi. 166. Videtur in hac consultatione prima facie dicendum, num. 4. & seq. volum. 4. Craue. consi. 81. Nobilis Antonius, nu. 4. volum. 1. & per Docto. vniuersaliter omnes in l. quod te, ff. si cert. pet. ubi Bolognet. sub num. 9. explicat vtiliter quidem, quæ dicatur interpellatio iudicialis, & quæ extraiudicialis. In tantum, ꝙ (ut audis) in omni casu vtile quippe est, quòd debitor interpelletur, etiam extraiudicialiter, attestante Cæpolla in caut. 84. In libellis.
3 Vnde † cum actio hæc personalis competat, pareturque vxori pro paragio, eiusque legitima, seu pro supplemento legitimæ, teste Napodano in consuet. si moriatur, in glo. sub ver. & tenetur. eadem actione mediante, Matthæus Cucchiarellæ petijt supplementum legitimæ in Regia Audientia Apuliæ, in anno 1583. sibi, eiusque vxori solui debere: sed tamen eius aduersarius tunc, non aliter negando petita, prout petuntur; nec narrata in petitione, sicuti in ea narrantur, opposuit solummodo ac simpliciter ius hoc petitæ legitimæ, eiusque supplementi reperiri circulo nempe triginta annorum præscriptum.

Tantet quòd Matthęus ipse ex hac confessione, & responsione, ita in iudicio subsecuta, instabat reum cõuentum condemnari ad solutionem petiti supplementi legitimæ debere: & tanto ma gis, stante interpellatione extraiudiciali allegata
4 circa petitũ ius ipsius supplementi legitimę, † quã profectò interpellationem extraiudicialem asserebat, non per ipsum utique actorem affirmantem, probaturum, sed per reum potius negantem, ut per Rom. in sing. 402. Quis debet probare hanc monitionẽ extraiudicialem, vbi assignat aliquas non spernendas reales rationes. Tamen replicabatur, huiusmodi doctrinam Romani veram nõ esse, prout ostendit Fely. in c. nouit ille, in fi. de iudic. & Nicol. Pignolat. in addi. Romani in d. sing. 402. & Alex. in casu simili, consi. 24. Visis dubijs probabiliter, nu. 1. vol. 1.

Quæ nempe opinio verior in decisiuis appa-
5 ret: † nam negans non tenetur aliter probare, l. 2. ff. de probat. vtpote cũ negãs habeat re ipsa fundatam intentionem suam, vt per Bero. consi. 68. num. 85. vol. 1.
6 Et sic † de iure actori incumbit onus probandi. l. qui accusare, C. de eden. & Paul. Aemil. Verallus decis. 47. seu 15. Gratiæ duæ, in secũda par. imò reus tunc negans negatiuam suam minimè tenetur illam probare. ita Herculan. cum alijs signatis per eum in tract. quis teneatur probare negatiuam, nu. 70. & seqq.

In tantum, quòd actor tenetur de necessitate huiusmodi probare negatiuam, oppositam à reo,
7 cum † realiter ac sincere negatiua ipsa ab eo veniat necessario quidẽ probanda, qui in ea se fundat. ita Bar. Alex. Roma. Aret. Ias. Rip. & alij vniuersaliter omnes in l. in illa stipulatione, ff. de verborum oblig. Innoc. in c. super his, extra de accus. Ang. consi. 161. & consi. 228. idem Alex. cõsi. 39. Viso themate de quo supra, num. 1. volum. 1. consil. 37. Viso & opportunè discusso processu, num. 21. volum. 2. & consi. 123. Viso processu causæ inter Angelum, num. 2. & cons. seq. sub num. 2. vol. 7. Bertran. consi. 51. Pro faciliore ostensione, nu. 4. volum. 7. Bero. consi. 19. num. 9. volu. 2. & Francisc. Herculan. cum alijs aggregatis per eum, in tractat. qui teneatur probare negatiuam, & quibus modis negatiua probetur, nu. 2. & seqq. vbi non obscurè quidem indicat istam esse omnium in iure Scribentium communem sententiam, quam vtiliter, & magistraliter etiam ibi amplificat in nouem casibus vsque ad nu. 26. imò extat adeò perspicua atque expedita hæc communis, vt semper quidem vera sit, & nullam admodum habeat fallentiam, teste Ange. in l. veteribus, in fi. ff. de pact. & Card. Alban. in lucubrationib. ad Bar. in d. l. in illa stipulatione, nu. 2.
8 Imò † ipso actore non probante, reus tunc nullam defensionem, ac probationem præstare cogitur. cap. accusator, 6. q. 5. l. frustra, & l. actor, C. de probat. & sic tam in ciuilibus, quàm in criminalibus causis, actore ipso non probante, reus eo casu, absque vllo scrupulo, etiam si nihil probauerit, absoluendus omnino est, ita Ias. & Bolognet. sub num. 8. in l. qui accusare, C. de eden. Ioan. de Amicis, consi. 86. num. 1. Ant. Ciofius, consil. 92. num. 1. & consi. 133. num. 1. vol. 1. Matthę. Brun. consi. 142. nu. 1. volum. 2. Io. Pet. Surd. consi. 129. num. 13. & seq. Imò etiam, si reus ipse probandi onus

onus quoque in se susceepisset, & intentionẽ suam
non probasset, minimè tunc veniret condemnan
dus, vt per Matthæ. Brun. consi. 122. nu. 2. volu. 2.
Francisc. Herculan. in tract. quis teneatur proba-
re negatiuam, nu. 77. Ias. & alios uniuersaliter om
nes in d. l. qui accusare, & Riminal. iun. conf. 365.
num. 11. cum alijs seqq. volum. 4. vbi profert hoc
quippe expeditum verbum, tunc actorem unico
etiam verbo posse sese expedire soluereque à præ
senti nodo, asserendo contra reum, Quoad te, li-
beras ædes habeo.

In tantum, quòd in omnem euentum, etiam
isthæc negatiua, tanquam mera, puraque negati-
ua (vt omnis difficultas penitus cesset) esset im-
probabilis, & impossibilis, ad quam utique pro-
bandam, propter impossibilitatẽ ipsam, reus nul-
9 latenus obnoxius foret: † quia ea negatiua pro-
batur eo ipso quòd contrarium non probatur, vt
per Bal. consi. 79. volum. 2. & Crauet. consi. 1. sub
nu. 9. & seqq. vol. 1.

Nec obstat illa terribilis obiectio Romani in
d. singu. 402. quòd in isto casu præsumptio vrget
10 pro actore. † nam reus in dubio, est de iure ab-
soluendus, & ad eius fauorem iudicandum, c. ex
litteris, de probat. & l. Arrianus, ff. de act. & oblig.
Bertran. consi. 255. nu. 4. volum. 6. Simon de Præ-
tis, consi. 52. nu. 30. volum. 1. Cæphal. consil. 218.
num. 4. vol. 2. & consi. 426. nu. 9. volum. 3. consil.
482. num. 9. & consi. 507. num. 26. volu. 4. & per-
illustris Do. Vincent. de Franch. præsidens sacri
consilij, in decis. 108. num. 6. in tantum quòd, po
stremò, in eadem Regia Audientia, tunc extitit
iudicatum contrà doctrinam præmemoratã Ro-
mani in d. sing. 402. ad fauorem rei, & pariter cõ-
cessus terminus vtrique parti ad probandum in
causa, infra quem quidem terminũ probatorium
cum actor ipse probauisset, non solum plenè, sed
plenissimè etiã interpellationem factam eius ad-
uersario extraiudicialem ante lapsum circuli tri-
ginta annorum, pro solutione supplementi legiti
mæ. meritò itaque eadem Regia Audientia, in
eodemmet anno, iudicando ac decidendo, con-
demnauit ex iuribus, & auctoritatibus in princi-
pio præsentis decisionis allegatis, reũ prædictum
ad solutionem supplementi ipsius legitimæ.

ARGVMENTVM.

Filij in conditione positi, quando ex coniecturis intelliguntur vocati, ad quam portionem vocati intelligantur. Et quando filij censeantur inuicem substituti.

SVMMARIVM.

1 *Filij positi in conditione quando ex coniecturis intelliguntur vocati, solummodo ad portionem eius, cuius respectu sunt in conditione positi, non autem quo ad portionem alterius intelliguntur vocati.*

2 *Liberi in condisione positi, non possunt dici liberi ratione transuersalium.*

3 *Filij in conditione positi, dato, quòd censeantur vocati, intelliguntur vocati etiam quo ad portionem alterius, quando adsunt coniecturæ, secundum veriorem, receptioremque opinionem.*

4 *Filij in conditione positi, data eorum vocatione, censentur etiam vocati in portione patrui, ex hac coniectura, scilicet quia omnes liberi instituti decesserint sine filijs, substitutus est extraneus. sed huiusmodi coniectura non est ita simpliciter recipienda, cum plura copulatiuè requirantur. & numero 5.*

6 *Filij inter se ad inuicem, & mutuo intelliguntur substituti, ac etiam in portione patrui, quando testator dixisset, quòd eius bona semper, & quandocunque deuenirent ad masculos.*

7 *Filij censentur inuicem substituti, quando fit substitutio vltimo morienti, & in tota hæreditate.*

8 *Filij in conditione positi admissa eorũ vocatione, censentur vocati, etiam ad portionem patrui, quando ipsi, eorumque descendentes per collectiuam dictionem nominati sunt, secundum opinionem Pauli Castrensis, quæ vera extat, concurrente alia coniectura, & non aliter.*

9 *Opinio quæ minus recepta sit, aliquando sequenda est, quando cum illa plura concurrunt adminicula, & rationes.*

10 *Coniectura quæ de per se potens non est ad inducendum fideicommissum, simul iuncta cum alia coniectura, sine dubio suffragabitur.*

DECISIO CCCXCIII.

DISCEPTATVR, discutiturq; hodie in Re
gia Audientia Apuliæ, vtrum magni-
fici Antonius Cosentinus de Ciuitate
Troiæ, & Fratres, censeantur vocati solummodo
ad portionem eorum Patris: an verò etiã ad por-
tionem Patrui. vnde in medium explicandum,
nempe est, & memoria commendandum, quòd
isti intelliguntur agiliter ac expeditè quidem vo-
1 cati, etiam ad portionem Patrui. † quia licèt ubi-
cunque ex coniecturis filij in conditione positi,
censeantur vocati tantummodo ad portionem
eius, cuius respectu extant in conditione positi,
non autem quòd in aliorum portionibus intelli-
gantur vocati, vera, serenaque atque indubitata
opinio sit, cui facilè assentiuntur Soc. in l. hæredes
mei, § cum ita, colum. 1. Ripa, num. 64. & Hiero-
nym. Zanch. nu. 794. ff. ad Trebel. Curt. iun. conf.
96. num. 5. & consi. 135. num. 6. Craue. consi. 130.
num. 5. & consi. 136. col. 2. Bertran. consi. 82. vol.
1. sub num. 6. & consi. 105. volum. 3. Paris. consil.
18. num. 61. vol. 2. Bero. consi. 66. num. 10. vol. 2.
Natta, consi. 501. nu. 7. volum. 2. Bursat. consi. 64.
num. 18. volum. 1. Cæphal. consi. 292. num. 9. vo-
lum. 2. & consi. 401. num. 13. volu. 3. Iacob. Beret-
ta, consi. 74. num. 27. Panciról. consil. 156. num. 3.
Simon de Prætis, consi. 39. nume. 14. & consi. 47.
nu. 15. & Hieronym. Gabriel. consi. 115. num. 8. &
consi. 121. nu. 33. volum. 1. & consi. 2. nu. 6. vol. 2.
perillustris D. Antoninus Thesaurus, decis. 248.
num. 56. & instructissimus D. Menoch. in tracta.
de præsumptionib. lib. 4. præsumptio. 76. sub nu.
86. & sequen.
2 Et ratio viuax, palpabilisq; ea vtique est, † quo-

niam liberi in conditione positi, non possunt dici liberi, ratione transuersalium: & quia positi extant in conditione respectu portionis patris, & censeri nequeunt vocati, nisi ex quo sunt positi in conditione: ergo duntaxat vocantur ad portionem illius, cui conditio prædicta potest conuenire, l. 4. §. toties, ff. de dam. infec. & l. hos accusare, §. his omnibus, ff. de accusat. & ita cõsuluit Ruin. consi. 141. col. antepen. in fi. volum. 3. & pluribus alijs consilijs, & Hieronym. Gabriel. consil. 2. sub num. 10. & seq. volum. 2. vbi distillat etiam istam esse omnium in iure Scribentium cõmunem sententiam, & aliàs rationes efficacissimas assignat D. Menoch. in loco antesignato.

Nihilominus tamen isthæc opinio, ita comprobata, claudicat in maximis laboribus, non obtine-
3 re locum, † quando concurrerent, vrgerentque aliquæ coniecturæ in contrarium, quibus existentibus, positi tunc in conditione, casu quo vocentur, dicuntur re ipsa, non solùm patruo, verum etiã ad inuicem substituti, vt solerter quidem probauere Crauet. consi. 150. sub num. 6. & consi. fi. nu. 3. Ruin. consi. 142. col. 7. volum. 3. & Hierony. Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita, num. 796. ff. ad Trebel.

Quare cum in processu nonnullæ discernan-
4 tur coniecturæ, † non immeritò quidem, prædicti actores intelliguntur vocati, tanquam in conditione positi, etiam in portione patrui. Prima itaque coniectura ea extat, nam omnes liberi instituti, si decesserint sine filijs, substitutus est extraneus. ita Ancharan. consi. 74. Alex. consi. 64. in fi. volum. 5. Soc. sen. consi. 62. col. fin. volu. 3. Crauet. consi. 130. col. 2. & consi. vlt. nu. 3. Ruin. consil. 139. num. 19. & seq. volum. 3. & consil. 146. in fi. eod. volum. & Hieronym. Zanch. in d. l. hæredes mei, §. cum ita, num. 97. & 170. & quamuis in casu isto, minimè gentium asseuerent Scribentes, quòd filij sint positi in conditione, quo ad portionem cohæredis: tamen id affirmant verisimum esse ex alijs coniecturis, & præsertim ex ista, quia extraneus extitit substitutus, ne opinetur testator voluisse extraneum præferri liberis, & posteris, & ideo putant filios in cõditione positos censeri vocatos ad portionem, etiam cohæredis.

5 Cæterùm † isthæc coniectura, ieiuna quidem, in sui substantia, in medijs occupationibus, contemplatiuè ac industriè discernitur, quicquid hactenus Docto. laboriosè scriptitauerint, cum ad istum effectum plura copulatiuè requirantur, videlicet, ut positus in conditione sit ex descendentibus, & ad portionem, de qua tractatur sit vocatus extraneus, in defectum descendentium, ut cõducibiliter, & munitè opinatus est Anchara. consil. 74. Hierony. Zanch. in d. l. hæredes mei, §. cum ita, coniect. 7. num. 306. & 309. & Hierony. Gabriel. consi. 2. sub num. 15. volum. 2. aliàs existimo coniecturam istam, in his terminis, minus ueram, minimeque sequendam, ac amplectendam esse, vt post Alex. consi. 185. Ruin. consi. 141. col. pen. volum. 3. & Soc. consi. 62. in fi. explicat exaggeratè quidem Hierony. Gabriel. in loco præmemorato. sed cum in casu, de quo agitur, positi in conditione extent descendentes, & ad portionem ipsius patrui, de qua tractatur, sit vocatus extraneus, in defectum descẽdentium: idcirco etiam secundum prædictam opinionẽ, quæ munitè quidem verior, fundatior, ac tutior discernitur, minimè dubitandum est, quin etiam in portione patrui ipsi actores intelligantur vocati.

Secunda sese offert itidem altera præmaturior
6 ac vehementior coniectura, † vtpote quia apparet testatorem, de cuius bonis, fideicommisso subiectis agitur, dixisse, quòd eius bona semper, & quãdocunque deuenirent ad masculos, quo nempe casu necesse est dicere, quòd liberi inter se mutuo, & inuicem intelligantur substituti, ac etiam in portione patrui. ita Craue. consi. 150. num. 6. vers. ad istud respondeo, quia aliter filiæ admitti possent contra verba testamenti.

7 Sicuti in simili dicitur, † quòd filij censentur inuicem substituti, vbicunque fit substitutio vltimo morienti, & in tota hæreditate, l. Titia Seio, §. Seia libertis, ff. de leg. 2. vbi Barto. & alij vniformi voto omnes, Ripa in d. l. hæredes mei, §. cum ita, num. 14. & istam sententiam, tanquam communem recitauimus, & perfectè aliàs absoluimus, in Sylua nostra communium opinionum, in opin. 849. lib. 3. vnde cum aliàs substitutus vltimo loco succedere minimè posset in tota hæreditate, nisi per prius facta dicatur substitutio reciproca, ut notatur à Scribentibus in l. potest, ff. de vulga. & pupill. & in d. §. cum ita, cautè ac discretè dicendum est, ipsos actores positos in cõditione, & existentes de descendentibus masculis testatoris, inter quos ipse dixit se velle, vt bona semper, & perpetuo permaneant, & conseruentur, intelligi uocatos, etiam ad portionem patrui.

Quæ cum ita sint, liqueatq; explicitè in fidei-
8 commisso, de quo discutitur, † descendentes in cõditione positos per collectiuam dictionem nominatos extitisse, ex hac alia coniectura insistendum est actores ipsos intelligi vocatos etiam quo ad portionem patrui substituti, & econtra, secundum Paul. Castren. in l. pen. C. de impub. & alijs substit. & in l. potest, ff. de vulg. & pupil. substit. & in consi. 404. num. 2. vers. tertiò probatur, volu. 1. & per alios complures illustres Docto. relatos per veneratissimum D. Menoch. in tract. de præsumptionib. lib. 4. præsumptio. 76. sub nu. 87. & quamuis opinio hæc hodie nimis solitaria discernatur, cum contrariam, in collectiua dictione, complexus sit sententiam Ias. cũ alijs aggregatis per eum, consi. 41. colum. 8. vers. non obstat quartum, vol. 1. Soc. sen. consi. 104. num. 7. & seq. volum. 3. Soc. iun. consi. 176. num. 19. volum. 2. Curt. sen. cons. 42. num. 26. Hierony. Zanch. in d. l. hæredes mei, §. cum ita, num. 799. & Hieronym. Gabriel. consi. 121. num. 33. vol. 1. qui omnes existimant sententiam istam, adeo veram fore, vt ab ea hodie recedendum non sit.

Nihilominus tamen, esto quòd opinio hæc verior, ac frequentior etiam appareat, adhuc cõcurrentibus alijs coniecturis præmemoratis, vt in casu nostro, non foret ullatenus quidem deponenda prima opinio Pauli Castrensis, cum nouum

quippe

9 quippe non sit, † vt aliquando illa sententia suscipienda, sequendaque veniat, quæ minus communis sit, quando præsertim cum illa plura alia concurrunt adminicula, & rationes, ad notata in authen. itaque, C. communia de success. & per Do. Ant. Mariam Coratium in trac. de communi opinione, lib. 1. ti. 6. inspectione 2. nu. 88.

10 Vt in simili materia dicunt Doctores, † quòd si concurrat aliqua coniectura, quæ de per se uocationem efficaciter operatur, simul iuncta efficacius proderit, & operabitur, teste Hierony. Grato consil. 106. num. 18. & seq. volum. 2. imò si ea de per se potens non reputaretur, simul iuncta sufficeret absque dubitatione aliqua, ut per Gratum ibidem. cum quæ singula non prosunt, multa iuuant. & potissimè cum duo vincula magis ligent; etiam in coniecturanda mente testatoris, ad fidei commissum inducendum, vt in his terminis frequentissimè Scribentes argumentantur, vt notat Bero. consi. 109. sub num. 9. volum. 2. & ita reiectis disceptationibus, tãquam fluctuantibus, ponentibusque veritatem in confuso, iudicauit Rota Romana, superioribus annis coram R. P. D. Brauo, positum in conditione, ad fideicommissum, de quo agebatur, admittendum fore ex coniecturis, non tantum in portione patris, quàm etiam patrui. & sic etiam, in anno 1583. extitit iudicatum in ipsa quoque Regia Audientia, prædictos actores, mediantibus recitatis coniecturis, admittendos, non modo in patris portione, verum in portione etiam patrui.

ARGVMENTVM.

Mandatum superioris in delictis, quomodo excuset, & quibus casibus: & metus iustus, quando inducatur, atque metus periculi instantis excusat ab homicidio.

SVMMARIVM.

1 *Operarij & famuli de eo, quod in alterius re de mandato conducentis operantur, etiam criminaliter, excusantur.*

2 *Mandatum superioris in atrocibus delictis nunquam excusat.*

3 *Confitens homicidium ad sui defensionem, an naturalis mortis pœna, defensione non probata, puniatur: & num. seq.*

5 *Metus Principis potentis & tyranni, vis præcisa quodammodo est, consensum penitus tollens.*

6 *Metus iustus si inducitur, vbi agitur de lucro perdendo, multo magis cum de graui damno in rebus propriis tractatur.*

7 *Metus iustus ab homicidio contra aggressorem insultantemque commisso excusat.*

8 *Metu in iusto probare non est necesse, quòd mortis periculum immineret, sed verificare iniuria personalis periculum: quinimò absque protestatione metus probari sufficit.*

9 *Delinquens necessitate coactus à pœna ordinaria excusandus.*

10 *Adulterij pœna non infligitur coactè adulteranti.*

11 *Minæ bellicosi, easque semper exequi consueti, iustũ timorem inducit.*

12 *Metus instantis periculi ab homicidio excusat, pœnaque mitiganda.*

13 *Homicidij pœnam euadit, qui potentis assueti minas exequi mandato parens illud committit.*

14 *Principum preces, mandata sunt, iustumque metum inducunt.*

DECISIO CCCXCIIII.

Iacobus de oppido Rigatti Comitatus Marerij, inquisitus superioribus annis in Regia Audientia Aprutina de homicidio, in personã Notarij Antonij de Castro Astree eiusdẽ Comitatus, commisso, & examinatus tũnc super huiusmodi crimine sponte ac expeditè deposuit, fassusque pariter fuit tale homicidium patrasse, sed de mandato sibi sæpissimè facto ab ill. Illustre Comite status Marerij eius Domino, dum magno quidem odio prosequebatur ipsum Notarium, ob varias diuersasq; contra & aduersus eum paratas insidias: qui nẽpe Comes noluit aliter in tali homine eius vasallo, fœdare manus suas: & ideo sæpesæpius sibi demandauit, vt interficere deberet prædictum Notarium, eidem minas inferendo, ac insimul mortẽ protestando. vnde idem Iacobus timens eo tempore propriæ vitæ periculum, cum Comes ipse esset potens & rigorosus, & solitus suas minas executioni demandare, coactus quodammodo extitit eundem Notarium trucidare, vt planũ ita fecit, in sua spontanea cõfessione.

In tantum, quòd fiscus & frater interfecti instabant, istum homicidam, huiusmodi confessionis vigore, condemnandum, plectendumque mortis naturalis pœna. Nam licet mandatum superioris in delictis excuset, nihilominus tamen venit necessariò quidem hæc propositio, ac conclusio intelligẽda, dummodo illud quod quis ex alterius mandato agit, non sit de prohibitorum genere, & sic de sui natura citra delictum fieri haudqua-

1 quam possit. & ideo † operarij, & famuli excusantur quippe de eo quòd operantur in alterius re de mandato conducentis, secundum Glo. fin. in l. in rem, §. dignum, ff. de rei vendi. quæ re ipsa in hoc ab omnibus conformi voto approbatur, teste Socino, consi. 64. nu. 23. vol. 4. & vniformi omnium concursu etiam approbatur in practica, vt per Ias. in l. de pupillo, §. nunciationem, ff. de oper. noui nuncia. num. 7. Bossium in pract. crim. in titu. de mandato ad homicidium, num. 12. Rolan. consi. 54. num. 6. volu. 1. vbi respondit ad operariorum fauorem, qui ligna inciderant, & pro similibus operarijs criminaliter accusatis consuluit quoque Bal. consi. 144. & consi. 314. vol. 1. consi. 463. vol. 3. & consi. 436. vol. 5.

Secundò itidem facit, ne in acie temerè versemur, quòd in delictis leuibus mandatum superioris excusat: secus autem in delictis atrocibus, inter quæ quidem delicta atrocia pendet etiam cri-

2 men homicidij: vtpote quia † in huiusmodi atrocibus delictis mandatum superioris nũquam excusationem præbet, vt per Ias. consi. 136. Post me-

dium, volu. 1. & Clarum in pract. crim. quæst. 60.
num. 16. quibus in locis non quidem obscurè pa-
tefaciūt istam esse omnium, in iure Scribentium,
communem opinionem.

Tertiò ea ratione adduci possum etiam ad hoc
suadendum, quòd committens homicidium de
mandato Principis, vel Domini sui potentis, & se-
ueri, cum expressa mortis comminatione, dicitur
patrare homicidium tunc omni dubio procul ad
3 sui defensionem: † sed confitens commisisse ho-
micidium ad sui defensionē, nisi huiusmodi de-
fensionem probet, non potest euitare mortis pœ-
nam, atque furcarum, secundum Glo. & Panor.
in c. cum venissent, de constit. Bart. in l. Aurelius,
§. idem quæsiuit, ff. de libe. lega. Bald. & alij in l. s.
C. de confess. Boer. decis. 164. nu. 10. vbi ingenuè
fatetur istorum sententiā communem, & ita pra-
cticari admonet Aret. in tract. maleficiorum, in
ver. comparent dicti inquisiti; & partim negant,
post princ. prout hoc absoluimus etiam solito ap-
paratu in Sylua communium opinionum, in opi-
nio. 363. Homicidium deponens, lib. 2.

4 Sed † ad excusationem ipsius inquisiti, eiusq;
criminis aliquæ rationes, non quidem stomacho-
sæ in medium afferendæ sunt, quòd is reus con-
demnandus aliter non veniat ad furcarum suspen
dium, nec teneatur pęna mortis naturalis, verum
alia mitiori citra mortem, prout in hac re ita sen-
sere, quòd homicidium cōfitens ad defensionem
sui, non probata defensione, non puniatur mor-
tis naturalis pœna, sed alia mitiori, Capic. decis.
155. nu. 11. Gramma. decis. 5. num. 13. & seq. Ias-
fred. decis. 360. Marsi: sing. 185. Ferrat. cautè. 5.
Maran. in tract. de iudicijs, in ver. confessio, num.
29. in 6. par. & alij complures relati per me in d.
opinio. 363. post princ.

Et hæc opinio (vt eò vnde egressa est, reuerta-
5 tur oratio) probatur primò: † nam metus Princi-
pis potentis, & tyranni est quodammodo vis præ
cisa, quæ quidem penitus & omnino tollit con-
sensum, ita Iacob. Aemilianus, consi. 63. num. 21.
& seqq. Rolan. consi. 100. num. 125. volu. 4. vbi
6 scribit, † quòd si iustus metus inducitur, vbi agi-
tur de lucro perdendo, secundum Neuiza. consi.
47. & Cæpha. consi. 295. num. 17. vol. 1. ita etiam
atque etiam, & multo magis, vbi tractatur de gra-
ui damno in rebus proprijs, sicuti ita facilè ac effi-
caciter argumentatur Iacob. Aemilianus, consi.
73. num. 10. Bertran. consi. 258. num. 3. volu. 7. &
Bero. consi. 35. num. 19. volu. 1. vbi adijcit etiam,
quòd metus amisionis omnium bonorum, vel
maioris partis, æquiparatur metui mortis, & cru-
ciatus corporis, & Martin. de Garatis consil. 15.
Ioannes, nu. 13. & 33. inter consi. matrimonialia,
vol. 1. ex quo ad propositum valet etiam argumē-
tum, quòd multo magis, vbi tractatur de pericu-
lo amisionis propriæ vitæ.

7 Qui † quidem metus ita iustus verè extat, vt
excuset itidem ab homicidio commisso contra ag
gressorem & insultātem, vt firmauere omnes vni-
formiter, tam antiqui, quàm recentiores, & potis-
simum Ias. num. 10. in l. vt vim, ff. de iusti. & iure,
Bart. in l. si ex plagis, §. tabernarius, ff. ad l. Aquil.
Canonistæ omnes in c. significasti, de homic. &
est textus in l. 2. C. de sicar. & in clem. 1. de homic.
vbi Io. Brunellus in repet. nu. 66. in 4. par.

8 Imò † in tali metu minimè necesse est probare,
quòd mortis periculum immineret, sed satis est ve
rificare, quòd immineret alicuius iniuriæ persona
lis periculum, vt per Bart. in l. 1. col. 2. C. vnde vi,
Butrius in c. olim, il primo, de restit. spolia. Ias. in
repet. l. vt vim, post num. 6. ff. de iusti. & iure, vbi
Moder. aiunt istam esse omnium in iure Scriben-
tium communem opinionem. imò sufficit etiam
metum ipsum probari absque protestatione, ita
Bart. & Alex. in fi. in l. 2. §. quod diximus, ff. si quis
cautio. Dec. consi. 219. Viso puncto, nu. 7.

Secundò corroboratur quoque eademmet sen
tentia ex illa in iure probatissima conclusione,
9 quòd † delinquens necessitate coactus, saltem à
pœna certe ordinaria est excusandus. textus est in
c. sacris, vbi Canonistæ omnes, de his quæ vi, me-
tusve cau. Dec. in d. l. vt vim, Clar. in pract. crim.
quæst. 60. versi. quæro modo, Tiraquel. cum alijs
signatis per eū in tract. de pęnis leg. causa 36. nu.
1. Iacob. Nouel. in tract. ad defensam, in princ. ho
micidæ quibus ex causis à pænis mortis excusen-
tur, nu. 68. & probat tex. in l. scientiam, §. qui cum
aliter, & ibi Pet. de Bella Perti. ff. ad l. Aquil.

Tertiò facit in præsenti cōiunctura, atque con
cinno etiam defensionis, & tutelæ ipsius inquisiti
10 contextu, textus in c. proposito, 32. q. 9. † vbi adul
teri pęna non infligitur aduersus committentem
adulterium coactè, vbi diuus August. asseruit, Lu
cretiam Romanam (cuius historia notissima est)
ob perpetratum adulterium coactè quidem cum
Tarquinio Superbo, seu potius eius filio, pœnam
non meruisse, & probat similiter textus in l. vim
passam; & in l. fœdissimam, C. de adult. & Panor.
consi. 4. vol. 1. Et ratio rationis ea est, quia qui coa
ctus delinquit, contra eius animum ac voluntatē,
& intentionem delinquit, meritò itaque dolo ca-
ret, l. imo. ff. de libe. cau. & sic qui citra dolum de-
linquit ordinaria pœna puniendus non venit, te-
ste Tiraq. in tract. de pænis leg. causa 13.

Quòd autem in pręsenti re adfuerit, interuene
11 ritque metus, de hoc dubitandum non est, † stan-
tibus præsertim minis præcedentibus ipsius Co-
mitis bellicosi, & consueti minas suas semper exe
qui: taliter, quòd istæ minæ inducūt omni dubio
procul iustum timorem, vt per Bellameram cons.
9. col. 5. Crauc. cons. 49. nu. 1. & Menoc. in tract.
de arbit. casu 136. post num. 11. prope fin. lib. 2.
centur. 2.

Quartò & vltimò in puris terminis præsentis
12 quæstionis, & casus, de quo agitur, † quòd metus
instantis periculi excuset ipsum Iacobum delin-
quentem ab homicidio, & pœna tunc mitiganda
sit, firmauit Bald. in l. 1. quæst. 11. C. vnde vi, & in
c. 1. §. iniuriæ, col. 6. de pace iura. firm. in vsib. feud.
13 vbi concedit, † quòd si aliquis Potens assuetus mi
nas suas executioni demandare, mihi mandaret,
vt occidam Titium, alioquin, quòd me interfecis
set, idque ipsum ego efficiam, quòd à pœna homi
cidij sum excusandus, puniendusque mitiori qui-
dem pęna, & huicmet sententiæ acquiescit etiam

Flor.

Flor. in l. liber homo, in princ. nu. 2. ff. ad l. Aquil. Gandin. in tract. maleficiorum, in rubr. de pœnis, num. 60. Cæpolla in tract. cautelarum, caute. 40. Dec. consi. 535. Requisitus à magnifico Domino Commissario, num. 4. & seqq. Tiraq. cum alijs signatis per eum in tract. de pœnis leg. causa 34. Cagno. in l. velle non creditur, post num. 9. ff. de reg. iur. Clar. in pract. causarum crim. quæst. 60. post num. 16. Iacob. Nouel. in tract. ad defensam, in princ. homicidæ quibus ex causis à pœna mortis excusentur, num. 67. & Bolenchus in repet. in l. capitalium, num. 200. ff. de pœnis, vbi commemorat istam esse omnium in iure Scribentium communem opinionem. & ita consuluit etiam D. Antonius de Amicis, compatriota meus, vir planè honestus, virtutibus ornatus, grauis, & officij plenus.

Cum igitur in processu appareat probatum, ostensumque de potentia prædicti Comitis; ac etiam de minis factis eidem Iacobo per nonnullos testes, dum omnes quidem deponunt, *ch'vna volta andandoli auanti esso Iacono, disse il Contè, Se tu non fai quel che te ho più volte commesso, te farò morire de bastonate, & credilo.* atque itidem verificatū sit quòque de odio, quo idem Comes prosequebatur ipsum Notarium Antonium, ac postremò de more Comitis in executione minarū, concludendum inconcussè nempè venit, inquisitum ipsum non fore aliter puniendum pęnâ mortis naturalis, sed potius alia mitiori, prout ita aliàs seruauit magna Curia Vicariæ, teste Gramma. in voto 38. vbi quidam famulus de mandato domini sui, viri potentis, apposuerat cuidam Comitissæ in cratera argentea fragmenta lapidis adamantini triturata, extitit condemnatus tunc ob huiusmodi crimen ad perpetuas triremes; & ita post maturam discussionem, & inusitatum laboris genus fuit similiter cōdemnatus prædictus Iacobus in eadem Regia Audientia ad remigādum in regijs triremibus, eius vita durante.

Nec adducta in cōtrarium aliter obstant, cum ex allegatis planè discernatur penitus omnia eneruata & mutilata fore, ac sublata omnino. imò decisio hæc extat adeo perspicua, & talibus illuminata facibus, vt non solum ea locum obtineat in casu, in quo interuenerit mandatum, sed etiam vbicunque preces ipsius Principis intercessissent, quia adhuc profectò delinquens, & homicida excusandus foret, atque puniendus pęna mitiori citra mortem, cum re ipsa nulla admodum detur constituaturque differentia in hoc casu inter pre-
14 ces, & mandatum; vtpote, † quia Principum preces mandata sunt, l. 1. vbi Glos. ff. quod iussu, Tiraquel. in tract. de pęnis leg. causa 35. & istam sententiam verissimam fore ostendit Iacob. de Leonardis, consi. 114. num. 386. inter consilia Bruni, & Menoch. in tract. de arbitr. quæst. 344. post nu. 13. vbi inquit, hoc abijsse in prouerbium (preces armatæ quodammodo) taliter quòd preces Principis iustum quidem metum inducunt, vt per Innocen. in c. petitio, de iureiur. Gui. Papę in singu. 473. Si ab vno, post princ. & Bertran. consi. 1. sub nu. 5. vol. 1. primæ partis.

ARGVMENTVM.

Interdictum vtile Saluianum, quando spectet. & clausulæ salutares in libello, quid operentur, in eiusq; remedio, vt obtineri queat, requisita.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum vtile interdictum, vbi hipothecaria datur, quæ etiam pro legatis & fideicommissis conceditur, ad res quoque legatas spectat.*
2 *Clausulæ salutares, scilicet, Omni meliori modo, Super quibus, etc. &, Petens ius, etc. in remedio quoque Saluiani libellum sustinere faciunt.*
3 *Clausulæ, Peto ius & iustitiam ministrari omni meliori modo, virtus & natura.*
4 *Clausula, Omni meliori modo, ad non specificata etiā refertur.*
5 *Clausula, Omni meliori modo; sine dictione, &, circa expressa tantum, cum illa verò aliquid vltra expressa etiam operatur.*
6 *Saluiani interdicti in remedio, vt obtineri queat, requisita.*
7 *Bona in casum dotis constituta filiæ ex marito habita, alienari possunt.*
8 *Authen. res, quæ, C. commun. de lega. in extranea locum non habet, cum de liberis loquatur: proceditque tantum eius dispositio in fideicommisso cuiuscunque ascendentis, & in subsidium, scilicet quòd non adsint alia bona, & nu. 10.*
9 *Dotis causa vt fideicōmissum imminuere possit, opus est; vt liberi tempore mortis testatoris concepti extiterint.*
11 *Fundans se in dispositione qualificata, dispositionem, qualitatemque probare debet.*
12 *Fideicommissum quartum gradum non excedit, nisi contrarium de mente testatoris appareat.*

DECISIO CCCXCV.

STANTE alienatione, facta per Marianam Bernardini bonorum immobilium, de quibus agitur, contra testatoris prohibitionem expressè factam in suo testamento, nulli dubium quippe est euenisse fideicōmissi casum, ac hęredes Feliciani Torti posse in causa mota per eos victoriam in ea sperare, cum absque scrupulo ipsis competat reuocatoria, contra prędicta bona
1 alienata, † imò conceditur daturque itidem illis vtile etiā Saluianum interdictum, quod quidem spectat, vbicunque datur hypothecaria, quę re ipsa quoque datur etiam pro legatis, & fideicommissis, l. 1. C. communia de legat. & notant Scribentes in l. 1. ff. de leg. 1. ac etiam ad res ipsas legatas, secundum magis communem opinionem, recitatam per Alex. in d. l. 1. ff. de leg. 1. num. 26. & D. Gug. nu. 87. & per Hieronym. Gabriel. consi. 46. nu. 21. vol. 1.

Idcirco cum egerint hæredes ipsi Saluiano in-
2 terdicto, † stantibus clausulis utique salutaribus, in libello, petitioneq; appositis, scilicet, Omni meliori modo, Super quibus & cætera, &, Petens ius & cætera. quæ quidem clausulæ, faciunt etiam in

hoc

hoc remedio Saluiani substinere libellum, c.2. &
ibi Doct.Roman.consi.21. & ibi D.Horat.Man-
dosius in addi.in litera B, Ioseph Ludouici, decis.
112.num.2. & seq.& num.30.lib.2.Rolan.consi.
7.num.37.& consi.41.num.8.& seq.uolum.3. Ri
minal.iun.consi.375.num. 18.& consi.407.nu.4.
& seq. Misignerius, consi.11.num.39.& consi.16.
nume.49. & in puris terminis nostris in Saluiano
interdicto, ita firmauere Iacob. Beretta, consi.51.
nu.6. & Crauet. consi.278. col.fin. & consi.855.
nu.6.& seq.vol.5.

3 Et ratio ea est,† quoniam clausula isthæc, Peto
ius & iustitiam ministrari omni meliori modo, ex
tat huius quidem virtutis, & naturę, vt ex narratis
solummodo in petitione, etiam inepta conclusio
colligi, & sententia super illis formari valeat. ita
Abb. Anto. de Butr. Calder. & alij omnes Cano-
nistæ in c.cũ dilectus, de ordine cognit. & Bero.
4 consi.162. In quæstione, num.4.vol.1.† imò clau
sula ipsa, Omni meliori modo, refertur etiam ad
non specificata, vt per Crauet. cum alijs aggrega-
tis per eum, consi.fin.num.15. volum.2. & Tho-
biam Nonium, consi.5.nume.6.

5 Est tamen bene verum,† ꝙ vbicunque clausu-
la ipsa (omni meliori modo) apponitur in aliqua
dispositione, sine dictione (&) operatur circa ex-
pressa duntaxat: verũ enimuerò si dicatur (& om
ni meliori modo) prout discernitur in casu no-
stro, tunc operatur etiam aliquid vltra expressa,
prout ita determinauit mediate distinctione hac
Rota Romana, teste Paulo Aemilio Verallo de-
cis.124. Clausula, Omni meliori modo, lib.1.

Et ideo nemini debet mirum videri, si hęredes
prædicti Feliciani debeant & possint obtinere in
6 isto Saluiano interdicto,† cum in eo, non obscu-
rè quidem, probauerint omnia principaliora re-
quisita opportuna, ac necessaria, scilicet obligatio
nem præmemoratorum bonorum in testamento
in casum alienationis ad eorum fauorem factam,
& possessionem tempore conditi testamenti, &
sic obligationes penes testatorem ipsorum bono
rũ immobilium extitisse, vt in simili remedio Sal-
uiani interdicti obtineri queat. ita Ang. de Gam
bilionibus in §.item Seruiana, in fi. Insti. de actio.
Rolan.consi.14.nu.13.vol.1.Io.Pet.Surdus con-
sil.131.num.1.& Hierony.Gabriel.consi.46.post
num.21.vol.1.

Nec obstant, nec obstare possunt allegata fun-
damenta ad fauorem prædictæ Marianæ hæredis
institutæ, & emptorũ ab ipsa causam habentium,
7 scilicet,† quòd potuerit alienare huiuscemodi bo
na in casum dotis constitutæ suæ filiæ, quam ha-
buit ex suo marito, iuxta auth.res quæ, C.commu
nia de legat. Nam accommodatur non unica tan
tum responsio, pro remouenda ac penitus tollen
da qualibet difficultate. Et primò, quòd hæc filia,
quæ dicitur dotata, non est aliter ex descendenti-
bus testatoris, sed illi quidem extranea extat, cum
8 filia quippe sit mariti eiusdem Marianæ.† & ideo
tũc mentò quidem nullatenus sortitur locum d.
auth. res quæ. ita Corn. ibi, col.2. in lectura anti-
qua, Alcia. respon.641. Ruin. in l. filiusfamilias, §.
diui, col.28. ff. de leg.2. Gerard. Mazzolus, con-
sil.119. Menoch.consi.105.nu.132.vol.1.Rimin.
iun.consi.19.num.58. vol.2. & Pinellus de bonis
maternis, par.3.nu.102.

Et hęc sententia verissima quippe discernitur,
esto quòd d. authen. res quæ, loquitur de liberis:
quoniam in corpore vnde sumitur, Imperator vti
tur hac dictione (liberis.) iccirco necessario nem
pè suffragabitur omnibus descẽdentibus tantum
testatoris, qui tempore quo fideicommissi condi-
tio extitit, reperiuntur, etiam si non fuerint con-
cepti tempore mortis testatoris, quicquid in hoc
pũcto senserint præmemorati Scribentes, qui per
9 suadere studuerunt,† opus nempe esse, vt liberi
extiterint concepti tempore mortis testatoris, ad
hoc vt dotis causa imminuere queat fideicõmis-
sum, vt volnit, ac accuratissimè quidem explana-
uit Hieronym. Gabriel.consi.119. sub num.12.&
seqq.volum.2.vbi potissimum, num.15. explicat
quoque istam opinionem veram esse, & commu-
nem; & secundum eam decisum extitisse in Ro-
ta Romana.

Cæterùm cum in proposito nostro agetur de
dotanda filia, quæ extat neptis ex sorore ipsi testa
tori, & nullo quidem modo ex descendentibus,
10 concludendum de iure venit,† d. auth. res quæ,
hoc casu locum non sortiri, vtpote quia illius di-
spositio procedit tantummodo in fideicommisso
cuiuscunque ascendentis, iuxta tex. in l.pen. de li-
ber. agnosc.& ita determinauit Rota Romana, te
ste Hierony. Gabr. in d.consi.119.nu.23.

Et ideo cum testator in præsenti casu non fue-
rit aliter de descendentibus, neque paterni, ne-
que etiam materni generis, vtique præsupposito,
quòd mater, & ascẽdentes materni in subsidium
teneantur, vt si quidem etiam in eorum fideicom
misso obtineat locum dispositio d.auth. res quę,
vt dictum est in subsidium, quando scilicet in bo
nis ascendentium paterni generis dos detrahi ne-
quit, vt sentiunt vniformiter Scribentes omnes in
d.authen.res quæ, sanè & realiter patet rem ipsam
expeditissimam esse, vt hoc quidem casu d.auth.
res quæ, locum non habeat, vt de hoc possit am-
plius controuerti.

Secundò itidem accõmodatur hæc alia respon
sio, quòd dato, quòd nos simus in ascendentibus,
scilicet quòd dotata esset de liberis materni gene
ris, & quòd in subsidium deberet dotari, quod
quidem penitus & omnino aduersatur facto pro
posito, & veritati: tamẽ cum d.auth.res quæ, pro
cedat in subsidium, quando scilicet non extant a-
lia bona, præter fideicommisso compræhensa, ex
quibus dos detrahatur, vel donatio propter nup-
tias consequatur, veluti notatur in d. authen. res
quæ, à Salyc. colum.pen. à Curt.iun. num.124.&
ab alijs ibidem vniuersaliter omnibus, sanè cum
hoc minimè probatum extiterit, quòd nõ adsint
alia bona, quod necessario quidem omni dubio
procul probandum erat à fideicommissario.

11 Et ratio est,† quoniam fundans se in dispositio
ne qualificata, tenetur & debet probare disposi-
tionem & qualitatem, vt notat Bar. in l.1. §. quod
autem, ff. ne quid in flum. publ. Natta, consil.153.
num.2.& consi.474.num.38.& Simon de Prætis,

consi.

consi.8.num.24.consi.42.num.9. & consi.83.nu. 30.iccirco cum nō fuerit aliter probatum, alia bona non subesse, d.authen.res quę, locus non est. & dato quòd extitisset id probatum, nihilominus, vt supra explicaui, cum nos non simus in bonis ascēdentium fideicommisso suppositis, neque agatur de dotanda persona, quæ sit ex liberis, vel paterni, vel materni generis, vtique post maturam deliberationem extitit iudicatum in Regia Audientia Apulię, in anno 1583. pro fideicommisso, ac condemnandum emptorem ipsorum bonorum ad ea restituenda, atque relaxanda, & immittendos insimul in possessionem eorundem prædictos actores hæredes, ac condemnandum etiam ipsum venditorem authorem laudatum ad solutionem pretij recepti prædicto emptori, vna cum damnis, & expensis.

In tantum, quòd postremò, hoc minimè perturbat, vllo quidem pacto, illa procella cōsilij Grati 133. Pro resolutione præsentis consultationis,
12 volum.2. in quo uidetur concludere, † quòd licèt fideicommissum nullatenus de iure quartum gradum excedat, tamen hoc non procedat, ubicunque contrarium de mēte testatoris appareat, quoniam nos fumus in diuersis terminis, dum expresè quidem discernitur in testamento præsentato, testatorem voluisse se conformare dispositioni iuris.

ARGVMENTVM.

Vxor secundo viro, quantum vni ex liberis de primo matrimonio procreatis relinquere possit, vt valeat.

SVMMARIVM.

1 *Vxor secundo viro vltra quàm vni ex liberis de primo matrimonio procreatis leget de bonis suis relinquere non potest.*

2 *Legatum non valet, quatenus vxor plus secundo coniugi relinquat.*

3 *Vxor filijs secundi matrimonij quantum voluerit relinquere potest, modo filiorum primi matrimonij legitima non minuatur.*

4 *L.hac edictali, locus non est, vbi maritus ab vxore nomine filiorum futurorū omnia bona ipsius vxoris stipulatur reseruata tunc legitima filijs primi matrimonij, & qualiter procedat, vide etiam num. 6.*

5 *Vir secundus, filiorum ex secundo matrimonio nasciturorum nomine acceptare potest.*

7 *Donatio secundo viro, stipulanti nomine filiorum secundi matrimonij, an valeat, distinguitur, nume. sequen.*

DECISIO CCCXCVI.

1 STANTE receptissima omnium in iure Scribentium, illa sententia, † quòd vxor non potest secūdo marito suo relinquere de bonis suis, vltra quàm relinquat vni ex liberis ex primo matrimonio procreatis, iuxta dispositionem l.hac edictali, C. de secund. nupt. & ibi Docto.& alij relati per me in Sylua communium opinionum, in opinio. 527. Mulier non potest, lib.2. vbi communem istam etiam amplificatam, ac limitatam solito apparatu dereliqui.

2 Meritò † itaque non valet tunc legatum, quatenus vxor plus leget secundo coniugi, vt per Bal. consi. 105. volum.3. Panor. consil. 117. volum.2. Fulgos.cōsi.97.& Alex.cōsi.158.circa prin.vol.5.
3 Est tamen bene verum, † quòd potest vxor ipsa relinquere filijs secundi matrimonij quantum voluerit, modo legitima filiorum primi matrimonij non minuatur, teste Ias. in auth. vnde & si parens, in quarto no. C. de inoffic. testam. & Dec. consi. 246. colum.2.

Cæterùm hæsitari hodie contingit, num donatio facta omnium bonorum per magnificam Isabellam Beccarinam D. Ascanio eius secundo viro, nomine filiorum, ex secundo matrimonio ipso nasciturorū, reseruata legitima filijs primi matrimonij valeat & teneat. in medium itaque exponendum est in præsentiarum pro sustinenda
4 donatione hac, † quòd non sit aliter locus dispositioni d.l.hac edictali, vbicunque maritus stipulatur ab vxore nomine futurorum filiorum omnia bona ipsius vxoris, reseruata tunc legitima filijs primi matrimonij: vtpote quia textus in prænotata l.hac edictali, & alia iura similia procedūt dubio procul, quando datur marito, non autem quando datur filijs mariti, quibus quidem potest mulier absque vllo discrimine relinquere quantum voluerit, dummodo legitima filiorum primi matrimonij non minuatur, vt per Dec.consi.246.

Et cum in præsenti casu bona acquirantur filijs saltem quoad proprietatem, ergo dispositio d.l. hac edictali, non est ad casum hūc trahenda, cum sit exorbitans, & pęnalis, l.ius singulare, & l.quod verò, ff. de ll. & c.in pęnis, de reg.iur.in 6.

Imò si dicatur, quòd in fraudem factum extiterit huiusce pactum, & donatio, & sic stipulationem istam inutilem fore, iuxta d.l.hac edictali, §. si verò plus, vers. ibi (omni circumscriptione remota) respondetur, quòd debet fraus probari, argum.l. dolum, C. de dolo, l.quoties, §. qui dolo, ff. de prob. & facit l.merito, ff. pro soc. & ita consuluit Bal. inter consilia Pauli Castren. consil.262. Visis punctis, & instrumento, & cons.264. Ego Baldus, volum.1. vbi expresè quidem consulen-
5 do asseruit † posse secundum maritum acceptare nomine filiorum ex secundo matrimonio nasciturorum, & hoc idem concedit etiam consil.11. Talis est quædam minutia, colum.fin. volum.3. & consi.22. Quædam domina Nicolina, volu.5. ubi asseuerat Dom. Ricardum de Saliceto perperam aliàs fulminasse sententiam contra suam opinionem, cui simpliciter quippe acquiescit Dec. consil.246. & in authen. præterea, colum.4. C. vnde vir & vxor.

In contrariā verò partem ad fauorem filiorum ex primo matrimonio, cōtra & aduersus filios ge-
6 nitos ex secundo matrimonio allegatur, † q vxor non potest, per talem donationem, quin obtineat locum dispositio d. l.hac edictali, aliquo pacto euitare,

euitare, ac facere, quòd filij secundi matrimonij non succedant, iuxta dispositionem legis. & hoc equidem radicatur atque fundatur solummodo in fraude, quæ de facili nempe præsumitur inter personas prohibitas, l. qui testam. ff. de probat. l. cum quis decedens, §. Titia, ff. de leg. 3. l. 1. & 3. C. de bonis, quæ lib.

Vnde cum vxor sit prohibita pacisci cum ipso marito, mediante huiusmodi conuentione, ita & taliter faciendo, planè tunc de fraude discernitur, cum vxor præsumatur plus re ipsa diligere liberos, qui sunt, quàm qui sperantur esse: vtpote quia de ente ad non ens, non est sumendum argumentū, l. eius qui in prouincia, vbi omnes Doct. hoc vniformiter concedunt, ff. si cer. peta.

7 Erit igitur fatendum,† vt istud pactum factum quidem extiterit contemplatione mariti, seu potius, vt ipse maritus ad nuptias condescenderet, & secundum sententiam istam contra Bal. in terminis, dum ea tempestate occurreret in facti contingentia inter eos casus iste, consuluere Franciscus de Albergotis de Aretio, & Ioannes de Lignano, quorum consilia reperiuntur inter consilia Pauli Castrensis, consi. 261. Mihi videtur, & consi. 263. Vnum est supponendum, volum. 1. & cum isti dissentirent à Baldo, vrgeretq; dissentio hæc circa præsentem difficultatem inter illustres illius temporis Iurisconsultos, commissus extitit casus iste determinandus D. Ricardo de Saliceto viro disertissimo, atque amplissimo eo tempore, qui recognitis consilijs ipsis Bal. Francisc. de Alberg. & Ioan. de Lignano, protulit sententiam contra consilium, & Baldi opinionem, & ita consuluit quoque Corn. consi. 82. volu. 3. Ruyn. consi. 112. vol. 5. Bertran. consi. 63. & consi. 566. volu. 5. & Baldusmet corrigendo seipsum, ac mutando eius iudicium in melius, consi. 161. Quædam nobilis Agnesina, col. 2. vol. 1. & sic etiam, & nos, solito studio, ostendimus istam esse cōmunem opinionem contra Decium, in loco antesignato, in Sylua communium opinionum, in opinio. 27. nu. 10. lib. 2. & ita denique post maturam deliberationem extitit iudicatum in Regia Audientia Apuliæ, in anno 1583. huiusmodi donationem, sic factam secundo viro, stipulanti nomine filiorum secundi matrimonij, fuisse & esse nullā & inualidā.

Nec omittam tandē illud, quod pariter nostræ satis necessitudini facere possit, idest distinctionem, traditam circa præsentem speculationem in facti contingentia in terminis propositæ consultationis consulendo, per Crauet. consi. 193. Minor vigintiquinque annis, num. 15. vbi residet in hac noua quidem opinione, ita & taliter distinguen-

8 do,† quòd aut filij secundi matrimonij, pro quibus pater stipulatus extat, non nascuntur, & tunc donatio prædicta nullatenus valeat: aut nascūtur, & hoc casu ratificent illam donationē à patre eorum nomine stipulatam, adeo quòd ijsdem acquiratur, & valeat donatio ipsa ratificata, & acceptata. Quia sicut mater posset immediatè plus relinquere filijs secundi matrimonij, ita censetur quoque, quòd facere hoc queat, mediante persona patris, ac eius facto, & hoc potissimum dicit locum facilè sortiri, vbicunque filij secundi matrimonij ante matris mortem ratificarent: nihilominus tamen nulla admodū habita distinctione, puto verius quippe fore, nullo casu donationē istam, consideratis fraudis rationibus posse subsistere, nisi natis liberis secundi matrimonij, & mater iterum & de nouo faceret illis nouam donationem omniū bonorum suorū, reseruata legitima liberis primi matrimonij, quod absque vlla quidem dubitatione facere potest, secundum Ias. in auth. vnde & si parens, in 4. not. C. de inoffi. testam. & Dec. consi. 246. col. 2.

Nam attentis rationibus, quibus Ricardus de Saliceto ita pronunciauit, est penitus & omnino quidem affirmandum, istud pactum cōtra legem expressam, fore ipso iure nullum, sicuti ipse aperit atque denudat post consi. 244. inter consilia Pauli Castrensis, volu. 5. habetur pro non scripto, pro non dato, & pro non relicto, & demum nullum redditur, nec potest vllo modo habere, sortirique effectum aliquem, tam proximum, quàm remotum, l. non dubium, C. de legib. & l. iurisgentium, §. generaliter, cum ibi notatis, ff. de pact. & cum sit contra legem, nec principale, nec accessorium valet, d. l. non dubium.

Imò huiusmodi pactum est ipso iure nullum, cum deficiat substantia: igitur cum nullum sit, & habeatur pro non scripto, non ens, nullam potest procreare substantiam, vel qualitatem. quare non subintrabit distinctio Craue. cū eius opinio erit contra sententiam Ricardi de Saliceto cōmunem.

ARGVMENTVM.

Substitutio reciproca impuberibus coniunctim facta cum compendiosa, an contineat pupillarem.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio reciproca impuberibus coniunctim facta cum compendiosa omni tempore continet fideicommissariam, propter disparitatem personarum, adhoc vt vniformiter eis succedatur: secus verò si personæ substitutæ minimè fuissent dispares, quia tunc intra tempora pubertatis extitisset directa.*

2 *Determinationis æqualis à regula datur recessus, quando necessitas cogit in vno, & non in alio, seu quando minimè potest dari casus, in quo non possit æqualiter in omnibus determinari.*

3 *Compendiosa inducitur per illa verba (vel postea quandocunque decesserit) & etiam si dictum sit (si sine liberis decesserit) sine illo verbo & dictione (quandocunque.)*

4 *Compendiosa per se vni tantum facta, complectitur pupillarem. & nu. 5.*

6 *Substitutio pupillaris, si omnibus fieri non potuit, non debet intelligi & interpretari factam esse.*

7 *Substitutionis fideicommissariæ intelligentia non repugnat pupillari ætati.*

8 *Substitutio reciproca impuberibus coniunctim facta cum compendiosa omni tempore est fideicommissaria, propter disparitatem ætatis personarum, quæ substi-*

substitutæ sunt. limitatur non procedere, quando concurrereus coniecturæ voluntatis testatoris, volentis respectu impuberum esse pupillarem intra tempora pubertatis.& nu.9.

10 *Substitutio reciproca impuberibus coniunctim facta cum compendiosa, est respectu impuberum omnino pupillaris, etiam sine speciali mentione pupillaris ætatis. sed hæc opinio minimè vera est, nisi ex coniecturis à lege approbatis hoc probetur voluisse testatorem.*

11 *Substitutio reciproca adiuncta cũ compendiosa, complectitur etiam pupillarem, quo ad filios impuberes, quibus fieri potuit.*

12 *Substitutio reciproca facta personis imparibus complectitur solum vulgarem substitutionem, & nullo modo pupillarem, intelligendo quando ista substitutio esset reciproca simplex, & pura, secus verò quando esset reciproca mixta cum compendiosa, quæ complectitur etiam fideicommissariam, & efficacius continet pupillarem, maximè si pupillari ætatis sit facta mentio specialis, & expressa.*

13 *Mater admittitur ad successionẽ in bonis filij sui præmortui, vna cum alijs filijs suis, & fratribus respectiue, per capita.& nu.14.*

15 *Substitutio pupillaris excludit matrem à legitima, maximè quando esset pupillaris expressa: & idem etiam fores si pupillaris sit comprehensa sub compendiosa facta, non tam verbis directis, quàm communibus: sed hoc reijcitur quando reperiatur facta per verba communia, vt sit omni tempore fideicommissaria fauore matris, & sic legitimam consequatur.& nu.16.*

17 *Reciproca simul concepta cum compendiosa, habens expressam dinumerationem temporum, & specialem mentionem pupillaris ætatis, censetur omnino pupillaris, aliàs secus.& nu.18.*

19 *Rationes duæ simul iunctæ præualent vni.*

20 *Reciproca simul facta cum compendiosa, non habens expressam, & specialem mentionem pupillaris ætatis, nullatenus complectitur pupillarem: secus verò si habeat expressam mentionem pupillaris ætatis, vel ex coniecturis colligatur voluisse testatorem pupillarem etiam complecti.& nu.21.& 22.*

23 *Substitutionis pupillaris interpretatio, non impeditur ob disparitatem personarum, quando ex coniecturis colligitur sic sensisse testatorem.*

24 *Coiecturæ leues & minimæ sufficiunt ex dictis ante, vel post testamentum, ad inducendam vocationem inter liberos in cõditione positos. sed quæ coniecturæ ad hoc sufficiant, relinquitur iudicis arbitrio, num.25.*

26 *Substitutio pupillaris regulariter non inducitur ex coniecturis: & ideo opus est, vt ad inducendã hanc pupillarem substitutionem, tantum suffragentur coniecturæ legis scriptæ.& nu.27.*

28 *Substitutionis pupillaris interpretatio manifestè colligitur ex commemoratione pupillaris ætatis.*

29 *Coniecturæ suffragari debent ex expressis in testamẽto, ad inducendam vocationem liberorum, in conditione positorum.*

30 *Substitutio reciproca simul facta cum compendiosa, etiam facta personis disparibus, scilicet alijs puberibus, & impuberibus, est pupillaris filijs impuberibus decedentibus in pupillari ætate, quando est apposita in testamento clausula (vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum) quæ clausula habet vim expressæ specificationis, & est maximi momenti & effectus.& nu.31.*

32 *Clausula apponi solita in testamentis est apponenda, & extendenda à notario, etiam non apposita. & notarius apponens non potest accusari tunc de falso, licèt de illa rogatus minimè fuerit.*

33 *Notarius censetur rogatus apponere clausulas apponi consuetas.*

34 *Notarius potest extendere clausulam cæteratam.*

DECISIO CCCXCVII.

PETRVS-ANTONIVS Ciardus, dum nonnullos haberet filios, duos quidem impuberes, cæteros uerò puberes, quos omnes testamento condito per eum, hæredes instituisset, & substituisset his candidis uerbis (si quis eorum in pupillari ætate, vel postea quandocunque decesserit, substituo alios, qui superstites erint) contingit postmodum, eodem testatore defuncto, quod vnus ex ipsis filijs impubes decessit: quas ob res dubitatur hodie in Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ, Comitatusque Molisij, an intelligatur facta substitutio pupillaris,† ita quòd reciproca substitutio impuberibus coniunctim facta cum compendiosa contineat pupillarem. quæstio est grauissima, in qua non mediocriter sudandum, ac non leuiter laborandum venit. duæ igitur extãt in præsenti articulo scribentium adinuicem repugnantes opiniones, impetumque maximum inter se facientes. Prima namque opinio ea est, quod omni tempore isthæc substitutio sit fideicommissoria, propter disparitatem personarum, ad hoc ut vniformiter eis succedatur: secus verò si personæ substitutæ minimè fuissent dispores, quia tunc intra tempora pubertatis extitisset directa. & hæc fuit originalis sententia Bar.conf.41.num.1.& in fi.& consi.57.num.4.eamque tuentur, qui ipsam sequuntur, illo unico fundamento, quòd nullo quidem modo ratione seruandæ æqualitatis substitutio pupillaris cẽsenda sit, per textum in l.iam hoc iure, ff.de vulg.& pupil.substit. & in l.in testamento, la prima, C.de testam.milit. & in l.quamuis, C.de impub. & alijs substit. & huic opinioni suffragari nõ me latet illud, quod in dubio ita est facienda interpretatio, vt æqualis fiat determinatio, per dictam l.iam hoc iure, cum alijs iuribus prænotatis.

2 Vtpote, † quia tunc ab hac regula recessus datur æqualis determinationis, quando necessitas cogit in vno, & non in alio, siue quando minimè gentium potest dari casus, in quo nõ possit in omnibus æqualiter determinari, veluti explicauere Alex.in d.l.in testamento, num.2.& seq.C.de mil.testam.& Soc.sen.in l.cum auus, num.53.vers. nec diuersitas rationis, ff.de condit. & demonstr. & ad illam regulam, istam intelligentiam probat Dec.consi.211. nume.4. verùm enimuero in istis terminis nulla admodum vrget necessitas, ut pupillaris substitutio censeatur, cum effectum hebere queat

re queat vulgaris substitutio, seu fideicommissaria, quæ ambæ substitutiones nô inæqualiter conueniunt omnibus filijs testatoris: idcirco nullo modo interpretabitur hæc substitutio pupillaris.

3 Et † licèt sententiam istam subuertere conentur complures Docto. veluti in indiuiduo Raph. de Raymundis Comensis, subtilissimus interpres in loco inferius allegando, illa potissimum ratione, hanc scilicet potius fore compendiosam, quâ breuiloquam substitutionem: cum compendiosa inducatur per illa verba (vel postea quâdocunque decesserit) Curt. iun. consi. 172. in princ. & consi. 86. col. 2. vbi scribit esse communem, Do. Sfortia Oddus in tract. de compendiosa, par. 4. articu. 3. in fi. vers. solet fieri, Natta, consi. 551. nu. 2. volum. 3. & Card. Albanus, consi. 28. num. 7. quibus quidem in locis hoc etiam procliuè ac ardenter amplificant, si dictum quoque sit (si sine filijs decesserit) sine verbo (quandocunque) in tâtum quòd in omnem euensum compendiosa omni dubio procul continet pupillarem, & sic pupillaris omnino existit. verùm enimuerò huic obstaculo facillima traditur responsio; quòd imò hæc substitutio extat re ipsa mixta, breuiloqua, & compendiosa, vt censuit Bald. in dicta l. in testamento, num. 8.

Secundò plus hodie industriæ, studij, ac operæ

4 in scribendo ponens, respondeo etiam, † quòd substitutio compendiosa per se vni tantum facta côplectitur pupillarem, vt explicat Bar. in l. Centurio, num. 32. ff. de vulg. & pupil. sed vbicunque compendiosa côiunctim fit cum breuiloqua personis imparibus, ratio æqualitatis, quæ debet ob breuiloquam intueri & obseruari, facit, vt minimè pupillarem substitutionem contineat, ita in terminis ponderat ac armat respondendo Ias. in l. iam hoc iure, nu. 9. vers. secundò & formalius, ff. de vulg. & pupil.

5 Nec † incitat commouetque vllo quidem pacto alia speculatio, opinionem contrariam fomentantium ac tuentium, vt magis nempe intersit pupilli, quòd sit pupillaris, quàm fideicommissaria substitutio: quia pupillaris redundat sanè profectò eidem fauorabilis. nam ex ijs quæ exarat scribitque Alex. in d. l. in testamẽto, respondendum dulciter est, quòd reciproca adiuncta cum compendiosa, continet sincere quidem fideicommissariam, ex quo omnibus & quibuscunque personis æqualiter conuenire potest, & ex verbis testatoris planè discernitur ac colligitur, quòd se ad sotam vulgarem minimè coarctauit, cum dixerit (quandocunque aliquis filiorum decesserit.)

6 Cæterùm, † cum substitutio pupillaris si omnibus fieri non potuerit, non debet intelligi, quia fauor pupillaris substitutionis (licèt hoc non explanent ita Doctores) non efficit, vt recedatur à regula æqualis determinationis, ne pupillus intestatus decedat, vti explicitè nimirum probat Iurisconsultus in l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupil.

7 Nec † potissimè refragari censetur, quòd sit facta specialis mentio pupillaris ætatis, quia firmior nempè, ac potentior erit dubio procul coniectura, quæ sumitur à prædicta regula æqualis determinationis, ac interpretationis: nã ex superabundanti poterit intelligi factam esse mentionem pupillaris ætatis, cui minimè etiam repugnat fideicômissariæ substitutionis intelligẽtia, vt subleuat ac probat Iurisconsultus in l. cohæredi, §. cum filiò, ff. de vulg. & pupil. substit.

8 Postremò † hanc utique sententiam, præmemoratis suffultam rationibus, quãplurimis etiam Scribentium authoritatibus roboratam esse constat. nam post Bar. in d. consi. 41. num. 1. & in fi. & consi. 57. num. 4. ita sentit Bal. in l. in testamento, num. 8. in fi. C. de milit. testamen. vbi concedit pupillarem substitutionem minimè interpretari posse, nisi possit omnibus quippe personis adinuicem substitutis æqualiter conuenire, & opinionem ipsius Bal. ibidem sequitur Rom. num. 15. & commemorat etiam Pau. Castren. eo in loco, nu. 4. hanc eandem sententiam tenuisse Io. de Imola cum quo subdit se super hoc dubio diutinam habuisse contentionem, & in terminis ita respondit D. Riccardus de Saliceto in quodam suo consil. incip. Quidam testator, veluti ipsius D. Riccardi decisionem refert, atque commendas Alexan. in d. l. in testamento, in fi. & sectatur ibi Ias. num. 4. vers. tu adde, & idem Alex. in l. Lucius, num. 20. vers. vltra ea, ff. de vulg. & pupil. subst. & Corneus in d. l. in testamento, num. 4. vbi inquis, quòd etsi de iuris rigore opinio Pauli Castrensis côtrarium sentientis tueri possit, nihilominus tamen in practica amplectenda venit isthęc sententia pluribus authoritatibus corroborata, & ita quoque in terminis consuluit idem Corneus consi. 180. vol. 1. subdens ibi in decisiuis, hanc opinionem fore recipiendam, etiam si esset facta expressa mentio pupillaris ætatis, veluti consuluit Riccardus de Saliceto, & tamen ingenuè fatetur, quòd regulariter dinumeratio ætatum, & specialis mentio pupillaris ætatis inducit sensum, & intellectum pupillaris substitutionis, quæ alioquin censeretur fideicommissaria, per Glo. in l. precibus, C. de impub. & alijs substit. & hanc opinionem verissimam esse ac apparere, explicitè probauit Ang. de Vbaldis, consi. 97. Viuianus de Monte Politiano, prope fi. vbi efficacius quidem loquitur, quando substitutio foret facta per verba directa, veluti etiam loquitur Corneus in d. consi. 180. vol. 1. quo nempe casu, licèt perdifficilè trahatur ad fideicommissariam interpretationem faciendam, vt probatur in l. verbis ciuilibus, vbi notant Alcia. & alij vniuersaliter omnes, ff. de vulg. & pupil. substitutione: tamen respondet Corneus, quòd cum istud verbum indubitanter quidem debeat obliquari respectu filij puberis, similiter obliquabitur respectu filij impuberis, si decesserit post pubertatem: qua de re absurdũ minimè erit si efficeretur obliquum, quando filius decesserit in pupillari ætate, propter inducendam ęqualem interpretationem in substitutionibus factis personis imparis ætatis, & instruxit ibidem Corneus, quòd pro ista parte plurimum facit responsum ipsius D. Riccardi de Saliceto, & ab eadem, ob authoritatem prædictorum Patrum, non esse tutum in iudicando discedere, veluti eandemmet opinionem amplecti videtur

detur

detur idem Corneus, consi. 197. num. 2. volum. 3. & hæc extat magis recepta, propter maiorem ac frequentiorem concursum Doctorum, vti ipsam rationibus, & authoritatibus quamplurimis probat Francisc. Mantica in tracta. de coniect. vlt. volunt. titu. 8. lib. 5. & magis communem consulendo profitetur Ruin. consi. 107. num. 4. volum. 2. vbi annectit Pauli Castrensis sententiam sequi nimis periculosum esse, potissimumque ita simplici

9 ter, † nisi forsan concurrerent coniecturæ voluntatis testatoris, voleutis omnino pupillarem esse substitutionem hoc casu, prout affluentius ac fertilius explicat Mantica in loco præcitato, num. 6. cum alijs seqq. & illustris D. Menoch. in tract. de præsumptionib. in præsumptio. 60. num. 24. cum alijs seqq. lib. 4.

10 Altera verò † in præsentiarum vrget sententia contraria, tanquam grauissima, acutissimaque, quòd scilicet hoc casu intelligatur omnino pupillaris substitutio verè & realiter ex prædictis uerbis, & mente testatoris concepta, veluti huic sententiæ in fortioribus quippe terminis plurimum tribuit suo iudicio Paul. Castren. magistraliter, & originaliter in l. 2. in fi. C. de impub. & alijs substi. & in l. in testamento, la prima, C. de milit. testam. Quamuis facta fuerit reciproca substitutio mixta cum compendiosa simpliciter, sine speciali mentione pupillaris ætatis, vt si testator dixerit (quandocunque aliqui eorum decesserit, substituo superstites.) adijcitque idem Paul. Castren. ita aliàs se consuluisse, ac maximam itidem, super huiuscemodi dubitatione controuersiam habuisse cum Io. de Imola, & quidem probant, qui Pauli Castrensis sententiam hanc sequuntur, licèt illa penitus abiecta ac deposita, scala iucūdè profectò musicali, Mantica in tract. de coniect. vlt. volunt. ti. 8. sub num. 1. & seqq. lib. 5. attrahit, augetque procedere, ac admittendam esse opinetur eo tãtum casu, quo expresè constaret testatorem fecisse pupillarem substitutionē, vel facere voluisse ex coniecturis discerneretur.

11 Et licèt † reciproca substitutio facta simpliciter personis imparibus nullatenus contineat pupillarem substitutionem, sed tantummodo vulgarem, l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupil. substitu. l. quamuis, C. de impub. & alijs substit. & l. in testamento, C. de milit. testamen. nihilominus tamen quando est adiuncta cum compendiosa complectitur etiam pupillarem quoad filios impuberes, quibus fieri potuit, & probat opinionem istam Ias. in d. l. iam hoc iure, num. 9, vers. pro parte contraria, ex textu ibi, & in d. l. in testamēto, quæ quidem iura inducit ad hoc etiam post Ias. Mantica in loco antesignato: nam inquit Iurisconsultus, quòd quando substitutio breuiloqua facta extet personis imparibus, hoc communi verbo (substituo) quod communiter potest ad vtrunque referri, quòd tunc testator intelligitur voluisse æqualiter substituere, ex quo cōpertum est illud verum fore, vbicunque breuiloqua minimè concepta sit verbo communi, quod valeat conuenire vtrique, vti in casu de quo agitur, vbi dictum est, si quis eorum quandocunque decesserit, substituo superstites, quia cuique vniformiter distributiuè censetur facta substitutio, & ideo secundum statum, conditionemque cuiuscunque potest commodam recipere interpretationem, & ex consequenti filijs impuberibus potest censeri iniuncta substitutio pupillaris, vt accuratissimè quippe explanat Mantica in loco præmemorato, vteus ibi inductione d. l. iam hoc iure, subdensque etiam post Raphael. de Raymūdis, quem refert alia potissimum ratione hanc opinionem locum sortiri, vbi in substitutione foret facta specialis mentio pupillaris ætatis, vt si dictum fuerit (si quis filiorum decesserit in pupillari ætate, vel postea quandocunque:) nam illa clausula (si decesserit in pupillari ætate) esset quodammodo superuacanee adiecta, nisi intelligatur pupillaris substitutio, quod minimè concedendum est, quòd verba testatoris censeantur superflua, cum commodam admodum possint recipere interpretationē, & significationem: & hac etiam ratione vsus est Iason, qui stante speciali mentione pupillaris ætatis, optimè concludit. hoc enim casu necessario intelligi opus est facta solis impuberibus, cum puberes non possint in pupillari ætate decedere: & ideo post Raph. de Raymundis annectit Mantica subtilissimè more suo, ubi supra, hanc minimè esse reciprocam substitutionem, quę nuncupatur tertia species, vt in d. l. iam hoc iure. sed sincerius, puriusque eam esse compendiosam, factam cum temporum distinctione, quæ complectitur, non solùm vulgarem, verùm etiam pupillarem expressam, & fideicommissariam, vt explicant Doctores in l. precibus, C. de impub. & alijs substit. & in l. Centurio, ff. de vulg. & pupil. subst. & in cap. si pater, de testam. lib. 6. imò robustius viriliusque instruxit ibidem Mantica, quòd si quispiam instete

12 rit, † quòd reciproca facta personis imparibus complectitur solam vulgarem substitutionem, & nullo modo pupillarem, per text. in d. l. iam hoc iure, & in d. l. in testamēto, quòd digeste quidem responderi poterit, quòd verum est in reciproca simplici, quæ appellatur tertium genus substitutionis, & illis verbis concipitur (vos inuicem substituo) vt loquuntur iura prallegata: secus verò fore in reciproca mixta cum cōmpendiosa, quæ complectitur etiam fideicommissariam, & proinde efficacius continere debet pupillarem, maximè si pupillaris ætatis sit facta mentio specifica & expressa.

Cęterùm hanc partē similiter in terminis complures sequuntur Authores, veluti post Pau. Castrens. in d. l. in testamento, Corneus ibi, nume. 3. & seq. & Dec. num. 7. idem Pau. Castren. in l. fin. C. de impub. & alijs substit. Paris. consi. 36. num. 32. & seqq. volum. 2. Raphael de Raymundis Comensis, consi. 16. Ioannes quondam, qui in terminis terminantibus consuluit factam esse pupillarem substitutionem, & quidem expressam, adeo quod subijciat hoc casu in claris minimè opus esse coniecturis, & in terminis nostris, vbi est facta meutio specialis pupillaris ætatis, hanc sententiam fore verissimam probat, sequiturque Corn. consil. 142. num. 5. volum. 4. & hoc casu, vbi extat ex-

 pressa

pressa mentio adiecta pupillaris ætatis, hanc sententiam stabilissimam, firmissimamque ostendit Mantica in d. titu. 8. sub num. 10. quæ distinctio mihi etiam innocentissima, ac sincerissima videtur, aliàs stante quòd nullatenus facta sit expressa mentio, specialisque adiectio pupillaris ætatis, contrariam sententiam vti firmiorem, & roboratam frequentiori applausu Scribentium sectatur, atque tuetur, veluti ego quoque opinatus sum esse probatissimam, ac sacrosanctissimam.

13 Summa ea sit itaque, † quòd recitatis ambabus hisce opinionibus, facilè colligi potest, quæ nam illarum sequenda sit in casu nostro: cum magni intersit in terminis istis ad tollendam controuersiam inter vxorem testatoris, & respectiue pupilli matrem, an sit fideicommissaria, vel pupillaris substitutio hoc casu concepta, quia si foret fideicommissaria, mater pupilli ex illius persona succederet in legitima, & trebellianica, debitis filio pupillo grauato, vna cum alijs filijs, & fratribus pupilli, quibus ex fideicommisso fieret restitutio, secundum textum in authen. defuncto, C. ad Tertul. succedendo mater vna cum eis per capita, vt notat Boer. decis. 185. num. 1. & ita extitit aliàs decisum in sacro Consilio Neap. teste Cæsare Vrsillo in addit. ad Afflict. decis. 38. sub nume. 11. absoluimus & nos, vt res postulauit, in Sylua communium opinionum, in opinio. 336. in princip. lib. 1.

14 Verùm enimuerò † si foret pupillaris, vtique mater esset exclusa à legitima, secundum textum in c. si pater, de testam. lib. 6. & præsertim vbicunque esset pupillaris expressa, vt extat textus clarus atque limatus in l. precibus. C. de impub. & alijs substitutio.

15 Et † idem etiam esset si pupillaris foret cõprahensa sub compendiosa, veluti esse istam sententiam firmiorem, & receptiorem opinati sunt, prętermissis vetustioribus, inter recentiores Neurzanus, consil. 33. Rolan. à Valle, consi. 69. nume. 7. & seqq. qui loquuntur etiam, nõ tantum vbi substitutio reperiretur facta compendiosè verbis merè directis, sed verbis etiam communibus, sicuti affirmans esse tutiorem, puriorem, atque communiorem respondit Hieronym. Gabriel. consi. 130. num. 4. & consil. 169. num. 45. volum. 1. & consil. 120. num. 9. volum. 2. Cæphal. consi. 524. num. 27. volu. 4. Thobias Nonius, consi. 30. num. 3. Pancirolus, consi. 151. num. 3. & Simon de Prætis, consil. 168. num. 15.

16 Quàm † profectò sententiam in compendiosa, concepta per verba communia illam non excludere vllatenus quidem matrem à legitima, sed semper fideicommissariam esse, fauore matris, minus veram, sed impiam & periculosam esse semper consulendo, iudicando, atque scribendo arbitratus sum, & in præsentiarum iudicem eam intricatissimam fore, vt verior, tutior, maturiorque sit opinio matri legitimam deberi, veluti iudicauit sacrum Consilium Neapo. teste Afflicto decis. & ita absoluimus etiam ex communi opinione in Sylua communium opinionum, in opin. 864. sub num. 2. cum alijs omnibus seqq. lib. 3. & receptiorem, ac æquiorem in terminis tradidit quoque Bursat. consi. 8. num. 39. volum. 1. & Do. Sfortia Oddus in tracta. de compendiosa, in 5. par. art. 3. particulæ 5.

Sed vt eo vnde egressa est reuertatur oratio, illam opinionem, vti verissimam, & inlubuertibilem mutandam fore non puto in terminis nostris vt substitutio, de qua agitur, censeatur sitque omnino pupillaris, & nõ modo pupillarem elicitam ex coniecturis mentis testatoris, quàm verè & realiter pupillarem explicitam, serenam, & expressiuam, ex illis verbis in substitutione appositis (si quis eorum in pupillari ætate, vel postea quandocunque decesserit.)

Imò ab ista sententia, tanquam recta, desciscere aliter non potuit Corneus, consi. 142. nume. 5. volum. 4. vbi ita facilè adducitur ad respondendum ac consulendum, mediante hac distinctio-

17 ne, † quòd aut in reciproca insimul concepta cũ compendiosa, fuit expressa dinumeratio temporum, & specialis mentio facta extitit pupillaris ętatis, aut non. primo quidem casu putat opinionẽ Pauli Castrensis verissimam esse, vt censeatur omnino pupillaris substitutio. nam reperiuntur vtique patrocinari hoc casu, duæ vrgentes coniecturæ, & rationes. Prima itaque ea extat, ne frustra videatur mentio facta pupillaris ætatis. Secunda

18 verò ratio est etiam, † quòd in dubio interpretatio sumi debet, vt substitutio cẽseatur directa pupillaris, c. si pater, de testam. lib. 6. l. in testamento, C. de milit. testam. l. iam hoc iure, & l. Lucius, ff. de vulg. & pupil. substit. & notatur in l. precibus, C. de impub. & alijs substit. & in cap. Raynutius, de testamen.

19 Quæ † quidem rationes arctè ac simul iunctæ præualere debent omni dubio procul illi rationi, quòd vna determinatio respiciens plura determinabilia, debeat equaliter determinare, secundum regulam d. l. iam hoc iure. quæ nempe regula in alijs pluribus casibus admittenda non est, secundum Corneum in d. l. in testamento, nu. 5. hæq; duæ rationes debẽt re vera vincere illam vnicam rationem, auth. itaque, C. communia de succes. & l. re coniuncti, ff. de lega. 3. & laboriosissimus Do. Menoch. in tract. de præsumptionib. pręsumptio. 34. num. 14. lib. 4.

20 Vnde † in hoc primo capite, in proprijs terminis, vt liquet, reperitur procedere casus præsentis cõtrouersiæ, in quo in specie respondit Raphael de Raymundis in d. consi. 16. in secundo verò casu, vbi nulla admodum extat facta specialis mentio pupillaris ætatis, tunc planum facit Corneus veram esse Imolæ opinionẽ, quòd pupillaris substitutio nullo pacto intelligẽda sit propter supradictam regulam æqualis determinationis: & hoc casu intelligendum respondisse Ang. de Vbaldis d. consi. 97. & hanc distinctionem sequendam esse, veluti rationabilem opinatur Mantica in tracta. de coniect. vltim. uolunt. lib. 5. titu. 8. post nume. 10.

21 Imò † quo ad primum casum distinctionis redeundo, hanc sententiam absque discrimine admittendam

mittendam esse perspicuè liquet, non solùm in illo casu, in quo extitit expressè facta mentio pupillaris substitutionis, quodque lepidè patet, testatorem voluisse pupillariter substituere filijs suis impuberibus, etiam institutis, adinuicemque substitutis cum alijs filijs puberibus, & sic disparis ætatis, veluti distinxit Corn. d. consi. 142. nu. 5. vol. 4. & consuluit Rapha. de Raymund. in d. consi. 16. qui est casus noster, verùm etiam locum obtinet, vbicunque idem ex coniecturis voluntatis colligitur voluisse testatorem, vt simili casu complectatur etiam pupillaris.

22 Vtpote, † quia reciproca substitutio, facta imparibus, complectitur quoque pupillarem, quando ex mente colligitur, ita Bar. in l. Lucius, nu. 6. ff. de vulg. & pupil. Anania, consi. 89. in fi. & Mantica in tract. de coniect. vltim. volunt. titu. 8. num. 11. lib. 5.

23 Vbi substentat, † quòd disparitas personarum non impedit quominus pupillo dicatur facta pupillaris substitutio, quando ex coniecturis colligitur, sic sensisse testatorem, vti habetur in d. l. iam hoc iure, & in d. l. in testamento, & vtrobique ita explicant vniformiter Scribentes omnes, & ita in terminis consuluit Ruin. consi. 107. nu. 4. volu. 2. vbi sustinet ex coniecturis, pupillarem habere locum in reciproca cum compendiosa simpliciter facta, sine speciali mentione pupillaris ætatis, quando ex dictis coniecturis colligatur testatorem voluisse pupillariter filijs impuberibus substituere.

24 Cæterùm † ex quibus coniecturis hoc casu censeatur facta pupillaris substitutio? & quamuis ad inducendum vocationem liberorum in conditione positorum, leues, ac minimas coniecturas ex dictis ante, vel post testamentum sufficere opinentur quamplurimi Illustres Doctores post antiquos, vt sunt Purpurat. inter consilia Syluani, consi. 53. post num. 3. Cæpha. consi. 251. num. 74. volum. 2. Decianus, consi. 42. sub num. 6. inter consilia Portij Imolensis, lib. 1. Grat. consi. 101. num. 17. volu. 2. Riminal. iun. consi. 21. num. 58. Rolan. à Valle consi. 6. num. 29. vol. 4. Decianus, consi. 2. num. 4. & 10. & consi. seq. num. 4. volu. 2. ingeniosissimus D. Menoc. consi. 393. num. 34. vol. 4. Francis. Turturell. consi. 394. num. 5. inter consilia ipsius Menoc. d. vol. 4. & Ioan. Petr. Surd. cons. 67. num. 34.

25 Nihilominus tamen † plures, ac pariter frequentiori consensu Scribentes existimant circa præsentem speculationem, certam regulam minimè dari, sed iudicantis arbitrio demandari, vt per Soci. in l. cum auus, num. 114. ff. de condi. & demonstr. Rip. in l. Centurio, num. 162. & ibi Galliaul. num. 98. ff. de vulg. & pupil. substit. Zanchum in l. hæredes mei, §. cum ita, num. 728. ff. ad Trebell. Grat. consi. 40. vol. 5. prudentissimum D. Menoc. de arbitr. iudi. lib. 2. cent. 2. casu 148. num. 2. Anto. Gabriel. in tit. de fideicom. conclu. 4. nu. 30. Rimin. iun. in d. consi. 21. num. 58. Cæpha. cons. 417. nu. 13. Rolan. à Valle, cons. 54. num. 2. volu. 3. Decianum, consi. 26. num. 87. vol. 2. & Simon. de Prætis in tract. de interpret. vlt. volun. lib. 1. dub. 1. solu. 1. ante num. 12.

26 Et quamuis † compertum quippe sit, pupillarè substitutionem regulariter non induci ex coniecturis, sed opus esse eam expressè fieri, quia nemo per coniecturas directo scriptus hæres intelligitur, l. 1. ff. si tabu. testam. extabunt, Pau. Castr. in l. peri. num. 3. C. de impub. & alijs substit. & in l. Titia Seio, §. Seia, num. 2. ff. de leg. 2. vbi asseuerat atque maturat, quòd directa substitutio debet fieri expressè, & non per coniecturas, & quòd directa pupillaris inter filios minimè resultet, siue fiat substitutio vltimo morienti, siue concipiatur sub conditione (si omnes decesserint) per textum in l. si pater impuberes, ff. de vulg. & pupil. substi. quoniam ad inducendam directam substitutionem, non satis est voluntas tacita, sed necesse est expressa, sicuti in institutione, & ita etiã meditatus extitit Soc. sen. cons. 140. num. 1. & Dec. cons. 211. num. 3. & seq. & cons. 371. nu. 6.

27 Quocirca † interpretari oportet, vt ad inducendam hanc pupillarem, tantummodo suffragentur coniecturæ legis scriptæ, vti cum expressa vulgari, ex legis dispositione intelligitur factã esse, etiã pupillarem, l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupil. & l. quamuis, C. de impub. & alijs substit. Verallus decis. 163. Simulatus, nu. 6. & seq. par. 3. & ita explanat Mantica in tract. de coniect. vlt. volun. tit. 7. sub nu. 1. & seq. lib. 5.

Vbi disertè quidem erigit, & in specie probat,
28 post nu. 4. † ex commemoratione pupillaris ætatis, enucleatè colligi, testatorẽ voluisse facere substitutionem pupillarem, Glo. magna in d. l. precibus, in fi. Soc. iun. consi. 95. num. 14. & seq. vol. 1. & Ruin. consi. 103. nu. 6. & 19. vol. 2. vbi conseruauit istam esse communem sententiam.

Quam vtique coniecturam pluribus modis amplificat idemmet Mantica in loco præmemorato,
29 & in summa summarum, † isthæc coniectura ad pupillaris substitutionis inductionem colligendam, ex expressis in testamento, debet colligi, veluti argumento sumpto à minori ad maius, ad inducendam vocationem liberorum, in conditione positorum suffragari debent coniecturæ ex expressis in testamento, sicuti huic sententiæ, tanquam grauissimæ atque communissimæ acquieuere Soc. sen. in d. l. cum auus, in fi. & consi. 116. col. 2. volu. 3. Alex. consi. 202. col. fin. sub num. 7. volu. 7. Pari. consi. 31. num. 10. consi. 44. num. 25. consi. 74. num. 7. consi. 78. num. 8. vol. 2. & consi. 86. num. 20. & consi. 87. num. 16. eod. vol. & cons. 63. num. 17. vol. 3. Hierony. Torniellus, consi. 43. num. 12. & 14. vol. 1. inter consilia Portij Imolensis, cui se subscripsit ad hanc rem Tiberius Decianus, consi. 44. col. 1. eod. volu. Bursatus, consi. 64. num. 2. vbi diffudit communem, & indubitatam opinionem, vol. 1. & consi. 1. num. 11. eod. vol. Berous consi. 104. num. 12. volu. 2. D. Menoc. consi. 135. num. 12. vol. 2. Decianus, consi. 26. num. 87. & consi. 59. num. 12. volu. 2. consi. 86. num. 12. & seq. vol. 3. Clarus de testam. quæst. 78. in princ. Iacob. Beretta, cons. 74. nu. 10. Francis. Vegius, consil. 74. num. 230. Cæpha. consi. 517. num. 65. volu. 4. & Simon de Prætis de interpret. vlt. volun. lib. 1. interpret. 2. solu. 1. nu. 6. & quia res neutiquam spectat ad casum nostrũ, ideo quietè quidem prætermitto

termitto quàmplurima quæ ad hãc pertinẽt quęstionem explicandam. sufficit igitur verum esse, substitutionem pupillarem in terminis nostris intelligi etiam ex coniecturis à lege tamen approbatis, ex verbis testamenti elicitis, vti supra explanatum extat, de quibus profecto coniecturis minimè controuertendum est in casu isto, quo nitidè probatum extitit, fuisse expressam à testatore, sere neque inductam pupillarem substitutionem.

30 Hancque † sentẽtiam potissimum in huiusmodi terminis admittendam esse absque controuersia aliqua existimo, cum in testamento prædicti Petri Antonij, de quo agitur, adiecta reperiatur clausula illa (quibus omnibus quandocũque decesserint, & cuique eorum ita sine liberis quãdocunque decedenti vulgariter, pupillariter, & per fideicõmissum substituit superstites.) quia etsi aliqui filiorũ sint puberes, & alij impuberes, tamen ex quo substitutio facta extat distributiuè vnicuique morienti sine filijs in quacũque ætate, vtique pupillaris, cum intelligatur specialiter expressa: tunc enim perspicuum & indubium est, fore conceptam pupillarem substitutionem, veluti respondit Paris. in consilijs prænotatis, qui solidè quidẽ affirmat, circa hoc, nullam admodum versari difficultatem, & Mantica etiam in tract. de coniect. vlt. volun. tit. 8. num. 13. versi. illud etiam, lib. 5. & artificiosissimè quoque, ac vigilantissimè quidem D. Menoc. in tract. de præsumptionib. præsumptio. 60. nu. 34. & seqq. lib. 4.

31 Nam † hæc similis clausula habet re vera vim expressę substitutionis, & reputatur suauiter quippe maximi momenti & effectus, secundum Ioan. Dilect. in tract. de arte testandi, titu. 6. de substit. caute. 1. num. 2. Ant. Angusol. consi. 38. num. 12. vol. 6. Cæpha. consi. 134. num. 3. vol. 5. & oportunè etiam aliàs absoluimus in Sylua communium opinionum, in opinio. 865. post nu. 8. lib. 3.

32 Imò, † etiam si minimè adesset in testamento huiuscemodi clausula, cum eadem apponi hodiernis temporibus solita quidem sit de stylo & consuetudine notariorum vbique locorum, vtique deberet notarius illam apponere, ac extendere, & apponens non potest accusari de falso, apponendo tunc clausulas notoriè apponi consuetas, licèt de illis rogatus nequaquam fuerit, vt discurrit, mediante necessario apparatu, Tiraq. in tract. de iure constituti possessorij, in 3. par. limitatio. 31. num. 7. & seqq. & D. Menoc. in tract. de præsump. præsumptio. 31. lib. 4.

33 Vtpote, † quia semper dicitur rogatus notarius ipse apponere clausulas consuetas, vt in proposito tradidere Soc. iun. consi. 144. num. 100. volu. 3. Bal. consi. 107. in fi. volu. 2. Dec. consi. 443. nu. 26. Ioan. de Amicis, consi. 126. nu. 4. Bar. consi. 8. nu. 12. volu. 1. inter consilia criminalia diuersorum, Crauet. consi. 75. nu. 4. vol. 1. & consi. 718. nu. 6. volu. 4. & extat magis communis opinio, secundum Ancha. Regiens. quæst. 8. nu. 10. & seq. par. 2. Rolan. à Valle, cons. 34. nu. 93. volu. 4. Neuiza. cons. 28. Hierony. de Gigantibus, cons. 58. nu. 11. & consi. 161. nu. 7. & seq. D. Menoc. cons. 37. post nu. 154. vol. 1. & Rimin. iun. cõsi. 80. nu. 42. vol. 1.

34 Et † isthęc clausula potissimum extendi posset, quotiescunque esset cæterata, vt per Bar. in l. Gallus, §. idem credendum, ff. de libe. & posthum. vbi Ias. Soc. sen. & Claud. de Seysellis, & alij vniformiter omnes, Alex. consi. 163. sub num. 9. volu. 7. & Bursat. consi. 150. num. 89. vol. 2. & ita iudicatum extitit tandem, in eadem Regia Audientia, in anno 1583. prædictam substitutionem omnino pupillarem esse expressam, & nullo modo fideicommissariam, patrocinantibus in causa tunc, D. Palamide Granita, & D. Horatio de Bonis, honesto quidem loco natis, & optimæ, inter Aduocatos conditionis, honoratis.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum conditionale, an & quando & ad quos transmittatur. Et ex quibus fiat ipsa transmissio.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum conditionale non transmittitur, etiam in descendentes, nisi adsint coniecturæ, suadentes testatorem voluisse illud transmitti. & numero 2.*

3 *Fideicommissum conditionale transmittitur ex coniecturis, etiam ad transuersales.*

4 *Fideicommissum conditionale, ad hoc vt transmittatur, opus est, quòd adsint coniecturæ necessariæ, & multum probabiles, quæque desumantur ex ipso testamento. & nu. 5.*

6 *Fideicommissum conditionale transmittitur, quando testator filios substituit, eosque in conditione posuit. sed contrarium verius, alia non concurrente coniectura, videlicet si positi in conditione non sint tales, qui ex præsumpta mente substitutum excluderent, vt si esset substitutus par in gradu successionis ab intestato, vel æquè dilectus: secus si extraneus.*

7 *Fideicommissum conditionale non transmittitur ex eo solum, quòd descendentes sint positi in conditione, quæ est vera, & cõmunis opinio contra Oddum, Decium, & Cæphalum. & nu. 8.*

9 *Fideicommissum conditionale transmittitur, quando descendentes positi sunt in conditione, & alia concurrit coniectura. & nu. 22.*

10 *L. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. procedit etiã, quando substitutio facta est sine dictione vniuersali, vt quibuscunque verbis sit facta, substitutus admittatur, nisi ij, qui in conditione positi extant sint tales, qui ex coniectura voluntatis illum excludant.*

11 *Substitutio in casu l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. satis est, quòd cum effectu intelligatur facta in tota hæreditate, quamuis sit simpliciter facta.*

12 *Substitutus facilius admittitur cum simpliciter, non autem in tota hæreditate substitutus est.*

13 *Fideicommissi, seu alterius conditionalis dispositionis transmissio fit ad hæredes, mortuo honorato, pendente conditione, quando si transmissio non fieret extraneus præferretur descendentibus testatoris, vel ipsius coniunctis proximioribus. Et idem*

est

est quando minus dilectus præferretur magis dilecto. & nu. 14.

15 *Fideicommissum conditionale vnitum cum iure accrescendi transmittitur: sed contraria opinio hodie verior est, & receptior, vt infra, nu. 17. 19. & 20. contra Oddum, Nattam, & Cephalum.*

16 *Substitutio pupillaris, quæ est coniuncta cum iure accrescendi transmittitur, quamuis secundum suam naturam non sit transmissibilis.*

18 *Iuris accrescendi coiectura sola sufficit in substitutione pupillari, quia in ea transmissio est necessaria.*

21 *Iuris accrescendi coiectura ab initio iniuncti cum substitutione fideicomissaria operatur quoad transmissionem, quando adest illa coniectura, quæ sumitur à substitutione extranei, vel minus dilecti.*

22 *Fideicommissi conditionalis transmissio fit ex tribus coniecturis hic positis, quæ opinio est verissima, & indubia contra Hierony. Gabriel. & nu. 23.*

24 *Fideicommissum conditionale transmittitur, quando testator voluit conseruari agnationem, & illius conseruationi prouidit, veluti stante huiusmodi coniectura, vti cæteris potentiori, hanc opinionem approbauit Rota Romana.*

25 *Fideicommissi conditionalis transmissio fit, quando verisimile est, testatorem ita voluisse, vt ita pendente conditione fieret transmissio, atque ita dispossuisset, si fuisset interrogatus.*

26 *Verisimilitudo quando colligitur ex dispositis in testamento, vt fieret transmissio fideicommissi, conditione pendente, tunc talis coniectura operabitur.*

DECISIO CCCXCVIII.

Casvs trutinandus hodie in sacra Audientia Barensi (postquam Deus nobis hæc ocia fecit) continet & infimul incitat illam admodum intricatissimã, fuscatissimam, ac obumbratissimam disceptationẽ de fideicommissi cõditionalis transmissione. vnde omnes per scrutandæ erunt viæ, atque rationes pro interpretanda mente Octauij Monacelli senioris, an scilicet modo bona illius pertineant spectentque iure quippe transmissiuo magnificis Lutio, & fratribus ipsius Octauij ex fratre pronepotibus. Et pro resolutione animaduertendum, properandum,

1 ac præmittendũ necessariò quidem venit,† quòd quamuis fideicommissum cõditionale non transmittatur, etiam in descendentes, vt extricauere ac explanauere Glo. Bart. & alij vniuersaliter omnes in l. 1. C. de his qui ante aper. tabu. & in l. cum filiofamilias, ff. de leg. 1. & in l. hæredes mei, §. cum ita, vbi Alex. col. 3. & Soc. sen. nu. 9. ff. ad Trebell. & Iacob. Mandel. conf. 19. nu. 20. Dec. conf. 278. col. 2. & Maria. Soc. consil. 17. num. 30. volum. 1.

2 nihilominus tamẽ † limitatur hoc instructè ac digestè quidem ab omnibus in iure Scribentibus, locum non sortiri, vbicunque aliud agiliter appareret ex coniecturis, quòd testator voluerit, vt transmitteretur: tunc enim stabiliter & sine dubio omnes admittunt, vt transmittatur ad descendentes, vt palpat & probat cum torrente Doctorum indicato per eum, Ant. Gabriel. conclusio. 4. num. 15. limitatio. 3. de hæred. instit. in lib. commu nium opinionum, Hierony. Zanch. in d. l. hæredes mei, §. cum ita, num. 213. & 225. Tiraquel. de retract. consang. §. 1. glo. 2. num. 24. Bursat. consi. 71. num. 7. volu. 1. & vtilissimus D. Menoc. de arbit. iudi. casu 165. lib. 2. cent. 2. Bero. in c. Raynutius, num. 365. de testam. & Verallus decis. 21. sou 3. in 2. parte.

3 Quam nempe † opinionem, quicquid suaserit instruxeritque Cæpha. consi. 132. imaginor ego, ac censeo procedere, atque locum obtinere, etiã in transuersalibus, vt ad eos quoque trãsmittatur, stantibus coniecturis, vt olfecit, prospexitque Paris. consi. 25. col. 2. versi. præterea expressa mens, vol. 2. & consi. 66. vol. 3. Grat. cons. 101. vol. 2. Soc. iun. cons. 141. vol. 2. Cassaneus, consi. 62. colum. 5. versi. etiam dato, Riminal. cons. 18. num. 6. vol. 1. Ant. Gabriel. in d. conclusio. 4. num. 38. versi. contrarium tenet, & Dom. Ioseph Ludouici in decis. Vmbriæ 102. nu. 9. in 2. par. Nec me præterit sententiam istam lucidissimam, receptissimamq́; fore, non obstante assertione Cæphali in loco præmemorato, quòd etiam stantibus cõiecturis, non fiat transmissio, nisi ad descendentes, vtpote quia tum rationibus, tum etiam authoritatibus fideliter ac maturè colligitur assertionẽ ipsam Cæphali indigestam ac innodatam apparere, vt planum facit mirificè ac solidè more suo, D. Ioseph Ludouici in d. decis. 102. nu. 8.

4 Quare speculandum vtique est, † num in præsenti speculatione vrgeant aliquæ necessariæ, ac releuantes coniecturæ, veluti requirũtur ad hanc transmissionem faciendam, vt ex verbis Soc. sen. & Ripæ excogitauit Hierony. Gabriel. consi. 121. nu. 29. vol. 1. Mantica de coniect. vlti. volunt. tit. 20. nu. 9. in fi. lib. 11. Et quia quamplurimæ nimirum scaturiunt ex hoc fonte, ac facto, testamentoque prędicti Octauij, ideo innocenter quidem eadem sacra Audientia iudicauit bona de quibus agitur, penitus & omninò iure transmissiuo pertinere & spectare ad antedictos magnificos Lutiũ & fratres.

5 Et † prima itaque coniectura, quæ sese offert, & probat huiusmodi sententiam, integrè sumitur ex ipso testamento. nam testator filios substituit, eosque in conditione posuit, ad quos videtur testatorem habuisse affectionem, ita quòd decedente substituto, ante illum; cui extat facta substitutio, transmissio fieri debeat ad ipsos filios in conditione positos: quia testator, non solum patrem, sed etiam liberos prætulit substituto, prout huic coniecturæ præparatè acquiescit Bal. in l. vnica, in fi. C. de his qui ante aper. tab. Soc. sen. in d. l. hæredes mei, §. cum ita, col. 5. versi. ex cuius dicto, & conf. 6. col. 4. vers. restat nunc respondere, volu. 4. Ias. conf 52. col. fi. vol. 3. & conf. 154. col. 4. vol. 4. Dec. conf. 397. col. 2. uers. pariter idem, Curt. iun. conf. 16. col. 2. uers. est uerum, Soc. iun. conf. 141. col. 25. uers. istud est, uol. 5. Grat. conf. 101. col. 1. uers. maturius uerum, uol. 2. Ruin. conf. 145. col. fi. uers. & tanto magis, uol. 2. Craue. conf. 306. nu. 3. Natta conf. 688. uol. 4. Cæpha. conf. 116. uol. 2. & conf. 283. nu. 24. & seqq. uol. 3. & Ant. Gabriel. in d. conclusio. 2. nu. 35. de hæred. instit. lib. 4.

6 Quam † nempe opinionem, non me latet, admittendam esse in casu nostro, in quo in conditione positi, tales sunt, qui ex præsumpta mente, efficaciter ac prompte excludunt substitutum, cum reperiatur substitutus extraneus: aliàs si extet substitutus aliquis alius ex decendentibus, qui sit in pari gradu cum filijs in conditione positis, tunc puto verius, sincerius, certius, receptiusque fore hodie, vt fideicommissum conditionale non transmittatur, sed admittatur substitutus, qui sit in pari gradu, cum filijs in conditione positis, ut iste casus extat clarus, digestus, & apparatus in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebel. vbi admittitur neptis substituta, extantibus nepotibus ex vno filiorum institutorum, in conditione positorum, ad quos si fuisset ius patris transmissum, fuisset neptis exclusa, veluti si pater vixisset, illam exclusisset, ut ita aducrtit in proposito Glo. fi. in d. §. cum ita, quam ibi sequuntur, & commendant communiter interpretes, & præsertim Bar. num. 2. & Alexan. num. 6. quam nempe sententiam probari ex illo textu illuminauere ac substentauere etiã Soc. sen. & alij, qui opinantur transmitti, quando substitutus est extraneus, demulcentes exuberantesque in præiudicium descendentium substitutorum æqualis gradus, nullam sanè habendam fore rationem coniecturatum, ad inducendam transmissionem: quia cum substitutus foret æquè dilectus, & expresse vocatus, ipse præferendus discretè quidem venit: & quoniam opinio hæc serena fideliter discernitur, ideo inuictè concludi oportet, quòd ex eo solummodo, quòd descendentes extent positi in conditione, transmissio ad eos non fit, teste Ripa in d. l. hæredes mei, §. cum ita, nume. 64. quam utique opinionem veram sublimemque seminat, inuigilat, ac probat Mantica de coniect. vltim. volunt. titu. 20. post num. 16. in fi. lib. 11. Natta, consil. 551. nume. 19. in fi. & Hieronym. Gabriel. consi. 91. num. 11. & seqq. volum. 2. vbi sculpit hanc opinionem esse veram, & communem.

7 Nec † armat, obstaculumque inducit illa penitus periculosa assertio D. Sfortiæ Oddi de substitutionibus, par. 4. art. 2. limitat. 9. vbi colorare studet, quòd secundum communem opinionem, ad descendentes in conditione positos fideicommissum transmitti, ex eo tamen, quòd de eis cogitauerit testator, ponendo eos in conditione, quia isthæc assertio extat re vera contra textum in d. §. cum ita, & communem sensum, sententiamque Glo. & Doctorum ibidem, & in l. 1. C. de his qui ante apert. tabul. neque iudicio meo Doctores ab ipso Do. Sfortia allegati suam probant intentionem, sed omnes quidem loquuntur, alia concurrente coniectura, vel expressa mente testatoris, vt altius atque robustius rimatur ac meditatur Hieronym. Gabriel. consil. 91. post num. 14. volum. 2.

8 Sequitur ergo, † quòd quicquid palpauere Oddus ipse in d. limitatio. 9. Anto. Gabriel. in d. conclusio. 2. nu. 35. Dec. consi. 194. & consi. 397. Cæphal. consi. 116. volum. 2. & plerique alij, qui hactenus explorauerunt, & contrarium concluserunt, eorum opinionis ratio, nulla admodum habenda est, vbicunque aliæ non extent vrgeantque coniecturæ, ex quibus præsumi queat testatorem voluisse ad filios in conditione positos fideicommissum transmitti, per textum in d. §. cum ita, qui ita & taliter hanc probant opinionem, vt nullo quidem modo tergiuersari ac cauillari possit.

9 Quas ob res, † quando isthæc coniectura alijs etiam indicijs & adminiculis adiuuatur, tunc omni dubio procul recipiendam fore verius extat, ac hodie receptius: nam Doctores à D. Sfortia, & ab Anto. Gabriel. allegati mouentur re vera ex pluribus quidem coniecturis: & ideo quæ non prosunt singula, multa collecta iuuant, ad notata in l. si stipulatus, in princ. ff. de vsur. & in l. instrumenta, C. de probat. Paris. consi. 66. num. 79. vol. 3. quam profectò sententiam, in terminis nostris, arctè quam semel complexus est Mantica de coniectur. vltim. volunt. titu. 20. num. 16. in fi. lib. 11. Hieronym. Gabriel. consi. 91. post num. 15. vol. 2. qui maturat ac refocillat Cæphalum, Decium, & alios contrarium palpantes properasse ac festinasse contra textum stabilem ac maturum in dicto §. cum ita, & receptissimam, sacrosanctissimamque sententiam.

Vnde vigorosè retenta, ac non quidem ægrè suscepta opinione ista, nihil ad rẽ pertinet, quòd aliqui laboriosè conentur, ac diu, noctuque exag-

10 gerent, moliantur atque inuigilent, † dispositionem d. §. cũ ita, procedere, ac attingere scopum, ex quo testator expresserit velle omnem seu totã hæreditatem ad substitutum peruenire: quia, ut etiam sculpit Hieronym. Gabriel. in d. consil. 91. nume. 12. ipsi præsertim prostratè orationem faciunt, cum ex l. pen. C. de impube. & alijs substit. ac etiam ex notatis ibidem à Scribentibus, pateat, illum textum in d. §. cum ita, procedere, quando itidem sine illa dictione vniuersali substitutio fiat & quibuscunque verbis substitutio fiat substitutum admitti, nisi illi, qui in cõditione positi sunt, extent tales, qui ex cõiectura voluntatis illum excludant, vt puta quia in successione intestati sit proximior.

11 Nam satis est, † quòd ipsa substitutio cum esse ftu intelligatur facta in tota hæreditate, quamuis sit simpliciter emanata, vt per Docto. omnes, & præsertim per Paul. Castren. in d. §. cum ita, col. 2. & Corneum in d. l. pen. nu. 6.

12 Ad quod optimè quippe facit, † quòd facilius admittitur substitutus, dum simpliciter, non autẽ in tota hæreditate substitutus est, vt tradunt Soc. consil. 94. volum. 4. Ruin. consi. 157. colum. 3. uol. 2. & Hierony. Gabriel. consi. 91. post num. 13. vol. 2. quapropter cum in casu nostro, non solùm filij positi in conditione, sed post reciprocum sit factus alius gradus substitutionis, in quo quidem gradu non reperitur substituta persona æquè dilecta à testatore respectu successionis intestati, uerum longè minus dilecta, veluti extraneus: nam exploratum utique est fideicommissi transmissionem in hoc casu faciendam esse, cum alioquin verius esset, quãdo filij forent positi in conditione, & substituta esset persona æquè dilecta, quia tutius

tius stabiliusque discernitur tunc minimè transmitti, vt perfectius ac paratius supra in publicum asserui contra Sfortiam Oddum, & Cæphalum, qui simpliciter illam coniecturam liberorum in conditione positorum sequuti sunt.

13 Imò † isthæc coniectura principaliter sola, ac de per se à Doctoribus, in proposito consideratur, vt scilicet fiat transmissio ad hæredes, etiā conditionalis dispositionis, mortuo honorato, pendente conditione, quando si transmissio non fieret, extraneus præferretur descendentibus testatoris, vel ipsius coniunctis proximioribus, veluti in nepotibus fratris cōsiderat, maturat, atque propperat Soc. in d.l. hæredes mei, §. cum ita, col. 5. ver sic. ex cuius dictis infero, ff. ad Trebel. & consi. 6. col. 3. vers. ex qua conclusione infero, volu. 3. Ias. consi. 154. col. 4. vers. accedit etiam, volum. 3. Paris. consi. 66. nume. 78. volum. 3. Ruin. consi. 178. colum. 1. vers. attamen lecto casu, volum. 2. Curt. iun. consi. 16. col. 3. vers. est verum, & opinio hæc serena est, & communis, teste Anto. Gabriel. con clusio. 2. num. 22. de hæred. instit. lib. 4. conclusionum, quicquid in oppositum innodatè ac indigestè propalauere Gozad. consi. 29. colum. pen. vers. nec obstant contraria, & col. 4. vers. etiam, Corn. consi. 89. col. 1. in fi. vers. non obstantibus prædictis, volum. 4. & Dec. consi. 55. col. pen. vers. non omitto tamen.

14 Quam † nempe opinionem, etiam simpliciter, locum obtinere, in proposito putāt receptius Doctores, quando minus dilectus magis dilecto præferretur, non tamen extraneus descendentibus testatoris, vt manifestauere Soc. consi. 6. colum. 3. vers. sed in casu nostro, volum. 3. Gozad. consi. 29. colum. 1. vers. quod isti nepotes, Cassaneus, consi. 62. col. 5. vers. item dato, & Anto. Gabr. cum alijs affluenter relatis per eum in d. conclu. 2. post nu. 22. vers. amplia idem esse.

15 Secunda † itidem colligitur coniectura ex testamento prædicti Octauij, quia fideicommissum conditionale extitit re vera vnitum cum iure accrescendi, & proinde ad hæredes transmittitur: nam cum filios instituerit, & inuicem substituerit sub conditione si decesserint sine liberis, patet, quòd ab initio substitutio fideicommissaria extitit coniuncta cum iure accrescendi, & ideo is qui prior decesserit relictis liberis adiuerit suam portionem, potuit absque dubitatione aliqua transmittere ius accrescendi, l. si ex pluribus, ff. de suis, & legit. hæred. & l. qui ex duabus, in prin. ff. de acquir. hæred. vnde pari quidem ratione poterit fideicommissum conditionale sibi iniunctum ratione huiusce coniunctionis transmittere.

16 Quoniam simili etiam modo videmus, † quòd pupillaris substitutio, quæ est coniuncta cum iure accrescendi trāsmittitur, quāuis secundum suam propriam naturam minimè transmissibilis sit, vt singulariter ac mirificè probat textus in l. qui patri, ff. de acquir. hæred. & ita in terminis respondit Bal. consi. 9. Factum tale est, sub num. 1. vol. 2. vbi in medium exposuit hoc esse mirabile, & quod hoc nullatenus quidem crederet, nisi Legistę strenuè fundati, inflammatique in iure stabilirent: ex quo passus iste extat re ipsa de apicibus iuris, & huic opinioni acquiescit etiam Soc. sen. in d.l. hæredes mei, §. cum ita, col. 5. num. 13. ff. ad Trebell. & consi. 6. num. 14. volum. 3. vbi enūciat, quòd si pupillaris substitutio, quæ fuerat coniuncta cum iure accrescendi extitit conuersa in fideicommissariam: similiter etiam fideicommissaria, quæ secundum suam propriam naturam non erat transmissibilis, assumit sibi naturam pupillaris substitutionis, & efficitur transmissibilis, & hæc opinio placuit quoque Ruino, consi. 156. col. 3. vers. sed præmissis non obstantibus, volum. 2. & consi. 178. colum. 1. in fi. vers. & quia institutio, & consi. 181. col. 4. vers. & similiter non obstat, & consi. 201. colum. 5. vers. & eo magis, eod. volu. Ias. consil. 154. colum. pen. vers. quartò principaliter, volum. 4. Cassan. consi. 62. nume. 17. vers. item etiam, Paris. consi. 76. nu. 13. & consi. seq. nu. 23. vol. 2. & Ant. Gabriel. in d. conclusio. 2. nu. 46. vers. primò amplia, de hæred. instit.

17 Sed ego, † quicquid repugnanter ac fragiliter artētauerint & properauerint Doct. & præsertim D. Sfortia Oddus in loco prænotato, limitatio. 7. Natta, consi. vlt. nu. 7. volum. 4. & Cæphal. consi. 16. nu. 40. vbi propalauit prædictam opinionem esse receptiorem, quam sequitur Cæphalus ipse consi. 283. num. 26. volum. 3. existimo hanc coniecturam minimè admittendam fore, nec posse de iure tueri, vt admittatur in substitutione fideicōmissaria, cum d.l. qui patri, cōiectura sola sufficiat, nec alia vlla requiratur.

18 Et † ratio palpabilis ea est, nam in pupillari substitutione transmissio est necessaria, vt explicauete Doct. vniuersaliter omnes in d.l. qui patri, Bal. consi. 9. num. 1. volum. 2. & consil. 28. volum. 4. & Paul. Castren. consi. 114. num. 5. volum. 1. verùm enimuerò in fideicommissaria substitutione cessat dubio procul ratio necessitatis, & ius accrescēdi reperitur penitus extinctum: & ideo nulla amplius de ipso iure accrescendi consideratio habenda est, quia cōnexitas spectatur tempore quo successio defertur, teste Alexand. consi. 20. num. 15. volum. 1. & propterea quòd solummodo in pupillari substitutione procedat d.l. qui patri, non autem in legatis, & fideicommissis, explanauere ibi Ange. de Vbaldis, Rom. & Aretin. & Imo. Paul. Castrens. & Bal. in consilijs antesignatis, & opinionē istam apparatè quidem, ac strenuè tuetur Alc. consi. 117. num. 15. lib. 9. Ant. Gabriel. in d. conclusio. 2. post num. 46. vers. contrariū voluit, Mantica d. titu. 20. post num. 13. & seq. lib. 11. de coniectu. vltim. volunt. & veriorem, receptioremque planè facit Ripa in d. §. cum ita, nume. 66. Craue. in d.l. cum filio, nume. 347. & seqq. Ruin. consil. 181. num. 8. & 201. col. 2. volum. 2. & alij quos cumulat Hieronym. Zanch. in d. §. cum ita, num. 226. & sequen.

19 Et potissimum, † vt etiam eo casu, quando scilicet substitutus sit extraneus, ex hac coniunctione ab initio iuris accrescendi cum substitutione nulla habeatur ratio, testatur Hierony. Gabriel. in d. consi. 91. num. 24. vol. 2. iccirco hæc coniectura iuris accrescendi vniti à principio cum substitutione

tione operabitur re vera, iuxta terminos d. l. qui patris, scilicet in pupillari tantummodo, non autem in fideicommissaria vllo quidem pacto, aliàs contraria sententia esset contra iuris terminos, vt denudauit Alcia. in d. consi. 117. num. 55. lib. 9. & Mantica in d. ti. 20. post nu. 14. in fi. & cum isthæc coniectura nũquam ferè desit, ideo si saltem simpliciter admitteretur, semper, & indifferenter trãsmissio fieret fideicommissi cõditionalis, vt etiam patefacit Hierony. Gabriel. in d. consil. 91. num. 24. in fine.

20 Igitur † quo ad hãc coniecturam, cum satis extricanerim, eam hodie nullatenus recipiendam esse, vt contra Sfortiam Oddum, ac Cæphalum & armauerim. & licèt aduersarius in contrarium oppugnando, tunc allegaret in discussione præsentis causæ opinionẽ alias absolutam per me, vti cõmunem, in Sylua cõmunium opinionum, in opinio. 844. post nu. 9. & 40. lib. 3. tamẽ per DD. Collegas meos nõ extitit aliter admissa, asserendo, ac instruendo illam communem extitisse tempore quo illi Doct. illam stabiliere.

21 Quas ob res † hac coniectura prætermissa, falsè vti valde dubia, & nonnihil à Doctoribus controuersa, quamuis in casu nostro, in quo nõ deest alia coniectura, quæ sumitur à substitutione extranei, vel minus dilecti admitti posset, veluti opinati sunt Socin. & passim alij omnes in d. §. cum ita, quod sanè, nec negare potuit Hierony. Gabriel. in d. consi. 91. num. 24. prope fin. lib. 2. deueniendum esset in præsentiarum ad alias coniecturas, nisi omnes præmemoratæ coniecturæ, simul collectæ, ad huiuscemodi transmissionem sufficerẽt. Prima itaque ea quidem extat coniectura, quòd filij reperiuntur positi in conditione. Secunda, quòd ab initio in substitutione extitit iniunctum ius accrescendi. Tertia denique, quòd minimè est credendum voluisse testatorem præferre extraneum suæ posteritati, vel minus dilectum prædilecto. & quãuis prædictæ primæ duæ coniecturæ haudquaquam sufficerent, etiam simul iunctæ: nihilominus tamen quòd hæc tertia, una cum duabus præmissis sufficiant, verius atque indubitatũ quidem extat, vt sensere Soc. sen. in d. §. cum ita, col. 4. & consi. 6. col. 3. in fi. Curt. iun. consi. 16. num. 6. Craue. in l. cum filiofamilias, num. 375. Ias. consi. 53. vol. 3. & Doct. vniformiter omnes in d. §. cum ita. quæ nempe sententia est adeo communis, vt facilè succedat euadatque indubitata hoc casu, pro transmissione fideicommissi, teste Craue. in d. l. cum filiusfamilias, nu. 335.

22 Quam † nempe opinionem, arbitror ipse, dilucidissimam, receptissimamque etiam fore, quicquid, veritate non prouidenter, ac vigilanter digesta, eam offuscando, incitauerit Hieronym. Gabriel. in d. consi. 91. num. 18. & seqq. volu. 2. dum infirmè ac prostratè colorauit verius ac receptius esse, vt etiam prænotatis tribus coniecturis concurrentibus nullo modo transmittatur fideicommissum ad liberos in cõditione positos: quæ opinio mihi non probatur: tum quia simplex positionis liberorum in conditione coniectura, alijs iudicijs, & adminiculis concomitata recipienda est ad hanc transmissionem, vt extricat Mantica in d. titu. 20. post nu. 16. vers. sed quando hæc coniectura, lib. 55. de coniect. vltim. volunt. tum etiã, nam rationes ab ipso Hierony. Gabriello adductæ procedunt, quando simpliciter, ex eo, quòd liberi positi essent in conditione, sumeretur coniectura pro transmissione facienda, quam coniecturam solam, & simplicem non suffragari, supra denudatum extat, & in hoc casu loquitur Zanch. in d. §. cum ita, dum testatur Modernos communiter tenere ac concedere, quod ex testamento iure transmisso filij in conditione positi minimè admittantur, & communem repræsentauit Alexan. consi. 92. col. 2. in fi. vol. 3. vtpote quia hæc opinio locũ nullatenus quidem obtinet, vbicunque pro transmissione aliæ simul concurrunt coniecturæ, vt aperuit atque manifestauit ex magis communi opinione Mantica in loco antesignato, num. 16. prope fin. & Bernardin. Alphanus in collectaneis iuris, in loco 141.

23 Ex † prædictis igitur coniecturis insimul collectis, quamuis sufficienter fit conclusum, bona de quibus agitur iure transmisso pertinere ad prædictum Lutium, & fratres: tamen minimè desunt etiam aliæ coniecturæ, quibus hæc sententia redditur facilior, iustior, innocentior, stabilior, ac perfectior, & demum indubia. vnde tertia vrget coniectura etiam, quia patet voluisse testatorem prouidere conseruationi agnationis, in quo casu fideicommissum conditionale absque scrupulo transmittitur, vt manifestauere Curt. sen. cons. 76 colum. 2. vers. præmissis tamen, Dec. consil. 574. col. 2. vers. subijcit tamen, Ias. consi. 233. col. 2. versicu. tertiò accedat, volum. 2. & consil. 154. col. 2. in fi. volum. 4. & consi. 51. col. fin. vers. tertiò multiplicatio, volum. 3. Grat. consi. 501. num. 2. volu. 2. Paris. consi. 5. num. 18. volum. 3. nam cum testator substituerit descendentes masculos, ac semper masculinitatẽ respexerit atque nominauerit, non ab re huiusmodi coniectura extat ac remanet fortior, & robustior cæteris omnibus quo ad transmissionem, veluti opinionem hanc stabiliuere ac firmanere Dec. consi. 574. colum. 2. vers. & hoc videtur bene verificari, Grat. in d. consi. 105. col. 1. in fi. vers. item colligitur, volum. 2. Curt. iun. consil. 69. colum. 1. in prin. Ruin. consi. 201. colum. 5. vers. sed dato, vol. 2. Brunus, cons. 8. col. 1. vers. sed his non obstantibus, Anto. Gabriel. in d. conclusio. 2. post num. 24. de hæred. instit. Crauet. in d. l. cum filiofamilias, in 2. par. num. 336. & cons. 306. colum. 3. Rubeus, consi. 28. col. 3. & consil. 143. colum. 3. & consi. 120. col. 3. & absoluimus faciliter ac prolixè in Sylua communium opinionum, in opinio. 844. post num. 10. lib. 3. vbi post Ruin. consi. 179. colum. 3. volu. 2. ferenè indicauimus, istam coniecturam fortiorem, firmiorem, securiorem, ac potentiorem esse quacunque alia posita per Soc. in d. §. cum ita.

24 Quocirca † hac sola coniectura attenta, substituto extraneo, puto ego, & verissimũ extat, fideicommissum conditionale ad hæredes transmitti, veluti hanc opinionem, ista coniectura uti potentiori, quibuscunque alijs, sequuta est Rota Romana,

mana, die 19. Octobris 1531. in vna Romana domus, siue fideicommissi, coram Accorambono, teste Verallo, decis. 23. par. 2. & ita accuratissimè quidem consuluit, & obtinuit etiā in Curia Reatina, superioribus annis, præstantissimus D. Pompeius noster de Leonardis, recolendæ memoriæ. & sic compertum quippe est, attento ista coniectura, & tato magis vna cum alijs præcedentibus considerata, absque vlla difficultate bona, de quibus agitur pertinere ad agentes nepotes ex fratre ipsius testatoris.

25 Imò † postremò corroboratur itidem eadem sententia ex alia generali coniectura, cum verisimile nempe sit testatorem ita voluisse, vt etiā pendente conditione fieret transmissio, atque ita disposuisset, si extitisset interrogatus, vt per Iaf. consil. 233. num. 1. volum. 2. Grat. in d. consil. 101. nu. 8. vol. 2. Parif. cōsi. 77. nu. 22. vol. 2. Brunum, conf. 8. col. 1. verf. vnde quando, & Ant. Gabriel. in d. conclusio. 2. nu. 39.

26 Quæ † quidem verisimilitudo, cū in casu isto candidè ac percommodè colligatur ex dispositis in testamento, veluti explicitè ex superius adductis ostensum extat, vtique talis coniectura aptè ac benignè hoc casu operabitur, vt ex mente Baldi commendauit atque approbauit Dec. consil. 55. col. pen. verf. non omitto tamen, & Ruin. consil. 181. col. 3. verf. & quia mens testatoris, volu. 2. Ant. Gabriel. in d. conclusio. 2. num. 40. verf. contrarium sentit, Mantica in d. titu. 20. post nu. 18. verf. sed aduertendum est, lib. 11. de coniect. vlti. volunt. & Bernardin. Alphanus in iuris coniectaneis, in loco 141. ex quibus nimirum coniecturis saltem simul iunctis iudicatum fuit in ipsa sacra Audiētia Barensi, in anno 1588. bona de quibus agitur fideicōmisso supposita spectare ac pertinere ad prædictum Lutium, & fratres iure transmisso, etiam quòd eorum pater grauatus decesserit ante euentum conditionis.

ARGVMENTVM.

Honor, quantifaciendus, & detractio quàm grauis sit.

SVMMARIVM.

1 *Honor rebus huius saeculi praeferendus.*
2 *Honoris pro defensione cuique etiam aduersarium interficere licet.*
3 *Honore de suo solliciti omnes esse debent, nec fama despicienda, sed de bono nomine curandum, numero 11.*
4 *Honor, exteriorum bonorum maximum.*
5 *Honor & vita aequiparantur.*
6 *Fama plusquam oculi custodienda.*
7 *Honor & bona opinio omni commodo etiam pecuniario praeferendus, tutiorq; quàm pecunia.*
8 *Fama rerum omnium temporalium preciosissima, & nomen clarum diuitijs cunctis melius.*
9 *Conscientia nobis, & fama proximis necessaria.*
10 *Detrahentium verba compescere debent hi, quorum vita in imitationis exemplo posita est.*
12 *Prodigus dicitur, famam pro nihilo habens.*
13 *Auctor pro honoris sui defensione aduersus Hippolytum Riminaldum se purgat.*
14 *Detractores mortaliter peccant, & qui sint, numero 16.*
15 *Detractor, quid agat.*
17 *Detrahere praelatis, grauißimum peccatum.*
18 *Detractores raptoribus deteriores.*
19 *Detractorum poena.*
20 *Detractorem audientes, reprehensibiles sunt, mortaliterque, vt detractores peccant, nec homines videntur, sed genimina viperarum, nu. 22.*
21 *Detractor serpenti comparatur.*
23 *Detractores quo ad foenum etiam contentiosum in magno euidentißimoque sunt periculo, cum infames efficiantur atque reputentur etiam in foro cōscientiae, num. 25.*
24 *Detractionem, maximè patris carnalis, vel spiritualis, quilibet cauere debet.*
26 *Murmurantes maximum sibi in vtroque foro praeiudicium parant.*
27 *Detractor, quanta stultitia laboret.*
28 *Infames plures lingua, quàm facto.*
29 *Detractor, qualiter reprimatur per Fabianum Pontificem, & Gregorium.*
30 *Episcopum detractionibus fideles non lacerent.*
31 *Sacerdotes plusquam Reges vereri debemus.*

DECISIO CCCXCIX.

1 HONOR † cæteris rebus huius seculi præferendus est. l. Iulianus, §. si quis omissa causa testam. Glo. in extrauag. Ioan. 22. Ad conditorem, de verb. signific. in ver. honori, Card. in clem. 2. in princ. de pœnis, Menoc. consi. 302. Qui honoris, num. 2. vol. 4. Prosper Pascthus consi. 202. Pro defensione, nu. 14. Iacob. Nouel. in reg. 12. Honor, nu. 1. & seqq. tomo 2.

2 In tantum, † quòd pro sui honoris defensione vnicuique licitum est, etiam aduersarium interficere, vt per Doct. vniuersaliter omnes in l. 1. C. vnde vi, Iaf. Claud. Seysel. in lect. num. 66. & in repe. num. 123. & cæteros vnanimi consensu omnes in l. vt vim, ff. de iusti. & iure, Soc. iun. consi. 117. nu. 11. & 24. vol. 3. Barbat. consi. 46. Scripsit, num. 2. & consi. 71. Sapienter, num. 9. vol. 2. quibus in locis exornat, quanta honoris, & famæ sit facienda extimatio, Bero. consi. 161. Præsens, nume. 1. & seqq. vol. 3.

3 Nam † omnes equidem de honore suo solliciti esse debent, cum is etiam absque dubitatione aliqua vitæ præferatur. l. isti quidem, & ibi Glo. ff. quod met. cau. Riminal. iun. consi. 234. Dominus Romanus, num. 59. cum alijs seqq. volum. 3. Menoc. consi. 302. num. 6. vol. 4. Bero. in d. consi. 161. nu. 1. & Virgil. in 5. Aeneid.

Vitamque volunt pro laude pacisci.

Et Paul. ad Corint. primæ, c. 9. Bonum est enim mihi magis mori, quàm vt gloriam meā quis euacuet. Et Prouerbiorum, cap. 5. Non des alijs honorem tuum. Et Gregorius Eulogio Patriarchæ Alexandrino, & habetur distinc. 99. ecce in præfatione, ego nō verbis, quæro prosperari, sed moribus;

ribus; nec honorem esse deputo, in quo fratres meos honorem suum perdere cognosco:

4 Et de hoc mirandum vtique non est, † quoniã honor est, teste Aristotele, lib. 4. Ethicorum, maximum exteriorum bonorum: augetque honor ipse etiam vtilitatem. l. si longius, ff. de iud. & hinc Plautus in Mustelaria prudenter quidem concludebat:

Ego si bonam famam mihi seruasso, sat ero diues.

Et ex his itaque aperiant quæso aures studiosi,
5 quòd † honor, & vita æquiparantur. l. iusta causa, ff. de manumiss. vind. c. nolo, 12. q. 1. Bal. cons. 312. col. 1. vol. 4. Barbat. consi. 30. Bene etenim, col. 2. versi. Et dixit Barto. in l. vt vim, ff. de iusti. & iure, vol. 3. Crauet. consi. 11. num. 18. & consi. 168. nu. 2. vol. 1. Menoc. in d. consi. 302. nu. 5. & seq. & facit Glo. in §. suspectus autem, in ver. ob culpam, Instit. de suspect. tutor. nam honoris iactura est morti similis, Riminal. iun. consi. 5. num. 98.

Quæ omnia de plano locum obtinẽt, atque insimul vera sunt, vbicunque tractaretur de honore quidem magno, non autem de leui. l. iniuriarũ, §. si quis de honoribus, ff. de iniur. Ias. in repet. l. admonendi, num. 96. ff. de iureiur. & ita præsens materia non absque leui labore extitit interpretata in casu quidem arduo in Regia Audiẽtia Apuliæ, in anno 15?3.

6 Vnde meritò quidem † fama ipsa plus est custodienda, quàm oculi. l. infamia, C. de decurio. lib. 10. & Eccl. 41. Curam habe, inquit, de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille thesauri preciosi, & magni. bonæ vitæ numerus dierum: bonum autem nomen permanebit in æuum. & qui famam suam negligit, crudelis appellatur, Laur. de Pinu, consi. 109. nu. 6.

7 Ideò † honor ipse omni commodo etiam pecuniaro & vtilitati re ipsa præferendus est. l. repræhendenda, C. de instit. & substit. & l. Iulianus, & ibi Glo. ff. si quis om. causa test. Corn. consi. 162. num. 22. volu. 1. Laur. de Pinu, consi. 110. num. 4. Menoc. in d. consi. 302. num. 4. vol. 4. & Seneca de remedijs fortuitorum, vbi sic sententiosè ad propositum loquitur; Bona opinio hominum tutior est pecunia: bonum quod est, supprimitur, nequaquam extinguitur: bona fama in tenebris propriũ splendorem tenet. Et in Prouerbijs cõcedit etiã, quòd honestus rumor, alterum est patrimonium.

Et hoc nemini debet mirum videri: nam secun-
8 dum S. Thom. in 2. 2. quæst. 73. † inter res temporales fama est preciósior; & quòd est propinquior spiritualibus bonis. Et secundum Alex. de Ales in 2. par. suæ summæ, Fama est preciosissima omnium rerum. Et secundum Mesue, 2. Grabadin, & Corn. cons. 221. num. 26. vol. 2. melius est nomen præclarum cunctis diuitijs. Et secundum Ecclesiast. 7. cap. melius est nomen bonum, quàm preciosa vnguenta. itaque fama est corona Principũ, Regum, Dominorum, Doctorum, Religiosorũ, Mulierum, Virginum, & Pauperum.

Idcirco, teste Aug. de bono viduitatis, & habe-
9 tur in c. non sunt audiendi, 11. q. 3. † non sunt audiendi siue viri sancti, siue fœminæ, qui quando repræhenduntur in aliqua negligentia, per quam fit, vt in malam veniant suspitionem; vnde vitam suam longè abesse sciunt, dicunt coram Deo sufficere sibi consctientiam, extimationem hominũ, non solum imprudenter, verum etiam crudeliter contemnentes: cum occidant animas aliorum, siue blasphemantium vitam Dei (quibus secundũ suam suspitionem quasi turpis, quæ casta est, displicet vita sanctorum) siue etiam cum accusatione imitantiũ, non quod vident, sed quod putant. Proinde quisquis à criminibus flagitiorũ, atque facinorum uitam suam custodit, sibi benefacit: quisquis autem etiam famam, & in alijs est misericors: nobis enim necessaria est uita nostra, alijs fama nostra. Et consequenter non veniunt aliter audiendi vllo quidem pacto, qui aiunt, corã Deo sufficere sibi conscientiam; extimationem hominum, vel famam non solum imprudenter: uerum etiam crudeliter contemnentes, ut prodidit text. in d. c. non sunt audiendi, & in c. nolo, 12. q. 1. ubi dicitur, quòd duæ res sunt conscientia, & fama: conscientia est necessaria tibi, fama proximo tuo: qui confidens conscientiæ, negligit famam suam, crudelis est.

Et hinc Gregorius super Ezech. homil. 9. ita cõ-
10 cludit, † Hi quorum uita in exemplo imitationis est posita, debent, si possunt, detrahentium sibi uerba compescere, ne eorum prędicationem non audiant, qui eam audire poterant, & in prauis moribus remanentes, bene uiuere contemnant. vnde ob huiusce causam interdum nonnulli sancti Pontifices congregauere generalia concilia ad se purgandũ de infamia, & nota mala per detractores, & diffamatores sibi procurata.

11 Quid † ergo quæso turpius accidere posset, quàm propriam famam despicere? vnde Ecclesiastici 41. dicitur, Curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille thesauri preciosi, & magni. Et Apostolus, de se loquens, 1. Corinth. 9. protulit magnum hoc quippè verbum, & literis aureis signandum, videlicet; Bonum est mihi magis mori, quàm vt gloriam meam quis euacuet.

Cauete ergo (ex consilio Aug. in lib. Confes.) omnes suspitiones, & quicquid probabiliter fingi potest, seu dici: ne fingatur ante deuita. Et sic, teste eodem Aug. de doctrina Christiana, Doctor ita bonam eligat vitam, vt etiam bonam non negligat famam. imò attestante Casiodoro, lib. 1. epistola 3. nemo futurum putat diligẽtem, quem in ipsa nouitate operationis suæ non videt esse custodem. prouidus institutor hortum suum fæcundis nititur ornare plantarijs, vt reddant fructus optatos, quæ sollicitis fuerant exculta laboribus. Et idem Casiod. lib. 2. epistolarum, firmat etiam, quòd vbique cognoscitur quisque, fama teste, laudatur: dum enim copia plurimum, quæ solet habere fastidium, bonum nomen repetitũ semper efficitur gloriosum. Et lib. 4. epistola 31. commemorat quoque, quòd pulchrum est commodum famæ, fæda neglexisse lucra pecuniæ. Et lib. 8. epistola 23. scribit postremò, quòd hoc naturæ thesauris reponimus, quod famæ commodis applicamus. Nam, vt per Iuuenalem, Satyra 10.

Tantò

Tantò maior famæ sitis est, quàm
Virtutis. Quis enim virtutem amplectitur ipsam,
Præmia si tollas?

In tantum, quòd vno me tantum verbo expe-
12 diendo concludo, † quòd prodigus dicitur re ip-
sa qui famā pro nihilo habet. l. animaduertimus,
C. de his qui potentiorum nomine.

13 Vnde † cum aliàs per triginta, & vltra annos, vt aduocatus, in primarijs Regni Neap. tribunalibus, honorem alienum tuendum, defendendum que susceperim, possum & hodie, non immeritò quidem, pro honore pugnare proprio, ne prima omnium rerū causa, & insimul dignitatis studiū negligatur. Video enim Hippolytum Riminaldum, tanquam cupidum rerum nouarum, & aduersarium nimis acerbum, & crudelem, dum in commentarijs suis editis in anno 1583. super §. 1. Instit. de donat. num. 1336. constantissimè ibi asseuerasse, me aliàs cumulasse per integram columnam Gabriel. Romanum in casu, de quo mihi fabulatur. sed cum idemmet Hippolytus Riminaldus ob hoc decus, & gloriam speret exoriri posse, inde ego ne dedecus emergat magnopere vereor. nam cum locum apud me honestiorem veritas obtineat, animaduertendum est, per studiosos, Opiniones meas communes primo suo loco impressas Perusij in anno 1565. per Andream Brixianū extitisse, & Conclusiones Antonij Gabrielij Venetijs, in anno 1569. sub Salamādre insigne: taliter quòd isthæc iniqua, indefensaq; in primis opera discernitur, ac ipsum Hippolytum Riminaldum tanquā falsa proponente æternam ignominiæ labem subijsse.

Cæterùm in præsentiarum eò me redactum video, vt ope diuina, seruari facilè possim: & tanto
14 magis, † quòd mortaliter quidem peccant etiam hi qui de alijs detrahunt; vt per Bernardum in sermone 24. super Cantica, vbi ita discurrit, Non veniat anima mea in consilio detrahentium: quoniam Deus odit eos, dicente Apostolo Roman. 1. Detractores Deo odibiles. quam sententiam Deus ipse loquēs in Psalmo centesimo, audi quomodo affirmet, Detrahentem, inquit, secretò proximo suo, hunc persequebar.

Et nihil mirum, cum id præcipue vitium charitatem, quæ Deus est, & quidem alijs acrius impugnare, & persequi cognoscatur, quemadmodum
15 vos quoque potestis aduertere. † omnis qui detrahit, primum quidem seipsum prodit vacuum charitate: deinde quid aliud detrahendo intendit, nisi vt is cui detrahit, veniat in odium vel contemptum ipsis, apud quos detrahit? ferit ergo charitatem in omnibus, qui se audiunt lingua maledica: & quantum in se est, necat funditus, & extinguit; non solum autem, sed & in absentibus vniuersis, ad quos volans verbum fortè per eos, qui præsentes sunt, peruenire contigerit.

Vides quàm facilè & in breui ingentem multitudinem animarum velociter currens sermo tabe malitię huius inficere possit? propterea dicit de talibus propheticus spiritus: quorum os maledictione, & amaritudine, veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem, in Psalmo decimotertio, vtique tā veloces, quàm velociter currit sermo. vnus est qui loquitur, & vnum tātum verbum profert: & tamen illud verbum vnum, vno in momento multitudinis audientiū dum aures inficit, animas interficit. cor siquidem felle liuoris amarum, per linguæ instrumentum spargere nisi amara non potest, dicente Domino, Matthæi 12. Ex abundantia cordis os loquitur.

Et sunt species pestis huius, dum alij quidem nudè atque vti in buccam venerit, virus euomant detractionis: alij autē quodam simulatæ verecundiæ fuco conceptam malitiam, quam retinere nō possunt, adumbrare conantur. videas præmitti alta suspiria, sicque quadam cum grauitate, & tarditate, vultu mœsto, demissis superciliis, & voci plangenti egredi maledictionē, & quidem tanto persuasibiliorem, quanto creditur ab his, qui audiūt, corde inuito, & magis condolentis affectu, quàm malitiosè proferri. doleo, inquit, vehementer pro eo, quòd diligo eum satis, & nunquam potui de hac re corrigere eum. & alius, mihi quidem ait, benè compertum fuerat de illo illud, sed per me nunquam innotuisset. at quoniam per alterum patefacta est res: veritatem negare non possum: dolens dico re vera ita est. & addidit: grande damnum, nam aliàs quidem in pluribus valet, cæterū in hac parte (vt verum fatear) excusari minimè potest.

Et eò magis hoc ostenditur, probaturque, cum ipsi detractores agant contra charitatem, qua tenentur complecti proximos suos: nec non agunt contra Dei præceptum, de quo Leuitici decimonono, Non maledices surdo, nec coram cæco pones offendiculum: sed timebis Dominum Deum tuum. ad literam, valde impium est surdo maledicere, cum ipse non audiat: nec contra obiecta aliquid possit respondere. valde etiam impium est coram cæco ponere offendiculum, cū ille non videat, nec possit sibi cauere. sed secundum Glo. surdo maledicit, qui absenti detrahit. homo quippè absens minus potest audire detrahentem, quàm si surdus foret. surdus enim quandoque audit, quandoque altè sibi clamatur: absens verò, qui quandoque per duas leucas distat, vel amplius, non audit detrahentem quantumcūque clamet.

Ideò meritò detractores ipsi sunt testes iniqui, qui nullatenus interrogati, nec examinati testimonium ferunt, absente eo, contra quem testificantur: & hinc concludebat Seneca, loquens de proximo suo, Scito te pro eo, vel contra eum, testimonium dicere: & Bernardus, Noli esse alienæ vitæ, aut temerarius iudex, aut curiosus explorator.

16 Et † quòd detractor incurrat peccatum mortale, probatur etiam, non eundo per mendicata suffragia, Ecclesiastici 21. vbi legitur, quòd susurro coinquinabit animam suam, & in omnibus odietur. Et ad Romanos 1. dicitur, quod detractores Deo odibiles. Et ecclesiastici, susurro bilinguis maledictus: multos enim turbabit pacem habentes. & consequēter detractores filij Diaboli sunt, qui sanguisuga vocatur. Prouerbiorum 30. sitiūt enim detractores sanguinem peccati, sicut & Diabolus.

Et

Et tanto magis peccant detractores, quanto illos scandalizant, de quibus detrahunt, & auferũt bonam eorum famam, quæ non est paucus thesaurus: quia, vt habetur Prouerb. 22. Melius est nomen bonum, quam diuitiæ multę. sed vbicun que semel fuerit huiusce nomen bonum deperditum, non de facili recuperari posset: nam vt ait Horatius in Epistolis,

Semel emissum volat irreuocabile verbum.

Et notanter dicit Poeta, volat irreuocabile verbum: tum quia detrahentes verentur retrahere, seu reuocare verba eorum maledica: ecce igitur quomodo volat irreuocabile ex ore detractoris: tum etiam siquidem detractio semel in conspectu etiam vnius, aut paucorum prolata, facilè volat de vno in alium, quo fit, vt interdum tota ciuitas hoc imbibat, & particeps fiat. Insuper potest transire de ciuitate in ciuitatem, de prouincia in prouinciam, & de regno in regnum. cum ergo difficillimum sit omnes illos in vnũ reperiri, qui inde inebriati sunt, patet euidenter quomodo volat irreuocabile verbum detractoris: tũ quia homines sunt sicut testa, quæ cum semel fuerit aliquo liquore imbibita, semper illius odorem retinet, dicente Poeta,

Quòd noua testa capit, inueterata sapit.

Ita & in proposito postquam homines cęperũt habere de aliquo sinistram opinionem, fortè hoc operãte venenosa relatione detractorum, vix postea possent induci ad credendum oppositũ, esto quòd frequentius credunt malum de proximo, quàm bonum, ad hoc cooperante naturæ corruptione.

Et hoc detestabilius nanciscor in obtrectatoribus clericorum, monachorum, & prælatorum:
17 nam † prælatis ipsis detrahere, seu inuidere, grauissimum peccatum est, & isti fermè incidunt in pœnam clementinæ, religiosi, de priuileg. §. quibus verò. facit, 6. q. 1. c. deteriores. quia peius malum non extimatur in ecclesia Dei, quàm Christianos suis inuidere prælatis. 6. q. 1. §. verum. huiusmodi enim peccatũ est in Spiritum sanctum, vt notat Glos. in cap. homicidium, de pœniten. distin. prima.

Detractor quippe impugnat gratiam spiritus sancti, dum conatur eã diminuere, vel totam suffocare in homiuibus: ideo vix dimittitur peccatum istud à Spiritusancto, ad quem pertinet re-
18 missio peccatorum. † imò detractores ipsi deteriores, ac peiores sunt raptoribus, ac furibus illis, qui vestes, & alia bona temporalia furantur, d. c. deteriores. 6. q. 1. vnde Ambrosius affabrè conclu dit, quòd tolerabiliores sunt fures, qui vestes, & alia bona nostra diripiũt, quàm fures, qui famam nostram lacerant: & hoc non mirũ est, quoniam huiusmodi furtum vix, aut nunquã posset restitui.
19 Quare † audi pœnas, quibus Dominus punit detractores. & de pęnis istis facilè colligitur, scribitur; Numeri 12. de Maria Sorore Moysi, quæ leprosa euadit, quia detraxerat Moysi. & Leuit. 7. Qui comederit sanguinẽ, peribit de populis suis. Et 17. capite, homo quilibet de domo Israel, & populis, qui peregrinantur inter vos, si comederit sanguinem, obfirmabo faciem meam contra animam illius, & disperdam eam de populo suo.
20 Itaque † non solùm exosi, & reprehensibiles sunt detractores, sed etiam omnes illi, qui libenter detractiones audiunt, qui etiam peccant mortaliter quemadmodum detractores ipsi, vt firmat Bernardus, concludens, detrahere, vel detrahentem audire, quid horum damnabilius sit, non facilè dixerim. vident enim fratres suos à canibus dilacerari, & nõ exterrent canes saltem clamoribus, præcipueque cum sperêt se proficere posse, dum canibus applaudunt; in qua re potius canes, quã homines se esse ostendunt. Ecclesiastici 13. Quæ communicatio sancti hominis ad canem? Cum
21 detractor † serpens sit, comparetur que serpenti. vnde Ecclesiastici 10. scribitur, Si mordeat serpẽs in silentio, nihil eo minus habet, qui occultè de-
22 trahit. Iccirco † detractoribus tacitè, vel expresè applaudentes, vel patefaciẽtes aures suas illorum sermonibus, non videntur homines esse, sed potius genimina viperarum, qui eos non exhorrent, qui lapides durarum increpationũ non proijciũt, quando vident fratres suos ab eis morderi. & vt hoc vno verbo expediam, concludam cum Vgolino Parmensi in Philogenia comedia, quòd qui non vetat peccare, cum possit: iubet.
23 Et † illi detractores non tantum in foro animę magnum peccatum incurrũt, sed magnum etiam periculum in foro contentioso: & sic quo ad forum ipsum cõtentiosum sunt quoque in euidentissimo discrimine: quia efficiuntur infames, c. clericus, 3. q. 4. vbi textus dicit, Infames sunt, qui in patres, spirituales scilicet, secundum Archidiaconum, verberando, vel calumniosè accusando, vel diffamando, c. sacerdotes, & c. infames. 6. q. 1.
24 Et probatur etiam, † quòd quilibet debeat cauere à detractione quarumlibet personarum, & præcipuè tamen à detractione patris vel carnalis, vel spiritualis. Exodi 22. vbi dicitur, Diis non detrahes, & Principi populi tui non maledices.

Et huic opinioni ita comprobatæ inhæret Gregorius, determinans, quòd multi dum plus vitam sacerdotum, quàm suam discutiunt, in erroris foueam dilabuntur, minus cõsiderantes, quòd non eos vita sacerdotum læderet, si humiliter bonis sacerdotum admonitionibus aures accõmodarent.

Et Hieronymus testatum dereliquit, quòd nemo inuito auditori libenter narrat. & legitur Prouerbiorum cap. 25. quòd ventus Aquilo dissipat pluuias, & facies tristis linguam detrahentem.

Et tanto grauius discernitur peccatum consentientis detractori, quanto quòd testi deceptione pleno, non iurato, neque examinato cõtra absentem credere videtur, & frequenter testi vnico, cõ tra illud legis diuinæ, Matthæi 18. In ore duorum, vel trium testium stat omne verbũ. & hinc vno verbo concludo, quod si deesset auditor, deesset & detractor.

Vnde ad institutum redeundo nostrum, aiebat in 1. 2. & 3. Epistola, Beatus Anacle. Papa, quòd nostri quoque detractores, & morum corruptores nostrorum, siue qui aduersus eos arman

tur

25 tur propriè nos ipsos decipiunt. Ideò † meritò infames sunt, atque reputantur etiam quo ad forum conscientiæ. d. cap. deteriores, 6. quæstio. 1. loquitur propterea dictum detrahentem in proximo suo hunc persequar, c. qui peccat, in princ. 23. q. 4. & c. ex merito, 6. q. 1. & alibi scriptum est, indignatus est Dominus omni semini Israel, & demoliuit eos, c. denique, 7. q. 1.

26 Ex quibus profectò apparet, † quòd isti, qui obloquuntur, vel murmurant, maximum sibi parant præiudiciũ in vtroque foro, nec aliud agunt, nisi quòd puluerem sufflant, & in oculos suos terram excitant; & vnde plus detractionis persant, inde magis nihil veritatis videant, c. inter verba, 11. quæst. 3. inde Augustinus dicit, ante te iniquitas, ante te æquitas vnam linguam habes quouis eam vertis ad iniquitatẽ ventri tuo das cibos dulcedinis, & liquentes das cibos iniquitatis, sicut eligis quo versaris, sic elige quid loquaris afferente loquelam stateram de scripturis sanctis, tanquam de thesauris dominicis, c. afferamus, 24. quæst. 1. In qualibet enim ciuitate hoc genus hominũ inuenitur: qui meliores obtrectare malint, quàm imitari, attestante Lucio Apuleio in libris Floridorum.

27 Itaque, † quanta stultitia laboret euidentissima ipse detractor, nemo est qui nesciat: nam de stultitia ipsius dicit Philosophus, quòd proprium stultitiæ est aliena vitia cernere, & sua obliuisci.

28 Plures † denique lingua sunt, quàm facto infames. nulla pars corporis ad nocendũ promptior: ad frenandum difficilior, teste Francisco Petrarcha de remedijs vtriusque fortunæ. Meritò ergo quasi magnum aliquid, & rarum protulit qui dixit: Custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea.

29 Itaque † antequam obtrectare inceperis clericos, monachos, sacerdotes, aut prælatos, aut doctores, audi quæso Fabianum Pontificem, & martyrem in Epistola 2. ad Episcopos orientales, vbi contra obtrectatores suorum prælatorum sic insurgit, In omni iudicio quatuor personas necesse est semper adesse, idest iudices electos, & accusatores, & defensores, atque testes. similiter statuentes, apostolica authoritate iubemus, ne pastorem suum oues, quæ ei commissæ fuerant, nisi in fide errauerit, reprehendere audeant: quia facta præpositorum, oris gladio ferienda non sunt, neque potest esse discipulus supra Magistrum dicẽte veritatis voce, non est discipulus super Magistrum, nec seruus super Dominum suum. & paulo post: exemplo Cham filij Noe, damnatur qui Patrum suorum culpas in publicum produnt, aut eos accusare, vel detrahere præsumunt. si enim à fide deuiauerit Episcopus, erit corrigendus prius secretè à subditis suis. quod si incorrigibilis (quod absit) apparuerit, tunc erit accusandus ad primates suos, aut ad sedem Apostolicam. pro alijs verò actibus suis, magis est tolerandus ab ouibus, & subditis suis, quàm accusandus, aut publicè derogandus: quia quum in eis subditis delinquitur, eius ordinationi obuiatur, qui eos is prætulit dicente Apostolo Roman. 13. Dei ordinationi resistit, qui Potestati resistit, &c.

Et audi etiam Gregorium non mediocriter reprimentem ipsos obtrectatores in lib. 12. epistolarum, epistola 31. ad Felicem Episcopum Siciliæ, vbi ita innuit, quòd si Dauid Regum iustissimus in Saul, quem constabat iam à Domino reprobatum, & abiectum esse, manum mittere non præsumpsit: quãto magis cauendum, ne manum detractionis, aut vituperationis, siue indiscretionis, aut dehonorationis, quidam mittant in unctum Domini, vel in prædicatores sanctę ecclesiæ: quia vexatio, siue detractio ad Christum pertinet, cuius vice in ecclesia legatione funguntur.

30 Vnde † summopere cauendum omnibus fidelibus, ne clanculo aut publicè Episcopum suum, idest unctum Domini detractionibus, aut vituperationibus dilanient, perpendentes illud exemplum Mariæ, quia eo quod Moysi famulo Dei propter Aethiopissam detraxit, immunditia lepræ mulctata fit, & illud Psalmistæ: Nolite tangere Christos meos, & in Prophetis meis nolite malignari. & in lege diuina legitur, Exodi 22. Diis non detrahes, & principi populi tui non maledices. vnde valde prouidendum est subditis, tam clericis, quàm laicis, ne episcoporum, ne præpositorum vitam temerè reprehendant, si quid eos fortasse agere reprehensibiliter vident: ne vnde mala redarguunt, inde per elationis impulsum in profundiora mergantur. admonendi sunt etiam, ne cum culpas præpositorum suorum considerat, contra eos audaciores fiant. sed sic eorum praua apud semetipsos cõsiderent, ut diuino timore cõstricti, ferre sub eius iugum reuerentiæ non recusent, quoniam facta suorum episcoporum, vel præpositorum oris gladio non sunt ferienda, etiam cum recta reprehendenda videntur.

Et audi similiter magnum illum Ignatium in epistola ad Smyrnenses, sacerdotium, affirmantem, summa est omnium bonorum, qui in hominibus consistunt: quod si quis inhonorauerit, Deum inhonorat, & Dominum Iesum Christum primogenitum totius creaturæ, & solum natura principem Sacerdotem Dei.

31 Vnde † sacerdotes ipsos, secundum Chrysostomum, libro 3. de sacerdotio, meritò non modo plus vereri debemus, quàm vel Principes, vel Reges: verum etiam maiori honore, quàm parentes proprios honestare. hi enim & sanguinibus, & voluntate carnis nos genuerunt: illi verò authores nobis sunt natiuitatis eius, quam à Deo habemus beatæ regenerationis illius, libertatis veræ, atque adeo adoptionis eius, qua nos per gratiam filij Dei sumus effecti. neque in puniendo solùm, sed & in bene merendo maiorem Deus potestatem sacerdotibus largitus est, quàm naturalibus nostris parentibus: quos inter vtrosque tantum est sanè interiectum interuallum, quantum vitam inter præsentem, & æternam. parentes enim nos in præsentem, sacerdotes in vitam æternam generant.

ARGVMENTVM.

Quod ad obseruantiam conuentionis de ponendo computu, calculoque conuento & promisso faciendo quis teneatur: & pactum etiam ad distractum tendens coherentia contractus vestiatur, & de testibus affinibus minusque idoneis quomodo probent. & quòd iuramentum non debeat esse iniquitatis vinculum, & quando non seruandum.

SVMMARIVM.

1 *Tutor, curatorque, ac negotiorum gestor, & procurator, sine sit in negotiatione socius: imò quilibet etiam aliena ministrans, ad rationem reddendam calculumque faciendum compelluntur.*

2 *Pactum lege fomentatum actionem parit.*

3 *Paciscens si ex non obseruantia pacti etiã nudi damnum pateretur, actione de dolo illud adimplere debet.*

4 *Pactum saltem vestitum cohærentia cõtractus, actionem ad agendum parit, executionemque meretur. num. seq.*

5 *Pactum ad distractum etiam tendens, contractus cohærentia vestitur.*

6 *Dubia res per facti negationem redditur.*

7 *Dignitas nulla secularis similis sacerdotio, vt aliquid mali de sacerdote facilè suspicandum non sit. imò ei detrahere nefas.*

8 *Tabellionum, publicarumque personarum fides à publico approbatur.*

9 *Affinis vnus pro alio in ciuilibus causis testificari potest.*

10 *Testes etiam coniuncti & affines, viri probatæ fidei, & auctoritatis, plenè probant.*

11 *Affinitas testium productionem impediens, quæ.*

12 *Affinitas, quomodo contrahatur.*

13 *Testis vnius probata fides, alterius quantumcunque infamis à iureque improbati, supplet defectum.*

14 *Testium non integrorum defectum numerus supplet, pleneque per eos probatur.*

15 *Pactum computus faciendi incontinenti appositi in limine contractus debiti inter partes, de iure contractui inesse dicitur.*

16 *Testes instrumentales, etiam affines & consanguinei & fratres vtrinque coniuncti: Item domestici, aut aliter minus idonei sanquam à partibus adhibiti, legitimè probant.*

17 *Testes minus idonei admittuntur, vbi probationis difficultas concurrit, & veritas aliter probari nequit.*

18 *Facta, dictaque in collegio, seu capitulo, illi de collegio probant.*

19 *Instrumentum absque testibus fidem non facit.*

20 *Instrumentum est probatio probata.*

21 *Testem producens, illius personam approbare dicitur, minimeque contra eum etiam in alia causa opponere potest.*

22 *Depositio testis simpliciter primæ depositioni se referentis, si à iudice admittatur valet, etiam si minus solemnis sit quàm prima, modò in secunda debita solemnitas interueniat à iudiceque recipiatur: & saltem valet prout ex nunc, si non vt ex tunc.*

23 *Testis deponens extra articulum non probat, cum deponere non iuratus videatur.*

24 *Testis pro repulsante aliquid dicens, non facit fidem.*

25 *Loci & temporis diuersitas testes singulares reddit singularitate obstatiua falsitatis imaginem habẽte, vt nec semiplenè probent: nec eorum dicta coniunguntur, vt fidem faciant.*

26 *Testes mille singulares quantum vnus, & quandoque minus probant.*

27 *Testes plures singulares habenti, iuramentum suppletorium non defertur, cum vnus fidei alterius deroget.*

28 *Articulus impertinens vna cum testibus in causa etiam appellationis reyci debet.*

29 *Testes non admittendi super aliquo articulo per iudicem admissi, parte se opponente, non probant.*

30 *Testis sibi contrarius ad concordiam reduci potest, ut falsum euitet, non tamen vt probet.*

31 *Deductis deducendis, quid reliqui sit debendum, euidenter apparet.*

32 *Ratio reddenda, computusque faciendus vbi venit, calculatores ad computandum, calculandumq; data, & recepta eligi debent.*

33 *Ratio reddita non dicitur, nec computus factus listam exhibendo, seu librum rationum, vt calculetur & computetur, rectè, an non rectè scriptum sit, & latius, nu. 36.*

34 *Rationem reddenti duo iniungi debent, & quæ.*

35 *Rationis reddendæ conditio, quatuor de iure includit, & quæ.*

37 *Principalis omnia contenta in suis articulis fateri dicitur.*

38 *Concordia inter dicta testium, & dictum partis non aliter facienda.*

39 *Ratio etsi reddita sit, instrumentoque quietationis sequuto, si non sufficienter reddita sit, iterum reddi debet.*

40 *Iuramentum iniquitatis vinculum, ac extorsionis præsidium esse non debet.*

41 *Iuramentum dolo extortum, saltem absolutionis beneficio imploratum, seruandum non est.*

42 *Læsione enormi data, & iuramentum super contractu interpositum sit, læso per superiorem relaxari potest.*

43 *Auth. sacramenta puberum, quomodo limitetur.*

44 *Iuramentum parte remittente, Deus remittere censetur.*

45 *Iuramenti remissio à parte etiam tacitè fieri potest, si in conuentione id deducitur, quod obligationi iuratæ aduersetur.*

46 *Filia licèt cum iuramento renũtiet matrimonij tempore paternæ hæreditati, ex testamento tamen capere potest, cum pater instituendo iuramentum tacitè remittere videatur.*

47 *Beneficium si quis cum iuramento assignet de vlterius non petendo, si denuo eligatur, illud acceptare potest, cum tacitè per eligentem remissum censeatur.*

DECISIO CCCC.

Ex quo extitit inter partes conuentum de ponenda ratione, faciendoque calculo, ac computu de gestis, datis, atque rece-
1 ptis, prout ad hoc etiam A. tenebatur. † uam sicut tutor, curatorque ad rationem reddendam, & calculum faciendum, iure suadente, compellitur. l. aduersus, & l. rationes, C. de administr. tuto. ita & negociorum gestor. l. 2. in fi. ff. de nego. gest. ita & procurator quoque. l. idem, §. t. & l. ex maodato, ff. manda. & l. quædam, in prin. ff. de procu. siue sit in negociatione socius. l. quædam, ff. de eden. cū similibus. imò generaliter quilibet etiam aliena ministrans. ita Soc. sen. consi. 24. Visis ac diligēter & maturè inspectis, colum. 10. vers. secundò quia, volum. 1. & consil. 2. col. 2. vers. est enim regulare, volum. 2. & Dec. pleniori quidem cornu, consil. 1 to. Verè vt puto, col. 3. vers. circa secundam conclusionem.

Cum igitur non me lateat, quòd prædictus A. multa receperat, & negociatus fuerat cum magnifico Hieronymo Bosis varias olei, rerum, & pecuniarum quantitates dando, recipiendo, & contrahendo, ad rationem reddendam, & computum faciendum iure tenebatur, ne reliqua penes se retineret, & alteram partem debito fraudaret, sequitur conclusio in iure tutissima, quòd promittens id, ad quod de iure tenebatur, etiam ex sola conuentione, & nudo pacto ad obseruantiam illius
2 de iure compellitur: † cum re ipsa pactum hoc, tanquam lege fomentatū, pariat actionem, vt probat tex. secundum intellectum Glossæ, cui acquieuere Bar. Paul. Castren. Alex. Ias. & cæteri vniformi consensu omnes in l. legitima, ff. de pact. idem Bar. in l. non impossibile, eod. titu. Ias. Alexan. & alij vniuersaliter omnes in l. iurisgentium, §. sed cum nulla, ff. de pactis, Felyn. & cæteri Canonistæ omnes in cap. t. extra de pact. meritò itaque bene extitit iudicatum per magnificum Capitaneum ciuitatis Luceriæ, condemnando eundem A. ad obseruantiam conuentionis, emanatæ de faciendo computum, calculumq; promissum inter partes ipsas, & nondum factum: quæ quidem sententia confirmata postmodum fuit, in anno 1583. in Regia Audientia Apuliæ.

Et hinc est, quòd si facto diligēti calculo, computuque A. ipse non reperiretur debitor in quantitate promissa deductis deducendis, prout præsupponit hoc in facto verissimū, posseq; itidē apparere huiuscemodi calculo facto per expertos, nonne luce clarius appareret, quòd si non fieret computum, iuxta memoratam conuentionem remaneret in euidēti dāno, atq; in enormi læsione:
3 in tantum, † quòd ex non obseruantia pacti, etiā nudi paciscens pateretur damnum, posset omni dubio procul compelli actione de dolo ad implementum illius, vt est tex. in l. eleganter, §. seruus pactionis, & ibi no. Bar. & Bal. ff. de dolo, idem Bal. in l. cum mota, col. 3. C. de tran. Alexan. Ias. & alij omnes communiter in d. l. iurisgentiū, §. sed cum nulla, idem Alex. in l. si conuenerit, col. 2. ff. de iurisdic. om. iud. & ita exprimit nō obscurè quidem vniuersaliter limitari materiam pactorum, Ange. in consi. t. in fi.

Restat itaque expeditum, quòd idem A. ad obseruantiam conuentionis, & pacti de ponendo computum, faciendoque calculum conuentum, atque promissum, de iure tenebatur, vt obseruaret morem legalis mercatoris, licèt inuitus. adde etiam, quòd si prædicta omnia cessarent, adhuc tamen esset idem dicendum, quòd A. ipse ad obseruantiam huiusce conuentionis de iure tenebatur, & tenetur: & sic denique bene iudicatum. nam ex processatis euidenter quidem discernitur, quòd de ipso computu faciendo post stipulationem fuit in limine contractus paulo ante, vel post inter easdem partes conuentum de tali computu faciendo: & consequenter minimè dici pos-
4 set pactum nudum, † sed saltem vestitum cohærentia cōtractus. vnde meritò quippe parit actionem ad agendum, per ea quæ not. Glo. Bart. Angel. Paul. Castren. Alexan. & alij vniuersaliter omnes in l. lecta, ff. si cer. pet. in l. petens, C. de pact. & in l. iurisgentium, §. quinimò, ff. de pact.

Nec perscrutandæ aliter sunt viæ, atque rationes, quòd in contractu sit deductum assertum debitum ex resta finalis calculi, & in pacto conuentum reperiatur de computu, & calculo faciendo, quòd re ipsa factum nullatenus extiterat. quia cla-
5 rum est, & in iure notissimum, † quòd pactum vestitur cohærentia contractus, etiam si pactum hoc tendat ad distractum, vt probat textus in l. si conuenerit, ff. de rescind. vendit. & ita in proprijs terminis per text. istum firmat Io. Bapt. Caccialup. in tract. de pactis, in 6. principali quæstio. col. 10. vers. tertiò scias tale pactum, Bald. in tracta. pactorum, in t 1. quæst. de effec. pact. 3. col. vers. nunc videamus de pactis, & Ias. in l. legata inutiliter, col. 2. ff. de lega. t. asserens de hoc esse casum in d. l. si conuenerit. meritò igitur tanquam vestitum cohærentia contractus meretur executionem, compellique itidem debet iste bonus mercator ad implementum pacti præmemorati.

6 Imò videns idem A. ius certum, † ut res dubia redderetur per facti negationem, iuxta ea quę notantur per Glo. Alexand. & alios omnes in l. 1. C. de procur. contra morem legalis mercatoris, constanter negauit pactum, ac id fuisse inter partes ipsas conuentum, ex quo resultauit facti magis, quā iuris esse quæstionem, iuxta ea quæ habentur in l. utrum, ff. de donat. inter uirum, & vxor. Et quia Capitaneus Lucerinus declarauit pactum prædictum debere, secundum eius tenorem executioni mandari, à qua quidem sententia cum pro parte præfati A. appellatū reperiatur, videndum est pro iustificatione istius sententiæ, an de veritate ipsius pacti constiterit, & constet ex processatis: in tantum quòd de conuentione, & pacto de calculo faciendo, non obstante contractu stipulato ex processatis apertissimè discernatur. quoniam de hoc quidem depoount quatuor testes fide digni, & contestes, videlicet Don Martinus de Turre, & alij tres notarij, qui cum contestes discernantur plenissimè nempe probant. nam Don Martinus ipse est sacerdos bonæ opinionis, & famæ, &

consequenter testis fidei approbatæ, & in digni-
tate positus. ait enim textus in c. duo sunt, 96. di-
stinc. quòd aurum, non tam preciosius est plum-
bo, quam Regia potestate sit altior ordo sacerdo-
talis. & ideo inquit Abb. in c. solitæ, col. 2. extra
7 de maior. & obedien. † quòd nulla dignitas secu-
laris similis est sacerdotio. quare non est aliquid
mali de sacerdote de facili suspicandum. c. absit,
11. q. 3. imò sacerdotibus detrahere nefas est. c. sa-
cerdotes, 6. q. 1.

8 Nec non † notarij ipsi cũ tabelliones quidem
extent, & testes publici, seu personæ publicæ, quo
rum fides à publico approbata extat, teste Luca
de Penna in l. vniuersos, col. 1. & in l. duum virũ,
col. 2. C. de decurionib. lib. 10. meritò igitur ple-
nißimè probant.

Minimeque obstare vllatenus quidem viden-
tur adducta, & allegata pro parte prædicti A. ad
impugnandum ipsorum testium depositiones. &
primò quòd unus ex præmemoratis clericis sit cõ
sobrinus vxoris actoris, & alter notarius sororius,
eo quod habeant duas sorores in vxorem: quia si
rectè consideretur, non sunt aliter agnati, neque
cognati. sed posito, quòd sint affines:

Respondeo primò, quòd regulariter affinitas non
9 impedit testium productionem: † imò licitè qui
dem potest de iure vnus affinis pro alio in ciuili-
bus causis testificari, vt est Glo. no. reputataq; etiã
singularis in cap. accedens, in ver. subesse, extra ut
lite non contesta. quæ vniformi quoque voto ab
omnibus Docto. approbatur, teste Alber. de Ro-
sate in tract. de testib. in prima quæst. primæ par.
in fi. asseuerante constanter quidem ibi, in ciuilib.
causis ita communiter teneri, & quæ in contrariũ
adduci possent obtinere locum in criminalibus,
& huicmet sententiæ communi acquiescit etiam
Lanfranc. testaturque itidem de communi in re-
pet. c. quoniam contra, in ver. testium depositio-
nes, col. 17. vers. vnum solum restat videre, extra
de probat. sed vbicunque teneremus, quòd testi-
bus ipsis ratione affinitatis in aliquo fides illorum
tisubaret, seu vacillaret, adhuc tamen in casu no-
stro reus minimè haberet intentum: & cõsequen
ter respondeo secundo loco, quòd illud procede-
ret regulariter quidem in simplici teste, & affine,
cuius fides non esset aliter. à iure publico appro-
10 bata: † secus verò dicendum est in casu nostro,
vbi extat sacerdos, & publica authoritate nota-
rius, & sic vir probatæ fidei, quo nempè casu cla-
rum est, quòd etiam si testes essent coniuncti, &
affines, nihilominus plenè probarent. ita in pro-
prijs terminis de affine, seu coniuncto, firmat Io.
de Imola in c. cum R. Canonicus, col. 11. de offi.
delega. & Ias. seriosius quidem in repet. l. admo-
nendi, col. 89. vers. limita multum singulariter, ff.
de iureiuran.

Respondeo etiam, & tertio modo, quod posi-
to, vt omnia prænotata cessarent, & essent testes
simpliciter affines, & non probatæ fidei, & autho
ritatis, adhuc tamen indubitanter profectò, idem
esset dicendum: & ideo reus ipse haudquaquam
posset habere intentum. nam dicit & opponit,
quòd idem Don Martinus reperitur cõsobrinus
patris vxoris actoris, & quòd vnus ex notarijs exa
minatis extat etiam eius sororius: & consequen-
ter ex suamet assertione conuincitur, non obscu-
rè quidem, quòd non sunt aliter affines per lineã
ascendentem, & descendentem, sed per transuer-
salem potius: taliter quòd illa superiora expres-
11 sum ostendunt emolumentum, † quòd affinitas
quæ impedit testium productionem est illa, quæ
contrahitur per lineam ascendentem, & descen-
dentem: secus tamen in collateralibus. ista fuit
aurea, & singularis limitatio Ang. consi. 194. Vi-
sis processibus, col. 2. qui allegat ad hoc dictum
Innoc. Io. Andr. & Canonistarum in c. nonnulli,
extra de rescript. eandemque sententiam firmat
Ias. in d. repet. l. admonendi, col. 89. vers. limita sin
gulariter, Marsil. sing. 133. & Steph. Aufr. in tract.
de testib. in ver. affinis, in princ.

Cum igitur tantorum Patrum sententia careat
contradictore, dictique testes minime gentium
sint affines ipsius actoris, sequitur manifestè, quòd
huiuscemodi affinitas in linea transuersali, præser
timque in gradu, tam remoto, nõ habet remoue-
re testium depositiones. imò cõsiderandum quo
que venit, quòd prædictus notarius nõ reperitur
aliter cognatus actoris, neque eius vxoris: igitur
non potest esse affinis in primo genere affinita-
12 tis: † quia illa, ita demum contrahitur, stante con
sanguinitate ex parte viri, vel vxoris, atque com-
putatur secũdum gradus consanguinitatis illius:
& ideo contrahitur inter virum, & consangui-
neos mulieris, & vxorem, & consanguineos viri,
& non aliter. ita Io. Andr. super arbore affinita-
tis, col. 2. vers. ad cognoscendum. igitur ob hoc,
quòd duo penitus extranei sint mariti duarum so
rorum, non sunt affines: quia uidemus, quòd duo
fratres accipiunt duas sorores, & pater, & filius li-
citè etiam contrahunt cum matre, & filia, vt est
tex. in c. quod super his, extra de consanguin. & af
finit. quod vtique non foret dicendum, si essent
affines, quia essent in primo genere affinitatis, &
ideo matrimonium non posset inter eos contra-
hi. meritò itaque refutatur, remoueturque etiam
penitus & omnino obstaculum excitatum.

Quarto modo itidem respõdeo, ad tollendam
omnem & quancunque ambiguitatem, quòd po
sito, quòd omnia prænotata cessarent, etiam si es-
sent testes ipsi affines in primo quidem gradu: ta
men cum habeãt contestem Nicolaum Antonu-
tium, virum probatæ fidei, & testem omni exce-
ptione maiorem, cui minimè aliquid in repulsa
obiectum extitit, imò approbatus etiam ab ipso
reo discernitur non obscurè, cum eundem met
produxerit, & idoneam personam approbauerit.
l. si quis testibus, C. de testib. in tantum, quòd te-
stes ipsi simul iuncti probant plenißimè quidem
13 intentũ producentis. † quia probata fides vnius
supplet omni dubio procul defectum alterius te-
stis quantumcunque infamis, & à iure improbati,
vt est originalis sententia Bal. in l. si quis ex argen
tarijs, §. 1, cui assentitur ibi Paul. Castren. Angel.
Alexan. Ias. & alij vniformi consensu omnes, ff. de
eden. idem Bald. in l. 1, col. 2. C. de testamen. Ale-
xand. in l. sæpe, col. 20. ff. de re iudi. in l. præcipi-
mus,

mus, §. pen. in addi. ad Barto. C. de appel. & consi.
66. Animaduersis his, col. 6. volu. 2. & facit quod
voluit Rom. consil. 290. In causa propositæ con-
sultationis, in fi. cum alijs cumulatis per Marsil. in
l. de minore, §. tormenta, col. 3. ff. de quæst.
14 Quintò potest etiã commodè responderi, † quod
etiam si omnes testes forent affines, & suspecti, ex
quo sunt tres, aut quatuor contestes, de eodem pa
cto, & promissione de computu ipso, & calculo
faciendo concorditer deponentes, certè tunc nu-
merus supplet defectum in teste, pleneque etiam
probant, vt firmat Glo. reputata singularis in l. 3.
§. 1. in ver. numerus, & ibi vniuersaliter omnes, ff.
de testib. quam quidem Glo. scribit fore cordi tẽ-
nendam, nec alibi inueniri in l. 2. col. 1. ff. de ex-
cu. tuto. & de ea facit festum quoque, Imo. in l. qui
testamento, in princ. ff. de testam. & Alex. consi.
189. abundè per celeberrimos, volu. 2. vbi erant
tres testes non omnino integri, & tamen nume-
rus supplet defectum, per allegata.
Vel responderi potest, & sexto modo, quòd
depositio ipsorum testium sit omnino valida, &
15 admittenda, † nam in casu nostro agitur de pro-
bando pacto computus faciendi incontinenti ap
positi in limine contractus debiti inter partes,
quod quidem pactum de iure dicitur inesse ipsi
contractui. l. iurisgentium, §. quinimo, ff. de pact.
16 & l. lecta, ff. si cer. pet. † Cum igitur prædicti qua-
tuor testes sint instrumentales, & rogati ab ipsis-
met partibus, in eorum persona nihil opponi po-
test: & solum si forent affines, imo consanguinei,
& fratres vtrinque cõiuncti legitimè probarent,
vt est Glo. not. & singularis in Auth. de testib. §. &
licet, in fi. in ver. supplicijs, coll. 7. quam nonnihil
ad hoc commendat Bal. in l. parentes, col. 1. C. de
testib. & in l. 2. eo. tit. inferens etiam ex hoc, quòd
licèt testis sit domesticus, seu consanguineus, aut
aliter minus idoneus: nihilominus tamen si esset
instrumentalis plenè probaret, tanquam à parti-
bus adhibitus, & approbatus, & eandemmet sen
tentiam approbat quoque, & amplectitur Glo. &
Bal. in l. inuitus, ff. de testib. Ang. in l. 1. C. de te-
stam. Bal. & Imo. in rub. de fide instrum. Alberic.
in tract. de testib. in 1. quæst. primæ partis, col. 3.
versi. secundo est videndũ de fratre, Ant. de But.
& alij vniuersaliter omnes in cap. ex literis, extra
de testib.
Præterea & septimò responderi potest, quòd
impossibile quippe est, quòd ea quæ fiunt, & di-
cuntur inter contrahentes tempore celebrati con
tractus, probentur per alios, quàm per testes, qui
erant præsentes tempore ipsius contractus, vt pa-
17 tet ad sensum: † sed vbi concurrit difficultas pro-
bationis, & veritas aliter probari nequeat, admit-
tuntur tunc profectò testes etiam minus idonei,
qui aliàs non admitterentur, vt sentit Spec. & ibi
latius Ioan. And. in tit. de testib. §. 1. versi. item ex-
cipitur quòd est domesticus, per tex. in l. consen-
su, vbi est casus, & ibi no. Bart. Bal. & cæteri om-
nes, C. de repudijs. pro qua quidem sententia op
18 timè facit, quia videmus, † quòd ea quæ fiunt, &
dicuntur in Collegio, seu Capitulo, ex quo per
alios probari nõ possunt, illi de collegio tunc ad-
mittuntur, vt probat tex. in c. veniens, il secondo,
& ibi Canonistæ communiter, extra de testib. Cũ
igitur in casu nostro A. ipse, in cuius fauorem con
tractus celebratus reperitur, induxerit, rogauerit
que antedictos quatuor testes, sequitur necessa-
riò dicendum, quòd per eosdemmet testes pos-
sunt & debent probari pacta incontinenti apposi
ta, nam aliter apparere non posset. faciti ad hoc
etiam textus, & quæ ibi notat Bart. in l. quotiens,
C. de naufra. lib. 11. cum alijs cumulatis per Marsi.
in l. 1. §. 1. ff. de quæst.
Octauò considerãdum quoque est, quòd reus
ipse producendo instrumentum debiti cum sub-
scriptione ipsorum testiũ, dicitur producere eos-
19 demmet testes, † aliàs instrumentum sine testibus
nullam admodum faceret fidem, iuxta terminos
constit. Regni, Instrumentorum robur, qui qui-
dem testes dicuntur deponere cum se subscribũt.
20 Et ideo † instrumentum est probatio probata,
vt est dictum singulare Bal. in l. si. C. si cer. peta. in
2. not. & Afflic. decis. 166. col. 2.
Vnde cum vtatur reus ipse instrumento cum
testium subscriptione, illud producendo, nemini
dubium est, quòd dicitur & ipsos testes produce-
21 re, & approbare personam illorum: † nam produ
cens testem dicitur proculdubio illius personam
approbare, ita quòd nihil potest contra eum op-
ponere, non solum in eadem causa, sed etiam in
alia causa, vt est casus apertus in l. si quis testibus,
& ibi Bar. Bal. Pau. Castr. & alij concorditer om-
nes, C. de testib. idemque Bal. in l. parentes, col. 2.
eo. tit. & consequenter opponere minimè potest,
maximeque in eadem causa, & inter easdem per-
sonas, quòd sit affinis, & sic personam illorum im
pugnare, taliter quòd præmemorati testes plenis-
sime quidem probant intentionem producentis.
Nec vllo pacto obstare potest illud, quod per
reum opponebatur depositioni ipsorum testium,
quòd se referant attestationi aliàs factæ parte non
citata: scire enim debet, vt vtar verbis l. qui fundũ,
§. seruus meus, ff. pro empto. quod hi testes nõ sim
pliciter se referunt primæ depositioni, imò expres
sè quidem asserunt ita aliàs deposuisse, referendo
de verbo ad verbum primam depositionẽ, & ita
nunc deponunt tempore delati iuramenti, parte
ad hoc citata, prout ex facie ipsius processus, &
actis causæ manifestè colligitur: ideo cessat omnis
materia opponendi, quod non deponant parte ci
tata. sed vt loquar in fortioribus terminis, posito,
quòd isti testes simpliciter se referrent ad primam
eorum attestationem, dicentes ita deponere, pro-
ut in prima depositione continetur, ad quam se
referant, adhuc tamen pars aduersa non haberet
intentum, quia taliter deponentes plenè vtique
probarent.
22 Imò posito, † quòd simpliciter se referrent te-
stes ipsi primæ depositioni, dicentes, dico, prout
aliàs dixi in prima depositione, certè est in iudicis
arbitrio, an velit tunc huiuscemodi admittere de-
positionem, an compellere testem ad iterum de-
ponendum, vt videat qua trepidatione deponat.
verùm enimuerò si iudex talem depositionẽ ad-
mittit, valet & tenet, vt est notabilis doctrina Bar.

communiter approbata in l.eos,ff.de fals.cui accedunt Ang.Alex.Ias.& alij vniformi consensu omnes in l.legata inutiliter, ff.de leg.1. Sali.in l.iusiurandi,C.de testib. Abb.Fely.& cæteri vniuersaliter omnes in cap.cum in tua, extra de testib. per text. ibi, Bal.in c.literas,col.2. per illum tex. extra de præsump.quicquid dixerit in l.fin.C.de testib. & huicmet sententiæ Bar.& communi assentitur etiam idem Bald. sibi contrarius in l.gesta, col.2. versi.modo pone, C.de re iudi. & Ancha. in cle. 2. in fi. de testib. Et quamuis prima depositio foret minus solennis: tamen si in secunda depositione, in qua se refert primæ, interueniat solennitas debita,& à iudice recipiatur huiusmodi deponendi modus, valet profectò atque tenet,teste Bar.in d.l.legata inutiliter,ff.de leg.1. cui acquieuere ibi Alex.Ias.& alij vniformi concursu omnes,& Sali. in d.l.iurisiurandi, C.de testib. dicens, quòd saltem valet depositio hæc prout ex nunc,si non valet vt ex tunc, & istam in medium referauit communem fore sententiam Fely. in d.c.cum in tua, col.2. quam quidem strenuè tuetur atque defendit Sali. ab impugnatione Bal. & pro eadem sententia Ias. allegat pulchram quippè decisionem Bal. in l.alia, in 2. col. C.de his quib. vt indig. & quærit: pone, quòd quis confitetur aliquid, referendo se ad instrumentum, quod re ipsa reperitur minus solenne ab ipsa cōfessione,facta per relationem ad instrumētum,an præiudicet confitenti. & concedit ex mente Innoc. quòd sic: quia solennitas est in confessione,licèt non in instrumento: & ideo valet vt ex nunc, non autē vt ex tunc.

Et quamuis A. prætendat, computum, ac calculum extitisse factum inter partes; ex ostensione cuiusdam scripturę,productioneq; etiam aliquorum testium,& sic ad obseruantiam prædictę conuentionis vlterius non teneri: tamen non intempestiuè quidem modo discurrendum est si allegata,& probata in facto,& in iure procedant.& considerandum est,quòd idem A. ad probandū computus assignationem atque traditionem adducit aliquos testes aliàs examinatos ad instantiam actoris: venit igitur de duobus discutiendum. primò an reus ipse per depositionem illorum testiū probauerit intentionem suam. secundò posito,quòd probet, an ex hoc possit dici fundatam eius intentionem, vt ad faciedum computum, & calculum vlterius non teneatur. Et quo ad primum quæsitum, incipiendo à dicto vnius ex testibus examinatis, qui examinatus in 2. articulo,in quo deponit, quòd actor ipse cōstituit se debitorem per publicum instrumentum in certa quantitate olei, & pecuniarum, mediante iuramento,in quo nulla admodum fit mentio de computu, seu assertæ
23 listæ, seu scripturæ. vnde nulli dubium est,† quòd testis deponens extra articulum nullatenus probat,quia videtur deponere non iuratus, vt est bonus tex.in cap.de testibus, & ibi Imo. Fely. & alij omnes,extra de testib. Bar.in l.si quis legatum,in fi.ff.de fal. Bar. Alex.& omnium aliorum communis schola, in iure Scribentium in l.si duo patroni,§.idem Iulianus, ff.de iureiur. Ang.consi.269. Super puncto,col.fin. Bal.consi.123.volu.2. Bertran.consi.54.Super processu,nu.2.vol.5.& consi.328.Deliberando,nu.4.vol.6.

Præterea depositio alterius testis minimè gen-
24 tium probat pro reo ipso: † nam extat testis productus pro parte actoris, contra quem idem A. non solum fuit protestatus,imo conatus est etiam ipsum repulsare,obijciendo,quòd non debeat fidem facere. Et ideo etiam si pro eo aliquid dicat, non facit fidem. casus est in terminis in c.præsentium, & ibi Glo. Abb. Ant.de But. Imo. Fely.& alij vniformi voto omnes, extra de testib. & alij citati in nostra Silua, in opinio. 929. Litigator, nu. 2.lib.3.vbi assignantur rationes. in tantum,quòd vbi est casus legis, ibi nulla dubitatio.l.ancillæ, & ibi Bal. C.de fur.

Sed posito, quòd præmissa omnia cessarent,ad huc tamen testificata ad fauorem A. per eosdem testes haudquaquam probant eius intentionem, quia sunt re ipsa testes singulares, singularitate
25 quidem obstatiua:& consequēter† diuersitas loci reddit testes singulares singularitate obstatiua, quæ habet imaginem falsitatis: & ideo nō solum non probat plenè, imo nec semiplenè, teste Bal. in l.de quibus, col.14.ff.de legib. & Bart. in l.Labeo,col.3.ff.de supel.lega. vbi dicit,quòd diuersitas loci,& temporis reddit testes singulares,quorum dicta nullatenus coniunguntur, vt fidem faciant,secundum Ant.de But. in c.veniens, col.fi. extra de testib.Abb.& alios omnes in c.cum causam,extra de proba. imo ostendit Bal. in l.iurisiu-
26 randi,col.2. C.de testib.† quòd mille testes singulares tantum probant,quantum vnus:& quando-
27 que minus: quia videmus, † quòd licèt habenti vnum testem pro se deferatur iuramentū suppletoriū: tamen habenti plures testes singulares non defertur, quia vnus derogat fidei alterius, ita Bal. in d.l.de quibus, Lanfran.in repet. cap.quoniam contra, extra de proba. in ver. testium depositiones, col.7. Ias. cum alijs fertiliter quidem coacervatis per eum in repet.l.admonendi,col.113.vers. item adde in quantum, Bar.ff.de iureiur.

In præsentiarum verò venio ad secundum hæsitationis articulum, vt loquamur re ipsa, in fortioribus terminis, quòd posito etiam, quòd prædicti testes plenè antedicta omnia probarēt, an ex hoc posset dici fundatam intentionem A. vt ad faciendum computum, & calculum vlterius de iure nō teneatur, prout fuerat inter partes ipsas conuentum, & iudicatum. & sine dubio dicendum est, quòd non, & moueor viua atque palpabili ratione: nam conuentum extitit de calculo, & computu faciendo inter eas de datis,& receptis: sed dare listam in absentia partis descriptam,non est aliter computum facere.

Et si per eundem A. diceretur,quòd ipsi testes plenè probant, ex quo habent contestem examinatum ad instantiam suam super tertio eius articulo nouiter producto in causa appellationis, respondetur, quòd de dicto istius testis super eodē articulo nulla est de iure habenda ratio, pluribus
28 ex causis. & primò,† nam prædictus articulus tertius cōtinet idem cum quinto articulo aliàs productum per eundem reum in prima instantia de

com-

computu tradito, & assignato, vt ex facie illius facilè discernitur: & consequenter debet reijci, vna
cum testibus productis, quia subest timor subornationis post publicationem in prima causa factã,
quæ realiter quidem porrigit effectum suum, etiã
in causa appellationis, præsertimq; quoniã actor
ipse expressè protestatus fuit de impertinẽtia eiusdem articuli, petendo illum reijci, vna cum testibus, per ea quæ notantur communiter per Doct.
in c.fraternitatis, extra de testib. & in l.per hanc,
C.de tempo. appell. bonus textus, vbi est casus, in
cle.2.de testib.& ibi Card. Imo.& alij omnes, sed
in regno est expeditum per Regiam Pragm.de capitulis impertinentibus non ponendis, & in constit. Regni, Iuris peritorum.

Pro qua quidem sententia optimè facit etiam
ad propositum, quod voluit no. Bal.in l.certi con
dictio, §.quoniam, col.fi. cui innititur Alex. & alij
29 communiter omnes, ff.si cer.peta.dicens, † quòd
si testes qui non debebant admitti super aliquo ar
ticulo fuerint admissi per iudicem, parte se oppo
nente, & protestante, non probant, nec tenet de
iure illorum depositio: secus vero si consentiret,
per varia iura per eum allegata, quæ breuitatis stu
dio supprimuntur.

Præterea ex alio capite idem testis non probat
id quod deponit super antedicto tertio articulo,
quia idem testis est in eo sibimet contrarius: nam
primo loco examinatus in prima instantia, & repetitus super interrogatorijs, super secundo inter
rogatorio dixit, *che non hai visto il detto conto*, li-
30 cèt modo contrarium deponat. & † testis sibimet
contrarius, etiam si posset reduci ad concordiam,
reducitur, vt euitet falsum, non tamen vt probet,
secundum Bart.& alios omnes in l.inter stipulantem, §.1.col.fi.ff.de verb.oblig. & in l.1.in fi.C.de
vsufruc. & in l.Labeo, ff.de supel. legata, & alios
complures aliàs congestos in nostra Silua, in opinio.921.Testium falsitas, nu.6.lib.3.

Imò idemmet testis minimè clare deponit de
quo computu, & quæ partitæ continebantur in
eo, cum multiplex fuerit negociatio facta inter
partes, ac etiam complurium annorum, & debitum prætenditur ex causa vltimi & finalis calculi,
prout ex processatis planè discernitur, & iste testis haudquaquam deponit de vltimo computu,
taliter quòd dubia probatio non releuat probantem, imò facienda est interpretatio contra producentem, vt est text. in cap. in præsentia, extra
de probat.

In tantum, quòd ex his nũ videtur probata in
tentio prædicti A. quo ad assertam computus tra
ditionem: quia computus de iure fit arbitris calculatoribus inter partes electis ad calculandum,
& computandum data, & recepta hinc inde,
31 ita † vt deductis deducendis appareat euidenter, quid reliqui sit debendum, ut probat tex. in
l.si cui libertas, & ibi Barto.Imola, Paul.Castrens.
& alij omnes, ff.de condi.& demonstr.& ad idem
etiam est bonus tex.in l.si quis dicat, in fi.ff.de ma
numissio. in l.si purè, ff.de fideicom.liber. & in l.
vix certis, & ibi Bald. & Angel. ff.de iudic: quæ
32 nempe iura euidentissimè probant, † quòd ubi
venit ratio reddenda, & computus faciendus, eligi debent calculatores ad computandum, & calculandum data, & recepta: & consequenter huic
conuentioni de computu faciendo non est modo aliquo satisfactum, nec conuentio impleta ob
hoc, quòd solummodo tradidisset listam prædi-
33 cti computus. † & quòd etiam si lista isthæc computus tradita extitisset, non tamen posset dici rationem fuisse positam, & computum factum, nisi
discutiantur, & calculentur prædictæ partitæ inter partes cum ipsis arbitris. textus est in l.cum ser
uus ita liber esse iussus fuerit, ff. de condit. & demonstratio. vbi manifestè quidem dicitur, quòd
qui habet rationem reddere, si tradat libros rationum, non dicitur impleuisse conditionem rationis reddendæ, nisi reuideatur, calculetur, &
discutiatur, ibi dum dicitur, legendas offerre rationes primum, deinde computandas, vt explorari possit computationes probè, an improbè referantur accepta, relata rectè, an non rectè. &
rursus circa finem, ille autem utique assolebat
non sic seruo suo ostẽdenti reliquas rationes subscribitur, sed ita ut legeret, examinaret, & exciperet. probat itaque ille textus notabiliter, quòd
non dicitur ratio reddita, nec computus factus
exhibendo listam, seu etiam librum rationum, vt
calculetur, discutiatur, & computetur rectè, an
non rectè scriptus sit. & per illum textum dicit
Glo.in l.cum testamento, in ver. quasi puram, in
34 princip. C.de testamen. manum. † quòd duo videntur iniungi illi qui rationem reddere debet,
quòd instruat dominum, & computet cum eo:
& pondera verbum computet cum eo; vnde fieri debet calculatio computus cum eo: & ideo in-
35 fert Bald. ibi, † quòd conditio rationis reddendæ quatuor de iure includit, scilicet codices edi,
calculum poni, reliqua reddi, culpam purgari, vt
ibi per eum.

36 Et † quòd dare listam postremò non sit computum facere, bene facit quod voluit Capolla
in cautela 25: Pone quòd filius, vel seruus, in fi.
vbi determinat, quòd licèt aliàs recipiens litteras,
si non contradicat à principio tempore receptionis illarum, censeatur approbare, & ratificare con
tenta in eis, per textum in l. filiusfamilias, & notata ibi per Doct.& potissimum per Paul. Castren.
ff.ad Macedon. & Barto.in l.Titia, ff.de constitu.
pecun. nihilominus tamen si in litteris ipsis contineatur computus, & in fine dicatur, quòd rema
net debitor in tanta quantitate, recipiendo has
litteras, & non contradicendo, nullatenus uidetur acceptare debitum, nec modo aliquo præsumitur tacitè tunc debitum acceptare, neque denique præsumitur tacitè confiteri, imò magis illud facere, vt possit & valeat calculare, atque insimul discutere, an rectè computatio facta sit, per
textum in l.si seruus, ff.de condit.& demonstr.&
sequitur hoc, & commendat Ias.in repet. l.admo
nendi, col.72.vers.& nota, quòd ille qui simpliciter acceptat, ff.de iureiur.

Nec prememoratis obstare vllo quidem pacto
debent depositiones testium examinatorum ad
instantiam prædicti A. in causa appellationis:

q uia

quia tam ex tenore articulorum, & intentione ipsius producentis, quàm ex depositionibus eorundem testium apparet permanifestè quippe articulatum, & probatum de consuetis inter ipsos mercatores viuentes more mercantili: sed re ipsa reus hoc asserens nunquam fuit, nec est mercator, prout ipsimet testes repetiti super interrogatorijs non obscure quidem testantur: ideo illorum dicta non faciunt ullatenus ad causam, esto quod loquuntur in diuersis terminis, ex quibus non infertur. l. Papinianus exuli, ff. de minor. & l. fin. ff. de procura. Præterea deponunt itidem testes ipsi, quod tunc computus præiudicat recipienti, si ab eo acceptatur, atque approbatur, aut subscribitur: secus vero si contradicatur, & pariter se grauet: imo compertum est, & ex processatis satis apparet euidenter, quod ipsimet testes, qui de receptione listæ deponunt, asserũt etiam, quod actor ipse se grauabat de allegata lista, seu computu: taliter quod ob hoc nullum admodum, nec tantulum quidem poterat huiuscemodi receptio inducere præiudicium.

Cæterum esto, quod in omnem euentum omnia hæc ita deducta cessarent, & computus esset verè traditus, & assignatus, adhuc reus minimè gentium haberet intentum, quia memorati testes qui de eadem lista computus deponunt, non dicunt fuisse præsentes, quando A. tradiderit eandemmet listam computus prædicto actori, sed tantùm, quòd illam viderunt in eius manibus: imò asserunt quoque nullatenus recordari si consignatio hæc extiterit facta ante, vel post contractum: sed A. principalis in quinto articulo producto per eum in prima instantia expresse declarat, atque fatetur se tradidisse ante celebrationem contractus, & quòd postea contractus ipse exti-
37 tit celebratus: taliter † quòd principalis dicitur fateri omnia contenta in suis articulis, vt probat tex. in cap. examinata, secundum vnum intellectum, approbatum per Abb. ibi, in 3. not. Felyn. & alios, extra de iudic. Glo. in cap. 1. in Glo. magna, in finalibus verbis, de confess. lib. 6. Alexan. consil. 71. Clarissime domine, colum. 2. volum. 3. & consi. 151. Repetitus, volum. 5. nec testes ipsi contradicunt prædictis: in tantum, quod intentio ipsius articulantis comprobatur ex depositionibus testium omnium, qui interuenere in stipulatione contractus, concorditer deponentium, quòd tempore celebrati contractus non uidetunt dari listam aliquam, imò plus dico, quòd licèt contradicerent, etiam expresse dicto prædicti Alexandri principalis: nihilominus tamen tunc & eo casu staretur magis dicto ipsius principalis in sui præiudicium, quàm mille testium, tanquam melius informati de facto suo. & ideo
38 non † est aliter facienda concordia inter dicta testium, & dictum partis, ut est originalis sententia Innocen. in cap. cum contingat, extra de offic. delega. cui non immerito quidem acquiescere Barto. Paul. Castren. Roma. Alexan. & alij vniformi voto omnes in l. 2. §. creditum, ff. si certum peta. in fi. Abb. Fely. & cæteri omnes in cap. cum tu, extra de testib. & in c. præsentium, eod. titu. & ità in proprijs terminis ubi testes contradicerent tenori articulorum, consuluit Alexan. consi. 151. Repetitus in causa matrimoniali, in princ. & ibi Apostil. vol. 5.

Cum igitur ex processatis legitimè nempè constet, quod contractus celebratus extitit post prædictæ listæ traditionem, & in limine eiusdem contractus conuentum pariter fuit de partium voluntate, quod non obstante contractu fiat computus, & calculatio de datis, & receptis, nemo prudens diceret, quod traditio assertæ listæ deberet impedire obseruantiam conuentionis, & pacti bona fide initi ad omnem, & quamcunque læsionem tollendam: cum vltima pacta derogent prioribus, vulgata l. pacta nouissima, cum sua materia, C. de pact. & sic necessario quidem attendi debet, quod vltimo loco inter ipsas partes conuentum extitit.

Quodque maximè in casu nostro procedit, & uendicat sibi locum, quia agitur de calculo, & computu faciendo, ac ratione reddenda de gestis, receptis, datis, & habitis, ut ueritas elucescat, ne quis remaneat in damno, aut fuerit in prædictis enormiter læsus: quo casu clarum est,
39 & à iure approbatum, † etiam si ratio extitisset semel reddita, & calculata: imo plus, si foret quoque secuta quietatio per publicum instrumẽtum cum clausulis solitis, & consuetis in plenissima, ac amplissima forma, adhuc tamẽ ratio non sufficienter esset reddita, cũ præsupponatur pro parte prædicti A. duntaxat quandam listam fore traditam, iterum reddi debet, præfato instrumento nõ obstante, vt ita consuluit Soc. sen. consi. 159. Præsenti consultatione, & cõsi. 190. Memini me pluries, vol. 2. Ancha. consi. 330. Visa facti narratione, & consi. 180. Visa diligenter narratione. ex quibus quidem consilijs facilè colligitur, quòd etiam si ratio esset reddita, & instrumentum quietationis secutum, si non fuerit sufficienter reddita, iterum reddi debet. quantoque magis in casu nostro, vt post assertam listam, vt prætenditur traditam, & computum aliter nõ factum partes conuenere expresse, quòd fieret calculatio, & computus inter eos, non obstante contractu debiti celebrato, ad omnem actoris requisitionem, ne quis eorum in damno remaneret, præter illorum intentum.

Restat modo solũ, vt respondeamus ad ea quæ hactenus opposita extant, & præsertim de exceptione periurij, & subreptione impetratæ habilitationis: quæ omnia cum nec in facto, nec in iure procedant in casu, de quo agitur, denudandum
40 atque extricandum est, † quòd regulariter iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis, & iniustæ vsurpationis, ac extorsionis præsidium. c. quanto, extra de iureiur. & c. inter cætera, 22. q. 4. potissimumque cum in casu præstationis iuramenti huius duplex intercesserit dolus, scilicet ex proposito, & re ipsa: & ideo non seruandum. cum igitur A. induxerit actorem ipsum sub spe futuri calculi, & sub promissione computus faciendi, cui erit dubium, quòd recepto eodem contractu, in sui fauorem, denegando postmodum promissum computum facere, est in euidenti calumnia, & do lo


41 Io etiam manifesto: sed compertum est, † quod sicut iuramentom per vim, & metum præstitum, seruandum non est, ita per dolum extortum, saltem per beneficium absolutionis imploratum, vt est Glo. ordinaria, & communiter approbata in l. 1. cui innititur ibi Barto. Pau. Castr. Ang. & cæteri vniuersaliter omnes, C. si aduers. vendit. Bal. in cap. 1. §. item sacramenta, in 4. quæst. de pace iuramen. firman. & ita coosuluit etiam Abb. consil. 107. Quatuor sunt in causa, in quarto dubio, volum. 2. & sequitur quoque Ias. in authent. sacramenta puberum, col. 8. vers. nota ex secunda parte, C. si aduers. vendit.

Ad hæc in eodem contractu interuenit quoque dolus re ipsa, & pariter enormis, & enormissima læsio, prout in processu ex varijs manifestissimis rebus facilè discernitur. ideo meritò qui-
42 dem hęsitandum non est, † quòd data enormi lęsione, & iuramentum super huiusce contractu interpositum sit, vbi interuenit enormis læsio, læsio ipsa debet & potest per superiorem relaxari, & iurans habilitari ad effectum agendi, & defendendi, ad hoc vt possit sine metu periurij, iniquitas contrahentis, & enormis læsio detegi, & deceptis dolo, saltem re ipsa interueniente, ac enormiter læsis subueniri, vt voluit, & constanter firmauit Anton. de Butr. in cap. cum contingat, in quarto casu principali, de iureiuran. asseuerans,
43 ita † limitari auth. sacramenta puberum, & concedit hoc idem ibi Abb. colum. 15. vers. nonus casus est, & Anchar. in repetitio. cap. Canonum statuta, colum. 40. vers. quæro etiam de quæstione, de constitu. & in repet. cap. accessorium, colum. 5. versic. pro declaratione prædictorum, de regu. iur. lib. 6. quorum quidem sententia seruatur in Regno in practica, teste Antonio de Alexandris io recollectis suis in l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verborum obligat. & ita non semel tantum extitit iudicatum in sacro Coosilio, vt per Afflic. decisio. 322. Dominus Ciccus Abbas, in fi.

Insuper ex alio capite, etiam pręmemorata obstare non habent, quia tunc enormis, & enormissima læsio debet esse in consideratione, vbi petitur habilitatio, seu absolutio à iuramento contra voluntatem recipientis illud: sed io casu nostro, de quo agitur, principaliter ratio, & computus petitur, vigore pacti conuenti inter ipsas partes de consensu, & voluntate ambarum partium concordantium de computu ipso faciendo, oon obstante contractu, prout ex facie ipsius libelli colligitur: quo casu A. ipse sic paciscens, vt contractu iurato non obstante, ad omnem alterius partis requisitionem computus fiat inter eos, & ratio reddatur, apparet manifestè, quòd iuramentum in soi fauorem præstitum, per eum remis-
44 sum extitit: † in tantum, quòd pars, in cuius fauorem fuit iuratum, potest omni dubio procul iuramentum hoc remittere, nec est necessaria vllo quidem modo aliqua in eo casu superioris habilitatio, seu absolutio: quia parte remittente, Deus censetur remittere, vt est bonus tex. in cap. 1. & ibi Abb. in sexto not. Felyn. & cæteri vniuersaliter omnes, extra de iureiuran. & in cap. 2. de sponsal. & in cap. significauit, de censibus. Et quamquam opponatur, quòd hæc omnia procedunt, locumque etiam obtinent, si expresse remittatur iuramentum, prout ita loquuntur iura præallegata: secus verò si nulla fiat expressa remissio iuramenti, sed tantum tacita, quæ tunc videtur quodammodo relinquere vinculum in robore suo: nihilominus tamen respondetur, quòd satis fuit expresse facta remissio, ex quo dictum extitit, pariter & conuentum, quod non obstante contractu fiat computus, vt ex processatis non obscurè quidem apparet. Vel secundò, & clarius
45 respondetur itidem, † quòd remissio iuramenti, non taotum expresse fieri potest à parte, sed etiam tacitè, si in côuentiooe deducitur id quod aduersatur obligationi iuratæ. ita Felyn. in proprijs terminis io cap. 1. colum. 3. versi. vnum etiam relatione dignum, de iureiuran. allegando Bald. in l. fin. in 3. col. C. de pact. & Rom. in l. stipulatio hoc modo concepta, col. 8. & seqq. vers. vnde aduerte, ff. de verb. oblig.

Quibus in locis Docto. isti, & præsertim Bald. & Roma. concludunt optimis quidem rationi-
46 bus, † quòd licèt filia cum iuramento renunciauerit tempore matrimonij hæreditati paternæ: tamen posset proculdubio ex testamento capere, quia pater instituendo videtur iuramentum tacitè remittere, de quo est casus in terminis in c. 2.
47 extra de renunc. † vbi si aliquis resignauit beneficium cum iuramento de vlterius non petendo, potest si denuo eligatur illud acceptare: quoniã tunc censetur tacitè nempe remissum iuramentum per eligentem, secundum intellectum Innocen. & sequacium ibi. in tantum quòd non immeritò quidem in Regia Audientia ipsa Apuliæ, vt supra ostensum est, decisum extitit bene & rectè fuisse iodicatũ per Curiam Lucerinam, atque malè appellatum.

FINIS.



VENETIIS, M. D. XCII.

Andreas Muſchius excudebat.



